
5894



R. P. M.

FR. EMMANUELIS DE VILLAROEL

PINTIANI,

MONACHI BENEDICTINI

LAURENSANENSIS,

THEOLOGIÆ DOCTORIS,

SACRARUM LITERARUM INTERPRETIS,

AC

CONGREGATIONIS

VALIS-OLETANÆ

CONCIONATORIS GENERALIS.

IN SACRAS TAUTOLOGIAS,

CUM ILLUSTRATIONIBUS

PANEGYRICIS, ANAGOGICIS,

TROPOLOGICIS ET POLITICIS,

COMMENTARIORUM

LITERALIUM.

TOMUS TERTIUS.

CUM PRIVILEGIO:

Matriti: Ex Typographia Ordinis de Mercede. Anno M.DCC.XLVIII.

R. P. M.

EXCELLENTISSIMO
AC
VENERABILISSIMO DOMINO
D. OSSORIO GUTIERREZ,
VULGÒ
EL CONDE SANCTO,
DOMINO DE VILLA-LOBOS, HISPANIÆ magnati Galleciæ & Namarinorum Comiti, exercitus catholici ſupremo Duci, Monaſterii Laurenſanenſis è pulvere Erectori magnifico; ac in illo, Benedictino Monacho.

PANEGYRIS

D. S. C. A.

Fr. Emmanuele de Villarroel, ejuſdem Monaſterii Abbate.

QUOUSQUE Silebo? Tantæ molis erat. Hoc opus, hic titulus. En Patronus. Olim ara domi erigebatur in refugium & aſylum; vel intra templorum ambitum: ut tam propior eſſet cultus digniſsima demonſtratio, quàm auſpicis hyperaſpiſtis protectio. Feliciores ſumus: tecum & per te naſciſcimur, EXCELLENTISSIME PRINCEPS, & domum, & templum, & patrocinium. Quo ibo? Quo non ibo?

Alloquor en abſens abſentia Numina ſupplex,
Si fas eſt homini, cum Jove poſſe loqui.

Ovid. 5. *Triſt.* eleg. 3.

Per te domus fulget inſignis: inſignior tecum. Templum per te rutilat, quaſi materia ab opere ſuperata; ſed tecum, à te auguſtiore, ſuperatur opus illuſtre. Cuncta per te: quid ſanè ſine te cuncta? Magnum planè, igitur plenè, quicquid objicitur oculis: major namque & es, & vidèris. Cuncta mirabilia: mirabilior tu præ cunctis; cùm in patrocinium, adhuc in ſarcophago carne emortuà, vivat ac micet dextra manus incorrupta. Si ſepulchrum, orbi miraculum; qui theſaurus in ſepulchro? Nonnunquàm conchà, pretioſior incluſa margarita. Haud ager eſtò ferax ducitur pretio,

thesauro abscondito in agro. Hìc seminaris, ut surgas, ut splendeas, ut floreas. Hìc jaces; sed binis pyramidibus erigeris, qui nunquàm jacuisti. Rigent auro cuncta, ut Solis regia, velaminibus pretiosis arcana; sepulchrum verò, ut ditius, ditiore ornatu, holoserico squamato, opere Phrygio prætexto. Pro nostro studio exigua reputantur opulenta: & ita sine pretio quæ pretiosa; ut corda vincta gratiis & consulerent veneration, & simul studerent gratitudini.

Nobilitas calcat in virtutem; sed non virtus, cujus laus est in origine sola. Tibi igitur credita, ut major antecelleres majores, & superiores virtutibus superares. Omnia poma nova & vetera servasti in arbore originis. Nova, prole: vetera, origine. Hæccine, in trunci excellentiam; illa, in ramorum præstantiam: magnorum soboles, maximorum radix.

Cantic. 7. 13.

Virgil. 9. Æneid. v. 641.

Diis genite, & geniture Deos.
Magnorum proles, genitorque Deorum.

Stat. lib. 1. Silv. v. 74.

O quàm gloriosa est casta generatio cum claritate! Immortalis est enim memoria illius; quoniam apud Deum nota est, & apud homines. Cùm præsens est, imitantur illam; & desiderant eam, cùm se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat.

Sapient. 4.

Stirps clara, familia inclyta & Hesperiæ & orbi; igitur ex Hispaniæ Regibus, ac ex illa in splendorem Reges Hispaniæ.

Ovid. l. 8. Met. fab. 5. v. 118.

Cura Deum Dii sunt, & qui coluere, coluntur.

M. S. Vit. Comitis S. fol. 15.

Igitur sub vexillo proavi tui, Ludovici Ossorio, in famigerata pugna ac victoria de CLAVIJO, Rege Legionis Ramiro I. haud dedignatus Jacobus militare, descendens eques de cœlo; quo duce victores vicit, ac vexilla, quæ pridiè amiserat (præter Ossorii signum, sub quo filius tonitrui, fulmen belli, mereri decrevit) in gloriam immortalem Ramirus recuperavit. Ita fama tonat, & epigraphe stemmatis tot retrò sæculis indicat. *Solus tutabatur Ilion Hector.*

Homer. 6. Iliad. vers. 403.

A la seña no rendida
De oro, y de Lobos sanguinos,
Fuè nuestra gente acogida,
La de Ramiro vencida,
Quando los Almanzorinos.

Ibid. fol. 20.

Hoc tibi decus à genere; verùm tu generis decus, quo fulgent tot Hispaniæ Proceres, tot Magnates.

——————Vosque,
Qui nunquàm vacui prodistis in æthera rami.

Stat. ubi sup. v. 459.

Nimirùm Marchionum de ASTORGA, Comitum *de Trastamara Villa-Lobos*; & *Sancta-Martha*, Ducum de *Aguiar*; quos quidem status modò possidet, de me, Monasterio, ac Religione Benedictinà egregiè præclarèque meritus, inclytus, dotibusque commendabilis, Excellentissimus Comes de ALTAMIRA, Marchio de *Almazan*, Comes de *Monte-Agudo*, Dominus Septem

tem Villarum *de Campos*, *Valderas*, *Castro-Verde* &c. spes altera Primatum.

Hic splendor juvenum-Nihil ultra laudibus addi,
Judiciove potest. Claudian. *Epith Pallad.* v.69.

In nobilitatis horto ex familia Ossorio, ramus

——*Non deficit alter*
Aureus & simili frondescens virga metallo. Virgil. 6. *Æneid.* v. 143.

Comitum scilicèt de VILLA-CIS, & *Villa-nueva de Cañedo*, Familiæ Princeps, cujus

——*Non parva mandatur origo:*
Fascibus insignes, & legum culmine fultæ
Convenere domus, & qui lectissimus orbi
Sanguis erat. Claud. ubi supr. v.58.

Justorum semita quasi lux splendens. Needum stirpi sua forma recessit: fulget utique in toto Legionis regno nobilitatis apex. Prov.4.18.

Alia tibi domus & magis dilecta (macte gloriâ novâ) floret, Laurensanensis utique, qua uti in dilectiore quiescis.

Est etiam lucis arbos prædives in hortis,
Fulgentes viridi ramos curvata metallo.
Hæc tibi sacra datur, fortunatumque tenebis
Et genus, & fulvis semper ditabere pomis. Claud. 2. *de Rapt. Proserp.* v.58.
Parva loquor.——Sunt altera nobis
Sidera, sunt orbes alii: lumenque videbis
Purius, Elisios magis mirabere campos,
Cultoresque pios. Illic pretiosior ætas
Aurea progenies habitat; semperque tenemus,
Quod Superi meruere semel: nec mollia desunt
Prata tibi: zephyris hìc melioribus halant
Perpetui flores.

Est igitur illustre, insigne, augustum Monasterium, viridarium stellarum, vel cœlum floridum, & in illo, *quasi splendor firmamenti, qui erudiunt multos.* Daniel.12 3. Jam nocte serenâ cœlestes micant ignes, variique rutilant nitore, ac lumine flores. Modò quatuor suffragiis, inter Minervæ calculos, pro Comitiis Generalibus Vallis-Oletanæ Congregationis, gaudet domus inclyta, & undique clara; ex qua tot Doctores, tot Præsules, & insignes. Omittam Priscos: unum pro cunctis fama loquitur, & loquetur. Hoc erit tubæ opus, etsi rumpatur: clarissimum nimirùm sidus Illustriss. D. D. Fr. Maurum de Villarroel, domus fulcrum, Religionis ornamentum, Theologiæ in Academia Salmantina jubar spectatissimum, qui post varia pro meritis munera, Abbatias Lauresanensem, Silensem S. Stephani, Salmanticensem Vincentinam, Diffinitorii Senatus Congregationis primatem lectissimum, & totius cœtus Monastici Generalem integerrimum, laccensis

Epis-

Episcopus, plenus annis & virtutibus quievit Cæsarauguſtanus Archiepiſcopus electus.

Claudian. Prol. Paneg. Manlii Theod. v. 3.

Neque fama vetat : verùm quàm celsius actam,
Vel servasse labor, vel minuisse pudor.

Geneſ. 15. 5. Galat. 3. 16. *Numera stellas, si potes. Sic erit semen tuum.* Semen, non semina. Semini gratia, *non in seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno*, in quo, & ex quo multiplicandi, qui sicut stellæ cœli. Stellæ innumerabiles : & etiam in *Uno*, fœcundiſsimo splendore, extra numerum stellæ. Unus & plures pluralitate splendoris. Quid mirum, domum à pluribus illuſtrari ? Mirum næ, tot ex uno sidera oriri, viros è semine nasci ; qui in Benedicti clauſtris, quasi in firmamento, *stellæ* manarent, atque *manerent in ordine suo*. Plures & unus, quia ex uno plures. Tibi enim & tibi soli debentur nascenti, quiqui nati, & orituri. *Habet sanctorum editio lætitiam plurimorum, quia commune est bonum.* *Ideo in ortu justi futuræ vitæ insigne præmittitur, & gratia secuturæ virtutis.* Tu natus, & in *spectaculum* Deo & *mundo, & Angelis & hominibus.* Tu natus & tecum Benedictina præclariſsima domus. Tu, & multi.

Judic. 5. 20. Ambroſ. in Luc. c. 1. 1. Cor. 4. 9. Virgil. 3. Æneid. v. 98.

Et nati natorum & qui nascentur ab illis.

Tu, & plurimi. Sed qui nati ? Tanquàm ex te. Tanti ? Et tales. Sine te nulli : ex te & tecum tot flores in clauſtro, quot sidera cœlo. Parvus in oculis tuis in lucem mutatus, ac ex luce in Solem converſus es. Quid tot aſtra à te fulgere, ſi stellæ haud ullum lumen habent, niſi à Sole?

Eſth. 10. 6.

Reddidiſti *quæ Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei, Deo.* In hæreditate Domini moraris, dum Dominus hæreditatis tuæ conſtitutus eſt hæres. Quicquid ex Majoribus, filiis reddidiſti : Deo verò, quæ tuliſti de manu Arabum in gladio & arcu. Hinc *à Deo illuminatus* diceris pro Monaſterii fabrica. Repellitur David à conſtructione templi, quippe eſtò juxta cor Dei, fluctuabat gloria inimicorum ſanguine. Multum etiam tu effudiſti, dum tot Maurorum Regum, Ducumque colla calcaſti : & illuminaris ? Non tibi firmabas regnum, effuſo ſanguine, ſed Catholicæ Fidei ; ut ebrio hoſtium ſanguine gladio, faceres, & fieres ſimulatque regnum Deo. *Has dotes & ad ultimum me Monachum militare trado* : infis. Sanequàm illumicaris & eligeris. Nihil ultrà pretii vel in pretioſis tradidit, qui pretium ſe ſui fecit. *Socrati cùm multa multi pro ſuis quiſque facultatibus offerrent; Æſchines pauper auditor, Nihil (inqui) dignum te, quod dare tibi poſsim, invenio : & hoc uno modo pauperem me eſſe ſentio : itaque dono tibi, quod unum habeo, Meipſum.* Plus ſibi reliquerunt, cuncta dantes. Munus haud æquè ponderatur, dono, ſed affectu. Multum reliquit, qui quantumlibet parum, totum dedit. Sua liberaliores, non ſe dedidere. Generoſior, qui oblatus, nec ſe reſervavit ſibi. In ſui deditione reſidet, ac nitet reſignationis fama. Non magni, etſi magna ſacrificare ſua ; ſi ſua, quæ à fortuna pro tempore credita. Se habere, & non habere ſunt bona propria. Ita ſe habent, nec offeri

Matth. 22. 21. Eccli. 24. 11. Vit. M. S. fol. 29. Geneſ. 48. 22. fol. 52. 1. Paral. 18 4. Apoc. 5. 10 Fol. 32. Senec. 1. Benef. c. 8. Gregor. Magn. in Evangel. Homil. 5. Hieron. lib. 3. in Matth. 19.

ſe

se possent, qui se non habent, ut habeant se. *Inventus est* in Alexandro, *qui aliquid desideraret post omnia.* Nihil post omnia data desideras, cùm nihil habeas. Nec te, igitur nec tu tui, nec tibi. Ita post omnia Senec. Ep. 94.

Quisquis ex alto aspicit terrena.

In alium virum mutatus es sub jugo regulæ Benedictinæ. Qui non sui, sanequàm alius. Id. in Hercul. fur. v. 599. Fol. 59.

Cœpisti quo finis erat.

Mortuus eras mundo. Non est sui, qui jam mortuus; nec mundi, qui vità sepultus. Ingrederis *in abundantia sepulchrum*; & alter à te, quia ingrederis. Quippini alter, si tui non, nec tuorum, *quorum non es memor amplius*; dum habitas in sepulchris? *In sepulchris.* Vividè & aptè Non unum uni. *In sepulchris.* Unum cadaveri, alterum vitæ; ut astrueretur mortificationis severitas, ubi jacebat etiam sepulta vitalitas. Mortuus tibi & mundo. Summi hæccine florentis dimissio sæculi: summa illa demissio animi; sed cordis magnitudine atque magnanimitate. Alii gloriæ levitate gravantur, ac in lubrico labuntur: tu verò bonorum gravitate levaris & elevaris. Nullius tibi cuncta ponderis. Iter planum obices & impedimenta omnia. *A tui contemptu via ad cætera contemnenda.* Te ipsum lubenter funerans, renovas, natali fine decedens instar Phœnicis. *Ubi jam nemo, iterùm ipse: qui non jam, alius idem.* Claudian. Prob. *Paneg.* v. 68. Fol. 57. Job. 5. 26. Psal. 87. 6. Psal. 67. 7. Fol. 54. Senec. *Ep.* 66. Tertull. de *Resurr. Carn.* cap. 13. Claud. de *Phœn.* à v. 24.

——*Gaudesque morifestivus in ortum,*
Et petis alternam totidem per funera vitam.
Emeritos artus fœcundà morte reformans.

Viventi mirabiliter patet sepulchrum, & habet vita ita cum spiritu epitaphium. Sic legis & legeris. Sympos. *Ænigm.* 31. Joach. Perion. & Barthius in *Claud.*

Vita mihi mors est: morior, si cœpero nasci,
Sed prius est fatum lethi, quàm lucis origo.
Nec sum, nec non sum: morior simulatque renascor.
Præbet & interitus teneræ primordia vitæ:
Sumque mihi lethi & redeuntis originis auctor.

Curis natura laborat. An tu sine cura naturæ; quandoquidem vix ossibus hæret. Ovid. 15. *Metam.* v. 388.

——*Ne fruge, nec herbis,*
Sed thuris lachrymis, & succo vivis anomi.

Die ac nocte lachrymæ tibi panes. Psal. 41. 4.

Ambrosios libas cœlesti nectare rores. Lactant. de *Phœn.* v. 111.

Cœlestem præferens mortificatione effigiem; magis sanè commendabilem, quò fugiebat hominem. Ut comedat & moriatur, disponitur farina à vidua Sarepthæ. O sacra fames! Et *quantum pugillus capere potest?* Esca in vitam, non in necem: cibusque sumendus designatur in mortem; quippe tibi morti destinata, mortificationis lege, hora refectionis lassæ fragilis indigæque naturæ. Tibi *cibus jejunium est.* 3. Reg. 17. 12. Leo Pap. serm. 2. de *Jejun.*

Non epulis saturare famen, non fontibus ullis

Assue-

Claud. ubi sup. v. 13.

Assuetus prohibere sitim.

Alitur corpus, ex quo animus, quem elevatum à terrenis, haud cibus, sed

Ibid.

——*Purior fervor alit Solis.*

Psalm. 32. 19. Rom. 6.4.

Jam à Deo struitur forma prodigii, ut *alat in fame*. Hæc alimenta ministrat singulari novitate, *& novitate vitæ.*

Plaut. in Casin. Act. 4. Scen. 2. v. 16. Act. 10.10

Qui amat, si esurit, nihil esurit.

Aptiùs proferam. *Qui amat, si esurit; esurit tantùm quod amat.* Amor cibus, amor potus. *Petrus cùm esuriret, voluit gustare.* En forma Apostolica in naturæ subsidium: cibum, scilicèt, vel esuriente stomacho, gustare tantùm. Haudquaquàm aviditati concessus cibus, sed cibi gustus. Apostolorum vertex gustando comedit, dapes comedendo gustavit, signans &

V. 12.

renuens cibum, uti virtuti venenum. Haud aliter in te, urente fame, proculhomine in homine, abstinentia mirabilis: gustabas cibum, ut subsistes, non ut comederes. Alii *comedunt vescentes.* Nec vesceris, nec comedis: & vivis? Tibi esca venenum serpit. Et vivis? Parum veneni non nocet. *Qui non eget pastu, nec corpore eget.* Adinstar bombycis operosus non pasceris. Corpus à te exulabat, & tecum erat. Qui pius dominus, etiam egentis tyrannus. *Margaritas pro jejunii modo minui.* Inveneris pretiosa margarita in hoc mundo, mari magno, cujus amplior magnitudo, quia jejunium sine modo. Plus roris plena, quò vacua concha. Siccine tibi & mundo sepultus intra corporis custodiam. Vigil anima probat solum modò vitam. At insigni novitate, & munere singulari, semper vigil. In amoris demonstrationem, atque flammeam charitatem,

Joel. 2. 26.

Plutarch. in *Conv. Sap.*

Plin. lib. 9. cap. 36.

Virgil. 4. *Æneid.* v. 200.

Vigilem sacra veras ignem.

Prov. 31. 18. Cant. 8. 6.

Igitur pernox, non tam lucis fomite, quàm cordis solicitudine, intra sacra templi ac pectoris penetralia, minimè in morte extinguebatur lucerna. *Lampades* tuæ *lampades ignis, atque flammarum*: signantibus flammis coruscantis altaris, flagrantem lampada pectoris: postque junctus sociis, nihil ab illis nisi præstantiâ differens, choro adstabas, *ut studium omnium, laboremque tanquàm exactor intenderes, & tanquàm particeps societate relevares.*

Fol. 53.

Plin. *Paneg. Trajan.*

Ps. 72. 22.

Sub omnium pedibus eras, cùm deberes extolli super cuncta. *Ad nihilum redactus es, & nescisti.*

Ovid. 3. *Metam.* v. 422.

——*Tantus tenet error amantem.*

Stat virtutis stemma in voluntariæ nihilitatis conditione & ignorantia. Ita te nesciebas, ita calcabas, vel sublimis cœlestibus charismatibus in summum, quasi nihilum esset, redigi ad nihilum. Objicitur forma virtutis in Virgine-Matre; in teque splendet, ac respondet tanquàm in lævore speculi. Dei vocatur ancilla, mater electa. Tecum loqueris: *Si tibi non consulis modò, quando?* Renuisti dicere cæteris: *Date nobis de oleo vestro.* Factus es *Sol niger tanquàm saccus cilicinus*, etiam dum rutilas *species cœli in visione gloriæ, vas admirabile, opus Excelsi.* Ita nites Monastices & Ascetarum fulgor & decor. *Vas* plauderis *à Domino*, summo artifice, *elaboratum & electum*: & tibi

Luc. 1.38. Fol. 54. Matth. 25. Apocal. 6. 12. Eccli. 43. 1. 2. Fol. 63.

ja-

jaces? Hoccinè lucet, *absque eo quod intrinsecùs latet*. Et tete premis? Hoc iter ad astra: per ima ad summa. *Vas es electionis* Dei. Quòd *mirabile in oculis nostris, à Domino factum istud*: & tibi reputas *tanquam vas perditum*? Videris plena spica: curvaris terram versùs, quoniam plena. *Mundanus & sæcularis* à te diceris *omnibus modis*. Falleris: planè te nescis: verùm rectus ab errore. Error esset, ni esset error. Errat,

Cant. 4. 1. Act. 9. 15. Psal. 117. 23. Psalm. 30. 13. Fol. 29.

Dum sibi quisque placet.

Ovid. 2. de *Remed.* v. 290.

Quemadmodum luminare minus, in terris Phœbe, errando non erras. Erroribus & illuminaris & illuminas. Claret excellentia ex ignorantia & sine errore nescientia. Felix deceptio, qua obtinetur demissa cognitio. Fallitur intellectus, sed est error sine errore, & fallacia sine fraude, in mendatio mendacium, larvà dissonantiæ veritas, & *aspera in vias planas*. Deciperis. Si non errasses, minus utique feciſſes, assecla Protoparentis. Miris igitur dignatus de cœlo donis, vivis tui *scienter nescius & sapienter indoctus*, & ignarus. In cacumine, sed sub palma sedet virtus.

Martial. lib. 1. *Epigr.* 22. Greg. lib. 2. *Dialog.* cap. 1.

Hanc tamen haud quisquam, qui non cognoverit ante
Semet, & incertos animi placaverit æstus,
Inveniet: longis illuc ambagibus itur.
Disce orbis, quid Comes *sibi, cùm conderet artus.*

Claud. de 4. *Honor. Consul.* v. 225.

Quid ad nutum Superioris feciſti, tui oblitus? Quid non feciſti nutu Superioris? Etiam in modo obedientiæ forma, ut juxta Regulam esset *omnis obedientia*. Mandato voluntas subditur, & *sicut mandatum dedit Pater* Te artificem proculcas, & proculcationem lubenter eligis; *neque in melius* sine Superiore *aberrare sinis*. Sine judicio sequeris alienum. Sine te. *Justus es Domine & rectum judicium tuum*. Factus est Dominus sub lege. Non magnum vel in magis quòd factus sub lege Dei, qui dederat legem. Sub lege Moysis factus, qui dederat legem Moysi. In decorem virtutis imitandæ, Dominus non solùm servus, sed servus servi, & sub virtutis lege, & sub legis servitute. En à Domino forma: imitatur obedientia Abbatem eligis, ut subjiciaris. Dignitatem confers, ut amittas dignitatem. Regulam & legem Benedictinam tradis, & traderis Regulæ & legi Benedictinæ; ut coruscet obedientiæ speciositas, ubi sub lege Abbatis, cui legem dederas. Collocatur Ligislator in manibus Simeonis senis, cùm collocari deberet senex in manu Legislatoris. *Non fuit antea, nec posteà tam longa dies, obediente Domino voci hominis.*

Cap. 7. *grad.* 3. Joann. 14. 31. Plin. *lib.* 4. *ep.* 28. Psal. 118. 137. Galat. 4. 4. Luc. 2. 28. Josue 10. 14.

Imperium Superis, & habent Numina legem.

Stat. 9. *Theb.* v. 317.

Subdis potentiam & voluntatem subdito; ut minimè lex sit in voluntate, sed *voluntas in lege*.

Psal. 118.

Sic ille Joseph ante parvus factus est,
Ut magnus esset, & nisi
Servus fuisset, non fuisset in sui
Tellure servitii potens.

S. Paulin. ad *Cyther.* v. 741.

¶¶ Ut

Ut loca ſancta Hieroſolymis viſeres, facultatem à Præſide & lachrymante obtines. Quidum? Pater fletur. Graderis, pervenis, ſepulchrum in Joppe vides, cupis, capis. *Solùm* tibi *ſupereſt ſepulchrum*. Aves, & habes non in pretioſitatem, ſed in collocationem. Jam enim ſepulchrum neceſſarium, videris in portentum cadaver vivum. Emis, & licèt ſubſannaris à neſcientibus *inſanias falſas*, in mare manibus miniſtrorum importabile portas. Importabile à multis, jam *onus leve*, atque pondus ſine pondere. *Pondus non ſentiebant*, qui olim Sacerdotes portabant Fœderis Arcam. In Arca lex collocata: quomodò ponderi portatoribus, ſi reponenda lex viva? Cuſtodia erat legis urna, & humeris vel ponderoſa, leviſſima. In tuo ſepulchro, Princeps inclyte, ſine pondere pondus tantùm ex legis cuſtodia. Mari credis ſepulchrum, & ne abſorbeatur, quia tuum, ſcipione ſignas quaſi ſigillis. O portentum! Cedit lapis. Non jam unicum & ſingulare miraculum, ceſsio ſaxi virgæ Moyſis. *Percuſsit bis ſilicem* Ultrà prodigium in novam admirationem. Moyſes bis ſaxum percuſsit: ſemel tibi cæſum ceſsit. Semel protulit aquas, & bis à Moyſe percuſſum: ſepulchrum tibi ad aquas bis cedit, & ſemel cæſum.

Job. 17. 1. Fol. 55.
Pſal. 39. 5. Matth. 11. 30. Lyr. & Alap. in Deut. 31. & Joſue. 3.
Fol. 56. Num. 20. 11.

Oſtupuit Capha. Adhuc majora videnda: igitur ſepulchrum creditum mari, tranavit maria, & appulit triduò portum *Foz*, ſive *Moredam*, Monaſterio propiorem, ſicut in Oliveti monte tibi revelatum eſt. Navis ſepulchrum fit æquoris, haud deſcendit *in profundum quaſi lapis*. Aurea lamina ſupernatat, ut demonſtret in Nilo Joſephi Proregis loculum. Natat tuum ſuper mare ſepulchrum, oſtendens, quò anima corporis, ſi corporis natat lapis. *Semitę tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur. In mari via tua.* Quia ſemitæ ignorantur, mirabilia cognoſcuntur. Ibi ne jam jacebas? Anima ne ſepulchri? Habebas *animam in mari*? Sublevat ſpiritus, ne cadat onere corpus. *Ubi erat ſpiritus illuc* ſepulchrum *gradiebatur, nec* fluxu, neque refluxu *revertebatur, cùm ambularet*. Impoſsibile prorsùm ſaxum moveri. Oſtendis in portentum impoſsibile. *Mirabiles elationes maris*, mirabilior in altis fluctibus ſepulchri dominus; igitur non voces, ſed pondera *elevaverunt flumina*: & ut citiùs ſepulchrum perveniret in portus, *elevaverunt flumina fluctus ſuos*. *Aquæ* diluvii *elevaverunt arcam in ſublime à terra*; ſed terra ſepulta. Splendet modò novitas: allevatur ſepulchrum, & movetur quaſi navis ſuper aquas. *Alius navigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante ſe: : . Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit, & artifex ſapientiâ fabricavit ſua. Tua autem Pater providentia gubernat; quoniam dediſti & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſsimam, oſtendens, quoniam potens es, ex omnibus ſalvare, etiam ſi ſine arte aliquis adeat mare.* Ars fuit, arte carere, rerum conturbata conditione. *Viderunt te aquæ & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſsi*. Præceptum poſitum, quòd non præteritum. *Mare vidit*, ſed non *fugit*, & ſepulchrum *gurgites aquarum tranſiit*. Ibi ceſsit, hìc non receſsit: imò *abyſſus* in plauſum

Exod. 15. 5. P. Comeſt. cap. 27. in *Exod.* Pſalm. 76. 20. Apoc. 8. 9. Ezech. 1. 12. Pſalm. 92. 3.
Gen. 7. 17.
Sapient. 14 à n. 1.
Pſalm. 76. 17. Pſal. 113. 3. Habac. 3.

vo-

vocem dedit, & altitudo manus suas levavit, ut susciperet. Ibi murus factus recedentibus undis: hìc etiam murus, sed suppositis aquis. Onus profectò portantibus leve. Etiam cum onore corporum, *stabant qui vicerunt bestiam super mare*: Fluxum utique elementum, & patet solidum: magnum prorsùs, quòd solidaretur vitrum. Pedem habebat Angelus in mari, & ambulabat. Quid, si Angeli, ne mergeretur, pedem tranatione habebat? Magnum omninò, quòd pes Angeli columna, & fluctuaret quasi spuma vagans in aqua. Ut salvaretur genus humanum per tot discrimina rerum, non fabricatur navis, sed arca. Insigne divinæ sanè virtutis, quòd arca moveretur quasi navis. Hebræi exemplo sunt, sed non in mare; siquidem transierunt sicco pede, quò Dominus collocarat aquas nimias. Christus exemplar, dum ambulat super aquas. In lege nova, magna. *Ecce nova facit omnia.* Jam factum, quod olim fictum.

Apoc. 15. 2.

Ibid. cap. 10. 2.

Gen. 6. 14. Aug. 15. de *Civ.* c. 17. Marc. 6. 48.

Apoc. 21. 5.

Vel mare per medium fluxu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquare plantas.

Virgil. 7. *Æneid.* v. 811.

Ad vitam revocato juvene mortuo, de revocatore dicitur: *Propheta magnus surrexit.* Surrexit adolescens, nequaquàm Christus, qui necdum mortuus. Si aquam solidè calcavit, jam surrexit. Corpus dicitur sepulchrum animę: post resurrectionem dote agilitatis, sepulchrum hoc sine pondere. Apta resurrectio, expositio singulari inaudito miraculo: igitur animæ sepulchrum ita demonstratum leve, ut moveretur super aquas tanquàm corpus sine pondere. *Erit sepulchrum ejus gloriosum.* Gloria est: ubi pondus sepulchri non est pondus. Ubi grave, sine gravitatis conditione. Claret gloria: calcat mare: demonstraturque mira operatione decus undique gloriosum, dum videtur super aquas sine pondere sepulchrum. Quid de te decus nostrum? Micat gloria in hujusmodi lucida pretiosa urna, si conferuntur miracula. Lapis natat; æquor lapidem portat. Pondus ducitur sine pondere. Liquet sine gravitate grave. Sepulchrum herclè glorioſum, ubi super aquas natat cum pondere sine pondere saxum.

Luc. 7. 16.

Plat. in *Phædr.*

Isai. 11. 10.

——Qui summa freti per cærula possint
Ferre viam?

Claud. de 3. *Honor. Conſ.* v. 198

Quis ita velox dedit mobili & immobili plantam? De equis Neptuni fictum per aquas vehi, sed nec ungulam tingi. Si color aliquis falsis, miraculis vincis. *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* Ecce jubes sepulchrum venire ad te super aquas.

Hom. 13. *Il.* v. 217. Habac. 3. Stat. 3. *Sil.* 218.

——Pedum frustrà vestigia quæras.

Jon. 2. 1. Sanct. hic n. 33.

Sepulchrum Jonæ fuit cete. Vivida collatio in specie similitudinis: non solùm fuit sepulchrum; sed vivi cadaveris. In eodem portu, in eodem mari geminata miracula. Sepelitur Jonas vivus. Miraculo suspenditur præ admiratione intellectus. Cete quod præparavit Dominus, præparavit in insigne momentum. *Ibi Jonas habiturus sepulchrum.* Ex Capha, seu Joppe triduò transiens fretum Gaditanum, *pervenit feliciter in Oceanum.* Per-

Pined. lib. 4. de *Reb. Salom.* cap. 12. Salm. tom. 2. in *Jon.* q. 15. lit. n. 11. & Sanct. ubi sup. n. 39.

currit mira velocitate utrumque mare, tanquàm à navi delatum in illud littus, quòd propiùs ad locum, *ut minus esset laboris sumendum.* Quid expressius in hanc causam? Ut non commune sepulchrum obviantibus appareret; perforatur: *Ut per geminos piscis oculos tanquàm per duas fenestras Jonas prospiceret in profundo.* Jam non apodosis miraculorum, sed geminatum miraculum, ut *mirabilis Deus* plaudatur *in Sanctis suis*, quos ab æterno eligit. Verùm te Dominus *Sanctum suum mirificavit.* Sepulchrum defertur à Joppe in Oceanum per Gaditanum sinum triduò in portum Monasterio proximum, ut minus esset laboris, & amplius admirationis vagatione lapidis. Super aquas, super æquora

Rab. Janni ap. Fervardent. & Salin. ubi supr.

Pſalm. 67. 36.

Pſalm. 4. 4.

Lucan. lib. 8. v. 865.

——*Quod non mansura sepulchri*
Ardua marmoreo surrexit pondere moles.

Fugit sanè discrimine nullo discrimen, animum in ampliorem percellens admirationem. Excedit proculdubiò miraculum deportationis sepulchri; quod sepulchrum hebemus uti miraculum. Maris jam audita vox. Quid? *Sepulchrum ejus apud non est.*

Act. 2. 29.

Est tibi, Glorioſe Princeps, stemma nobile, Davidis insigne. *Mirabilis facta scientia* Dei ex fabrica corpusculi David; quod quidem sepulchrum sibi, quoniam *mortuus à corde.* Ex sepulchri vivi fabrica astruitur Dei scientia, & quidem magna. *Si habitavero* (inquit) *in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me.* Etiam plus, & amplius pro potentia: *Et tenebit me dextera tua.* Miracula bina refert, queis divina scientia ac omnipotentia floruit. Primum, cùm captum humanum mirificè excedat; secundum, uti majus excessum superat: quandoquidem si magnum, quod ab extremis maris corporis sepulchrum mirabiliter deducat; excedit magnitudinem, quòd super æquora teneat. Opera Dei mira & stupenda, quæ *cognoscit anima, & non potest ad ea*: sed servavit sibi quædam, ut faceret opportuno tempore, præter usitatum cursum, ordinemque naturæ; ut insolita videndo homines stuperent, atque factorum mirabilium colerent. Qui omnipotenti Deo familiariùs serviunt, aliquando mira facere ex potestate possunt. Effulgurat potestatis exemplum, ubi objicitur singulare miraculum.

Pſal. 138. 6.

Pſalm. 30. 13.

Pſal. 138. 9. 10.

Ibid. v. 6. & 14.

Aug. tract. 24. in *Joan.*

Greg. M. 2. Dialog. cap. 30.

——*Non corrumpentia sensus*
Dona valent. Emitur solà virtute potestas.

Claud. 3. Conſ. Honor. v. 187.

Ipsa celeritate miraculi, Pater excelse, indicasti, quia ex potestate accepe-

Greg. ubi dud.

ras, quod fecisti. Monstris datur crudelibus urna, in extremis maris posita. Signas ut tumulum. Pulsatur ab æquore saxum. *Terribiliter magnificatus es.* Magnum, quòd à Joppe deductum: magnum, quòd per æquora vectum, & adhuc maximum: igitur non solùm deduxisti ab extremis maris in Iberas oras; sed deducendo duxisti, & tenuisti super aquas. *Fluctus* crispantes pro lubito *scindis, & obstupefacis Gentes.* Cuncta pondera summerguntur in pelago; sed *quadrigæ tuæ salvatio.*

Pſal. 138. 14.

Habac. 3. 8. 9. 12.

Mar. Vict. 2. v. 482.

Su-

——*Super omnia celsior.*
Arca ferebatur--Pulsatur motibus arca;
Nec tamen obstructam penetrat vis improba, quanquàm
Verberet, & solidam fluctu feriente fatiget.
——*Cavam suspendens undique molem,* Alc. Avit. 4. v. 502.
Sed melius tutam facili portante natatu,
Quòque vocant undæ, sequitur jam mobile pondus.

Non tantùm mira facis, sed mirè; ut non solùm insit in miraculis portentum, sed etiam ut miraculi modus spectetur ut miraculum. *Mirabilia miraculosè* ostendis. Adduntur mira miris, summa summis. Mirum, quòd sepulchrum quasi mons tranferretur *in cor maris*. Mirum, quòd quasi navis duceretur in portum; sed mirabilius, quòd nataret saxum. Mira obedientia in cadavere, sed magis mira obedientia sepulchri. Mirum, quòd duceretur ad aquas, quòd suspenderetur super aquas; sed magis mirum, quòd illi diceretur: *Veni foràs.* Fol. 57, Psal. 45. 3. Joann. 11. 43.

Properas, spectabilis Pater, videre, quod sepulchrum emisti pluribus miraculis, quàm quingentis siclis.

O decus ætherium! Terrarum gloria quondam!
Te tuus Oceanus natali gurgite lassum Claud. 3. *Cons. Honor.* v. 175.
Excipit, & nobis Hispania proluit undis,
Fortunate Pater.

Vidit appulsum loculum lapideum pretiosum, & concupivit Mindonienſis Episcopus. Tunc sepulchro restituitur pondus. Lapis expectat dominum, ideo, qui fluctuabat, immobilis quasi plumbum. Spectant cuncti, verùm sepulchrum expectat. Ex quo misisti, tuum est. *Parata sedes tua ex tunc.* Radicatur in aqua, quà fluctuaverat, urna; quippe non alii, sed tibi parata. Celebre olim cautis pinnaculum in medio maris, in ima tendentis validissimè radices, quia impulsu multorum immobiliter quietum, sed digiti motu motum. Naturæ secretum veri miraculi signum. Hæret sepulchrum aquis, frustrà, contrà nitentibus & obnixè jumentis. Tu verò digito moves. Quod expellit conatus, tuus insensibili & immoto concedit nutus. Pignus mare restituit, cui solùm credidit. Duo agricolæ pondera levarunt in vehiculum, & duæ vaccæ sepulchrum duxerunt in Monasterium. Fol. 58. Psal. 92. 2. Text. Offic. p. 1.

Illum omnis tectis, agrisque effussa juventus,
Turbaque miratur. Virgil. 7. Æneid. v. 811.

Haud aliter portata Arca, ab Allophylis concupita, ac in templum Dagonis deportata. Duabus vaccis, Deo duce, quò ille vellet. *Non declinarunt vaccæ neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Iter tantùm rectum usque in Domini domum. Vidit, obstupuit, ac Episcopus cessit. Claruit Comes Sanctus, & *factus est in pace locus ejus.* 1. Reg. 6. 10. Vers. 12. Psal. 75. 3.

Quid si tam sacro dignaris nomine saxum?
Adde actus tantos, monimentaque maxima rerum. Lucan. 8. *Pharsal.* v. 806.

So-

Genes. 28. 32.16. Solicitus jam jugi exercitio virtutum cœleſtis patriæ; igitur hìc & habebas quò quieſceres, ut adinſtar Jacobi inter lapides dormiens, in gloriam ev igilares;

Ovid. lib. 1 *Triſt. El.* 1.

Aſpicis illic poſitos ex ordine fratres,
Quos ſtudium cunctos evigilavit idem.

Jam bona ordinata juxta voti legem, ſed filius ſolicitat, ſi ſuperſtes, extra ordinem. Quid Pater? Oblitus es nomen. Mori mandaſti, & *ſpiritu labiorum* & filium interfeciſti. Cogitavit conſilia, quæ ſtabilire non potuit. Quæ *perfeciſti*, cogitationes gnati *deſtruxerunt*. *Juſtus autem quid fecit?* Mori juſsit: mortuus eſt. Idem conatus urgebat cor Ezechiæ, præcognito filio Manaſſe. Maluit lucernam extinguere, quàm in ruinam populorum poſsidere. Non acquieviſti carni & ſanguini. Immolaſti filium tuum. Proprio filio haud perciſti, ſed morti tradidiſti etiam pro nobis. Habes claves vitæ & mortis? Mortificas & vivificas: deducis ad inferos & reducis. Quatuor cadavera in vitam revocas, & mirificè filii vitam ſuffocas. Centum ambitionis & avaritiæ oculos

Isai. 11.4. Pſal. 20.12 Burgenſ. & Paez in *Cant.* Iſai. 38. v. 19. Gal. 1.16. Gen. 22.16 Rom. 8.32 Apoc. 1.18 1. Reg. 2.6.

Ovid. 1. *Met.* verſ. 702.

Nox occupat una.

Tu ſequeris, ſed moreris *in oſculo Domini*, & die quo vis. Siſteris ſpiritu, ubi in vita converſatio. Moreris, vel transfereris? Moreris. *Abſorpta eſt mors in victoria.* Adhuc in ſepulchro cadaveris manus integra. Illuſtras Sanctuarium, uti Manna cum lege collectum. Servaris in urna ſingularitate incorruptionis, dum aliud collectum ſine lege convertitur quamcitiſsimè in vermes. Manus integra. Quoniam dapes menſæ regiæ apponendas, juſſit Uſualdus pauperi advenienti apponi; ei dixit B. Aydanus: *Manus ita liberalis erit ſanè incorruptibilis.* Ita ſervatur. Ita ſervaris. Manus incorruptæ profert ſpecimen, manus extendiſſe ad pauperem. Sol quatuor oculis, quatuorque manibus olim pictus, ut beneficus. Sol terræ factus es, & plenus oculis: per quatuor partes, & pennas & manus habes. Oculos in inopem, manus in neceſsitatem & pennas in protectionem. *Quorundam corporis partes naſcuntur ad aliqua mirabiles, ſicut Pyrrhi regis pollex, conditus loculo in templo.* Manus tua in pietatem & protectionem nata. Hinc incorrupta. Videmus in manu auxilium, & experiunt inimici brachium. Plus Babylone timetur apparens manus, quàm totus Chaldæorum exercitus. In Nicanorem traditur Machabæo á Jeremia non ſolùm gladius, ſed aureus. Propheta jam mortuus. Pariter tibi aſsidet gladius aureus. Si ruit furor in audaciam, lucet gladius in vindictam: igitur qui avidè in Monaſterii defertur aurum, invenit in incorrupta manu acutum proſcindens ferrum. Cadit audax & repentè. *Accingeris gladio & potentiſsimè.* Aureus eſt gladius. Aureus in protectionem: gladius in hoſtilitatem. Duplici acie acuitur. Aurea pro Monachis ad ſepulchrum, ferreà verò in necem inimicorum. Clareat ictus, ſi exprimitur auſus.

Bed. 3. *Hiſt. Angel.* c. 6. Prov. 31. 20. Pier. lib. 33 c. 3. & 25. Ezech. 1. 8. Plin. lib. 7. cap. 2. Dan. 5. 5. 2. Mach. 15. 15. Fol. 78. Pſal. 44. 4. Apoc. 1. 16

——*Icti flammas ut fulguri edant.*

Pe-

Pectore præfixo, documentum mortalibus acre. Lucret. 2. v.389.

Florebat juvenis, Ducis Arionæ nepos, cui etiam Episcopus Mindoniensis avunculus, nobilitatem vitiis, at fastu devenustans, & superbiam divitiis ac crudelitate satians. Casu advenit in Monasterium, quasi venisset in forum. Equo dimisso, in claustra infertur à servo, & pabulatur coram Comitis sepulchro. Monachus videt, equum removet, servus dicit, herus audit, atque Monachum percussit. Num ubi sæva manus? Ubi fulmen? Tacet cœlum? Fol. 68.

Quis sacris dignam movisse verebitur urnam? Lucan. 8. *Pharſ.* v. 481.
Et cui non tumuli venerabile saxum,
Et cinis in summis?

Fugiens juvenis discessit, cæterùm pœnas non fugit. Quò fugis? Quascunque inviseris oras, sub Comite semper. Dum noxius claudicas, in pœnas volantes volas. Clivum ascendit versus Mindoniam eques, & cuneus commilitonum in illius & Episcopi usitatum obsequium. Cùm cœlo nulla sereno, & undique puro, fulminum trisulca retorqueatur ab æthere flamma, nec leviter densis mittatur nubibus unquàm;

Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno Virgil. 1. *Georg.* v. 488.
Fulgura, nec diri toties arsere cometæ.

Nullibi nubes. Phœbus lustrabat lampade terras. Dat Pater splendidè signum, aurato præcingens lumine vultum; & fulmen adactum, cœlesti ab arce retortum, vertit in auctores, servumque equitemque, ac equum quatiens in cineres. Clamavit percussus Monachus.

Audiit, & cœli genitor de parte sereno
Intonuit lævum: sonat unà lethifer arcus. Virgil. lib. 9. *Æneid.* v. 630.
Effudit horrendum stridens elapsa sagitta,
Perque caput tumidi venit, & cava tempora ferra
Trajicit. I, verbis virtutem illude superbis.

Ultio visa tarda, sed patuit publica. Tarditatem vindictæ compensavit gravitate. Fulmen & cœlo sereno torsit: nocentes minimè præteriit: exanimavit indignos, & solos, & inter tantos. Turbine cœlesti subitò percutiuntur & igni. Equus Troja fuit, ardet herus, servus igneſcit. Fumantia cuncta

——Membra virùm terrena relinquunt.
Exuiturque animus: paulum si tardius artus Stat. 10. *Theb.* v. 478.
Cessissent, possent fulmen meruisse secundum.

Haud vaga flamma etiam in aliena regna. Descendit in supplicium & in exemplum: iterùmque sursùm volavit, ut compesceret audaces, vel descenderet: quandoquidem concusso vertice,

Signavit montem ultricis semita flammæ. Lucret. ubi supr.

Nobile, Excellentissime, theatrum tuæ dispalescit virtutis; dum etiam discrevit, quibus non parceret ignis. Turba comitatur, & tantùm desi-

de-

derantur, qui non desiderantur. *Quodam enim tempore mansuetabatur ignis,*
Sap. 16. 18 *ne comburerentur* cætera *animalia, ut impii videntes scirent, quoniam Dei judicio patiuntur persecutionem.* Egressus ignis à Domino interfecit ducentos
Num. 16. 35. quinquaginta viros. Mira omninò flammæ virtus, quòd discerneret impios inter tantos. Insensibili ingeritur sensus, quasi non esset justorum combustibile corpus. Prævalet, atque simul cadit ignis, stante Aarone
Ibid. v. 48. inter mortuos & viventes. Probatur è cœlo & à cœlo virtus, ac pugnat
Sap. 5. 21. orbis terrarum contra insensatos. Mirum in Elia, quòd descenderit ignis
4. Reg. 1. 10. de cœlo: amplius, quòd alios ad nutum absumeret, alios terreret, &
Vers. 12. alios illuminaret. Haud evanuit potestas, redactis etiam aliquibus in favillas. Habet, qui sursùm, in terra deorsùm, ut compescat audaciam: ut si iterùm improbitas audeat, rursùs in improbos mittar. Habes Pater
Genes. 22. 6. in manibus ignem & glaudium. Ab æthere teli determinas ictum, & de-
Job. 38. 35 figis indeclinabile meditatum in scopum. *Numquid mittis fulgura & ibunt, & revertentia dicent tibi: Adsumus? Habes brachium sicut Deus, & voce simili tonas?* Mittis utique fulmina, & revertuntur, ut denuò in illos mittantur, si fulmen audent meruisse secundum. Sævis compescens ignibus ignem, ac in fulmina torques trisulcum fulmen. Imagines ipsorum ad nihilum redigis.

Lucret. 6. u. 422. *Cautibus in summis vestigia cernimus ignis.*

Fol. 76. En quid ultrà loquar? Reddis persecutum ad te fugientem, hostibus invisibilem, jamiam subiturum mortem. Unde elusо Marischalco &
Luc. 4. 30. milite, qui trucidare volebat; quem protexeras, *transiens per medium illorum ibat.* Vorticibus fluvii rapidi involvitur adolescens, & in superficie
Fol. 71. sustines. Extendens manum, apprehendis: & dicis: *Noli timere: ecce pa-*
Matth. 14. 31. *ter tuus & mater dolentes quærunt.* Invenitur ab his vivus, sed illicò mor-
Augustin. tract. 49. in *Joan.* tuus. Distulisti sanare, ut posses resuscitare: equidem quem ne mergeretur, sublevasti, revocatur adductus in sepulchrum; ut suspensionis in
Fol. 69. aqua magis clareret miraculum. Ut depositum custodias, eques cataphractus de cœlo descendis. Jacet mutus Heliodorus, qui in sacrum ærarium audax. Eques de cœlo armaturà gravi descendit minax: & ut ite-
2. Mach. 3. 25. retur prodigium, dum surripitur à sepulchro depositum; qui ausus suffocatus formidine atque timore, ut tete vidit de cœlo fulminantem descendisse. Vel levi cuspide lanceæ, à sepulchro furto semotæ, & absconditæ in veste, exarsit in corpus ignis, amburens flammis. Uritur ferro,
Fol. 75. jaculo ignito, & ita flagravit, quousque pili ferrum pristino loco restituit. Non novum Achani incendium, quoniam surripuit Domino con-
Josue 7. 25 secratum: nec violentam pati amaritudinem mortis, qui contra jus furtum ferebant in tunicis. Blasphemos illicò percutis, & paralypsi in mor-
2. Mach. 12. 40. tem, sed conversos restituis in sanitatem. Percutitur pœnitudine pectus,
Fol. 71. & brachio restituitur arida manus. Instrumenta malignitatis in malignos
3. Reg. 13. 6. convertis, quasi ille qui fecit flagellum de puniendorum funiculis.
Joan. 2. 15

O nimium dilecte Deo, cui militat æther!
Te propter adversas acies, revolutaque tela
Verrit in auctores, & turbine repulit hastas.

Claud. 3. *Cons. Honor.* v. 93.

Terram illustrant prodigia. *Venite & videte, quæ posuit prodigia super terram*: & etiam de cœlo descendit gratia. Petite & accipietis. Fient, & *omnia, quæcunque petieritis*. Non solùm habebitis gratias, sed & gratiarum divitias.

Fol. 60. Psal 45. 9. Luc. 11. 9. Matth. 21. 22. Ephes. 2. 7.

Quòque minus dubites, quodvis pete munus, & illud
Nec tribuente feres: promissis testis adesto.

Ovid. 2. *Met.* v. 43.

Quid tot mirabilia, aut quorsùm? Totus rutilas miraculum, totus prodigium, totus portentum, atque admirationis spectaculum.

——O lux immensi publica mundi!

Ibid. v. 35.

A te principium, tibi desinet, accipe vota, & alumni & filii & supplicis; qui orationis nostræ primus es, & medius & ultimus: exordium, orbita, finis.

——En erit unquàm
Ille dies, mihi cùm liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem.

Virgil. 8. *Eclog.* v. 7.

OMNIA AD AMUSSIM DECRETI SS. URBANI VIII.

CENSURA R.mo P. MAGISTRI Fr. LUDOVICI Alvarez, Congregationis Benedictinæ Hispano Anglicæ Chronici, semel & modò post Ovetensem, Monasterii Caradignensis Abbatis, &c.

TOMI Tertii *Commentariorum Literalium in Script. Sacr. Tautologias*, &c. à Rmo. P. Magistro Fr. Emmanuele de Villarroel, Theologiæ Doctore, Sacr. literarum Interprete, ac N. Benedictinæ Congregationis generali Concionatore, nescio quo tempore, tot partubus ingenii partis, tot occupationibus publici muneris, ac regiminis præpedito, omnibus numeris absoluti censor, designor, & indignor, quippe noto Auctore, non opus est judice. Adhuc in cunabulis partum fovi, & Matriti amplexatus, non sine lachrymis. Amori fœtus, & Auctoris cedo. Nec mirùm:

Claudian. *Hunc mihi conjungit studiis communibus ætas.*

Intento in *Athenas Benedictinas* (citò, ni vita fallax, à me publicà luce donandas)

Idem. *Hic socius, dux ille mihi, nostrique per aulam*
Ordinis, hic consors, emicat ille prior.

Ovid. *Distat opus nostrum, sed fontibus exiit ab iisdem,*
Artis & ingenii cultor uterque sumus.

Damian. Quo lapillo signaturus scripta (ut Damiani verbis utar in *Præf.* ad titul. super *Dominus vobiscum*) *cùm non qualemcunque complicem, vel amicum, sed patrem, doctorem, dominum, electum mihi præ cunctis mortalibus habeo?* In universum magnificus est, *Primo avulso* (imò, secundo) *Non deficit alter Aureus, & simile frondescit virga metallo.* Condit & molitur insignia. *Perficit* (ait Ambrosius lib. 1. cap. 7. in *Hexaëmer.*) *illuminat, absolvit.* Perficit & uberrimè Literà: illuminat Didascalià: absolvit utrobique, non cadens, sed desinens in admirationem, expectationem implens, & ultra cogitandum. Exiguum est dicere, dignum admirari. *Si interrogor* (inquit Seneca *Epist.* 100.) *major ille est, qui judicium abstulit, quàm qui meruit.* Nemo fœcundior, nemo subtilior, nemo vivacior. Nihil non doctum, nihil non rectum, nihil dissonum moribus, auribus: quinimò totum eruditum, floridum, fructiferum, orthodoxum, dignum cedro, cultu, genu, veneratione, luce, immortalitate. Caradignæ die 1. Januar. Ann. 1712.

Virgil. Ambros. Senec.

Magist. Fr. Ludovicus Alvarez.

FACULTAS ORDINIS.

NOS Magister Fr. Petrus Magaña Congregationis S. Benedicti Hispan. & Angliæ Generalis, &c. Tertium Tomum *Commentariorum Liter. in Scripturæ Tautologias, &c.* elucubratum à R.P.M.Fr. Emmanuele de Villarroel, Theologiæ Doctore Sacrarum Literarum Interprete, & nostræ Congregationis Generali Concionatore, quoniam à viris doctis (quibus ipsum examinandum commisimus) recognitus & approbatus; typis mandari, in lucem prodire (servatis tamen de jure servandis) tenore præsentium, sigillo nostro, & subscriptione munitarum concedimus. Datis in nostro Monasterio S. Æmiliani pridie Kal. Februar. Anno 1712.

M. Fr. Petrus Magaña,
Gener. Congreg. S. Benedicti.

M. Fr. Claudius Estebanez,
Secretarius.

APRO-

APPROBATIO Rmo. P. M. AGUSTINI A CASTEJON, Societatis Jesu, Regis Concionatoris, Supremi Fidei Senatus Censoris, & in Collegio Imperiali Matritensi Sacrarum literarum Interpretis, &c.

QUA me præscriptum perillustris D. Doctoris D. Francisci Ramirez de la Piscina Sanctæ Toletanæ Ecclesiæ, Hispaniarum Primatis Canonici, & Archidiaconi de Alcaraz, necnon Vicarii Matritensis pro Illustrissimo Domino Decano, & Capitulo Toletano, Sede Archiepiscopali vacante, censuræ addixit *Commentariorum Literalium in Sacras Tautologias tomi tertii*; hàc me in Auctoris Reverendissimi P. M. Fr. Emmanuelis de Villarroel, Benedictini, Theologiæ Doctoris, Sacrarum literarum Interpretis, atque eximiæ Congregationis Vallis-Oletanæ Concionatoris Generalis admirationem induxit. Vidi enim opus, quod præterquàm nihil Fidei contrarium, nihil repugnans bonis moribus (hæc mei functi censorii muneris est sententia) continet; est absolutum undequaque, atque perfectum: & quod Scriptoris posset fœcundi haurire doctrinam, si vel unicum prodiret in lucem; at prodit tertium: prodit æquali refertum eruditione, quà vena dives dedit primum, quà inexhausta doctrina dedit secundum, nataque est orbi literario plura dare fœcundissima, & facunda. Talis, ac tanti ingenii, ut & redundantiæ Tautologiarum sacrarum nil superfluere demonstret: in esse copiam non tam verborum in superficie, quàm sensuum, imò & in sensuum medullis, ut ita dicam, arcanorum, quæ vix ratio humana luce Divina destituta assequi queat. Scitè, ut semper, Magnus Parens Augustinus cum Deo loquens de Divinorum altitudine eloquiorum: *Mira profunditas eloquiorum tuorum, quorum ecce ante nos superficies blandiens parvulis, sed mira profunditas, Deus meus, mira profunditas. Horror est intendere in eam, horror honoris, & tremor amoris.* Hinc illud aureum os Græcæ Ecclesiæ, versans quod Christus injunxerat: *Scrutamini Scripturas, non dixit: Legite Scripturas* (animadvertit) *sed scrutamini. Divina enim summa indigent diligentiâ. In umbra enim majoribus illis non abs re locutus est; idcirco effodere profundius jubet, ut quæ altè delitescunt, invenire possimus. Non enim rem in superficie, & in promptu positam effodimus, sed quæ tamquàm thesaurus profunde reconditur. Qui enim hujusmodi quærit, nisi summam adhibeat diligentiam, & laborem, numquam quæsita inveniet.* Reptilium est humi serpere; Aquilarum volare ad sublimen usque metam, & cœlestes ipsos tractus lustrare. Dædalus, inquit Poeta:

Aug. lib. 12. Con. cap. 14.

Chrysost. hom. 40. in Joan.

Præpetibus pennis ausus se credere cœlo,
Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos,
Calcidicaque levis tandem superastitit arce,
Redditus is primùm terris tibi Phœbe, sacravit
Remigium alarum.

Æneid. lib. 6.

Soli justitiæ Scripturas irradianti Commentator noster pœnas, quas præpes induit, omnium lustratis tramitibus scientiarum, ritè consecras, appendit anathema æternitati. *Xenophontis ore Musas quasi locutas ferunt*, testatur Princeps Latinorum Oratorum de Historiographo isto Græco: calamo & quidem aptissimo, insignis hujus Scriptoris Musas quoque exaraviisse stupebis, quæ vel Xenophontis voce, nequiverint protulisse. *Fingamus enim animo navem* (verba sunt docti Ludovici mei Cresollii) *qua Phœbus eruditionis Pater per Occeanum Encyclopediæ lætissimâ pompâ feratur. Hinc inde videre licet duos remorum ordines, qui etiam dici versus consueverunt: qui quoniam in numerum moventur ad symphoniam, & celeuma, speciem quandam Poeticæ nobis exhibent. Panduntur vela eloquentiæ, populique laude, & assensione, quasi vento implentur. Rudentes multiplici nexu coeuntes, aut intenti contortas, & implicitas Dialecticæ notiones, & spiras Cathegoriarum exprimunt. Ethica illa, quam Moralem dicimus, anchoram jacit, ne animi commotionibus, & violentâ perturbationum agitatione fluctuemus. Ad puppim Theologia sedet, quæ omnium scientiarum Dux, & Magistra cursum omnem studiorum ad portum felicitatis, gloriæque dirigit. Pulchrum sanè spectaculum!* Sed non fictum ei, cujus menti obversentur Commentaria hujusmodi literalia, cum illustrationibus Panegyricis, Anagogicis, Tropologicis, & Politicis: quippe quibus, ipsorumque Compactori peritissimo adaptatur mulieris fortis elogium à Salomone contextum: *Facta est quasi Navis Institoris de longe portans panem suum.* Hæc est Philosophia mirabilis, atque abundans fructu multiplici: quam non hercle Socrates, nescio quis impurus Sophista cœlo evocavit: sed omnium Doctor sæculorum, incarnata Sapientia, Deus homo factus

Cicero de Orat. 34.

Cresollius Mystagogi tom. 1. lib. 2. sect. 2.

Prov. 31. 14.

inſpiravit, & traddidit. Divinarum ſcilicèt literarum cognitio, atque interpretatio incredibile dictu eſt, quantum ad ſpiritualem medicinam faciendam præſidii habeat. Ut mihi planè jure, ac meritò hujus fronti lucubrationis inſculpi aureis literis debere videatur is titulus, quem Ægypti Rex potentiſsimus Oſimanduas in foribus Bibliothecæ prædivitis, Regiæque collocavit. Nam cùm vim magnam, & ſelectam coegiſſet librorum, quos ingenioſi homines, atque verſati in omni genere literarum expoliviſſent, inſcribi juſsit notis grandioribus: ANIMORUM MEDICA OFFICINA. Congruit & Magnus Baſilius, qui vocitabat *Medicinam* Biblia ſacra; atque cum eorum Commentariis componebat volumina, quæ olim Priſcis Medicis plena, & referta curationum circumferre mos fuit, & appellat *Varios, & multiplices libellos*, unde fatigati morbo, invaletudineque affiicti remedia petant ſibi propria. Verùm nec illa profanorum Medicorum effata, nec Oſimanduæ ſupellex illa erudita, à Barbaria, & Græcia cum forulis ſuis aureis perfecta, cum purpureis membranis, ordineque pluteorum eburneo cum iſto poſſunt comparari Tomo tertio doctiſsimi Villarroel; quem Panarium ego, & ornatiſsimam apothecam nominem, unde omne genus remediorum peti poſsit, quo quiſque egere videatur. Non ſparſi obſtant frequenter floſculi ex humaniorum literarum viridariis cum electione decerpti aut materiæ, aut finis quantumvis ſacra materia eſt, animorum verò utilitas, & diſcentium inſtructio finis præſcriptus: cùm in Divinis paginis, Dei afflatu abſque dubio elaboratis, pangi videamus Odas dulciſsimè, numeroſos Hymnos prætexi, pedeſque demum cothurnata incedere majeſtate. Sic Doctor notat Eccleſiæ Maximus: *Quid Pſalterio canorius? Quod in morem noſtri Flacci, & Græci Pindari, nunc Jambo currit, nunc Alcaico perſonat, nunc Sapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur.* Addit de Deuteronomio, Iſaiæ cantico, & Jobi libro apud ſuos omnes Hexametri lege verſus decurrere. Alibi verò affirmat Lementationes Sapphicis, Adonicis, & Heroicis conſtare metris. Mitto Epiphanium admonentem Job, Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſten quoque, & Cantica canticorum verſu deſcriptos, ac modulatos. Nec ſine cauſa, quæ maximè infixa vir eruditiſsimus, atque inuſta cordi legentium cupit adſtricta prodit, vel aſperſit oratione numeris vincta. Cùm enim cantus blandè in animum ſe inſinuet, commovet pias affectiones, & inflammat: reſtinguit quoque exuberans, ſi quod forſan æſtuet incendium: adhærent item, atque inſident memoriæ, ita ut non poſsint deleri facilè. Plura omitto encomia, quæ temperanti quàm ſcitè utile dulci, debebantur, ne prolixus incedam, neve ultra ineptè vager in laudem ejus, qui immortalitati famæ conſuluit ſcriptis nunquam morituris, ex ſententia Naſonis ita canentis:

Basil. hom. 21.

Hieron. in Præf. Chr. Euſ.

Idem præfat. in Job Epiphan. lib. de ponder.

Tabida conſumit ferrum, lapidemque vetuſtas,
Nullaque res majus tempore robur habet:
Scripta ferunt annos: ſcriptis Agamemnona noſti,
Et quiſquis contra, vel ſimul arma tulit.
Fit vivax ſcriptis virtus, experſque ſepulchri
Notitiam ſeræ poſteritatis habet.

Hoc, *Salvo ſemper meliore*, judicium eſt meum. In hoc Collegio Imperiali Matritenſi Societatis Jeſu, Decimo Kalendas Maii, anni milleſimi ſeptingenteſimi duodecimi.

Auguſtinus à Caſtejon. Soc. Jeſu.

FACULTAS ORDINARII.

VISA ſuperiore approbatione, facultatem concedimus Rmo. P. M. Fr. Emmanueli de Villarroel Monacho Benedictino, &c. ut Tomum tertium *in Sacras Tautologias* in lucem edere queat. Matriti die 26. Aprilis. Anno 1712.

Doct. D. Franciſcus Antonius Ramirez.

CEN-

CENSURA Rmi. P. M. FRAY JOANNIS MUÑOZ de la Cueba, Doctoris Theologi Toletanæ Universitatis, atque Durandi Cathedræ olim Moderatoris, Sanctæ Fidei Senatus Qualificatoris, pro Regiis Sessionibus de Purissimæ Conceptionis mysterio Theologi deputati, Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Provincialis Ministri in hac Provintia Castellæ, Legionis, & Navarræ, &c.

ECCE jam tertium venit opus omnibus undequaquè laudabile, undequaquè proficuum, elaboratum, atque in lucem prodendum à SS.P.M. semel atque iterum pluribus jam titulis laureato, variisque operibus non imparibus cognito, Magistro, inquam, P. Fr. Emmanuele de Villarroel, Sacræ Paginæ celeberrimo Interprete, Theologiæ Magistro, Laurensanensis Monasterii meritissimo Præsule: atque mihi admodum venerandæ Benedictinæ Congregationis Vallis-Oleti fungente feliciter munere atque honore Concionatoris Generalis.

Venit, inquam, non descendit: sed ascendit potiùs instar illius fontis Paradisi Domini *ascendentis è terra, & irrigantis* non tantùm(sic liceat loqui) *universam superficiem*, sed profunda terræ; & sanè quantunvis abscondita. Ascendit de terra Domini, de terra illa de qua dictum est: *Benedixisti, Domine, terram tuam*: de illa nempè benedicta terra, terra Benedicti, ex qua tot rivuli, tot fluenta manarunt, *ut terra nostra daret fructum suum*. Ascendit ergo fons iste qui *dividitur in* plura *capita*, idest, in plura volumina (quorum hoc tertium par reliquis, nulli secundum) universam irrigantia terram, ut mentes hominum absque sudore vescantur pane suo; hoc est, sapientiâ, doctrinâ, & eruditione reficiantur. Quis enim de hoc fonte non bibet? quis, postquàm biberit, sitibundus manebit? Quis non dicet de hoc fonte, de hoc nimirum opere ascendente de hac benedicta terra, omni prorsus experte maledictione, *benedicta terra in opere tuo*? Non *tribulos*, vel pungentes *spinas*, sed Lilia *germinabit*, & Rosas.

Vix enim aliquid in hoc censeri potest volumine, quod non ædificet Authoris elogium, fluit nanque stylus sententiosè facilis, sine luxu compositus, sine elatione gravis. Plura significat quàm dicit, plura quàm exprimit, docet. Si in litera sistit, eam exponit copiosà, ac divite brevitate; aurea, & docta felicitate; nec parcè, nec prodigè. Si ad mores planum extollat sensum, in volumine ipso veluti in speculo conspicitur Authoris imago. Præterquàmquod in eo resplendet ejus sapientia, & doctrina; simul absdubio fulget ejus austeritas vitæ, morum integritas, ac religiosa pietas, & observantia: *Contingit enim* (cogitat Casiodorus) *dissimilem filium plerumque generari: oratio dispar moribus vix potest inveniri*. Nec miranda venit tam arcta, atque christiana disciplina in ejus doctissimis paginis, cùm liber index animi sit, & altæ mentis Authoris linguatus interpres. In Procem. variar.

Quis unquam dixit multa, quibus simul omnium animis arrideat? Quibus tam diversis, imò contrariis palatis placeat?

Mille hominum species, & rerum discolor usus:
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno. Pers. Sat. 5.

Hoc ergo insolitum, atque sanè mirandum est in hoc atque in aliis jam typis datis operibus tanti nostri Magistri: plura dicere, plura de novo investigare; & studentium simul omnium animos demulcere. Rara inquam Avis in terra scriptor omnibus æquè gratus. Liceat de hoc fari amœnissimo Viridario, ubi tot pullulant flores quot literæ, quòd omnes Oratores Christiani in Paginis sacris versari cupientes, more rationalium apum ad flores libandos

——Veniunt, abeuntque vicissim,
Et vario strepitant gemmantes murmure campos. Apud Stobæum in Eth. Eclo.

Sic omnia jucunda sunt ad gratiam, sic ad mores proficua, ut nihil desiderandum maneat ad Archetypam morum Magistri idæam. Nihil magnum, nihil doctum, nihil abstrusum retroactis sæculis excogitatum est, quòd in hoc opere vel elucubratum, vel additum, vel saltim expolitum non sit. Nullus in eo numerus sterilis apparet, nullus qui conceptus & sententias non spiret.

Aliquibus forsam erit insolita, & ardua Authoris genialis facundia; sed altis, non infimis tractari debent alta. Non parvi faciendum est de hac re judicium Cordubensis Philosophi: *Verba*(dicit) *non jejuna esse, & arida volo, quæ de rebus tam magnis dicentur. Nec enim Philosophia ingenium renuntiat*. Non ergo verba debent ingenio destitui, & orbari. Et quidem est

suum

ſuum in verbis ingenium. Nec ſufficit generoſos & ſubtiles conce ptus mente inveniſſe quin generosè & ſubtiliter per verba emittantur in lucem: portio ingenii eſt ingeniosè loqui, quæ ingeniosè inveſtigati; & parturire diſſertè, quæ diſſertè concepiſti. Homo ſanè ruſticus ſæpè ſubtile quid mente adinvenit: at qui ruſticè mentem ſuam prodit, indoctus eſt, & agreſtis. Laudatum jam Caſiodorum iterùm audi: *Dictio ſemper agreſtis eſt, quæ ſenſibus electis per moram non comitur.* Loqui nobis communiter datum eſt, ſolus ornatus eſt, qui diſcernit indoctos. Ergo ſermo communis peritis, & imperitis: at peritus non eſt, qui quantumvis electos & ſublimes ſenſus ſagaci repererit mente; vulgari & inelaborata elocutione repente fundit. Unde non mente tantum, ſed ore diſcernitur ab indocto doctus. Hæc mora comendi ſtylum plurimis familiaris fuit antiquis, Sanctis Patribus, & Doctoribus, qui nitido, & elaborato ſtylo floruerunt, quo rudes ad virtutem populos informarent. Nec ergo elegantia dedecet ſanctitatem, nec chriſtiana Philoſophia renuntiavit ingenio. Si hæc non ſufficiant impotentibus capere verbum iſtud, ad verba Plinii, recurrendum, *De Pictore, Sculptore, fictore niſi artifex judicare; ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem.* Ex his ergo, pluribuſque aliis titulis, quibus opus hoc mihi commedabile eſt; gratias, ut debeo, refero Supremo, ac Regali Caſtellæ Senatui, qui cenſendi cauſa, ut eſt de more, anſam mihi dedit præcepto ſuo luce tantæ doctrinæ fruendi, priuſquam reliquis exiret in lucem. Juſſit ſanè, quod ego jam ultro ambiebam; addiditque ſponte currenti calcaria. Sed ut muneri ſatisfaciam Cenſoris, ſeriò cenſeo nihil eſſe in hoc volumine quod à via veritatis aberret, quod ab orthodoxis dogmatibus, nec imo tantùm apice, declinet, quod ſententiis veterum PP. acceptis ab Eccleſia contradicat, aut chriſtianis moribus non ſubveniat. Opus quidem judico digniſsimum luce ad ſui Authoris gloriam, ad Monachalis Familiæ ornamentum, & publicam omnium utilitatem. Erit enim rei Biblicæ dives Theſaurus, Sacrarum Concionum locuplex auxilium, Politiæ chriſtianæ eruditio, & vitiorum omnium felix expurgatio. Sic cenſeo, ſalvo meliore &c. In hoc Sanctiſsimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Matritenſi Conventu. Die 1. Aprilis. Anno Dñi. 1712.

Ubi ſupr.

Lib. 1. Epiſtol.

M. Fr. Joannes Muñoz de la Cueba.

FACULTAS REGII CASTELLÆ SENATUS.

APProbatione ſuperiore viſa, Regius Caſtellæ Senatus permiſit P. M. Fr. Emmanueli de Villaroel Monacho Benedictino &c. Tertium Tomum *in Sacras Tautologias* typis committere; ut latiùs patet ex authographo privilegio expedito die 18. Aprillis anni 1742. per D. Michaelem Fernandez de Munilla, Regiæ Camaræ Secretarium.

MENDA.

PAG. 1. lin. 5. vincerent, leg. *vinceret.* Pag. 3. lin. 3. hujoſmodi, leg. *hujuſmodi.* Ibi. lin. 34. pede recti, leg. *pedes recti.* Pag. 15. lin. 1. redimedere, leg. *redimire.* Pag. 16. lin. 14. vitiis, leg. *vittis.* Pag. 24. lin. 57. eſtuper, leg. *ſtupes.* Pag. 25. lin. 57. elaudicabat, leg. *claudicabat.* Pag. 57. lin. 8. vendiderat, leg. *vendiderant.* Pag. 91. col. 1. lin. 33. venit, leg. *veni.* Pag. 114. col. 2. lin. 2. fledelium, leg. *fidelium.* Pag. 256. col. 2. oceanum, leg. *occeanum.* Pag. 381. col. 1. lin. 1. hyemis, leg. *hymnis.* Pag. 402. col. 1. lin. 53. pateut, leg. *patent.* Pag. 411. delere, leg. *doleret.*

Hoc opus, demptis his mendis, ſuo exemplari reſpondet. Matriti die 13. Martii anno 1748.

D. Emmanueli Licardo de Rivera.

SUMA DE LA TASSA.

TAſſaron los Señores del Conſejo à ſeis maravedis cada pliego de los de eſte Libro, como conſta de la Certificacion de Don Miguèl Fernandez de Munilla, Eſcrivano de Camara del Rey nueſtro Señor. En Madrid à 15. de Marzo de 1748.

AP-

APPARATUS TAUTOLOGIARUM
TOMI TERTII.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Geneſ. 32. v. 31. *Ipſe claudicabat pede.*
Claudus pedibus. Prov. 26. 6.
Claudus ex utero matris ſuæ, qui nunquàm ambulaverat. Act. 14. 7.
Greſſus rectos facite pedibus veſtris. Hebr. 12. 13.
Ambulabant pedibus ſuis. Iſai. 3. 16.
Compedes in pedibus. Eccli. 21. 22.

TAUTOLOGIA II.

Geneſ. 45. v. 12. *En oculi veſtri, & oculi fratris mei Ben-jamin vident.* Sæpe in Script.
Oculi veſtri viderunt. Deuter. 4. 3. 34-4. Reg. 7. 2. Jerem. 20. 4. Malach. 1. 5.
Euge euge, viderunt oculi noſtri. Pſal. 34. 21. Matth. 13. 15. Act. 28. 27.
Videntibus oculis meis. 3. Reg. 1. 48-10. 7. Iſai. 6. 5. 10. Ezech. 12. 12. & 40. 4.
Cum ſuſpexiſſet, & vidiſſet. 1. Paral. 21. 20. Iſai. 14. 6. Thren. 3. 50-1. Joan. 1. 1.
Videntes videbitis. Matth. 13. 14. Actor. 28. 26.
In conſpectu oculorum. 2. Reg. 22. 25. Pſal. 17. 25. & 100. 7. Eccli. 27. 26.
Viſionem oculorum. Iſai. 11. 3.

TAUTOLOGIA III.

Geneſ. 45. v. 12. *Oculi veſtri vident, quòd os meum loquatur ad vos.*
Verba oris mei. Deuter. 32. 1. Pſal. 18. 15.
Os tuum, quo loquebaris. Judic. 9. 38.
Locutus eſt ore ſuo. 3. Reg. 8. 15. Jerem. 44. 25.
Loquentur in ore ſuo. Pſal. 58. 8.
Locuti ſunt labiis. Pſal. 21. 8. & 38. 5.
Aperuit os ſuum, & locutus eſt. Job. 3. 1. 2. Dan. 3. 25. Matth. 5. 2.
Mordent dentibus ſuis. Mich. 3. 5.

TAUTOLOGIA IV.

Exod. 3. v. 2. *Apparuit Dominus in flamma ignis.*
Lampades ejus lampades ignis, atque flammarum. Cant. 8. 6. Hebr. 1. 7.
Deus tuus ignis conſumens eſt. Deuter. 4. 24. Hebr. 12. 19. Pſal. 103. 4-104. 32.
Ignis devoravit eos, & mortui ſunt. Levit. 10. 2. Iſai. 30. 27.
Comburebant igni. 4. Reg. 17. 31.
In ignem mittent, & ardet. Joann. 15. 6.
Carnes aſſas igni. Exod. 12. 8. 9. 10.

TAUTOLOGIA V.

Exod. 3. v. 5. *Solve calceamentum de pedibus tuis.*
Calceamenta habebitis in pedibus. Exod. 12. 11-3. Reg. 2. 5. Iſai. 20. 2. Act. 7. 33. & 13. 25.
Coronas habebitis in capitibus veſtris, & calceamenta in pedibus. Ezech. 24. 23.
Natans ad natandum. Iſai. 25. 11.

TAUTOLOGIA VI.

Exod. 3. v. 14. *Ego ſum, qui ſum.*
Ego ego. Iſai. 48. 15. & 51. 12. Oſe. 5. 14.
Deus ego, & non homo. Oſe. 11. 9. Heb. 8. 2.
In manus Domini, & non in manus hominum. Eccli. 2. 22.
Ægyptus homo, & non Deus. Iſai. 31. 3. Ezech. 28. 2. 9.
Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ. 1. Joan. 1. 5.

TAUTOLOGIA VII.

Exod. 3. v. 16. *Viſitans viſitavi.*
Videns vidi. Actor. 7. 34.
Intuere, & reſpice. Thren. 5. 1.
Si recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ. 1. Reg. 1. 11. Eccli. 38. 21.
Oblita eſt Dei Salvatoris tui, & fortis adjutoris tui non eſt recordata. Iſai. 17. 10.
Memento, & ne obliviſcaris. Deuter. 9. 7.
Oblivione obliviſcar. Oſe. 1. 6.
Memoriâ memor ero. Thren. 3. 20.

TAUTOLOGIA VIII.

Exod. 12. v. 2. *Menſis iſte vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni.*
Habebat ætatis plurimos dies. 3. Reg. 1. 1.
Annos vitæ apponent. Prov. 3. 2. & 9. 11.
Anni dierum. Jer. 28. 3. 11-1. Mach. 1. 30.

TAU-

TAUTOLOGIA IX.

Exod. 21. v. 11. *Gratis absque pecunia.*
Dono donati. Num. 8. 16.
Merces mercenarii. Deut. 15. 18. Tob. 4. 15. Malach. 3. 5.
Multis honoribus nos honoraverunt. Act. 28. 10.
Accipietis, & evenient vobis. Marc. 11. 24.

TAUTOLOGIA X.

Exod. 22. v. 24. *Percutiam vos gladio.*
Si percutimus in gladio. Luc. 22. 49.
Percussit eum, & vulneravit. 3. Reg. 20. 37. Cant. 5. 7.
Percussisti, nec misertus es. Thren. 2. 21.
Occidisti, nec pepercisti. Thren. 3. 43.
Lapidabunt te lapidibus. Ezech. 16. 40.

TAUTOLOGIA XI.

Exod. 23. v. 7. *Insontem, & justum.*
Absque peccato, & innocens. Jerem. 2. 35.
Justus es Domine, & rectum judicium tuum. Psal. 118. 137.
Justitia tua justitia in æternum. Ibidem v. 142. Isai. 5. 23. Ezech. 18. 20. & 33. 12.
Qui custodierint justa, juste justificabuntur. Sapient. 6. 11.

TAUTOLOGIA XII.

Exod. 25. v. 15. *Vectes semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.*
Manebant filii Israel in eodem loco, & non proficiscebantur. Num. 9. 22. Act. 2. 1.
Ibi manete, donec exeatis. Matth. 10. 11.
Donec exeatis inde. Marc. 6. 10.
Congregans congregabo. Jerem. 8. 13. Mich. 2. 12. Sophon. 1. 2.
Et quæ in mari, & quæ in eo. Apoc. 5. 13.
Habitabitur Jerusalem rursùs in loco suo in Jerusalem. Zachar. 12. 6.

TAUTOLOGIA XIII.

Exod. 25. v. 20. *Respiciant se mutuò.*
Ut diligatis invicem sicut dilexit vos, ut & vos invicem diligatis. Joann. 13. 34.
In me manet, & ego in illo. Joan. 6. 56.
Manete in me, & ego in vobis. Joan. 15. 4.
Apud vos manebit, & in vobis erit. Joan. 14. 17. & 1. Epist. 4. 16.
Ut ubi sum ego, & illi sint mecum. Joan. 17. 24.
Cœnabo cum illo, & ipse mecum. Apocalyps. 3. 20.

TAUTOLOGIA XIV.

Exod. 34. v. 6. *Deus misericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis.*
Misericors, & miserator Dominus. Psalm. 102. 8. & 110. 4. Jacob. 5. 11.
Miserebor, cujus misereor, & misericordiam præstabo, cujus miserebor. Rom. 9. 15.
Miserans miserebitur. Isai. 30. 19. Jerem. 31. 20-42. 12. Ose. 2. 19.
Misericordes sunt, & miserantur. Proverb. 13. 13.
Crudelis est, & non miserebitur. Jerem. 6. 23-50. 42.
Dies propitiationis, ut propitietur vobis Dominus. Levit. 23. 28.

PA-

PARATITLA DIDASCALIARUM TOMI TERTII.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Ipse claudicabat pede. Fol. 1.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Claudicabat pede.* Vividè : etenim qui obedientiæ se præparat, pede claudus & mente minimè claudicat.
2. *Claudicabat pede:* siquidem qui jus dicit inauditâ parte ex lite, claudicat sanequam aure.
3. *Claudicabat pede.* Ex pede profectò claudicatio ; designaturque pedis in Jacobo; quoniam tenax judicii, à capite perperi, claudicat capite.
4. *Claudicabat pede.* Optimè. A prudentia qui deficit in regimine, claudicat mente.
5. *Claudicabat pede.* Vigilanter : quandoquidem quisquis ad electionem ducitur affectione, claudicat pectore.
6. *Claudicabat pede.* Utique : caput sanè, quo cæcè regnat affectio, claudicat semper judicio.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *In obedientia frustratur actus, si deficit modus.* Fol. 26.

DIDASC. 2. *Nullus innocens erit, si accusari sufficit.* Fol. 32.

DIDASC. 3. *Ad pœnitendum properat, citò qui judicat.* Fol. 37.

DID. 4. *In regimen non tam floret intentionis bonitas, quam discretionis dexteritas.* Fol. 42.

DIDASC. 5. *Nulla ratio in electione affectionis, sed prolubium voluntatis.* Fol. 47.

DIDASC. 6. *Æquè facilitas amoris, quàm difficultas nocet.* Fol. 52.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

En oculi vestri vident. Fol. 57.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Oculi vestri vident, quod os meum loquatur ad vos.* Oculi junguntur linguæ, ut consulatur in regimine prudentiæ ; quoniam verba priùs considerandà, quàm loquenda.
2. *Oculi vestri vident.* Necessariò utique ni cæci : oculique signantur ex industria visioni; quia aliquando congruit scita nescire, atque visa non videre.
3. *Oculi vestri vident.* Non viderent, si viderent tantùm oculi : etenim visa non videt, qui infelicitatem priximi videt, & transit.
4. *Oculi vestri vident.* Oculi videndo favent; at non summitas gratiæ, dum vident oculi: igitur nobile Virginis patrocinium præcedit vita collatione gratiarum.
5. *Oculi vestri vident.* Visionis demonstrantur organa, ut signetur cognitio in Eucharistia, ubi in signum veri oculorum luminis, quæ videntur, videntur oculis clausis.
6. *Oculi vestri vident.* Quid vident? Josephi felicitatem : quod quidem ut miraculum exponitur; quia non videtur felicitas humana, si videtur.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Verba maximè Præsidum veniant priùs bis ad limam, quàm semel ad linguam.* Fol. 69.

DIDASC. 2. *Nescit modum in regimen, quisquis ignorat dissimulationis artem.* Fol. 74.

DIDASC. 3. *Non videt oculis, cui clausa lumina pectoris.* Fol. 79.

DIDASC. 4. *Maria Virgo thesaurus fulget miserationum Dei.* Fol. 83.

DIDASC. 5. *Sensuum defectus in Eucharistia, Sacramenti major gloria.* Fol. 88.

DIDASC. 6. *Gloria terreni orbis solummodò videtur à cæcis.* Fol. 92.

LAUTOLOGIA TERTIA,

Os meum loquatur ad vos. Fol. 97.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Os meum loquatur ad vos.* Ad quid hæc ? In voce ejusdem idiomatis designatur discrimen linguæ cœlestis: quippè si linguis loqui observatur ut mirabile; majus meritò unum loqui, & à diversis intelligi.
2. *Os meum loquatur ad vos. Ad vos.* Hebræos alloquebatur Hebraicè, Ægyptios Ægyptiè, ut pateret lingua cœlestis, quæ unico idiomate loqueretur ad omnes.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Spiritus Sanctus restaurationem expresit humani generis, dum in terras descendit variis linguis.* Fol. 107.

DIDASC. 2. *Mirifica omninò Xavierii lingua.* Fol. 110.

Paratitla Didascaliarum.

3. *Os meum loquatur ad vos.* Ad quos ergo, nisi ad ipsos? Cognoverunt veritatem, & alios alloqueretur, ni cognoscerent: quandoquidem in cognitionem veritatis, sacrum efficax idioma intelligunt etiam non intellectiva.

DIDASC. 3. *Antonii Paduani lingua cœlestis.* Fol. 113.

4. *Oculi vestri vident, quòd os meum loquatur ad vos.* Locuta verba astruit visa? Utique, in audientium exemplaria: siquidem videntur verba, quæ audiuntur, ubi audita à concionante, in illo quoque videntut.

DIDASC. 4. *Tantùm in concionante doctrina, doctoris futilis umbra.* Fol. 117.

5. *Oculi vestri vident, quod os meum loquatur ad vos.* Optima cognitio, dum auditis & visis fit confessio; igitur perpera, ubi alia audiuntur, & alia atque alia videntur.

DIDASC. 5. *Qui in confessione, non abiecta proximâ occasione peccandi, loquitur, loquendo tacit.* Fol. 120.

6. *Os meum loquatur ad vos.* Unde eloquium nisi ex lingua? Est alia loquendi forma dicitque loqui labiis; quoniam etiam in lachrymis insunt voces.

DIDASC. 6. *Etiam in lachrymis audiuntur voces.* Fol. 124.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Apparuit Dominus in flamma ignis. Fol. 129.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Apparuit Dominus in flamma ignis.* In Domini resurrectione portentum patuit, quod oculos Moysis curiositate perculit; igitur ex igne mortis cuncta prosternentis, emanavit illi fulgor immortalitatis.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Christus ex mortuis resurgens verè Phœnix.* Fol. 150.

2. *In flamma ignis.* Si flamma fumus accensus, & vapor niger est fumus; Virginis claresçit integritas etiam inter legis umbras: siquidem ubi aliæ maculantur fumo corruptionis, oritur duntaxàt fulgor integræ virginitatis.

DIDASC. 2. *Ex Purificatione Virginis summitas & velocitas constat amoris.* Fol. 155.

3. *In flamma ignis.* Patet Angelorum custodum speculum. Flamma semper sursùm. Ignis purificat, flamma illuminat: & quæ sursùm semper in ima mittitur; ut purus & illuminatus in cœlo secum perenniter collocetur.

DIDASC. 3. *Custos Angelus nonnunquàm in homines luminibus apertis, vel hominum oculis clausis.* Fol. 159.

4. *In flamma ignis.* Unde nisi ex igne flamma? In purgatorio: ubi miris, sed veris modis, igne animæ mirabilirer rigent, atque frigore similiter ardent.

DIDASC. 4. *Gravissimum in Purgatorio expiamen animarum.* Fol. 162.

5. *In flamma ignis.* Et toto monte flagrante? Mirum utique, ubi imminebat combustio, quòd in flamma videretur duntaxàt illuminatio.

DIDASC. 5. *Mysticus, mirabilisque flammeus rubus Thomas Apostolus.* Fol. 167.

6. *In flamma ignis.* Flammæ fumus proximus: & connotatur vel in flamma fumus; quippè splendor dignitatis si dignum decorat, indignum fœdè coruscatione denigrat.

DIDASC. 6. *Loco ignominiæ apud indignum dignitas.* Fol. 171.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Solve calceamentum de pedibus tuis. Fol. 177.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Solve calceamentum de pedibus* in visionem. Præceptum commendat fidem. Cognitio sensuum in notitia exponitur, & in visionem detrahitur: igitur nulla erit cœlestium cognitio, modò sensualis duntaxàt accesserit cogitatio,

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Quò magis languet ratio, eò magis viget in Sacramento Eucharistico.* Fol. 191.

2. *Sol-*

Paratitla Didaſcaliarum.

2. *Solve calceamenta de pedibus tuis*, in ſignum ſervitutis, & charitatis in captivos fratres: etenim magnum amplexari ſervitutem; ut alii, voluntariâ ſervitute nanciſcantur libertatem.

DIDASC. 2. *Amor Chriſti magnus in Circunciſione.* Fol. 196.

3. *Solve calceamenta*, quibus ſignatur libertas, ut nudo pede in dignitate plus fulgeas: equidem excellentia virtutis differri excellentiâ ab aliis, & eſſe in munere ſicut unum è cæteris.

DIDASC. 3. *Principis eſt perfecta majeſtas, cum excellentia inter ſubditos æqualitas.* Fol. 199.

4. *Solve calceamentum de pedibus*: cæterùm memoria minimè decidat à cogitationibus, ut poſsit vivere, unde cogitat mori; quippè mortis cogitatio eſt mortalitatis depoſitio.

DIDASC. 4. *Mori ante mortem non mors, ſed vita dicenda.* Fol. 203.

5. *Solve*, quia ſtas in terra ſancta, pedum *calceamenta*. Denudare pedem, indicat venerationem: juſque erat, quòd accederet ad ſacra cum omni humilitate & reverentia.

DIDASC. 5. *Maxima Deo injuria ex templorum ſacrorum irreverentia.* Fol. 209.

6. *Solve calceamentum de pedibus*. Ducitur in deſertum, ut perfectiùs obliviſcatur Ægyptum. Pede ſignatur deſpectus bonorum: calceamentis bona temporalia quæ vel uſu teruntur; & deponere jubetur calceamenta; quoniam hujuſmodi bona magis proſunt derelicta, quàm calcata.

DIDASC. 6. *Intra Monaſteria ſæculi derelicti nec fouenda memoria.* Fol. 214.

TAUTOLOGIA SEXTA.

Ego ſum qui ſum. Fol. 222.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Ego ſum qui ſum*: dicit Dominus de ſe. Notatur trinitas in Deo & unitas: igitur quælibet perſona cùm Deus ſit, ut alia eſt; ut alia non eſt: quippè ſinguli perſonarum adinvicem proprietate diſcreti, nequaquàm ſunt eſſentiæ, aut naturæ diverſitate diſtincti.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Summa Deitatis majeſtas, naturæ unitas, & perſonarum trinitas.* Fol. 233.

2. *Ego ſum qui ſum.* Deus amor eſt: & vel inter ſentes exprimit immutabilitatem, oſtendens hominibus perfectum amorem; quippequàm amor perfectus, quantunvis ſpinis injuriarum vulneretur, nullo tempore mutatur.

DIDASC. 2. *Amor Chriſti in homines quantus!* Fol. 238.

3. *Ego ſum qui ſum*: & inter ſpinas pungentes? Utique: patet quanta in homine virtus pœnitudinis: proprium inter ſentes Deus exprimit immutabile eſſe; quia homo per pœnitentiam alter & ipſe.

DIDASC. 3. *Pœnitentia evaneſcunt prorſum peccata.* Fol. 242.

4. *Ego ſum qui ſum.* Quis ergo non eſt quod eſt, eſtò ab alio quod eſt ſit? Hypocrita ſplendente virtutis larvâ: igitur illius tenebreſcit lux, dum fulget aliter ac eſt in ſe.

DIDASC. 4. *Tinea virtutis execranda hypocriſis.* Fol. 247.

5. *Ego ſum qui ſum.* Sapientiam indicat veram, qua entitativè ſplendet, dum homo ſcientiâ vaniſsimè lucet: & dicitur, *ſum qui ſum*; quoniam homo lux non eſt: etenim inflammatus luce ſcientiæ, fulgore non eſt in luce: quippequam habens ex ſcientia fulgorem, ſcientiæ lux nullam habet entitatem.

DIDASC. 5. *Stultiſsimus qui ſibi videtur doctus.* Fol. 251.

Paratitla Didaſcaliarum.

6. *Ego ſum qui ſum.* Deus eſt qui eſt, quia omnia eſt : ſcioli autem nequaquàm ſunt id quod ſunt : etenim illis nulla in ſcientiis ſcientia, quoniam illis videtur ſcire omnia.

DIDASC. 6. *Literarum præſumptio eſt literarum infatuatio.* Fol. 255.

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

Viſitans viſitavi vos. Fol. 260.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Viſitans viſitavi.* Amplior gratia portenditur, ubi viſitatio geminatur : igitur libertas quæ obtinebatur à jugo graviſsimo Pharaonis, nativitate Chriſti futura plenè à tyrannide dæmonis.
2. *Viſitans viſitavi.* Norma exponitur Præſidi, ut præclarè ſe gerat, uti Angelus, in viſitatione : equidem viſitatio in viſitatione nulla, ubi ratio affectionibus omninò cæca.
3. *Viſitans viſitavi.* Patet vera viſitatio, & congrua Angelico officio : etenim caſſam exerceret viſitationem, ni opprimentium expelleret è dignitate tyrannidem.
4. *Viſitans viſitavi.* Stante Angelo in infimi mundi loco, mirifica ex viſitatione demonſtratur operatio, quippequàm in mundo non eſt ut ſedeat, ſed ut viſitando tranſeat.
5. *Viſitans viſitavi.* Geminatur viſitatio, ut Angeli præſentia duplici clareſcat beneficio : ſiquidem ab afflictis removet malum, & perducit ad bonum.
6. *Viſitans viſitavi.* Supponit viſitationem, dum oſtendit modò faciem, ut eluceat afflictorum felicitas, & gratiæ Angelicæ ſummitas: quandoquidem etſi tanta, levis videretur gratia, ni afflictos dulciter conſolaretur præſentia.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Gratiâ nati Salvatoris quod cecidit in Adam primo, erigitur in ſecundo.* Fol. 270.

DIDASC. 2. *Malum dum abeſt, qui ſuperior præſens.* Fol. 275.

DIDASC. 3. *Caſſa omninò Superioris viſitatio, ubi afflicti non liberantur à jugo.* Fol. 281.

DIDASC. 4. *S. Benedictus ſtrenuè deſpexi temporalia omnia.* Fol. 285.

DIDASC. 5. *Gentes viſitavit Chriſtus, orient ex alto.* Fol. 289.

DIDASC. 6. *Grata Jacobo Hiſpania ob inſignia beneficia.* Fol. 294.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni. Fol. 301.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Menſis iſte vobis, &c.* Ad quid primus? Indicatur pro perfectione virtutis principium temporis vocationis : diciturque jurè primum, dum ſignatur exordium, quia in Religione fervens virtutis deſiderium omninò vacuum, ſi non ut primum.
2. *Principium menſium, primus &c.* Non terminus deſignatur, ſed principio finis, tanquàm principium, annectitur, quoniam ut fulgeat ſplendore virtutum, nemini congruit cogitare terminum.
3. *Principium menſium, primus.* Ampliſsima claret gratia, dirigi in ſalutis via. Quid Angelorum cuſtodia? Diciturque principium temporis pro commendatione grati-

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Non eſt Monachi benè incipere, & ulterius nihil agere.* Fol. 323.

DIDASC. 2. *Nihil magis nocet Monacho, quàm confidentia de ſtatu.* Fol. 327.

DIDASC. 3. *Angeli in noſtra cuſtodia ſunt ſcuta cœleſtia.* Fol. 331.

tu-

tudinis : ſiquidem magna , ſi perſeverat in tempore , ſicut in principio gratiæ.

4. *Principium menſium &c.* Educitur populus , ut legem accipiat ; & tempus illud uti temporis principium jurè demonſtrat ; quippe in longiſsima temporis diuturnitate, non eſt tempus, vivere ſine lege.

DIDASC. 4. *Tempus non verum , niſi benè collocatum.* Fol. 334.

5. *Principium menſium &c.* Converſatio Iſraëlitarum erat inter tentationes idolorum. Fuga pro virtute capeſſenda : & in principio temporis exponitur fuga ; igitur ſine viribus urgens tentatio , modò fuga cogitetur à principio.

DIDASC. 5. *Ex deliciis ſi intenditur victoria, primùm cogitanda fuga.* Fol. 338.

6. *Principium menſium , primus &c.* Ecce ambitionis ſpecimen. Principium notat principium, non finem erga ambitionem ; equidem vel in termino ambitio non habet finem.

DIDASC. 6. *Inſaturabilis humani cordis ambitio.* Fol. 342.

TAUTOLOGIA NONA.

Gratìs abſque pecunia. Fol. 346.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Gratìs abſque pecunia. Abſque redemptione.* Aptè , ut Chriſti ampliùs luceret glorificatio , dum hominis per illum appropinquabat redemptio : igitur ne homo eſſet , voluit gratìs eſſe miſer , ut cordis amoris ſummi exprimeretur character.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Amoris Chriſti relucet exceſſus, dum in Thabore videtur glorioſus.* Fol. 366.

2. *Gratìs , ſine pretio , ſine redemptione.* Gratìs redemptio conſummata à Chriſto , cæterùm cum pretio magno : equidem pretio ſuperabundante ſanguinis , in ſummo cœlo collocavit homines.

DIDASC. 2. *Aſcenſione Chriſti , plena gloria conditionis humanæ.* Fol. 370.

3. *Gratìs egredietur abſque pretio.* Aliter quæ Mater-Virgo : etenim pretium illi conceſſum pleniſsimæ beatitudinis , quia egreſſa è corpore gratìs.

DIDASC. 3. *Præmium mortis Virginis-Matris, corporis locatio in cœlis.* Fol. 374.

4. *Gratìs abſque pecunia.* Nihil quippe Deo gratius , quàm paupertas voluntaria.

DIDASC. 4. *Sanctus Franciſcus ſimul in unum dives & pauper.* Fol. 379.

5. *Gratìs ſine pecunia. Sine pretio.* Aliter ſanguinis Martyrum æſtimatio. Gratìs in certamen ingrediuntur , ſed ineſt ſanguini pretium ; quippe vel levis guttula multiplicatur in plures , ut viridario Eccleſiæ germinent flores.

DIDASC. 5. *Martyrum vulnera , fœcunda Martyrum germina.* Fol. 384.

6. *Gratìs & ſine pretio.* Non ſine pretio , etſi gratìs collocato inimicis beneficio : ſiquidem amplam nanciſcitur gloriam , qui inimicum amplectitur etiam offenſus in gratiam.

DIDASC. 6. *Medicamen injuriarum , vel ceſsio, vel beneficium.* Fol. 389.

TAUTOLOGIA DECIMA.

Percutiam vos gladio. Fol. 393.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Percutiam gladio.* Quæ virtus in gladio , invenitur in verbo : etenim quæ in auribus

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Verba Ildephonſi ſplendore ſcientiæ lucida, hæreticis indeclinabilia jacula.* F. 401.

verba, patent in corde hæreticorum vulnera.

2. *Percutiam gladio.* Notatur triumphus de hæretico cadente malitiâ, & prævalente Doctorum ſcientiâ: igitur ſi luce ſcientiæ intima cordis percuſsio; percutitur ſine gladio.

DIDASC. 2. *Ildephonſus cuſtos paradiſi Virginis.* Fol. 406.

3. *Percutiam gladio.* Quorsùm gladio? Signatur ſanè percuſsio. Claret diſcrimen inter vulnera carnis, atque vulnera cordis: quandoquidem ſenſibiliora non à gladio, ſed à lingua.

DIDASC. 3. *Linguæ imperium teneat, qui tenet imperium.* Fol. 411.

4. *Percutiam vos gladio.* Quo ergo niſi gladio percutiendi? Dicunt & dolentes Turcæ: etenim in illos utitur Virgo roſis, quaſi acutiſsimis gladiis.

DIDASC. 4. *Roſarium Virginis triumphale decus, ac triumphale pignus.* Fol. 415.

5. *Percutiam vos gladio.* Gladius eſt vulneris inſtrumentum: & ſignat gladium, quoniam aliunde percuſsio, ubi in ſupplicio non intenditur correctio: etenim percutiens in pœnam non pro emendatione culpæ, non percutitur gladio, ſed percuſsi percuſsione.

DIDASC. 5. *Proximus ille Deo, qui ſcit ratione punire.* Fol. 419.

6. *Percutiam vos gladio.* Gladio tanquàm inſtrumento, verùm juxta crucem filii aliter percuſſa Virgo: ſiquidem intuens vulnera luminibus, filii patientis percutiebatur vulneribus.

DIDASC. 6. *Juſta ſtipitem Crucis martyrium inſigne Virginis.* Fol. 424.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

Inſontem & juſtum non occides. Fol. 429.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Inſontem & juſtum.* Hunc lex non obligat, & lex exemptionem iterat? Inculpatus eſt inſons, & quit ſpontè non videri juſtus, quoniam propter amoris magnitudinem, poteſt facere ſpontè non legem legem.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Luſtratio in Purificatione Virginis eſt amoris illuſtratio.* 439.

2. *Inſontem & juſtum.* Innocentia exponitur abſque peccato. Verùm ampliùs Virginis rutilat magnitudo, ubi in carne peccati, qua fixa culpa, ſingulariter micat innocentia.

DIDASC. 2. *Magna Virginis gloria ex peccatrice carne carnis ſingularis innocentia.* Fol. 442.

3. *Inſontem & juſtum.* Non juſtus invenitur, qui juſtus ſibi videtur: etenim ſi in vita publica non ſibi vivere eſt vita; non juſtus, qui ſibi vivit, ſed qui vitâ officio ſervit.

DIDASC. 3. *Qui officio fungitur, ſerviat officio.* Fol. 446.

4. *Inſontem & juſtum.* Non juſtus, qui ſibi videtur inculpatus: imò quia ſibi videtur ſequi juſtitiam, offendit noxam.

DIDASC. 4. *Judicium proprium non eſt judicium.* Fol. 450.

5. *Inſontem & juſtum.* Inſons à voluntate, juſtus à judicante ratione; & quæ videtur juſti integritas, ſontis apparet iniquitas; quippe quæ debet immobilis ratio, decernit lubens voluntatis affectio.

DIDASC. 5. *Affectio arbiter ſine judicio.* Fol. 455.

6. *Inſontem, & juſtum non occides, quia averſor impium.* Plectendus eſt impius, non

DIDASC. 6. *Miſericordia in malos crudeliſsima clementia.* Fol. 459.

inno-

innoxius. Hic damnatur, dum ille abſolvitur: præſcribitque Deus juſtitiam in cauſa utriuſque, ne judices delinquant titulo miſericordiæ: igitur ſpecie pietatis videbitur in exemplum miſericordia crudelis.

TAUTOLOGIA DUODECIMA.

Vectes ſemper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis. Fol. 464.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Vectes ſemper erunt in circulis.* Ita colla Monachorum ſub jugo legis. *Nec unquàm extrahentur ab eis.* Lucet in clauſuram amoris, atque religionis laus; ſi extracti etiam in circulis ſunt: equidem eſto corpore in ſæculo, intra clauſtra cogitatio.
2. *Semper erunt, &c.* Poſſunt extrahi, licèt in circulis ſint, ni compeſcat cogitationes diligentiſsimè mens: igitur parùm prodeſt arcta corporis clauſura, ſi mens undecunque vaga.
3. *Semper erunt, &c.* Si per vectes ſignantur in pacem corda; poſſunt extrahi vectes, quanvis ſint in ipſis circulis; etenim pax falſa, ſi corda in eadem ſententia ſint, ni ſint pro eadem ſententia.
4. *Semper erunt, &c.* Mirabilis prorsùm, ſi per vectes ſignantur Apoſtoli, charitas Simonis & Judæ: equidem extracti in gloriam; in vitæ manſerunt circulis, ut alii obtinerent vitam.
5. *Semper, &c.* Quæ in circulis volubilia. Haud aliter mundi gloria. Semper volvitur, nunquàm videtur, quantunvis à circulis non extracta; quippè mundi gloria nulla.
6. *Semper, &c.* Quod fixum, demonſtrat invidia extractum. Dotes ſunt permanentes, verùm adinſtar vectium mobiles in affectionum circulis; quoniam vel manentes extrahuntur, ubi viſæ non videntur.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Monachorum clauſura animæ quàm neceſſaria!* Fol. 480.

DIDASC. 2. *Clauſi corporis cuſtodia non eſt clauſura.* Fol. 484.

DIDASC. 3. *Haud in ſocietate pax vera, ſed in concordia.* Fol. 488.

DIDASC. 4. *Vectes Arcæ Evangelicæ legis corda SS. Judæ, & Simonis.* Fol. 491.

DIDASC. 5. *Gloria mundi non videtur à videnti.* Fol. 496.

DIDASC. 6. *Nec minus periculum ex magna fama, quàm ex mala.* Fol. 504.

TAUTOLOGIA TERTIADECIMA.

Cherubin reſpiciant ſe mutuò. Fol. 510.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Reſpiciant ſe mutuò.* Lucet ſponſi, atque ſponſæ relatio: equidem cùm ſit mutua, & imago uniuſcujuſque perfecta; fulgurat gratia Joſephi, quoniam perfectio cognoſcitur per perfectionem ſponſæ.
2. *Reſpiciant ſe mutuò*, ut utriuſque conſtet eximia dilectio: equidem relucet in facie, qui regnat amor in corde.
3. Productiles fiant, ut ictibus clareant, quin ſufficiat *ſe reſpecere*, ni ſit *mutuò*; ut eleve-

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Joſephi Sponſi Virginis præmia inſignia, & merita ſingularia.* Fol. 526.

DIDASC. 2. *Quàm præpropera Gertrudi Virgini gratia!* Fol. 531.

DIDASC. 3. *Gloria Divæ Thereſiæ gloria Sponſi.* 536.

tur

tur in utroque dilectio : igitur non producitur dilectionis materia , niſi per vulnera forma.

4. *Reſpiciant ſe mutuò.* Oſtenditur cordium tenor , ut regnet utrinde ſpectabilis amor: etenim quantunvis ſe reſpiciant , non eſt reſpectus , ni amor ad dilectionem ſit mutuus.

DIDASC. 4. *Amans animà ſatiatur amantis.* Fol. 540.

5. *Reſpiciant ſe mutuò.* Charitas commendatur inter fratres , ſe adinvicem reſpicientes ſpecie curioſitatis : igitur ſi curioſitas fovet murmurationem ; longè abeſſet murmuratio , ſi ſe reſpicerent mutuò.

DIDASC. 5. *Qui murmurat , loquendo latrat.* Fol. 543.

6. *Reſpiciant ſe mutuò. Facies vir ad fratrem ſuum.* Præ ſe fertur Superioris charitas , ne prævaleat in regimine malignitas : etenim aufugiet vafra calliditas Superioris , modò ſubditos conſideret uti fratres.

DIDASC. 6. *Index tyrannidis taciturnitas virtutis.* Fol. 547.

TAUTOLOGIA QUARTADECIMA.

Miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis. Fol. 551.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Deus miſericors & clemens & patiens , &c.* Patiens dicitur , cùm offenditur : tranſgreſſorque legis ob offenſam caſtigatur : & Deus plauditur multæ miſerationis vel in ſuppliciis ; quia etiam exercens juſtitiam oſtendit miſericordiam.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Deus ita benignus , ut vel puniendo miſericors.* Fol. 570.

2. *Miſericors & multæ miſerationis.* Mundus miſeratione crudelis : ſiquidem quos illecebris advocat , miſerè ſupplantatione trucidat.

DIDASC. 2. *Labitur in mundo faciliùs , qui nititur fortiùs.* Fol. 574.

3. *Miſericors , & multæ miſerationis.* Miſericordia floruit in peccati indulgentia : & miſericordiæ apponitur adhuc multiplex miſericordia ; igitur ut penitùs deleretur tranſgreſsio, mittitur filius de cœlo in hunc mundum factus homo.

DIDASC. 3. *Per Virginis partum mutatur natura humana, Protoplaſtorum deletur & culpa.* Fol. 579.

4. *Miſericors , & multæ miſerationis* in ſubſidium humanæ naturæ fragilis : etenim non tantùm hominem miſit filium in orbem; ſed voluit habere matrem.

DIDASC. 4. *Felicitas hominis ex nativitate Virginis.* Fol. 582.

5. *Miſericors , & multæ miſerationis,* quoniam etiam flagellum ex ipſo officio pietatis : etenim qui renuit obedire clementiæ , invenit virgam juſtitiæ in manu miſericordiæ.

DIDASC. 5. *Incandeſcit ſemel victa pietas.* Fol. 586.

6. *Miſericors, & multæ miſerationis.* Deſcribitur erga Hiſpanos obſequium ; ut gratiis, illorum rependatur officium : igitur illis tantùm conceſsà Bullà Cruciatà , miſerationum Dei patent clementiſsima viſcera.

DIDASC. 6. *Felicitas quanta Hiſpaniæ ex Cruciatæ Bullæ conceſsione!* Fol. 591.

TAU-

TAUTOLOGIA PRIMA.

IPSE CLAUDICABAT PEDE.

Genes. 32. 31.

EXPOSITIO LITERÆ.

ECCE palæstra pancratiastæ Jacob (ejus virtute extra hominem rutilante) cum Angelo pro triumpho certaminis pugnatore. Ab assuetis non fit passio. Marcet sine adversario virtus, vulnere virescit, laborum satagit, ac despectis caducis, altiora petit. Ex tot ærumnis exivit ut plures vincerent vincens, provocans labores in certamen & triumphum, major Hercule. *Lucta Jacobi.*

Quæ bella? Quicquid horridum tellus creat
Inimica, quicquid pontus, aut aër tulit
Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum,
Fractum, atque domitum est. Superat & crescit malis,
Iraque nostra fruitur in laudes suas.
Iter ruina quæret, & vacuo volet
Regnare mundo. Robore expenso tumet,
Et posse cœlum viribus vinci suis,
Didicit ferendo: subdidit mundo caput,
Nec flexit humeros molis immensæ labor,
Mediusque collo sedit Herculeo polus.
Immota cervix sidera & cœlum tulit,
Et me prementem. Senec.

Implens vocibus regiam, querebatur fastidiosa Juno apud Senec. in *Hercule Furent.* Act. 1. v.30. Nullus par ipsi, ipse tamen sibi, ut videatur in arena mensura hominis, quæ etiam Angeli. Ecce luctabatur cum Jacobo. Validæ sanè vires; sed humanæ, quæ fragiles,, superiores constantià pectoris. *Congreditur ferox* (retorqueamus laborem Alcidis apud Ovid. lib. 9. *Metamorph.* fab. 1. à v.31.)

——Rejeci viridem de corpore vestem,
Brachiaque opposui, tenuique à pectore varas
In statione manus, & pugna membra paravi.
Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis:
Inque vicem fulvæ tactu flavescit arenæ,
Et modò cervicem, modò crura micantia captat,
Aut captare putes, omnique à parte lacessit.
Me mea defendit gravitas, frustràque petebar.
Digredimur paulum, rursusque ad bella coimus,
Inque gradu stetimus, certi non cedere; eratque
Cum pede pes junctus: totoque ego pectore pronus,
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Vix tamen inservi sudore fluentia multo
Brachia, vix solvi duros à pectore nexus,
Instat anhelanti, prohibetque resumere vires. Ovid.

Illuſtris ſanequàm pugna! Verùm cum Angelus pugnaret tanquàm qui vincere nollet, ut oſtenderet poſſe nec velle, vel ut aliquid præ ſe ferret in certaminis inſigne (turpe Deum mortali cedere, nec tam turpe homini vinci, quàm contendiſſe decorum, ſiquidem ut clareret virtutis ſplendor, magna dabat tantus ſolatia victor) nervum femoris Jacobi percuſsit, qui ſtatim emarcuit, ex cujus percuſsione in ſignum conſtantiæ vel victor *ipſe claudicabat pede.*

Victoria victi ex excellentia victoris.

2 Haud fleveris fauſte athleta. Micat vulnere victi victoria. Sub magno hoſte cadere, non propudium, imò pugnanti glorioſum. Valerio Flaccus lib. 3. *Argon.* v. 169.

Val. Flacc.

Intonat, occumbens i nunc, ait, Herculis armis,
Donum ingens, ſemperque tuis memorabile fatis.

Claudian. Claudianus in Panegyr. 4. *Conſul. Honor.* v. 116. *Profuit hoc vincente capi.* Ovid. ubi ſupr. v. 7. & lib. 10. fab. 11.

Ovid.

Mecum confer, ait, ſeu me fortuna potentem
Fecerit, à tanto non indignabere vinci.
Nec virtus citra genus eſt, ceu vincar, habebis,
Hippomene victo, magnum & memorabile nomen.

Virgilius lib. 10. *Æneid.* v. 829. & lib. 11. v. 488. canit:

Virgil.

——Nomen tamen haud leve partum
Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillæ.

Vide plura apud Flacc. ubi ſupr. lib. 4. v. 312. Statium lib. 8. *Thebaid.* v. 583. Martial. *lib.* 1. *Epigr.* 52. Homer. *Iliad.* 23. prope fine. Quint. Curt. *lib.* 7. *cap.* 3. & Plutarch. de *Fortun. Alexandr.* orat. 2. Ariſtid. *orat.* 2. ad Civit. Aſiæ. Unde Caſsiodorus lib. 8.

Caſsiod. *Epiſt.* 15. ait: *Pudorem non habet victi, cujus votum contingit à principe ſuperari.* Quanta igitur gloria (ſi maxima, fortem forti cedere) cedere fortiori, vel perire? Caſus honeſtat, manus illuſtrat. Vel terra ambuſta precatur, apud Ovid. lib. 2. fab. 1. *Metam.*

Ovid.

Si placet hoc, meruique, quid ò tua fulmina ceſſant,
Summe Deum? Liceat perituræ viribus ignis,
Igne perire tuo, clademque auctore levare.

Claudicatio ſignum imperii.

Haud Clades Jacobi pugna, vulnus non ſtigma, ſed virtutis ſtemma, & imperii ſeminis inclyta nota. Non aliter primus urbis & orbis imperator pacificus deſcribitur à Sueto-

Sueton. nio in ejus vit. cap. 80. *Coxendice & femore, & crure ſiniſtro non perinde valebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret.* Tanti enim habuerunt vel Ethnici vulneris gratiam, ut imaginem Jacobi claudicantis præ ſe ferrent, & Iſraëlitis in venerationem, ne delerentur, objicerent. Ita Rabb. Salomon, Lyra in 1. *Reg.* 5. 6. & alii. Vid. Sanctium hìc & Lorin. in *Apoſt. Act.* 3. & 2.

Pes pro femore.

3 Pro clariore Tautologiæ expoſitione, dignum ſcitu arbitror, pedem hìc non ſtrictim accipiendum pro imo pede; ſed pro centro motus pedis, nimirùm à coxendice extremos uſque ungues, uti obſervat Hippocrates lib. de *Fractur.* Plato in *Timæo*, Jul.

Ejus partes. Pollux in *Onomaſt.* lib. 2. cap. 59. & Ariſtotel. lib. 1. *Hiſtor. Animal.* cap. 15. Unde pes dividitur abſolutè in coxendicem, femur, femen, genu, poplitem, crus, ſuram, tibiam, & imum pedem, qui frequenter calx dicitur. Conſule Petr. Galtruchium in *Phyſic. particul.* tract. 3. diſput. 2. cap. 2. Pes etiam imus ſubdividitur in convexum, quod dicitur pars pedis cliva, ſeu ſuperior; in calcaneum, quæ eſt pars poſterior; in volam, quæ pars pedis cava, plantamque, partem inferiorem pedis in digitos & ungues deſinentem, totius pedis imi

Partes pedis imi. fabricà conſtante 26. oſsibus, uti aſtruunt Andr. Veſſal. de *Fabric. corp. hum.* lib. 2. cap. 60. Riolanus, & Nancellius *lib.* 3. *cap.* 5. Hinc juxta AA. præfatos pes accipitur pro toto ſpatio ſeu parte corporis, artubuſve à coxendice & inguinibus uſque ad ima, ſeu pedis extrema. A coxa unicum os, quod in coxæ acetabulo inſeritur teres, chartilaginoſum, ſcutiforme, rotundum, lubricum facilè mobile, in neceſſaria aliquouſquè volubile, femoris efformationi ſubjicitur. Coxæ oſſa duo à poſteriore parte, cum oſſe ſacro priore inter ſe

Et oſſa. coaleſcentiam habent, ubi & pubis oſſa. Tibiæ ſunt oſſa duo, quæ vocantur *Tibia & Fibula*, hæc illa brevior, & utriſque incumbit patella, adinſtar molæ, quæ etiam vocatur rotula genu, ad articulationem tibiæ & femoris. Talus juxta pedis longitudinem ſitus fibulæ inſidet. Scaphoides, quia os ad modum ſcaphæ, cum talo coit, & tibiæ oſsibus. Cyboides (os utrinde extuberans) extrinſecùs ſitum eſt. Veſtiuntur carne hæccine oſſa. Pars introrsùm verſa oſsis maximi dicitur femen: extrorsùm, femur: quæ verò crus ornat antrorsùm, dicitur tibia (Hiſpanic. *Eſpinilla*) ab oſſe majori ita vocato, ut vidimus: quæ autem retrorsùm dicitur fibula eàdem ratione, & ſura, carnoſa, & muſculoſa, homini

pro-

propria : Græc. *Perikmenia.* Reliqua, si desiderantur, vide apud Anatomicos: nos tantùm delibamus, quæ ad usum nostrum.

4 Non nova in Scriptura hujosmodi acceptio. Doctiss. & cui addictissimus ego, Gaspar Sanctius in illud Isai. 6. 2. *Duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus*: num. 11. subdit: *Pedes.* Hebr. *Regel. cui voci apud Latinos respondet pes, & non significat tantùm extremam corporis partem, sed etiam quicquid à coxis deorsùm est, & sæpe illud obscœnum, quod pudicis maximè curæ est, esse velatum.* Hinc illud Ezechielis de Juda sub metaphora meretricis cap. 16. 25. *Divisisti pedes tuos omni transeunti.* Eodem hypocalismo Jerem. 2. 25. *Prohibe pedem tuum à nuditate.* Et cap. 14. 10. *Dilexit movere pedes suos.* Eccli. 45. 10. inter ornamenta Aaron numerantur *circumpedes & femoralia*: quæ quidem circumpedes non sunt. Isai. 7. 20. *Radet pilos pedum.* Exod. 4. 25. *Circuncidit præputium filii sui, tetigitque pedes ejus*, ideſt, virilia. Thren. 1. 9. *Sordes ejus in pedibus ejus.* Isai. 36. 12. *Urinam pedum suorum*: quod Hebr. ad illud Job 3. 10. pro *Non concluſit ostia ventris*: legit, *ostia pedum.* Ita ergo per pedes, trunci corporis inferiorem partem aliquando significat Scriptura: etiam Prophani, dum pudicè loquuntur. Plutarch. in *Theseo*, referente oraculum factum patri Ægeo, ne cum fœmina coiret, priusquàm Athenas accederet, pudicè res inhonesta indicatur. *Pes pro inguinibus, & sexu.* Plutarch.

Neve priùs vir magne pedem, qui prominet utri,
Solvas, Cecropidum quàm sacram accesseris urbem.

Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 6. Tibull.

Sit modò casta doce, quanvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes.

Homerus 19. *Iliad.* à v. 110. describens partum, pudicè dixit: Homer.

Quisquis die hoc ceciderit intra pedes mulieris.

Quare Martial. & *lib.* 10. *Epigr.* 81. & *lib.* 11. *Epigr.* 72. ait: Martial.

Protinùs accedunt medici, medicæque recedunt:
Tollunturque pedes. O medicina gravis!

Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 10. signanter acceptionem expresit, succinens: Propert.

Ponitur hìc imos ante corona pedes.

Haud diceret *Imos*, ni alia esset acceptio pudicè pedum. In Scriptura aliquando describuntur significationes distinctæ per eandem ipsammet indistinctam vocem, quo intelligitur illud Ezechiel. 1. 7. *Pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli. Pedes eorum*, ideſt, à renibus quæ deorsum usque ad gracile crurium (Hisp. *Garganta del pie*) suffraginem cyboidem, seu malleplum: *pede recti*, quasi in modum formæ femorum & crurium hominis; sed *planta pedis*, ideſt, pedis propriè, non recta, sicut planta pedis hominis, sed bifida hiulca *quasi planta pedis vituli.* Ezech. 1. 7.

5 Ex hujusmodi præfatà pedis acceptione, pingui & obesà Minervà Rabbini, ut solent, textum detorserunt in hujusmodi sensum; quasi Angelus percussisset radicem virgæ, in generationem instrumenti, cujus tactu illicò emarcuit: igitur juxta tritam Scripturæ Sacræ phrasem, femur, vel genu dicitur pudicè sexus. Psal. 108. 24. *Genua mea* (lumbi mei) *infirmata sunt à jejunio.* Deuteron. 28. 35. *Ulcere pessimo in genibus.* Ezech. 7. 17. & 21. 7. *Omnia genua fluent aquis.* Etiam apud Nostrates adagium: *De rodilla en rodilla* ortum & genus habet à regibus Gothis. *Egressi sunt de femore Jacob.* Exod. 1. 5. Judic. 8. 30. Ezech. 21. 12. & Genes. 49. 10. imo coitus: Judith. 9. 2. *Denudaverunt femur virginis.* Et Eccli. 47. 20. *Inclinasti femora tua mulieribus.* Verùm hi, vel pudicitiam affectantes, carnaliter cuncta concipiunt. Quid contractio hujusmodi membri cum claudicatione? Longè aliter claudis evenit, ut observat Levinus Lemnius de *Miracul. natur.* lib. 2. cap. 16. Unde axioma: *Claudus benè virum agit.* *Genu, & femur pro sexu.* Levin. Lemn.

6 Istiusce modi cogitatione pessundatà, quasi nihili, patet ex textu, unde Jacobi claudicatio. Potest accidere læsione alicujus partis extimæ vel intimæ, dislocatione alicujus ossis, vel laxatione nervi, quibus unumquodque accedit ad juncturam suam. Angelus non læsit femur, crus, aut pedem; sed nervum coxendicis, à quo pendet facultas motus totius femoris usque ad ima, cujus læsione vel relaxatione, necessaria erat claudicatio: igitur debilitatà parte, haud valebat sustinere corporis pondus, neque corpus aptari ad rectum motum, vel locomotionem. Signat Homerus 5. *Iliad.* v. 312. *Quid proprie nervus femoris?*

Percussit Æneæ coxendicem, ubi femur
In coxa vertitur, acetabulum autem ipsum vocant.

Iste est nervus (insit hìc Abulensis) *inter duas femoris cavitates latens in parte superiori, ubi*

ubi crura terminantur, multaque carnitate crurum operta sunt: atque inibi sunt duo ossa se invicem connectentia, & unum est concavum, alterum autem convexum: caputque unius rotundum intra concavitatem alterius recipitur, atque ei connectitur, in quibus ossibus tota Abulens. *corporis moles innititur: & quia os alligari ossi non potest, cùm sint dura, nisi medio aliquo vinculo & retinaculo, enascitur inter ea de chartilaginosa utriusque substantia quidam nervus, utrumque os connectens, & continens: qui, quoniam est in concavitate unius illorum ossium, est invisibilis.* Hinc dum exponitur claudicatio, additur *Pede*: haud quia pede tantùm claudicabat, vel propter læsionem pedis, sed toto latere, laxatione nervi femoris, ex cujus debilitate oriebatur reliquarum pendentium partium obliquus motus. Quapropter propriè Oleaster legit: *Ipse laterizans, ideſt, ad latus pendebat super femur suum.* Hebr. *Ipse claudicabat, dum se sustentaret super femur.* Ita Ar. Montan. Syr. Persic. Arabic. Rabb. Jonathas & Cajetanus, ut videbimus.

Expositio prima.

Pes pro latere.

Oleast.

7 Aliter cogitabo, sumpto etiam in eadem acceptione ly *Pede*. Hæc vox additur & meritò claudicationi, quæ sine pedis obice nequit fieri, ut ostendatur, Jacobum non fuisse claudum utroque pede, nec debilitatam utranque coxendicem, sed unam tantùm. Quare *Pede*, idem est, ac uno pede. Non claudicabat in duas partes, aut in utrunque latus. Ita signatur multoties quod unico pede fit. *Pede* pro uno pede, non pro pedibus. Deuter. 25. 9. & Ruth. 4. 8. *Tolle calceamentum de pede.* Ideſt, unicum calceum, seu unum calceamentorum. Prov. 6. 13. *Homo apostata terit pede*: & cap. 25. 26. *Fons turbatus pede.* Ezech. 25. 6. *Pro eo, quòd plausisti manu, & percussisti pede.* Pro gaudio mali alieni, igitur percussione terræ unico pede exprimimus, tuncque dicimus: *Ita, ita. Hem ista.* Numer. 22. 25. *Asina jungit se parieti, & attrivit sedentis pedem*: hoc est, unum è pedibus maceriæ proximum. Job 29. 15. *Pes fui claudo.* Etiam apud Ethnicos: Ovidius lib. 1. *Amor.* Eleg. 4. *Clam mihi tange pedem.* Virgil. lib. 10. *Æneid.* v. 736. *Posito pede, nixus & hasta*: & lib. 12. v. 748. *Pedem pede fervidus urget.* Idem Ausonius *Eayl.* 13. & Martial. *lib.* 10. *Epigr.* 100.

Expositio secunda.

Pes pro unico pede.

Ovid. Virgil. Auson. Martial.

Habeas licebit alterum pedem Ladæ
Ineptè frustrà crure ligneo curres.

Non secùs intelligendum de Jacob claudicatione: igitur *uno claudicabat pede*, ut ait Greg. Magn. Homil. 14. in *Ezech.* & Homer. 2. *Iliad.* v. 217. *Claudus altero pede.* Multoties videmus varos, & valgos varicantes utroque pede, quia laxi, aut relaxati nervi, vel ossa sunt curva. Non ita Jacob: Læsa est solummodò unius lateris coxendix, qua tantùm in unum latus propendebat, & pede altero claudicabat. Indicant Versiones hunc esse germanum sensum. Syr. *Ipse claudicabat coxendice suâ, siquidem laxata fuerat coxendix Jacob.* Rabb. Jonath. *Incepit ambulare, & ipse claudus erat in femore suo.* Cajetan. *Super coxam suam.* Venet. *Claudus erat in femore suo.*

Gregor. Magn.

Syr. Rabb. Jon.

8 Constat etiam cogitatio ex aliis Tautologiis. Prov. 26. *Claudus pedibus*: Ideſt, utroque pede (quænam hujusce sententiæ medulla, dicemus num. 10.) quod quidem in Scriptura passim, ut 2. Reg. 9. 3. de Miphiboseth dicitur: *Debilis pedibus*, & v. 13. *Claudus utroque pede*, & apud Homer. 14. *Iliad.* v. 234. *Utroque pede claudicans.* Interdùm signatur per claudum à nativitate. Act. 3. 2. *Vir qui erat claudus ex utero matris suæ bajulabatur*: q. d. non solùm claudus utroque pede, sed ita debilitatus pedibus (ideſt, femoribus, & cruribus) ut nec varicando (Vernaculè: *Zanqueando*) nec claudicando ambulare posset. Ideo bajulabatur, igitur nequibat incedere. Ita Homerus 1. *Iliad.* v. 607. *Claudus utroque pede.*

Prov. 26. 6

Homer.

Arat.

Claudus erat, cui prima dies exordia vitæ
Membrorum cum strage dedit languore coævo;
Octo lustra gerens.

Canit Arator hìc lib. 1. v. 244. Exprimitur etiam ibid. cap. 14. 7. *Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suæ, qui nunquàm ambulaverat.* Ideſt, qui nunquàm ambulaverat; quia ex utero matris, seu ex quo natus, infirmus summè pedibus: ita ut pedem movere nequiret, ni portaretur, staret, & quò portabatur, ob pedum debilitatem sederet. Succinit qui supr. lib. 2. à v. 157.

Act. 14. 7.

Arator.

Lystram Paulus adit. Fuit hac tunc claudus in urbe,
Supplicio comitante satus, vestigia ferre
Nescius ex utero. Membri pars cœperat ægri
Se nascente mori. Comperto dogmate Pauli,
Quo monitore piæ tendunt ad sidera mentes,

Mox voluit divina sequi. Benè claude jacebas
Has primùm graditure vias. Petis æthera sensu,
Cùm necdùm movearis homo, pedibusque negatis
Longius ire vales.

Non ita Jacobus: rectis processerat, quousque ab Angelo femore percussus, plantis: verùm coxendice unius lateris læsa, invalido nervo coxæ unico ipse intendens motum claudicabat pede.

9 Claudicare, ut inquit Julius Pollux *lib.2. cap.2.* tit.59. vocarunt Prisci, *altero pede aberrare.* Unde Elias 3. Reg. 18. 21. dixit Israëlitis: *Usquequò claudicatis in duas partes?* Quare sæpe in sacra pagina pedes signantur pro affectibus. Psalm. 72. 2. *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.* Psalm. 118. passim: *Viam mandatorum*: de quo sermo suo loco *Tom.5. Tautolog.* 2. ad illud Baruch. 4. 2. *Ambula per viam.* Hinc clarescit auctoritas Pauli ad Hebræos: *Gressus rectos facite pedibus vestris*: Igitur anima non movetur gressibus, sed affectibus. Plerunque tàm in Profanis, quàm in Sacris invenitur signatum instrumentum, sine quo res nequit existere. Ezech. 12. 12. *Ut non videat oculo terram*: cap. 44. 5. *Vide oculis tuis, & auribus tuis audi.* Isai. 6. 10. *Ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat.* Eccli. 21. 21. & 24. *Compedes in pedibus::: brachiale in brachio.* Virgilius Epigram. de *Musis*:

Plectra gerens Erato, saltat pede, carmine, vultu.

Philotheus in vita S. Bernardi, cap. 1.

Cernis ut illa meis stimulis agitatus amoris,
Jam terat assiduo limina sancta pede?

Plautus in *Stich.* Act.2.Scen.2.v.20.& in *Trucul.* Act. 2. Scen.6. v. 46. *Pedibus ambulare.* Intenditur aliquid illo superaddito vel ad expressionem sententiæ per Epitasim, vel ad orationis concinnitatem. Blesensis serm. 30. in *Fest. Augustini*, ait: *Humilitas dulce vehiculum pedis compeditis, qui injecerunt pedes suos in compedibus sapientiæ.* Plautus in *Amphitr.* Act. 4. Scen.4. v.51.& in *Pers.* Act. 3. Scen.1. v. 48.

Non potuimus nostros grandiùs grandire gradus.
Lubere per me tibi licere, intelligo:
Verum lubere haud lubeat, si liceat mihi.

His supersedeo, quippe lato calamo hìc *Tautolog.* 11. à num. 11.

Quid est claudicare?

Gressus pro affectibus. Hebr.12. 13.

Instrumentum rei expressum cũ ipsa re.

Virgil.

Philoth.

Plaut.

Blesens.

Plaut.

10 Hujusmodi geminationes tàm Tautologicæ, quàm Palilogicæ exponuntur per adverbia, quæ ferè formantur ex adiectivis, & per æquivalentiam ex substantivis nominibus. Proinde: *Gressus rectos facite pedibus vestris*: idem est, ac *Rectè ambulate. Ambula per viam*: hoc est, non hinc inde ambules, sed rectè. Ita Palilogiarum expositio: v. g. Psalm. 105. 12. *Laudaverunt laudem ejus*: nempe, summè laudaverunt. Etiam v.14. *Concupierunt concupiscentiam*: scilicèt, avidissimè concupierunt. Cùm igitur quò tendimus, pedibus pervenire conamur, ab hujusmodi metaphora conatus nostros appellamus pedes, quippe conatibus obtinentur optata: qui autem ita stat, ut stet, & nihil operetur ad desiderata, dicitur habere *pedes in compedibus*, vel *compedes in pedibus*, aut esse utroque pede claudum. Unde intelligitur illud Salomonis: *Claudus pedibus, qui mittit verba per nuntium stultum*: idest, stultissimè agit, qui indicat mentis conceptum per nuncium stultum. Iccircò juxta adjectivum conjunctum voci *Pes*, formandum est advervium, ut clarè promatur sententia. Psalm. 25. 12. *Pes meus stetit in directo*: videlicèt, directè ambula-vi. Prov.1.16. *Pedes illorum ad malum currunt*: nimirùm, malè ambulant: cap. 19. 2. *Qui festinus est pedibus*: hoc est, qui festinè graditur, offendet. Judith. 5. 12. *Isti pede sicco*: idest, facilè, sine obice fundum maris perambulando transierunt. Apud Profanos idem. Virgilius, lib. 8. *Æneid.* v. 302. *Adi pede sacra secundo*, lib. 10. v.255. *Adisci pede Diva secundo* (quem imitatur Valer. Flaccus *Argonaut.* lib.2. v.613.) idest, faustè: sicut infeliciter, dum dicit ibid. v. 495. *Lævo presit pede*: & v. 587. *Projecto dum pede lævo.* Euripides in *Electr.*ait. *Pede valido*: putà, validè. Senec.in *Thyest.* Act.3. v.489. *Perge non dubio gradu*: nimirùm, constanter, sine metu; sicut econtrà, timidè, obliquè in *Hippol.* Act.2. v. 371. *Vadit incerto pede.* Et in *OEdip.* Act. 2. v. 225. *Supplici pede.* Ita Propertius *lib.2. Epigr.4. Dubio suscitet ira pede*, lib. 3. *Epigr.* 15. *Timido pede currit in arces.* Martial. lib. 1. *Epigr.* 110. *Blando pede.* Ovidius lib.4. *Trist.* Eleg. 9. *Infesto pede*: idest, infestè. Pariter ergo exponenda testimonia nostra, ex quibus ad principale etiam lux. Unde *claudicabat pede*: idest, obliquè incedebat.

Substantivum nomẽ, & adjectivum sæpe pro adverbijs.

Eccli. 21. 22.
Prov.26.6

Expos. tert. Pes pro adverbio.

Virgil.

Eurip.
Senec.
Propert.
Martial.
Ovid.

11 Multoties, ut dixi, additur instrumentum, & tunc exponenda est sententia per nomi-

nominis æquipollentiam, quod uſitatum apud Græcos & Latinos. Quare dum dicitur: *Compedes in pedibus*, intelligenda ſunt vincula, quoniam vincula pedum compedes dicuntur. Quare ibid. pro *Quaſi vincula manuum ſuper manum dexteram*: Tigurin. legit: *Manicæ manuum*. Eodem idiotiſmo v.24. *Brachiale in brachio*: ubi Syr. *Sicut monile*. Tigur. *Sicut ornamentum*. Euripid. in *Medea*, v.300. eodem ſtudio infit: *Pedicæ pedum* in *Iphigen. Taur.* v. 456. *Vinculis vincti*. Et Propertius *lib.* 3. *Epigram.* 15. Poſtquàm dixerat: *Corrupit dura catena manus*; ſubdit illicò:

Eccli. 21. 22.

Propert.

Sola tamen, quæcumque aderant in corpore vires,
Regales manicas rupit utraque manu.

Item Plautus in *Aſinar.* Act. 2. Scen. 2. v. 38. *Ubi manus manicæ complexæ.* Æquivalenter reducuntur ad ſenſum hujuſmodi auctoritates. *Compedes in pedibus*: ideſt, *Pedicæ*, ut legit Maluend. *Reſtis adinſtar*: Syr. *Tanquàm lorum*: Arab. *Quaſi pedibus vincula bina trahat*, ut ait Propert. *lib.*4. *Eleg.*9. & Plautus in *Menæchm.* Act. 1. Scen.1. v.17. *Vinculo vincies.* Et Ambroſius lib.1. de *Virg.* ait: *Pedem compes includit*: de quo infr. num.27. Homer.13. *Iliad.* v.36. *Pedicas pedibus.* Haud aliter intelligendum eſt in Jacobo claudicante *pede. Pede*, ideſt, inceſſu, gradu, greſſu, locomotione. Optimè Rab. Jonath. *Incœpit ambulare, & ipſe claudus erat.* Ita exponuntur præfata Ethnicorum teſtimonia num. præced. Ratione ſanè conſtat. Pes dum dicitur dubius, timidus, obliquus, incertus, &c. non poteſt intelligi de incertitudine, timore, obliquitateve pedis; ſed de greſſu, nimirùm extenſione pedum in progrediendo, qui quidem ex modo dicuntur timidi, incerti, &c. quapropter per Exergaſiam, ſeu expoſitionem politiorem redduntur ſenſui clariori: igitur expoſitione demonſtratur effectus, qui voce inſtrumenti ſignabatur metonymicè; uti alijs in locis videtur apud ipſos AA. Seneca in *Hippoll.* Act.2. v. 364. *Soluto labitur gradu.* Et Virgil. lib.2. *Æneid.* v. 724. *Sequitur patrem non paſsibus æquis.* Idem invenies lib. 3. *Triſt.* Eleg.7.& *lib.* 4. *Eleg. ult.* apud Ovidium: *lib.* 1. *Eleg.* 13. & *lib.* 2. *Eleg.* 4. apud Propertium: & denique *lib.*5. *Epigr.*15.& *lib.*7. *Epigr.*38. apud Martial. Alia erunt obvia, quia ſpargentur in litera: contingit aliquando in clariorem conceptus expreſsionem, quòd ſignentur effectus,& inſtrumentum, ut in textu Pauli: *Greſſus rectos facite pedibus veſtris.*

Plaut.

Maluend.

Pes pro greſſu ac inceſſu.

Expoſitio quarta.

Senec. Virgil. Ovid.

Expoſitio quinta.

12 Hinc oritur alius modus interpretandi hujuſmodi teſtimonia, & his ſimilia: videlicèt, pedem interdùm in Scriptura accipi pro illo, cujus eſt pes, ſicut in aliis vocibus contingit, de quibus hìc *Tautolog.* 8. à num. 59. Plena eſt ſacra pagina: nihilominùs aliqua in medium proferam. 1. Reg. 2. 9. *Pedes ſanctorum ſuorum ſervabit*: ideſt, ſanctos ſuos. 3. Reg. 14. 12. *In ipſo introitu pedum tuorum*: hoc eſt, in introitu tuo. 4.Reg.6. 32. *Sonitus pedum domini ejus poſt eum.* Pſalm. 118. 101. *Ab omni via mala prohibui pedes meos.* Prov. 4. 27. *Averte pedem tuum à malo*: ſcilicèt, averte te. Sic alia. Etiam apud Poëtas invenitur acceptio. Propertius lib. 3. *Eleg.* 15.

Pes pro illo cujus eſt pes

Propert.

Credebat dominæ ponè venire pedes.

Martial.

Ideſt, dominam: ſicut apud Martial. lib.12. *Epigr.*48. *Carnificeſque pedes*, pro carnificibus. Et Virgil. lib.10. *Æneid.* v.307.

Virgil.

—Retrahitque pedes ſimul unda relabens.

Gregor. Magn.

Hac etiam phraſe uſus eſt Gregor. Magn. lib. 2. *Dialog.* in præf. dicens: *Eum, quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat, retraxit pedem.* Quam ob rem ſumpto pede pro illo cujus pes eſt, ſenſus teſtimonii erit: *Ipſe*, percuſſo femore, *claudicabat*, ut legit Rabb. Jonathas: *& ipſe claudus erat.* Quæ in Idiomate Latino videntur pleonaſmica, in linguis Orientalibus ſunt valdè decora: unde Interpres N. aliquando vertit ad unguem, aliquando ad ſenſum (de quo latè hìc *Tautolog.*9. à num.33.) dicunturque voces Paragogicæ non neceſſariæ niſi ad pleniorem ſenſus lucem, uti de aliquibus egimus, & de reliquis agemus, comite vità, ſignatis ſtrictim in *Prolog. Galeat.* §.5. num.7. Hinc Cant. 1. 8. *Si ignoras te*: vertit. Geneſ. 28. 21. *Pariet tibi*: ubi *Te*, & *tibi* paragogica ſunt ad orationis ornatum, minimè neceſſaria ad ſenſum. Aliquando toto rigore verſionem conſtruit omiſsis idiotiſmis, ut Geneſ.12. 1. *Egredere de terra tua* &c. cùm in Hebr. legatur: *Egredere tibi de terra tua* &c. Ita cap.22. 2. *Tolle filium tuum*: Hebr. *Tolle tibi filium tuum.* Vide *Tom.* 2. *Tautolog.*5. num.9. & *Prolog. Gal.* §.4. num.14. Æquè igitur in præſentiarùm, & in loco Pauli, & ſimilibus, quibus pes more idiomatis originalis Heleniſmi, vel Hebraiſmi, paragogicum eſt. Hæc obiter delibo, aliquando ex profeſſo facturus adverſùs Uvitackerum circa aliqua teſtimonia latrantem, & ſimul rudentem. Vide *Tautolog.*12. n.18.

Paragoge interdùm in Bibliis.

13 Pro affectibus etiam ponuntur pedes, uti præmiſimus num. 9. & poteſt aſtrui

acce-

acceptio testimonii num. 10. scilicèt, pes dubius, pro mente dubia, per validus pro constantia mentis, pes supplex pro supplici animo, vel humili egente corde. Sicut per oculum, uti videbimus *Tautolog.* seq. exprimitur affectus cordis signatè vel intentionaliter: ita per pedem exercitè, sive actualiter. Perinde Seneca lib. 7. *qq. natur.* cap. 31. inquit: *Invenit impudicitia novam contumeliam sibi. Muliebres munditias anteceſsimus, colores meretricios, matronis quidem non induendos, viri sumimus: tenero, & molli ingressu suspendimus gradum: non ambulamus, sed incedimus.* Et Baptista Mantuan. *Eclog.* 5.

Pes prò mente.

Senec.

Tuque putas alios, quo tu pede, claudere passum.

Totum indigitat Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 12.

Mantuan.

Quæ caput, & digitos, & lumina nigra puellæ
Et canit, ut soleant molliter ire pedes.

Propert.

Hinc percussio nervi Jacob pro affectu læso, & de cœlo percusso accipitur à Patribus. *Carnalis concupiscentia hominis* (ait hìc Thom. Anglicus) *quæ viget in femore, si divina virtute tangatur, protinùs torpescit. Et item quod caro Judæorum, & carnalis sensus legis, & literæ per luctam, seu pugnam Christi cum eis, erat resolvendus, & exsiccandus, ex quo claudicare cœpit Judaismus.* Sequitur allegoriam Augustini lib. 16. de *Civ.* cap. 39. & serm. 80. de *Tempor.* qua lepidissimè Arator lib. 1. in *Act. Apostol.* à v. 260. sub metaphora claudi sedentis ad speciosam templi portam, quæ Christus est, ita pupugit Judaismum.

Pro affectu. Sexta expositio.

Th. Angl.

Allegoriæ claudicationis Jacob.

Sed & altera nobis
Res aperit quod causa gerit: gens nomen ab illo
Israel dicta tenet, qui bella reliquerat æger
Conatus certare Deo: tulit ipse figuram.
Corporis antè gravem, quam pòst in vulnere mentis
Israel claudus habet, qui per sua crimina labens
Corde magis, quàm carne fluit: spatiisque sub ipsis
Quadraginta annos Ægypti fine remotus
Claudicat Ægyptum cupiens, idolaque quærens,
Ponitur ad portam speciosam, debilis ultrà
Non valet ire miser, nec limina tangere portæ:
Culpa negavit iter. Qui sunt, qui pectore claudum
Israel ferre solent, portæque adjungere certant,
Quæ speciosa suo prodit de nomine Jesum? &c.

Arator.

Aliter nervosè, & ingeniosè Ambrosius cap. 6. in *Apocal.* de quo *Tautolog.* 14. *Didasc.* 2. num. 2. Elevat cogitationem Gregorii Magni acumen. *Jacob* (ait Homil. 14. in *Ezech.*) *uno claudicavit pede, quia scilicèt Omnipotens Deus, cùm jam per desiderium, & intellectum cognoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit: & qui priùs quasi duobus pedibus innitentes & Deum videbamur quærere, & sæculum tenere; post agnitionem suavitatis Dei, unus in nobis pes sanus remanet, atque alius claudicat; quia necesse est, ut debilitato amore sæculi, solus convalescat in nobis amor Dei. Si ergo tenemus Angelum uno claudicamus pede, quia dum crescit in nobis fortitudo intimi amoris, infirmatur proculdubiò fortitudo carnis.*

Gregor. Magn.

14 Pulcherrimæ sanè allegoriæ, uti à tantis auctoribus depromptæ: verùm, quantum auguror, percussio femoris fit in memoriam beneficii, & claudicatio in signum reverentiæ: siquidem tam passivè, quàm activè, ut ait Plinius lib. 11. *Hist. natur.* cap. 45. *Hominis genibus quædam & religio inest, observatione gentium. Hæc supplices attingunt; ad hæc manus tendunt; hæc, ut aras, adorant, fortassis quia inest iis vitalitas: namque in ipsa genu utriusque commissura, dextra lævaque à priore parte, gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa ceu jugulo spiritus fugit.* Utroque sensu invenitur in Scriptura. Genes. 41. 43. *Coram eo genu flecterent.* 3. Reg. 8. 54. & 19. 18. Esth. 3. 2. Isai. 45. 24. Daniel. 6. 10. Mich. 6. 6. Luc. 5. 8. & 22. 41. & aliis in locis. Apud Profanos magna seges. Plinius ubi supr. lib. 8. cap. 1. de Elephantibus infit: *Alienæ quoque religionis intellectu, regem adorant, genua summittunt, coronas porrigunt.* Tacitus lib. 1. *Annal.* cap. 13. *Constat Haterium, cùm deprecandi causà palatium introisset, ambulantisque Tiberii genua advolveretur, propè à militibus interfectum,* &c. Idem lib. 6. cap. 49-12. 18. & 15. 71. Petronius in *Satyr.* ait: *Genua ad vestra protendo supinas manus.* Apulejus lib. 5. *Metam.* de Psyche profert: *Tunc genu nixa, & manibus aram tepentem amplexa, detersis antè lachrymis, sic adprecabatur.* Cicero in *Pisson.* pro filia inquit: *A genibus plorantem repulisti.*

Ad quid claudicatio post victoriam?

Plin.

Genuum religio.

Plin.

Tacit.

Petron.

Apulej.

Cicer.

listi. Suetonius in *Tiber.* cap. 24. *Nunc precantem Senatum, & procumbentem sibi ad genua,* &c. Homerus de Priamo Achillem oraturo pro corpore Hectoris *Iliad.* 5. *Ad genua supplex.* Idem dicit de Thetide *Iliad.* 1. v. 407-427-500-512. *Genibus Jovis advoluta hæret.* Euripid. in *Medea,* v.717. & in *Hecub.* v.147. & 752.

Sueton. Homer.

At oro te per hanc ego cæsariem,
Et per tua genua supplex fio tibi.

Euripid.

Seneca in *Hercul. Furent.* Act. 2.v.545. & in *Medea,* Act.2.v.247. succinit:

Victorem posito suspiciens genu.
Talem sciebas esse, cùm genua attigi,
Fidemque supplex præsidis dextræ petii.

Senec.

Plautus in *Truculent.* Act.4. Scen.3. v. 52. *Per tua obsecro genua.* Idem in *Milit.* Act. 2. Scen.6.v.61. Virgil. lib. 3. *Æneid.* v.607.& lib.10. v.523.

Plaut.

Dixerat: & genua amplexus, genibusque volutans,
Et genua amplectens effatur talia supplex.

Virgil.

Ovidius lib. 2. *Metam.* Fabul. 2. & *Epist.* 15. & 19.

Et genibus pronis supplex, similisque roganti.
Nunc mihi nil superest, nisi te formosa precari,
Amplectique tuos, si patiare, pedes.
Utque solent famuli, cùm verbera sæva verentur
Tendere summissas sub tua crura manus.

Ovid.

Ita alibi sæpè, quem imitatur Claudianus de *Raptu Proserp.* lib.1.v.50.

Ante pedes soliumque ducis fudere severam
Canitiem, genibusque suas cum supplice fletu
Admovere manus.

Claudian.

Horatius lib.2. *Carm.* Od. 19. v.31. cum Propertio *lib.*4. *Eleg.*9.

—Et recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitque crura.

Horat.

Supplicibus palmis tum demùm ad fœdera veni,
Cùm vix tangendos præbuit illa pedes.

Propert.

Juvenalis *Satyr.*14. v.219. & Baptista Pius in *Epigram.*

—Cereris tangens aramque, pedemque.
Prociduo dic bona verba genu.

Juvenal. Bapt.Pius.

Aliis parco, de quibus consule Pier. Valer. lib. 35. *Hier. Ægypt.* à cap.56. Isidor.lib. 11. *Etymol.*cap.1. Livium *lib.*8. *Decad.*1.& 25.*Dec.*3.Quintil.*lib.6.cap.*2. Cœl.Rhodig. lib.4. *Lect. Antiq.* cap.11. & *lib.*11.*cap.* 19. Turneb. lib. 11. *Adverss.* cap. 21. Barn. Brisson. de *Formul.* lib. 8. & denique Justum Lipsium, Janum Gruterum, ac Francisc. Juretum in illud Senecæ de *Brevit. vitæ*, cap. 8. *Ægros vide medicorum genua tangentes.* Hinc ortum adagium *Preces claudæ*; igitur supplicantium genua flectuntur. Describit Homerus 9. *Iliad.* v.498. ex quo Natal. Com. in *Mytholog.* lib.2. cap.1.

Senec. *Cur preces claudæ?* Homer.

—Litæ sunt Jovis filiæ magni
Claudæque, rugosæ, strabæque oculis.

15 Hujusmodi robore, cedentis speciem, venerantisque Numen, habuisse Jacobum, tanquàm illo coram genuflexum, & magnæ felicitatis prospicientem præsagium, astruit Osee 12. 4. dicens non de Angelo, sed de Jacobo: *Flevit, & rogavit eum.* Congruebat forma supplicis, ut obtineret, quam cupiebat, gratiam benedictionis. Claudicatio tandiù duravit, quousque cognosceret luctam non fuisse spectrum, ut ait Josephus lib. 1. *Antiq.* cap. 19. sed veram pugnam: quapropter rectè jam gradiebatur, dum fratrem invenit. Indicat Scriptura: etenim v. 32. tactum femur vocat nervi, seu musculi stuporem (Hispan. *Calambre*) qui tandiù durat, quandiù facultas ad motum recedit. Pessundentur cogitationes Hebræorum, & aliquorum DD. ludicra astruentium. Hi affirmant hinc perpetuò fuisse clandum: illi, quousque pervenit in Salem, minimè restitutum in gressum rectum. Sicut hujusmodi habitus indicat humilitatem & reverentiam, ambulare composito gradu, vel pedibus ambulare, signat jactantiam, ac spiritus superbiam. Quo lux micat ad difficile locum Isaiæ, qui jurè nobis negotium facesset. Ita igitur apud Prophetam legitur.

Claudicatio pro religionis specie. Ose. 12. *Sextim. expósit.* *Quandiù duravit claudicatio?*

16 *Pro eo quòd elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum, ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant; decalvabit Dominus,* &c. Ut clarè constet, quid in fœminis *ambulare pedibus*, omnia

Isai.3.16.

lustran-

luſtranda, quippe propoſito conſona. Proclivè exponitur teſtimonium per Exergaſiam, ita ut vel ſecundà periodo magis roboretur prima, vel ut magis explicetur; tuncque particula *Et* non eſt copulativa, ſed exegetica per expoſitionem, ut ſæpe diximus,& dicemus hìc *Tautolog.* 8. num. 52. Itaque ſenſus auctoritatis Evangelici Vatis erit: *Ambulabant pedibus ſuis, &* (ideſt) *compoſito gradu incedebant.* Signat (ni fallor) cogitationem Biblia Antiqua, ubi: *Ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant*: ideſt, dum ambulabant, non ibant euntes,ſed incedentes,pede ſcilicèt quaſi metrico,& gradu compoſito. Hoc eſt pompaticè, ventosè, arroganter, quod propriè apud peritos Latinos *Oggraſſari*: apud Hiſpanos *Ponerſe de aſſas, Andar à compas, à pauſas*; quaſi minimè graderentur, ſed ad numeros ſaltarent, affectantes majeſtatem auctoritatis in locomotione pedis. *Incedere nobilum eſt*: ait Servius in illud Virgilij lib. 1. *Æneid.* v. 50. de Junone:

Et pro ideſt Exergaſia in Scriptura.

Quid eſt incedere?

Aſt ego quæ Divùm incedo regina, Joviſque
Et ſoror & conjux. Virgil.

Phraſem iterat ibid. v. 500. de Didone accinens:

Regina ad templum, forma pulcherrima Dido
Inceſsit, magna juvenum ſtipante caterva. Idem.

Propertius *lib.2. Eleg.2. Et incedit vel Jove digna ſoror.* Plautus in *Milit.* Act.3. Scen. 2. v. 58. & Scen. 3.v.23. *Lepido ornatu incedit.* Et in *Trucul.* Act. 2. Scen. 5. v. 10. *Vos me jam videtis, ut ornata incedo*: Igitur ut ait Ovidius lib. 3. de *Art.* v. 299. Propert. Plaut.

Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris:
Diſcite fœmineo corpora ferre gradu. Ovid.

Qui quidem modus à Turnebo lib. 18. *Adverſ.* cap. 15. dicitur: *Incedere mimicè & moleſtè*: ſiquidem procedit ex imitatione majeſtatis, ut canit Horatius lib.2. *Satyr.*8. *v.* 13. Turneb.

——Ut Attica virgo
Cum ſacris Cereris procedit. Horat.

Idem lib. 1. *Satyr.* 3. v. 11. Undè ortum axioma: *Junonius inceſſus*, ut obſervant Atheneus lib. 12. *Dipnoſophiſt.* cap. 3. & Lil. Girald. *Syntagmat.*3. etenim quæ ſacra Junonis ferebant, ejus inceſſum mimicè imitabantur. Compoſitus gradus non eſt hìc intelligendus, ut modeſtus, ſexui concors, imò faſtoſus replicatis pedibus & quaſi glomeratis, fictitius, mimicus motu non naturali; ſed affectato, vel ad ornatum oſtentandum,de quo infrà à num. 34. Tob.3. 17. dicit Sara de hujuſmodi ludicro & lubrico inceſſu puellari: *Nunquam cum ludentibus miſcui me, neque cum his qui in levitate ambulant.* Daniel. 4. 34. *Gradientes in ſuperbia.* Vel ad teneritudinem mollitiemque fingendam, ut dicitur Eſth. 15. 6. *Aſſumpſit duas famulas: ſuper unam quidem innitebatur, quaſi præ delicijs, & nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinens.* Hanc affectationem ſerpſiſſe inter fœminas Iſraëliticas invenimus in *Deuteron.* 28. v. 56. *Tenera mulier & delicata, quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam, invidebit viro ſuo ſuper filij & filiæ carnibus.* Quid Ethnicæ, ſi ita religioſæ? Propertius *lib.2. Eleg.4.* & Euripides in *Iphig. in Aulid.* v.614. Tob. Dan. *Fictio fœminarum de teneritudine corporis.* Deuteron.

Ibat & expenſo planta morata gradu. Propert.
Filia pone pedem tenerum, & ſimul infirmum (id.delicatum) Eurip.
Vos verò in ulnis excipite:::Delicatè incedens pedibus.

Addit in *Medea*, v. 1164. & Sophocl. in *Antig.* v. 1192. quem ſequitur Petr. Arb. in *Satyr.*

——Supina autem reclinor
Verita ad ſervas, & conſternor. Sophocl.
——Fractique enervi corpore greſſus. Petr.

Ovidius etiam ubi ſuprà de *Arte* v. 305.

Sed ſit ut in multis modus hic quoque: ruſticus alter
Motus in inceſſu, mollior alter erit. Ovid.

17 Ita ergo ut pulchritudinem commendent (in vitio decor eſt) & geſtu exiguo pelliciunt, quaſi in ſeipſis cæſpitent & varicent. *Altera depoſitæ ſubjecit brachia pallæ*: ait Ovid. lib. 3. *Metam.* Fab.2. Et Virgilius lib.9. *Æneid.* à v.434. canit: Idem.

——Inque humeros cervix collapſa recumbit;
Purpureus veluti cùm flos ſucciſus aratro
Langueſcit moriens, laſſove papavera collo
Demiſère caput, pluviâ cum fortè gravantur. Virgil.

Elegantiam imitatur Ovidius lib. 10. *Metam.* Fab. 5.

Ovid. *Ut siquis violas, riguoque papavera in horto*
Lilia que infringat fulvis nascentia virgis,
Marcida demittant subitò caput illa gravatum,
Nec se sustineant, spectentque cacumine terram;
Sic vultus moriens jacet, & defecta vigore
Ipsa sibi est oneri cervix, humeroque recumbit.

Censurà planè dignæ. Quam apta Propertij! Ita *lib. 2. Eleg. 5.*

Propert. *Cynthia formâ potens: Cynthia forma levis.*

Mollities fœminarum viris propudium. Si in puellis molesta hujusmodi affectata fastidia, quid in viris? Operit confusio faciem. Vide quæ diximus ex Seneca num. 13. & illum de *Brevit. vitæ* cap. 12. quæ verba invenies *Tom. 2. Tautolog. 10. Did.* 1. num. 7. Nihilominùs tamen audi cap. 15. de *Tranquil. animi*, ubi de Scipione ait: *Militare corpus movit ad numeros, non molliter se infringens, ut nunc mos est, etiam incessu ipso ultra muliebrem mollitiem fluentibus.* Unde Cicero

Senec. lib. 2. de *Finib.* aptè protulit: *Si vultum, si incessum fingeres, quo gravior videretur, non esset.* Quintilian. lib. 5. cap. 9. *Corpus vulsum, fractum incessum, vestem muliebrem dixerit aliquis, mollis & parum viri signa.* Taxat Hieronym. *Adversus Helvid.* & ad *Eustoch.*

Quintil. & Cyprian. ad *Senator conversus.* a v. 9. Ex Ethnicis Ælian. lib. 4. *Var. hist.* cap. 22. qui quidem ibid. cap. 27. refert, Diogenem Cynicum acceptis muneribus à Diotimo, repumicato juvene, taxasse mollitiem, dicens: *Dij tibi largiantur bonum virum & dotem:* quasi cum puella loqueretur. Incessus ergo fractus non est viri. Tædet in fœminis. Hoccino fastidio & studioso laborabant Jerosolymitanæ. Hinc Tigurina legit: *Fastosè incedendo, mollitèr & fractè eunt.* Arrogantiam præ se ferebant vel in incessu: quapropter quæ ita ambulabant quasi in croceis enutritæ pòst virgines squalidæ, quia egressus est à filia Sion omnis decor ejus, abierunt in captivitatem ante faciem tribulantis. Longè sit

Tigurin. à fœminis Christicolis hujusmodi fictum fastidium. Unde Ambros. lib. 2. de *Virginib.*

Ambros. inquit: *Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior; ut ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, figura probitatis.*

Enallage in Biblijs. 18 Ut magis claresçat intentum, sciendum est, in Scriptura aliquando inveniri *Enallagen*, quo schemate unum tempus pro alio collocatur: nimirùm, præteritum

Præteritum perfectum pro plusquàm perfecto, & imperativum pro futuro; simulque præteritum. perfectum pro plusquàm perfecto: ut Genes. 2. 9. *Produxit* (pro *Produxerat*) *Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu.* Imperativum pro futuro. Habac. 1. 5. *Videte, & admiramini, & obstupescite:* Idest, videbitis, admirabimini, & obstupescetis. Præteritum pro futuro. Isai. 64. 1. *Dirumperes cœlos & descenderes, à facie tua montes defluerent:* hoc est, dirumpes cœlos, descendes, & montes defluent. Participium præteriti pro potentiali; quod apud Grammaticos dicitur nomen in *bilis.*

Participium præteriti pro nomine potentiali: & participium præsentis pro præterito. Isai. 54. 13. *Filios doctos à Domino*: putà *docibiles*, ut ait Assortor N. Joann. 6. 45. Participium præsentis pro præterito. 2. Esdr. 13. 23. *Vidi Judæos ducentes uxores Azotidas*: videlicèt, qui duxerant. Tempus futurum etiam pro præterito. 2. Reg. 7. 12. *Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo.* Jam egressum, igitur Salomon, de quo promissio, jam erat, ut placet Sanctio hìc. Clariora promam. Isai. 41. 2. ubi Dominus loquitur de triumpho Abrahæ persequente reges, & celeriter perambulantis terram promissionis, invenies in futuro, quæ jam transacta: *Dabit in conspectu ejus gentes, & reges obtinebit: dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui ejus: persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit.* Alijs testimonijs cogitatio non roboratur, quippe modò perstrictim, suo loco fusim.

Futurum pro præterito. 19 Sicut in his temporibus invenitur Enallage, ita dum præteritum tempus usurpatur pro futuro. Cantic. 1. 11. *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Hebr. *Dum accumbet, dabit.* Adi Sanctium hìc num. 65. Psalm. 17. 14. *Intonuit de cœlo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam.* Quam quidem sententiam invenies

Præteritum pro futuro. 2. Reg. 22. 14. in futuro, scilicèt: *Tonabit de cœlo Dominus, & excelsus dabit vocem suam.* Ita reliqua quæ ibidem in præterito, in futuro interpretanda: & ne molesta sint alia testimonia; quicquid *Psalm.* 105. v. 12. 17. 18. 19. 42. 43. & *Psalm.* 106. à v. 6. usque ad

Ps. 17. 14. 38. invenitur in præterito, Hebr. legit in futuro. His jurè suppositis, claret aliquomodò

Psal. 105. sensus auctoritatis Isaiæ: q. d. *Pro eo quòd elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant & plaudebant; ambulabunt profectò pedibus suis, & composito gradu incedent.* Culpæ respondit pœna, & etiam molestiæ genus modo seu

ma-

materiæ criminis, ut per quæ peccaverant, pœnas luant. *Ambulabunt pedibus suis*: Hisp: *Los pies arraſtrando*: nudo ſcilicèt pede, vel ſine calcei ornatu, quaſi ſervæ, de quo infra num. 41. In calceis & crine collocaverant thronum ad faſtum: & in captivitate ambulabunt nudo pede, & capite ſine crine. Hinc propoſito additur v. 17. *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.* Ex quo conſtat quàm germana expoſitio præteriti imperfecti *Ambulabant*, pro futuro *Ambulabunt*: ſiquidem cunctæ pœnæ propoſitis culpæ cauſis, uſque in finem capitis, exponuntur in futuro: nimirùm, *Decalvabit, nudabit, auferet, erit, cadent, mœrebunt, lugebunt, ſedebit.*

Staturapro-cera magni in fœmina.

20 Ut conſtet, quàm dignè inflicta pœna, exponenda clariùs cauſa. Ita enim præſcribitur: *Pro eo quòd elevatæ ſunt filiæ Sion.* Non arbitror ſermonem, tam pro fingenda proceritate corporis, cothurnis ſuppoſitis in ſtaturæ eminentiam, de qua anxiè ſatagunt, & magni habetur, quaſi pulchritudinis perfectæ infallibilis commendatio (igitur illis diſplicet, ex malis minimum eligi) ac oculorum ſutelati hami: unde de brevioris ſtaturæ fœmina, dixit Juvenal. *Satyr.* 6. v. 504.

Juvenal.

——— Breviorque videtur
Virgine pygmæâ, nullis adjuta cothurnis.

In ſacris etiam *Cantic.* 7. 7. ſtatura Sponſæ aſſimilatur palmæ, ut elegantia corporis commendetur. Apud Profanos crebrò. Ovidius lib. 13. *Metam.* Fab. 8. de Galatea modulatur.

Ovid.

Floridior prato, longâ procerior alno,
Splendidior vitro, tenero laſcivior hœdo,
Lævior aſſiduo detritis æquore conchis,
Solibus hibernis, æſtivâ gratior umbrâ,
Nobilior pomis, platano conſpectior altâ.

Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 2.

Propert.

Fulva coma eſt, longæque manus, & maxima toto
Corpore: & incedit vel Jove digna ſoror.

Virgilius lib. 1. *Æneid.* à v. 502. ex quo ſumpſit Ovidius lib. 3. *Metam.* Fab. 2. canens de forma Dianæ: *Nymphæ*

Ovid.

Implevere nemus, circunfuſæque Dianam
Corporibus texere ſuis: tamen altior illis
Ipſa Dea eſt, colloque tenùs ſupereminet omnes.

Ex collatione carminum in plagio comprehendes Naſonem: audi Virgilium.

Virgil.

Qualis in Europæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille ſecutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades; illa pharetram
Fert humero, gradienſque Deas ſupereminet omnes.

Si Naſo ex Virgilio, hic ex Homero decerpſit: igitur de Nauſicaë inventa ab Ulyſſe 6. *Odyſſ.* v. 108. quàm primò ſalutaverat *Odyſſ.* 5. v. 227. ſuperiorem Penelope & formâ & proceritate, ait:

Homer.

Omnes verò ipſa capite ſupereminet atque fronte.
Facilis verò cognitu eſt, pulchræ verò omnes:
Sic illa inter ancillas excellebat virgo indomita.

Idem extollit, laudibuſque effert, *Odyſ.* 18. à v. 248.

Fœminarum turrita capita.

21 Non tam, inquam, cenſeo elevationem filiarum Sion ex ſuppedaneo polito (vernaculè: *Polivi*) etſi ad præſtantiam formæ & venuſtatem minimè abdicerent; quam de elatione orta ex capillorum forma, arte retortorum (apud Noſtrates: *Creſpos, Rizos.*) unde coma dicitur turrita, capillitio elato ſupra frontem criſpo, fœminis embolio, conantibus adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum, igitur tantam habent corpora proceritatem, quantam capilli annulatam fluctuantem extenſionem, quorum aream vel forum, proh pudor! video ab illis ornari ſerpentibus aureis (capita Furiarum præ ſe ferunt) aſpidibus, cicadis, papilionibus, vermiculis, limaculis, curarum mulierum ſtudioſis quiſquiliis. Plura diximus *Tom.* 2. *Tautolog.* 12. num. 6. ad quæ roboranda addam quæ ex probatioribus Auctoribus legi & ſelegi. Euripid. in *Iphigen. in Aulid.* v. 794. *Superbientis longo collo.* In *Tauric.* v. 1150. *Stolis & cincinnis ornata genas obumbrabat.* In *Medea*, v. 1161. *Componit comam, inani corporis imagini arridens, multùm, & ſæpe cervicem ad erectam oculis reſpiciens.* Fœminas olim vittis, faſciis, auroque crines ornare, inconcuſſum arbitror. Prudentius lib. 2. in *Symmach.* v. 1895.

Euripi.

Prudent. *Interea dum torta vagos ligat infula crines.*

Igitur inter muliebria ornamenta, ut idem ibidem ſubdit:

Idem. *——Crinalis acus, redimicula, vittæ,*
Fibula, flameolum, ſtrophium, diadema, monile.

De quibus latè egimus *Tom.2.Tautolog.* 11. num. 21. & Virgilius refert lib. 10. *Æneid.* v. 137.

Virgil. *——Fuſos cervix cui lactea crines*
Accipit, & molli ſubnectit circulus auro.

Idem lib.4. v. 138-149. Ovid. lib. 5. *Metam.* Fab. 3. Statius lib. 10. *Thebaid.* v. 60. & alii paſsim. Taxat ſtudium leve, & grave in crinium venuſtatem Clemens Alexand. lib. 2. *Pædagog.* cap.10. *Quid cenſendum* (ait) *de ſuperflua cura gemmarum, auri elaboratione, capillis artificioſis, & intortis crinibus?* Ideo apud Priſcos dicebantur fœminarum *turrita capita*, ſicut Telluris Deæ apud Vinc. Carthar. in *Magn. Matr.* fol. 140. Quare Juvenal. *Satyr. 6.* à v. 488.

Cura crinium in illis quanta! Clemens Alexandr.

Juvenal. *Diſponit crinem laceratis ipſa capillis*
Altior hic quare cincinnus?
Extendit, pectitque comas, & volvit in orbem.
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput.

Ita videtur procerior. Tanta eſt quærendi cura decoris. Claudianus ſtudium vel in Deabus fingit in *Nupt. Honorii & Mariæ*, v. 99.

Artifitium criſpandi.

Claudian. *Cæſariem tunc fortè Venus ſubnixa coruſco*
Fingebat ſolio.

Dixerat pridem Tibullus *lib.* 2. *Eleg.* 3. de matre Apollinis quam tædebat hujuſmodi ſtudii.

Tibull. *Sæpe horrere ſacros doluit Latona capillos,*
Quos admirata eſt ipſa noverca priùs.

Calamiſtrati ita dicebantur capilli, igitur acu calore temperata criſpabantur, ut obſervat Hieronym. *Epiſt.* 2.& lib. 2. in *Jovinian.* Unde Propertius *lib.* 3. *Eleg.* 15. accinit:

Propert. *At quoties pulchros uſsit regina capillos!*

22 Quo profectò & ſine obice intelligetur illud Cant.4.4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis*: quippequàm ex criſpo crine, cirrato, relicino è collo elevabatur capillitium inſtar turris: & ſicut illa David erat cum propugnaculis, ita turris capilli calamiſtrati in acumen ſtructi (Vulgò: *Fontanche*) cum expugnaculis, nimirùm, vittis vel floribus, aut faſciis, ut notat Rabb. Salomon, & Aben-ezra, & ex Profanis Statius lib. 1. *Silvar.* v.22.

Cantic.

Statius. *Tu modò fronte roſas, violis modò lilia miſta*
Excipis, & dominæ niveis à vultibus obſtas.

Ovidius lib. 6. *Faſtor.* v. 504. & Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 7.

Ovid. *——Fuſis per colla coronis*
Ferte Deæ flores.

Tibul. *Sed varii flores, & frons redimita corymbis.*

Vel inventiunculis, de quibus ſupr.n. 21. Unde Virgilius lib. 7. *Æneid.* v. 351. & in *Ciri* Epigr. 14. de Niſo Pandionide:

Virgil. *——Fit tortile collo*
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ
Innectitque comas, & membris lubricus errat.
Aurea ſolemni comptum quem fibula ritu
Mopſopio, tereti nectebat dente cicadæ.

Nonnus in *Dionyſiac.* lib. 22 *Flectentes cervicem Bacchi, cui vipera in comis.* Catullus in Nuptiis *Pelei & Thetidos*, v. 193. *Anguineo redimita capillo frons.* Valer. Flac. lib. 3. *Argon.* v. 190. *Gemini committunt ora dracones.* Euripides in *Oreſt.* v. 256. *Comæ habent ſpeciem ſerpentium.* Vide Arnob. lib. 5. & Iſaac. Grangæum in illud Prudentii in *Hæmartig.* v. 198.

Nonn. Catull. Val. Flac.

Prudent. *——Humeros errantibus hydris*
Obtegit, & virides allambunt ora ceraſtæ.

Cantic. Quo lucem accipit illud Cantic. 1. 11. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: ſiquidem, ut aſtruit Clemens Alex. lib. 2. *Pædag.* cap.ult. *Quemadmodùm Evam*

ſer-

ſerpens decepit, ita etiam alias mulieres mundus aureus, utens eſcà ſerpentis figura, in probra furiosè impellit; nempe murenulas quaſdam aureas, & ſerpentes ad decorem effingens. Conſule etiam Jul. Polluc. lib. 5. *Onomaſt.* cap. 16. Unde Euripid. in *Bacch.* v. 101. *Coronavit draconum coronis.* Clemens Alex. *Imago reptilium in capillitio fœminarum.*

23 Capita igitur inſtar turris fœminæ Hebrææ efformabant, ut collo extento, & elato capillitio, elegantiam formæ & proceritatem mentirentur ſtaturæ; in quas ita invehitur Gregor. Nazianzenus *Carm.* 63.

Crinibus aſcitis capiti faſtigia veſtro
Ne addite, conſpicua ut mollia colla fiant.
Neve Dei formas picturà inducite fœdà
Ut jam non facies, larva ſed ora notet.
Sive comæ huc illuc agitatæ, & ponè vagantes,
Perque leves auras Mænadis inſtar eant.
Fœmina nec criſtam, galeæ inſtar, vertice geſtet,
Ut palmæ conſtet munus id artificis, &c.

Greg. Nazianz.

Ecce turris forma, quam loco cit. deſcribit Iſaias per *Crinem criſpum*, quo fiebat quæ tam ibid. quàm Judith 10. 3-16. 10. dicitur *Mitra*. Haudquaquàm quia verè mitra, ſed quia in modum mitræ, vel galeæ, criſtæve coni, ut ait Poëta lib. 3. *Æneid.* v. 468. *Quid mitra in fœminis?*

Et conum inſignis galeæ, criſtaſque comantes. Virgil.

Et Q. Calaber lib. 13. de Andromache infit: *Hæc neglecta mitra::::temerè oberrabat.* In qua acceptione à Clement. Alexandr. & Jull. Poll. ubi dudum uſurpatur nomen *Mitra*, quaſi capillitium cum redimiculo. Conſtat etiam ex contextu. *Diſcriminavit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum.* Ideſt crinem conſtruxit, ut elati criſpiqué capilli calamiſtro viderentur quaſi mitra. *Colligavit* (ſubditur cap. 16. 10.) *cincinnos ſuos mitrà.* Ideſt, redimiculo, aut tæniâ: aliàs caſſus labor dum cincinnos ita compſit, ſi mitrâ, ut ſonat, opprimeret; igitur vel levis tactus artificio crinium nocet. *Pilorum plexus, & catenarum nexus cùm eas deformes reddunt, tum etiam pilos diſcerpunt: quo fit ut nec ſua quidem tangant capita, ne capillos confundant pertimeſcentes*: ait Clem. Alexandr. ubi ſupr. & Plutarch. in *Solon.* infit: *Ex juvenibus impuberes deligens fœminarum veſtitu, mitris, & calceamentis ornavit.* Quare Doctiſs. Sanctius in Cant. 4. num. 35. ait: *Mitra capillus proprius ex arte criſpatus & intortus, vel alienus ad ſpeciem aſcitus.* Nec mireris mitram vocari, cum inter crines ſpargantur lenticulæ argenteæ (Hiſp. *Lentejuelas*) vel cruſta ſubtiliſsima vitri, vel aureæ leves nitidæque bracteolæ (Vulg. *Eſpejuelos*) quibus ornatum flexum reflexumque capillitium effulgurat luce adversâ, ſicut lapides pretioſi in Sacerdotum mitra. Etiam apud Ethnicos *Mitra* pro *Coma*. Catullus ubi ſupr. de *Nupt. Pelei*, v. 63. Judith. 10. 3. Ibid. 16. Clem. Alexandr. Plutarch. *Mitra pro coma.*

Non flavo retinens ſubtilem vertice mitram. Catull.

Virgilius lib. 4. *Æneid.* v. 215. & lib. 9. v. 616. de quo num. 24. Propertius *lib.* 3. *Eleg.* 17.

Candida laxatis onerato colla corymbis,
Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas. Propert.

Quo ſenſu ibid. Eleg. 19. ſubdit: *Purpurea coma*, eo quòd ornentur capilli vittis. Hiſp. *Cintillas*: uti Tibullus ubi ſupr. canit: *Purpureas flavo retinentem vertice mitras.* Vide Paſſeratium in loc. præfatum Propertij, in illud *lib.* 4. *Eleg.* 5. *Capilli vincula.* Et ibid. Eleg. 2. *Finge caput mitrâ.* Crinium collectio in nodum ſupra verticem in pueris dicitur *Scorpius*: in viris *Crobylus*: in fœminis *Corymbus*, vel *mitra*: igitur capillitium rutilabat tremulis ſcintillantibus fulgoris cruſtulis, ut aſſerunt Forerius & Alapide hic v. 19. etiam Prudentius in *Pſychomach.* v. 250. Tibull. Propert.

Apud Græcos uſitatiſsimum. Sat næ Euripides, qui quidem in *Medea*, v. 786. ait: *Cirrum auro textum.* v. 1160.

Ponens auream coronam ſupra cincinnos,
Nitidum ſpeculum componit comam. Euripid.

In *Iphig. in Aulid.* v. 1478. *iſta coma coronanda.* In *Electr.* v. 882. *Sume coronas cirrorum comæ tuæ.* Idem in *Hippol.* v. 82. ſed clariùs in *Hecub.* v. 923. *Ego verò comam religatis mitris componebam.* Ubi *Mitris* pro vittis, ſeu plocamis. Moſchus in *Helena*, ait: *Hanc auro texta mitra coronabat.* Videbis etiam ex Achille Alexandrino *lib.* 3. in quoddam embolium, *adornantes puellam mitris, & vittis indutam* (ait) *apparatum iſtum occulabimus.* Ubi, ut vides, non mitrâ, ſed mitris ornandam cogitant puellam: quod fieri ne-

Moſch. Achill. Alexandr.

nequit, ni mitræ intelligantur de annulis capillitii,quaſi unum ſuper alterum prominentem adinſtar turris,vel acuminis mitræ. Videbis perſpicuè non ob rem, ſed propter ſimilitudinem turriti capillitij appellatam mitram, ſicut in viris ornatis galeà, quà eminent criſtæ (Hiſp. *Penacho*) conus dicitur *Mitra*. Q. Calab. *lib.* 7. de Thetide dixit: *Steleno dedit magnam & fulgentem galeam, duas haſtas, & immanem mitram*.lib.8.*Dedit letho bellicoſum Menetium variâ ornatum mitrâ*. Plutarch. in *Solon*. Denique Roſin. *lib.* 4. *cap.* 7. *Mitriſque latis æreis cincti, & galeas æreas ferentes*. Eodem modo coma dicitur in fœminis galerus, minimè quia hic aliquando ornatus capitis fœminæ, ſed quia coma pompoſa,lata & eminens ad galeri ſpeciem.Quo intelliges illud Juvenalis *Satyr.6.*v.120. de Meſſalina in lupanar eunte, mutata comâ, ſeu textili capillamento.

Galerus pro coma.

Juvenal.

Sed nigrum flavo crinem abſcondente galero
Intravit calidum veteri centone lupanar.

24 Hæc nobis faſtidia vel in fœminis,ut poſsimus dicere cum Clem.Alexandr. lib. 2. *Pædag.* cap. 12. *Eo quidem deffeſſus ſum, & indignor dicendo tot eorum ornamentorum multitudinem.* Pudebit magis videre in viris illarum imitantibus Veneres, fractus & geſtus, ſiquidem ornatu,glabrâ barbâ,crine polito,cincinnati, repumicati, lauti, criſpi, ſigilla mobilia (Vulgò *Titeres*) hinc illucque pro venuſtate flexâ,vittatâ comâ (Vernaculè: *Empelendengados*) è capillis pendentibus vittis, & inſtar turris torturâ comptis,apparent cultu fœminarum larva propudioſa virorum,vel utrumque,ut nova non ſit in Scenis Plauti Caſina. Optimè Ovidius lib.8. *Metam.* Fab.3.& lib.9. Fab. ult.

Viri glabri, & capite cincinnati ludibrium ſexus.

Ovid.

Talis erat cultu facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſes.
Cultus erat pueri, facies quam ſive puellæ
Sive dares puero, fieret formoſus uterque.

Horatius lib.2. *Carminum*, Od.2. v.21. & Juvenal. *Satyr.* 15. v.137.

Horat.

Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mirè ſagaces falleret hoſpites:
Diſcrimen obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguoque vultu.

Juvenal.

Ora puellarum faciunt incerta capilli.

Jurè Pentheus ridet Bacchum apud Ovidium *Metam.* lib. 3. Fab.7.ploclamis ornatum; ideſt crinem in formam mitræ gerentem, uti fecit Juno apud Turneb.ex Luciano in *Adverſ.* lib.4. cap. 14. & 29. 25.

Ovid.

Quem neque bella juvant, nec tella, nec uſus equorum,
Sed madidi mirrhâ crines, molleſque coronæ,
Purpuràque, & pictis intextum crinibus aurum.

1. Petr. 3. 3. 1. Tim. 2. 9. Clem. Alexandr.

25 Sufficeret vel in fœminas illud Petri: *Quarum non ſit extrinſecùs capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus.* Satis fulminatio Pauli: *Similiter & mulieres in habitu ornato,cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe,non intortis crinibus*: etenim ut inquit Alexandrinus ubi ſupr. cap. 10. *Solis meretricibus floridas veſtes, & aureum mundum geſtare conceditur:à probis mulieribus mundi ſtudium aufertur,quod ſolis meretricibus ſe ornare permittitur.* Haud venit in mentem poſſe viros hujuſmodi virus lædere, quaſi impoſsibile à ſexu degenerare. O tempora! ò mores!

Hujuſmodi ornatus olim meretricius.

Virgil.

Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis?
Deſidiæ cordi juvat indulgere choreis.
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
O verè Phrygiæ, neque enim Phryges, ite per alta.

Eſtis ne Paris, flavicomus, mitratus, qui comit *crines*

Idem.

Vibratos calido ferro, myrraque madentes?

Ita Virgil. lib. 12. v.100. & clamat Juvenalis *Satyr.* 13. v. 164.

Juvenal.

Cœrulea quis ſtupuit Germani lumina, flavam
Cæſariem, & madido torquentem cornua cirro?

Eſtis Alcides? Utinam! Eſtis ſed cum colo & fuſo, uti objicit Dejanira Herculi *Epiſt.* 9. apud Ovidium, v. 58.

Opprobrium virorum.

Ovid.

Vidit in Herculeo ſuſpenſa monillia collo
Illo, cui cœlum ſarcina parva fuit.
Non puduit fortes auro cohibere lacertos
Et ſolidis gemmas appoſuiſſe toris.

Ausus es hirsutos mitrâ redimere capillos?
Aptior Herculeæ populus alba comæ.

Haud militibus decor, crines conglobatos in summum verticem adstringere nodo.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri:
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes. Martial.

Ait Martialis in *Amphith.* vel *Spectac.* Epigr. 3. verùm ut ipse lib.10.Epigr.65. in effœminatum objicit:

Tu flexa nitidus coma vagaris *Maximè Hispanorum.*
Hispanis ego contumax capillis. Idem.

Qui quidem meritò dicere quibant ex Statio lib. 9. *Thebaid.* v. 795.

—Haud unquam deformes vertice mitras
Induimus, turpique manu jactavimus hastam. Stat.

Ex interprete versus sum in Eccleſiasten,& zelo bono,quippe ita hujusmodi capillamento indignior,ut meliùs,& jucundiùs,quàm ille alius apud Plaut. in *Trucul.*Act. 2. Scen.2. v.31. facerem, quod dixit:

Abire hinc: ni properas grandi gradu,
Jam ego istos fictos, compositos, crispos, cincinnos tuos, Plaut.
Unguentatos usque ex cerebro expellam.

Haud aberravi ab instituto, cùm ex his,quæ de viris æmulantibus cultui fœminarum dixi,clareat,quàm apta sit expositio de mitra,ideſt comà mulierum, quarum artificium ne deleretur, *Polygnotus Thasius primus mulieres lucidâ veste pinxit, capita earum mitris verſicoloribus operuit.* Si plura desideras, vide Apulejum *Metam.* lib. 1. Diodor. Sicul. *lib.*5.Sidon.Apoll.*lib.*8.*Epist.*9. Tacit.de Morib.*German.*Tatian.in *Orat.*contr. Græcos. Fortun.Licet.de *Antiquor. Lucern.* lib.6.cap.17.& Servium in loc. cit. Virgilii, cum Tiraquell. tam in *legib. Connub.* quàm in lib.5.cap.18.*Alex.ab Alex.* *Quis primus ita fœminas pinxit?* Plin.

26 Paulatim emergamus è textus profunditate. *Nutibus oculorum ibant*: subdit Evangelicus Propheta. Hìc aliquid subodoror lenocinii, seu pellicatus, & leve nescio quid, fœmineumque sonat, quasi respicientes illo fastu oblique, sed arte: fastidiosè, sed petulcè:torvè,aut blandè,sed curiosè; emissitiis oculis omnia lustrantes;nictu loquentes, nutu loquaces,petulantiam,& procacitatem animi præ se ferentes,ut sibi blandiantur,& capiantur incautè vel amentes vel amantes. Translatio Hispan.*falseantes de ojos.*Aptius: *ojos vaylarines, llambisqueiros*: Lusitan. Oculi omninò meretricii,quod Eccli.26.12. 14. vocatur *irreverentia oculorum,* & *extollentia.* Etiam cap.41. 25. *A salutantibus de silentio, à respectu mulieris fornicariæ.* Proverb.6. 13-10. 10. & Eccli. 27. 25. *Oculi annuentes*: Ideſt,nictantes. 2. Petr. 2. 14. *Oculos habentes plenos adulterii.* Qui modus loquendi ab usu Latinorom minimè alienus micat. Juvenal. *Satyr.*2. v. 17.*Vultu morbum, incessuque fatetur.* Satyr.6.v. 317.*Vox saltante libidine.* Unde ortum adagium: *Oculus salit,* de quo videsis Erasmum lib.2. *Chil.* Centur.4. Adag. 37. Ideo à Taubmann. in *Menech.* Plaut. Act.3.Scen. 1.v.4. *Oculi inhiantes,*dicuntur.Et ipse Plautus in *Milit.*Act.4.Scen.1. v.ult. signat *oculos venatores.* Unde scitè dixit in *Aulul.* Act. 4. Scen. 1. v. 13. *Quod frons velit,oculi sciant*: Igitur amoris sedes & illices, quorum fulgor & intuitus quodam quasi morsu vitalia populantur, & morsicatim in fatuis papilionibus vitam cum viscеribus depascuntur. Ovidius lib.2. de *Art.* v. 721. *Oculos tremulo fulgore micantes.* Unde Musæus de *Herone & Leandr.* & Æschyl. in *Supplic.* v.1008. *Oculi illices & indices concupiscentiæ.* Juvenal. Plaut. *Oculi venatores.* Ovid. Musæus. Æschyl.

Fit via trans oculos, oculi figuntur, ab ictu
Vulnus in alta virùm sensim præcordia manat.
Blandam oculis jaculationem misit.

Ab Apulejo lib. 2. *Metam.* appellantur *oculi morsicantes*:lib. 3.*Tremuli,marcidi,semiapertuli.* Et de Veneris gesticulatione lib. 10. *Conniventibus pupullis, nonnunquam saltare solis oculis*: in quibus hami, ut cadat in cassidem præda petita,vel teli.Hinc lascivus Propertius *lib.*1. *Eleg.*1. Apulej.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis. Propert.
——Oculique minores.

Vernaculè: *ojos dormidos*: arte, & studio, canit in fœminarum procacitatem invehens Juven. *Satyr.6.*v.146. In his præcipuè viscus: etenim ut vidimus ex Virgilio, num. 9. *Erato saltat pede, carmine, vultu: loquitur Polyhymnia gestu. Oculi* illarum *curiosi*: ait Petronius in *Satyr. Emissitii*: Tertul. de *Pall.* cap. 3. Nazianz. *Carm.*17.*Procaces.* Vide quæ diximus *Tom.* 2. *Tautolog.* 1.num.12. & 13. *Tautolog.*9. num.17. & ibid. *Didasc.* 8. num. Juvenal. Virgil. Petron. Tertul. Greg. Nazianz.

num. 5. 6. Ambroſ. *Homil.* 17. & 20. Cyprian. de *Zelo & invid.* La-Zerda in *Eclog.* 8. Virgil. v. 4. num. 4. Paſſer. in loc. cit. Propert. Delr. in *Oedip.* Senecæ v. 956. & in *Herc. Oetæo*, v. 451. Henr. Salmuth in Guidon. Panciroll. *lib.* 2. *titul.* 5. & Everartum Uveich de *Speculi uſu & abuſu.* Claret quàm procax geſtus filiarum Sion & vultu & cultu; æquidem cuncta redolent faſtum pallacarum meretricium. *Omnia rerum omnium, ſi obſerventur, indicia ſunt. Argumentum morum ex minimis quoque licet capere. Impudicum & inceſſus oſtendit, & manus mota, & unum interdùm reſponſum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum.* Hactenùs Seneca *Epiſt.* 52.

Geſtus laſciviæ.

Senec.

27 In penitiora textus labyrinthi deveniamus, ut filo veritatis nanciſcamur optatam cognitionem. *Ibant, & plaudebant: ambulabant pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant.* Priuſquàm, quid ſit plauſus pedum exponamus; operæ feci pretium, ſignare fœminarum circa calceamenta ſtudium. Habuere olim & ſandalia & cothurnos. Hiſp. *Chinelas*, y *Borceguies*: quæ abſolutè dicuntur vincula, & ornamenta pedum. His addebatur politus cultus tæniis, vitiis, faſciis, filis, quæ ab eodem Propheta *Ornamentum calceamentorum* dicitur. Licèt ſint ornamenta diverſa, quippequàm ſandalia duntaxat ſerviebant pedis cultui, cujus cliviorem partem floccis, aliquandoque lapillis ornabant, & cothurni iiſdem ornamentis politi ultra ſuffraginem ſub poplite figebantur; pro eodem ſæpe uſurpantur. *In calceamentis quoque ſuperbæ atque arrogantes fœminæ magnam oſtendunt mollitiem* (ait Clem. Alexandr. ubi ſupr. cap. 11.) *Valere ergo ſunt jubenda aureorum, & gemmeorum ſandaliorum vana artificia, & crepidæ Atticæ & Sycioniæ, cothurnique Perſici & Hetruſci.* Etiam à Profanis: unde dicitur *Apollo Sandaliarius, & Cothurnatus.* Conſule Dempſt. in lib. 2. Roſin. de *Antiq. Rom.* cap. 7. P. Victor. lib. 14. cap. 15. Hercul. Ciofan. in illud Ovid. 5. *Faſtor.* v. 348.

Quid ſandalia, & cothurnus?

Clem. Alexandr.

Ovid.

Illa cothurnatas inter habenda Deas.

Jacob. Pontan. & Ludov. de La-Zerda in 1. *Æneid.* v. 341. Hic cultus erat Deorum, Dearum, fœminarum illuſtrium, vel hiſtrionum perſonas præfatorum agentium. Quapropter *Tibialia* aliquando dicta, ut aſtruit Q. Calaber lib. 1. *Paralip. Hom.* ubi de Penthefilea: *Primùm tibiis addidit aurea tibialia::: ubi cernerent Martis indomiti filiam laxis tibialibus indutam, ipſis Deabus forma haud diſſimilem.* Dicemus alia *Tautolog.* 5. num. 11. & 27. Hæc intelliguntur vel inter Hebræas, ni nudo ambularent pede, tuncque pedum ornatus erat armilla aurea aut argentea pro geſtantis dignitate. Quapropter Chald. in loc. citat. Iſaiæ, legit: *Monilia pedum.* Ideſt, circulos talorum ab Ambroſio lib. 1. de *Virgin.* dictos compedes. *Collum catena* (inquit) *conſtringit, pedem compes includit.* A Clement. Alex. cap. 12. dicuntur *compedes talares.* Et à Philemone ibid. *Quidam compes aureus:* igitur armilla olim promiſcua tam ad pedis ſuffraginem, quàm ad manus carpum: ideo hic ornatus à Græcis *Pericarpium*; & ille, *Periſphyrium* dicitur: apud fœminas Orientales maximè in uſu. Adi, ſi vis, Bilibaldum Strobæum part. 5. *Indiæ Oriental.* Icon. 3. & 6. Etiam olim uſitata apud Romanos hujuſmodi ornamenta, ut conſtat ex Virgil. lib. 8. *Æneid.* v. 458. *Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.* Quem imitatus Petronius in *Satyr.* ubi: *Jam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus.* Manilius lib. 5. *Aſtron.* v. 507.

Cothurnus inſigne auctoritatis & nobilitatis.

Ambroſ.

Clem. Alexandr.

Circulus aureus in pede ornatus olim fœminarum.

Virgil.

Manil.

Perque caput ducti lapides, per colla, manuſque
Et pedibus niveis fulſerunt aurea vincla.
Ac ne materies tali ſub munere deſit,
Quærere ſub terris aurum, &c.

Ovidius lib. 2. *Faſtor.* de Omphale & Alcide, v. 321.

Ovid.

Fregerat armillas non illa ad brachia factas:
Scindebant magni vincula parva pedes.

28 Cuncti ornatus avida fœmina, ex quo mundus muliebris; ſed cultus calceorum avidiſſima, faſtoſiſſima, uti ſcopi deliciarum, & elegantiæ: iccircò Hebr. legit: *Gloriam calceamentorum*; pro *ornamentum calceamentorum.* Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. ait: *Affectantque jam pauperes, lictorem fœminæ in publico unionem eſſe dictitantes* (ſicut lictores, nimirùm, adventum conſulis indicant, ita ſonus unionum fœminæ adventum) *quin & pedibus, nec crepidarum tantùm obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt. Neque enim geſtare jam margaritas, niſi calcent, ac per uniones etiam ambulent, ſatis eſt.* De ſonitu loquemur num. 31. Petronius in *Satyric.* Metr. 6.

Illarum avidita pro ornatu pedum.

Iſai.

Plin.

Petron.

Quo margarita chara tibi, bacca Indica,
An ut matrona onerata faleris pelagiis
Tollat pedes?

Plaut.

Plaut. in *Bacchid.* Act. 2. Scen. 3. à v. 98. Martialis *lib.* 2. *Epigr.* 50:

—*Nescit quid faciat auro,*
Qui soccis habeat auro subpactum solum.
Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.

Plaut. Martial.

Tertullianus de *Habit. Mulieb.* cap. 7. *Latent in cingulis smaragdi: & in peronibus uniones emergere de luto cupiunt.* Clemens Alexandr. ubi supr. cap. 11. *Verè ergo turpia sunt illa sandalia, in quibus sunt aurea velut donaria: quin etiam circumcircà clavos soleis infigere æquum censent.* Constat etiam ex Sacra pagina Judith 16. 11. *Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus.* Ezech. 16. 10. *Calceavi te janthino.* Et hoccine loco Isaiæ, Pagnin. *In pedibus suis habebant calceamenta squamata.* Forer. *Pedes suos laqueolis vinciebant.* In hujusmodi retibus opere Phrygio diversa anaglypha pro varietate, vel pro symbolo amoris, maximè versus tibiam cruris obumbrabant, dracones, aquilas, Medusæ caput, Faunorum, & Satyrorum speciem fingentes. *Aquilas margaritis confectas habent calcei*: inquit Georg. Codinus de *Offic. Constantinop.* cap. 3. Turpius erat, ubi punctis signabant lascivi amoris insignia, vestigiis calcantes terram. *Multæ autem* (subdit Alexandrinus) *eis quoque amatorias salutationes imprimunt, ut vel per terram numerosè incedentes, meretricios spiritus in incessu insculpant.* In crepidis igitur sicut in annulis libidines excudebant: in usumque uti in morum corruptelam acriùs invehitur lib. 3. *Pædag.* cap. 11. *Neque enim idolorum* (infit) *sunt imprimendæ facies. Multi autem libidinosi nudatos eos habent, quos amant,* &c. Intelliges modò illud Persii *Satyr.* 2. v. 38. *Quicquid calcaverit hic rosa fiat.* Siquidem in solea insculpta rosa. Aliqua diximus *Tom.* anteced. T. 4. num. 14. Astruit usum etiam Eurip. in *Iphig. in Aulid.* v. 1043. & fusè illustrat auctoritatem Clementis præf. Fortunius Licetus lib. 6. *Lucern. Antiq.* cap. 28. Constat etiam ex Homero 13. *Iliad.* v. 70. *Vestigia pedum & tibiarum facilè cognovi abeuntis.*

Tertul. Judith. *Effigies variæ in fronte tibiarum factæ à fœminis ex pretiosa materia.* Codin. Clemens Alexand. *Et signa amatoria in soleis.* Pers.

29 Quidam effœminati hujusmodi fœminarum vanum studium imitati sunt, ut de Caligula & Nerone astruit Plinius *lib.* 37. cap. 2. *Qui super omnia muliebria socculos induebat è margaritis; & Neronis Principis, qui sceptra & personas & cubicula viatoria unionibus construebat.* Carpsit illius fastum Seneca lib. 2. de *Benef.* cap. 12. ubi: *Cæsar dedit vitam Pompejo Pœno, si dat qui non aufert: deinde absoluto & agenti gratias porrexit osculandum sinistrum pedem. Qui excusant, & negant id insolentiæ causa factum; ajunt socculum auratum, imò aureum margaritis distinctum, ostendere eum voluisse.* Plutarch. in *Vit. Demetr.* asserit illum usum calceis aureis. De Heliogabalo Lampridius ait *addidisse calceis gemmas*: de Diocletiano Eutropius: de Caninio Vopiscus: ac de Regibus Persiæ Herodotus. Quinimò Justinius *lib.* 38. de Antiochi militibus tradit, auro ornatos calceos habuisse: quod etiam de Agnone Tejo, Alexandri Magni præfecto, dicit Plinius lib. 33. cap. 3. *Aureis clavis suffigere crepidas.* Vide Barnab. Brisson. de *Formul.* lib. 2. cap. 5. Turneb. in *Adverss.* lib. 15. cap. 5. Cæsar. Buleng. de *Imp. Rom.* lib. 2. cap. 7. Tertull. de *Cult. fœmin.* cap. 2. & hìc *Taut.* 9. num. 24.

Plin. *Calcei aurei etiam viris, maximè effœminatis.* Senec. Lamprid. Plin.

30 Potest intelligi auctoritas Isaiæ de plausu pedum, primò quia parùm pudicè incedebant, quod, ut vidimus num. 16. dicitur ambulare in levitate pedum, & pedibus ludere, quasi choreas agerent, sensu quo Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 644. succinit:

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Virgil.

In quibus motus & gestus lenæ solent esse libidinis. *Neque enim fœminam decet pedem ostendere*: inquit Alexandrin. ubi supr. cap. 11. Quid si tunicæ scissæ deorsùm, & à femore dissutæ? Ita indicant Septuagint. ad illud v. 22. *Auferet Dominus linteamina*: igitur legunt; *Laconica pellucida.* Græc. *Phœnomerides*: de quibus Pollux *lib.* 7. à *cap.* 14. Baysius de *Re Vestiar.* cap. 13. in cujus propositum Clem. Alex. cap. 10. subdit: *Ejusmodi vestis in corpus incidens, molliùs ipsi corpori imprimitur & applicatur, figuræ carnis instar adhærens, & mulieris typum ita exprimit, ut vel non videnti manifesta sit tota constitutio corporis.* Hujusmodi forma in tunicis prævaluit apud Spartanas, ut ait Plutarch. in *Numa*: igitur phænomeridum latera, aut alæ non erant consutæ; ut canit Euripides in *Andromach.* à v. 595.

Clem. Alexandr. *Quæ tunica Laconica?* Clem. Alexandr.

——*Neque si velit aliqua*
Puella Spartana possit esse casta:
Quæ relinquentes domos, cum juvenibus,
Nudis femoribus, & tunicis laxatis
Cursus & palestras communes habent.

Euripid.

Et licèt Plutarchus neget idem de Romanis fœminis, patet ex Ovid. lib. 1. *Fastor.* v. 411.

Ovid.

Illa ſuper ſuras tunicam collecta miniſtrat:
Altera diſſuto pectus aperta ſinu.

Quid Cimbaricum? Jul. Poll.

Lib.1.de *Art.*v.158. quem tu videris,& Lazar. Bayfium,ubi ſupr.Etiam dicebatur *Cimbaricum* tunica perſpicua , quæ magis ſtructa videtur laſciviæ , quàm ornatui. Vid. Jul. Polluc. ubi ſupr. *cap.*13. & latè Torrent. in Horat. lib.1. *Satyr.* 2.v.101.

31 Secundò plauſus quit exponi in his procacibus fœminis de ornatu calceorum, ſeu ſandaliarum. Unde inhoneſtè incedebant, ut pretioſa oſtenderent, quæ latêre ſatius erat. Hinc auferenda vaticinatur Propheta *ornamenta calceamentorum* , ut procederent pudicæ, quæ pedibus ambulaverant in levitate : diciturque plauſus ex colliſione unionum,gemmarum,laqueolorum ſericorum cum infulis,floccis,& limbis. *Fœminarum gloria eſt.Subeunt luxuriæ ejus nomina,& tædia exquiſitâ perditione portatu: ſiquidem cùm id fecere,crotalia appellant,ceu ſono quoque gandeant,& colliſu ipſo margaritarum.*Hæc Plin. *lib.9.cap.*35. Apud Bilibaldum ubi ſupr. *Icon.* 17. invenies : *Mulier uſuraria ſimiliter ſe pulchrè exornari ſolet : pedibus nolas , & tintinnabula circundans , ut incedens exaudiatur.* Hinc dictum *Pes crepans* apud Horatium *Epod.* Od. 16. v. 48. & apud Virgilium Epigr. de *Culice.*

Iſai.3. Unde olim plauſus pedum fœminarum? Plin. Bilibal. Horat. Virgil.

Levis crepante Nympha deſilit pede.
Caſtaliæque ſonans liquido pede labitur unda.

Jul. Poll. Tit. Liv.

A Jul. Polluce *lib.* 7. *cap.* 22. dicuntur hujuſmodi ſandalia *Tibicinalia crepitacula.* Hinc Tit. Liv. *lib.*27. in Sacris Junonis ait:*Virgines ſonum vocis pulſu pedum modulantum, inceſſerunt.* Quæque in viris inſignia videbant, æmulabantur,& in ornatum concinnabant. Hujuſmodi ſtrepitus pedum apud Ægyptios Sacerdotes inolevit:qua de cauſa *Sonipedes* dicebantur, ut in *Adverſar.* lib. 6. cap. 5. notat Gaſpar Barthius ex Gajo priſco Poëta, qui v. 43. infit:

Sacerdotes Ægyptii ſonipedes. Gajus.

Vix operante ſuo ſacra ad Bubaſtia lino
Veſtitur Sonipes æſtivi turba Canopi.

Crotalia in tibiis fœminarum. Pagn. Ar. Mont. Vatabl.

Apud Hebræos ſummus Sacerdos in tunica hyacinthina habebat tintinnabula,ut conſtat *Exod.* 28. 33. 34. Haud aliter in fœminis Hebræis plauſus pedum. Unde Translatio N. *Caſcabeleando.* Antiquior: *Adufleando.* Conteſtantur Pagnin.qui legit : *Tripudiando ibant.* Arias Montan. *Pedibus ſuis tinniebant.*Et Vatab. *Pedibus affiguntur tintinnabula.* Aſtruit Eurip.in *Iphig. in Aulid.* v. 438.

Euripid.

——*Apparata nuptias,*
Et in domo ſonet tibia, & ſonitus ſit pedum.

32 Quod verò ita ambularent in cultus ſandaliarum oſtentationem , claret ex Clemente Alexandr. ubi ſupr. cap. 10. *Neque enim* (ait) *ſicut Lacænas virgines ſupra genu veſtiri eſt honeſtum.* Unde Ovidius lib. 3. de *Art.* v. 271.

Clem. Alexandr. Ovid.

Pes malus in nivea ſemper celetur aluta:
Arida nec vinclis crura reſolve tuis.

Cipaſis tunica quæ? Curt. *Inverecundia inceſſus fœminarũ.*

Hujuſmodi tunica dicebatur *Cipaſis , quæ parva ad medium cruris demiſſa* : ait Pollux *lib.7. cap.*13. Quam deſcribens Q. Curtius lib. 9. *Hiſtor. Alex.* cap. 1. infit: *Veſtis erat auro , purpuraque diſtincta,quæ etiam crura velabat, aureis ſoleis.* Color vividior in ornatum quærebatur. Minimi albus ducebatur , uti congruior , ſicut monet Clemens *cap.*11. igitur non intendebatur cultus ad tegendos pedes; ſed Sardiniacus , Omphacinus , viridis, roſaceus, coccinus,ruber, flavus,& aliæ innumerabiles tincturæ(de quibus latè Ovidius lib. 3. de *Art.* 171.) ad venuſtatem illorum oculis proſtituendam. Purpureus color maximè placuit, uti obſervat Adr. Turnebus lib.28. *Adverſ.* cap.16. Hinc Martialis *lib.* 2. *Epigr.* 29. *Aluta coccinea.* Hiſpan.*Tafilete encarnado.* Et Virgil. lib. 1. *Æneid.* v. 340.

Virgil.

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram,
Purpureoque altè ſuras vincire cothurno.

Color purpureus in illarum cothurnis. Val. Flac. Jul. Poll. Liv. Andr.

Idem *Eclog.* 7.v.32.*Puniceo evincta cothurno*: quem ſecutur Val.Flaccus lib.1.*Argonaut.* v.386. Item Perſius *Satyr.*5. v. 169. *Soleà objurgabere rubrà.* Et Jul.Pollux *lib.7.cap.* 22. *Laconici calcei colore rubri.*Tam uſum,quàm animum in hujuſmodi emboliis calceamenti floridi, perforati, feneſtrati, flocculati, vividè expreſsit Livius Andronicus canens:

Et jam purpureo ſuras include cothurno,
Baltheus & revocet volucres in pectore ſinus,
Preſſaque jam gravida crepitent tibi terga pharetrâ.

Quo intuitu Virgilius de Venere ſub habituSpartanæ virginis(de quo egimus à num.30. lib.1. *Æneid.* à v. 322.

Nam

Nanque humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederatque comas diffundere ventis,
Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes. Virgil.

Claudianus etiam de *Raptu Proserp.* lib. 2. v. 30. modulatur:

Brachia nuda nitent: levibus projecerat auris
Indociles errare comas, arcuque remisso
Otia nervus agit, pendent post terga sagittæ,
Crispatur gemino vestis Gortynia cinctu,
Poplite fusa tenùs. Claudian.

Denique Juvenalis *Satyr.* 6. v. 443. inquit in propositum:

Nam quæ docta nimis cupit, & facunda videri,
Crure tenùs medio tunicas subcingere debet. Juvenal.

His impudentijs quærebant fœminæ plausum, cùm potiùs esset plausus meretricum, molles ac infames gesticulationes perfricatarum frontium, quarum venustas impudicitia, quarum cultus pervicacia.

33 Hæccine ad expositionem duntaxàt robur, minimè quia hujusmodi cogitatio arrideat in Hebræis fœminis, maximè patricijs, quæ sub honestate nutritæ, & vallatæ legum atque educatione circumspectione. Non de lascivia est sermo, sed de fastu vestium, quæ quidem in fomitem arrogantiæ longè aliter concinnabantur, quàm ut non solùm crura, sed & femora detegerent, sciscis ad latera tunicis: etenim longissimæ pallæ cum syrmate nimis demisso (sicut modò in ferè cunctis Europæ regionibus) erant illis in pulchritudinis decorem, atque auctoramenti meditatum indicem. De Romanis canit Ovidius lib. 1. de *Art.* v. 155. *Quid pallæ in ornatu illarum?*

Pallia si terræ nimiùm demissa jacebunt,
Collige, & immunda sedulus effer humo. Ovid.

Et in *Metam.* lib. 10. Fab. 9. *Verrit humum Tyrio saturatà murice pallà.* Virgilius lib. 11. *Æneid.* v. 576. *Tigridis exuviæ pro longæ tegmine pallæ.* Hinc illis luxus & fulcrum ad elationem, siquidem hujusmodi ornatus erat fœminarum Principum, imò Dearum.

——Pedes vestis defluxit ad imos:
Et vera incessu patuit Dea. Virgil.

Canit Virgilius de Æneæ matre *lib.* 1. v. 408. Tibullus *lib.* 1 *Eleg.* 7. Albin. in *Obit. Mœcenat.* Et Statius lib. 1. *Achilleid.* v. 262.

Fusa sed ad teneros lactea palla pedes. Tibull.
——Securo tunicæ fluxere solutæ. Albin.
——Aurata vestigia palla
Verrere, virgineos si Jupiter induat artus.

Hæc vestis dicebatur Bassaris, de qua supr. num. 23. quam in honestis fœminis improbat Clem. Alexandr. lib. 2. *Pædag.* cap. 10. *Trahere autem vestes ad summos usque pedes demissas est valdè arrogans, & superbum, quod ambulandi actionem impedit, cùm vestis instar verriculi, quæ in soli sunt superficie sordes secum attrahat: ne fractis quidem & enervatis hisaltatoribus, qui cynædicam mutam turpitudinem in scena exercent, vestem cum tanto dedecore diffluentem despicantibus, quibus exquisitæ vestes, fimbriarumque dilatationes, & curiosi figurarum numeri, illiberalem ac sordidam syrmatum mollitiem indicant.* Avide desiderabant Priamides; unde Homerus 6. *Iliad.* v. 442. ait: *Longa vestium syrmata trahentes.* Ecce vestium forma; diciturque ab Evangelico Vate plausus pedum ex concussu, collisuvè, rugitu taciturno, susurro parvo, summisso murmure telarum sericarum: quod quidem astruere possumus ex 3. Reg. 14. 6. ubi Ahias cognovit, vel mutato habitu, reginam uxorem Jeroboām, ut *audivit sonitum pedum ejus introeuntis per ostium*: siquidem pedum motu audiebatur plausus vestium vel inter se, vel collisione illarum, & soli superficiei. Euripides in *Bacchis*, v. 638. *Strepit solea in ædibus.* Et in *Iphigen. in Aulid.* v. 1040. *Pulchricomæ Pierides in convivio Deorum, vestigium aureorum sandaliorum in terra incutientes.* Virgil. 2. *Æneid.* v. 731. *Creber ad aures pedum sonitus.* Idem Homerus 16. *Odyss.* v. 6. & 10-18. v. 364. & 20. v. 126. Indicat etiam Apulejus lib. 10. *Metam.* qui de fœmina floridè, regièque culta, ait: *Placidè commoveri, cunctantique lente vestigio, & leviter per fluctuantes pinnulas, & sensim annutante capite cœpit incedere; mollique tibiarum sono, delicatis respondere gestibus.* Quod autem hujusmodi levis strepitus, dicatur plausus; novum non est. In Sacra pagina obvius plausus manuum. Apulejus ubi supr. lib. 1. *Dextra frontem replaudens*: ideſt, fricans. Plinius *lib.* 10. cap. 21. *Diem venientem nun-*

Quid passaris? Clemens Alex. *Turpe syrma in fœminarum cultu.* 3. Reg. 14. 6. *Plausus pedum pro plausu vestium.* Apulei. Idem Plin.

Plauſus pro rugit. taciturno.

nunciant cantu, ipſum verò cantum plauſu laterum: hoc eſt, ſtrepitu alarum. Quo ſenſu Virgilius lib. 5. *Æneid.* v. 505. & 516. cum Lactantio de *Phœnic.* v. 53.

Virgil.

——Timuitque exterrita pennis
Ales, & ingenti ſonuerunt omnia plauſu.

Propriùſque (quia in expoſita materia textus ſerici) Jul. Cæſar Scalig. in *Cirin.* ſuccinit:

Scalig.

——Molles plauduntur pectine telæ.

34 Cogitaveram hæccine, & minimè abſque auctoritatum fulcro: ſed videor mihi videre aliquid novum, nec quia novum (maximè apud Noſtrates) erit improbabile. Plauſus pedum hìc propriè eſt accipiendus; ſed minimè pro impudentiæ conamine, ſed pro veſtium lautarum oſtentatione. Apud Priſcos fuit uſitatum, veſtem interiorem pretioſiorem, extimà (non ita nobiliori, etſi cultà) veſte tegi. Hiſp. modo dicitur *Chupa*. Apud Romanos dicebatur *Pinguis lacerna*, vel *tunica*, ut ſignant Martial. *lib.* 14. *Epigr.* 143. & Juvenal. *Satyr.* 9. v. 28.

Quid olim pinguis lacerna, & tunica?

Juvenal.

——Pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ, duri craſsique coloris.

Proprium fœminarum tunica & palla.

Vide Suetonium in *Auguſt.* cap. 82. Apud fœminas tunica & palla, monumentum tunicæ, de quibus dudùm. Tunica quæ ad talos uſque demiſſa (Vulgò *Brial*; Latinè, *Præcinctorium*) nonnunquàm ex recamatura filis aureis, ex tela pexa, holoſerica, vel undulata, vividiore colore, croceo ſcilicèt, purpureo, roſeo, janthino, &c. cui veſtis extimæ diplois diverſi licèt coloris auguſta adhærebat, ſed ſummo uſque deorsùm ſtudiò ſciſſa, vel non conſuta, ut greſsibus oſtenderent intimam veſtem, vel extimæ vulgaris regiam diploidem. *Mulieribus propria ornamenta* (ait Jul. Pollux *lib.* 7. *cap.* 13.) *humeralis, diploidium, ſemidiploidium, tunica belluata*: ideſt, bullata undique laqueolis, & vittarum plocamis. Ideo Claudian. ubi ſupr. v. 33. dicit: *Criſpatur gemino veſtis cinctu.* Et Homer. 10. *Iliad.* v. 134. *Duplex purpura extenſa, cui criſpa inerat lanugo.* Vernaculè: *Relampago.* Etenim ſicut fulgetrum in ictu oculi tranſit, & aciem percutit; ita motu pedum veſtis aperiebatur ſciſſura, & ſubitò micabat diplois, & celata tunica: quæ ſanè cum eſſent introrsùm, nequibant aſpici, ni motu propellerentur à genu. Haud aliter arbitror de plauſu pedis in concinnatis fœminis Iſraël, quæ quidem leves (*numericè ambulantes*, ut ait Alexandrin. ubi ſupr.) faſtum ex veſtium decore aucupantes, ut omnium converterent oculos fulgore cultus; veſtes arte percutiebant, & plaudebant pedibus. Suffragantur Ethnici. Ovidius lib. 3. de *Art.* v. 301.

Jul. Poll.

Claudian.

Homer.

Quid propriè in fœminis plauſus pedum?

Clemens Alex.

Ovid.

Hæc movet arte latus, tuniciſque ſtuentibus auras
Excipit, extenſos fertque ſuperba pedes.

Seneca in *Hippolyt.* Act. 2. à v. 387. cogitationi aſtipulatur, dicens:

Senec.

Brevis expeditos zona conſtringat ſinus,
Humeroſque ſummos, curſibus motæ citis
Ventos ſequamur.

Tibullus *lib.* 3. *Eleg.* 4. mirificè, & eleganter: quem æmulatur Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 17.

Tibull.

Ima videbatur talis illudere palla,
Nanque hæc in nitido corpore veſtis erat.

Propert.

Artis opus raræ.
Levis odorato cervix manabit olivo,
Et feries nudos veſte fluente pedes.

Septuag. Arab.

Favent etiam Verſiones expoſitioni. Septuag. *In exceſſu pedum ſimul trahentes tunicas, & pedibus ſimul ludentes.* Arab. *Crepitantes pedibus, veſtes ſuas ſimul reptant, ſuiſque veſtigijs ludunt.* Quo ſanè claret propoſitum de plauſu pedis in oſtentationem veſtium.

35 Hac germanà, quantum ſciam, textus expoſitione, rutilabit illuſtre ac difficile teſtimonium Cant. 7. 1. ubi dicitur: *Junctura feminum tuorum ſicut monilia.* Quod quidem (licèt poſsit luce donari, intelligendo juxta dicta femen pro talo, in cujus ſuffragine erant annuli aurei, de quibus num. 27. quæ dicuntur *junctura*; tuncque ſenſus teſtimonij erit: annuli talorum haud differunt arte, opere & materià à monilibus) propriè accipiendum non eſt, nimirùm pro feminum vertebris, aut de femorum forma, præut diſtinguit Laurent. Valla *lib.* 4. *Elegant.* cap. 57. ſed de veſte feminibus in cultu reſpondente: igitur frequens in Bibl. quòd veſtis accipiat nomen à parte veſtita. 3. Reg. 14. 6. *Sonitum pedum*: ideſt, ſandaliarum. Apocal. 19. 16. *Habebat in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum: Rex regum.* Hendiadis eſt: *In veſtimento & in femore*: ideſt, in veſtimento femoris. Iſai. 41. 3. *Semita in pedibus ejus non apparebit*: ſcilicèt, nulla ex ejus calceis veſtigia;

Cant. 7.

Veſtis nomen interdùm à parte veſtita ſumit.

gia. Deuter.8.4. *Pes tuus non eſt ſubtritus*: hoc eſt, calceamentum, uti dicitur ibid. cap. 29. 5. *Non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt.* Ezech.23. 34. *Ubera tua lacerabis*: nimirùm veſtem reſpondentem uberibus, quæ apud Latinos dicitur *Caſtula.* Etiam invenies apud Profanos. Ovidius *Epiſt.* 5.v.71.& *Epiſt.* 12.v.153. Virg.5. *Æneid.*v.422.& 8.v.425.

Ubera prō mamillari.

Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertoſque
Exuit—& nudus membra Pyracmon.

Virgil.

Tunc flevi, rupique ſinus, & pectora planxi:
Illuc has lachrymas in mea ſaxa tuli.
Protinùs abſciſſa planxi mea pectora veſte,
Sertaque compoſitis demere rapta comis.
Vix me continui, quin ſic laniata capillos.&c.

Ovid.

Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 13. in his alluſionibus dexter atque expolitus:

Noli nobilibus, noli conferre beatis,
Demiſsis plangas pectora nuda comis.
Tu verò nudum pectus lacerata ſequaris,
Nec fueris nomen laſſa vocare meum.

Propert.

36 Alia obvia: ſed hæc dicta, ut liqueat, partem corporis uſurpari pro tegumento partis; & ut decorè intelligantur, quæ decorè non ſunt dicta: qua cogitatione inter amaſios maximè caſtiſsimos, plura genuinè interpretabere Canticorum teſtimonia: igitur fas non erit, ut facit Theodorus Beza (& facit, quippe non fas) in *Trochaica Cant. Paraph.* quæ non decora, vel ſolà cogitatione nudare. De Sponſo dicitur cap. 5. 14. *Venter ejus eburneus, diſtinctus ſapphiris*: ideſt thorax, ut legunt Genebrad. Abben-ezra & Ghislerius hìc: ſiquidem in alba tela pendente (ut videmus in militibus) infrà baltheum erat depicta filis aureis pixis aurea: ideo Septuagint. legunt: *Venter ejus pixis*: meditanterque venter dicitur *diſtinctus ſapphiris*; quia hæ minimè incluſæ in ventre, ſed in ventris thorace. Unde Abben-ezr.hìc num.14.legit: *Cingulus lumborum ejus.* Similiter, quoniam in baltheo Sponſæ, qui extendebatur uſque ad femora, erat obumbratus acu acervus tritici munitus gyro liliorum, in cujus medio (quod vocatur *umbo* vel *umbilicus* de quo Baſil. Epiſt. de *Vit. ſolitar.* ad Gregor. Nanzianz. & Cœl. Rhodig. *lib.*15. *cap.* 20.) erat gemma prægrandis incluſa auro; de Sponſa dicitur cap. 7. 2. *Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquàm indigens poculis: venter tuus ſicut acervus tritici vallatus liliis.* Qua ſpecie claret non artus, ſed tegmina pingi: qui quidem cultus novus non eſt, cùm apud Septuag. ad illud Iſai. 3. 23. *Auferet Dominus ſpecula*, legatur: *Auferet Dominus umbilicos.* Grecè, *Cathema*: igitur juxta Abben-ezra hìc num. 5. *Luna effigiata erat in baltheo* Sunamitidis, quæ rutilabat, dum præcingebatur ad umbilicum. Etiam invenies in Profanis hujuſmodi cultum: *Purpureæ tunicæ medium albo intextum erat*: ait Q. Curt. lib. 3. *Hiſtor. Alex.* cap. 3. ubi *Medium* dicitur, uti hìc obſervat Nicol. Blancardus, pars tunicæ purpureæ umbilico aptabilis. Martialis *lib.*3. *Epigr.* 2. ait:

Cant. 5. *Quid intelligendum in ornatu nomine ventris?* Septuag.

Cant. 7. *Quid vocē umbilici?* Septuag.

Q. Curt.

Pictis luxurieris umbilicis.

Martial.

Idem *lib.*5. *Epigr.*6. ubi Domitius Calderinus ſubdit: *Umbilicus erat ornamentum.* Plin. *lib.*13. *cap.*4. infit: *A dorſo pulvinata fiſſura, & in alvo media pleriſque umbilicatum.* Et *lib.*37.*cap.* 5. de unionibus loquens inquit: *Alios convenit non perforari, quorum ſit abſoluta bonitas, umbilicis ex auro capita comprehendentibus.* Unde clarè conſtat, umbilicum vocari eam partem, quam alio nomine pallam vocamus, de qua ſupr. num. 33. & cui gemma vel margarita illigatur. Satis ſanè aſtructum: at ſi placet, accipe ventrem pro corde, quod profectò obvium in Scriptura. Prov. 22. 17. 18. *Appone cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum ſervaveris eam in ventre tuo.* Joann. 7. 38. *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*: ideſt, de corde. Item de umbilico: Prov. 3. 8. *Sanitas erit* (timore Domini) *umbilico tuo*: hoc eſt, cordi, vel animæ. Judic.9. 37. & Ezech. 38. 12. *De umbilico terræ*: putà, de medio terræ: qua voce etiam uſus Euripid. in *Oreſt.* v. 331. in *Phœniſs.* v.244. *In medio umbilico latebrarum.* Et Plaut. in *Trucul.* Act. 2. Scen. 7. v. 41. *Ex intimo ventre ſuſpirium*: ideſt, ex intimo corde. Vide Cœl. Rhodig. *lib.* 15. *cap.* 20. Tunc igitur teſtimoniorum ſenſus erit: Palla, ſeu baltheus Sponſæ effigiatus erat acervo tritici liliis vallati, cratere rotundo, in cujus medio erat cor, cujus parerga vel anaglypha flores minuti, quaſi tritici grana cum liliis circuncircà fparſis in venuſtiorem regalem lautitiam veſtis.

Calder. Plin.

Umbilicus pro palla aut tunicæ ſuperiori anteriorique portione.

Venter pro corde, & etiam umbilicus.

Umbilicus pro centro aut medio.

37 Non ſecùs illud ibid. v. ſeq. *Duo ubera tua*, &c. figuratè accipiendum pro zonà pecto-

pectorali, strophio, cingulo, lorica, ut canit Silius Ital. lib. 7. *Bell. Punic.* v. 625. seu peplo juxta Sidon. Apoll. *Paneg.* Cæs. Jul. Val. Majorian. v. 30.

Sidon. *Ostricolor pepli textus, quem fibula torto*
Mordax dente vorat.

Peplo, inquam (Hispanicè: *Petillo*) mamillari, seu scutulis, ut observat Jul. Pollux *lib.* 5. *cap.* 16. dicens: *Circa pectus scutulas habent axillares*: In quibus acu picta quæque fœminis lubebant: hujusmodi mamillare describitur ab Sponso, quin paveamus ad usurpationem uberum pro zona pectorali, tùm ex dictis num. 35. cùm quippe frequens vel apud Nostrates, cum videamus nudos pectore vocari expectoratos: *Despechugados.* Usus est phrasi Plautus in *Milit.* Act. 4. Scen. 4. v. 43.

Ubera pro zona pectorali.

Plaut. *Palliolum habeas ferrugineum:*
Id erit connexum in humero lævo, expapillato brachio.

Ita legunt Nonius, Festus & Fredericus Taubmannus hìc. Possumus nè cogitare expapillatum, ideſt, sine papillis? Dum dicitur à Suida, & Quintil. *lib.* 1. *cap.* 15. *Phrynem expapillatam coram Areopagi Synedris*: minimè intelligendum exectas ab illa papillas; sed apparuisse rupto, aut districto mamillari, nudis uberibus. Eàdem ergo significatione interpretandum, *Duo ubera tua.* Modò ad institutum.

Suid. Quintil. *Expapillatum pro nudum.*

38 *Junctura feminum tuorum sicut monilia.* His temporibus, sicut & olim vestis fœminarum extima, quæ quidem ad talos non diffluebat, erat strictè aptata corpori (quapropter Vernaculè: *Anguarina*) usque ad renes, *ventris cincturam*, uti loquitur Pollux *lib.* 7. *cap.* 14. Licèt hinc bullata flueret in sinus & plicaturas, alasque non consutas, ne gressus arctarentur, etsi adstringibiles mediis fibulis, petagiis, condylis & occellis, aut denique laqueolis (Vulgò *Alamares*) de quibus Poëtæ usquequaquè. Claudianus in Paneg. *Probin. & Olyb.* v. 89.

Cant. 7. 1. Poll. *Fibulis olim ornabantur vestes.*

Claudian. ——*Laxumque coërcens*
Mordet gemma sinum.

Statius lib. 7. *Thebaid.* v. 658. & Virgilius lib. 4. *Æneid.* v. 139.

Virgil. Stat. *Aurea purpuream subnectit fibula vestem.*
——*Et fibula rasilis auro*
Tænariam fulvà mordebat jaspide pallam.

Ovidius lib. 8. *Metamorph.* Fab. 4.

Ovid. ——*Venit pulcherrima virgo.*
Rasilis huic summam mordebat fibula vestem.

Pollux ubi dudùm, subdit: *Fibulas novas veterum vestibus oris ablatis opponere tradunt.* Vide plura apud Casp. Barthium in lib. 2. Claud. de *Rapt. Proserp.* v. 40. Vestis verò, quæ à coxendicibus usque ad pedes demissa, habebat diploidos pretiositatem, & simul tegebat pallam sericam purpuream, fulvam, aut flavam, retrorsùmque extendebatur in syrma, terram verrens; antrorsùm autem scissa per medium, motu genuum aperiebatur, & hians chasmate illo, fissuràve, oculos intuentium coloribus, & divite telà percutiebat ut coruscus: verùm cùm harum vestium scissuræ ob ampliorem ornatum per oras colerentur limbis, laqueolis, seu fibris; fibras Prisci vocarunt commissuras & juncturas. Unde Virgilius lib. 12. v. 273. ex Homero 22. *Iliad.* à v. 325. de armis loquens, subdit: *Apparebat quà junctura ab humeris cervicem dirimunt colli.*

Pollux. *Junctura pro commissuris & fibulis vestium.*

Homer.

Virgil. *Horum unum ad medium, teritur qua sutilis alvo*
Baltheus, & laterum junctura fibula mordet.

Prudentius etiam acumini suffragatur in *Psychomac.* v. 746. succinens:

Prudent. *Rara tamen chalybem tenui transmittere puncto*
Commissura dedit, qua sese extrema politæ
Squama ligat tunicæ, sinus & sibi conserit oras.

Nullus alius aptiùs loquitur in propositum, quàm Homerus referens 18. *Odyss.* à v. 291. dona procorum missa ad Penelopen.

Homer. ——*Portavit magnam per pulchram vestem*
Variam, intùs autem erant fibulæ duodecim, omnes
Aureæ, junctura bene flexibilibus congruentes.

39 Haud quoque novum in Bibliis: igitur ora vel extremitas dicuntur junctura. Exod. 26. 24. *Erunt conjunctæ à deorsum usque sursum, & una omnes compago retinebit: duabus quoque tabulis, quæ in angulis ponendæ sunt, similis junctura servabitur.* Ibid. cap. 28. 27. 28. *Contra faciem junctura inferioris: & stringatur rationale annulis suis cum*

Quid in veste junctura feminum.

annu-

annulis ſuperhumeralis vittâ hyacintinâ, ut maneat junctura fabrefacta. Idem 3. Reg. 6. 18-7. 28. 29-1. Paralip. 22. 3. & Epheſ. 4. 16. Ita ergo in præſentiarùm *junctura* dicuntur extremitates veſtis, per quas laqueolis, ſeu fibulis adſtringi & laxari quibant tunica talaris, & ſupparum (Hiſpanicè: *Faldellin*) vel toga pedes uſque demiſſa & ſciſſa. Unde additur *feminum*, quoniam ab illis initium fiſſuræ veſtis, & quorum motu aperiebantur tegmina in ſplendoris oſtentationem; non ſecùs quàm in veſte ab humero uſque cinctu-ram ſtrictà, & uſque ad genua quadripartita, bullatà, quæ Latinè Thorax, & etiam Græcè dicitur: ut ſplendeat largiùs brevibus ſyrmatibus, & amplis vittis, cultus pretioſitas & elegantia, de cujus uſu loquitur Martial. *lib.* 1. *Epigr.* 93. v. 8. quem, ſi lubet, videris. Quo etiam ſenſu Sophocles in *Electra*, infit: *Feneſtratum femur*, haud quaquàm de femore percuſſo, ſed de veſte occellatà tegente femur, & ſegmentis polita, qua utebantur Reges pro ampliſsimo cultu, & novæ nuptæ. Hiſp. *Agirolados, picados, acuchillados.* Sophocl.

Ruſticus induitur non fiſſa veſte Menalcas.
Poſt mea me laceram vulnera Cæſar habet. Guillielm. Heſ.
Aſpicis, ut lætis pateant diſcrimina villis,
Vulnera præ votis ſunt mihi chara meis.

Modulatur Guilielmus Heſius *lib.* 3. *Embl.* 8. Juvenalis *Satyr.* 2. v. 124. & Ovid. de *Art.* lib. 3. v. 169.

Segmenta, & longos habitus, & flammea ſumit. Juvenal.
Quid de veſte loquar? Non jam ſegmenta requiro, Ovid.
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Hac enim arte concinnata tegmina Sponſæ. Quapropter Ambroſius in *Pſalm.* 118. v. 133. *Pro junctura feminum*, legit: *Moduli femorum tuorum ſimiles torquibus opere manuum artificis.* Alii: *Noduli.* Abbenezra hìc cum Rabb. Salomone: *Circuitus femorum tuorum ſicut monilia*: igitur ſicut monilia affabrè facta ab aurifice; ita laqueoli, ſeu fibulicæ ſericæ in commiſſuris veſtis, ut pede impellente fiſſæ apparerent interna pretioſa ornamina: quo næ intelliges illud Davidis de Regina Pſal. 44. 14. *Omnis gloria ejus filiæ regis ab intùs in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.* Ita, ni fallor, procedebant filiæ Sion: haud tunicà reciſsà femora uſque, ut paterent & crura, ſicut Laconicæ & Romanæ, de quibus num. 30. & 32. ſed ut oſtenderent greſsibus pretioſos, regios, divites & ampliſsimos ornatus. Propertius *lib.* 1. *Eleg.* 2. expreſsit: Ambroſ. *Junctura feminum pronodulis vel laqueolis.* Abbenez. Rab. Sal. Pſalm. 44.

Quid juvat ornato procedere vittâ capillo,
Et tenues Coâ pede movere ſinus? Propert.

Hoc, meâ ſententiâ, eſt illis *plaudere pedibus.*

40 Cunctis ergo prælibatis acceptionibus, & expoſitis teſtimonijs argumento affinibus; conſentaneum erit, intentum minacium Dei per Vatem exhibere verborum. Dupliciter poteſt auctoritas intelligi: vel quatenùs *Ambulare pedibus* ſit culpa, vel pœna. Culpa, modo quo diximus, ut cincinnatæ, elato collo, arroganter, faſtosè, percuſsis veſtibus pede (meditanter, ut interiores pretio dignæ paterent oculis) incederent. Ita ſenſus erit: Pro eo quòd elevatæ ſunt Sionides fœminæ ex turrita mole plocamorum criſpantium crinium, incedentes, ut proceriores apparerent, extento collo pro faſtu, & nictu oculorum, parùm reverenter aucupes intuentium, plaudentes pedibus in oſtenſionem veſtium, quaſi ad numeros ambulantes, meditatis morulis, ut rutilaret pretioſum; auferet Dominus cuncta mundi muliebris ornamenta: igitur ut ſubditur v. 24. *Erit pro ſuavi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpante crine calvitium, & pro faſcia pectorali cilicium.* Ita captivitate proximà contigit: dicere verè quibant quod Hecuba apud Senecam in *Troad.* Act. 1. v. 1. Ilio deſtructo. *Quid eſt, ambulare pedibus?* Iſai.

Quicunque magna dominatur aula,
Animumque rebus credulum lætis dedit, Senec.
Me videat & te Troja.

41 Si autem ambulare pedibus accipitur pro pœna, ſenſus erit juxta dicta num. 19. accipiendo præteritum imperfectum *Ambulabant*, pro futuro *Ambulabunt*: & *Pedibus ſuis* apponitur, ut notetur captivitas & ſervitus, ſiquidem olim ſervæ nudo procedebant pede, dictæ hac de cauſa Nudipedes. Conſtat ex ipſo Propheta cap. 20. 2. Illi ergo dicit Dominus in ſignum imminentis ſervitutis: *Calceamenta tua tolle de pedibus tuis: & fecit ſic vadens nudus & diſcalceatus*: ſubditurque v. 4. *Sic minabit rex Aſſyriorum captivitatem::: juvenum & ſenum, nudam & diſcalceatam, diſcoopertis natibus ad ignominiam.* Idem de fœminis Babylonicis ibid. cap. 47. 2. Quapropter cùm ſervi ſui juris non *Præteritum pro futuro.* Iſai. 20.

ſint,

ſint, ut ceſsio juris notaretur inter Iſraëlitas ſignum erat calceus à pede extractus, ut præſcribitur Deuter. 25. 9. & refertur Ruth. 4. 7. Non ſecùs filij Iſraël ſervierant in Ægypto: hinc pro ſigno libertatis Agnum comeſturis dicitur Exod. 12. 11. *Calceamenta habebitis in pedibus*: de quo fuſiùs *Tautol.* 5. Petro jacenti inter vincula dicit Angelus pro libertate inſinuanda, Actor. 12. 8. *Calcea te*: & ut libertatem competentem miniſterio habeant Prædicatores, monet Paulus ad *Epheſ.* 6. 14. *Calceati pedes in præparatione Evangelij pacis.* Qui ritus etiam olim obſervatus, igitur, cùm ex tribu Juda multitudo magna tempore Achaz duceretur captiva ab Iſraëlitis, ut dimitteretur libera, & cum libertatis eleutherio, veſtitos & calceatos captivos fuiſſe perhibetur. 2. *Paral.* 28. 15. Ampliùs relucet Cantic. 7. 1. ubi: *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis!* Non pulchri greſſus, neque pulchra calceamenta, ſed in calceamentis pulchri greſſus; quippe cognitione Dei veri & vivi libera Sponſa à dira ſervitute idololatriæ. Succinuit N. Genebrardus hìc *Expoſ. metrica* dicens:

Calceus ſignum libertatis.

Epheſ. 6. 14.

Cantic. 7.

Genebr.

Quam ſunt tui nitentibus
Greſſus venuſti calceis
O regis almi filia!

Muſæus. Vid. Pier. Valer. lib. 35. *Hieroglyph.* cap. 43. Apud Profanos paſsim: Muſæus in *Leandr. & Heron.* pro ſandaliarum depoſitione dicit: *Tacitè incedere pede.* Et Euripid. in *Oreſt.* v. 136. *Mulieres tacito pede.* Auſonius in *Moſſel.*

Auſon. *Quin etiam riguis humili pede condita pratis.*

Depoſitio calceamenti ſignum ſervitutis & triſtitiæ. Florus lib. 1. cap. 13. de *Bell. Gallico* inquit: *Virgines è Sacerdotio Veſtæ nudo pede fugientia ſacra comitantur.* Præ triſtitia in obitu Auguſti, ut ait Suetonius cap. 100. *Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis tunicati & diſcincti, pedibuſque nudis.* Ovidius lib. 5. *Faſtor.* v. 432. pro ſigno ſervitutis:

Ovid. ——*Habent gemini vincula nulla pedes.*

42 Similiter Deus minatur filias Sion, removendas ſcilicèt ab illo primo ſplendido ſtatu, & in ſervitutem projectam ituras, in qua (quippe pridem ſuperbæ & ornatæ quouſque ſatiaretur earum arrogantia) non ut ſervæ utcunque, ſed ut viliores, ambulabunt pedibus ſuis: hoc eſt nudo pede, longè ab illo faſtu, cui propoſitò & enixim ſtudebant ornatæ. Juxta materiem vanitatis, pœna ſeu medicina proponitur abjectionis; ita ut capilli radantur, quibus occaſio peccati irrepſerat per capillos. Servituti mancipati erant ſine capillamento, ut diximus *Tom.* 2. *Tautolog.* 12. num. 6. Unde illud Ariſtophanis in *Avib.* cuidam: *Servus cùm ſis, comam geris?* Et Euripid. in *Elect.* v. 108. *Onus raſo capite ferentem.* Vid. Alex. ab Alex. lib. 5. *Dier. Gen.* cap. 15. Etiam diſcalceati exprimentes ſubjectionem, vel mœſtitiam, aut reverentiam, de quo latè *Tautol.* 5. Haud aliter accidit Sionidum arrogantiæ, nutritarum in delicijs. Non fortuna, providentia Dei cuncta ab illis cogitata ſubvertit. Quælibet illarum, quò major Chaldæis, ſujectior & vilior. Audite Senecam de Troädibus nobilioribus ſub poteſtate Achivorum principum, *Act.* 1. v. 147.

Servi raſo capite.

Ariſtoph.

Et diſcalceati.

——*Præda triumphi*
Subiecta feret colla trophæis.
Non aſſuctas ad ſceptra manus
Poſt terga dabit, curruſque ſequens
Agamemnonios, aurea dextrà
Vincula geſtans, lætis fiet
Pompa Mycenis.

Senec.

43 Denique *Ambulabunt pedibus ſuis*, intelligi poteſt in eodem ſenſu, ſed diverſo intuitu; quatenùs quæ manibus aliorum lecticis, vel curru pridem vehebantur; non ita, ſed pediſequæ incederent. Quare olim *Humipes* dicebatur *Sponſa*, quæ non rhedà vehebatur in domum mariti, ut ait. Jul. Pollux *lib.* 2. *cap. ult. tit.* 59. De mundo muliebri diximus *Tom.* præc. T. 11. à num. 20. Si clariora & ampliora deſideras, conſule Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 18. Plaut. in *Epid.* Act. 2. Scen. 2. à v. 45. & Clem. Alexandr. lib. 2. *Pædag.* cap. 10. at inter hujuſmodi reculas, & minutias, patrimoniorum expenſas, ſellas geſtatorias refert Jacobus Corenus in *Clypeo patientiæ* lib. 2. cap. 12. dicens: *Multa ſunt neceſſaria uſibus, pretioſæ veſtes, aurum, gemmæ, ſumptus, ancillæ, ſupellex varia, lecticæ, & eſſeda deaurata.* Hinc Seneca *Epiſt.* 110. *Quoties occurrit domus ſplendida, cohors culta ſervorum, lectica formoſis impoſita calonibus, quid miraris? Quid eſtupes? Pompa eſt.* Juvenal. *Satyr.* 1. à v. 120.

Quæ Sponſa humipes?

Sella geſtatoria fœminarum deliciæ.

Jac. Cor.

Senec.

Den-

——*Denſiſsima centum*
Quadranteis lectica petit, ſequiturque maritum
Languida, vel prægnans, & circunducitur uxor. Juvenal.

Uſus notatur etiam apud Ovidium fœminarum Romanarum lib. 1. de *Art.* v. 493.

Intereà ſive illa toro reſupina feratur,
Lectĭcam dominæ diſſimulanter adi.
Seu pedibus vacuis illi ſpatioſa teretur
Porticus, hìc ſocias tu quoque junge moras. Ovid.

Lectica dicebatur, & Sella, ut res tamen diverſæ (licèt indiſcriminatim à Mattiali lib. 10. *Epigram.* 10. ubi: *Lectĭcam, ſellamque ſequar?* & à Sueton. in *Domit.* cap. 11. accipiantur) quia ſella ad ſedendum, lectica apta ad jacendum, ut dicit ipſe Sueton. in *Auguſt.* cap. 78. & 79. ideoque in lectica cervical & pulvinum. Unde utraque dicebatur Octophorum vel Hexaphorum juxta numerum lecticariorum. *Diſcrimen lecticæ & ſellæ geſtatoriæ.* Sueton.

44 Rarò enim lectĭcam viri uſurparunt niſi in morbo, ſed tandem tandem in fœminarum mollitiem tranſierunt, ut meritò Seneca *Epiſt.* 80. dixerit: *Idem de Iſtis licet omnibus dicas, quos ſupra capita hominum, ſupraque turbam delicatos lectĭca ſuſpendit.* Et de *Brevit. Vitæ*, cap. 12. de quodam cui ſexus degener: *Inter manus elatus & in ſella poſitus dixit interrogando: Jam ſedeo? Hunc tu ignorantem an ſedeat, putas ſcire an vivat, an videat, an otioſus ſit? Non facile dixerim utrum magis miſerear, ſi hoc ignoravit, an ſi ſe ignoraſſe finxit.* In expeditionem militarem octophoro ſe vehi juſsit Caligula *ſegniter & delicatè*: ait Sueton. in ejus vita cap. 43. idem de Nerone, cap. 26. & Vitellio, cap. 16. Senec. *Incredibilis inſipientiæ viri effœminati.* Idem. *Caligulæ & Neronis.*

Quàm aptè vel ad fœminas exclamatio Naſonis!

Sed vitate viros, cultum, comamque profeſſos,
Quique ſuas ponunt in ſtatione comas.
Fœmina quid faciet cùm vir ſit levior ipſa?
Forſitan & plures poſsit habere viros. Ovid.

Ita lib. 3. de *Art.* v. 433. de quo ritu videris Juvenal. tot. *Satyr.* 2. à v. 117. Proinde Stoicus lib. 2. de *Benefic.* cap. 12. Pedes Caligulæ non vocat pedes, ſed pigros: *Niſi in os Senatoris ingeſiſſet Imperator pigros ſuos*: quoniam per non uſum pedes ſui muneris oblĭti, & quaſi non eſſent, cùm nonnunquàm deferretur à lectĭcarijs, quò lubebat. Aſtruit Plinius in *Trajan. Paneg.* dicens: *Ante te principes faſtidio noſtri, & quodam æqualitatis metu, uſum pedum amiſerant, illos ergo humeri cerviceſque ſervorum ſuper ora noſtra: te fama, te gloria, te civium pietas ſuper iſtos principes vehunt, te ad ſidera tollit humus, ita communia, & confuſa principis veſtigia. Incedebas pedibus, incedis*, &c. Ita cogitari quit de faſtu fœminarum in Jeruſalem: ſiquidem quæ lectĭcis vel ſellis, manibus humeriſque ſervorum ad loca deſtinata, quibus pedites incederent, bajulabantur; clade acceptâ, incederent pedibus. Hac enim phraſe ſignatur non vehi. *Pedibus incedebat*: dicit Sueton. in *Vit. Auguſt.* cap. 53. *Pedibus ſequi.* Juſt. Lipſ. lib. 1. *Elect.* cap. 19. Muſæus ubi ſupr. *Pigrè pedibus ſequebatur.* Plaut. in *Stich.* Act. 2. Scen. 2. v. 20. *Quì vehar? Pedibus ire nequeo.* Tit. Liv. *lib.* 34. *Decad.* 1. *Illas vehi, ſe pedibus ſequi.* Hæc enim cogitavi, ſed placerent, modò in Scriptura aliquid in fulcrum cogitationis invenirem. De curru in gloriam virorum, frequenter memoria fit: verùm in blandimen fœminarum, legiſſe non memini. Solummodò invenies apud Baruchum 6. 25. de Idolis Gentium: *Sine pedibus in humeris portantur, oſtentantes ignobilitatem ſuam hominibus.* 2. Machab. 3. 27. de Heliodoro dicitur: *In ſella geſtatoria poſitum ejecerunt.* Et Iſai. 66. 20. *In quadrigis, & in lectĭcis.* Idem dubitat Lipſius loc. cit. de Rom. matronis ante bellum Punicum, igitur ſuo tempore ſellas ignoravit Plautus, de quibus in ſuis comœdiis nec mutit. Mentionem duntaxàt facit de vehiculis in *Aulul.* Act. 3. Scen. 5. v. 28. *Cur pedes dicantur Pigri?* Senec. Plin. *Faſtus Imper. Romanorum.* *Pedibus incedere pro non vehi.* Sueton. Juſt. Lipſ. Muſæus. Plaut. Tit. Liv. Baruch.

Nullus adhuc erat uſus equi, ſe quiſque ferebat. Ovid.

Inquit Ovidius lib. 2. *Faſtor.* v. 296. Quid quòd hujuſmodi geſtamen ignorarent Iſraëlitides tot retrò ſæculis? Ideo mihi, etſi mea eſt, ingrata cogitatio. De viris exprimunt plures ex corruptela morum apud Rom. unde Seneca *Epiſt.* 55. ait: *A geſtatione cùm maximè venio, non minus fatigatus, quàm ſi tantùm ambulaſſem, quantum ſedi. Labor eſt enim & diù ferri: ac neſcio, an eo major, quia contra naturam eſt, quæ pedes dedit, ut per nos ambularemus.* Lectĭcarum & ſellarum meminit Plutarch. ferè in cunctis vitis priſcorum Rotuan. verùm arbitror ſellas illas fuiſſe currus militares. Senec.

45 *Claudicabat pede.* Syr. *Ipſe claudicabat coxendice ſua, ſiquidem laxata fuerat coxendix Jacob.* Arabic. *Et uſque ad illud tempus claudicabat.* Perſic. *Erat claudicans ſuper fe-*

Varietas Lection. *femore suo.* Arias Montan. *Ipse claudicans super femur suum.* Rabb. Jonath. *Incepit ambulare, & ipse claudus erat in femore suo.* Cajetan. *Ipse claudicans, super coxam suam.* Venet. *Claudus erat in femore suo.* Septuag. *Ipse autem claudicabat femore suo.* Oleast. *Ipse laterizans: ideſt, ad latus pendebat super femur suum.* Hebr. *Ipse claudicabat, dum se sustentaret super femur.* Denique Chald. *Ipse claudicabat super femur suum.* Constat concordia ex Literæ expositione: modò ad mores spargamus semina.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus. Excurs.

1. *Claudicabat pede.* Vividè: etiam qui obedientiæ se præparat, pede claudus & mente minimè claudicat.
2. *Claudicabat pede;* siquidem qui jus dicit; inauditâ parte in contentione; claudicat sanequàm aure.
3. *Claudicabat pede.* Ex pede profectò claudicatio, designaturque *pedis* in Jacobo: quonian tenax judicii à capite perperi, claudicat capite.
4. *Claudicabat pede.* Optimè: à prudentia qui deficit in regimine, claudicat mente.
5. *Claudicabat pede.* Vigilanter quandoquidem quisquis ad electionem ducitur affectione, claudicat pectore.
6. *Claudicabat pede.* Utique. Caput sanè, quo cæcè regnat affectio, ad electionem benemeriti claudicat semper judicio.

DIDASCALIA I.

In obedientia frustratur actus, si deficit modus.

1 EST modus in rebus, ad amussim intentionis ipsarum constitutivus: unde frustratur præcipientis intentio, quùm vel præclara exhibentur sine modo.

Euripid. *Justè factum, sed non pulchrè.* Inquit Euripides in *Oreſt.* v. 194. Præexcelsum sanè, quod justitiâ comite; sed deficiente ad pulchritudinem modo, actionis insignis etiam evanescit pulchritudo. *Aliqua vel casu vel exercitatione* (ait Stoicus *Epist.* 95.) *exibunt recta; sed non erit in manu regula, ad quam exigantur, cui credat, recta esse quę fecit. Deinde præstabunt fortasse præcepta, ut quod oportet, faciat:* Senec. *non præstabunt, ut quemadmodùm oportet:* *Laus non est in facto, sed in modo.* *& si hoc non præstant, ad virtutem non perducunt. Faciet quod oportet monitus: concedo. Sed id parum est, quoniam quidem non in facto laus est, sed in eo quemadmodùm fiat.* Causam suggerit Legislator Monachorum Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 7. *humil. grad.* 3. *Si quis pro Dei amore omni obedientia se subdat majori:* igttur obediens minimè Superiori se subdit, si omninò non subdit: quandoquidem præterit obediendo mandatum, qui sibi servat in executione modum. Dixi alibi, nec velle nec nolle, nec hoc nec illud, nec modò nec modum esse proprium obedientium; siquidem modò sibi & secum aliquid eligat, jam habet proprium. Si proprium aliquid, erga subjectionem nihil: devenustatur obedientiæ claritas, ubi minima vel minimi corde fovetur voluntas: igitur parùm interest, se exhibere Superiori in præceptis obedientem, si in modo obediendi sese subdolè gerit Superiore superiorem. Non facto obedientia nititur, sed in modo; ut præstet actio, qua ostenditur animus, & acquiritur virtus. Obedientia non est quod est, sed quemadmodùm fit. Factum materia jacet præcepti, modus forma in præcepti enunciatione: & dum deficit modus, actione frustratur actus; quoniam sine modo vel voluntate promptâ, nulla obedientiæ forma in obedientia. Omnis ergo obedientia exhibenda est, ut obedientia sit: dicitque Benedictus ad obediendum, obedientiam omnem; ut demonstret obedientem: quippequàm si ut amputetur philautia voluntatis, omnimodæ requiritur obsequium abnegationis; quod sibi obtemperans servat, ab incumbentia recusat: & nullum erit erga præcipientem obsequium, ni obediens ostendat simul cum operatione modum.

Modus obedientię forma.

S. Bened.

Ni omnis obedientia, nulla.

2 Calix tuus inebrians quàm præclarus est Domine! Etenim ut potaremus de torrente voluptatis vel in acriore acerbitate passionis, nobis servasti dulcedinem, & tibi totam secrevisti amaritudinem. Jam tempus advenerat, quo illum exhaurires usque ad fæces; quas concinnarunt, ut biberes, hominum iniquitates: & cogitans se-

quelam criminum in speculo passionum, infirma carne, Patri dixisti: *Si possibile est, transeat à me calix iste.* Horruisti ad peccatorum conspectum estò caro recusaret crucis patiundæ conflictum; & decreviisti spiritu prompto, ne oculi tui mundi viderent mala, pati usque ad mortem iniquitatum supplicia, subdens: *Sed non quod ego volo, sed quo tu.* Dissidium est inter DD. Scholasticos & Expositores de præcepto & libertate; quoniam nullæ, ubi sunt contrarietates, excogitari possunt resignationes. Si vult, quod vult Pater, quid petit à Patre, an sit possibile? Si contrarium est, quomodò obsecrat enixè, quod Pater vult? Quo pacto stabilientur libera voluntas, & etiam cogens ad opus necessitas? Ad voluntatis efficaciam vel inefficaciam fit ab aliquibus recursus, ut quæstionis implexæ dissolvatur nodus. Altior est causa (de qua forsitàn alibi) verùm proposito utemur exposità. Pater vellet, quòd filii dilecti & innocentis minimè interesset passio, ut libertatem amissam sibi vendicaret homo: cæterùm dum hoc vellet, vult passionem, ut homo lapsus consequatur salutem. Filius vult quod Pater vult; verùm vellet, Patrem nolle quod volebat: Erantque conformes quæ videbantur oppositæ voluntates; quoniam in varietate velle & velle, nolle & nolle, efficacitatis & inefficacitatis voluntatis, volebat & nolebat ut perfectus obediens dilectus filius, quod volebat & nolebat Pater æternus.

Matth. 26. 39.

Marc. 14. 36.

Quomodò in Christo inventa, & libertas & præceptum?

3 Modò ad textum. Subditus erat filius præcepto & præcipientis voluntati, verùm exprimens libertatem in spontanea illustri resignatione, quoniam non vellet Pater æternus, quod nollet filius, ni in capite libri ob susceptum & ultrò gravamen legis, scriptum esset & subscriptum, quòd faceret voluntatem expressam Patris. Ad potentiam volitivam pertinet velle & nolle, vel in contradictione vel in contrarietate: & Christus inter hujusmodi velleitates dicit Patri: *Non quod volo, sed quod tu:* idest, non quod vellem, sed quod vis: siquidem si stemma obedientis, voluntatem subijcere directivæ rationi, nobilius sanè, voluntatem alienæ subijcere voluntati.

Insigne obedientiæ, quod voluntas alienæ subjiciatur voluntati.

4 Prætereà: *Transeat* (ait Christus) *calix iste.* Hæc est meæ voluntatis inefficacia in propositione: ideo dico: *Si possibile* fuerit; verùm fiat Pater, quod tua voluntas efficax absolutè filio commisit. Astruo inefficaciter, *si possibile est: sed non quod ego volo, sed quod tu.* Matthæus describens conflictum, animum obedientis designavit heroicum. *Si possibile est, transeat à me; verùntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Marcus expresit in conformitate voluntatis absolutum: Matthæus etiam respectivum. Ille substantiam actus erga præceptum paternum: hic suppositâ obedientiâ, in executione modum. Per illum, quod Pater vult: per hunc, quod vult & quomodo vult. Ille ostendit, vel contra quod Christus vellet, subjectionem in præcepto: *Non quod volo.* Hic contra quod vellet, quod vult tam in præcepti acceptione, quàm in modi præscripti conformitate: *Non sicut ego volo, sed sicut tu:* & ubi erga Patrem filius sese exhibet obedientem, in modo, & præcepto sequitur genitoris voluntatem; quoniam nullum erga præcipientem rutilaret obsequium, ni obediens cum re præcepta exequeretur vel modum.

Ubi supr.

Modus maximè obediendus.

5 Deinde: Duplex in actione modus erat, quo homo salutem consequi quibat; igitur de substantia præcepti nec umbra micabat ambiguitatis, quoniam sic vel aliter semper firmanda salus humani generis. *Sicut & sicut* signantur & vividè. Modus filij: *sicut ego.* Modus Patris: *sicut tu.* In quolibet modo, hominis vemundati sub peccato proferebatur redemptio: & dum Pater sic vult, & genitus vellet sic, dicitur ab obediente: *Non sicut ego volo, sed sicut tu;* quippequàm præceptum in actionem recipiendum juxta modum imperantis, & nequaquàm ad modum obedientis. In modo plerunque moderatur ratio propria, alienæ voluntatis legisque interpretativa, ut fiat actio, quo voluerit modo, ubi solummodò præcipitur actio: attamen dum intenditur celsitas obedientis voluntatis, haud in actione firmatur excellentia, sed in modo actionis. Modus erat præcepti Patris ad filium: filius cogitabat alium modum: ideo dicit, *Calix iste* signatè; siquidem signari poterat aliter, estò amarè, calix iste: nimirùm sicut vellet filius, non uti volebat Pater. In Patre potestas floret, ratio in filio, ut Patris Sapientia, lucet: & dum rationis, & potestatis erga modum obedientiæ efficaciter & inefficaciter quasi proponitur controversia; dicit filius, Non mea perficiatur, sed sanè voluntas tua: Non quod volo, sed quod tu: Non sicut ego volo, sed sicut velle me vis: igitur stat magnitudo perfectissimè obedientis, in eo quod modus rationis paternæ modo subjectetur potestatis.

Modus obedientis juxta modum imperantis.

Ubi supr.

Etsi ratio cogitetur modum.

6 Ulteriùs: Filius sciebat Patris voluntatem absolutam; & propriam Patri exponebat inefficacem & conditionatam:

unde ergo supplex infit: *Pater mi, si possibile est?* Ignorat Sapientia Patris an, & quomodo possibile, vel impossibile sit? Nullo modo. Erat impossibile ex efficacis voluntatis Patris decreto: erat possibile, verum enim absolutè. Ad quid ergo tantùm dicit filius: *Si possibile?* Cognoscit profectò genitoris potentiam, sed intendit exercere obedientiam perfectissimam. Si assereret possibile, quod sciebat possibile absolutè, videretur cogitasse possibilem modum extra modum à Patre propositum & præscriptum: & dicit solummodò, ubi obedire desiderat exactè, *transeat calix, si possibile*; quoniam non cognovit alium modum obedientiæ, quàm definitum à Patre. Novâ luce (ni fallor) idem propositum. Ita addicitur filius Patris præcepto, ut etiam subjiciatur præcepti modo: siquidem in meditata crediti facinoris aureâ modificatione, thesauri divitis locabantur obedientiæ. Si diceret *possibile*; affirmaret cognoscere modum alium, ultra modum expositum per genitoris imperium. *Si possibile* exprimit; quasi nesciret, an possibile vel impossibile foret. Modus possibilis esset (vel inefficax) rationis propositum, nequaquam voluntati Superioris præcipientis obsequium: & quod Christus clarè & perspicuè cognoscit, in conditione quasi nesciret, expressit; quoniam alium modum, etsi alius, præter volitum à Patre vel cogitare, verus obediens arbitratur impossibile.

Exactè obedit subditus, dum ignoratur ab illo cognoscente in possibilitate possibilis alius modus.

Aptiùs, si possibilem impossibilem censet.

7 Enodemus denique in perspicujus exemplum, antilogiam. Marcus asserit, Christum obedientem Patri dixisse absolutè: *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt.* Matthæus verò præfata tantùm dicit dixisse conditionatè: *Pater mi, si possibile est.* Si omnia possibilia sunt, hoc etiam erit possibile: cur igitur precem supplex exponit conditionatè, cùm conditio juxta proponentis intentionem possit habere possibilitatem & impossibilitatem? Erat possibile, Patris absoluto & plenissimo dominio: erat impossibile, ex absolutæ efficacis voluntatis decreto: & quod possibile signat, uti impossibile connotat, ut perfectio clarescat obedientiæ: quandoquidem vel possibile aliud, arbitratur impossibile, præter decretum à Patre.

Ubi supr.

Causa hujusmodi judicij.

8 Ratio suppetat. Facere quod vult Pater, verùm non modò, quo vult, erat titulo sanioris cogitationis, ac perfectionis larvà, sibi servare aliquid de voluntate subjecta, oppositâ, estò inefficaciter, ratione, modo præcepti voluntatis alienæ; cùm jus sit omnem studiosè subdere voluntatem, & velle quod etiam nollet, ob summam resignationem. Jus est, conformari præcepto & modo, ut respondeatur exactè & ad amussim præcepto: unde ut obedientia, & perfectissima sit; vult Christus quod vult Pater, & quomodo Pater vult: igitur vel obediens perfectè non obediret, si efficaciter voluisset, aliter quàm Pater vellet. *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Articulus rerum undecunquè amarus: veruntamen si futurum ut natura liberetur humana; non mea fiat, sed quippe voluntas tua: etenim voluntas summè conformis; & aliud vellem, si voluissem aliter. Nulla in voluntate voluntas inest. Cuncta, quæ regenda, regis: fiat omnimodè mea, quæ voluntas tua: subjectetur jussa ratio, ut fiat voluntas tua etiam in modo.

Aliud obediens vellet, si vellet aliter.

9 De Jacobo post prælium cum Angelo pugnace, dicitur à Moyse, quod *claudicabat pede.* Non pedibus, sed pede. Verùm quare? Pede claudicat in commendationem obedientiæ. Anima movetur affectibus uti pedibus, aut potentijs, scilicèt intellectu & voluntate, ut fruatur præoptato ac intento fine. Conflictus initur, ut pugnantium alius vinceret, & alius victori cederet, dubiâ in contentione victoriâ; quoniam neuter in alterius inhærebat obedientia. Angelus volebat Jacobum trahere in suam uti superioris voluntatem; & Jacobus validè resistens detrectabat subjectionem. Ut vinceret Jacobus, femoris nervum ejus percussit Angelus: vicitque qui subditus in certamine, claudicans pede; quoniam si pedes animæ ratio & voluntas, ut perambulet vias in perfectionem signatas; obediens mancipatus decreto, potitur triumpho: quia ad obsequium voluntatis alienæ claudicat ratio. Obscurum est: delicabo. Si jubetur ire in Bethel, Dei nempè domum, curnam Angelus illum dimittit claudum? Alas oportebat addere, & non pedes præpedire: quo intuitu igitur retinacula injicit in pedes euntis, ubi opus pennis in signum velocitatis? Ut citiùs curreret, & domum Dei perveniret. Voluntas erat prompta, ratio adversa. Prompta voluntas in præscriptum præceptum: ratio adversabatur modum, quoniam triplo longior distantia itineris, obice tardigradæ claudicationis: & citiùs iter, qui mittebatur, peregit, quia claudicavit; siquidem citiùs obtinetur obedientiæ perfectio, modò in modum obedientiæ subsit uti clauda ratio. Alii dicunt, uti vidimus in *Liter. expos.* non claudicasse: alii contra.

Genes. 32. 31.

Si ratio obedientis claudа, velocissima obedientia.

Tunc ornatur pennis.

Utra-

Utraque sana sententia. Iter peregit rectè, dum egit claudicatione: etenim qui ad modum & præceptum obedientiæ se præparat, pede rationis claudo non claudicat, imò volat. Ecce contentio Angeli & hominis, & theatrum insigne obedientiæ triumphantis. Vicit homo vel Angelus? Jacobus estò percussus: quippequàm vicit Angelum vincentem, dum subjecit quo ad modum etiam rationem.

Similis Arcæ Noe.

10 Optimè obedientia confertur Arcæ Noë. Fluctibus, quibus continuò tunditur, elevatur: & cùm cœlum sit patria, ampliore tempestate magis ac magis elevatur à terra. Flant venti, turbines quatiunt, nubes pro guttis fluminibus pluunt: cœlum miscetur terrà: omnia commota: nihilominùs tamen toto oceano irruente, *aquæ elevaverunt arcam in sublime.* Modus difficilis videbatur salutis, demolitis per fluctus ferè cardinibus orbis. Præceptum dulce, effugium periculosum & inscrutabile: sed inclusi ferebantur versùs cœlum, quia minimè dubitarunt ignorantes circa modum. Restiterunt quammulti, sed jacuerunt suffocati: inclusique ferebantur super aquas, quia ferebantur. Quis jam dicet difficilem obedientiam, viam duram & inviam? In perfectionem & altiora obedientes feruntur, nescientes modum. Super omnia profectò feruntur, ignorantes quomodo super ferantur. Dextram porrigit obedientia humilitati, ut toto corde studeamus perfectioni: igitur ut perfectus in virtute sese ostendat; debet perfectus esse, quin se perfectum agnoscat: & licèt sit super cuncta orbium creata, nesciat an sit super cuncta: quandoquidem qui anteire contendit humilitate, infra cuncta debet esse: & quantùvis suprà sit, velut tenens humilitatis cacumen; infra cuncta jus est propriam jacere cogitationem.

Genes. 7. 17.

Anima elevatur, ubi ab obedientia fertur.

Ubi humilitatis apex?

Perfectio stat summa in perfectionis ignorantia.

11 Ergo proposito. In hujusmodi navi nostrum obumbratur pectus: linitur, ut navitet in requiem, intrinsecùs & extrinsecùs, ductrice obedientia; ut tandem tandem in portu potiatur palmà. Præceptum signatur in extrinseca defensione navis pectoris: modus præcepti in intrinseca protectione omnimodæ conformitatis: liniturque naviculæ extrinsecùs & intrinsecùs; ut servetur ab obediente etiam cum præcepto modus: quoniam periclitabitur conteri etiam elevata in æthera, modò voluntatis propriæ pateat ad volita rima. Proprio sanè pondere feretur sub aquas pectus, fluxus si senserit intùs.

Ad virtutem voluntas propria jactura.

Quoque vocant undæ, sequitur jam nobile pondus.

Sic nos servati meliora in tempora, mundo
Cedere discamus, dum ducimur; omne resistens,
Si flecti nescit, metuat vel pondere frangi.
Sed sic cedamus, fluxum ne sentiat intùs,
Peccatumve trahat mens impenetrabilis ullum.

Alc. Avit.

Ita canit Alcimus Avitus lib. 4. *Genes.* vers. 504. Perpende. Aquæ elevant Arcam, itaque anima in navigio cordis tollitur per obedientiam: multoties aqua amara, multoties mista, multoties dulcis, queis probantur momenta obedientis cordis; verùm quò aqua amarior, navis securior. Fertur nobile obedientiæ pondus, & ad cœlum usque animam elevat virtus, undique navi obturatà, ne introrsùm appareat fluctuum elevantium unda. Fatiscit levi rimulà navis, efformata à sensu proprio obedientis, qui quidem extrà adinstar aquæ elevaret, & intrà elevata premit, admissò in perniciem pondere, quia ignorat cedere, ductis totà virtute & naviculà in profundum; unde sine fine lamentum: quandoquidem fluctibus miserrimè submerguntur, quibus altiùs versùs cœlum obedientià tollebantur.

Careat proprio sensu subditus alte no voto.

12 Agnovit vel Ethnicus in politicis: quid non cavendum in sacris?

Apparebit justus bonus.
Quicunque autem prætergressus vel leges violat,
Vel cogitat imperare imperantibus,
Non est. Laudem minimè consequitur.

Sophocl.

Quem urbs præfecerit, hunc oportet audire,
Et in parvis, & in justis & in contrariis.

Succinit Sophocles in *Antigon.* à v. 664. Hujusmodi documentum Monachis exponit N. Legislator, Doctor Monachorum Benedictus loc. cit. *Grad. Humil.* 4. *Humilitatis gradus est* (inquit) *si in ipsa obedientia duris, & contrariis rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis injuriis, tacità conscientià patientiam amplectatur.* Hæccine summa obedientiæ. Plura dura, sed contrariis præceptis nulla duriora. Plura dura, quoniam, estò conformi, injunguntur horrenti voluntati: at oppositis præscriptis nulla duriora; quoniam opponuntur consentienti rationi. Judicat hæc in actione Superiori fulminanti placere; & displicet, præcepto oppositio, ipsa priùs justè meditata actione: commendatque Benedictus in contrariis rebus obedientiam; ut pretiosam ex conflictu obtineant Monachi palmam: quandoquidem nulla illustrior post subjectam voluntatem, quàm submittere contra intellecta intelligentem rationem.

S. Bened.

Obedientia in oppositis summè præstabilis.

13 Abrahæ à Deo imponitur sacrificium

Genes. 22. 2. cium filii dilecti. *Tolle* (dicitur) *filium tuum unigenitum quem diligis, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum.* Plura dixi *Tom. præc.* T. 5. D. 1.

Heften. dicam & alia. Primogenitus hic sacrificandus est Isaäc, & à N. Hæfteno in *Schol.* lib. 2. lect. 16. signatur ut thronus amoris cor; igitur pro signo, nimiò amore dilectum vocamus corculum. *Tolle filium tuum*, idest proprium amorem in sacrificium: siquidem exactè Dei adimplebitur præceptum, ubi pro insigni victima apponitur jugulanda voluntas propria. Amor Dei & amor in filium contendebant in exactionem & omissionem juguli. Bellum sanè formidabile. Urgebatur amore, resiliebat amore. Vehebatur, trahebatur. Percellitur pectus: dividuum tenet alter & alter amor. Quid faciendum? Quod diligitur, in ampliorem dilectionem sacrificandum: igitur sacrificium erit magis acceptabile & pingue; si sub ictu voluntatis & obedientiæ, ut cadat, icitur validè jugulum amoris proprii.

Voluntas propria obedientis jugulanda.

Vers. 16. *Quia fecisti hanc rem*: subditur. Quamnam, vel qualem? Res fuit, vel substantia præcepti sacrificare filium, quod sanè non factum; quandoquidem illi dicitur: *Non extendas manum tuam super puerum*: plauditurque Abraham non sacrificans Isaäc, sed offerens quippè cor; quoniam acceptabilius in obedientiam insignem, propriam atque dilectam jugulare voluntatem. *Quia fecisti hanc rem.* Amorem obedientis cognosci Superior fecit, dum inferior amorem jubenti sacrificavit: igitur inter dilectum & dilectum, Deum, & filium (structo contentionis pectorali theatro, ut constaret cujusnam prævaleret dilectio) patuit quis amor prævaleret athleta, cùm Deum eximiè diligeret super omnia.

Vers. 12. *Pretiositas oblationis cessio propriæ voluntatis.*

14 Exit Abrahamus *lætus in luctu*, ait Seleucienſis *orat.* 3. de *Abrah.* etenim non solùm lætabatur obedientiâ, sed & tristitiâ. *Lætus in luctu*, contradictio est, ut etiam pateretur contradictiones in voluntate, qui ferebat urgentiores à ratione: *urgentiores* dixi, ut clareat quanti momenti: siquidem non tam magnum vincere motus cæcæ voluntatis, quam subjicere imperia liberæ cogitationis. *Lætus in luctu*: datur utique cogitatio felicis exitus, in solamen, ubi ardui præcepti voluntas subit duritiem. Subtrahitur excellentiæ voluntatis obedientis, quicquid ambit cogitatio rationis mirè lactantis: & ut fulguraret Abrahæ obedientiæ perfectio, in articulo ita gravi nec minima cogitatio: jurèque dicitur *lætus in luctu*; quoniam ita mancipavit obedientiæ voluntatem, ut nec cogitationem haberet consolatricem. Ferrum manet immobile inter oppositum binum magnetem, & acus hoc tacta inter Helicen duplicem. Vide Picinellum in *Mund. Symbol.* lib. 12. cap. 24. Ratio sub manum est: vi trahitur, vi ducitur; sed eàdem vi, qua ducitur, ab incœpto retrahitur, quoniam virtute impellitur & virtute repellitur: tuncque motum explicat in suspensione motus; quo uteretur liberè, ni à contrario conatus esset expulsus.

Baſ. Seleu.

In obedientia rationis subjectio, æstimabilior oblato.

Acus magnetica non movetur inter duplicem Helicem.

Ipse ego propterea mœstæ suspendia vitæ
Providus elegi, mentemque animumque superno
Constantem pendere polo.

Succinit Mellius de Sousa in cap. 7. *Job.* Haud aliter Abraham cogitatione & voluntate in binam Cynosuram: *lætusque* manet *in luctu*; quippe tunc non caruit motu: siquidem ut totus in Dei duceretur voluntatem, longè proscripsit à corde latrantem cogitationem.

15 Exit igitur. Verùm quò exit? Dimidium operis qui benè cœpit habet. Exit in locum demonstrandum. Ecce magnum sacrificium: omnimodè tradidit voluntatem, ignorans nec quà nec quò movet pedem. Licèt notum spectaculum, locus nescitur, *nec situs cognitione levatur*: subdit *Orat.* 1. de *Abrah.* Zeno Veronensis. Aliquid subodoror insigne ex ignorantia loci. Tinea patet virtus spectabilis virtutum, quoniam oculi alieni laudibus stringunt gladium, in exterminii signum: igitur vel præstantior virtus adinstar gladii nuda, semper timenda: deprædari ergo desiderat, qui thesaurum in via publicè portat. Situ cognito, videri quibat obedientiæ promptitudo: & nævus in virtutem inclytam serperet, saltem si videri posset. Virtus spectabilior evadit, si oculos fugit. Hinc servis dixit: *Expectate*: manete: plures testes comitantur virtutem, si nullum habeat comitantem testem. Occulitur locus demonstrandus tempore congruo, ut gloriæ vanæ nulla ineffet cogitatio. Viderent spectaturi actionem singularem, insignem; & etiam viderent ipsum vel in arduis obedientem: nec situs Abraham cognitione levatur, ut magis ex illo luctu lætetur: quippequàm longè exulabat ab actione vana gloria, ubi à nullo nisi jubente videbatur obedientia. Locus erat terra splendida, verùm Abrahæ tenebrosa: ibi oblaturus erat sacrificium, vel conamine frustrato, quo ejus memoria nunquàm deleretur in mundo: & ille situs cognitione non le-

Zen. Ver.

Vers. 5.

Virtus spectabilior evadit, si oculos fugit.

Quisquis obedientiæ studet, non se sed illam respicere debet.

levatur, quanvis à cœlo radiis illuminetur: quoniam quisquis studuerit hujus virtutis æstimabilis gloriæ, non debet meditari obedientis nitorem, sed obedientiæ.

16 Accedamus cominùs instituto Didascaliæ. Lætus graditur Abrahamus, per se & etiam à se victus, sine intelligentia intelligens, & magis cogitabundus sine ulla cogitatione. At quid dicit Scriptura? *Tolle filium tuum.* Quid inde? *Igitur Abraham de nocte consurgens, abiit in locum quem præceperat ei Deus. Igitur* nota: consequens hujus legis est obedientia. *Abiit*: quò? *In locum, quem præceperat ei Deus.* Quo pacto si nescit locum, & præcipiens signavit demonstrandum? Qui obedientiæ se præparat, pede claudus non claudicat: appositiùs obtemperat, dum ignorat, sciens unde præceptum veniat, quò jussus vadat: quandoquidem videt obedientiæ locum, estò ignoret quò obediendum. Filius habet exemptionem, siquidem patri sponsum: *In Isaac vocabitur tibi semen*: patuitque in pectore fido obedientiæ magnitudo, dum obtulit simul cum victima exemptionem à præcepto. Mandatum Deus patri proscribit: *Igitur Abraham*:::: quid ergo? Obedit. Improvisò? Non disputat ratio? Neutiquàm. Sufficit quod lex à cœlo. Plura & plura ratio suggerit: igitur Abraham obedit. Nescit, si gladio traditur filius, quòd successio & splendor evanescant domus? Nescit in illo lumen oculorum extinctum, & parentum senectutis confractum baculum? Commodare filium in mortem, non videtur donum, sed voluptatis ludibrium, ut dixit Sunamitis 4. *Reg.* 4. 28. quandoquidem magis æstimatur non concessum, quàm amissum. Intuitum prolis impossibile erat per patrem consequi, dum filius lege latâ & à cœlo addicitur neci. Quodnam judicium inter tot obvias adversè cogitationes prementes? Carere judicio. Nihil in oppositum cogitat? Exulat à cogitatione ratio. Magna discretio non uti liberà cogitationis discretione. At quid facit? Obedire: equidem si oblatio Isaac præstabile sacrificium; magis utique quòd offerens sacrificet intellectum.

Vers. 3. *Magna legis observatia, si consequens præcepti est obedientia.*

C. 21. 12.

Quanvis exemptione libera.

Acceptius sacrificium propter obedientiam sacrificare intellectum.

17 Insuper: Abrahæ promissus fuerat cumulus benedictionum in prole, ita ut numerus æquaret stellas cœli. Si occumbit jugulo Isaäc, benedictionis linquitur Abrahamus absque ulla spe: velut à texente tela succiditur, si anima purpurea vomitur. Ita præscriptio & è cœlo. Quid? *Igitur Abraham consurgens*:::: quid ergo? Pro tunc solummodò signatur ad actionem dispositio: & additur meditanter *de nocte*, Ubi supr. idest immediatè, quoniam actionis summitas tantùm pendebat à dispositione: non solùm quia obedientia propera magis grata; sed quia tunc acrior in pectore inferebatur lucta, voluntate solicita de filio, atque ratione de promissionum exitu: & solummodò exprimitur immediata ad sacrificium dispositio, dum urget adversa ratio; quia non tam magnum in obedientia trucidare voluntatem, quàm quòd mens promissis fulta illicò operaretur contra mentem.

Et mentis mentè vincere contradictionem.

18 Progrediamur ultrà: Cum sub ictu Abraham haberet filium, jubetur ne extendat manum super pueri collum, additurque in laudem: *Fecisti hanc rem.* Quam? Vers. 16. Ita magna, ut *nomen quo laudet, non inveniat*: infit hìc Oleaster. Eodem stylo Scriptura utitur, dum Abraham in hanc actionem disponitur: *Igitur Abraham de nocte consurgens*:::: Quid hoc? Insignis loquela. Quorsùm alia, & ad quid ultrà? In monte Moria sacrificabat filium, in dispositione sacrificii & filium & intellectum: unde in diversa actione, quam adoritur nobile patris pectus, servatur & jurè idem stylus emphaticus: quoniam si desunt voces, queis signetur decus sacrificii in alienatione filii; haud suppetunt, queis exprimatur studium de captivanda ratione.

Oleast.

Et justinere rationis captivitatem.

19 Demonstrationem cordis fidei eximiam Paulus encomiastes astruit. *Contra spem* (ait) *in spem credidit.* Illustre profectò elogium, ac dignum Doctore Gentium. *Contra spem in spem credit?* Quid est hoc? Si contrà, quomodò spes? Non sperat, si spes contrà. Quò pacto sine spe sperat, vel potuit credere oppositâ spe, quod sperare nequibat? Facillimè; rationis captivitate. Spem, juxta quæ promiserat Dominus, parenti fovebat filius, cujus aurâ gaudium cordis, & spes optata patris. Si vita juxta præceptum tunc succidebatur, tanquàm messis in herba; spes patris omninò apparebat vacua. Haud intelligebat pater mysterium lati præcepti, quoniam ratio sese sibi inveniebat adversam, factâ filii promissione: & laxans rationi cogitanti ampliorem libertatem, dum in vincula præcepti detrudebat arctè reluctantem rationem; dicitur spei credidisse contra spem præcepto scissam, quippequàm contra intellectum subjecit intelligentiam.

Rom. 4. 18.

Contrà intellecta & infallibilia.

20 Denique: præceptum Deus patri credentium de sacrificando filio imponit, & actutùm Abrahamus obedit. Præceptum

tum de non sacrificando filio notum fit, & retrahit manum à jugulando Isaäc. *Qui addit scientiam, addit & laborem.* Jurè ingerit cruciamen, qui cognitionem: igitur rationum judicia quæ concipit ratio, & cogitat perspicujoris acuminis magnitudo, vulnerat & mulcent animum tanquàm causa & medicina doloris, & sicut deliquium & epitima pectoris; quoniam quò magis cogitans intelligentiæ satagit, eò minus intellectionis cogitatione comprehendit. Suscipit in primo pater obedientià durissima: in secundo præcepto jussis contraria. Contraria sunt oppositа rationi, dura sanè voluntati: & simul Abraham compellitur, & repellitur, dum adoritur & omittit, quod præcipitur; ut ædificetur præcellens ars obedientiæ, ex palatio affabrè structo, verùm destructo à ratione: quandoquidem inter factum & infectum, inter faciendum & non perficiendum sacrificium; rationi perfectè oppositа cognoscenti, nec levis ratio sese objecit dubitandi, sed duntaxàt obediendi. Iccircò ab Angelo additur: *Quia fecisti hanc rem.* In utroque obtemperasti, & manum extendens, & manum contrahens. Extendisti: præstans obedientiæ decor. Contraxisti: hoc opus profectò & labor: igitur cùm præcepta sint contraria, & difficile rationi, sequi contraria præcepta; factum magnum in infecto jurè laudatur ab Angelo: igitur ob obedientiæ meditatam perfectionem, præceptorum, & rationis pertulit contrarietatem. In hujusmodi virtute pulcherrima, suspendium cum Jobo debet eligere anima. Qui suspensus facilis motione ad omnia: flatu movetur, facilè ducitur, sic & aliter & iterùm sic, modò sic & modò non. Suspensa patet anima, verùm elevata à terra: siquidem per hujusmodi in obedientiam animum promptum, vel in terra elevamur usque ad cœlum. Cum Prudentio præfat. *Enquiridii*, v. 31. dicamus, videamus quantum

Deo obsequelam præstitisse, prodest.

Eccl. 1. 18.

Exequi jussa contraria, illustrior cordis victoria.

Causa triumphi.

Vers. 16.

Job. 7. 15.

Quodnam animæ suspendium?

Prudent.

DIDASC. II.

Nullus innocens erit, si accusari sufficit.

1 TRita sententia Constantini Magni, quam etiam de Juliano, estò pessimo, refert Ammianus Marcel. lib. 18. *Histor.* quandoquidem cùm accusatio procedat vel ob peccatum judicio, vel ob vindictam affectu, perpera erit judicis lata sententia, inaudità prorsùs causà: igitur tunc vel impius alienà damnabitur voluntate, nequaquàm crimine; quia licèt crimen adsit, est sine jure.

Am. Marc.

Hac una Reges sunt olim fine creati,
Dicere jus populis, injustaque tollere facta:

Canit Hesiodus in *Theogon.* Jus est utranque audire partem in accusatione: hoc enim propriè dicitur stare juri: etenim cùm causa contentio sit, pars & pars debet adesse, ut proferatur jus: quippequàm nulla contentio, ubi non est oppositio, judexque notà inuretur amentis, modò indulgeat in judicio, cæsim pugnare cum larvis. De Alexandro Magno ait Plutarchus in ejus *Vità* manu alteram obturare aurem, dum germanà patulà auscultabat delatorem: ægrè sanè ferebat ita occupari Principem à susurrone, ut omninò præcluderetur aditus innocentiæ: siquidem præoccupatis auribus per calumniam, nullam inveniens ad judicium portam; priùs audiebat sententiam damnationis, quàm illati ab actore notitiam criminis: perperamque rex poterat injusta tollere facta, dum accusatione tantùm, uti indemnata, damnabatur innocentia. De Jacobo dicitur, quod *claudicabat pede.* An Tautologicè? Nullo modo. Judicet strictim ratio: siquidem qui inaudita parte dicit jus, quod debet constare ex utriusque contentione; in sententia prolata claudicat aure.

Hesiod.

Quomodò audiendum in judicio?

Plutarch.

Alexandri mos.

Qui vel criminosus, nō auditus, non est reus.

Genes. 32. 31.

2 Auris, Hebraicè *Ozen*: & significat aurem, & bilancem. Vividum, uti ad unguem æquivocum pro prudentia & judicio tribunalium. Bilanx duabus lancibus constat, quarum concavo sistitur & pondus & ponderandum: fitque auris bilanx, dum causa perducitur ad judicium; quoniam unicà tantummodò aure, judicium Superioris signabitur sine pondere. Si momentum libræ stat in recto vocatur examen: quod quidem nequit esse juxta rationem, modò pondere accusationis arte perculsum, uni solummodò lanci designetur inclinatum. Examen est ad æqualitatem ponderis, ut cognoscatur quantum deviet actio momento à pondere legis: unde sententiâ judex judicio apparebit vacuus, si ad judicium non est pondus: quapropter dum expectatur illam respondere juri; sententia lata ex abrupto nullius videtur momenti. *Sicut momentum stateræ* ponderantur gentes coram Domino, ubi patet exacti judicii ratio: igitur judicis perfecti auditus solum moveri debet ad pondus: & non esset statera, sed statera dolosa; ubi mag-

Auris cu- lanx, & utraque bi- lanx?

Quodnam hujus libræ examen?

Isai. 40. 15

Pondus accusationis in statera justitiæ non est pondus.

magni momenti haberetur pro pondere levis malitia: hinc ad judicandas gentes, designatur Deus ut momentum stateræ; quoniam in libra justitiæ minimè ponderatur indignum pondere. *Sicut momentum stateræ*: vigilantissimè: etenim ad operationum examen, & rectissimum judicium, quælibet gens, estò reproba, habet ad pondus momentum: quo quidem careret, dum accederet defensio; si ad pondus illati criminis sufficeret accusatio.

Ps. 61. 10.

3 *Mendaces filii hominum in stateris*: exclamat David. Statera debet esse judex in causis, partibus illarum æquè sine discretione personarum auditis, ut judicium fiat juxta allegata & probata, facto examine in justitiæ recta libra, accusationibus calumniæ depulsis: dicunturque judices mendaces in stateris; quia citra jus & rationem, criminatori præbent utramque aurem. Detrahunt ponderi veritatis superaturæ calumniam, quicquid concedunt in falsitatis victoriam: igitur ablatà bilance, qua informatur auditus, veritas non habet pondus: dicunturque mendaces in stateris, ubi non sunt partes, necessariæ in causa juris; quippe toties pondere juris mentiuntur, quoties partem contrariam in jus non audiunt. Truditur è throno Baltassar, in regimen subditorum tanquàm statera pendens, quia examinatus *inventus est minus habens*: non solùm quia aliam legem sibi quærebat & subditis aliam; sed quia sese subditis exponebat stateram diminutam: etenim auditis affectis ullam citra discretionem, reliquis subditis quasi non haberet aurem.

Doloſa judicis ſtatera, ſi delatori auris utraque tradita.

Dan. 5. 27.

Id deviat à pondere, quod à jure.

4 Commendat Eugenio Bernardus hujusmodi curam, ne videat usquequaquè laceratam innocentiam: etenim si vulnera malitia hominum necessaria; potius est, quàm innocentia, quòd perpetiatur calumnia. *Vigila homo Dei* (inquit lib. 3. de *Consider.* cap. 2.) *cùm hæc contingunt, moveatur miseratio, moveatur & indignatio. Alteram læso, alteram lædenti debes::: cum isto ita agatur, ut pœniteat feciſſe, quod non timuit facere; & non de pœnis innocentium rideat.* Examen lancis, judicis officio pondus utrunque notat, igitur natura inter utranque aurem mentem propositò signat: & ni sit ratio media inter partium bipartitas aures, amittit judex usus juris & rationis. In istiusce modi formam vel Ethnicus instruit intemeratam justitiam.

Bernard.

In judice quando indignatio & miseratio?

Imago justitiæ.

Scilicèt ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit: dicenda tacendaque calles.
Ergo ubi commotà fervet plebecula bile,
Hoc puto non justum est, illud malè, rectius illud.

Pers.

Scis etenim justum geminà suspendere lance
Ancipitis libræ. Rectum discernis, ubi inter
Curva subit, vel cùm fallit pede regula varo.

Succinit Persius *Satyr.* 4. à v. 4. Hæc est regula, & cætera prava: quando quidem bilem vel in patientissimo commovet, ubi judex duntaxàt unicam habuerit aurem.

5 Procedit cohors armata, ut Christum in vincula trahat, & pœnas beneficiorum æquè ac innocentiæ luat; quippequàm ingrato pectori dona, æstimantur uti crimina. Primus à Juda fuit Malchus, audaciâ & conditione verè Pontificis sanguinolenti servus. Quid non auderet servus in gratiam Principum, ubi execrandæ injuriæ sunt dominantibus obsequium? Excanduit Petrus, zelo commotus, & educens gladium ob mediastini impudentiam sacrilegam, *amputavit auriculum ejus dexteram.* Ægrè tulit innocentissimus Agnus, estò jurè factum, percussi vulnus; ità ut meditatà actione lib. de *Patientia*, cap. 3. protulerit Tertulianus: *Patientia Domini in Malcho vulnera est.* Omnia & ab infensis excogitata tulit & pertulit patientissimè Christus tormenta: sustinuit sanè cruciamina; verumenimverò nullis est vulnerata, imò nec tacta patientia: quo igitur intuitu asserit Tertulianus; intolerabili vulnere, vulnere Malchi, Christi compunctum pectus? Sanequàm ictu gladij quo à Petro præcisa auricula, Christi Domini est vulnerata patientia; & respectu percussi, & partis læsæ. *Malchus* idem est ac *Rex* vel *Consiliarius*: & quanvis jurè multatus consiliarius vel rex servus; vulnus altè infictum pectori Christi, videntis speciem regis vel judicis sine aure. Speciem horruit, & vel umbra pectus pupugit: siquidem ita turpis pulchritudo hujus imaginis in causa juris; ut ipsa justitia vulneraretur intimè, sola repræsentatione.

Luc. 22. 50.

Tertull.

Vulneratur intimè justitia, ubi judex cum auricula sola.

6 Penitiùs & clariùs. Cuncta & crudelia tetulit placidè; sed modò cedit dolori, ita ut per os sacrum egrederentur verba amaritudinis, in facinus abruptum discipuli percussoris. Vidit præ se ferentem nomine Principem & procul aurem. Aures debet habere Princeps, ut in disquisitionem juris audiat contendentes partes: patientiaque Domini vulneratur, dum percussus sine auricula videtur; quoniam intimè vulnerantur præcordia, modò Princeps ad judicium procedat tantùm auricula. Vernaculè: *No le ha de llegar al corazon, mirar un Principe con una oreja no mas?*

Pungit pectus injustitia.

Unam ex auriculis sustulit vulnus à temporis sede, aliam reliquit ictus inflictus in latere. Illa jacebat in terra, hæc proprio aptoque situ locata: inventus est minus habens statera mentis, quoniam non æquæ bilances, & ad libramen causarum, & ad exactionem legum: patientiaque Christi vulneratur hujus judicis imagine, quantunvis sit Deus patientiæ: etenim ad speciem judicis cum auricula sola, vel in patientia summa non est patientia.

Ad quam vel in patiente non est patientia.

7 Causa subest. Percutitur Christus & tacet: percutitur Malchus & ira in pectore recrudescit. Illius percussione percutitur, ita ut et iam patientia vulneretur. Læsus non quæritur mansuetus Agnus, & irascitur ad Malchi levissimum vulnus? Utique: & signat causam, ut erudiantur qui judicant terram, plurimi habere vulnera justitiæ, quàm facta pectori. Ex tormentis sibi illatis manarunt vulnera propria. Ex ictu Petri in Malchum, etsi alienata, erant justitiæ vulnera; quoniam vulneratur jus, ni binæ auriculæ sint, in partes adversas distributis singulis, ne judices appareant mendaces in stateris. In passione justus percutitur; in auricula justitia vulneratur: & non gravatur pectus, dum percutitur justus; cuspideque Petri vulneratur patientia Christi: quippe non est vel in justo patiente quieta patientia, ut videatur palàm vulnerata justitia.

Vulnera justitiæ sunt magis sensibiliora, quàm judici facta.

8 Prætereà: cùm justitia unicuique tribuat jus juxta leges præscriptas; necesse est, ut ingrediantur in judicium litigantes, signare portas, quæ quidem à natura sunt aures judicis: & abscisa auriculà Malchi exprimitur vulnus legis; quoniam alter litigantium habet causam indefensam, dum alter profert judicatam judicandam: siquidem aure amputatà, quia affectione læsa, dum accusatus intendit ingredi ad judicij defensionem; qui jus dicturus lege, non habet aurem. Si utràque careret, muneri detraheret sed minimè juri; igitur minoris damni Princeps habetur surdus, quàm malè affectus. Muneri detraheret, cùm nullum audiret, signaretur que fatuus in ministerio, & judicium prolatum sine judicio: verùm unicà aure, deficeret partialis à jure, cùm unicuique partium debeat auditum præbere: patetque vulnus pectoris, ubi præciditur auris; ut exponatur, quantum in tribunalibus damnum, dum pro judice sic sedet teterrimum monstrum: igitur inter damna causà exposità & occultà, minùs nocet Princeps non audiens ullum, quàm unum tantùm.

Singulæ aures à judice dedantur singulis partibus.

Minùs nocet judex surdus, quam partium alterutri affectus.

9 In ipso (ni fallar) testimonio latet digna auditu causa, & hujusmodi perversi judicij indelebilis nota. Haud nactus Petrus, uti intendebat, ictum in caput ministri audacis directum; quippe capite declinante paululùm manum extensam in scissuram validam; duntaxàt *abscidit auriculam ejus dexteram.* Non ita lamentabile, Principem videre truncum, quam auriculà privatum: etenim truncus nec jura diceret, nec jura perverteret; sed cunctas deploderet infeliciter leges, modò auriculà partialis. Ita audiret delatorem, quin audiret innocentem; dedens ultrò & contra jus, quam debebat innocentiæ, etiam aurem delatori. Qui caret auriculà dextrà, tantùm potest audire sinistrà: & auris dextra dicitur præcisa à Petro, in hujusmodi ministro, qui nomine præ se ferebat Principem; ut singuli fugiant hoccine in jure dicundo regimen: quandoquidem Princeps unicà tantummodò aure, nonnunquam audit sinistrè. Affectus vel facilitate indolis, vel nimia credulitate stupidi cordis, vel amore in delatorem, vel denique frigida affectione in apprehensum delinquentem; cum auribus tradit omnimodo voluntatem: fitque judicium ita irrevocabile, quasi delatio de cœlo esset revelata maligni: quare dum à Principe separatur auricula, reo jure præstanda, dicitur remanere cum auricula sinistra; quoniam facto examine actionum delatarum juxta leges, sinistræ semper apparent informationes.

Joan. 18. 10.

Plerunque sinistræ informationes, dum litigantibus non dantur utraque aures.

10 Demùm: Sanari cupiebat patientia Domini vulnerata, ex vulnerata ministri mutili auricula; & cogitans medicaminis modum, *cùm tetigisset auriculam ejus sanavit eum.* O corruptela judicum! Ut benè audiatis est necessarium miraculum: siquidem uti singulare Evangelista retulit, quod integer Princeps in judicium processerit, sicut natura constituit. Illicò ut vidit vulnus, adhibuit medicinam archiater, ne ita fœdè procederet, qui minister: etenim non habens à natura binas præstitas aures, non est minister, sed reipublicæ pestis: statimque in virus apponitur medicina, quia periculum in mora: quandoquidem cùm vires acquirat eundo, unicæ auris ad judicium affectio; modò dilatum ad tempus, esset profectò insanabile vulnus: unde ad judicium medici cœlestis spectabat, dum vel momento temporis virus serpebat; quòd ubi instabat virulenta plaga, esset etiam præsentanea medicina. Ideo addit viso vulnere: *Sinite usque huc.* Satis est.

Luc. 22. 51.

Singulares, quòd judices audiant rectè.

Ni duabus auribus, non est judex, sed pestis.

Ibid.

est. Exponitur de me futurum judicium, dum sic spectatis consiliarium: igitur habentes judices unicam aurem, ipsammet innocentiam tollent in crucem. Restituendus est in pristinum statum, ut meum sanitati etiam restituatur pectus percussum: etenim ingratum pectori, acerbum cordi, & horridum oculis vel simulachrum judicis privatum ornamento duplicis auris.

Luc. 8. 18. 11 *Videte quomodo audiatis*: dixit Magister cœlestis audientibus discipulis. Singulare quippè consilium. Quicquid auditur nonne necessarium? Ad quid igitur cautio audientis in objectis necessarijs? Ut audiatur ritè. Non audit, qui tantùm audit unicà aure: siquidem quod accipitur plerunque tanquàm oraculum, in libramine mentis constat venenum. Constituam vos super terram judicandam Principes: videtè quomodo audiatis; servantes aurem etiam criminoso, dum alteram datis suggerenti, ut sit punitio: non enim erit locus innocentiæ, nec justitiæ, si utranque aurem dederitis susurroni. Non audit qui utrunque non audit. Non stat auditio in audire, sed in auditione rationali: & patet injuria ultra jus & rationem, quòd audiendus judicio non habeat aurem. *Aurem audientem*, ut quid novum indicat Salomon? Ad quid nisi auditui auris? Instructa omninò in receptaculum vocis: utique quod aure perceptum, considerandum; quoniam non omne quod auditur, audiendum. Qui accusatori, vel zelo percito, utranque credit improvidè aurem; habet aurem, verùm nequaquàm audientem: daturque auris & audiens, dum utrunque contendentem audierit judex; quippe sine aurium meritâ distributione ad stateram æquandam recti judicij, deficit superpondium partis contrariæ.

Delatores virulenti.

Judex non audit, si utramque partem non audit.

Prov. 20. 12.

Quomodò surdus in auditione?

12 Olim apud Lacedæmones quatuor auribus pingebatur Jupiter, ut ait Vincentius Chartarius in *Imagin. Job.* fol. 101. & Natal Comit. lib. 2. *Mytholog.* cap. 1. Sine auribus apud Cretenses cultum astruunt Plutarchus de *Isid. & Osirid.* & Causinus lib. 2. *Symb.* 44. Difficilia intellectu simulachra. Sine auribus & aurita. Aptiora sanè & pulchriora, modò dividirentur ornamenta, quoniam tunc neutri deficerent, nec supereſſent aures, cum quibus & sine quibus utraque statua deformis: & uni meditatò additur, quod alteri demitur, in signum pravitatis judicum statuarum, igitur dum alij, plusquàm oportet, audiunt, alij è contrario afflictis nimis surdescunt. Ejusdem statua erat, idem repræsentans erga judices & causas: quandoquidem quas claudebant innocentibus, auriculas duplicatas concedebant delatoribus: semper namque innocentia experitur læsionem, dum calumnia sutelà præoccupat aurem. Si inverteretur auricularum ordo, justitia inveniretur in tribunalium fastigio, datis nimirùm cunctis auribus innocentiæ, & nullà indulta malitiæ: tuncque in justitia innocentia inveniret protectionem; si calumnijs delatorum omninò clauderet aurem. Ergo magis instituto.

Imago Jovis cum quatuor auribus, & nullis.

Chart. Plutarch. & Causin.

Quia dantur aures delatoribus, ob turantur innocentibus.

13 Aures insignia sunt judicum: unde Alciatus *Emblem.* 144. accinit.

Princeps cæcus in judicandis causis.

Signa potestatis summæ, Sanctique Senatus
Thebanis fuerant ista reperta viris.
Cæcus ast est Princeps, quòd solis auribus, absque
Affectu, constans, jussa Senatus agit.

Alciat.

Ita figuntur statuæ Jovis dupliciter aures, & etiam sine auribus videtur statua turpis. Aures conceduntur ad audiendum animalibus, etiam ad examen causarum conferuntur judicibus:

Ne quid hiet, ne quid protuberet angulus, æquis
Partibus ut coëant, ne quid deliret amusis.

Ausonius.

Succinit Ausonius *Edyl.* 16. Duplex auricula statuitur in judice pro rei & actoris auditione, ut suprà vidimus, canitque Achilles Bocchius *Symbol.* 53.

Duplex auricula propria judicum.

Olim Pelleus juvenis cùm fortè sederet,
Judex, & actori alteram
Intereà digito prudens occluderet aurem;
Satis actori est, ait, una:
Servo alteram integram reo.

Achill. Bocch.

Aliquando causa indiget majori examine, quoniam obumbrant studiosè technæ tàm pro causa, quàm pro jure: & imago supremi judicis quatuor auribus signatur, simulque tanquàm surda nulla insignitur; quoniam quantunvis audiant, sunt judices surdi, ni pro jure & justitia clariore, præbeant multiplices aures ad informationem causæ. Vivæ maximè statuæ imaginem Superiores præ se ferunt, si habent aures & non audiunt. Si ita surdi, quid præbentes auriculas solummodò accusatori?

Si causa indiget ampliore probatione, judex partes non retrahat ab aure.

14 Dixi *Tom.* 1. T. 1. D. 6. num. 12. inaures significare subditos, quorum tanquàm ovium ab aure Principum pendent crebri balatus: ideoque Jobo juxta numerum ovium datur pro munere numerus inaurium; quoniam subditus sese minimè Principis, civilis pastoris, profiteretur

ovem, ni in balatu impetraret Principis aurem. *Ovem unam & inaurem unam*, ut majestate dignam constituant aulam & regiam.

Job 42.11

Mell. *Dona ferunt illi, donis solantur amicum. Quilibet & largitur ovem, largitur inaurem.* Modulatur hìc Mellius de Sousa. Nullum gratius Regi justissimo donum, quàm subditorum gemitum habere ab aure suspensum. Vide ibi dicta. Modò considerèmus à Jacobo quænam acta. Ascendere jubetur in Bethel, Dei scilicèt domum, & ipse cunctos jubet purificationis studium, tuncque *dederunt ei omnes Deos alienos, quos habebant, & (ideſt*, ut sæpè notavimus Tomis prioribus, & hìc in *liter.* num. 16. astruemusque *Tautol.* 8. num. 52. T. 11. num. 3.) *inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit eas subter terebinthum.* Hujusmodi idola erant inaures in formam simulachrorum: & licèt à familia Jacob nequaquam culta, sepeliuntur: quoniam sèrìò Domino dicatis, oculis ducta nocet vel sola species. Quàm nocuum erit adorationis obsequium, si ita lædit simulachrum! Ineſt liquidò infatuatio mentis, & propositum claret adorationis: quandoquidem specie inaurium minimè quærunt Deum, à quo pendeant obsequentes, sed qui pendeat tanquam ab aure à voluntate prolubentis cordis. Speliatur hujusmodi philautia, virtutum tinea; igitur hujusmodi spiritu semper spiritus malus, latens in sinu hypocritæ pectoris, sub larva pulcherrimæ spectabilis virtutis. Verùm hoc alibi.

Pendeant ab aure regum gemitus subditorum.

Et *pro* ideſt

Gen. 35.4.

Deo dicatis nocet vel sola sæculi species.

Amor proprius sæpe hypocritæ.

15 Quicquid hìc refertur in exterminium vanæ superstitionis, exercendum in exilium pravi regiminis. Imagines subditorum, quæ sunt querelæ, jus est pendere à Principis aure: & sepeliuntur imagines Principum ab auribus subditorum venustate pendentium; quoniam propudium mentis, & projectio Superioris, quòd ad collatum regimen pendeat à subditis. Aliter cogito: quoniam idolum homo colèbat corde, ejus imaginem suspendebat in aure, quasi quodlibet prolatum vel casu verbum esset ad fidem infallibile oraculum. Cunctos subditos uti suæ simulachra dilectionis, debet Superior vel dum mussitant, habere ab aure pendentes: sepeliunturque sub terra hujusmodi simulachra, cordium regentium idola, ut exulent à regimine: quandoquidem nil magis abominabile; quam quòd Præses aures habens aurem non habeat, nisi idolo quod adorat. Fulcitur acumen ostentum, ex eo quòd dicatur: *Inaures quæ erant in auribus eorum.* Inaures aliquando collocatæ sunt in manibus, ut dum opus esset, exornarentur aures quasi monilibus, ut patet *Genes.* 24. 30. hìc inaures in auribus continuò habentur: pro occasione vel rerum vicissitudine semel assumpta idola nusquàm mutantur: tradunturque meritò terræ oblivionis hujusmodi assumptæ imagines; quippequàm Superioris audientis deturparet effigiem, modò imago solius adorati idoli staret semper ad aurem. Hispanicè: *La imagen del Superior se desdora, quando la de su cariño la tiene siempre à la oreja.*

Præses præsit.

Non est regiminis ordo, ubi regitur affectu.

Perperus si aurem non habeat, nisi idolo quod adorat.

16 Deinde: Aures & inaures vocantur Regum, qui in illorum obsequium lateronum feliciter nanciscuntur officium: de quibus consulesis Jul. Pollucem lib. 2. *Onomæst.* cap. 36. Simulachra inaurium unius tantùm idoli, non plurimorum imagines; ut geminatâ effigie officia agnoscerentur dilectionis. Singulis aures Principis patêre debent, ut subsidia habeant, si icti clament, vel reclament. Cum hujusmodi inauribus, dum vexatus ad aurem appropinquabat voce, alius pendebat ab aure. Si aurem quærebat alteram, ejusdem idoli in altera respiciebat dependentiam: unde necesse erat, vel gratis afflicto, sepelire clamorem, cùm idem idolum cordis utranque obtineret aurem. Cæterò: judicium semper stabilitur pro sententia ferenda ex his; quæ per aurem ad informationem juris sunt introducta, ut auditis partibus proferatur juxta allegata & probata. Capita causæ sunt imagines litigantium, jurè ab auribus Superioris pendentium. Si imagines sunt unius, ab aure excluditur alius: unde innocens cadit causa, quia inaudita; & apparet audientibus in ruinam prava sententia: etenim cùm danda jure, Princeps ab illius pendet tantummodò ore, qui tantùm pendet ab aure.

Jul. Poll.

Non amicitia judicanda, sed causa.

17 Sub terebintho sepelit Jacob, in exemplum recti judicis, hujusmodi idola, sæpè regentium inaures: ibi locus signatus ad inaugurandos reges defensioni populi, ut dicitur *Judic.* 9. 6. & explicandas leges ad reformationem animi, uti habetur, *Josue* 24. à v. 25. observatque Masius hìc v. 26. hìcque meditanter simulachra pravorum sepeliuntur; quoniam in observantiam legis, & institutionem Principis, expedit cunctis, quòd hujusmodi idola confundantur. Pro terebinto Syrus legit: *Rhododaphnen*: ideſt, *Rosælaurum*. Laurus

Terebinthus cujusuâ proprietatis?

Josue 24. à v. 25.

Delatores confundantur.

Syr.

rus in fulmina tanquàm alexivictrix assumitur, ut videri quit apud Sueton. in *August.* hìcque jacent idola, protrita à justitia; quoniam ni longè amandentur à tribunalibus, corripientur respublicæ quasi fulminibus. *Alii vocarunt Rhodaphnen* (ait Plinius *lib.* 16.*cap.* 20.) *sempiternum fronde, rosæ similitudine, caulibus fruticosum, jumentis venenum, idem homini contra serpentium venena remedium.* Nonne vides simulachrum Justitiæ, & Præsidis optimi? Sub Rhodaphne substernuntur idola, ne judices sint jumenta: siquidem judicia cum his inauribus homines lædunt, si jumentis in tribunalibus prosunt. Quapropter ut floreat virga justitiæ, rectitudine, excellentia & æquitate; quiqui pendent ab aure subter terebinthum sepeliendi: etenim ni pateant quibusvis accedentibus aures, ut expediantur causæ juxta leges; quod institutum hominibus in serpentium calumniarum alexipharmacum, jumentis ni nocuerit, erit venenum.

Rhodaphne qualis?

Plin.

Justitiæ symbolum.

Calumnia virus.

18 Quàm ad amussim rationis instruit patrem judicem Monachorum Pater! *Non ab eo persona in Monasterio discernatur. Non unus plus ametur, quàm alius*: inquit S. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 2. igitur ubi plus amor in uno quàm in alio prævaluerit, statera justitiæ gravi corde in regimine succumbet: quippequàm cùm pendeat aure, quod discernitur amore; prodeunt ex pectore idola, quæ ob venenum præsentaneum debebant esse sepulta. Habet igitur statera Principis sine pondere pondus, dum depulsis meritis, inæqualiter æqualibus clauditur pectus: igitur plus quàm justitia ab illo persona accepta, est statera dolosa, mensura sine mensura. Causam exponam *Tautolog.* sequenti. Ut ergo cuncta quadrent ad pondus (desideravit vel Ethnicus *Satyr.* 1. v. 20.)

S. Bened.

Superioris æquitas erga subditos.

Pers.

—*Examenve improbum in illa*
Castiges trutina, nec te quæsieris extrà.

Unde rectitudinis pondus?

Vel si fortè sese quærenti extra (quia idolorum) genio blandiuntur vitia; ubi pendent dilecti, pendeant & alii. Consideret se patrem, imò in accusatione judicem: igitur si cogitet se quoque posse pendêre, ut accinit Horatius *lib.* 1.*Satyr.* 3. v. 72.

Horat.

—*Hac lege trutinà ponetur eadem.*

*** *** ***
*** ***
***

DIDASC. III.

Ad pœnitendum properat, citò qui judicat.

1 CAusam superioris Didascaliæ exponere satago, dum homines, maximè Principes, ita leves videntur in judicio. De pisce Otia, ait Ravis. Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 41. *Aurem habet ventri conjunctam.* Videntur homines sicut hujusmodi pisces, qui quidem in propriam & in alienam perniciem unam tantùm habent aurem, quin cogitent unicum ad audiendum instrumentum signare monstrum. Haud in capite aurem habet, sed in ventre, ut signet sic audientem carere capite: igitur si caput thronus constituitur discretionis inter nocuum & beneficum; auris unica in ventre audientem notat stolidum: quippequàm sine delectu in stomacho ita sedet amicè, quod solùm susceptum aure. *Temeritas est, damnare quod nescias*: infit Seneca *Epist.* 92. Cognitio necessaria est ad discretionem, quæ omninò latet nescientem: proferturque judicium temerarium; quia quod jure patrandum, aure digestum. Aliquod documentum delitescit in istiusce auris locatione, ut qui audiunt in direptionem litium, auscultent rectè. Cuncta observanda, ut jure floreat justitia: aurisque non tàm naturà, quàm discretione conjungitur ventri; quoniam omninò coquendum receptum aure. Errat, qui ad jus dicendum nutritur auditis; quia juxta facta, nequaquàm juxta audita conduntur leges. Horum non debet esse nutritio, sed solummodò concoctio: & ventri adjungitur auris pro discretione judicis; quoniam audita audienda, ut leges digerant, haudquaquàm ut stomacho judicis nutrita sedeant. Vernaculè: *No sera justificado el juicio, si le hiciere todo lo que oyere, buen estomago.* Ubi qualitas cibi non discernitur, virulenta vita exponitur.

Rav. Text. *Otia piscis qualis?*

Senec. *Improbus judex digerens aure, quod debet jure.*

2 Animam sumi sæpe in homine pro mente observat Cicero 1. *Tuscul. qq.* & jurè: siquidem homo non est homo sine mente. Variè de situ mentis locuti sunt Ethnici Philosophi: *Xerxes Persarum rex dixit, animam in auribus habitare*: subdit Textor ubi supr. *lib.* 2.*cap.* 5. A vero ut Philosophus aberravit, sed ut Princeps rem proculdubiò acu tetigit: etenim Princeps surdus judicandus uti mortuus. Mens

Cicer. Rav. Text.

Princeps surdus vitâ mortuus.

jux-

juxta Philosophorum placitum, duce Platone, solium habet in capite : & Princeps in auribus mentem politicè collocat : simulque hominem, vel irrationalem signat; quoniam qui caret aure, carebit mente. Mens constituit hominem : rationem Principis causarum examen: unde sine auribus, ubi collocatur ratio, Princeps judicans causam, non erit homo. De Jacobo dicitur: *Ipse claudicabat pede.* Claudicatio ne est aliunde? Sanè. Qui citò judicat, etiam claudicat : certitudo ex fide dubia rationem sauciat; & sauciatus in mente claudicat capite : quandoquidem si judicii principium nuda ratio, judicium causæ prodit sine judicio.

Genes. 32. 31.

Ubi judicium sine judicio?

P. Syr. *Vix hodie fidei fides est sine fidei dispendio.* Cecinit Publ. Syrus. Quare quisquis judicaverit causam, in justitiæ atque dignitatis excellentiam; citò ne audiat, ne serò pœniteat.

3. In Judæorum populum scitur Amani implacabile odium. Quanta malignatus est inimicus in sanctum ! Perdere conatus est calumniis morigerum innocentem, quoniam unus ex illis tyranni respuebat adorationem. Frequenter igitur calumnia specie utilitatis publicæ, studet propriæ vindictæ & utilitati; nec parcit ambitiosus expendendis divitiis, ut integra perseveret reverentia tyrannicæ ac fastosæ majestatis. Hunc exaltavit Assuerus, sed ut caderet, graviùsque ruina exaltatione veniret. Non tàm dependit impulsus ab instabili Principum gratia, quàm ab impulsi malitia : igitur quod usu crescere quibat in plausum; abusu gratiæ conflatum in immane præcipitium.

Intuitus & ruina maligni in proborum criminatione.

Prosper. *Nullam habet in vobis salvatrix gratia sedē, Inflato excluſa arbitrio, quod fronte superbà Erigitis, spatio ut gravius majore ruatis.* Succinit S. Prosper Aquitanus *In ingrat.* v. 527. Ita de insolentia queritur Princeps cap. 16. Esth. à v. 2. *Multi bonitate principum & honore, qui in eos callatus est, abusi sunt in superbiam, & non solùm subjectos regibus nituntur opprimere; sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt, moliuntur insidias. In tantum vesaniæ proruperunt, ut eos qui credita sibi officia diligenter observant, & ita cuncta agunt, ut omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subvertere, dum aures principum simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callidà fraude decipiunt.* Nihil desideratur in Assueri descriptione, ad cognitionem maligni, maximè si ad honorem erectus, atque elevatus è pulvere : siquidem honoratum, estò indignum, nullus capit dignitatum thronus, quem priyatum augustiùs vel haræ capiebat angulus. Iccircò subditur : *Datam sibi gloriam non ferentes* : igitur ita brevis camera cordis; ut ad tolerandam dignitatum gloriam, deliquio pectora disrumpantur in vesaniam. Obsequiosi superioribus ostenduntur ferè, qui inferioribus fastosi; ignorantibus principibus superbiam, quousque intolerabili pondere labefacta ostendunt ruinam; quæ quidem minimè pateret oculis, ni simplices haberent Principes aures : siquidem non habentes, ab illis honorati, culmina dignitatum; nequaquàm abuteruntur bonitate Principum. *Ex sua natura alios æstimantes* Reges, informationibus lateronum præbent patulas aures : verùm errant corde & mente, hujusmodi æstimatione: quandoquidem nonnumquàm signat errorem, in homine infami suspicari ingenuitatem. Fructus sapit conditionem radicis. Vulpecula etiam cicurata petit aspera montis. O Præsides ! Capite vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas : quippequàm dum affectant dicere verum, ingenuitatis specie *callida fraude decipiunt.* Obsequentes non blandiuntur, sed meditatò insidiantur, mulcimine ambientes honores; ut velint nolint qui conferunt, sint potentes, & nequaquàm decidant à præmeditatis vanis cogitationibus, etiam invitis Principibus, uti contigit Regi David cum Joab, quasi semper requiesceret ira Dei. Hæccine in regimine pectoris generositas erit omninò fatuitas : igitur ab illis inveniuntur suffocati vel confossi, quos elevarunt à stercore. Vel servus Mardochæus cognovit, quod Assuerus consuetudine ignoravit: cæterùm excitavit ab imo pectore pœnitudinem, erga vilem habuisse pectoris facilitatem : etenim dedecus Regi constituere in principem principum, quem vel servus & ad januam non admitteret in servum.

Esth. 16.

Ejus artes.

4 Ecce paraphrasis resipiscentiæ regis : secretius utique molimen fraudis, quod quidem ni Dominus extricasset, totus populus periisset. Præclarè sese gerebant Judæi etiam in captivitate, quin mores mutarentur conditione : quandoquidem indigenis fideliores, Principem liberarunt à periculo capitis. Subvertere cupiens innocentem populum; secretà informatione de novitate legum, de despectu Principum, de insolentia subditorum; cunctorum internecionis, ab imperatore

Ama-

Non capit thronus, quē capiebat angulus.

Vers. 3.

Deliquium in susceptione dignitatis exprimit indignitatem recipientis.

Vers. 6.

Cicurata vulpes etiam petit aspera montis.

Prognostiçon extermìnii regimen in manu servi.

Ad frustrandum malignitatis intentum, necessarium est totum cœli propositum.

Amanus subdolè nactus, decretum suspendit in Susis, atque præfixit in palatii valvis. Proh nefas! Quanta in uno facinore sunt crimina! Omnes perituri unius tantùm delatione? Utique. Ni manus Domini obviaret, totus populus quanvis innocens periret: equidem ad frustrandum malignitatis effectum, est necessarium totum cœli propositum. Judæi ad Principem non recurrent? Quid ergo facient? Morte sanè prævenirent mortem: quisquis non vocatus atrium regis ingrederetur, *absque ulla cunctatione statim interficiebatur.* Hoc erat calumniæ artificiosæ, atque pectoris improbi excogitatum propositum; nullum scilicèt subditorum sine capitis dispendio ad Superiorem posse habere recursum. Liquet summa calamitas, & quàm nocua in regimine regum facilitas: quandoquidem calumnia quà voluerit, & ubi, quit adesse Superiori; & innocentia nec pedem movere potest sine periculo vitæ.

Cap. 4. 11.

Etiam clamor innocentiæ plectitur capite.

5 Unde tanta ruina in subditis? Dixit Assuerus: *Aures Principum simplices.* Inde? Sanè. Principum decet esse duplices aures, & inde casus quia tantummodò simplices. Auribus potiri debent, ut omnes subditos audiant, & lites dirimant: quod quidem exerceri nequit, ni auris sit duplex, ut defensio opponatur accusationi, evanescatque calumnia, perpensà causà: ubi præcluditur accessus partis læsæ & judicandæ, maximè pœna capitis; habet Princeps aures simplices, in exterminium regni, atque cladem vulneratæ reipublicæ: etenim calumniæ ad Principem pervius datur introitus, & innocentiæ proponitur impossibilis recursus. Hujusmodi status perplexitatis in Persia Judæos premebat, & hoccine flagello calumnia percutiendos verberabat. Peribant, si accedebant: si aberant, nihilominùs peribant. Quid non paterentur innocentes, dum crimen pendebat à nocentis lubidine voluntatis? O tempora! O mores! O mores temporum! In quibus vel religiosis grave non argueretur peccatum, ubi accessus ad Principem plectebatur ut flagitium?

Cap. 16. 6.

Dedecus Principum, ubi calumniæ introitus, & innocentiæ negatur accessus.

6 Cuncta erat in extrema discriminis regula. Perventum ad decretoria, ita ut lumen Judæorum non tantùm pateret obscuratum, sed penè extinctum. Esther regina per patruum ad unguem novit, verùm ire ad regem renuit. *Quomodò ad regem intrare potero?* Cur non? Causa patet publica, clamat in cœlum vulnerata innocentia. Sanequàm, verùm non parvo discrimine defendenda publica causa: & ubi vitæ periculum imminet, unusquisque sibi consulit. Si vocaretur, introiret in defensionem causæ: non vocata, videbatur legi & voluntati regis opponi: renuitque ingressum, etsi pessundet periculum; ne amittat gratiam Principis, gratià damnatorum protectionis: quippequàm à calumniantibus prædicabitur effrænis audacia, quæ justitiæ meditata custodia; & quod decretum pro defensione & libertate innocentium, molitum tantùm in resistentiam voluntatis Principum. Perpendite. Qui ingrederetur non arcessitus, illicò jaceret mortuus: qui verò vocatus adibat, etiam calumnians & vivebat & florebat. Omninò turpe, ubi ad Præsidem non accedunt nisi vocati. Ad omnes sese extendere debet Principis auris, quoniam omnibus constitutus est Princeps. Dum non accedunt nisi qui electi, solummodò volitorum dicentur causæ: & Esther ingredi ad regem meditanter resistit, qui tantùm vult judicare quod voluerit.

Vindicatio justitiæ à calumniatoribus arguitur audaciæ

Turpe ubi ad Præsidem non accedunt, nisi vocati.

Alia subest causa. Inauditis Judæis, sed calumniatore tantùm, pendet Susis illorum interfectionis edictum. Binas auriculas utrique singulas distribuendas parti, dedidit Princeps criminum impostori, quam ita rationi conspicua, ita veritate firmata, ita cunctis manifesta; ut nulla vel raptis glossis auderent favere jura; cùm sola si audiretur innocentia retunderet, & delatores falsitatis argueret. Damnabat Assuerus non lege sed voluntate, cùm nullus accusatus staret juri: timetque Edissa estò regina & dilecta ingredi ad regem, qui ad dirimendas causas unicam habebat aurem: quandoquidem instar mustellæ quæque concipiebat aure, parturiebat ore, quin plausu ductus, blandimine allectus, potestate stimulatus cogitaret de jure, modò conceptum aure, donaret luce, quanvis fotum judicio totum informe. Vigilantissimè Benedictus Pater *Regul. Sanct.* cap. 2. *Quantum sub cura sua* (Abbatem monet) *fratrum se habere scierit numerum*, &c. Sat ad acumen. Numerum notat, dum justitiam Superioris indicat: etenim ubi audierit tantùm dilectum, erunt cæteri extra numerum: aureque tribuendæ juxta numerum fratrum, ut fiat rectum à Superiore judicium: igitur minimè judicandum pro dilecti lubedine, quasi audiendi in judicio non essent alii. Si cunctorum sunt aures, audiantur omnes.

Periculum, adire ad Præsidem qui unam tantùm habet aurem.

S. Bened.

Cap. 4. 11.

7 Cæterùm unde timor in regina? Unde

de cautio ? A vitæ periculo ? Nullo modo. Cogitavit in horum systemate tantùm amittere vitam, & vel cum vitæ jactura relinquendam rem infectam. Consideremus sequentia, & firmabuntur priora. Eò perventum est, ut ipsa parvipendens vitalitatis discrimen, ultimam conciperet, nullam sperare salutem: unde audax contra legem pro populo coram principe apparuit, sed illicò consternata genibus corruit. Languet, obmutescit, ingressus extensione sceptri remittitur, verùm illa minimè confortatur, quoniam in libertate vel periculo empta, Principe viso, etiam spes concepta cecidit causà. Perscrutemur animum respondentis, & occultam hucusque causam timoris. *Vidi te domine quasi angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.* In nodum incidimus. Gloria & majestas lætificant animum, quantunvis mœstum, & omni solamine destitutum, maximè si homo videtur ut Angelus, quo sanè viso reviviscit pectus: timore cor percellitur, & vitalia comprimuntur: quo pacto præcordia concipiunt intimè metum, dum judicem in solio videt ut angelum ? Quando magis timendus in judicio formidabilis & fallibilis homo, nisi ubi sederit uti angelus in judicio? Homo quia homo, potest diverti, averti, converti, reverti: potest judicio errare, verùm potest resipiscere: potest cognoscere deceptionem, si revocaverit mentem: angelus verò semel conversus semper conversus; semperque perseverat judicio addictus: quapropter Esther ut judicem urgentis causæ tanquàm angelum vidit; timor cor intra vitalia compressit: quoniam semel affectus in calumniam; uti angelus in judicio nequibat judex revocare sententiam.

C. 15. 16.

Regiminis ruina, ubi mutatà causa, irrevocabilis data sententia.

8 Appositè canit Phædrus *lib.* 3. *Fab.* 49.

Nil spernat auris, nec tamen credat statim:
Quandoquidem & illi peccant, quos minimè putes;
Et qui non peccant, impugnantur fraudibus.

Phædr.

Homo vel ex his quæ passus vel legibus doctus, quia scit sæpe impugnari innocentiam, fraudibus, & cuniculis prævalere malitiam, causam agit & agitur præscripto jure, ut adhæreat justitiæ omnimoda informatione; quia sæpe qui minimè delinquere putantur, securiores opinione delinquunt, & qui longè à criminibus, delationibus & fraudibus appellantur. Imò dum sententiam concipit, corrigit, ante quàm fulminet, quin erubescat judicii emendare errata, intelligens parti adversæ favere jura: labiturque Esther proposito desperato, dum principem vidit tanquàm angelum in throno; quia nec jure, nec arte, nec legibus, nec rationibus, nec causà, nec innocentià quit revocari, cùm sit homo, à judicio phantasiæ semel concepto.

Non est homo, qui hæret pertinaciter semel concepto.

9 Ex ipso contextu claresci per antilogiam, quantus furor regis judicis in Ediffam. Stetit igitur contra regem, & quanvis specie & splendido cultu spectabilem cunctis reseravit pulchritudinem; rex *cùm elevasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinavit caput.* Longè videtur hujusmodi descriptio à relatione Esther, cùm in utràque dicatur languisse cor. Hic signatur furiosus; pòst velut angelus. Hìc radiantibus oculis præ concepta iracundia: posteà facies gratiarum undique plena. Quomodò corripitur angeli venustà specie, & simul corruit, viso principe, furore? Quia in solio judicem vidit ut angelum; hominem præconcepit ut furiosum: igitur non revocari à judicio semel facto, quanvis deceptus judicio; non est hominis juxta naturam, jura & leges judicantis, sed mente lapsà & judicio præ potestate furentis. Firmari in bono cognitione boni, est proprietas boni Angeli; manere in malo specie bonitatis, vel quia semel scopus electionis, proprium est dæmonis. Jure ingruit in homines formido, ubi homo ita sedet in solio, defendens proposito malum, quippequàm semel conceptum: siquidem (furore percito, & dignitatis vanitate nixo, quasi careret auctoramine, judicii semel facti mutatione) dum in solio conditione hominis imploramus judicem hominem, apparet homo animo & corde transformatus in dæmonem.

Vers. 10.

Sed furiosus, dæmone percitus.

Imò dæmon.

10 Nonnumquàm tuli ægrè plausam vulgò prædicationem Superioris, judicis, Principis, scilicèt: *Angelus est.* Liberet nos Deus sua benignitate ab hujusmodi Superioris conditione. Deus ut homines redimeret, non angelos, sed semen Abrahæ apprehendit. Regnum cœlorum confertur homini regi, homini negotiatori &c. diversa proponuntur exercitia, distincta materia; sed non natura: igitur necesse est ad judicandos homines, quòd sit conditio flexibilis; & nativa cogitatio, quod possit decipi ut homo. Unde sibi & dignitati dedecus, dum signatur homo fragilis, ut ange-

Cadit respublica, ubi homo judex conditione angelica.

gelus; qui profectò ut homo posit errare, & ut angelus non posit ab errato resilire. Zelum habebat Elias, prodigens vitam pro stabilitate Religionis, at *homo erat similis nobis passibilis.* Joannes Baptista ad dandam scientiam salutis populo, lege nutrito, etsi dotibus angelus, tamen *fuit homo.* Non habebat angeli conditionem, sed puritatem, qua non faceret nisi bonum; verùm estò bonus, cogitabat ab hominibus posse perpetrari malum; minimè juxta proprium cogitans aliorum corda, sed juxta facta, ut patet Luc. 3. à v. 10. Hoc est verum judicium, & sententia juxta discretionem legum: non autem qui malus semper malus, & qui bonus semper bonus, non aliâ causâ, quàm quòd judex angelus: siquidem cùm judicium oriatur ex actis; calamitosa sors hominis, modò causa dirimenda juxta factum, vel vincat vel vincatur juxta judicis judicium. Judicium hominis est instar speculi, fœda ut fœda, pulchra, ut pulchra repræsentantis vividè; nequaquàm pulchra ut fœda, & fœda ut pulchra. Judicium angeli quod semel decrevit ut bonum, estò malum, semper bonum: & à causis hominum meritò exulat angelorum judicium; quoniam in judicio revocabilis hominis, undique turpe judicium irrevocabile.

Jacob. 5. 17.

Joan. 1. 6.

Homo angelus, malum signum in congregatione hominum.

Causa dirimenda juxta factum, non verò juxta judicis judicium

Judicium quare ut speculum?

11 Hinc constat quàm pravum erga hominum facta immutabile judicium; & quantùm distet examen stateræ à bilancibus aurium: dicit causam vel Profanus in *Chœphor.* v. 50.

Plus Deus (idest, *judex*) *Deo inter mortales potest.*

Æschyl.

Momentum speculatur justitiæ
Celeriter, hoc quidem in luce,
Hæc in intercapedine tenebrarum.

Lux ab actis provenit, umbra tenebrarum ex judicio, vel apprehensione claret: unde justitiæ momentum exploratur solummodò per actus; quoniam pondus tantùm judicij Superioris non habet pondus. De capreis ait Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 27. ex Plin. *lib.* 8. *cap.* 50. *Auribus spirant, non naribus.* Capra est symbolum capitonum, addictorum judicio, devia sectantium; igitur ab singularitatis insigne, nec commune respirare. Quapropter si reliqui tantùm vivunt, ex quo vivunt; caperatæ qui frontis tantùm vivunt, ex quo audiunt. Hinc qui machinatur in proximos mala, nititur quod flatibus repleatur auricula; quæ ita in his capitonibus vellicatur dulcedine venti pro respiramine; ut ablatis rumusculis, quibus nutriuntur, quasi sine respiratione vel suffocati moriantur. Ibi sentiunt judicis vulnera, ubi arbitratur miser regiminis esse arcana, advolantes tanquàm examen muscarum, ut nihil aliud cogitet, nisi quæ suggerunt: inveniturque plerunque spe frustratus, & subditis, etiam perperis, odiosus; quoniam cerebrosus & tenax impos mentis, ad capræ similitudinem flatum sumebat per aures. Hac de causa tot pendent ab auribus principis, dum ille pendet ad vitam à vocibus mussitatis delatoris. Sine hujusmodi artificio delatores nihili essent; & ut sint, sunt delatores, nescientes, vel amplexos ita nihili haberi, ut semper pendeant in aëre; ubi adinstar Absalomi vel interibunt ruinà, vel transadigentur lanceà. Communis est casus, tametsi ab his non prævisus, quin respiscant videntes contritam machinam: verùm mutato Præside, jam cognoscunt esse nihili: siquidem hujusmodi auratæ detestabiles inaures semper pendent à respiratione recipientis.

Rav. Tex.

Qui facilis fidei plerunque obdurati cordis.

Ni essent aures, deficerent delatores.

Utrorunque ruina.

12 *Aures homini tantùm immobiles:* ait Plin. lib. 11. cap. 36. *in omnium jumentorum genere indicia animi præferunt: fessis marcidæ, micantes pavidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris.* Quàm aptè in homine immobiles! Igitur solummodò jumentorum, dignosci animum per aures. Ut moveat aures Præses, accedit susurrus, & ut cognoscat quid continet pectus, an ibi cor langueat, an furat, an paveat, vel an laceseat. Si semel voti non compos, geminat falsam speciem, an moveat aurem. Caveat judex, ne neget per delata rationalis conditionem: quandoquidem aures hominis signantur, per immobilitatem. Quoniam immotæ aures hominis, ut tantillùm inclinentur, cogitatæ sunt inaures. Auris vel levicula motio, est pectoris ostentatio, qua tota machina regiminis ruit, & consilium cum mente Præsidis jacet: tunditur hinc & illinc, ut deviet à bono concepto, vel ubi duxerit inauris pendentis declinatio, aut inclinatio: unde probrum dignitatis & Præsidis; siquidem non est homo, ubi firmæ non sunt aures. Ad aures intendunt maligni perducere decreta, quæ tantùm rationis pignora. Mens volatilis, aures immobiles. Mens volatilis, ut judicium conficiatur, & nequaquàm inficiatur per audita. Aures immobiles, quippe erunt promptissimæ ad audiendum omnia, quin cognoscatur animus, nec pelluceat verbo pectus: igitur pro judicio vero, & jure juxta allegata dicundo; in judice de-

Plin. *In jumentis cognoscitur animus per aurium motus.*

Judices decent, mobiles cogitationes, verùm immobiles aures.

bent esse mobiles cogitationes, verùm immobiles aures.

13 Constitutio ipsarum dirigit Præsides in plausibilem politicen. Non ex carne sola sunt constructæ, neque ex osse, sed tantùm ex cartilagine, quæ profectò nec habet quantam caro, docilitatem, neque quantam os, duritiem. Si auris ex osse, cuncta resilirent, & Præses durus. Si caro solùm, cuncta crederet, & judicaretur fatuus. Prædita debent esse mediocritate, non facilitate nec duritie: etenim immobilibus auribus, cognitis legibus; in rectum judicium, & decisionem causarum, nec omnia à judice audienda, nec respuenda omnia: cæterùm inaures excutiendæ, ut constet cunctis integritas sententiæ judicis, ne pondere lateronum moveantur aures. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Pro ornatu aurium sponsæ conficiuntur murenæ vermiculatæ. Murenæ sunt animalia venenosa, quorum vulnera lethalia, ad quorum similitudinem, aurifices pretiosam ducebant inaurem, ut obiter dixi *Tom.* 1. T. 4. D. 5. à n. 6-2. T. 1. E. n. 22. & hìc in *Liter. expos.* latè n. 22. Cur ergo dum inaures disponuntur pro cultu Sponsæ in solio cum Salomone sedentis; dicuntur murenæ, & non dicuntur inaures? Quoniam inaures in judicantium ornatus, non sunt ornatus, sed virus. Illis in ima propendent aures, & fiunt pondere declives, cùm ad ferendum judicium concedatur vel à natura immobilitas aurium: & ubi in regentibus vel imago in aurium, aures Principum trahentium, non dicuntur inaures, sed murenæ, quæ vel solo flatu noxiæ; quippe inaures, quas cogitant Principes in ornatum, pro ornatu artificio movunt dulce lethale venenum. Multoties materia adjuvat similitudinem seu imaginem in reipublicæ discrimen; etenim magis quàm effigies, allicit aurum, dum mordet. Si nocua murenæ similitudo, quid vermiculata argento? Venenum & venenum, impio prævalente adversus justum, quo judicium egreditur perversum. Virus & virus, quo tabescit pectus; quin aliorum corda, tabe confecta, sint in tenacitatem medicina: quandoquidem frequenter qui virulenti, tanquàm ludibria genij pendent ab aure.

Cur aures ex cartilagine?

Cant. 1, 11.

Susurrones sunt virus in Præsidum auribus.

Cur placent?

14 *Murenulas vermiculatas argento.* Amandetur & longe inaurium similitudo: siquidem putrida auris, ubi in aure degunt vermes. Amandetur: aliter judicium sum audiente periclitabitur: etenim vermis auris transfertur in habitationem cordis, stimulante conscientiâ, ob temerè credita & faciliùs audita. Unde scatente pectore vermibus, vel amittenda vita, vel vocanda pœnitentia: igitur ad pœnitentiam properat citò qui judicat. Vidimus ab Assuero meditatam stragem. Ergo cogitemus pœnitudinem. *Nos autem à pessimo mortalium Judæos neci destinatos, in nulla penitùs* (ait) *culpa reperimus. Unde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas.* Quid hoc? Juxta legem Persarum & Medorum omne decretum à rege non licebat immutari, ut dicitur *Daniel.* 6. 15. Quo jure ab Assuero irritantur decreta? Ut gaudeat vitâ: igitur verme conscientiæ pœnitendum, vel moriendum: & ut faciliùs vel tabe affectus conservaret vitam; quia temerè judicavit, cucurtit citò in decreti pœnitentiam. Quasi in transitu rem ago, latiùs discussurus aliam causam, qua in pertinaciam judicij persistit pectus, hìc *Tautolog.* 7. *Did.* 2. & 3. maximè à n. 7. ad illud Exod. 3. 16. *Visitans visitavi.* Quisquis sibi & bono publico consulit, à malis vel auctoritatis majestate respicit, suspendens calumniatorem, ne latret ad aurem, justo judicio & justitia; ut qui ab aure pendebat, pendeat in furca. Exterminet serpentes venena efflantes; quippe minimè condecet Principes, quòd ab aure dependeant, ut murenæ, qui idola cordis. Cuncta audiat, & judicet in statera judicii, ut stet monumentum æquale juris, comite felicitate: etenim ut observat Caspar Barthius in libr. 1. *Claudiani in Rufin.* v. 35.

Esth. 16. 15. 17.

Pessima decreta revocanda.

Ut pœna culpæ respondeat, Princeps criminatores suspendat.

Et ratio mensura boni, quâ semper adhærens
Felici gressu felix comitatur honestas. Barth.

DIDASC. IV.

In regimen non tam floret intentionis bonitas, quàm discretionis dexteritas.

1 DOcumentum patet experientiâ cunctis notum, ut seriò de eligendo Præside fiat à suffragatoribus judicium: etenim ad regimen habenarum dignitatis, alia est ratio boni viri, alia ratio boni civis. Patuit in Galba Roman. Imperatore, de quo criticè Cornel. Tacitus lib. 1. *Histor.* cap. 49. *Metus temporis obtinuit, ut quod segnitia erat, sapientia vocaretur. Major privato visus, dum privatus fuit, & om-*

Alia ratio boni viri, & boni civis.

Corn. Tac.

omnium consensu capax imperij, nisi imperasset. Vulgatum per ora omnium, quod ille etiam dixit de Caligula lib. 6. *Annal.* cap. 20. *Neque meliorem unquàm servum, neque deteriorem dominum fuisse.* Quod quidem elucet in Saul, primo Monarchà Israël, quo privato non erat vir melior illo; verùm enim nullus pejor, dum sedit in solio. Quanta fovenda in pectore diffidentia erga electum, estò bunum; ubi ita languit, qui super omnes eminebat ab humero & sursùm? Exitus probarunt acta, quia virtutis lapis Lydius dignitatum culmina: tùm quippe strenuitas Principis non est plausibilis ab introitu, sed à dignitatis exitu; tùm quia liquet, qui bona faciunt, quoniam mala non possunt; vel faciunt bona, ut possint facere mala. Hisp. *Buenos à mas no poder, ò à no poder mas*: vel quia ad malum ligati, vel quia ad bonum inviti. Hos dignitas probat, dum blanditur; vel potiùs subdolè insulis insidiatur, patente in concurrentia expeditionum imbecilitate, vel falsitate virtutum, quibus imperio dignissimi essent, ni ad imperium perveniissent.

Idem.

Vel bonus semper timendus in dignitatem assumptus.

Artes ambitionis.

O miseras hominum mentes! O pectora cæca!
Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis
Degitur, hoc ævi quodcunque est!

Lucret.

Canit Lucretius lib. 2. de *Rer. nat.* v. 14. Anxietatem, & pœnitudinem succinit Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 84.

In Regna Lavini
Dardanidæ venient (*mitte hanc de pectore curam*)
Sed non & venisse volent. Bella, horrida bella.

Virgil.

Bella: igitur ut defendant errata, è causis surgit discordia, minimè respondentibus expectationi cunctorum, qui propter apparentiam dotium elevarunt in fastigium. Veniunt in dignitatem; & subditi frustrati spe illos venisse in regimina nollent: quippe quos arbitrabantur eminère lamentantur succubuisse.

Causa tædij electoris de electo.

2 Claudicasse Jacobum, cùm ante Angeli favorem rectè ambulasset, Moyses describens conflictum, dixit. Rab. Jonathas, ut vidimus in Version. *E. lit.* n. 45. *Ipse cœpit ambulare, & claudus erat.* Symbolum præ se fertur fortunæ privatæ & publicæ. Si claudus, necesse erat, non ambulare rectè: verùm miserrimum, quòd qui privatè ambulaverat rectus, honore assumpto notaretur claudus. Longè distant à regimine spes præclaræ, quæ dotium calore fotæ; quoniam licèt propositum sit ad amussim virtutis, jacet extra mensuram phronesis, quæ expetit nares emunctas, ut subodoretur Præses tam veritates, quàm larvas. Juxta discretionem, non juxta conscientiæ examen, rectum egreditur regimen: haccine spe, qui Superior præclaris instrumentis, tollitur in dignitatem: caduntque corde, qui elegerunt avidè; quoniam illicò ut ambulare pro dignitate cœpit, qui utrinde justus & rectus, claudus apparet. Mentis albæ vox frequens: *Quis cogiteret? Cujusnam in mentem hoccine deliramentum veniret?* Respondet Cicero ex Polybio 1. *Tuscul. qq. Indecora vox sapienti: Non putabam*: dedecorat incogitatio nusquàm sopiendam prudentiam: vigilanterque de Jacobo dicitur, quod claudicaret pede; siquidem qui alios per illos nos discreverit mente, claudicat capite.

Genes. 32. 31.

Rab. Jon.

Qui ante electionem rectus, sæpe pùst procedit claudus.

Indecora vox regenti: Quis putasset? Cicer.

3 Causam profert Seneca, ad *Polyb.* cap. 26. *Magna servitus est magna fortuna. Non licet tibi quicquam arbitrio tuo facere: audienda sunt tot hominum millia: tot disponendi libelli, tantus rerum ex orbe toto accurentium congestus:. Non licet tibi flere, ut multos flentes audire possis. Cæsari quoque ipsi, cui omnia licent, propter hoc ipsum multa non licent. Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vocationem illius occupatio. Ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicavit, sibi eripuit: & siderum modo quæ irrequieta semper cursus suos explicant, nunquàm illi licet nec subsistere, nec quicquam suum facere. Ad quendam itaque modum tibi quoque eadem necessitas injungitur: non licet tibi ad utilitates tuas, ad studia tua respicere.* Sol non sibi oritur, sed alijs, officium designans Principis, qui profectò cùm totus non sui sit, sed dignitatis; ex quo orbis terrarum regimini se dicavit, sibi penitùs eripuit. Quisquis est in privata fortuna, bonus est, si sibi bonus: qui verò eminet dignitate, non est bonus, quanvis bonus sibi. *Non salvatur rex per multam virtutem*; cùm virtus respiciat solummodò regem: & in regimine virtutis honos semper ad alios. Pastor est, sed ministerium nequaquàm implebit, qui se tantùm custodierit. *Sciat Abbas* (ait Legislator N. Gloriosus Benedictus *Reg. Sanct.* cap. 2.) *culpæ pastoris incumbere, quicquid in ovibus pater familias utilitatis minus potuerit invenire.* Intendite, ò Præsides! Ratiò exigitur etiam de utilitate possibili, de utilitate minori, qui potiùs de utilitate: neutraque possunt præut intenditur, in subditis in-

Senec.

Princeps non sibi, sed subditis vivat.

Si alijs non bonus, non bonus.

Ps. 32. 16.

S. Bened.

Onus Prælatorum quantum!

inveniri; ni in fastigio dignitatis sit Præsidis spectabilior majestas, illorum quoad fieri possit, amplior & amplior utilitas. Bonus accidit eligi pastor, custos ovium; & afflolet electionem sortiri pessimum exitum. Unde tanta clades? Non est bonus bonus, ni bonus ad oves: agitque perperam Superiorem; quia factus pastor, cùm pertineret ad gregem.

Non est bonus, ni bonus ad oves.

4 Electio celebris, prævaricante Juda, ut abiret in suum locum (nimirùm infernum, cùm loca signentur juxta merita, & minimè juxta munera) facta est, sorte favente Mathiæ. Sors fuit cœli, non cæcæ affectionis:

Juvenal. *Quales ex humili magna ad fastigia rerum Extollit, quoties voluit fortuna jocari.*

Ut ait Juvenalis *Satyr.* 3. v. 39. Sors cœli, quippè signatus divinitùs, ut observat Dionysius de *Eccles. Hierarch.* cap. 5. Sanctius hic num. 62. & alij. Signo utique divino; siquidem gratulabunda ad munus hominis decreta electio, ubi apparet plusquàm homo. De cœlo signatur in apostolatum, licèt interventione suffragiorum: optima sanè constitutio, dum eligitur qui designatur à cœlo. Signum hoc, ait Antoninus 1. *part. tit. 6. cap.* 2. fuit radius lucis è cœlo demissus super eligendum Mathiam: vocalium portendit etiam electionis lauream; quandoquidem gloria summa suffragantium, eligere hominem splendoribus plenum, qui non tàm fulgeat credita dignitate, quàm dignitas sumpta instrumentis electi. Dionysius Carthusianus asserit, columbam cœlitùs delapsam sedisse super eligendi caput, ut jungeretur apostolico collegio. De dignioris electione cogitabant Apostoli; & respondit signis cœlum nudæ suffragantium voluntati. Nesciebant eum, verùm minimè signis aberravit cor: super quem videritis columbam de cœlo descendentem, hic est. Obiter nota, Apostolis Christum reliquisse in eligendum, suffragium, cùm sede vacante posset ipse designare ex potestate eligendum. Quorsum, quod potest, hominibus credit? Ita dicitur statutis duobus: *Dederunt sortes eis.* Idest, suffragia, aut schedulas signatas utriusque nomine, ut dicam *Tom.* 8. *Tautol.* 9. Sciebat Christus quos elegerit, & exules ab ambitione (in carne licèt) longè à sanguine & carne: liberosque arbitrio proprio reliquit, postquàm ille electores elegit quoniam digniore ad electionem propositio, nunquam frustratur in conclavi propositio. Ubi propositio digniore decora, nullius declinant suffragia: ubi verò indigna, semper adhibenda cautio; quippequàm suspiciosa est electorum electio. Poterat etiam dici, quòd ab his eligendus erat socius, cum quibus ipse victurus.

Electionis rectæ signa.

S. Antonin.

Excellentiæ S. Mathiæ.

Act. 1. 26.

Qui extrà affectionem, eligunt juxta mentem.

5 Ergo instituto Didascaliæ. *Statuerunt duos* (igitur ex uno non est electio) *Joseph, qui cognominatus est Justus, & Mathiam*: inspectàque urnà suffragiorum, *super Mathiam sors cecidit*, & nequaquàm super Justum. Pares meritis, fide ac virtute excellentiores concio tota nominavit, sed cœlum Mathiam in Apostolum elegit. Si qui virtute & sanctitate pollet, cœlo acceptior, & ex candidatis dignior; quo jure Mathias prælatus; & sine dignitate, qui cognomine Justus? *Justus dicebatur, idest vir sanctus*: subdit hìc Mariana. *Justus ab insigni justitia & sanctitate*: Alapide. Et justus repellitur? Et alius præponitur? Summo jure. Verùm quare? Dotes ipsæ quæ videbantur ministrare suffragium; ut justus esset, à munere repulerunt: igitur si illum susciperet thronus, forsitàn non esset justus. Dignior est (collatione instrumentorum, & ornamentorum facta) quisquis ministerio aptior, non qui doctior, nec qui justior; quoniam non nititur regiminis gratia sanctitate aut literis, sed prudentia. Optimum, nexus utriusque, & desiderabilis; igitur omne fert punctum qui pollet justitia, & literis. Si deest alterutrum, prudentis erit suffragium: repelliturque à cœlo, qui cognomine justus, eligiturque Mathias qui erat & justus & doctus; quia non eligendi, quibus dignitas servit in regimine, sed solummodò qui serviunt dignitati.

Verſ. 23.

Verſ. 26.

Bonus aliquandò non admittitur in munus, ut fit bonus. Marian.

Alapid.

Non eligendus cui dignitas servit, sed qui servit dignitati.

6 Ratio prompta. Sanctitas oritur ex gratia, nostræ justificationis formà, qua anima accepta, grataque Deo; esse divinæ naturæ cum illa participato. Hæc forma solummodo habenti deservit; quin, tametsi velit, alicui à se communicare possit, nec potus ex torrente voluptatis doni cœlestis, queat in alios derivare fontes: minimèque à cœlo eligitur, qui insigni sanctitate Justus cognominatur; quoniam illam dignitatem solummodò habebat sibi, & qui sibi soli, non est bonus dignitati. Aliter. Vivit qui regit, sed minimè regit, ubi sibi tantùm vivit. Est sibi bonus, si justus: attamen in munere non est justus, qui sibi bonus. Mathias erat justus in propriam utilitatem, erat bonus in aliorum regimen. Utilis sibi, gratiâ gratum faciente. Utilis subditis & socijs, gratijs gratis datis vel acquisitis. *Animo purus*

Qui bonus tantùm sibi non est bonus dignitati.

(ait

(ait Levita Treverienſ. in *vit. ejus* ad calcem oper. Abdiæ Babylon.) *in ſolvendis Sacræ Scripturæ quæſtionibus acutiſsimus, in conſilio providus, in converſatione nudus penitus, & expeditus. Informabatur animo ſemper ad virtutem, ut eſſet ad miſericordiam facilis, ad intelligentiam habilis, in proſperis non elatus, in adverſis conſtans & intrepidus*, &c. Idem aſtruit Antoninus ubi ſupr. Ecce electi dotes. Sibi ſcilicèt bonus & aliis: & hic eligitur in Apoſtolatum, vel dum Juſtus confertur pondere dotium; quoniam dignitas non conceditur in commodum recipientium, ſed in auxilium & levamen inferiorum.

S. Mathiæ dotes.

Levita Treverienſ.

Dignitas Præfidū in commodum inferiorum.

7 Sunt gratiæ gratis datæ, & gratia juſtificans. Hæc in recipientis tribuitur cum dante unionem, amicitiam, & neceſſitudinem: ille in proximorum utilitatem. Juſtus gratiam ſibi habet; cum gratis datis, qui honeſtatur, aliis ſervit: igitur dantur in ædificationem fidelium, ut per illas deſiderent avidiùs fontem gratiarum: nequaquàmque qui ſibi gratiæ dignitatem incommunicabilem habet, thronum poſſidet, ſed qui aliis gratiâ deſervit, ſiquidem nec ſibi vivit elevatus ad thronum, qui ſibi tantùm. Undè ſibi prodeſt, quiſquis ſeſe ſibi eripit; quia commodum ſolummodò cogitandum, quod commodum ſubditorum. Ridiculum ſanequàm, quod Præſes incumbat orationi, ubi debet ſtudere ovium creditarum utilitati & regimini. Verùm de hujuſmodi ſtoliditate, ſanctitatis ſpecie, agemus hìc *Tautol.* 11. *Didaſc.* 3.

In illa nec ſibi vivit, qui ſibi vivit.

8 Ulteriùs: Uterque præſcriptorum capax muneris tanti momenti, ut ſplendidè ſinguli fulgerênt in dignitate. Mathias in lege doctus, Joſeph cognomine & gratiâ Juſtus. Sanctitas ex gratia oritur: dignitas juxta merita jurè conceditur: & non fit electio juſti, ſed docti; ut conſtaret, quomodo electores electi ſtarent rationis & non voluntatis juri: ſiquidem ut electio ſit cunctis numeris abſoluta; minimè attendenda gratia, ſed ſolummodò juſtitia. Ille ſolùm eligendus, qui fuerit aptus: at non aptus, qui in ſolio & ex ſolio juſtitiæ ſtudet gratiæ, ſibi collatione commodæ; ſed qui proterit gratias, ut juſtitiam cuſtodiat in dignitate.

In electione reſpicienda juſtitia, & proterenda gratia.

9 Hinc dicitur Domino ab electoribus, duobus expoſitis: *Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus unum.* Corda non eligentium, ſed eligendorum, obſervat Alapide hìc: ideſt inclinationes. *Homines enim* (ſubdit) *in eligendo ſæpè falluntur, quia exteriora tantum reſpiciunt, corda verò videre nequeunt, in quibus ſæpè multa latent, quæ hominem paſtoratu & officio maximè dignum vel indignum efficiunt.* Multi videntur boni, & non ſunt; quia tantùm videntur: habentque munera, quin mordeant ulla ſuffragia; quoniam eorum latent corda, quouſque ex geſtis in regimine, conſtet an idonei dignitati; ſiquidem etſi benè vivendo regere fortiter ſemetipſos ſciunt, tueri alios fortiter per doctrinam nequaquàm poſſunt. Unde Gregorius Magnus lib. 6. in 1. *Reg.* cap. 3. *In dignitatem* (infit) *aſſumendi non ſunt, qui facere per humilitatem ſciunt, & jubere per eruditionem neſciunt*: igitur optimi ſunt, ubi ſubditi, ſtolidi ubi prælati. Juxta inclinationes cordium, conferendum eſt officium: & Joſeph, qui juſtus, à dignitate repellitur, Mathiaſque in Apoſtolatum ab ſcrutante corda jurè levatur; quoniam Mathias bonus ut ſubditus, & melior ubi Superior: Joſeph ut ovis juſtus, quod forſitan non eſſet, ſi eſſet paſtor. Hic poterat facere: ille facere & docere: exponiturque cognitio cordium electorum, ut felicem electio adipiſcatur exitum: ſiquidem quia non cognoſcuntur corda, ita ſunt caſſa ſuffragia; ut qui quinque talentis elevari videbatur ad thronum; pudore appareat, nec habere talentum.

Alapid.

Juxta cordium inclinationes conferendę dignitates.

Gregor. Magn.

Qui optimi ſubditi, fiunt in regimine ſtolidi.

Dedecus electorum, patere, aſſumptum non habere talentum.

10 Sæpe improbus invenitur in munere, qui juſtus erat in grege: plauſu nanque omnium dignus eſſet eligi in Præſidem; ni ſuffragiis, plauſus omnium elegiſſent.

O opinio, opinio!
Qui nihil erant, vitam tumido faſtus ſtrepitu vehementer extuliſti.
Quibus verò nominis honeſti decus eſt à veritate,
Hos beatos duco. Illos qui falſo titulo decus habent,
Nunquàm dignos cenſebo:
Sed tantum fortunæ placet ſaperè.

Eurip.

Ita lamentatur Euripid. in *Androm.* verſ. 319. Brachia homini deſtinantur à natura: dexter in regimen, ſiniſter in levamen: hoc ut onus ſuſtineat: illud, ut moderetur, portans injunctum onus: minimèque ſiniſtrum congruit regimini, quia caret dexteritate, quantunvis proximius cordi. Dextrum regit, lævum ſuſtinet: nequanque videretur regimen capitis in diſtributione muneris; modò deſtinaret ſubditum in rectorem, quem ingenium deſignat ſuccumbentem. Dagon truncus remanſerat

Electio indigni in figulina fortunæ.

Cur dextrum brachium deſignetur regimini?

pro

1.Reg.5.4 projectus à throno. *Duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant.* Per manus operatio signatur, per caput regimen rationis exprimitur: unde à solio uti truncus expellitur; quoniam operatione, cuncti videbant, quòd careret capite. In cognitionem datur sensum, quod capite sedet: manus in operationem, qua finem decretorum cogitatio parit: & quem Deum arbitrabantur, dotibusque cogitatis sustulerunt in thronum, respiciunt in terra decapitatam statuam; quia nesciebat quid erat inter dextram & sinistram.

Operationibus patet an prudens vel imprudens electio.

11 Deinde: capite manibusque ornatum, in throno altaris est collocatum idolum. Verùm *Dagon jacebat pronus in terra.* Quisnam dejecit ab ara? Benemeriti præoccupatio? Meritorum acceptio, quæ ita indignos gravat, ut vel statua cedat? An ipse thronus expulit, ut truncum adoratum cognovit, ferre non sustinens dignitatis dedecus, cùm solùm esset dignitatis onus? Sanequàm, siquidem dum indignus throno adorandus appropiat, extrà ipse thronus tanquàm jaculum vibrat. Alia cogito. Nullus movit: ipse cecidit: ipse jacebat. Quare? Quia qui elevatus votis, truncus remanserat: & qui incapitati (& plerumque capitones) sine operatione atque regimine rapiuntur in dignitatis fastigium; naturaliter proprio pondere cadunt. Denique. *Invenerunt Dagon, jacentem super faciem suam: caput & duæ palmæ manuum abscissæ erant.* Cur non pedes? Non habebat, quoniam forma illius in speciem piscis, uti diximus latè *Tom.* præc. T. 4. D. 5. n. 20. Quid mirum, quòd suo pondere corrueret, quanvis thronus non retunderet; qui ad signatas per manus operationes, caput non habuit, nec movere quibat pedes? Alia T.4. D.6. à n. 10. usque in 18.

Verſ. 3.

Ipsa dignitas indignum propulsat foràs.

Verſ. 4.

Proprio pondere ruit.

Maximè si capite caret.

12 Subodoror propter dicta, mysteriosa sequentia. *Porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* In quo loco? Locus ejus dicitur thronus, quo fulsit, v. 3. Quare modò ejus locus, ubi jacet? An quia locus proprius indigni est, extra thronum jacere? Alibi dixi. Duplex locus erat Dagoni, potito, & carenti dignitate; sed unicus tantùm pro cognitione quidditatis idoli: diciturque in utroque propria simulachri locatio; quia in terra truncus apparuit, quòd non contigit in throno. Delicabo. Extra thronum truncus, in throno capitatus; sed ad speciem tantùm, quia habebat thronum. Plaudi mos est in elevatis, quia elevati, dedecora; quæ ni essent in throno, censerentur ut crimina. Qui ad nihil est jacens in fortuna privata, nihil erit in summa; quæ tantùm deservit, ut per habenas traditas, moderatoris ampliùs innotescat indignitas. Elevarunt Allophyli hujus formæ simulachrum, quasi Deum, ad cadurci fastigium; arbitrantes sese illius exaltatione fortunatos, quippe nullum alium condecebat pro merito tantus honos; & dum jacuit sine capite in pavimento templi, dicitur esse in proprio situ, qui quidem majestas throni; quia extra dignitatem apparuit, quis infulatus auctoramine sederet. Unde cùm dignitatis splendor illuminaret errores, & oculus revereretur vel speciem majestatis; in propudium electorum, & assumpti cachinnum, extra sellam, qui infulatus demonstravit; quod uti truncus, caput ad regimen non haberet. Nulla acriùs amaritudo premit corda subditorum, quàm hujusmodi votum progredi cassum: igitur lamentabile & infaustum, expectare in Superiore electo, qui etiam æthera possit mente concipere; & invenire sine capite, sine pedibus, ac sine manibus esse. Punctio cordis, instituere in Præsidem tanquàm Dei oracului, sanctum & doctum; & offendere in solio pro doctrina & sanctitate ridiculum simulachrum, constitutum in caput anguli ædificii supremi; sed sine capite. Tunc mens luditur, regula prudentiæ amittitur, intentio bona compescitur, quin respiscentia pro solamine detur; quia ut ait Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 14.

Extra dignitatem apparet, quis & quantus illic sederit.

Punctio cordis, electum expectare tanquàm oraculum, & spectare ridiculum.

——*Cineri nunc medicina datur.* Propert.

13 *Vitæ autem merito & sapientiæ doctrinâ eligatur, qui ordinandus est*: subdit, ut imitentur Monachi, Dux eorum Gloriosus Benedictus ubi supr. *cap.* 64. Ita sæpè fit, verùm cassum est. Unde propositum irritum? Quia sal omninò infatuatum. Nec in tam vasto corpore mica salis, ut sapiat aliquid in condimento regiminis. Si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihil valet ultrà, nisi ut mittatur foràs, & calcetur ab hominibus. Condimentum itaque ingratum, si sal saliendum. Insulsa prorsùs electio, ubi in electo hujusmodi conditio. Causam quæris? Exponam T. 7. D.3. David ungitur in medio fratrum suorum, ut collatione dotium factà elevaretur in throni fastigium. Juxta nomina singulorum Gregor. Magnus ubi supr. tropologicè exprimit illorum reprobationem, & electi dignitatem. Non primus Eliab, quia sibi videbatur unicus; nec Abinadab,

S. Bened.

In dignitatibus vel sapientes desipiunt.

qui

qui exponebatur urbanus ; nec Samma, quia obediret Princeps, cùm imperare deberet; nec reliqui usque ad Davidem, quia ibi vel expositi nec habebant nomen; sanèque percellit cor, ubi de electo quæritur. Quis est hic? David eligitur, & ut Princeps signetur, dicit Dominus Samueli : *Surge, unge eum, ipse est enim.* Non dicitur *Hic est*, sed *ipse*. Ipse ? An quia sibi , & non aliis conferendus, cui congruit supremus thronus ? *Ipse est dicitur* (ait Gregorius) *si ergo est , alius non est : quia nisi his virtutibus fulgeat ; necesse est , ut ordinem tantæ celsitudinis non attingat.* Dotibus insignibus ungitur David in regem, concepta spe ut ipsis illustraret dignitatem : & facta cum fratribus apodosi , seu contrapositione, non dicitur *Hic* , sed *ipse* ; ut ordinem tantæ celsitudinis meritò attingat, & concessa dignitate præ cunctis clareat : siquidem lugêret subditus , dehisceret thronus ; si à spe concepta videretur alius. Dicam cum Boëtio lib. 3. de *Consolat. Philosoph.* metr. 8.

Indignus signatur, qui ante electionem non cognoscitur.

1. Reg. 16. 12.

Gregor. Magn.

Verèdignus, qui in dignitate non aliur.

Heu, heu: quæ miseros tramite devio
Abducit ignorantia!
Sed quonàm lateat, quod capiunt bonum,
Nescire cæci sustinent.
Et quod stelliferum transabiit polum
Tellure demersi petunt.

Boet.

DIDASC. V.

Nulla ratio in electione affectionis, sed prolubium voluntatis.

1 RAtione dirigi debet , proposito appetibili voluntati ; cujus defectu sine electione est electio , igitur nil quod appeti possit , exponit ratio. Judicium liberi arbitrii est actus electionis, juxta Theòlogos cum D. Thoma, 1. p. q. 83. art. 3. ad 2. qui quidem supponit inquisitionem , ut amplectatur voluntas, quam intendit bonitatem : verùm cùm prolubio cordis , solummodò inquiratur quis eligendus, & nequaquàm qualis ; non est judicium, quia affectione ratio voluntariè obcæcatur : nec arbitrium , quoniam voluntas necessariò fertur. Ratio erroris ministratur ab ipso Angel. Præceptore 1. 2. q. 13. à 4. corp. & in 2. d. 38. art. 3. ad 5. ubi inquit : *Intentio , & electio differunt, quia prima est respectu finis , secunda verò eorum quæ sunt ad finem.* Mutatur hujusmodi rationalis ordo , & sine electione manet meditata electio : siquidem voluntas affectione percita , lubedine vincta, cùm intendere debeat in finem ; duntaxàt intendit tanquàm finem electionem. De Jacobo dicitur : *Ipse claudicabat pede.* Si pedibus solummodò convenit claudicatio, quorsùm in claudicatione pedum expressio? Ut electio fiat judicio : quandoquidem qui in electionem ducitur affectione , sanequàm claudicat pectore. Ingeniosè legit Doctis. Oleaster : *Ipse laterizans claudicabat.* Si ad latera propendebat , proculdubio claudicabat : plerunque ergo affectio pectoris , angusta respiratio cordis , urgente pleuritide , pendet à latere.

Voluntas eligens affectu, caret arbitrio.

D. Thom.

Obnubilatur ratio, ubi finis electionis electio

Genes. 32. 31.

Oleast.

2 De Joanne Baptista interrogat turbas N. Assertor, illius encomiastes : *Quid existis in desertum videre ? Arundinem vento agitatam ? Non asserendo , sed negando intulit* (subdit Gregor. Magn. Homil. 6. in *Evang.*) *Arundinem quippe mox ut aura contigerit , in partem alteram inflectit. Per arundinem carnalis animus designatur.* Longè abest proprietas arundinis, ubi mentio Præcursoris : igitur qui solidè in dignitate firmatur , flatu non flectitur. Flatus est levis auræ motio , cui non subjacet Baptistæ rectitudo : quandoquidem ad levem arundinis inclinationem, demonstrat ratio interiorem vacuitatem. Profectò nulla irreperet inclinatio , si florêret rectitudo : equidem si virga justitiæ aliquomodò mota , non aliunde nisi quia forma ex arundine vacua : quapropter dum Christus Præcursoris sui designat dignitatem , opponit levem cavæ arundinis inclinationem ; quoniam cor in ambitu pectoris quolibet flatu moveri , non Præsidis , sed arundinis. Demonstratur forma Superioris nonnunquàm observanda , dum intenditur regimen fultum prudentiâ. Dictat hæc, satius esse flecti aliquandò , quàm frangi : docet , aliquandò melius frangi , quàm flecti ; quoniam qui prudens est, debet scire hìc & nunc; & non facilè concipere motum , quà ventus flat adinstar turris penniculi , huc illuc aura leviculà moti. Semper à lateribus timendum ; quia inde regimen , quoniam rectum , impugnandum : abjiciturque in dignitate arundo vento agitata ; ut notescat in cautionem unde compulsa : igitur haberet profectò rectitudinem electus, ni hinc & illinc , haberet tanquàm à latere flatus.

Matth. 11. 7.

Gregor. Magn.

Ubi Præsidis rectitudo, nulla cordis inclinatio.

Non arundo fit.

3 Proposito aptiùs. Per arundinem ani-

animus designatur carnis, ideoque levis. In nulla alia actione magis elucet arundinis similitudo, quàm ubi animo occurrit electio. Præses laterizat? Ergo claudicat. Ducitur affectione? Ergo laborat pleuritide. Cognoscit ratione, & ducitur voluntate. Flectit ad rectitudinem animum flexum expositio meritorum; & reflectit in dilectum arundinem cordis prolubium. Agitur animus, agitatur, ventis quatitur, urgetur; quin cognoscat à rectitudine deviari, quoties permiserit flecti. In uno à judicio cognoscitur qualitas, in altero duntaxàt exquiritur quidditas: igitur solummodò intenditur electio, quin meritorum intercedat cognitio: flectitur animus in ambitu cordis, quia prolubium voluntatis: & ubi integerrimum Christus signat Præcursorem, pessundat arundinis ultrò citròque facilitatem: igitur procedebat rectitudine, sine ulla animi hinc & hinc inclinatione: declinaret sanè rationis integritas, si suffragium accederet, ubi inclinaret voluntas. Ecce anfractus electionis. *O Domine! Increpa feras arundinis*: siquidem in vaccis populorum, taurorum congregatio; ut excludant eos, qui probati sunt argento. Cæterùm hoc alias.

Inclinatio voluntatis est declinatio rationis.

Latera Principis sæpe maligna.

Ps. 67. 31.

4 Non tàm ruina interdùm à claudicatione, quàm à conceptu insipientiæ, qua multoties tanquàm ad virtutem, ratione læsà, affectus cupit errorem. Nullum probrum vitium est: imò, ut canit Poëta lib. 3. de *Arte* v. 295.

Ovid.

In vitio decor.

Affectio sine judicio.

Igitur quod turpis nævus, ingeritur affectione fomes amplissimi plausus. Fontem ex quo tot effluunt mala, demonstrat Seneca *Epist.* 3. *Isti* (inquit) *præposterè officia permiscent: cùm amaverint, judicant; non amant, cùm judicaverint.* Juxta amorem fit judicium: siquidem duntaxàt quæ volunt, sapiunt.

Senec.

Hi qui amant,
Ipsi sibi somnia fingunt.

Terent.

Succinit Terentius in *Andr.* Act. 4. Scen. 1. v. 18. Sufficit sanè somnium ad volita; & apprehensa plauduntur, estò tantùm in phantasia: quippequàm in præmium dotium voluntatis prolubio, satis videtur apprehensio, amore judice, & judicio ab affectione.

Somnium vigilantium.

5 Celebris fuit Ara Midæ apud Cælenas, quæ quidem collocatione statuæ modò lutea apparebat, modò aurea. Vide Nicol. Causin. lib. 2. *Symbol.* 13. Causam autumant ex eo, quòd tactu Midæ cuncta vertebantur in aurum, ut videbimus T. 3.

Ara Midæ.

Causin.

E. n. 20. Nil mirum. Votum Præsidis est & ubi voto accedit manus (Hispan. *Brazo*) Præsidis; erit aurum, quod conculcatur ut pulvis. In hujusmodi fictione contemplor affectionis imaginem, erga statuarum politarum erectionem, inter eos qui cùm judicaverint, amant; & inter illos, qui cùm amaverint, judicant. Vel aptiùs, ut fiat discrimen ultra & citra cognitionem; inter eos qui sine judicio amant, & qui sine amore judicant. Aurum dicuntur dotes insignes pretiositate, quippe magnà, ut juris est, habentur æstimatione: lutum verò quæ potiùs dignæ odio, quàm ullo pretio; igitur non ocurrunt occulis, ut aspiciantur; sed pedibus ut calcentur. Ita apparent cunctis, verùm quæ idola terrea transeunt in affectum cordis, deaurante phantasià bracteölis imaginationis simulachrum, quod attollere conatur in thronum; simulque deturpante imagines aureas, quoniam non aureas concupiscit voluntas. Quænam collocandæ? Quæ conflatæ è pulvere. Non pretiosæ? Pretiosæ quidem, verumenim non juxta entitatem, sed duntaxàt juxta cordis affectionem: igitur cum gradus electionis instruantur juxta motum affecti aut aversi pectoris; si libitæ, lutum æstimatur ut aurum: si aversæ, aurum proculcatur ut lutum. Vernaculè: *Las prendas comunes serán oro, bien miradas; y las insignes varro, si son mal vistas.*

Favor Principis meritum indigni inferioris.

Dotes affectione fiunt magni & nihili.

Ante pedes cæcis lucebat semita nobis:
Scilicèt insano nemo in amore videt.

Propert.

Canit Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 14. Patet insanus amor, ubi vel in pulvere ac luto resplendet decor: igitur ratio quoquò inveniret, deploderet; ni amore stimulata pro æstimatione insaniret.

Judicium amoris nullum.

6 Astipulatur cogitationi Doctor Doctorum Benedictus Pater: siquidem nexu duorum Scripturæ testimoniorum, hujusmodi ludibrii cordium manifestat intentum; quin homo recogitet mente, à Deo cognosci. *Scrutans corda Deus, qui novit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Ita *Regul. Sanct.* cap. 7. Grad. humil. 1. Intuitus diversi in electionibus maximè foventur, qui quidem non conspiciuntur, monstratà specie aureà meritorum electi, queis suffragia consulebant justitiæ; ac servato in altari cordis idolo luteo, cujus facies absconditur, quoniam turpissima imago. Ars est pro obsequio vendere vulnus lethale, ut dedecus quasi fidei insigne figatur corde. Ars est ostendere pro judicio rationis, icti lubedinem pectoris:

S. Bened.

Frequentes larvatum.

quæ

quæ sanè artes exercerentur frustrà, modò suffragatorum paterent corda : verùm cogitationes vanæ sunt ; quoniam an rectè cogitatæ, Deus scit: & ita audacter dilectio pro judicio rationis ostentatur ; quasi corda Deus nequaquàm scrutaretur. Perpende. Modus cognoscendi cogitationes, reducitur ad imagines, cogitationum species. Vanitas est, quòd lutum æstimetur ut pretiosum: constat pretiositas vel vilipendium ex materia imaginum: in electionibus ad munera, fabricantur idola: patetque, quis habuerit vanam cogitationem, videntibus ut auream, lutulentam imaginem. Statuam auream adorandam construxit Nabuchus ; & aliqui, estò auream, noluerunt colere statuam. Hæc vana cogitatio regis fastosi: & cogitationes hominum videntur plus subjectæ vanitati; quoniam minimè ille cogitavit insaniam, scilicèt quasi auream adorari statuam luteam. Quicquid è pulvere erigit percussa amore voluntas, deaurat arrogantiæ fastositas : igitur pro momentis meritorum, judicio voluntatis sufficit placitum. Ara Midæ prolubium est, quo phantasmate hominum cogitationes vanæ sunt, elevantes idola in fumum adorationis, de plenitudine abusæ ad effigiem potestatis:quandoquidem arbitrantur, quicquid à manu pro libito tactum, in aurum illicò transformari pretiosum.

Imagine cognoscitur artifex.

Quod lutum affectioni videtur aurum.

7 Symbolum rectæ electionis videtur perspicuè in materia varia præparata à Davide, in augustam Domini fabricam templi. *Ego autem* (dicit) *præparavi expensas domus Domini Dei mei : aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea.* Mirabilis sententia, & cogitatu digna! Hìc exponuntur opus & materia. Opus commune est ad quælibet decoranda, seu informanda dexteritate artis: materia est necessaria in opus excogitatum, ut mens eluceat artificis. Dentur ergo metalla ad structuram, ut ex diversa materia artifices construant fabricam. Detur aurum & argentum, ferrum & lignum, ut aptetur præut videatur necessarium. Cur ergo dicitur, quòd aurum præparetur ad vasa aurea, argentum ad argentea, & sic de cæteris in venustatem operis? Vas aureum profectò ex auro, argenteum vas ex argento : potest ne esse ligneum ex aureo, vel aureum ex ligno, æneum, ferreum ex argento per operantium artem? Negry quidem. Quare igitur si ex materia operum nomina, in opus aureum aurum designatur ut materia, ad opera argentea argentum, & ad vasa lignea lignum? Ut ritè construatur moles; insignis fabricæ, & quæ ad illam spectant, aptentur pulchrè. Frequenter in Comitijs sacris excogitatur structura templi, ut rutilet auguste religio, longè latèque pateat ingredientibus uti mirifica assumptorum coaptatio. Materia varia vilis, mediocris, æstimabilis, pretiosa, sunt singulorum dotes; artifices sunt vocales: & exponitur meditanter aurum ad aurea, argentum ad argentea, lignum ad lignea ; ut constet firma ac spectabilis fabrica : quandoquidem electio non debet fieri ad voluntatem artificum, sed juxta momenta atque pretium metallorum.

2. Paral. 2. 7.

Electio fiat juxta pretiositatem dotium, & minime juxta affectionem vocalium.

8 Ex deformitate assumptæ materiæ pro templi ornatu, conspicitur clarè quare & unde turpis electio. Aurum, argentum, ferrum & lignum sunt omninò, necessaria, ut rutilet fabrica spectabilis & pulchra. Videtur peritia artificum in electione subjectorum, cogitata loci & assumpti proportione, in speciositatem ædificij : diciturque & prudenter lignum ad lignea, & aurum ad aurea ; quoniam indignissimum, lignum collocari, ubi debebat aurum pretiositate fulgere. Si lignum est, includatur inter privatos parietes. Si ferrum, sublocetur in fulcrum ponderis: igitur metalla quæ infrà, templi fulcimina ; si suprà collocentur, erunt gravamina. Unumquòdque suo loco destinandum in templi pulchritudinem ; quoniam extra præ se fert deformitatem: etenim vel oculis (quid rationi?) planè dissonum, videre lignum inter argentum & aurum. Collocentur suprà, quæ sanè sunt pretiosiora: idem intendunt artifices, dum deest aurum, sufficientes ligna affabrè deaurata, pulchra ad speciem, verùm citra æstimationem ; quoniam remotis insulis rutilis dignitatis, trunci apparet entitas cum adhærentia fulgoris : signaturque ad pretiositatem metallorum pretiositas, & ad opera rustica lignorum levitas; quippequàm insanià artificum laboraret cerebrum, modò inter aurum & aurum, quasi ejusdem momenti locarent truncum.

Perperam; lignum collocari, ubi aurum debet pretiositate fulgere.

Inventustum si truncus inter argentum & aurum.

9 *Aurum ad aurea & lignum ad lignea.* Opus quit esse in auro & ligno speciosum : cæterùm ad operis perfectionem considerandum ; quòd licèt labore summo & arte in ligno mutetur forma, semper manet ad pretium trunci materia, Unde quantumvis ornetur, doletur, cave-

tur & perpoliatur, fas non est ingredi in Sancta-Sanctorum; qui truncus fortunatus esset vel ad vestibulum: destinanturque juxta excellentiam loci, qui extrà, qui intrà, qui semper, qui nunquàm collocandi; ut dotes respondeant dignitatibus, & munera dotibus: igitur nullo modo statuendi sunt electi pro voto artificum, sed ad amussim & pondus momenti dotium. Quod per se eminet; ut emineat, superiore locandum est situ; quippe nonnunquàm throno, quæ digna pretio. Quod pretij minoris, statuendum minore exaltatione, ut cedat in pulchritudinem templi; quippe licèt non eximia, collocanda necessaria: verùm aurea ex auro, argentea ex argento, & lignea ex ligno: siquidem fas non erat eligere lignum, & occulere aurum, jacente sub terra auri pretiositate, & trunco superiùs rutilante pro coronide.

Expenduntur frustrà electorum divitiæ, lapillo latente & ligno collocato pro coronide.

10 Demùm. *Aurum ad aurea*, &c. Verùm quare? Scit Dominus cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt: sigillaturque materia hujusmodi operis, ut decidant à cogitationibus suis: siquidem sæpiùs artificum eligentium cogitatio, facere simulachrum aureum ex ferro, & idolum argenteum ex mero ligno. *Ubicunque opus est aurum, de auro: & ubicunque opus est argentum, de argento opera fiant per manus artificum.* Multoties non congruit loca, quæ possunt ligno, repleri auro; quoniam dotes dignitatis tædet, si colocentur inferiori loco. Interdùm haud expedit, quæ debent auro, illustrari ligno; quia ridentur, quæ venerationi ingredientium exponuntur: primum, est ruina dignitatis, quia collocatus opprimit: secundum electi, qui evanescit elatione, vel ruit: & dum exhibetur varia materia pro erectione, firmitate, & pulchritudine templi, jubetur fieri per artificum manum; quippe cognoscunt, ubi collocandum aurum, & ubi lignum. Longè sanequàm ab arte, qui laborant affectione. Lignum erigunt, aurum abscondunt: aurea formant ex ligno, & ligna ex auro; quibus machina præter collocatorum stragem, detrahitur usque ad pulverem. Unde ad lignea datur lignum, ad aurea pretiosum aurum; quippe merita sunt extra jactum eligentium: pendent ab entitate, nequaquàm ab affectione, ut constet collocatione non aptà deliquium rationis, & cæcitas voluntatis: quæ ita insanè propendit in prolubium: quasi posset artificio facere lignum aurum, & aurum lignum.

Ibid. v. 5.

Debet esse cognitio optantium, ut ritè collocetur aurum & lignum.

Merita extra jactum eligentium.

11 His videtur, phantasiam ita agere in his quæ non sunt; sicut filiorum Israël, dum comedebant Mannà. Non vident in dilectis ea quæ volunt; sed videre cupiunt. Cupiunt, sed videre nequeunt: unde quæ non vident, devolvunt in phantasiam; an ibi inveniant, quam depereunt formam, in cujus aulam non aspiciunt, quod aspiciunt, sed quod volunt: faciuntque ex ligno præstantissimum aurum, dum cogitatione volvitur; quasi ad quod quisque vellet, converteretur. Sedulò considerandum, quò pervenit malesuadæ voluntatis prolubium. *Anima nostra arida est. Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique & cæpe & alia.* Hæc est querimonia? Et nequaquàm impunita: igitur necesse est, ut pœnas luat insulsi & insipidi palati (Nostrates: *Hombre de mal gusto*) qui nanciscens delicias, devorat cæpas. Perpende. Recordantur piscium, dum urget desiderium in esum carnium. Quorsùm recordatio piscium ad carnis esum? Si carnes habebant, quid desiderabant? Si appetunt carnes, quo proposito pisces? Non erat hujusmodi epularum desiderium, electio; sed tentatio. Luxuriabat phantasmate aviditas, dum copiosè habebat optatas escas: & concupiscens carnes appetit pisces; minimè ut patèret pectoris desiderium, sed libitum propter libitum: etenim imperium detraheretur voluntati, ni in electione lancium etiam licerent cupediæ. Vividiùs Hispan. *No fuera en la eleccion hombre de gusto, si le faltàra por saynete el antojo.* Ideo dicitur: *Concupierunt concupiscentiam*: haud rem concupiêre, sed phantasiam.

Affecti ludunt phantasia.

Num. 11. 4.

Et illuduntur.

Concupiscere tantùm concupiscunt.

Psal. 105. 14.

12 Observa. Si ad quod quisque volebat, fiebat conversio, deserviente effectu voluntati; sufficiebat propositio, ut volitum exiret frictrice imaginatione. Ergo ut regiè genio indulgeant, selectissima quæque gutturi eligant. Nequeunt eligere, vel quod vellent voluptuosum, quoniam insulsum palatum. Non erat electio juxta judicium rationis, sed juxta lubitum duntaxàt voluntatis: nequibantque eligere bonum & reprobare malum; quoniam nec memoria suggerebat regias dapes, ubi in mentem veniebant cucumeres & pepones. Vernaculè vigilanti acumine. *No podia elegir ciega la voluntad prendas lucidas, teniendo en la fantasia calabazas, y badeas.*

Nunquàm digni fit electio, si indignus sed et in animo.

Ni

Ni fallor, hic ostenditur prolubium & propudium voluntatis, eligentis titivilitia, & flocculos; ac parvipendentis ad munera homines dotibus magnos. Pepones, cucumeresque sunt indigni; sed deserviunt voluntati, cui libitum concipere sapidos, estò odoretur insipidos: verùm cùm vellet esse quod vult, & extra quod vellet, sint; ut frueretur in peponum electione, imagine rectitudinis, nollet in mentem venire esse cæpas & pepones. Hinc oritur dubium. Si ad quod quisque volebat, vel phantasia cogitabat, convertebatur electum, quomodò hujuscemodi olera, quæ veniebant in mentem, minimè palati conciliabant voluptatem? Quoniam illa uti erant, erant in mente. Erant in mente, cognoscente ratione pepones esse, quæ sunt in mente cognoscuntur: pepones uti indigni reprobantur: & ubi indigni ut indigni cognoscuntur ab intellectu, nec appetitus inest phantasiæ prolubio; quoniam nec phantasia, nec gustus sine lege eligere, vel cogitare audet, quos uti indignos electione cognoscit.

Nec phantasia affectione læsa, eligere audet, quod inhabile præsentit.

13 Antilogia præmissa à pluribus in Sacra pagina, ostendet istiuscemodi voluntatis deliria. Procedit Samuel in domum Isai, gratiâ inquisitionis pueri, digni imperio; quippe quærendi sunt qui digni throno: merita sanè ostendent, eo digniores, quo magis latent. *Tamen* (ait Gregorius Magnus hìc) *quærendi sunt, quia nisi quæsiti diu, minimè monstrantur. Quærat ergo doctor instanter: non deficiat quærere, donec latentes possit invenire: qui tamen præesse possunt, deesse non possunt.* Sanè verùm: igitur si digni in throno non collocantur; haud quia desunt, sed quia non quæruntur. Exponit Isai septem filios, quos omnes despexit Dominus: siquidem estò aliquibus instrumentis præclari, coram digniore non digni: & ubi muneris & dexteritatis ad regimen non est proportio; despicienda propositio. In domo illius erat dignus, sed non exhibebatur. Unde qui electurus, vel potiùs designaturus, intimè percellitur, dicitque exponenti: *Nunquid completi sunt filij? Adhuc reliquus est*: respondetur: *Quid est reliquus, nisi abjectus?* ait Gregorius: *Reliquus dicitur, qui in aliorum comparatione esse aliquid non videtur.* Proh dolor! Siccine dotium decor! Aptè sæculi more signant abjectum, quem verentur uti dignum: quandoquidem habilem & decorandum imperio, removent extra domum pro derelicto. De illo nec mentio fit. Affectum erga cæteros erat proponentis cor, & cavet à propositione, ne voluntas læsa fraudaretur cupidine: igitur suspicabatur cæterorum optantium jure despecimen, si digni tantùm audiretur nomen.

Digni quærantur.

Gregor. Magn.

Invenientur, si quæruntur.

1. Reg. 16. 11. Idem.

Sæpe dignus throno habetur pro derelicto.

14 Modò Antilogiæ. A Deo providetur Rex Israël unus de filijs septem Isai, qui uti septem numerantur 1. *Paral.* 2. à v. 13. *Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele, & ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis. Nunquid jam completi sunt? Adhuc reliquus est parvulus.* respondetur. Nodus sanè Gordius. Si est reliquus; ergo octo sunt filij, quorum deerat minimus. Quomodò septem tantùm numerantur, vel quomodò sine Davide filij septem exponuntur? Rupertus lib. 2. in 1. *Reg.* cap. 4. & Histor. Scholast. hìc *cap.* 16. asserunt, ante expositionem Davidis septem filios adduxisse Jesse, sex scilicèt naturales, & unum adoptivum, nimirùm Jonatham ex filio Samma nepotem, de quo fit memoria, 2. *Reg.* 21. 21. Unde quia filius nihili habitus, alienus intromittitur ad regnum etiam expositus. Si gloria patris, geniti gloria; quo pacto à patre Davidis corona missa? Haud despiciendæ indolis filius, cunctis speciosus, & augustis instrumentis ornatus, qui dotibus dignus throno. Sanè, verùm non erat affectio: & ubi affectio in cor blandimine stillat, ita lumina vel sapientis obcæcat; ut pater relinquat auctoramen, & filium decore insignem propter dilectum nepotem. Patet itaque vis, seu virus affectionis, ubi genitor, exuit amorem patris.

Vers. 10. & 11.

Rupert.

Affectio, ut lubita amet propria non querit.

15 Rimemur reliqua. Quoniam pater despiciebat, misit ad pascua, nesciens dari occasionem acquisitionis diadematis, ejus neglectu virtutis, quæ cunctis despecta patuit, & minimè rutilaret, si inter proprios remaneret. Nepotem ergo assumpsit, haud alio, nisi quia placuit; quin cogitaret ridendum, si semel fieret utriusque collatio dotium. Exiguntur filij inaugurandi in regimen, & ille producit, relicto filio, nepotem. Ubi prudentia? Non est. Laborat amore cor, qui ita mentem obnubilat, & voluntatem in vota concepta inflammat, ut pro commodo dilecti, volitante dignitate, non solùm obliviscereturfilium cunctis digniorem, atque dotibus illustrem; sed nec meminerit, cùm regnaturus esset, vellet nollet. Qui cupidus dignitatis ex muneribus filiorum, in illorum honores impendit animi studium. Innatum erat conditioni patris, quòd

Qui affectu trahitur, cunctorum præter illum obliviscitur.

quòd reliquum exponeret, antequàm Samuel inquireret: tacetque pater affectione ductus, quoniam dilectus despectus; siquidem parvipendit, quòd filius relinquatur, si corculum non eligitur. Quæritur tandem qui quærendus est, cæterùm gratulabundi patris non auditur ulla vox. Non lætatur inauguratione filij in Principem? Fovebat in pectore affectum erga nepotem: nec refert grates Prophetæ, quantunvis videt filium in suprema dignitate; quoniam non tam lætus ex eo quod filius assùmitur, quàm tristis ex eo quòd nepos sine honore mitteretur.

16 Denique. Cùm signari jus esset qui signatus à Deo; filius minimus à grege in gregem adducitur nuncio. *Adduxit eum.* Felix electio & electus! Igitur si in honorem venit, venit vocatus. Gressus sanè feliciter dirigit, qui venit in dignitatem, & venisse nescit. Venit vocatus à patre, verùm pater jussus à Samuele: qui quidem ut affectionem semel assumptam foveret, nisi jussus, estò filium, non vocaret. *Adduxit eum.* Ultrò? Nescio. Evanescebat spes regni, modò in abjectum filium sors illa felix non caderet. Volabat extrà, quæ poterat esse vel domus inclytæ gloria, licèt in minimo filio, qui apud illos erat dignus imperio: & quem parvipendunt, in gloriam amissam pater, & fratres adducunt; quoniam estò ab illis invideatur dexteritas & auctoritas, quærunt solicitè, ubi compellit necessitas: igitur sicut pridem haberetur nihili, nisi egèrent protectione. *Adduxit eum.* Et Jonatha vacuo? Et prætermisso dilecto? Altum cordolium, verùm ferendum: igitur exaltatione filij in majestatem throni, obtinebat Isai exaltationem nepotis præ inaugurato dilecti. Haud quiescit affectio, si sit ex primis amatius: ni sit primus. Quantunvis excellat, qui illustrat thronum, voluntatem æstuantem fugit consilium; etenim nulla ratio in electione affectionis, sed lubido voluntatis. Omnia deaurat, vel fœda venustat: itaque ut canit Plautus in *Pers.* Act. 3. Scen. 1. v. 59. dum aliquid diligitur,

Nullum vitium vitio vertitur.

Plaut.

Vers. 11. *Quid quæritur à dignitate, dignus regimine.*

Ambitio quem primùm despicit, exaltatum requirit.

Affectio nisi primatu non quiescit, quà vis dissimulet.

DIDASC. VI.

Æquè facilitas amoris, quàm difficultas nocet.

1 SUmpsi ex Seneca *Epist.* 116. ut sese exponeret, dum de judicio amoris, & de amore judicij diseruit: idest, inter eos qui sine judicio amant, & illos, qui sine amore judicant. De affectione prima diximus præcedenti Didascalià: modò de secunda (quæ struitur, ut regnet prima) fiet memoria; siquidem dum affectio prævalet, æquè facilitas, quàm difficultas nocet. A lubrico quippè recedendum, quoniam utrinde eminet præcipitium: minimè quidem utilis vel salubris potest esse ulla mediocritas morbi. Si affectio respicit, facilitate uti indigni notamur: si despicit, difficultate accendimur. Cum facilitate ammittitur nomen: cum difficultate conciliatur certamen. Senec.

Pericula affectionis in Præside.

Nihil decorum sine periculo. Ait Aristophanes in *Pluto*, Act. 2. Scen. 3. v. 13. Quid faciendum? Ab utroque divortium: igitur qui judicat amore, somniando videt, & qui affectione caret, videndo dormit: explodunturque instrumenta recommendationis insignis, licèt clariora luce pateseant oculis. *Non novi illum*: facta Christi memoriâ, dixit Petrus. Quis novit ampliùs? Proh dolor! Evanuit sanè cognitio, illicò ac fugit dilectio. Cæcè ruit, & vel frustrata non quiescit. Aristoph.

Unde fugit dilectio, eva nescit cognitio.

Luc. 22. 17.

2 Electio ad libitum populi facienda, pro unius vincti libertate: ubi nocte posteriori comprehensus fuit auctor vitæ. Exponitur simul hominum pessimus, & speciosus formâ præ filijs hominum, de quo cuncti præclarè meriti, & insigniter dignati. In quem igitur pede advolarunt suffragia? In mala propria. Non eligit ratio, sed cordium nequam affectio, & modò non eligatur qui debet eligi in gloriam, eligent & ultrò Barabbam. Quid faciendum de rege? *Tolle, tolle* (ajunt) *crucifige eum.* O stultitia! Nec videre volunt? Dignum adoratione aversantur? Nonne poterant contemplari se perituros, modò eligeretur cum scelere scelus, qui liber magis noceret, dum bonus & pius tollebatur in crucem? Statera affectionis citra libramen: ex arrupto concipit, præruptè parit, sine delectu deligit: modòque optatus salvetur, ille alius, quisquis fuerit, crucifigatur.

Male affectus pejor in judicio.

Joann. 18. 40.

Cap. 19. 15.

Delirat.

Statera affectionis sine libramine.

In

3 In virus hoccine invehitur SS. Pater Benedictus ubi supr. cap. 2. Ita igitur alloquitur Superiorem: *Æqualis sit ab eo omnibus charitas: una præbeatur in omnibus secundùm merita disciplina*: igitur si affectio pellucet in Præside; æquè nocet amoris facilitate, atque difficultate: quippè si æqualitate florent sub regimine inferiores; virga directionis non æqua, si non æqualis. *Secundùm merita*, addit, ut amussi haccine subditis prosit, ne dilectio meritum sit dilecto, & meritis non dilectus langueſcat animo: siquidem ille nil faciet nixus Superioris voluntate; & hic cuncta prætermittet tanquàm mortuus à corde. Torvè sanè aspicitur, quicquid non rectè videtur: æqualisque debet esse omnibus secundùm merita; quia non æquale, recta videre curva, nec econtrà.

S. Bened.

Virga justitiæ non æqua, si non æqualis.

Affectione curvatur.

4 Oculum Medusæ ita describit Æschylus in *Prometheo*, v. 766. commodatum duabus sororibus.

Ibi filiæ Phorci longævæ habitant,
Tres cycniformes, oculum possidentes communem,
Et dentem unum, quas neque Sol aspicit
Radiis, neque unquàm Luna nocturna.
Prope has, sorores tres aligeræ.
Serpentino crine, hominibus invisæ Gorgones,
Quas homo nullus conspicatus retinebit vitã.

Æschyl.

Haud aliter fovetur in pectore affectio, quæ sanè monstrum in throno; igitur pro capillis symbolis cogitationum, virus videtur serpentium. Cycniformes exponuntur obtutui, fallentes rutila specie: quandoquidem nocentiùs & faciliùs ministratur venenum, candore morum. Oculus unicus & communis comitatur unum dentem. Hic servit morsui, ille visui. O formam insignem, & speculum perspicuum murmurantium! Tres sunt, verùm unus dens, & unus oculus ad singulos it: siquidem sufficit, quòd singuli videant, ut omnes ad unum mordeant, notantes quæ vel volarent, prout viderint, vel non viderint.

Amicitia ficta.

Symbolum murmuratorum.

5 Proposito igitur. Mutuò, seu potius, vicissim aspiciebant; nec ita aspici ab omnibus, cogitabant. Removere debebant ab habente oculum, ut aliquandò videre possint objectum. Hæccinæ lex inter Medusam Principissam & sorores; ut luminis interdùm possent esse participes: qui utique oculus non est oculus, sed virus; quoniam venenum in Rempub. Princeps, oculos in alio blandimine ponens, & ab alio, quia non placet, pro lubedine removens. Nil mirum, quòd dente fugilletur hujusmodi affectus: igitur munere indignus, quisquis ita cæcè conspicit, quasi oculos tædio & amori non haberet. Patuit guttis sanguinis venenum, siquidem cor erat toxicum. Quæ medicina, inquires, in hæc mala, pestem regni, & cladem Reipublicæ? Invenit Perseus, uti canit Ovidius lib. 4. *Metam.* Fab. ult.

Bene, aut malè affectus Præses est subditorum lues.

—Unius sortitas luminis visum.
Id se solerti furtim, dum traditur, astu Ovid.
Supposita cepisse manu.
Dunque gravis sonus, colubrosque ipsanque tenebat,
Eripuisse caput collo.

Medusam truncam reliquit: jurè capite privavit: etenim ita oculis caput in solio; jus erat privari officio. *Claudicabat pede,* dicitur de Jacobo. Nonne à pede claudicatio? Utique. Cur ergo dicitur, quòd claudicasset pede? Ob frequentem claudicationem à corde: igitur caput; in quo regimen moderatur affectio, claudicat herclè judicio. Genes. 32. 31.

6 Hominis impii scrutemur; vel ut rideamus illius insipientiam, vel ut in illa videamus procerum phantasiam philocosmam. Quàm fastosus dives ille, viso Lazaro & ulcerato & jacente! Pinguior arrogantia, proximum comitante miseriâ, quasi magna non ruerunt magnitudine causâ, & felix semper qui semel felix. Satis fortunæ datum, cujus opus vertere quæ deorsùm sursùm, & quæ sursùm deorsum, in instabilitate immota, atque in motu semper fixa.

Fortuna in motu fixa.

Nemo enim mortalium ad finem usque beatus, neque felix. Euripid.
Nullus natus doloris expers.

Ut accinit Euripides in *Iphig. in Aul.* vers. 161. igitur à rota remoto clavo, pauper Abrahæ locatur sinu, & dives sepultus est in inferno. Aliqua dives cupit, sed Abraham despicit: siquidem, ut probè constet sinus electorum, despici debent petitiones, seu proposita magnatum. Procedit deinde, subsidium desperatus, & prædicationis ad quinque fratres sòlicitus; proponens specie supplicis, ut mitteret Lazarum illius prædicatione convertendos: cui Abraham: *Habent Moysem & Prophetas, audiant illos.* Ecce articulus rerum: investigemus articulum.

Despiciantur proposita magnatum in distributione munerum.

Luc. 16. 27. Vers. 29.

7 Prædicationis munus designandum, & digno ministro vel pro decore vel pro labore credendum, ut fructus opimi patêrent prædicationis, scientiâ habentis, & auctoritate dignitatis. Lazarus erat pauper, mendicus, qui poterat prædicare patientiam, cæterùm minimè Sacræ paginæ ar-

arcana, nec doctrinam: officiumque cassum, & sine auctoritate remaneret prædicatio, si literarum traderetur mendico. Pauper eget: homo pauper quid in Regia prædicabit? Hisp. *Un pobre hombre, què quiere que predique, y en la Corte?* Justus est. Profectò, verùm non sanctitati, sed literis commitendum officium prædicationis: alioquin qui uti concionator quæritur doctus, jacebit ad januam divitum ulceribus plenus. *Pauperes evangelizari* (activè sumitur à plurimis Doctoribus) utique visum: sed refertur à Christo tanquàm miraculum; cùm ita novum, ut videre cæcum.

Munus credendum intelligēti munus.

Matth. 11. 5.

8 Verùm observa concordiam inter Evangelicum Vatem & Evangelium. Ita vaticinatur ille: *Deus ipse veniet, & salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt; tunc saliet sicut cervus claudus & aperta erit lingua mutorum.* Christus verò luce illuminans vaticinium, hoc Joanni referri jubet responsum: *Euntes renunciate Joanni: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur.* Facta collatione testimoniorum, lingua mutorum aptatur prædicationi pauperum. Modò dubium. Quodnam ergo consortium inter mutum, miraculo loquentem, & prædicatorem pauperem? Non opibus dirimenda est quæstio: delicabit literarum instructio, atque eruditionum informatio. Muti non loquuntur, neque pauperes evangelizantur nisi miraculosè: & ubi pauperes evangelizantur, dicuntur qui muti, loqui; quoniam loquuntur palàm, qui nec os aperire præ ignorantia debebant. Hos decet silentium: & pauperibus evangelizantibus loquela mutorum exponitur ut miraculum; quoniam peregrinum, in Scripturarum extricationem aperire ora, quorum hiscere jurè notaretur ut audacia.

Isai. 35. 5, 6

Matth. ubi supr.

Qui indoctus ad cathedram, mutus.

Sine literis literaria officia, est audacia.

9 Lazarum dives vel inter flammas inflatus, qui olim vento distentus, prædicatorem eligit, & Moysen electione prætermittit. Videte vel in Averno affectatum auctoramen. Quò dæmones instigarunt devolvi prædicationem! Moyses literatus, Lazarus mendicus. Moyses tam eruditione sacrà, quàm profanà illustris, igitur Doctor sacrorum Canonum, & imbutus sapientià arcanà Ægyptiorum; de quo *Exodi* 34. dicitur, quòd vel descendens de monte, rutilaret splendidè mirificà luce. Quid? Quid in excelsa ascendendo? Quantus assumpti in dignitatem decor, ubi vel descendentis remanebat fulgor? Hujus obliviscebatur Doctoris, memor ad prædicationem pauperis: patetque miseræ sortis affectus, dum coram illustribus proponitur & præponitur prorsùm illiteratus; quoniam hujusmodi prædicationis votum solummodò quibat egredi ex inferno, & ab homine damnato.

Vers. 22.

Qui magnus, vel jacens magnus.

Exod. 34. 29.

Suffragium honoris in indigno, est ab homine damnato.

10 Cæterò. Unde divitis de Lazaro recordatio, cùm in vita nullius magis vigeret oblivio? An propter domus splendorem? Imò propter vanitatem: siquidem pro stemmate habetur, quòd pauper in prædicatorem eligatur, reclusis meritis; quoniam solummodò erat ad januam divitis: ita superbià pectus inflante; ut pro auctoritate meritorum (licèt in vita foveret fastidium) stolidus proferat, quòd ille olim in domo propria jacebat. Dum Lazarus eguit, gratiam epulo retinuit; largitur, dum ille despicit. Ars est phantasiæ, & nutrimentum miseriæ, subtrahere gratiam, ubi desideratur; & offerre ubi negligitur: siquidem magnatum ad speciem patronorum, tritum studium pro domus auctoraminibus, vacare superfluitatibus; quoniam apex honoris, favor indignis. Vidit illum dolorum, quos ipse patiebatur, expertem; & assentari cupit, demonstrando favorem. Cognovit fortunam advolasse in adversarium, & ingratis licèt, ostendit obsequium, industriâ exercente etiam in inferno, quod machinatur in mundo: etenim mos aulicorum, suspicantium ab adversario, quantunvis rumpantur, honorem nanciscì; studere dignitati, vel ostendere studuisse, ut obsequio possint fallere, quos aversantur & mente & corde pro exaltatione.

Magnatum fallax decus, splendor domus.

Artes phantasiæ horum & aulicorum.

11 Hìc totus cardo vertitur. In flamma erat, & vel ibi sibi obtulit, quòd ille aliquando in ædium suarum vestibulo jacuit. Unde incumbit pro illo prædicationis dignitati postpositò Moyse. Huic jurè debebatur laurea, quippe Doctor egregius. Lazarum meritò fugiebat, quoniam pauper & mendicus: & ubi pro Lazaro dives honorem exposcit, Abraham repellit; quoniam si blandimen phantasiæ in mundo, statuit domum prædicatione glorioſam, quippe dignatus jacuit aliquandò ad januam; propter hoc credi prædicationem indigno, erat votum ex inferno: siquidem fas non erat, deficere à justitia rumpendo legem, propter inanem & futilem propriæ domus splendorem.

Apes horum honoris, favor indignis

Rem

12 Rem acu tangamus. Ille sepultus est in inferno. Ibi sepultus, ubi vixit animo: *elevans autem oculos* vidit Lazarum in sinu Abrahæ, citra cruciamina vivere; & exclamavit: *Pater Abraham mitte Lazarum, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Quanta vis livoris! Refrigerium erat adventus Lazari in loca cruciaminis: igitur invidus bonis potitur, modò gaudens non potiatur: habet nanque refrigerium, si ab alio recedit gaudium; siquidem proximi, maximè felicis, adulatur pœna, cujus genius gaudere de tristitia. *Elevans oculos vidit.* Neutiquàm in mundo, qui gloriosus videbatur, egêret, nec ille modò desideraret aquæ guttulæ commodum; si pro mendico oculos elevasset ad cœlum. Oculos elevans vidit. Quem non cognovit, cognoscit. Haud queramur de laboribus, ni succumbamus oneribus: equidem si à cœlo fulminantur ingrati, minimè mittuntur nisi in cognitionem cœli. *Elevans oculos vidit.* Serò levavit, quia serò resipuit. Pœnitentia sera sæpesæpiùs nulla: oculos cordis elevavit in cœlum, ut gloriam desiderarent, nequaquàm ut possiderent. Oculos direxit sursùm, verùm cor erat deorsùm. *Oculos elevans vidit.* Et dum inter flammas jacet? Utique. Optimus ordo & à cœlo, ut qui dignus collocetur suprà gaudens; & indignus sepeliatur, sedeatque infrà, dira tormenta perpetiens: qui profectò stolidè petit, ut Lazarus veniat, & guttulà linguam tangat; quasi pro illius libito & placito, possit Abraham expellere dignum à throno.

Vers. 23. Vers. 24. *Invidus gaudet aliena mœstitudine, & mœret felicitate.* *Unde pietas in pauperes?* *Labor juvat.* *Pœnitentia tarda, solùm pœna.* *Dignus supra, indignus infrà.*

13 Adhuc latet aliquid & non vulgare, pro Didascaliæ acumine, & affectionis depravatæ punctione. In inferno dives erat, unde exire nequibat. Quapropter non poterat refrigerari in pœnis, quin descenderet Lazarus, ubi erat dives. Iccircò clamat: *Mitte Lazarum.* Quid verò Præses? Efflagitationem refutat, & compescit, ut ultrà non poscat. Nonne est afflictus? Et jurè. Est ne malignus? Et corde. Pietatis obliviscitur Abraham? Non est locus. Qui expostulat non est magnus? Non est ille quondàm dives & opulentus? Mittat Lazarum. Haud justum. Pereat qui perit, & voluit gratis perire: torqueatur, quod emit voluptatibus, cruciamine: prematur, quem non levavit vel in paupere, dolore: igitur nefas improbum; quòd, quia placebat magnati, qui justus & quoniam justus dignè possidebat thronum, truderetur in infernum. Dialecto nostrà floridissimè: *Bueno fuera que porque lo pide un poderoso, al bueno porque era bueno, por pobre y buen natural, privado de la dignidad y throno, le arrojassen al infierno.* Crebra est affectionis cogitatio, cui mille nocendi artes pro votis cogitationis: igitur millies perpetietur infernum, ut nanciscatur propositum. Gravatur animus fastiditus meritis claris & præclaris: obcæcatur magis copià lucis: rimatur, an impingat; struit offendiculum, ut cadat: nec à conatu desistet, quousque industrià & industrià prorsùm enervet. Unde motus? Ex affectione, & fastidio, ni dicam, odio. Si affectio est, passio est, cujus subjectum cor. Haud trahentur, quò meliora pectora cogitent. Non amant, cùm judicaverint. Hæccine possibilia in homine! Disquiramus, an hominis, vel fortè molimina dæmonis.

Malè affectus non quiescit, quousq; æmulus projiciatur extra mundum, vel in infernum.

14 Obscurè neutiquàm, sed ante-lumina optimè occurrit totius argumentum Tautologiæ; nimirùm monomachia Jacobi, qui claudus egressus est ex certamine. Quidam putant in hujusmodi conflictu non eugenium, sed cacogenium fuisse Jacobi adversarium; qui quidem decertabat, ut athleta caderet, & Esau etsi indignus prævaleret, casuque digni emulationem dirimeret. *Cum Jacobo certasse diabolum specie Esau*: ait Procopius Gazæus ex Origene lib. 3. *Periarch.* suffragaturque caterva Rabbinorum videnda apud Lyram hìc, & Perer. *disput.* 2. num. 22. Tota machina certaminum dirigebatur in Jacobi exterminium, propter principatum meritis partum, à patre creditum, & jurè ab ipso indignus habitus, qui muneribus optaverat, cui modò dæmon favebat; ut quod pridem actum jure, cederet impugnatione. Sæpe hæccine indignorum virtus: quorum partes fovet diabolus; quippe nec ineptus absque auspicio, nec crimen sine patrono: verùm in contentione indignorum, sicut causa, est patrocinium. Hæc est historia: perscrutemur viscera.

Procop. Gaz. *Frequenter indignos fovet diabolus.*

15 In corde diaboli, amisso ab Esau jure primogenituræ; mansit altà mente repositum judicium genitoris, spretæque injuria feritatis; & quia in indignis complacet, & quia meritorum tædet. Factio malignorum caderet, ni Esau vel è pulvere surgeret: quod sanè impossibile cognoscitur, ni Jacob prosterneretur. Expulit è domo; quasi meritis vicisse fratrem, legibus præs-

Propter interpositionem procerum, nil in regimine novandum.

Homo factiosus non homo, sed diabolus.

præscriberetur ut crimen. In domo aliena, labore viguit victoria, & denique amplioribus meritis, redit onustus cordis pignoribus, in ædes patris. Viso illo, repullulavit gravi stomacho, ex quo indignatio, in fratrem jam obliterata affectio: cùmque videret solum, & desperato auxilio: *Ecce vir luctabatur cum eo. Ecce* dicitur, & aliquid studio indicatur: quippe dum homo contendit factione vel affectione, diabolus latet sub specie viri. Initur certamen, & licèt Jacob minimè cederet propter dignitatis honorem (quoniam aliquantula juris cessio, injuriæ videretur alicujus excusatio, quasi ad decertationem deficerent vires, & nequaquàm conatus voluntatis) ne schisma inter fratres videretur exortum, *flevit & rogavit eum.* O malignitas affectionis! Precibus non flectitur, neque lachrymis: igitur cùm enixim moliretur Jacobum procumbere, & ruinà ab honore removere; fovit arte atque viribus intentum, quousque videret æmulum valida manu prostratum.

Genes. 32. 24.

Non cessat, quousque prostratum quæ aversatur, conspiciat.

Ose. 12. 4.

16 Hoc erat molimen: verùm Jacobus non ruit. Isthoc cordis propositum, sed non prævaluit. Desunt technæ? Latent tricæ? Nullatenùs. *Cùm videret, quòd eum superare non posset; tetigit nervum femoris ejus; & statim emarcuit.* Haud aliò dirigitur ictus. Nonne est pectus, ut evomat animam suffocatus? Non alibi, nisi femoris nervo est vulneri locus? Est utique, verumenim cogitationi non aptus. Non intendebat prævalere morte, sed æmuli studere dedecori: percutitque nervum femoris, quo vulnere claudicaret, & minimè fibras pectoris, quo periret; quoniam affectioni sine lauro videretur victoria, ni æmuli dotibus eminentis frangeret crura. Hisp. *Considerandole sobresaliente con prendas tan lucidas, tirò à quebrarle las piernas.* Excogitavit plura, sed evanuerunt ut excogitata: & ut fastidium velamen aliquod rectitudinis haberet; ostendit percussione, atque vulneris ictu, quo claudicaret. Agnovit virum dignum honore, qui in cunctis sese gerebat præclarè, in thronum destinatum à cœlo, remoto indigno; verùm pungebat erga dignè inhonoratum affectio, cogitans signare in corpore, quod dotibus impossibile: & tetigit nervum femoris; ut molestiâ meditatâ vulneris, nec ullum gressum formaret, nec contra æmulum vel pedem movere posset. O fatuitas! in jure, nullatenùs in affectione potestas. Ne protrahatur Didascalia, omitto plura: videsis sententias pro voto affectionum, cunctasque ad placitum, hìc *Tautol.* 11. *Didasc.* 5. Liquet amoris difficultas & facilitas, queis videtur in Præsidibus cerebri inanitas: igitur facilitate, dilecti nimis confidunt; atque difficultate vel habiles temerè desperantur. Recusanda in judicio comes affectio, quippe non quiescit animo, maximè

Vers. 25.

Non tam studet vulnere vulneri, quam dedecori.

Et ut in habilem reddat, ne victus vincat.

Nutritus lacte ferino. Ovid.



TAU-

TAUTOLOGIA SECUNDA.

EN OCULI VESTRI VIDENT.

Genes. 45. v. 12.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 Uplici Tautologiâ constat auctoritas, siquidem Josephus, ne ambigerent fratres de illius persona in tanta gloria (dum illum vendiderat) inter obsequia aulicorum, inter plausus clientum, & regis æstimationis summæ munificentiam inventa; quandoquidem penes illum summa regiminis, dominantem in omni terra Ægypti, quin nemo sine illus imperio manum aut pedem auderet movere; illis dixit: *En oculi vestri, & oculi fratris mei Benjamin vident, quod os meum loquatur ad vos.* Ecce bini Pleonasmi, *Oculis* scilicèt *videre*, & *Ore loqui*. De secundo *Tautol.* sequenti; de primo agemus modò, quo clareat modus dicendi in Scriptura ita obvius, ut singulis paginis, vel incurioso Idiotismorum occurrat. Dixi *Tom.2.Taut.9.n.13.* sensationem aliorum sensuum interdùm explicari per visum: ut *videre vocem*, &c. At quia hìc de nobilissima sensatione agendum, operæ pretium duxi videndi acceptiones maximoperè expendere.

Visus per omnium s. suum exercitio.

2 *Videre* multifariè sumitur. Quapropter, uti observat Cornelius Fronto in *Vocabulor. different.* verbum *Video* (tametsi confundat cum *Cerno* Laurentius Valla in *Elegant.* lib. 3. cap. 83.) multum distat à reliquorum significatione. *Differt Cerno* (ait) *à Video, Aspicio, Specto, Intueor, quod cernimus animo, videmus naturâ, aspicimus ex improviso, spectamus voluntate, intuemur cura.* Ita singula composita habent differentiam pro diversitate sensationis animi, vel oculorum motibus in perceptionem objecti. Unde *Aspicio* sumitur pro videre simpliciter, inspicere leviter, sine curiositate, strictim, aut summatim. *Prospicere*, longè aspicere, vel aciem oculorum in longum tendere, quod dicimus *Prospectare*. *Circumspicere*, undique, quaquaversùs, & utrinde videre, aut cuncta luminum acie lustrare. *Introspicere*, occulta investigare. *Suspicere*, oculos attollere: atque *Despicere*, aspicere torvè, vel oculos ad terram cum fastidio demittere. Sic de reliquis, ut cognitum apud Latinæ linguæ gnaros. Consule Jul. Pollux. in *Onomast.* lib. 2. cap. 1. titul. 26. *Contuitu quoque multiformes* (ait Plin. *lib.11.cap.37.*) *truces, torvi, flagrantes, graves, transversi, limi, summissi, blandi.* His differentijs proclivè plura sacra & profana patent, ut videbimus. Seneca de *Otio sapient.* cap. 32. *Curiosum nobis natura ingenium dedit, & artis sibi ac pulchritudinis suæ conscia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida, & non uno genere formosa solitudini ostenderet. Ut scias illam spectari voluisse, non tantùm aspici; vide quem locum nobis dederit.* Plutarch. libell. de *Instituend.* subdit: *Videntes non videamus.* Tacit. lib. 3. *Annal.* cap. 45. *Videre modò adversos, & aspicerentur, id satis ad victoriam.* Plautus demùm in *Milit.* Act. 2. Scen. 4. v. 15. & 53. & Euripid. in *Helen.* v. 121.

Laur. Val. Corn. Fronto.

Quid sit videre?

Discrimina aspectuum.

Jul. Poll. Plin.

Senec.

Plutarch. Tacit.

Tune vidisti? Atque his oculis quidem.
Nil habeo certè quid eloquar. Non vidi eam, etsi vidi.
Ipse enim meis oculis vidi, & mens cernit.

Plaut. Euripid.

3 Videre pro vivere sæpe usurpatur. Vide dicta loc. cit. num. 14. Joan. 1. 4. 9. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ubi Nazianzenus *Orat.4.* ait: *Quia lux erat vita.* Job. 34. 26. *Percussit eos in loco videntium.* idest, super terram. 1. Esdr. 9. 9. *Illuminaret oculos nostros Deus noster*: hoc est, concederet vitam. Psalm. 12. 4. *Illumina oculos meos*, &c. Apud Ethnicos plena folia: quare frequenter *Mea lux, lux nostra* pro vita. Propert. lib.

Videre pro vivere.

Nazianz.

lib. 2. *Epigr.* 5. 14. 24. 28. 29. Sophocl. in *Philoct.* v. 152. *Tuum ſervare oculum*: ideſt, vitam. Plaut. in *Perſ.* Act. 5. Scen. 1. v. 13. *Oculus meus.* & in *Pſeudol.* Act. 1. Scen. 1. v. 88.

Plaut. *Certum eſt mihi ante tenebras tenebras perſequi.*

Propert. Ideſt, ante noctem pati mortem: ſicut Propertius ubi ſupr. *Eleg.* 15. *Nox tibi longa venit, nec reditura dies.* Lucanus lib. 7. *Bell. Pharſ.* v. 612. *Liber ad tenebras.* Q. Curt. in *Vit. Alex.* lib. 9. cap. 4. *Perpetuam noctem.* Sophocl. in *Aiac.* v. 391. *Tenebræ mea lux*, &c. Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 827.

Virgil. *Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur,*
Heu quantum inter ſe bellum, ſi lumina vitæ
Attigerint, quantas acies, ſtrageſque ciebunt!

Euripid. Euripides in *Hecub.* v. 367. *Relinquam ab oculis lucem.* v. 415. *Nos in luce ſerviemus.* In *Phœniſ.* v. 1349. *Filij ſororis non ſunt in luce amplius.* Et alibi paſsim, uti in *Alceſt.* v. 18. & in *Hippol.* v. 1193. Homer. 1. *Iliad.* v. 87. *Me videnti & in terra vivente.* Ita etiam Horat. lib. 1. *Carm. Od.* 28. v. 15. & lib. 2. *Od.* 14. v. 2. Quo conſtat per lucem vitam, per noctem & tenebras, accipi mortem. Vid. Caſp. Barthium in *Adverſ.* lib. 54. cap. 11.

Videre pro cognoſcere. 4 Videre etiam pro intelligere. Numer. 24. 4. *Obturatus eſt oculus ::: ſic aperientur oculi ejus.* Deuteron. 4. 3. *Oculi veſtri viderunt omnia, quæ fecit Dominus.* Et cap. 29. 4. *Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes.* Geneſ. 3. 7. *Aperti ſunt oculi amborum: cumque cognoviſſent ſe eſſe nudos*, &c. Luc. 24. 31. *Aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum*: hoc eſt, videre oculis mentis; quâ phraſi utuntur ſæpe Eccleſiæ lumina. Aguſtin. libell. 50. *Homil.* 22. Leo Pap. ſerm. 1. de *Transfigur.* Gregor. Magn. Hom. 3. in *Evangel.* & Ambroſ. lib. 10. in *Luc.* cap. 22. Unde S. P. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Inſtrum.* 47. *Mortem quotidie ante oculos ſuſpectam habere.* Hac enim acceptione ſignat etiam prævidere, & providere. Propertius lib. 3. *Eleg.* 5.

Auguſt. Leo Pap. Gregor. M. Ambroſ. S. Bened.

Propert. *Corpora diſponens mentem non vidit in arte.*
Recta animi primùm debuit eſſe via.

Terent. Terentius in *Andr.* Act. 2. Scen. 2. v. 36. *Davum optumè video, cujus conſilio fretus ſum.* Plautus in *Moſtell.* Act. 2. Scen. 2. v. 19. *Uſquequò valuiſti? Uſque ut vides.* Et Cicero *Epiſt.* 17. *An tu non videbas mecum ſimul, quàm illa crudelis eſſet futura victoria?*

Seneca. Seneca de *Conſolat.* ad Martiam cap. 7. *Aſpice multorum animalium quàm concitata ſint deſideria.* Alijs ſuperſedeo quia ſingulis obvia. Hinc quia cordati conſiderationem habent, oculati, Argique dicuntur. Quapropter Empedocles apud Clement. Alexand. lib. 5. *Stromat.* inquit.

Empedoc. *Mente aſpicias, oculis nec cernere cures.*

Pro conſiderare. Pſalm. 90. 8. *Oculis tuis conſiderabis.* Pſalm. 9. diviſ. 2. v. 14. *Vides, quoniam tu laborem, & dolorem conſideras.* Thren. 5. 1. *Intuere & reſpice.* Daniel. 9. 18. *Aperi oculos tuos & vide.* Terentius ubi ſupr. *Vide quo me judicas*: & in *Eunuch.* Act. 2. Scen. 1. v. 18. *Vide quid agas*: igitur pugna inter honeſtatem & voluptatem; qua de cauſa Medea apud Ovid. lib. 7. *Metam.* Fab. 1.

Ovid. *Sed trahit invitam nova vis, aliudve cupido,*
Mens aliud ſuadet: video meliora, proboque,
Deteriora ſequor.

Pro auxiliari. 5 Haud incongruè accipitur etiam pro auxiliari. Iſai. 48. 3. *Jejunavimus, & non aſpexiſti.* Thren. 4. 50. *Donec reſpiceret & videret.* 1. Reg. 1. 11. *Si reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ* (de quo ex profeſſo *Tautol.* 7.) ideſt, ſi juveris; ſiquidem, uti dicit Jobus 10. 4. *Nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu videbis?* Euripid. in *Alceſt.* v. 370. *Intuere intuere, nihil amplius ſum*: ideſt, fave, quippe ſum miſer. Sophocl. in *Philoct.* v. 501. *Tu me miſerare intuens.* Plaut. in *Bachid.* Act. 4. Scen. 3. v. 24. *Tace modò: Deus reſpiciet nos aliquis*: hoc eſt, favebit. Ita Ovidius lib. 4. *Triſt.* Eleg. 4. v. 19.

Job. 10. 4. Euripid. Plaut. Ovid.

Ovid. *Cauſa tua exemplo ſuperorum tuta duorum eſt.*
Quorum hic aſpicitur, creditur ille Deus.

Fortuna Reduc. Cicer. Apulej. Alludit ad ædem *Fortunæ Reducis*, vel *Reſpicientis*, de quâ Plautus in *Captiv.* Act. 4. Scen. 2. v. 54. & Cicero lib. 2. de *Legib.* cum Plutarch. libell. de *Fortun.* Unde Apulejus lib. 11. *Metam.* dicit: *In tutelam jam receptus es Fortunæ, ſed Videntis.* Et Virgil.

Bu-

Bucol. Eclog. 1. v. 28. *Quæ ſera tamen reſpexit inertem.* Clariùs tamen lib. 2. *Æneid.* v. 689.

Jupiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis
Aſpice nos: hoc tantùm & ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque hæc omnia firma. Virgil.

Originem habet acceptio ex eo quod diximus *Tom.* 2. *Tautol.* 9. num. 17. in oculis animum habitare. Unde Plin. lib. 11. *Hiſt. nat.* cap. 37. infit: *Ardent, intenduntur, humectant, connivent. Hinc illæ miſericordiæ lachrymæ. Hos cum oſculamur, animum ipſum videmur attingere. Hinc fletus, & rigantes ora rivi. Quis ille humor eſt in dolore tam fœcundus & paratus, aut ubi reliquo tempore? Animo autem videmus, animo cernimus. Oculi ceu vaſa quædam viſibilem ejus partem accipiunt, atque tranſmittunt.* Plin. Unde in Scriptura frequens *Oculum parcere* vel *non parcere* pro miſereri & punire. Deuter. 13. 8-1. Reg. 24. 11. Judith. 2. 6. & Ezech. 5. 11.-7. 4. Quapropter ponere oculos ſuper aliquem in malum vel in bonum, dilectionem vel averſionem ſignat. 1. *Eſdr.* 5. 5. *Pſalm.* 32. 18: *Eccli.* 34. 15. *Amos* 9. 4. & alibi ſæpè. Etiam apud Ethnicos: Sophocl. in *Aiac.* v. 443. *Et ſi non hic oculus, & mentes perverſæ ſententia prohibuiſſent mea.* *Oculus pro favore vel moleſtia.* Sophocl.

6 Videre etiam pro complacentia aliquando ſumitur ex contemplatione objecti amati vel odioſi. Pſalm. 65. 18. *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo*: putà, ſi complacuit cordi meo iniquitas. Mich. 4. 11. *Aſpiciat in Sion oculus noſter.* Iſai. 14. 16. *Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proſpicient*: ideſt, *Te contemplabuntur, proſpicient te, videntes te*: ita Pagnin. *Diligenter obſervabunt*: Forer. *Mirabuntur*: Septuag. *Ad intelligere ſeſe facient* Maluend. Item cap. 28. 4. *Quod cum aſpexerit videns.* In hoc ſenſu Cicero in *Catilin.* 2. *Retorques oculos ſæpe ad hanc urbem, quam ex ſuis faucibus ereptam eſſe luget.* Euripides in *Oreſt.* v. 894. *Viſio pro complacentia.* Iſai. Pagnin. Septuag. Cicer.

Oculum ſemper hilarem dabat Ægiſthi amicis,
Nam genus tale eſt, ad florentem partem
Semper ſaliunt præcones. Ille eſt eis amicus. Eurip.

Ovid. lib. 4. de *Remed. Amor.* v. 225. & Propert. lib. 2. *Eleg.* 7.

Tempora nec numera, nec crebro reſpice Romam:
An ego tranſirem tua lumina clauſa maritus,
Reſpiciens udis perdita luminibus? Ovid. Propert.

Aliquando vividè ſignificat complacentiam vindictæ ex accepta injuria, vel humiliationis inimici traditi ad lubitum offenſi. Unde Iſai. 66. 24. *Erunt uſque ad ſatietatem viſionis omni carni.* Thren. 2. 16. *Dixerunt: Devorabimus. En iſta eſt dies, quam expectabamus, invenimus, vidimus.* Eadem *Exod.* 15. 9. *Judic.* 16. 24. & *Luc.* 23. 35. Ita Apollo gaudebat de nece Pythonis & excoriatione Marſyæ, ut refert Ovidius lib. 1. *Metam.* Fab. 8. & lib. 6. Fab. 5. Virgilius lib. 11. *Æneid.* v. 15. *Pro complacentia pœnarum inimicorum.* Ovid.

——*Hæc ſunt ſpolia, & de rege ſuperbo*
Primitiæ, manibuſque meis Mezentius hìc eſt. Virgil.

Seneca ubi ſupr. cap. 18. *Satiare oculos ſpectaculo.* Et Tacitus lib. 13. *Annal.* cap. 45. *Velata parte oris, nè ſatiaret aſpectum.* Senec. Tacit.

7 Aliquando per viſum ſignatur ſpecies rei. Exod. 16. 14. de Manna dicitur: *In ſimilitudinem pruinæ.* Numer. 11. 7. *Coloris bdellij*: ideſt, margaritæ. Ubi Hebr. *Oculus ejus ſicut oculus bdellij*: hoc eſt, ſpecies, forma & figura: quare verſu antec. dixerunt: *Nil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man.* Iccircò oculus per Metonymiam ſumitur pro re viſa, ſeu objecto viſus, maximè ſi delectabile, & pulchrum. *Oculus pulcher.* Sophocl. in *Electr.* v. 517. ideſt, facies pulchra. In *Antigon.* v. 875. *Sacrum oculum fas videre.* Eurip. in *Phœniſſ.* v. 837. *Tu es oculus*: ideſt, ipſa pulchritudo. In *Medea*, v. 1146. *Promptum oculum in Jaſonem.* Apulejus lib. 10. *Metam.* ſubdit: *Iſti tui oculi per meos oculos ad intima delapſi præcordia.* Propertius *lib.* 1. *Eleg.* 1. *Oculis cepit*: ideſt, pulchritudine. Quare *lib.* 2. *Eleg.* 32. *Viſus pro ſpecie, ſeu extima forma.* *Oculus pro re viſa.* Sophocl. Eurip. Apulei.

Qui videt, is peccat; qui non te viderit, ergo
Non cupiet. Facti crimina lumen habet. Propert.

Phædrus *Fab.* 63. ait: *Formoſam, oculis venantem.* Callimachus in *Lavacr. Pallad.* eodem ſenſu: *Oculo pulcherrima ſemper.* Ubi Pollitianus, *Vultu*: quaſi in illo totus Charitum chorus, thronuſque Gratiarum. Euripid. in *Hippol.* v. 886. *Venerando Jovis oculo contempto.* Martialis de fœmina fucata & compta jocatur *lib.* 12. *Epigr.* 23. dicens: Phædr. Callimac. *Pro tota facie.*

Martial. *Dentibus atque comis nec te pudet, uteris emptis:*
Quid facies oculo Lælia? Non emitur.

Pro pulchritudine. Ideſt, ornatus ad pulchritudinem emitur, pulchritudo non emitur. Vide dicta *Tautol.* 1. n.26. Sophocl. in *Philoct. Nutritum oculum habens*: hoc eſt, ſplendentem, nitidum. Hæc acceptio etiam invenitur in ſacris: qua de re diciter uxor pulchra Ezechielis, cap. 24. 16. *Deſiderabile oculorum.* Et Cant. 2. 14. *Facies tua decora.* Arab. *Aſpectus pulcher.* Syr. *Oculus pulcherrimus*: ſumpto nimirùm oculo pro ſpecie & elegantia oris totius, vel pro forma univerſa, ſive objecto ipſo, utcunque ſit. Unde ſenſus accipitur pro ſenſibili. Deut. 4. 3. *Oculi veſtri viderunt.* v. 34. *Videntibus oculis veſtris.* Ubi Rab. Jonath. *Oculis veſtris vidiſtis, viſionibus magnificis.* Chald. *Viſionibus magnis.* Arab. & Perſ. *Terrores magnos.* Haye: *Per ſpectra.* Q. d. Vos vidiſtis ſigna & portente, mira prodigioſaque,, quæ ſpectra videbantur, inimicis, quia illos terrebant vehementer, utpotè nunquàm viſa, voſque protegebant vel deſperato exitu, firma incolumitate; igitur non fecit taliter omni nationi. Hinc non abſre hujuſmodi phraſis ſumitur pro teſtificatione, de quo n.18. ſicuti Pſal. 34. 21. *Viderunt oculi noſtri*: ideſt, me teſte. Ita plura teſtimonia hìc ſparſa: in qua acceptione Homerus 19. *Iliad.* v. 174. de donis collatis Achilli ab Agamemnone ait:

Visus pro visis. Rab. Jon. Chald. Arab. Perſ. Haye.

Pro teſtificatione.

Homer. ——*Dona autem rex virorum Agamemnon*
Ferat in mediam concionem, ut omnes Achivi
Oculis videant.

Sophocl. Hoc eſt, teſtes collationis ſint. Sophocl. in *Aiac.* v. 977. *Vidi oculis ego.*

Sæpe ſuppoſitum & inſtrumentum rei cum re ipſa exprimitur. 8 Dixi ſæpe, hìc etiam *Tautolog.* 1. n.9. & 11. & dicam T.5. num. 2. latius inſtrumentum vel ſuppoſitum ſimul exprimi cum re, de qua ſermo fit; ut *procedere greſſu, audire aure, ore loqui.* Apud Latinos interdùm, verùm apud Græcos obvium. Ovidius lib.7. *Metam.* fab.1. *Liquarum aſpergine aquarum.* Plaut. in *Ciſtell.* Act. 5. v. 10. *Expectetis expectatores.* In *Perſ.* Act.2. Scen.2.v.50. *Militia militatur.* In *Trinum.* Act.4.Scen. 2. v. 162. *Tinnijt tintinnabulum.* Et ibid. Scen. 3. v. 16. *Currenti curſori.* Euripides in *Phœniſſ.* 373. *Per oculos lachrymantem.* v. 872. *Clauſo ore reticerem.* v. 851. *Incedens greſſum.* Sophocl. in *Antigon.* v. 127. *Venio elevans pedem.* v. 176. *Ignitum ex igne.* v. 881. *Cavo ſepulchro.* v. 916. *Mortuorum ſepulchra.* v. 1088. *Volatilis avis.* v. 1158. *Expirare animam.* Homer.2. *Iliad.* v. 454. *Avium volatilium.* Hæc & alia frequenter proferuntur emphaticè, ut certitudo rei, & veritas geminatione firmetur, & quanto fundamento quæque aſtruuntur, depromantur. Quare ubi *videre* additur *oculis*, epitaſis eſt, & expreſsio fidei adhibendæ, quippequàm nullo ex capite falſa. Clarè, ſcilicèt, vidi: ſine fallacia vidi: igitur videre ſumitur pro clarè ſine offuſcijs videre, uti præmiſi *Tom.*2. *Tautolog.* 9. num.10.

Ovid. & alij.

Prima expoſitio.

Quid videre oculis?

Secunda expoſitio. 9 Sicut verbum geminatum ſemper intelligendum eſt per adverbium, ut dixi ſæpe Tomis prior. & dicam *Tautol.* 7. in *Expoſ. lit.* num.8. *Tautol.*8. num.50-9.43-10. 16. & 14. num. 37. uti in *Phœniſ.* Euripid. v. 587. *Remittite animi cupiditatem: remittite.* Sophocl. in *Antig.* v. 1340-1343. *Eat, eat. Veniat, veniat*: ideſt, *omninò remittite: citò eat: feſtinè veniat.* Ita dum geminatur potentia & ſubjectum, objectumve, actio & inſtrumentum, materia & ſuppoſitum, ſubintelligendum eſt adverbium: imò in verbis *Video, Dico* & *Voco*, quanvis non geminentur, adverbium uſurpandum eſt. De duobus poſterioribus conſule Sanct. in *Job.* 3. n. 28. Pro *Video* accipe aliqua teſtimonia, in quibus quicquid ſubſequitur, pro adverbio par eſt accipere; vel ipſummet verbum, quod ſanè addit aliquid, cui in oratione jungitur. In Iſaia affluenter. cap. 26. 11. *Videant & confundantur zelantes*: hoc eſt, vehementer confundantur. 53. 11. *Videbit, & ſaturabitur*: ideſt, maximè ſaturabitur. 60. 5. *Videbis, & afflues*: nimirùm, valdè affluès. 66.14. *Videbitis & gaudebit cor veſtrum*: ſcilicèt, ſummoperè gaudebitis. *Gaudio magno valdè*, uti dicitur Matth. 2. 10. Vel primo modo, aut per adjectivum: *Videant & confundantur*, pro propudiosè, aut confuſi videant. *Videbit & ſaturabitur*: experietur dolores uſque ad ſatietatem. *Videbis & afflues*: videbis abundantiam, & copiam. *Videbitis & gaudebit cor veſtrum*: erit magna lætitia, cum videritis. Ita reliqua teſtimonia num. 4. queis ſplendidè lux expoſitionis micat.

Verbum geminatū pro adverbio.

Expoſitio geminationum.

Videre oculis pro certò videre. 10 Non ſecùs in præſenti Pleonaſmo: *Oculi veſtri vident*: ly *oculi* loco adverbij, pro certò ſcilicèt: videtis plenà intelligentià, ſine fallacià. Alciatus *Embl. 66. Reſpiciat, vel lumina vertat.* Uſus etiam apud Profanos. Ovidius lib. 2. *Metamorph.* Fab. 1. y. 32.

Sol

Sol oculis juvenem, quibus aſpicit omnia, vidit. Ovid.

Video oculis, Euripides in *Oreſt.* v. 224. & v. 1022. *Videns oculis ultimum aſpectum.* In *Phœniſ.* v. 461. *In idem vides oculis.* In *Medea.* v. 92. *Vidi eam oculis.* v. 1040. *Oculis aſpicitis.* Sophocles in *Antigon.* v. 766. *Oculis videns.* Homer. 1. *Iliad.* v. 787. *Oculis videam.* Terentius in *Eunuch.* Act. 4. Scen. 4. v. 10. Euripid. Sophocl. Homer.

Hunc oculis ſuis noſtrarum nunquàm quiſquam vidit. Terent.

Plautus identidem. In *Milit.* Act. 2. Scen. 3. v. 19. & Scen. 4. v. 15. in *Epidic.* Act. 4. Scen. 2. v. 7.

Profectò vidi. Egomet duobus his oculis meis.
Atque his oculis, quidem, hanc oculis vidi. Plaut.

In *Menæch.* Act. 5. Scen. 7. v. 12. *Quid ergo oculis aſpicio meis?* Idem. in *Pſeudol.* Act. 2. Scen. 2. v. 27. & aliis pluribus in locis. Quod quidem claret, dum quod oculis dicitur vidiſſe, profectò vidiſſe teſtatur, juxta illud Homeri 20. *Iliad.* v. 333. *Clarè vidit oculis: miraculum oculis video.* Homer.

11 Quæcunque enim ambigua, dicimus videre & non videre; uti diximus ex eodem n. 2. dicente: *Nihil habeo certi quid eloquar: non vidi, etſi vidi.* Euripides in *Phœniſ.* v. 664. Plaut.

Vides? Video, ſed non ſatis clarè: video tamen aliquo modo. Euripid.

Et cauſa ſuppetit: igitur multoties videre nos putamus optata, quibus partis, maximè ſi ultra ſpem, vel videntes dubitamus; quandoquidem affectus præ vehementia negat viſa, videtque ſolummodò cogitata. Geneſ. 45. 26. dicitur de Jacob, aſſerentibus filiis, vivere Joſephum, & dominari in Ægypto; *tamen non credebat eis.* Luc. 24. 39. 41. cùm viſo Magiſtro glorioſo diſcipuli turbarentur, quaterenturque flagello cogitationum, & ille dixiſſet: *Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum: palpate & videte*: ſubditur ab Evangeliſta: *Adhuc illis non credentibus & mirantibus præ gaudio.* Ita intelligitur illud patris, ſalutis filii avidi, dicentis, Marc. 9. 23. *Credo Domine: adjuva incredulitatem meam.* Sanè credebat: verùm ita cupiebat ſalutem filii, ut de ſeipſo ipſe dubitaret, an crederet. Pater Alcidis ſubitò videns filium ab inferis revertentem, dicit apud Senecam in *Hercul. Furent.* Act. 3. v. 617. *Quę optamus, non viſa videmus, & viſa non credimus.*

Utrumne viſus vota decipiunt meos?
An ille domitor orbis & Grajùm decus,
Triſti ſilentem nubilo liquit domum?
Eſt ne iſte natus? Membra lætitiâ ſtupent. Senec.
O nate certa & ſera Thebarum ſalus!
Verum ne cerno corpus, an fallor, tua.
Deceptus umbrâ? Tu næ es. Agnoſco toros,
Humeroſque, & alto nobilem trunco manum.

Solicitus & æger animus vera pro falſis videt, & ad viſa expaveſcit: quare de Andromache, viſo Æneæ, quem arbitrata fato cum Troja functum, apud Virgilium lib. 3. *Æneid.* v. 306. dicitur:

Ut me conſpexit venientem & Troja circum.
Arma amans vidit; magnis exterrita monſtris
Diriguit viſu in medio, calor oſſa reliquit,
Labitur & longo vix tandem tempore fatur: Virgil.
Verane te facies? Verus mihi nuncius affers
Nate Dea? Viviſne?

Eadem invenies apud Euripidem in *Andromach.* v. 896. obviæ Hermionæ, occurrente Oreſte (quod iterat in *Iphigen. in Aulid.* v. 1586. in *Taur.* v. 796. & in *Hercul. Furent.* v. 527.)

Age: quænam eſt res? Num erramus? An clarè video Euripid.
Filiam Menelai reginam harum ædium?

Idem quod in gaudio, accidit in furore, aut ira gravi, vel Panico terrore percuſsis & perculſis cordibus. Aſpectus timet, quicquid timetur: & minimè operatur juxta viſa, ſed juxta apprehenſa. Exemplum eſt in Alcide furioſo, qui è medio conjugem ſuſtulit, judicans Junonem novercam, illi ſemper inimicam. Ita apud Senec. ubi ſupr. verſ. 1009. *Furioſus vel irâ percitus viſa non videt.*

Licèt Tonantis profuga condaris ſinu, Senec.
Petet undecunque temet hæc dextra, & feret.

Te-

Teneo novercam: ſequere, da pœnas mihi,
Jugoque preſſum libera turpi Jovem.

Succinit Ovidius lib. 4. *Metamorph.* Fab. 18. de pugna Perſei pro Andromedes libertate.

Ovid.

Arduus in nubes abiit: ut in æquore ſummo
Umbra viri viſa eſt, viſam fera ſævit in umbram.

12 Sine obice modò exponetur ſententia Joſephi ad fratres. *En oculi veſtri vident*: ideſt, ſanè videtis, quòd ego ſim frater veſter, quem pridem, inſcio patre, vendidiſtis Iſmaëlitis. Oculis videtis: non per famam, aut notitiam; ſed per nobiliorem ſenſationem: ſiquidem difficilè falli poteſtis, cùm me videatis. Alium ſimilem non videtis, ſed me fratrem veſtrum, quem quidem non aſpicitis, ſed videtis, & videtis oculis. Senſibile ſingulare localiter præſens in debita diſtantiâ nequit fallere ſenſum, niſi corruptione organi, copiâ ſpecierum, in diſpoſitione medii, nimiâ diſtantiâ aut proximitate, ut dicunt Philoſophi in lib. de *Anima*. Ita linguæ febricitantis amara & ſalſa videntur & dulcia & inſipida: colores nimiâ diſtantiâ langueſcunt, imò evaneſcunt; quadrata videntur rotunda; & quæ æqua, pyramidalia; rubrâ & viridia, ſi ſpectantur rubrâ aut viridi cryſtallo: ac propter eandem medii indiſpoſitionem, quippe ſpecies tranſiens per duplex medium diverſæ raritatis, reflectitur; virga cujus pars eſt in aqua, fracta vel curva videtur. Unde Lucretius lib. 5. de *Rer. natur.* v. 574. ait:

Senſatio oculorum certior aliis ſenſationibus.

Unde ſenſuum fallacia?

Nil adeo ut poſſis plùs, aut minùs addere verè
Lunaque ſive notho fertur loca lumine luſtrans,
Sive ſuam proprio jactat de corpore lucem,
Quicquid id eſt, nihilo fertur majore figura
Quàm, noſtris oculis quam cernimus, eſſe videtur,
Nam priùs omnia, quæ longè remota tuemur
Aëra per multum, ſpecie confuſa videntur,
Quàm minimum filum, &c.

Lucret.

13 Firmiſsima eſt viſus aſſertio, quippequàm minùs fallitur. Ideò dicitur infallibile aſſertum oculis viſum: etenim ut inſit Seneca epiſt. 6. *Homines ampliùs oculis, quàm auribus credunt*. Euripid. in *Supplicib.* v. 684. & Homer. 24. *Iliad.* v. 222.

Senec.

Euripid.

Videns hæc & non audiens dico.
Audivi & inſpexi coram.

Et Plautus in *Trucul.* Act. 2. Scen. 6. v. 6. accinit.

Plaut.

Non laudandus eſt, cui plus credit qui audivit, quàm qui videt.
Non placet, cùm illi plus laudant qui audit, quam qui vident.
Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem.
Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè ſciunt.

Tertia expoſitio.

Oculi ſunt fideles: vos videtis me. Res acta eſt: de quo ergo dubium? Si videtis, quid ultra? Intelliges modò in fabula, oculorum firmiſsimam ac veracem ſenſationem.

Cur duę portæ ſomni cornea & eburneæ?

Somni portæ olim geminæ fictæ, alia cornea, alia eburnea: hæc fallax, illa fidelis, quia juxta portæ exitus, eventus veri aut fallaces. Homerus *Odyſſ.* lib. 19. v. 562. inquit:

Homer.

Duæ enim portæ debilium ſunt ſomniorum:
Unæ quidem enim cornibus factæ ſunt, alteræ autem ebore.
Horum qui quidem egreſſi fuerint per ſectum ebur,
Spe fruſtrantur, verba imperfecta portantes.
Qui autem per polita cornua eunt foràs,
Hi vera perficiunt, hominum quando aliquis videt.

Eleganter profectò Græco idiomate: verùm Virgilius non minùs nitidè lib. 6. *Æneid.* verſ. 893.

Virgil.

Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto;
Sed falſa ad cœlos mittunt inſomnia Manes.

Colutus Theban. libell. de *Rapt. Helen.* ait: *Aperuit Aurora duas inſomniorum portas; hanc quidem veritatis terminis circumſcriptam mundo patefaciens, unde ſubſiliunt veræ Deo viſiones: illam verò dolo compactam, vanorum inſomniorum altricem.* Eadem Propertius *lib.* 4. *Eleg.* 7. v. 87. Tibullus *lib.* 2. *Eleg.* 6. v. 37. *lib.* 3. *Eleg.* 4. v. 1. Statius

lib.

lib. 5. *Silvar.* in Patris *Epiced.* v. 201. Horatius *lib.* 3. *Od.* 27. v. 40. Ovidius lib. 9. *Metam.* Fab. 11. de *Biblid.* v. 77. Ausonius *Edyl.* 2. Chartar. de *Imag. Cupid.* fol. 337. & alii. Per portam *Corneam* signantur oculi, in quibus cornea tunica, durior cæteris membranis, de quo videsis Nicol. Nancell. in *Analog. Macr. ad Micr.* lib. 3. p. 2. cap. 1. Cœl. Rhodig. lib. 16. cap. 1. & Galtruch. in *Physic. particul.* p. 3. disp. 3. cap. 1. Per *Eburneam* portam significatur os, à dentibus: jurèque dicuntur falsa, ea quæ ex auditis procedunt ab ore, vera profectò quæ videntur oculis. Unde oculorum visu & à fratribus firmat Josephus se esse, quoniam oculorum sensus eò fidelior, quò præ cæteris acrior. Quapropter ingeniosè Ovvenus lib. 2. *Epigram.* 183. de Cæco & Surdo, infit:

Cur oculis pollet magis hic, magis auribus ille?
Hic oculis audit, auribus ille videt.

Cur oculis porta cornea signatur.

Ovven.

14 Pro fulcro cogitationis audiendus est Cœlius Rhodiginus. *Lect. Antiquar.* lib. 2. cap. 30. *Quod verò ad communem attinet sensum, scitu digna sunt, quæ ab eruditis mandata memoriæ sunt: hunc esse, videlicèt, qui objecta quinque sensuum sentiat, & actiones eorum atque vacationes: ad quem etiam propriè spectet animadversio, quando scilicèt animadvertimus, nos videre aliquid, vel audire. Unde fit, ut sæpe & videamus, & audiamus aliqua, nec tamen percipiamus nos ea sentire: quoniam sensus communis, imaginatioque intereà vertitur aliorsum. Oportet, inquit Plotinus, hoc esse quasi centrum: sensus verò singulos undique non aliter ad hoc ipsum, quàm lineas à circunferentia ad centrum usque protendi: atque vim ejusmodi cuncta comprehendentem, re verà unum aliquid esse: neque esse humidum, aliàs cessaret memoria; neque durum, periret nanque docilitas: & omninò si sit corporeum, formæ ibi rerum se invicem impedient, atque confundent, in hoc propterea sensu sunt visus & auditus, & cæteri denique sensus; sed hìc una forma sunt, potestasque. Hæc de communi sensu latiùs excerpsimus, non quidem ostentandi causa; sed lucem ut inferremus nobilissimo Auctori* (Plinio scilicèt) *qui* 11. *lib. Hist. natur. cap.* 37. *ubi de oculis agitur: Animo, inquit, videmus, animo cernimus.*

Sensus communis judicium de sensationibus. Cœl. Rhodig.

15 Hinc tandem tandem micat, quàm aptè se astruat Josepus visum, ut corroboret in sui cognitionem propositum: etenim sensatio exteriorum sensuum non vocatur vera sine sententia sensus communis, eorum sensationes judicantis. Quapropter videre, audire, &c. modò sine reflexione fiant, non judicantur uti sensationes; quo sensu dicitur: *Audite audientes: qui habet aures audiendi audiat*: de quo *Tom.* 5. *Tautol.* 10. Matth. 13. 14. *Videntes videbitis, & non videbitis.* Marc. 4. 12. *Ut videntes videant, & non videant.* Idem Luc. 8. 10. & Act. 28. 26. igitur sine consideratione quasi nulla oculorum esset sensatio: imò quasi nullus esset sensus. Isai. 11. 3. *Non secundum visionem oculorum judicabit*: idest, primo oculorum jactu per speciem obviam, vel meditatò objectam, judicium proferet; sed facta collatione, & reflexione, judicio sensus communis.

Matth.

Isai.

Sine animo quod videtur, non videtur.

Nonne vides, oculos etiam, cum tenuia quæ sint
Cernere cœperunt, contendere se, atque parare:
Nec sine eo fieri posse, ut cernamus acutè.
Et tamen in rebus quoque apertis noscere posses,
Si non advertas animum, proinde esse quasi omni
Tempore semotum fuerit, longèque remotum.
Cur igitur mirum st, animum si cætera perdit,
Præter quàm quibus est in rebus deditus ipse?
Et quia tenuia sunt, nisi se contendit, acutè
Cernere non potis est animus: proinde omnia, quæ sunt
Præterea, pereunt; nisi sic sese ipse paravit.
Ipse parat sese porrò, sperat que futurum,
Ut videat,

Lucret.

Hactenùs Lucretius ubi supr. *lib.* 4. à v. 803. Hinc cùm sensatio oculorum cum reflexione sit certissima; ex illa sumit argumentum Josephus, ut in sui cognitionem, obliteratam temporis longo tractu, qui poterant ambigere, actutùm veniant. Mirati igitur sunt adstantes reliqui filii Israël Josephum superstitem, viso illo expaverunt, & repentina specie potuerunt allucinari, non credentes etiam visa: igitur ut ait Plinius lib. 11. cap. 37. *Magna cogitatio obcæcat, abducto intùs visu. Sic in morbo comitiali* (Hispanicè: *Gota-coral.*) *aperti oculi nihil cernunt, animo caligante.* Quare ut fratres firma-

Quarta expositi.

Quod oculo probatur, non fallibile.

Plin.

maret in ſententia prolata, oculis ſe videri aſſerit; ſiquidem jam dubitare non poſſent. Si oculis vident, certò ſcire poſſunt, fratrem eſſe, & non ſpectrum.

16 Hac expoſitione lucent plura Scripturæ teſtimonia. Deuter. 4. 3. *Oculi veſtri viderunt.* v.34. *Videntibus oculis veſtris.* Idem, 3.Reg.1.48-10.7-4.Reg.7.2. Jerem. 20. 4. Pſalm.34. 21. Quod clariùs expreſsit Joannes 1. Epiſt. 1. 1. *Quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt.* Qua ſanè geminatione emphaticè certitudo prolatorum aſtruitur ſine ambiguitate vel creperis cordibus. Palilogiâ ergo interdùm ſolet ſignari hujuſmodi apodixis, ſive evidentia vel à Profanis. Seneca in *Troäd.* Act.2.v.167. *Vidi, ipſe vidi.* Euripides in *Hippol.* v. 1124. *Vidimus, vidimus*: ideſt, certò vidimus, & ſine fallacia ſcimus; ſiquidem viſus, factâ à ſenſu communi ſpecierum collatione, non fallitur. *Videre* (ait Caſpar Barthius lib.50. *Adverſ.* cap. 3.) *ſumitur pro ſcire, cùm nimirùm de animæ ſubſtantia quæramus. Hoc eſt ſcire, notum eſſe*: ſubdit *lib.2.cap.3.* Ex quo conſtat videre uſurpari pro cognoſcere, uti diximus n. 4. & cognoſcere plenè & planè. Thren.2.6. *Invenimus, vidimus.* Iſai. 42. 18. *Intuemini ad videndum*: hoc eſt, ad intelligendum. Luc. 8. 10. *Ut videntes non videant.* Act.28. 26. *Videntes videbitis & non perſpicietis*, quia non percipietis. Optimè expreſsit Æſchilus in *Prometh.* v.437. canens:

Primum quidem videntes fruſtrà videbant.

Hoc eſt, quaſi non vidiſſent, vel nihil videretur.

17 Videre oculis, eſt perſpicuè & apertè cernere: idem eſt videre videndo, vel videntem videre. Cauſam ſæpe præmiſi: etenim completur actio verbi, illius geminatione, infinitivo, gerundio, participio, ablativovè nominis ejuſdem ſignificationis, dicentibus modum actionis per verbum ſignificatæ. Idcircò quoniam viſio fit media luce, videndo videre, vel oculis videre, eſt clarè & dilucidè videre. Qua quidem metaphorâ, quia intellectus oculus interior hominis ratione luce, ſive nebulis affectionum; quæcunque intelligit, videre dicitur. Proverb. 20. 12. *Oculum videntem.* Eccli. 3. 23. *Quæ abſcondita ſunt videre oculis tuis.* Quare qui nolunt intelligere, *oculos habent ad videndum, & non vident*: ut dicitur Ezech. 12. 2. & pluribus aliis in locis. Ita enim viſione veritas firmatur, ſenſuſque ſententiæ Joſephi eſt: certò ſcitis modò, me eſſe quem dico; ſiquidem non utcunque videtis, ſed ſenſatione oculorum, & quia vidiſtis & videtis, tutò cognoſcitis. Hoc etiam ſenſu dicitur in ſacra pagina viſio oculi ad oculum pro præſentia certa. Iſai. 52.8. *Oculo ad oculum videbunt.* Jerem. 32. 4. & 34. 3. de Sedecia rege Judà: *Comprehenſione capieris*: ideſt, ſanè, ſine dubio capieris: igitur *oculi tui oculos regis Babylonis videbunt.* Quod quidem interdùm ſignificatur exercitio potentiæ, ſive actus ſecundi exhibitione. Pſal.17.25. *In conſpectu oculorum.* Apud Ethnicos maximè Orientales magna ſeges. Euripides in *Phœniſſ.*v.664. *Oculorum pupulis.*v. 1556. *Oculorum acie conſiderares.* In *Medea*, v.36. *Aſpectu oculorum.* Sophocl. in *Antigon.* v. 311. *Oſtendetis in oculorum meorum aſpectu.* In *Iphigen. Taur.* v. 1167. *Clauſit oculorum aſpectum.* Qua phraſi etiam Latini uſi ſunt. Vide Apulejum lib. 3. *Metam.* Petron. in *Satyr.* Cicer.2. Philipp. Tacit. in *Agricol.* cap. 24. Sufficiat Ambroſius lib. 5. in *Luc.* 5. dicens: *Dominico videri dignus aſpectu.* Quo etiam patet ad principale teſtimonium: q. d. *In conſpectu veſtro eſt*, quod &c.

18 Aliter etiam interpretabor & genuinè, ſumptis oculis videntis pro vidente; ſicut alia de quibus *Tautolog.* 8.n.59. qua regulâ, præfata teſtimonia & reliqua de oculis, Minervâ facili, aperientur in lucem. Matth. 13. 16. *Veſtri autem beati oculi, quia vident*, &c. ideſt, beati vos. 3. Reg. 1. 48. *Videntibus oculis meis*: hoc eſt, vidente me, me præſente. Luc. 2. 30. *Viderunt oculi mei ſalutare.* Iſai. 6. 5. *Dominum exercituum vidi oculis meis.* Idem v.10. Ezech. 44. 5. & 40. 4. *Vide oculis tuis*: ideſt, vide tu. cap. 12. 12. *Ut non videat oculo terram*: q. d. ut cæcus fiat. Job. 7. 7. 8. *Non revertetur oculus meus, ut videat bona, nec aſpiciet me viſus hominis*; nimirùm, non revertar in lucem, & nemo me videbit. Eccli. 11. 13. *Non reſpexit oculus Dei*: putà Deus. Apocal. 1. 7. *Videbit eum omnis oculus*: ſcilicèt, omnis homo. Mich. 4. 11. *Aſpiciat in Sion oculus noſter*: nempè, nos. Job. 29. 11. *Oculus videns teſtimonium reddebat mihi*: videlicèt, teſtis oculatus. Ita Joſeph: *En oculi veſtri vident*: q. d. vos videtis, vel non alii, niſi vos teſtes eſtis: ſicut Malach. 1. 5. & alibi ſæpe in Script. *Oculi veſtri videbunt*: ideſt, teſtes vos eritis. Job. 13. 1. *Ecce omnia hæc vidit oculus meus*: teſtis, nimirùm fui omnium. Ita Euripides in *Hippol.* v. 380. *Videmus, tenemus & novimus*: ſicut *Lumen Solis* pro Sole, ibid. v. 4. & 617. Qui ſanè modus loquendi frequens

apud

Geminatio pro adverbio. Senec. Barth. *Quinta expoſit.* *Modus ſignatur actionis in geminatione.* *Oculus pro intellectu.* Iſai. Jerem. *Actus ſecundus cum potentia.* *Sexta expoſitio.* *Septima expoſitio.* *Oculus pro illo cujus eſt oculus.* Job. 7. 7. Euripid.

apud Hebræos. Isai. 7. 12. *Non petam & non tentabo Dominum.* Chald. *Non tentabo in conspectu Domini.* Psalm. 105. 23. *Si non Moyses stetisset in confractione in conspectu ejus*: hoc est, in confractione iræ ejus: *ad cohibendum eum*: ut ait Genebrard. hìc Ovidius lib. 7. *Metam.* Fab. 26. utitur formulâ: Chald. Genebr.

Undè sit ignoro, sed non formosius isto
Viderunt oculi telum jaculabile nostri. Ovid.

Tacitus delectatus est hujusmodi stylo: lib. 3. *Annal.* cap. 12. *Corpus* (ait) *contrectandum vulgi oculis permittere.* lib. 1. *Histor.* cap. 17. *Conjectis in eum omnium oculis.* lib. 2. cap. 4. *Cuncta in oculis utriusque exercitus.* lib. 3. cap. 32. *Cæteri duces in obscuro, Antonium fortuna, famaque omnium oculis exposuerat.* Unde liquet oculos pro hominibus accipi, oculorumque conspectum similiter indicare præsentiam; quo intuitu à P. Benedicto N. Legisl. *Regul. Sanct.* cap. 7. *Grad. Humil.* 1. dicitur: *Æstimet se homo de cœlis semper à Deo respici omni hora, & facta sua in omni loco ab aspectu divinitatis videri.* Ubi per periphrasim, exergasiamve promitur in secunda, quod signatè declaraverat primâ periodo. Proinde sensus auctoritatis est: Ego sanè sum, vos quidem videtis, & estis testes oculati, quandoquidem ego ipse sum in conspectu vestro, & coram vobis, qui usque vendidistis alienigenis, fui unà in domo parentis nostri Jacob. Cognoscite, si cognovistis. Verum oculis scrutamini: haud aliter invenietis, ut positis dicere: *Invenimus, vidimus.* Tacit. S. Bened. Thren. 2. 16.

19 Adde nomen visionis extendi ad significandum omnem cognitionem sensuum & intellectus, propter visus dignitatem, & ejus velocitatem, ac certitudinem, ut ait D. Thom. 1. p. q. 67. art. 1. & plurib. alijs in locis. Unde videri dicuntur quæ per se movent intellectum, vel visum in cognitionem; ideoque visio dicitur corporalis, imaginaria, & intellectualis, *quarum quælibet potest esse supernaturalis*: uti idem astruit ibid. q. 93. art. 6. ad 4. Imò est discrimen inter modum videntis, visi, & visionis: siquidem potest esse per essentiam, per similitudinem acceptam immediatè à re, & per speculum: cæterùm visio somnij non est in parte intellectiva, sed in sensitiva. Prophetas illustrari per somnia in quiete, satis ex Scriptura constat. Sunt autem propriæ visiones, sive occurrant vigilantibus, ut Danieli interpretanti characteres visos à Balthassare; sive dormientibus ut Josepho Deiparæ Sponso, Petro, & alijs contigit. Quapropter Daniel. 7. dicitur v. 1. *Somnium vidit: visio autem capitis ejus in cubili suo*, ut distinguatur hujusmodi visio ab alijs, quas habuit vigilans, uti dicitur cap. 10. 5. & *Isai. 6. Jerem.* 1. *Ezech.* 1. & totâ Joannis Apocalypsi. Quare visio oculorum opponitur visioni in somniis imaginariæ, vel intellectuali in vigilantibus, quasi in his etsi veris, hominibus non sit potestas ad judicandum de veritate visi & visionis; verùm in visione, aut conspectu oculorum, judicium fiat rectum, quia objecta communia & corporalia sunt. In somno oculi nihil agunt: in visione corporali totum & infallibiliter. Quapropter Josephus, ut fratribus notus fieret, non astruit, ab illis videri visione spirituali, intellectuali, aut imaginaria; sed visione oculorum externà sensitivà, ut faciliùs & certiùs venirent in fratris cognitionem, & articuli veritatem. Cognitio igitur in Scriptura vocatur veritas: hinc Daniel. 7. 16. *Veritatem quærebam ab eo*: ideſt, visionis cognitionem. Hæccine levi manu: ex professo *Tom. 6. Tautol.* 5. ad illud. 3. Reg. 22. 10. *Prophetæ prophetabant.* Interim vide sis Alapid. in cap. 31. *Proverb.* & Doctis. Sanctium in cap. 2. *Act. Apost.* num. 40. *Visio, oculo & intellectui aptatur* D. Thom. *Quomodò visio?* *Visio per quietem.* *Quid visio oculorum?* *Octava expositio.*

20 Hìc locum congruè occupare quibat quæstio de *oculo nequam*, vel fascinante: attamen quia promisimus in illud Eccli. 31. 4. *Malus est oculus nequam*: in *Tom. seq. Tautol.* 3. protrahimus meditantes disquisitionem. Cæterùm cùm ex his quæ loquitur, & idiomate quo fratres loquitur (uti videbimus seq. *Tautol.*) sese cognosci conetur à fratribus, relaturis ad patrem, Prorex Ægypti Josephus: operæ pretium arbitratus sum astruere signorum certitudinem, ex quibus nullum dubium remaneret, cùm ipse rationem redderet de cunctis, illos præveniens, quæ à fratribus quibant desiderari. *Oculus fascinans.*

21 Semper novum visum est loqui linguis, de quo loc. cit. num. 13. & etiam ostendere quæ ferè homines latent, maximè si remoti à regione, in qua acta vel agenda sunt. Ideo mira judicantur aliqua vaticinia motientium (seclusis veris revelationibus, de quibus sermo non est, & conjecturis, queis cacodæmon potest suggerere, quæ libuerint intuitu pravo, ut decipiantur audientes) quæ quidem oriuntur ex vi subtilitateque animæ, maximè si citò à corpore dissolvenda, ut ait Gregorius Magnus lib. 4. *Dialogor.* cap. 26. exemplisque roborat, ibi videndis. Quare Menalippus apud Statium lib. 8. *Unde vaticinia morientium?*

Stat. *Thebaid.* v. 741. *Fide equidem, nec me virtus ſuprema fefellit.* Anima tunc vivacior eſt, & cùm ſit tunc ferventiſsima humorum ebullitio, vehemens valdè ſpirituum agitatio, mentis motæ impetuoſa concuſsio, non ſecùs quàm ex contritu ac colliſione ſilicis emicantes ſcintillas videmus elici: vel cùm favilla lucidior eſt, quò propior interitus, quippe ſubtilior materia cui inhæret; vel lumen lampadis, dum deficit oleum; ita anima quaſi exuta impedimentis & vinculis corporis, vel in corpore vigilantiùs vagatur, promitque uti apta penitiori rerum cognitioni, quæ immerſa ſenſibus concupiebat ſcire. Hinc amentes, arreptitij, fanatici, fatidici, & moribundi (quia in his exercetur ardens animi vigor, & antequàm in ſe redeant, vel migrent è vita, rapit quaſi divinus quidam afflatus) vaticinari ſolent, & erumpere in enthuſiaſmos (qui quidem exitus habere ſolent, ſed caſu; quippe vaticinium, quod non à Deo, per accidens verum) idque diſertè quaſi meditatâ oratione, adſtantes admiratione replente. In inſomnijs aliqua ineſt ſimilitudo, cùm ex præconceptis reſultent ſpecies, quæ ſingulari artificio concinnantur à phantaſia, non impeditâ obicibus vigilum ſenſuum.

Species ſomni ex exercitijs vigiliæ.

Omnia quæ ſenſu volvuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeſſa thoro dum membra reponit,
Mens tamen ad ſilvas & ſua luſtra redit.
Judicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Gaudet amans furto, permutat navita merces,
Et vigil elapſas quærit avarus opes.
Blandaque largitur fruſtrà ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſſuetis ſolicitare ſolet.

Claudian.

Hæc ſuccinit Claudianus *Præfat.* in lib. 3. de *Rapt. Proſerp.* & Lucretius lib. 4. de *Rer. nat.* v. 963.

In ſomnis eadem plerosque videmus obire.
Cauſidicos cauſas agere, & componere leges,
Induperatores pugnare, ac prælia obire.
Nautas contractum cum ventis gerere bellum:
Et quo quiſque ferè ſtudio defunctus adhæret,
Aut quibus in rebus multùm ſumus ante morati,
Aut in qua ratione fuit contenta magis mens.

Lucret.

Sunt qui proxima nocte, quieſcenti Annibali juvenem admirabili ſpecie viſum in ſomnis tradunt, hortantem primò, ut ſe ducem in Italiam ſequeretur: deinde cum magno ſtrepitu ſerpentem apparuiſſe raræ magnitudinis, cupientique ſcire quiddam id portenderet, viſum ſibi audire, vaſtitatem Italiæ eſſe. Nec mirandum fuiſſet (autumat Plutarch. in *Annib.*) *ſi intentæ Annibalis curæ, cogitationeſque vehementes, quibus ille vigilans bellum Italicum agitabat, quaſdam nocturnas perperiſſent ſpecies, nunc victoriæ, nunc cædis, & incendij, aliarumque belli calamitatum ſimilitudinem præ ſe ferentes.* Ingeniosè in propoſitum Ovven. *lib.* 1. poſter. *Epigr.* 44. in Quint. ſomniatorem ſuccinit:

Plutarch.

Audivi te ſæpe querentem & manè dolentem
Quinte, quod in ſomno nil ita cernis, ut eſt.
Quid mirum, qui ſola diu mendacia dicis,
Si nunquàm noctu ſomnia vera vides?

Ovven.

Operationes miræ in aliquibus dormientium.

22 Miramur etiam quoſdam in tenebris ambulones, qui intempeſtà nocte exſiliunt è lecto, nullo fulti adminiculo, ſumma tectorum faſtigia, acceſſu, adituque vel vigilantibus difficilia, aſcenſu ſuperant, eaque inoffensè faciunt, quaſi alas & oculos haberent. Dimicant aëra verberantes, ſtrepitu ſursùm deorsùmque cuncta obvia trahentes, ita ut nemini non ſpectantium & ridentium ſtuporem incutiant. Qui ſanè ni revocentur in mentem, ſenſim in lectulum ſeſe ingerunt. Verùm ſi aquæ tactu, cujus frigiditate expergiſcuntur, aut nominis interpellatione excitantur in mentem; ſubitò quaſi fulmine tacti corrunt conſternatione, incuſſoque terrore attoniti decidunt, diſsipatis ſpiritibus, facultate illorum naturali, cujus vehementiâ & raptu efficaciſsimo, illa inuſitata perfecerant. Ideo in hujuſmodi articulo indulgeantur motu proprio ferri, atque in priores ſedes ſeſe recipere, nè morbo & repentino obnoxij ſint. Oritur hujuſmodi

Quid tunc faciendum?

la-

labor ex fervore turgido sanguinis delati in mentis sedem, cujus impetu facultatem animæ, qua intentata perficit, atque instrumenta ad actiones concitat. Unde corpus spiritus animalis impulsu (qui sanè spiritus nervorum & musculorum dicitur jurè robur, igitur in cerebro continet facultatem sentiendi & movendi) etiam per somnum specie expositâ, in actiones excitatur & incitatur. Quinimò ita vivaciter species figitur in phantasiâ, ut vel in vigili perseveret per aliquod tempus maximè in pueris, uti expertus sum. *Causa hujusmodi rapt.*

23 De vaticinijs morientium plura invenies apud Guichiardum de *Funerib.* lib. 2. cap. 2. Franciſc. Petrarcham lib. 1. *Rer. senilium* epist. ad Boccatium. Joann. Spond. in *Homer.* Tullium lib. 1. de *Divinat.* Platon. lib. 1. de *Legib.* Socratem in *Apolog.* apud Xenophont. & alios, qui quidem moribundis quandam vaticinandi facultatem tribuunt, exprimentem animi excellentiam, vel quasi (ut illi dicunt) divinitatem: ita ut homo morti proximus (unde verba ab illo prolata altiùs in animo sedent) subtilitate animæ in ipso suo transitu, vel antè paululùm, utpotè vinculis carnis non omninò obnoxiæ, loco suæ originis propinquioris, creditur acutiùs intelligere, & quæ supra se sunt percipere, atque percepta eloqui. De Patroclo moriente sub Hectoris hasta, canit Homerus lib. 16. *Iliad.* vers. 843. Guichiar. Petrarch. Platon.

——*Tu verò me tertius occidis.*
Aliud autem tibi dicam, tu autem in mentibus pone tuis. *Vaticinium Patrocli.*
Non sanè, neque tu ipse diutiùs vives: sed tibi jam
Propè ad est mors, & fatum violentum, Homer.
Manibus necando Achillis inculpati Æacidæ.

Etiam ipsius Hectoris vaticinium sub Achillis lanceæ mucrone, ibid. lib. 22. v. 356.

Hunc autem moriens allocutus est galeam movens Hector: *Hectoris.*
Certè te benè noscens prævidebam, neque sanè eram
Persuasurus: certè enim tibi ferreus intùs animus.
Considera nunc, ne quo pacto tibi Deorum ultio fiam
Die illo, quando te Paris & Phœbus Apollo Idem.
Strenuum existentem perdent in Scæis portis.

Prædictio Imperij Romani signatur ab ipso lib. 20. v. 297. & v. 322. in Ænea, penè ab Achille vulnerando. Hinc quasi ex Neptuno ait:

Jam enim Priami genus odit Saturnius (idest, Jupiter) *De Imperio Romano.*
Nunc autem jam Æneæ vis Trojanis imperabit
Et filij filiorum, qui quidem in posterum nati fuerint.
Æneas quis te sic Deorum tui negligentem jubet
Contra Achillem pugnare & præliari?
Postquam Achilles mortem & fatum assecutus fuerit, Idem.
Audens deinceps inter primos pugna,
Non enim aliquis te alius Achivorum interficiet.

24 Euripides in *Hecub.* à v. 1265. pro vaticinio Polymnestoris excæcati ab Hecuba, refert:

Canis fies, ignitos habens aspectus. *Vaticinium Polymnestoris.*
Tumulus vero nomine tuo vocabitur,
Canis miseræ sepulchrum nautis signum.
Et tuam necesse est filiam Cassandram mori. Euripid.
Interficiet ipsam hujus conjux, domus custos acerba.
Ipsumque hunc, securim tollens sursum.

Sophocl. in *Ajace flagellif.* vel *Mastigophoro.* v. 833. *Furiæ*

Illos malos pessimè & pernicioſos *Ajacis.*
Corripiant; quemadmodum intuentur me,
Propria cæde confectum cadentem, sic propria cæde confecti Sophocl.
Coram charissimis filijs pereant.

Virgilius lib. 10. *Æneidos*, v. 739. de Orode sub ictu Mezentij, ait:

Ille autem expirans, non me quicunque es, inulto, *Orodis.*
Victor nec longum lætabere; te quoque fata
Prospectant paria, atque èadem mox arva tenebis. Virgil.

Ovidius lib. 8. *Metamorph.* Fab. 11. de Dryade quadam in quercum conversa, sed bipenni ab Erisichthone icta, dicit: *Cujusdam Dryadis.*

Ovid.

Nympha ſub hoc ego ſum Cereri gratiſsima ligno,
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtrique ſolatia lethi.

Domitij. Lucanus de Domitio Ænobarbo cadente in Pharſal. pugna coram Cæſare prædixiſſe aſſerit v. 610. *lib.* 7.

Lucan.

Non te funeſta ſcelerum mercede potitum,
Sed dubium fati, Cæſar, generoque minorem
Aſpiciens, Stygias Magno duce liber ad umbras,
Et ſecurus eo: te ſævo Marte ſubactum
Pompejoque graves pœnas, nobiſque daturum,
Cùm moriar, ſperare licet.

Machaonis. Quintus etiam Calab. lib. 6. *Delictorum ab Homer.* v. 1174. vaticinium Machaonis moribundi in Eurypilum:

Q. Calab.

Nec tibi longum tempus, à fatis conceſſum eſt
Vivere, ſed tibi propè adſtat lethalis Parca
In campo Troyano, in quo nunc nefaria commitis.

Charidemi. Addi poſſunt quæ Dario & Alexandro dicuntur contigiſſe. Illi jubenti, Charidemum Athenienſem belli peritum, & ob exilium infeſtum Alexandro, quippe Athenis jubente eo fuerat expulſus, & tunc ſub Dario merebat, ob conſilij ſani libertatem interfici; reſpondit. *Habeo paratum mortis meæ ultorem: expetet pœnas mei conſilij ſpreti is ipſe, contra quem tibi ſuaſi*, &c. quæ videris apud Curtium *lib.* 3. *cap.* 2. & apud Arrianum de *Alex. geſtis*: huic interroganti Calanum Gymnoſophiſtam; quid ne deſideraret, cùm aureà lectica impoſitus, rogo ſe, quippe morbo gravi laborabat ultrò ſtultèque traderet; reſpondit: *Propediem te videbo.* Quod quidem contigit brevi, in Babylone Alexandro moriente: ſicut quæ prædixit propè mortem Socrates Anyto Rhetori illi infenſo, ut tradit Plutarchus in *vit. Socrat. Sum nanque* (ait) *eo loci, quo homines maximè vaticinantur in vitæ exitu. Denuncio autem vobis ultionem ſtatim affore poſt mortem meam, multo certè acerbiorem morte, qua me abſumitis.* Hæc & alia curioſitati duntaxàt opportuna præmiſi; ſed ridens quæ ab his AA. expoſita.

Q. Curt.

Calani vaticinium.

Arrian.

Suidas.

Socrat.

Plutarch.

Vana cuncta & minimè vaticinia.

25 Cauſa ſuppetit: etenim poſt eventus, facilis fictio vaticinationis. Unde Ethnici non referunt prædicta à moribundis; ſed ut poëmata ſuaviora ſint, illa à moribundis vaticinata fingunt. Quinimò etſi vera & reapſe dicta; vel dixerunt quia ſciebant in agmine remanere, qui mortem ulciſcerentur; vel ſi tunc ſine crimine damnati, à tergo feſtinare Nemeſim, ideſt, divinam vindictam (quippe orbem credebant plerique regi providentiâ Deorum, & non fortunâ) mutuò & uſquequaquè filijs & proximis prædicabant. Idem ergo de his dicendum, quod de omine fauſtò vel infelici tam in aſſumptione in munus, quàm in obitu Cæſarum, accidiſſe referunt AA. Ethnici; vel arte diabolica patrata fuiſſe. Fusè refert Sueton. in *Julij vit.* cap. 81. in *Auguſt.* cap. 94. & 97. in *Tiber.* cap. 14. 73. & 74. in *Caligul.* cap. 57. in *Claud.* cap. 10. & 46. in *Neron.* cap. 6. 45. & 46. in *Galb.* cap. 4. & 18. in *Othon.* cap. 4. & 12. in *Vitell.* cap. 18. in *Veſpaſian.* cap. 5. 6. & 25. in *Tit.* cap. 9. in *Domitian.* cap. 6. 15. & 23. Cuncta hæc à cacodæmone: at ut mireris quàm latum ejus imperium inter infideles, illum venerantes, audi Suetonium in *Veſpaſian.* cap. 7. *E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, ſedentem pro tribunali* (Veſpaſianum nempè) *pariter adjerunt, orantes opem valetudinis, demonſtratam à Serapide per quietem: reſtituturum oculos, ſi inſpuiſſet; confirmaturum crus, ſi dignaretur calce contingere. Cùm vix fides eſſet rem ullo modo ſucceſſuram, ideoque ne experiri quidem auderet, extremò hortantibus amicis, palàm pro concione utrunque tentavit, nec eventus defuit.*

Sueton.

Prodigia in aſſumptione Imperatorum ad regiminem & portendentia ipſorum mortem.

Sueton.

An dum contingunt, ſint vaticinia?

26 Patet cauſa, unde hujuſmodi vaticinia, quæ quidem ita eſſe non arbitror niſi audientibus, ſi aliquando contingunt; quippequàm vaticinia judicantur, quæ audientibus ignota, & animæ maximè in illo articulo agitatæ nota ſunt, igitur naturæ ſuæ vi, & excellentiâ illo in ſtatu poteſt, quæ alijs vaticinia videntur, cognoſcere, vel ſi non cognoſcit, potis eſt proferre & loqui quæ in mente aut phantaſia perturbatis verſantur, & accipiuntur ab audientibus quaſi prædictiones, quas quolibet eventu ulteriùs aſtruere ſatagunt, retorquentes in prolata, eſtò in caſſum vel fortuitò dicta. Favet cogitationi Tertullian. lib. de *Anima*, cap. 53. ubi: *Hinc denique evenit, ſæpe animam in ipſo divortio potentiùs agitari, ſolicitiore obtutu, extraordinariâ loquacitate, dum ex majore ſuggeſtu, jam in libero conſtituta, per ſuperfluum quod adhuc cunctatur in corpore, enun-*

Tertull.

enunciat quæ videt, quæ audit, quæ incipit nosse::. Proculdubio cùm vi mortis exprimitur de concretione carnis, & ipsa expressione colatur, certè de oppanso corporis erumpit in apertum ad meram & puram & suam lucem, statim semetipsam in expeditione substantiæ recognoscit, &c. Verùm hoc seriùs *Tom.* 5. *Tautol.* 7. & *Tom.* 6. *Tautolog.* 5. interibi, si lubet, consule Paulum Zachiam *Tom.* 1. *qq. medico-legal.* lib. 4. tit. 1. q. 5. & Vallesi. in *Sacr. Philosoph.* cap. 30. Plutarch. libell. de *Oracul.* & Delr. in *Agamemn. Senecæ.*

27 Hæccine fusiùs solito disquisivi; ut constet, Josephum in loquela, & aliis signis exhibitis coram fratribus, intendisse suæ personæ certiores facere; siquidem idioma illud, ni ipse esset, haud exactè & cum dialectis loqueretur: imò peculiares successus, tractusque familiæ, & cunctorum tam absentium, quàm præsentium minimè proferret nomina, modò ipse non esset. Quapropter dum dicit: *Oculi vestri vident*, explodit quicquid in ambiguitatem oriri cogitationum poterat; cùm ipse adesset, & ipsi viderent, haudquaquàm glaucomate oppressis oculis, sed clarà luce signa ostendentem, & Hebræos loquentem Hebraicè: de quo *Tautol.* seq. *Ultima expositi.*

28 Circa Versiones nullum occurrit dubium, at si aliquod, in litera expositum, qua claresci citra violentiam varietatum harmoniosa concordia; quandoquidem tam hìc, quàm aliis in locis affinibus, differentia est vel in gerundio, vel in adjectivo, vel denique in participio; verùm idem Hebraismus. *En oculi vestri vident.* Rabb. Jonath. *Visione videtis.* Hebr. *Videndo videtis.* Arabic. *Oculis videtis.* Samarit. *Videntes videtis.* Chald. *Aspicitis & videtis.* Ferè omnes DD. Latini: *Vos videtis.* Modò videamus, si oculis videmus, dum videmus oculis, quod clarebit Didascaliis. *Varietas lectionum.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus Excurs.

1 *Oculi vestri vident, quòd os meum loquatur ad vos.* Oculi junguntur linguæ, ut consulatur in regimine prudentiæ; quoniam verba à Principe priùs consideranda, quàm loquenda.

2 *Oculi vestri vident.* Necessariò utique, ni cæci: oculique signantur ex industria visioni; quia aliquando congruit Principibus cognita nescire, atque visa non videre.

3 *Oculi vestri vident.* Non viderent, si viderent tantùm oculi: etenim visa non videt, qui infelicitatem proximi videt & transit.

4 *Oculi vestri vident.* Oculi videndo favent: sed non summitas gratiæ, dum vident oculi: igitur nobile Virginis patrocinium præcedit visa collatione gratiarum.

5 *Oculi vestri vident.* Visionis demonstrantur organa, ut signetur cognitio in Eucharistia, ubi in signum veri oculorum luminis, quæ videntur, videntur clausis oculis.

6 *Oculi vestri vident.* Quid vident? Josephi felicitatem. Quod quidem ut miraculum exponitur; quia non videtur felicitas humana, si videtur.

DIDASCALIA I.

Verba maximè Præsidum veniant priùs bis ad limam, quàm semel ad linguam.

Ubi verba sine pondere, loquens sine auctoritate.

1 GNomen decerpsi è Doctoris Mellif. floribus. Ideo staterâ ponderanda, ut juxta munus sint auctoritate digna: siquidem si observantur verba, quoniam à Præside; despiciuntur, quia carent Præsidis auctoramine: quo sanè quæ tantùm verba transformantur in oracula; quippe urgent non tam in intelligentiam, quàm in observantiam pro signo dignitatis loquentis, & rationis mensurantis: etenim dum verba proferuntur sine pondere, quicquid ponderatur, leve. Cùm signa conceptuum rationis sint, à genitrice degenerare non est fas; quoniam tribuentur amentiæ, quæ procedunt à ratione: & sanè indecorum, quòd quia à Superiore, judicetur, uti ratio, quod minimè proferretur vel à furioso. Lima necessaria est, ne considerentur amentis, quæ verba debent esse rationis; quippequàm ubi verbum sine pondere, Præses sine auctoritate: quæ quidem clarè constat in ver- *Unde verborum auctoritas.*

verbis, si à ratione ponderantur, & non à subditis: etenim licèt cunctorum extollat plausus, si à ratione non habent, non habent pondus.

2 Lima necessaria est, ne egrediantur ab ore vel informia, vel superflua. Informia plus dicunt, dicentia nihil. Superflua indicant quæ ad rem non pertinent. Informia non sunt verba, sed sagittæ: superflua obsunt cogitato medicamini: apponendaque lima verbis, antequàm veniant in linguam, instrumentum locutionis; ut clareat Præsidis & dignitatis auctoritas, dum verborum exulat superfluitas & rusticitas: etenim nè subditi vulnerentur, aut vulnerati sanitati restituantur; expellendæ à Superiore, quoniam in illo dignus notà per incuriam lapsus linguæ. *Sapiens priusquàm loquatur* (ait Ambrosius lib. 1. *Officior.*) *considerat quid dicat, cui, quo in loco & tempore dicat*: equidem cùm juxta circunstantias proferenda sint verba; erunt sanè quæ medicina, vulnera, astruentque mentis impotem Superiorem, vulnera medicinis exulcerantem: igitur renovare medicamine vulnera, non potest esse medicina sed insania.

In Præside notatur vel lapsus linguæ.

Ambros.

Ubi verba vulnera?

Ovid. *Eximia est virtus præstare silentia rebus:*
At contra gravis est culpa, tacenda loqui.
Inquit Ovidius de *Art.* lib. 2. vers. 603. etenim ubi abest prudentia, tacenda proferuntur, & proferenda tacentur. Hinc ori facienda ostia juxta Siracidem, & Davidem: Igitur ne lingua declinet in verba præcipitationis, ostium extruendum in labiis. Meditanter dicunt ostium, & non obstaculum, observat Gregorius Magnus lib. 7. *Moral. in Job.* cap. 17. siquidem & est tempus tacendi, & est tempus loquendi: tempus loquendi, ubi verba meliora silentio: tempus tacendi, ubi prodest taciturna dissimulatio. Sine ostio totum os patulum Præsidis; cum obstaculo, non os hominis, sed muti irrationalis: optaturque circunstantiæ labiorum ostium, quod clauditur & aperitur; ut Præses congruè taceat vel loquatur: etenim cùm juxta prudentiam proferendus sit sermo; os pulcherrimè ornatur labiorum ostio, ut illud congruo tempore vox Superioris aperiat, & rursùs opportunè taciturnitas claudat.

Eccli. 28. 28.

Ps. 140. 3.

Greg. M.

Ori faciendum ostium, minimè obstaculum.

3 In vastatâ Jericho optima & obvia cuique spolia, quæ cuncta vel igni vel Domino jure sacranda: verùm si fastus & avaritia inhærent cordi, rapient milites etiam ab altari. Haud facilè coërcetur triumphans exercitus; mirum, quòd inter milites, estò dux optimus, prævaricator unus: Achanus usurpavit de anathemate, & usurpata abscondit sub terra in medio tentorii. *Vidi* (ait) *inter spolia pallium coccineum::: regulamque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi.* Græc. & Maluend. ut alibi dixi, legunt: *Linguam auream.* Hector Pint. in *Isai.* 11. Mariana hìc ex Hebr. cum Villalpand. in *Appar.* part. 2. lib. 2. disp. 4. cap. 23. *Virgam auream.* Clarent insignia Principis in pallio coccineo, & virga pro sceptro: cæterùm etiam patet pessimum regimen, signante linguâ sub terra taciturnum Superiorem: igitur si in illo lingua aurea, ubi corrigere debet patrata crimina; silentio sanè delinquet, dum sceleribus connivet: etenim potens virgà expellere è regno mala, habet linguam auream in oris tabernaculo sepultam: quippequàm propter privatum commodum; & criminibus visis, non loquitur ullum verbum. Aliter dicam. Lingua aurea est, sed loqui nequit propter pallium coccineum, & virgam signantem imperium: siquidem cùm discrimen immineat vitæ, ubi Prædicator studuerit vitiorum regentium expositioni; nihil meditanter loquitur, ne ante mortem sepeliatur: igitur jacebit sepulta lingua quantunvis aurea, quæ Principum audeat prædicare delicta.

Militum in solentia.

Josue 7. 21.

Græc. Maluend. Hect. Pint. Marian. Villalp.

Militum in solentia.

Linguæ Præsidis sepulta, summò nocua.

Obliq; Principes intuentur veritatem, & dicentem.

4 Qui à secretis Confessionum, ni fallor, magnatum & Principum exponuntur in aurea lingua & regula propter obsequium abscondita. Quia sepulta lingua, sepulta purpura: igitur in iniquitate non jacèrent modò aperirent illis iniquitatem: verùm remanent usque ad mortem in sepulchro criminum, quoniam non in pœnitentiam lingua dirigitur, sed in plausum: diciturque lingua regula, regente virgà; quoniam in regulam recti regiminis, duntaxàt habent linguam adulationis. Sepelitur virga, purpura & simul lingua, cum hæc illas liberare debebat uti regula. Quantum mali fecerit, solummodò cognoscitur, dum sepelitur. Per purpuram & virgam demonstrantur Principes, per linguam & regulam Confessarii & Prædicatores: sepeliunturque simul; ut portent etiam in inferno, quorum crimina blandè portaverunt in mundo.

Vę Confessariis, qui tantùm habent linguã adulationis.

5 Instituto igitur Didascaliæ. *Regulam auream, Linguam, Virgam.* Ingeniosæ versiones! Etenim in regente periculosa lingua, ni accedat ad majestatem verborum rationis regula: igitur si non ad unguem, Principis devenustant auctoritatem.

In Præside lubrica lingua sine rationis regula.

Per-

Perpende. *Regulam auream* (ait) *quinquaginta siclorum.* Jam libraverat ? Utique. Nihilominùs tamen multatur capite. Exactè à judice peragitur justitia, ubi criminoso effugium non est in regula aurea: quandoquidem in regulis juris, quibus ponderatur aurum, nullum patet pondus criminum; quoniam judicum avaritiâ, criminum regula duntaxàt criminosorum inopia. Verùm hoc alibi. Aurum libraverat regulæ: quæ quidem regula dicitur lingua & virga aurea; ut dum Principes loquuntur, consulant circumspectioni verborum: siquidem quid non facient sine rationis libramine, ubi Achanum damnarunt etiam cum pondere?

Nullum pondus criminum, ubi pondus aurum.

6 Deinde. Virga, lingua & regula unà exponuntur, ut constet majestas Præsidum & dignitatum. Virga est potestatis, regula mentis, lingua Superioris; & simul conciliant attentionem, inter subditum & Præsidem. Subditi, ut linguæ moderetur propter Superioris reverendam potestatem: Præsidis, propter regulam mentis, & pondus auctorandi regiminis; equidem minimè utendum virgâ, ut subdito, quia subditus, irrogetur contumelia. Extra mensuram est rationis, quicquid in lingua regulæ traditur potestatis; quippe potestas est regenda, sicut regenda lingua: additurque tam in loquendo, quàm in regendo duntaxàt rationis regula; quia procul à ratione auctoritatis consilium, quo Præses virgà abutens dicit opprobrium: igitur dum insipienter loquitur, clarè videtur, quòd, quippe virgam tenet, linguam habet, regulatà ratione à potestate: quam quidem ni haberet, compesceretur audacia, avulsà linguâ, vel ratione compressà: equidem ruptis repagulis audet arroganter loqui, qui sine virga nec auderet hiscere. Sæpe projectiones subditorum titulo venerationis conflant Præsides audaces, ut arbitrentur posse quod possunt ratione potestatis, & minimè potestate rationis: statuunturque pro regentium prudentia regula, virga atque lingua: igitur si Præses habet virgam in regimen, & linguam in correctionem, utraque debet esse juxta rationis amussim: siquidem fas non est, quia virgam habet, dicere fatuè quod in buccam venerit.

Verba juxta regulâ mentis, & nequaquàm dignitatis.

Quia habetur potestas, sæpe in Præside procacitas.

Quia regimen habet, ne dicat quod in buccam venerit.

Ovid. *Est aliquid fatale malum per verba.* Canit Ovidius lib. 5. *Tristium eleg.* 1. v. 59. igitur ni sermo Præsidis aptetur regulis discretionis; vel summa auctoritas est flumen sine fonte, arbor sine radice, corpus sine capite, atque caput sine mente.

Aliter est sine mente.

Plura prætermitto videnda *Tautolog.* 10. *Didasc.* 3.

7 Apud Ægyptios virga cum oculo symbolum fuit imperii, ut observat Pierius Valerianus *lib.* 51. *cap.* 6. Oculum etiam apud eosdem invenimus sermonis hieroglyphicum, teste eodem *lib.* 33. *cap.* 7. Oculum profectò in virga & in lingua, ut utraque regatur à prudentia: quippe si oculus datur in visionem, virga in regimen, & lingua in conceptuum expressionem; singulæ auctoramine throni in præceps ibunt, ni comitem habeant rationis regentis oculum: etenim si Præses respexerit quid loquendum; quoniam habet virgam, minimè erumpet procax in pervicaciam. Breviùs vernaculè: *No por Prelado ha de decir un descoco.* Jungatur oculus in splendorem dignitatis, & spectationem Præsidis: igitur tunc dignus throno, tunc dignus imperio; quùm adinstar regulæ, ejus invenitur in labiis, temperans vox rigorem virgæ regentis. Sermonis communis symbolum fuit lingua, quasi verborum privatorum nulla essent in locutione momenta: verùm si aliquid magni & selecti verbis exprimeret pectus, linguæ apponebatur oculus. *Simplicem sermonem per linguam tantum figurari; sed si cultum accessisse innuere vellent, linguæ oculus subsanguineum subjiciendum; similitudine à nobilitate sumpta*: subdit idem ibid. Exponitur cogitandum discrimen, inter rusticum & nobilem: igitur illius verba parùm interest, quod sint vana; cæterùm nobilis debent esse circumspecta. Illius verbis necessaria locutio, hujus verò & alta consideratio: hinc nobilis verba oculus notat & lingua: siquidem si lingua ad eloquium & oculus ad videndum; in ore nobilis circumspiciendum eloquium: igitur verba quæ à ratione non revisa, plerunque volant malorum irritamenta. Hispan. *Las palabras mal miradas son señuelo de desdichas.* Oculus est vel lima, vel regula, ne è fune locutionis labatur lingua: jungiturque prævidenti oculo proferendus spectabilis sermo; quoniam cuncta verba cadent ad perpendiculum, modò qui locuturus respexerit, quid loquendum. Iccircò dicit Sirachus: *In ore fatuorum cor illorum & in corde sapientium os illorum.* Differentia est sapientium & insipientium juxta oris & cordis situm: siquidem si cor in ore, eloquium est ad regulam linguæ: si os in corde, est ad regulam prudentiæ. Unde sapientis verba magni meritò momenti; quia ad efforman-

Virga cum oculo cujus Symbolum?

Haud erum pat pervicacia ex Superioris virga.

Oculus & lingua quale hieroglyphicum?

Pier. Val.

Verba sint circumspecta.

Et previsa.

Eccli. 21. 29.

Juxta regulam prudentiæ, non linguæ.

manda, lingua ducitur corde: & verba insipientis solummodò fatuitates ; quia cor fatui dum loquitur , ducitur verbis.

Unde verbis claritas, vel fatuitas?

8 Cæterò. Cor est in ore fatuorum: os est in ore prudentium. In fatuis priùs os , quàm cor ; in prudentibus cor priùs, & eloquium posteriùs. Ubi priùs lingua quam corda , solùm intenduntur verba: ubi linguam præcedunt corda , intenduntur verba , cæterùm linguâ oculatâ : quapropter hi prudentes, illi fatui , à meditata vel neglecta locutione : igitur fatui modò loquantur , loquuntur ; & prudentes prævident , quid loquantur.

Hesiod. *Optimus est homini linguæ thesaurus , & ingens*
Gratia, quæ parcis mensurat singula verbis.

Succinit Hesiodus in *Oper.* Modò patet Ægyptiorum cogitatio in præfato hieroglyphico. Linguam oculo jungebant , sed meditanter oculum super linguam , ut

Pier. Val. astruit qui supr. *lib.* 35. *cap.* 34. Prudens cònsilium in unione oculi & linguæ ; sed prudentius in præpositione oculi, quasi rationis superioritate. Si lingua præcederet oculum , priùs exponebatur eloquium, quàm videre quid loquendum: & priùs est

Priùs verba considerentur , quàm proferantur

quòd verba considerentur , quàm ab ore proferantur , ne pœniteat protulisse , qui uti fatuus cor stultè habebat in ore. Oculo præcedente linguam , priùs videbatur quid loquendum , quàm loqui ; ut verba exirent ad amussim prudentiæ , quæ linguam habet in corde : & priùs quàm signetur locutionis instrumentum , rationis pinxerunt oculum ; ut Principes linguæ moderarentur, videntes symbolum : siquidem si oculus instrumentum ad discretionem objecti , lingua instrumentum eloquii ; ita lingua temperanda , ut nihil Præses loquatur , quin priùs oculo discretionis scrutetur.

Cur prudentis locutionis , nota oculus & lingua , & non econtra?

9 Alia in symbolo rimor ad circumspectionem Prælati , & regimen subditi; ut singuli utantur prudentiâ , signata in oculo & lingua. Oculus visioni destinatur, lingua autem locutioni conceditur ; ne uterque deficiat ab instituto , si abfuerit consideratio : quippequàm nec subditus dum loquitur locuturus , quod respicitur; nec Prælatus,quin respiciat quid loquatur. Subditi ignorant quæ dicunt , dicentes quæ videntes non ignorant. Prælati ignorant , loquentes antequàm videant. Dia-

Subditus ne dicat visa, nec Superior quin viderit proferenda.

lecto nostrà vividiùs : *Aquellos no saben lo que se dicen , quando dicen lo que saben: estos no saben hablar , sin mirar lo que se dicen* : aptanturque lingua & oculus ; ut respondeant suis officiis tam subditus, quàm Prælatus : ita compressis labiis & oculis , dum prudentia regit ; ut subditus taceat, quæcunque viderit:& Prælatus nec ullum verbum proferat , antequàm exactè videat.

10 *En oculi vestri vident , quòd os meum loquatur ad vos* : dixit fratribus adorantibus Joseph. Quid oculi videntium fratrum cum prolatione verborum ? Aptè Joannes ut signet linguæ moderamen,*conversus est , ut videret vocem* : siquidem dum à Superiore profertur , plus videtur, quàm auditur: quippe per prudentiam vocis , patet cunctis audientibus prudentia Præsidis.Præses Ægypti Joseph alloquitur fratres subditos : & illorum signat videntes oculos; ut pateat quàm cordatè loquatur , dum linguæ loquenti oculi astantium junguntur: equidem verba à Præside priùs oculis rationis severè consideranda, quàm ab ore semel in imperium proferenda.Cautè nanque & circunspectè loquentur , cogitantes quòd verba circumspiciantur: etenim ni juxta regulam rationis recipiat auris , error vel stultitia mentis patet oculis; quoniam cerebri perfectio vel imperfectio, cognoscitur vocum sono,ex intentionis articulo.Sonus de cœlo factus est,dum ignitis linguis descendit in discipulos Spiritus almus.Descensus in forma ignitarum linguarum, portendit prudentiam recipientium, dum capitis singulorum elegit thronum. *Apparuerunt illis dispertitæ linguæ,seditque supra singulos eorum.* Caput sedes rationis signatur à natura:in ore collocatur lingua , cujus artificio , & vocis sono intelligibili , cognoscitur , an lingua studio prudentiæ sit magis in capite , quàm in ore; ut ex sono resultante clareant momenta rationis dictantis : & mutato situ oris in solium capitis , descendentium linguarum auditur sonus cœlestis ; equidem sonus sanè auditur de cœlo, si lingua sedet, ubi sedet ratio. Dantur de cœlo Principibus mundi ignitæ fulgentes linguæ , & in consumptionem criminum , & illuminationem errantium , discussis tenebris ardore atque luce cœlestis ignis:linguæque sedent in throno capitis , ut loqui studeant in throno sedentes oris : igitur licèt increpatione lingua tanquàm ignis adurat , & audiens dolorem sentiat ; non sentit , si ratio dictat: quoniam dum lingua igne zeli construit increpationem , luce obcæcatam vitiis fulgor illuminat mentem.

Genes. 45. 12.

Apocal. 1. 12.

Mentis perfectio vel imperfectio patet in verborum sono.

Act. 2. 2.

Vers. 3.

Linguæ sonus cœlestis, ubi linguæ sedet in sede rationis.

Ubi ratio corrigit, vel usto ignis ardor placet.

11 *Vir linguosus non dirigetur super terram*: ait Monachorum Pater Benedictus

S. Bened.

tus *Regul. Sanct.* cap. 7. *Grad. Humilit.* 9. ex *Psalm.* 139. 12. etenim ita loquendi voluptas, ut vel delectet procacitas; quin compescat linguæ facilitatem amicitiæ deturpatio propter verbuli lepôrem; ex quo frequenter geminatur odium, dicentis (seu potiùs maledicentis) exterminium; amici convertuntur in hostes, & sine auctoritate remanent dotes insignes, sine via ut possit linguosus dirigi, nec dari frugi; quoniam abdicit perpetim vulnerari, modò semel audientes pungantur pipere: igitur non considerat effutientis notari perfrictà fronte impudentiam, dum conatur invectivis dicterijs audientium gratiam.

Pſal. 139. 12.

Linguosus propter verbuli gratiam corrumpit intimiorem amicitiam.

Ingratum genus, quicunque populares
Sectamini honores. Utinam non cognoscamini mihi:
Qui nihil pensi habetis amicos lædere,
Si multitudini ad gratiam dicatis aliquid.

Euripid.

Dicitur & jurè Ulyssi ab Hecuba apud *Euripid.* v. 254. *Sicut noxius est qui mittit sagittas & lanceas in mortem, ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci.* Hoc est, sicut insanus qui tela mittit lethalia, pòst ad se rediens excusatur phrenesi vel furore; ita qui lædit amicum & comprehensus in dolo dixerit: Per jocum feci. De linguoso intelligit Alapide hìc, & aptè: siquidem vel excusans prolatum verbum, sese fatetur prolatione furiosum; quippequàm solummodò qui cæret sincipite, æstuat phrenesi, & percellitur furore, pro verbis quit excogitare mittere in audientes lanceas, & in absentes sagittas. Quia sinciput non sanum, labium maledicum. Quia caput sine mente, mala linguæ non recogitat corde: tum quia estò excusetur amentià, est amentia voluntaria; tum quia licèt impos mentis, vera patet plaga vulneris: & ubi vulnus verum, quantunvis improvisò, vel non ex animo; dolet, & eget chirurgo. Parvipendit linguosus an sint verba sagittæ: jurèque confertur amenti, qui sagittas mittens non cogitat, an læserit, modò miserit, & cadat quò casus duxerit; siquidem modò valeat, celebreturque loquacitas, haud mentem advocat posse vibrare sagittas. Præterit, multoties vel improvisum verbum posse fieri in audiente vulnus Chironium, & morsum aspidis, aut medicabile floribus, herbis; quoniam prompta erit satisfactio in joco & ludo: quæ quidem minimè satisfactio, sed prætensio; cùm maneat vel acervitas doloris vulneris, etiam excusatione doloris: unde linguosus auget impudentiam, quo abarcere debet frontis audaciam; siquidem cogitare potest quale & quantum fastidiosum in inimicos verbum, qui in amicos mittit verba & lethifera per jocum.

Prov. 26. 18. 19.

Qui linguà vulnerat, sanus delirat.

Ubi sinciput non sanum, labium maledicum.

Vel per jocum ingerit vulnus lethiferum.

12 Horum gloria est linguæ impudentia; de qua sibi summè gratulabatur Caligula, dicens ut observant Suetonius cap. 29. & Hubert. Goltz in ejus vit. *Nihil magis in mea natura probo, quam adiatrepsiam*, idest, *inverecundiam.* Thronus contundere debet impetus indolis, & frangere spiritus audaces; sed throni majestate favetur verborum dissolutioni; quin meditentur in fluxis verbis, argui regentum fatuitatem, vel mentis læsæ furorem. Furorem, quoniam modò delectent exacuentes linguas, haud cogitant ex abrupto torquere lanceas. Fatuitatem, quia indigitat fatuum, nonnunquàm habere patulum ostium, & quæ servari debent, inferre in saccum pertusum.

Caligulæ impudentia summa gloria.

Sueton.

Impudens & furiosus & fatuus?

Animi retine verba furentis.
Temerè emissam comprimere vocem.

Senec.

Dicit Seneca in *Octav.* Act. 1. v. 97. Verùm in cassum consilium, siquidem sagittæ in manu potentis verborum acta excussorum. Quàm aptè picta Fortuna cum fræno! Ita describitur à Chartario in *imag. Fortun.* fol. 307. Alij arbitrati sunt cum Fortuna adoratam fuisse Nemesim, Fortunæ constantis altricem, cujus in firmitatem insignia frænum lupatum & mensura exacta. Intuitum societatis docet Menecrates:

Fortuna quare cum fræno?

Chart.

Et Nemesis, seu justitia?

Prædico hæc Nemesis normà simul hisque lupatis:

Menecrat.

Non effræna loqui, nil dicere absque modo.

Interdùm musitare non auderent, ni fortuna cæca contulisset dignitatem: at quia jam fortunati, indulgent largè procacitati linguæ. Unde cùm ratio non dictet verba, sed fortuna inverecunda; ut conterantur hujusmodi inflati spiritus, opus est, linguæ lupatos ponere frænos. Quod struit in bonum regimen vis rationis, signatur in symbolica pictura Nemesis. Ut amussi aptentur verba, exponitur rationis mensura; quoniam illa verba digna attentione auris, quæ procedunt ab ore juxta regulam rationis: verùm si prava, deficiente modo; quia formata pessimè, retinenda fræno, ne ratio laxà linguà, ruat in furorem per verba: additurque hujusmodi imagini Fortuna; quia si ex se non habet fortunà lingua Principis modum, apponat modum dignitatis frænum.

Sæpe procaces, quia fortunati, indulgent linguæ.

Munus sit linguæ frænum.

13 Dormiente Servatore N. ortà gran-

di procellà ventis jactabatur, & fluctibus onerabatur discipulorum navicula. Expergiscitur, & statim à discrimine proximo, qui peribant, liberantur; quoniam quæ, dormiente Superiore, subditorum sunt procellæ, illius præsentià & vigilià vel tempestas est tranquilitas. Diremit imperio crispantes fluctus, & causas motionis atque commotionis ventos, dixitque mari: *Tace, obmutesce.* Singularis vox! Mirabiles elationes maris, dum elevat fluctus; sed mirabilior sanè, qui placat Dominus. *Quiesce*, dicat: verùm, *Tace?* Quodnam fluctuum eloquium, ut quiescat mare à voce aquarum multarum? Non tam sumitur metaphora vocis à maris commotione; quàm ab hominis, vento superbiæ agitato, pectore: igitur idem aperire labia, ac procellam apparere fluctuante linguâ. Commovetur vento, tumescit fluctu, sævit, mugit, ingravescit: diciturque pectoris commoto, *Tace, obmutesce*; quoniam turbulentum mare: siquidem dum profert ab ore æstu & motu vocem ullam, audientes illicò augurantur procellam. Jurè quod hominis cordi, dicitur mari: *Obmutesce*: igitur commotum murmuris vento, agitatur ita levi flatu; ut lingua concussione pectoris formans voces, pro verbis evomat sævissimas tempestates. Minimè cessant, cunctos verberantes, fluctus; dum urget auctoritatis æstus: cui sanè cedere congruit; ne submergatur tantà procellà qui audit: etenim dum plus commotus loquitur, ut bilis deferveat; plus quisquis agitatur, inter turbines fluctuat: quia ubi plures in quietem solicitantur voces, plures ac majores efformantur tempestates. Adinstar maris cor expromitur hominis, maximè Præsidis: cui dicitur *Tace*, ut commotus à vento, altiùs moderetur linguæ: igitur tunc melius est, quòd profundissimè taceat, quàm quod ullum verbum proferat. Ratio prompta, ne tempestate rationis ductricis extinguatur lucerna. Dum intumescit mare, dicitur loqui: & tumido imperatur, quòd obmutescat; ut Præses hujuscemodi medicamine sapiat: igitur perperàm moderabitur linguæ, dum alloquitur subditos turbato corde. Sigilletur intra labia, quicquid quatit cor æstuans intra præcordia: lubricum quippè consilium, exprimere cordis vocem, dum loquitur tempestatem.

Dormiente Superiore in regimine, procellæ.

Marc. 4. 39.

In impudenti idem, labia aperire, ac procellam apparere.

Cur confertur mari?

Ubi plures voces, plures tempestates.

Præses haud tumescat vento, nec loquatur cor de turbato.

14 Modum Paulus studiosè signat. *Sermo vester* (ait) *semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.* Brevi plura. Sermo Præsidis gratiosus, non austerus: igitur licèt plura, quia decet, ab illo negentur, cum gratia urbanè negantur: de quo alibi. *Sale* etiam *sit conditus*, dum lucet gestu gratiosus: quippequàm sæpè pungit animos subditorum responsum undique insulsum. *Sale sit conditus.* Non præsalsus nec insulsus. Non præsalsus, qui redoleat sales in ore Præsidis; quoniam hujusmodi studia non Prælati reverendi, sed projectissimi scurræ: equidem in illo istiuscemodi sales, corruptelæ circumspectionis & auctoritatis sunt vocandæ, non lepores. Intendite Monachi maximè Benedictini, an nugæ sint nugæ vel blasphemiæ. *Scurrilitates* (infit Gloriosus Magister N. ubi supr. *cap. 6.*) *vel verba otiosa, & risum moventia, æternà clausurà in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium os aperire non permittimus.* Conditus ergo sit sermo sale, ut gratiam sapiat: nequaquàm piperè, ut audientem pungat: equidem Præses habet auctoritatem dignitatis ad imperium, cæterùm non ad opprobrium, cùm evanescat auctoritas, si linguam regit loquacitas; quin vulnus curetur pœnitudine, igitur

Coloss. 4. 6.

Si aliqua subditis negantur, urbanè negentur.

Frigiditate Præsidum languent corda subditorum.

S. Bened.

Sales in illis non lepores.

Habent auctoritatem ad imperium, non in opprobrium.

Nescit vox missa reverti. Horat.

De quo nobis sermo *Tautolog.* 10. *Didasc.* 3. Sæpe alta vox vel summissa necessaria juxta occurrentia: verùm semper bis limæ discretionis priùs accedat, quàm semel lingua meditatò proferat. Audiatur idem Vates in *Art. Poet.* à v. 104.

Vox semel missa nescit reverti, ut subjiciatur limæ.

——Malè si mandata loqueris
Aut dormitabo aut ridebo. Tristia mœstum
Vultum verba decent: iratum plena minarũ:
Ludentem, lasciva: severum, seria dictu. Horat.
Format enim natura priùs nos intus ad omnem
Fortunarum habitum; juvat, aut impellit ad iram:
Pòst effert animi motus interprete lingua.

DIDASC. II.

Nescit modum in regimen, quisquis ignorat dissimulationis artem.

1 APophthegma illustrium sanè virorum, orbem moderantium; ut per indulgentiam levem, securiùs sanè moderarentur orbem.

Qui regnare volunt, multis dormire, sagaci
Multaque consilio dissimulare solent. Beyerl.

Ait

Tempori cedendum.

Ait Beyerlinch in *Apophtheg. Christ.* Dum mare intumescit, tempestas urget, & navis periclitatur summergi, vel cautibus frangi; naucleri regentis dexteritati incumbit, in intumescentes fluctus jactare aliqua, quantunvis pretiosa, ne cunctorum fatuè perpetiatur dispendia. Arrident Senecæ præclara verba lib. 2. de *Ira*, cap. 14. *Nunquàm iracundia admittenda est : aliquando simulanda.* Adinstar athletarum *tamen ictus doloresque patiantur, ut vires cædentis exhauriant : nec cùm ira suadet, feriunt ; sed cùm occasio. Sæpe itaque ratio patientiam suadet, ira vindictam : & qui primis defungi malis potuimus, in majora devolvimur. Quosdam unius verbi contumelia, non æquo animo lata, in exilium projecit : & qui levem injuriam silentio ferre noluerant, gravissimis malis obruti sunt, indignatique aliquid ex plenissima libertate diminui, servile in se attraxerunt jugum.* Claret fastidii imprudentia, scilicèt nihil pati, ut simul patiatur omnia, & sine subsidio in pectore, ut portet grave : siquidem nec est patientia, quæ expulsa impetè à levissima injuria.

Senec.

Qui totam auctoritatem ambit, totam amittit.

2 Aptiùs Dux Monachorum Gloriosus Benedictus informando Abbatem in sapientissimum regimen. *Non dicimus* (ait cap. 64. *Regul. Sanct.*) *ut permittat nutriri vitia, sed prudenter & cum charitate amputet* (charitate, non rigore) *prout viderit cuique expedire.* Hæc est regula prudentiæ, scilicèt sese aptare ita genio corripiendi, ut emendetur correptionis occasione : igitur si non occasio & congrua ; haudquaquàm medebitùr, sed exulcerabit vulnera: porieturque tandem tandem infirmus medicamento, si applicetur pro pharmaco medici dissimulatio, nequaquàm juxta conditionem medici, sed complexionem infirmi.

S. Bened.

Remedia correctioni, haud juxta complexionem medici, sed infirmi.

Ovven.

Dissimula, simula, quoties occasio poscit,
Moribus ut morem, temporibusque geras.
Temporibus qui ritè sapis, servire memento
Omnibus, ut tempus serviat omne tibi.

Succinit Ovvenus *lib.* 1. *Epigram.* 92. siquidem vivaciùs atque efficaciùs Princeps adinstar bombycis operatur, dum in opus operitur. Simulatio est vafri cordis : dissimulatio prudentis : equidem dum aperit frontem, recludit mentem, ut tempore possit in medicinam loqui, qui didicerat tacere. Omnia scire, non omnia prosequi congruit : sed magis expedit, omnia in mente habere ; & ignotare, an in mentem potuerint venire: igitur aptiùs reguntur intellecta cuncta, ubi præcogitatur regens sine intelligentia : commendaturque dissimulatio à Lucretio *lib.* 4. vers. 476. erga Principis regimen;

Congruit regimini, omnia scire, sed non omnia prosequi.

Unde scit, quid sit scire & nescire vicissim.

Scire, & scire non cognosci.

Lucret.

3 Stultus fieri debet interdùm homo in hoc mundo, ut sit sapiens & potiatur voto. *En oculi vestri vident* : dixit rusticis fratribus Josephus, cui imperanti obediebat Ægyptus. Si cæci non sunt, quorsùm hujusmodi sermo, ut claris luminibus explicetur sensatio? Ut exprimat illorum, suæque conditionis discrimen : igitur sæpe Principes ita objecta vident, quasi oculos non haberent. Sæpe connivendum gravibus, ne rumpat jugum subdita invitè potentia. Sæpe indulgendum levibus, quia parva; igitur non semper pœna infligenda, nec apicibus juris ferenda omnia : asseritque Josephus oculos fratrum videre, quasi sui privarentur sensatione ; quippe Principes multoties (tanquàm statuæ) ad regimen, oculos habent, & quæ videntur, non vident. Hinc in Sacra pagina, ut exposuimus in litera, jungitur oculis visio: *Deuter.* 4. 3-4. *Reg.* 7. 2. *Jerem.* 20. 4. *Malach.* 1. 5. *Isai:* 11. 3. Aspectui aliquando aspectus, & signatur videns oculus. 2. *Reg.* 22. 25-3. *Reg.* 1. 48-10. 7-1. *Paralip.* 21. 20. *Eccli.* 27. 26. *Isai.* 6. 5. *Ezech.* 12. 12. *Matth.* 13. 15, 1. *Joan.* 1. 1. & sic alia : meditanterque dicitur : *In conspectu oculorum*, & per objecti evidentiam, & per arcanam politicam, qua vertitur tota prudens regiminis machina, ut felices exitus nanciscantur negotia : igitur ita dissimulanda vel quæ præ oculis Principes habent ; quasi oculos non haberent, & quæ evidenter cognoscunt, plenè nescirent.

Videre, & oculos claudere.

Videre & statuas esse.

Ps. 17. 25.

Cognoscere, atque cognita ignorare.

4 Larva hujusmodi studiosæ invigilantiæ est signum, quoniam aliter quàm est in se repræsentat objectum : decetque aliquando peccatorum sumere facies ; ne protrita auctoritate in majora devolvantur peccatores, & perpetrent apertà fronte, quod fecerunt larvà conspectà pro Principe. Unde ne deturpetur dignitas, & deplodatur auctoritas ; à Principe connivendum quasi non videret : at cùm occasio opportunè quanvis oviter occurrerit; projectà morionis larvà, appareat coram ludentibus severissima justitia. Hinc à Jacobo Boissardo *Emblem.* 21. uniuntur serpens, & larva, ut Principis designetur prudentia.

At occasione aperire.

Quod gerit hæc larvam, non est, ut fallat:
at illa
Aptat personam casibus, atque locis.
Læta est & tristis, quoties occasio poscit:

Boissard.

Temporibus vultus commodat illa suos.

Et vultum occasioni commodare. Aptè prudentia signatur in larva, qua specie alienà propria latet persona: verùm estò non videatur, cuncta videt; ut prudentiam dissimulatione monstret. Ni videret, nil magnum faceret: sumitque larvam oculendo faciem, ut cautum informet Principem: igitur cuncta visurus quasi nihil videret, gnarus cunctorum quasi omninò nesciret: nesciretque profectò quid oporteret Rempublicam, ni aliquando pro scientia sumeret larvam. Fecit Saul, audiens quasi non audiret. Fecit David cum Joab, vulnus habens in mente, risum in fronte. Fecit Salomon, dum *dedit cor, ut sciret prudentiam, atque doctrinam, erroresque & stultitiam*: igitur in hujusmodi studiosa stultitia, latet Principis prudentia. Docuit & Christus dum faciem velari permisit, ne cædentes agnoscerent, quanvis minimè ignoraret.

Imago prudentiæ.

1.Reg. 10. 27-3.Reg. 2.5. Eccles. 1. 17.

Marc. 14. 65.

5 Etiam Doct. Gentium alloquens Philippenses: *Ut sitis sine querela & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis pravæ & perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Luminaribus cœli conferuntur, non respondentes etsi audiant, juxta quæ audiunt: imò sine reprehensione vitam habent cœlestem, inter perversitatem & pravitatem: igitur transeunt audientes quasi non audirent voces, & in mundo essent constellationes cœlestes. Latrant canes nocte splendida, sed transit Luna.

Philip. 2. 15.

Non audire quę audita, prudentiæ summa excellentia.

Et latrat, sed frustrà agitur vox irrita ventis,
Et peragit cursus surda Diana suos.

Alciat.

Ait Andr. Alciatus *Embl.* 164. Musica insignis est tacere dicteriis, ut latrantis enixim rumpantur fauces, maneantque audientes corde immoto luminaria in mundo, quasi lucerent in cœlo. *Euge euge viderunt oculi nostri*: dicit Psalmographus. Si ipse videt, plausum esse ludibrium, in signum cognitionis ullum non proferet verbum? Nullum. Videt & tacet. Hujusmodi stoliditas & affectata infatuatio, sapientis dextræque prudentiæ effulgurat pulchritudo: igitur audacia tunc magis compescitur, cùm hilaritate illuditur. *Potentiorum injuriæ hilari vultu, non patienter tantùm ferendæ sunt* (ait Senec. lib. 2. de *Ira*, cap. 33.) *facient iterùm, si se feciſſe crediderit.* Unde David ludibrium videt & tacet, simulque ludibrium fugit & arte prudentiæ & ingenio stultitiæ: siquidem Superior modò vel in obsequio risum agnoscat, ut citiùs compescatur, vel risum rideat. Astruit Philemon Comicus:

Pſ. 34. 21.

Audacia compescitur dum illuditur.

Senec.

Rideatur risus.

Jucundius nihil est, neq; etiam concinnius est,
Quàm posse conviciantem ferre:
Nam qui convitiatur, eum in quem convicium jacitur,
Dissimulante tacenteque, efficit ut sibi ipse convicietur. Philem.

6 Innuit ipse Vates Regius, dum acrioribus contumelijs magis petitus. Dolos tota die inimici illius meditabantur pectore pravo, conantes blando fraudem prætexere risu, artemque nocendi, atque fidem simulare; imò gestu sensus minaces studiosè protegere. Quid David? Nec querula auditur vox. *Ego autem tanquàm surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum: & factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Perpende, & virtutem imitare. Summa prudentia pendet non tam ab actis, quàm à modificatione. Non magnum quod non audiret, & nihil inauditis responderet; sed magnum utique, audire à dolosis maledictum, & sese facere surdum. Non surdus erat, sed audiebat quasi surdus, qui voces minimè audit: siquidem quisquis prudentiæ in regimine consulit, ut cuncta respondeant Principis dignitati, & audiat audita ut congruit; congruit surdescere: aures patulas habere, sed nil audire.

Psalm. 37. 14.15.

Prudentiæ perfectio in modo.

Quo audita non audit.

7 *Sicut homo non audiens.* Sanè, verùm homo prudens, qui ita coërcet linguam commotam per aurem, quasi non haberet vocem. *Sicut homo.* Ad quid ly homo, si sat erat, *sicut non audiens*? Ut noteseceret prudentiâ vigilanti, dum videbatur carere ratione; igitur tunc magis micabat dissimulatione hominis ratio, quando intentâ conniventiâ non judicabatur homo. Ex se pessimi alienam metiuntur mentem, perfricantes in audaciam superbam frontem; ita ut arbitrentur hominem esse non posse, qui insensibiliter possit talia ferre, & sustinere iteratum opprobrium, quin ægrotet rationis judicium, vel bili jurè commotâ, ratione erumpat in amarissima verba: tuncque prævalet prudentissima infractaque tot ictibus ratio, ubi hominibus videtur sensibilis, insensibilis homo; quia ubi glisci aulibus impudentia, augetur dissimulatione rationis gloria: igitur nunquàm judicium Præsidis magis illæsum, quàm ubi à subditis judicatur amissum. Qui ad audita os aperiret, à prudentia proculdubiò deviaret; quoniam potirentur voto, modò vel verbo levi micaret proposita amaritudo, decreta sanè à cordibus dyscolis, ut in majora sese præcipita-

Tunc magis in conniventè micat ratio, dum non videtur ut homo.

Et floret judicium illæsum, si judicatur amissum.

taret series rationis, & sumerent meditatam occasionem despiciendi Præsidem & ejus auctoritatem. Unde cùm ratio dictet cedere tempori; quanvis haberet redargutiones in cuspide linguæ, & posset auctoritate assumptos frangere spiritus, & humiliare superbos; audiens surdescit, ac linguâ expedita tacet, ut prudentiæ cedant quiqui à ratione desciverant: equidem vel indociles ducet, vel protervos conteret, contemplari Præsidem, posse in illos jurè agere, & auctoritate posse; decretoque prudentiæ, nec os quidem aperire.

Superiorum prudentiâ, citiùs compescuntur crimina.

8 Ex politica agendi ratione deducendus est sermo in altiora prudentiæ, ut ex hujusmodi gestis inclytæ virtutis, discant homines oblivisci injurias in apice dignitatis. *Notissima vox est ejus* (subdit Seneca ubi supr.) *qui in cultu regum consenuerat, cùm illum quidam interrogaret: Quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectutem? Injurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo.* Hæccine prudentiæ bona, & discretionis regula. Antequàm David estò unctus in cadurcum regium perveniret, hæc & alia graviora vel audiens pertulit: audivit etiam postquàm penes eum tota machina regni: nec audet hiscere? Non audit? Sanè cognoscit. Confutare aversos quit & potentiâ & ratione, verùm tacet; ut in hujusmodi quæ videtur stultitia, rapiat prudentissimè vel inimicorum corda: igitur regem firmant immobiliter in throno injuriarum præsentium dissimulatio, atque præteritarum studiosissima oblivio.

Injuriæ non vindicandæ in munere.

Senec.

Imò sint præsentium dissimulatio ac præteritarum oblivio.

9 Ratio sub manum. Dictat jus fieri correctionem, verùm prudentia correctionis seriem; quoniam si imprudens est zelus, est zelus fatuus, quo flamma æstuans incenditur, quam extinguere Præses conatur, crescente incendio, pulvere stoliditatis tormentario, fervente iracundiâ: quæ næ solummodo apta, ubi Præses callidè intendit crimina ampliora punienda, & non extirpare crimina; quoniam rem parvam ac levissimam videt, super quam tota pectoris nocui procella detonet: de quo *Tautolog.* 10. *Didasc.* 5. à n. 8. Conatus Præsidis debet esse non amplificatio, sed correctio criminis, quod quidem fiet majus, accedente correctione; dum æstuat pectus, & obex objicitur in flammam, ut augeat accensam iram: quam sanè Superioris dissimulatio silentio compesceret, & audiens, si esset tanquàm surdus, extingueret: tacetque David quasi esset mutus, nec audita audit, quasi esset fatuus; ut correctio fiat opportuna temporis occasione, & frugi sint vel depravati subditi, dissimulando quæ ab illis locuta, & indulgendo gratis quæ ab illo intellecta: siquidem cùm illotunc essent sine mente; prudentia fuit, nec ullum verbum loqui, nec os aperire: quippequàm propudium Superioris, dum conatur compescere correctionibus crimina; quòd subditi, quia sine mente, sese præcipitent in majora. Zachariæ dicit Gabriel: *Eris tacens, & non poteris loqui.* Longè aliter accidit in illis, qui non audiunt quæ audiunt, nec juxta audita loquuntur; ut cuncta moderentur tempore congruo: fitque David surdus mutusque, ut conitet dissimulatio: quandoquidem si tacebat, & linguam in eloquium studiosè ligabat; haudquaquàm quia non poterat loqui, sed quia ut loqueretur, oportebat tacere. Stultitia videbatur, verùm erat mediçina, ut ægri sanarentur, excogitata à prudentia.

Imprudens zelus, zelus fatuus.

Præses non intendat crimen, sed criminis correctionem.

Nec præcipitet subditos iratos.

Luc. 1. 20.

Summa est prudentia, tacere, ut possit loqui.

10 *Quibus occulti cancri adsunt, non curare, melius: curati citiùs intereunt: non curati verò vitam longius pertrahunt*; ait Hippocrates lib. 6. *Aphorism.* 38. In naturalibus medicina optima, quoniam hujusmodi mala incurabilia: in moralibus verò ac in politicis, quia malum potest esse & abesse uti medicabile, minimè desperandum, sed protrahendum in tempus opportunum: igitur morbi animi talis conditionis sunt, serpentes plerunque in malignum cor; uti ni in initio avellantur à pectore, egeant tempore longo, quippe diuturni. Quapropter necesse est, ut cautè procedat medicus, ne confringatur stultè quassatus calamus. Comedenda sunt sæpe peccata, & devoranda crimina; quoniam movet stomachum subditorum nausea, quæ facilis Præsidum. Haud sint adinstar maris, quod tanto pondere aquarum, pondus non videtur habere, dum intumescit, & mugit levi flatu, & hinc inde commovetur ventulo. Pessundent Præsides pro pondere, quicquid provenit ab aëre: igitur infirmitatis signum, nil retinere in stomacho, dum congruit vel æra conquoquere calore nimio: & quia nihil per os egreditur quod non digestum, & quia sæpe in medicinam vel venenum devorandum. Causæ hominum traduntur Ezechieli & Joanni, ab utroque conquendæ. Incutit causa formidinem. Comedere? Devorare volumen? *Venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto.* Quid ergo? *Amaricatus est venter meus.* Nihil mi-

Hippocr.

Aliqua, ut curentur, non curanda.

Maximæ ars ad animi morbos curandos.

Quenam in Superiore?

Aliquando vel venena voranda.

Ezech. 3. 3. Apoc. 10. 10.

mirum. Peccata aliena cibus ingratus. Verùm quomodò quod deglutitur acre; dum, estò volumen, factum in ore *tanquàm mel dulce* ? Detractores exponent locum difficilem : igitur ori eorum dulcissimum, quo alii præ amaritudine viscera vomunt.

Ori detrahentiũ dulcedo, aliorum amaritudo.

11 Quod liber continebat, nequaquàm erat in lectionem doctricem, sed in digestionem medicinalem. *Scriptæ erant lamentationes, & carmen, & væ.* Non erat liber involutus sed apertus, ut causarum ingratitudo acerbior esset palato, atque recipienti stomacho : siquidem plus exacerbant stomachi vires, si deglutiendæ apertæ iniquitates, amaricante ventre, dum in lingua apparent tanquam mel dulce, quo percipiuntur & suavitas & voluptas : cæterùm ita describitur palàm Superioris dexteritas, tum quia defectus subditorum aliter sunt in ore quàm in pectore, quin exacerbatio pectoris appareat in ore: cùm quia maxima prudentia, dulcedine in vultum ostendere risum, quùm amaritudo flavæ bilis exacerbat stomachum. Hispan. *Que tenga la cara alegre, y todo el corazon echo un vinagre.* Vel : *Que mueſtre que està de gusto, quando lo que digiere no le hace buen estomago.* Modò facies vel os esset sicut stomachus, exacerbaret reos,& minimè pœniteret relaxationis, exacerbatione Præsidis : fitque volumen in ore mel dulce, vel irritato amaritudine pectore; ut quicquid construxit audacia, destruat Præsidis prudentia, rutilans dum in vultum effundit affabilitatem, & in pectore recludit cordis exacerbationem. Hæc est sapientia ignorata ab stultis: hæc est stultitia magnificata à cordatis. Canit Horatius lib. 4. *Carm.* Od. 12. v. 27.

Ezech. c. 2. 10. & Apocal. ubi sup. v. 8.

Summus labor Præsidis, deglutire apertas iniquitates.

Et ostendere risum, quod pungit stomachum.

Misce stultitiam consiliis brevem:
Dulce est desipere in loco.

Horat.

Summa prudentia in hujusmodi vertitur stoliditate : desipereque plauditur uti dulce; quippequàm adipiscitur Præses arte prudentiæ & discretionis, quod nunquàm nanciscereturviribus auctoritatis.

12 *Pretiosior est sapientia & gloria parva & ad tempus stultitia* : ait Salomon. Æquivoca defectu apicum sententia est, ideoque aliqui intelligunt, sapientiam devenustari vel per umbram stultitiæ : ita stoicè circumspectione hominibus præscribente severitatem; ut non oporteat nec aliquando insanire hominem. Ni fallor, sensus sententiæ est : quòd *parva & ad tempus stultitia pretiosior est sapientiâ & gloriâ*, quoniam in hujusmodi insipientiæ occasione, tota stat gloria sapientiæ. Non pretiosior est stultitia sapientiâ, sed sapientiâ est pretiosior sapientia, quæ videtur stultitia. Non æstimabilior stultitia sapientia, sed stultitia parva; quæ prudentia si est ad tempus; quoniam non desipit voluntariè stultus : minimèque potest dici stultitiâ, quæ artis est summa prudentia. Cæterùm si stultitia deservit & jurè potiùs despectui, quàm æstimationi; quomodò pretiosior sapientiâ, cùm ex se stultitia non sit pretiosa ? Si est ad tempus & est parva: igitur hujusmodi stultitia inter homines, format stultos sapientes.

Eccle. 10. 3.

In Præside pretiosior sapientia, quæ videtur stultitia.

13 Hæc quæ videtur stultitia, est Præsidis dissimulatio, tempore congruo, vel quia intentum medicaminis ægritudinis esset uti cancri major morbus, quoniam non erat tempus; vel quia aptior medicina criminis, pharmacum dissimulationis, indulgendo fragilitati errantis, non quasi indulgeret, sed quasi nesciret : prodestque affectata ignorantia, ut non iteretur culpa, nec excitet ex somno confidentiæ Superiorem dormientem, quem actores censebant quasi non vigilantem, & cæcum apertis oculis, luminibus fatuitas, vel in obviis desipientem, stultum & ignorantem, quia lætus vultus, etsi amarescat stomachus. Hæc videtur stultitia, quia illis videtur, Superiorem decipi, quasi non deciperentur deceptione; & est pretiosior sapientia, quia stultitia parva : siquidem cùm docta sapientia intelligatur, modò Præsidem non intelligere, sed desipere intelligitur; erit stultissima stultitia, modò stultitia non parva : quandoquidem nulla erit in subditis circumspectio, si in cunctis dissimulatio. Stultitia debet esse parva, ut non sit stultitia, sed prudentia: quia desipere, non est ex defectu mentis; sed ex dexteritate vigilantis, dictantis optimè sapere, qui scit ratione desipere : diciturque parva, ne sit perpeti dissimulatione stolida : igitur Præses, si culpa prævalet, quia primam dissimulavit; erit fatuus conniventiâ, cùm aditus pateat ad crimina perpetranda, modò dissimulet quia dissimulavit, & conniveat peccatis, quoniam indulsit. Recedit jam à prudentia, & est, quæ affectabatur, stultitia: desipitque verè, tanta dissimulatione : etenim si dissimulare claret stultitia sapientissima; cuncta præterire, erit profectò stultissima ignorantia.

Ita defectibus indulgeat, ut non indulgeat, sed uti nesciat.

Nulla in subditis circumspectio, si in cunctis dissimulatio.

14 Denique. Hæccine stultitia, ne Præses sit verè stultus, debet esset parva, sed ad tempus : quippe ni opportunè desi-

pe-

pere sapiat; necessarium, quod verè desipiat. Cedendum est occasioni, & tunc consulendum prudentiæ; quoniam maxima commendatio Præsidis studere non videre visa, nec intelligere cognita: Vernaculè: *Es gran primor, à tiempo hacerse desentendido.* Indulgeat, ut commissa compescat, & opportunè conterat; igitur erit stultus, si non est tempus. Cùm adest tempus indulgeat: cùm adest tempus, indulsisse pateat, & etiam intelligere plenè quando, & ubi judicabitur desipere: quandoquidem vel cùm rubore expellet à subditis crimen, exprimens aliquando habuisse culpæ dissimulationem. Sapit, quia desipit; quia cæcutit, videt; quia ignorat, cuncta cognoscit; factà, quoniam ad tempus, parvà stultitià sapientià; quippe comprehendit summè modum in regimen, sciens dissimulationis artem, omnibus cùm fit omnia Princeps, ut lucretur omnes. Bonus Præses, qui regit sapientià; melior qui sapienter moderatur hujusmodi desiderabili stultitià. Bonus, qui ducit subditos auctoritate legum; sed ut canit Juvenalis *Satyr.* 3. v. 104.

Non semper dissimulandum.

Aliquando non dissimulandæ dissimulatio.

Juvenal. ——*Melior, qui semper & omni*
Nocte, dieque potest alienum sumere vultum.

DIDASC. III.

Non videt oculis, cui clausa lumina pectoris.

1 AXioma commune, *Quod oculus non videt, cor non dolet.* siquidem in homine pungitur intimè pectus, dum speciem infelicitatis alienæ ministrat oculus; qui quidem spontè lachrymatur specie, signa passionis indicans sine passione, corde commoto ob visas proximi pœnas, atque liquefacto teneritudine in lachrymas. Unde si ex visis in auxilium commovetur, ac in juvamen disponitur; ubi cor siccis oculis non dolet, oculus videns non videt: igitur visio in mala proximi magis pendet à pectoris commotione, quàm ab oculorum lumine. Aptè floridèque Seneca in *Thyest.* Act. 2. v. 208. succinit:

Visio infelicis non pendet ab oculorum lumine, sed à corde.

Senec. *Qui favoris gloriam veri petit.*
Animo magis, quàm voce laudari volet.

Causam astruit SS. Benedictus. *Prolog. Regul. Sanct.* dicens: *A conspectibus cordis sui respuens deduxit ad nihilum.* Oculos collocat in corde, ut videat videns, in auxilium sese movens: igitur caret corde, qui visæ se subtrahit indigentiæ; vel videt ut videat, & manum in subsidium non extendat: nequaquàm cæcutit, quia caret oculis ornata facies, sed quoniam obserantur lumina cordis, à quo lux oculorum in auxilium infelicium: quandoquidem vel visa non videt oculis, cujus clausa duritie lumina pectoris.

S. Bened.

Cor oculatum in proximi auxilium.

2 *En oculi vestri vident*: dixit fratribus Joseph. Si vident, quo instrumento nisi oculorum organo? Non est visio, oculorum solummodò sensatio. Qui aspicit non videt, qui videt aspicit. Aspectus provenit à visione, visio à voluntate, voluntas ab intuitu, intuitus ab animo. *Profectò* (ait Plinius *lib.* 11. cap. 37.) *in oculis animus inhabitat. Animo autem videmus, animo cernimus.* Videre est intendere; intendere, auxiliari: auxilio constat aspectus: diciturque cum auxilio videns aspicientis oculus; quoniam non videt qui aspiciendo videt, sed qui videndo in sublevamen respicit. *Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & gemitum ejus audivi, & descendi liberare eos*: dicit Angelus Moysi, oves in Sina pascenti. Nonne viderat? Utique. Audierat gemitum? Sanè: modòque dicit audire & videre; quia descendit liberare: igitur sine descensu in optatam libertatem, quasi non videret afflictionem. Ex Helleniſmo patebit acumen. *Exod.* 3. dicitur: *Vidi omnia, quæ acciderunt vobis in Ægypto.* A Stephano verò in eodem articulo profertur: *Videns vidi.* Quarè modò geminatio visionis, dum intenditur summa Israëliticæ libertatis? Ut designetur promptum auxilium, captivitatis excutiendo jugum ferreum. Simplex videre, notat aspicientis cognitionem: reflexum, demonstrat servitutem patientis libertatem: & cùm in auxilium captivorum descendit, illos videre, quanvis viderat, asserit; quippequàm presso animo, & sublato auxilio, ita afflictionem cognovit, quasi minimè videret. Hujusmodi geminatio exponitur cognitioni, interposito adverbio, ut diximus n. 16. in *Lit. Expos.* q. d. *Certò vidi.* Nonne viderat? Ita: verùm in libertatem non descenderat: & dum descendit in populi libertatem, dicitur, sanè vidisse afflictionem; quippe non videt oculis, cui clausa lumina pectoris: igitur solummodò afflictionem intuetur; qui videndo dolores afflictionis, auxiliatur.

Genes. 45. 12.

Non est visio, sola oculorum sensatio.

Plin.

Non videt, qui tantùm videt.

Act. 7. 34.

Exod. 3. 16.

Per proximi auxilium astruitur visio oculorum.

3 Audiatur Psaltes Regius: *Clamor meus in conspectu ejus.* In conspectu clamor?

Ps. 27. 7.

mor? Clamor dirigitur in auditum, non in oculum. Vox auditur, non videtur; ac afflictio voce exprimitur: quorsùm ergo collocatur in oculis, quæ afflictio pungens pectus, percutit aures? Observa. *Exaudivit vocem meam, & clamor meus in conspectu ejus.* In conspectu vocem habet, quoniam vocem exaudivit: collocatque quasi oculi sensationem, quod spectat ad aurem: ut designet auxilio præstito videntem liberatorem: equidem cum visio pendeat magis ab animo, quàm ab oculo; quantunvis dolorem cognovisset, ni adjuvaret, non videret. Non sicut videt homo, Deus videt. Animi amaritudinem depellit, questus mitigat, cordolium sedat: videtque, quoniam laborem & dolorem considerat: igitur ex consideratione doloris, effunditur in afflictos fons ingenitus pietatis. Joannes convertitur audiens, ut videat vocem. Expresit sensuum commutatione pœnæ prementis juvamen: siquidem vox videtur; ubi dolor vocem extorquens à pectore, per auxilium mitigatur. *Conversus Dominus respexit Petrum*: ait Lucas. Unde ductus criminis pœnitudine, cœpit flere, & flevit amarè. Sit. Verùm Christus pridem Petrum non respexerat? Utique: modòque dicitur respexisse, quoniam auxilium in conversionem præstitit: & tunc expressus visus, ubi à dolore per dolorem levatus. Græcismum nota. *Conversus Dominus.* Quid ly *Conversus*? Idiotismus est, significatque *Iterùm*: ut illud Psalm. 84. 7. *Deus tu conversus* (iterùm) *vivificabis nos.* Psalm. 77. 41. *Conversi sunt, & tentaverunt Deum*: idest, rursùs tentaverunt. Job. 7. 7. *Non revertetur oculus meus, ut videat bona*: hoc est, iterùm bona non videbo. Jerem. 18. 4. *Conversus fecit illud vas alterum*: nimirùm, rursùm fecit. Isai. 6. 13. *Et convertetur & erit in ostensionem*: q. d. iterùm ostendetur. Sic plura: quapropter sensus auctoritatis est: *iterùm Dominus respexit Petrum.* Si iterùm respexit, cur non dicitur primùm respexisse? Petrum vidit sanè; cæterùm non ita respexit, ut auxilio à crimine pœnitudine surgeret: surrexit, ille à ruina levavit: tuncque dicitur Christus vidisse Petrum, dum ministravit auxilium; quia qui vident, non ut adjuvent, nequaquàm videntes vident: igitur visio non astruitur oculorum sensatione, sed afflictionis urgentis plenissima libertate.

Ibid.

Auxilium pendet magis ab animo, quàm ab oculo.

Apocal. 1. 12.

Luc. 22. 61.

Videtur, quod sublevatur.

Converto in script. ali quando pro adverbio Iterùm.

Simplex visio non est visio.

4 Substituit animo infelicitas felix cæci à nativitate: igitur tam felix pòst vixit, quàm infeliciter olim. Christus fuit cæcitatis felicis medicus obvius. Si natura in cæco non errasset, minùs Conditor fecisset. *Præteriens* (ait Joannes) *vidit hominem cæcum.* Favor Principis exprimitur oculis, quoniam laborum subditorum levamen oculi Principis. Haud laborare ita ingratum, modò à Superiore visum: igitur placet, quod displicet, si laborem ille aspexerit: & quia aspectus Superioris minuit laborem, & quia laxitudo conciliat felicitatem: gratiam igitur defessis amor Superioris ostendit, dum amaritudo oculos cum corde rapit.

Joann. 9. 1

Oculi Præsidis solatium laboris.

—*Juvat ipse favor minuitque laborem,*
Præsentes aliquid prodest habere Deos.

Ovid.

Ut canit Poëta 2. de *Pont. Eleg.* 8. v. 51. & 3. *Eleg.* ult. v. 21. Præsens erat Deus in auxilium, dum præteriens vidit hominem à nativitate cæcum. Perpende. Tunc discipuli cum illo erant, cæcum viderant: igitur interrogarunt Magistrum: *Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?* Ergo cæcitas provenit etiam à culpa. Sanè, sed exposito discrimine: igitur si cæcitas non à culpa, vel de cœlo medicina obvia.

Ubi defectus non à culpa, medicina obvia.

Vers. 2.

5 Non curantur Pharisæi, qui cæci, potiùs obcæcati corde; statimque videt cæcus à nativitate. Claret differentia inter cæcitatem voluntariam, & cæcitatem per naturam læsam. Cæcoque exhibetur promptissima medicina, ubi illis apertis oculis lumina clausa; quoniam facilè aperiunt oculos, qui sese cognoscunt cæcos, innatà fragilitate: difficileque curantur, qui non lumine capti, sed cæci corde: igitur cùm cæcitas sit voluntaria, & difficilis curatione malitia; dum exponitur collyrium per innatum defectum cognitionis, retrahitur pharmacum à protervia voluntatis. Cæcitas hujusmodi in intellectu est pòst peccatum primum, quo cæcum prorsùm totum genus humanum, cui quasi impossibile remedium, modò cæcitati mentis, accedat pernicioßor cæcitas voluntaris. Qui cæcus est mente, cæcitatem cognoscit, & lucem quærit. Qui cæcus est corde, ponit tenebras in lucem, judicans prava recta per cæcitatem: huicque minimè medicina valet, dum ille statim medicinà videt; quia facile remedium, si æger sese cognoscit infirmum: difficileque undecunque medicamen, ubi cæcus omninò nescit languorem. Qui cæcus est mente, cæcitatem plus cognoscit, si oculos aperit. Qui cæcus corde, dum oculos aperit, magis cæcutit: hicque sine remedio languet, dum ille à languore surgit; quia dum alter

Cognitio peccati medicina peccati.

Discrimen cæcitatis mentis & cordis.

gra-

Ubi placet ægritudo, caret remedio.

gravatur infirmitatis onere, alter sibi gratulatur de vulnere. Qui mente cæcus, quia cæcus, cæspitat. Qui corde cæcus, quia vult cæspitare, vacillat: & ille resurgit, dum hic in profundum cadit: quippe superfluum omninò remedium, ubi placuerit ruenti voluntarium præcipitium. Qui cæcus est mente, quia non videt, cadit. Qui cæcus est corde, cadit quia videt. Hoc est malitia cordis, illud fragilitas mentis: fragilisque à ruina surgit, dum ille alius in majora crimina voluntariè se devolvit; quippe Deus estò pius, dum indulget hominis fragilitati, minimè prætermittit improbitatem malitiæ. Denique. Qui mente cæcus, quia cæcus delinquit: qui verò corde, quia delinquit, est cæcus: & Pharisæi moriuntur in peccato, dum cæco à nativitate occurrit Christus efficaci remedio; quippequàm si facilis medicina, dum oritur crimen à mentis cæcitate, ferè impossibilis, ubi procedit cæcitas mentis à voluntatis crimine. Instituto ex obviis cursum flectamus.

Medicabilia fragilitatis vulnera, malitiæ desperata.

Multùm distant crimë à cæcitate, atque cæcitas à crimine.

6 Cæcum oculis, non corde, præteriens Dominus vidit; quem quidem etiam viderunt Apostoli. Quare igitur illos Evangelista non asserit vidisse cæcum? Illi ne cæci? Nequaquàm. Cæcus est coràm. Si Christus videt, & illi vident, præsente cæco, quo intuitu solummodò Christi exponitur sensatio? Quia Christus cæco tantummodò fuit auxilio. Visio regulatur per sublevamen, & nequaquàm per visionem; cùm oculos non habeant, quiqui afflictionèm vident, ut aspiciant: unde cunctis cæcum videntibus in afflictione, Christus duntaxàt afflictionem vidit cæci; quia ille videns cæcum laborantem ministravit auxilium, & illi videntes non viderunt, quoniam miserum nequaquàm sublevarunt. His vocibus constat visio ex animo pectoris & non ex oculis. *Præteriens Jesus vidit.* Illi prætereuntes etiam viderunt: & non dicitur illos, quem viderunt vidisse, vidente Christo cæcum à nativitate; quia Christi oculi pertransierunt, ut viderent, at discipulorum oculi viderunt, ut pertransirent.

Qui videns afflictionem non depellit, vitam non videt.

7 Innuit Assertor N. hujusmodi visum, movens discipulos in auxilium proximorum. *Videntes videbitis & non videbitis.* Apud Lucam: *Ut videntes non videant.* Assertio negat suppositа, vel supponit ipsis terminis negata. Quomodò visa non videbunt, dum oculis subjiciuntur? Si vident, quo pacto non vident? Si non vident, quomodò vident? Cæci ne sunt videntes, vel videntes laborant in visione præstigiis, ut oculos fugiat, quod coram oculis; astruantque distantiam asserentes præsentiam? Nullo modo. Hujusmodi cæcitas, vel sensatio non pendet à sensu vel objecto, sed à videntium auxilio. Qui videt & juvat, videt. Qui videt & transit, cæcutit. Qui videt, ut videat, cæcitate laborat; igitur videt, ut transeat. Qui videt ut adjuvet; ille videt; siquidem cor visis commovetur, ut afflictio removeatur: dicitque Christus: *videntes videbitis, & non videbitis*; juxta motionem, vel duritiam cordis. Videbitis videntes, si transeatis videntes in auxilium, mala depellentes proximorum: verùm visa mala non videbitis, si uti non visa transeatis. Qui cæcus est, nihil videt: qui videt, ut videat, & non subveniat, est cæcus: unde videt & non videt; quoniam videndo, quasi non videret.

Matth. 13. 14. Luc. 8. 10.

Qui videt & juvat, videt, non qui videndo trã sit.

8 Quia homo videt, cæcus non est: & cum oculis sæpe cæcutit; quia sine auxilio dolentem cæcè videt. Est visio oculorum cæca, vel cæcitas oculata; quandoquidem si miserabiles cæci luminibus clausis, miserabiliores sanè, qui apertis oculis.

Visio cæca & cæcitas oculata, quæ?

Ægris sed meritò miserans adhibenda medela. Juvenc.

Canit Juvencus lib. 2. *Histor. Evang.* vers. 358. Quapropter si ex sublevatione constat visus, quisquis sine juvamine viderit, erit cæcus: igitur calamitas conspicitur, & remedium non videtur. *Deus est mortali juvare mortalem, & hæc est ad æternam gloriam via*: ait Plinius *lib. 2. cap. 7.* Hujusmodique via & gloria plena proteritur, quoniam à misero gratia subtrahitur; pereunte infelici, onere calamitatis; & cæcutiente felici, prætermissione favoris. Videt pater filij excessus & indulget. Videtur uxor patrimonium dissipare quisquiliis, & vir stolidè connivet. Videntur superfluitates fomites vanitatum, angustiæ viduarum & pupillorum; videtur virgo cujus inopia litigat cum honore; & cuncta prætermittuntur pro somniata auctoritate, quin eleëmosynis arceantur fragilitatis pericula, & longè, ne rursùs veniat, eliminetur inopia. Cor, interprete facie, dolores exprimit, vel gemebundus suspiriis scribit. Verùm cùm necessitas quæ videtur, non videatur, si gratia in adjutorium subripitur; à vidente nequaquàm videtur dolor, quoniam evanescit favor, transitque videns ut videndo transeat, minimè ut videns adjuvando depellat.

Plin.

Hominis mortalis immortalitas unde?

Necessitas non videtur ubi gratia subripitur.

Thren. 1. 12. 9 *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* Exclamat Jeremias. Inter ingenia doloris, nullus excogitatus subtilitate sicut dolor meus, cor verberans flagello acerbitatis, & viscera quassans compunctione acuminis. Dicit acuitatem frequens etiam in patiente clamor. Cunctos contuli, sed non est similis dolor. Haud dolores possunt dici cæteri, quantunvis graves, coram mei intensa acerbitate doloris. Ne igitur vobis videatur exaggeratio affectus, altè in corde sedentis; *attendite & videte, si est dolor similis*, aut excogitabilis. Unde igitur tantum doloris gravamen, ut in sphæra dolorum vel cogitatio non inveniat dolorem? Ab sphæra circunstantia dolorem eduxit, ut cor mœstum angustiis magis premeret. Affligunt, ait, dolores, & vos transitis videntes. Ignorantia vestra construeret excusationem, sed videtis oppressi pectoris a maritudinem: & non est dolor similis pectus gravanti, in omnium dolorum genere; quoniam non ita dolor à tormento, quàm à videntium studioso transitu: igitur nil magis grave vulnerato cordi; quàm transire, ut videatur dolor, percusso pectore, atque viso dolore, pertransire.

Videre dolorem sine medicamine, est dolor major dolore.

10 Aliter. Cor sacri Vatis erat insigne theatrum, quod exponebat tragicè doloris ingenium: eratque ingenium doloris ita subtile, in acerbitatis expressione; ut quærenti cordi in expressione subsidium, ipsa repræsentatio duplicaret tormentum. Alij compatiebantur transeuntes & videntes dolores. Alii transibant, ubi viscera pœnæ acerbitate torquebant: nec invenitur dolor similis huic gravitati doloris; quoniam patienti prorsum intolerabile, transeuntes, dolores magnos videre, ac sine dolore, & compassione transire. Aliter etiam ex textu dolorem urgentem cogito. *Attendite & videte qui transitis per viam.* Ipsa conditio humana, visa infelicitate, videntis commovet viscera; intenditque dum attendit in patientem, qua arte possit mitigare dolorem: & dum dira patitur Jeremias, doloris ita ponderatur gravitas; ut in dolorum amplissimo amphitheatro, nec ulla in cunctis appareat similitudo: siquidem cùm hominum sit attendere affictionem, ut videant, & in subsidium calamitatis intendant; dolores transitu geminant, quippe attendunt videntes, tantùm ut transeant.

Patienti intolerabile, dolores videri, & sine compassione prætermitti.

11 Prætereà. *Qui transitis per viam*: addit. Hæc via signat vitam humanam, infelicitatibus usquequaquè plenam, quani homines mutuò se adjuvent, sub oneribus calamitatum succumbent, urgente in reciprocum auxilium harmonia docilium cordium, & patientis proximi afflictione, quæ quibat occurrere compatienti: igitur in eadem via communia videntur mala. Ultrà Vatis progrediuntur questus, siquidem amor ejus altè percussus: quo vulnere in speciebus doloris, dolor nequit cogitari similis; & quia humana in pectore avolavit conditio, & quia fracta nulla redamatione dilectio: igitur dum ille transiret, ut videns illorum afflictiones, auxilium promptè præberet; illi estò videant, solùm attendunt, ut dolentem transeant.

Magis intolerabile, in homine humanitatem non esse.

12 Denique. Viderant utique transeuntes animum Prophetæ amarum, intensissimum cordolium. Quare igitur transeuntes provocat in videndum? Quoniam videntes non viderant, dum halitum clamantis cruciamina suffocabant. Alii transeunt, qui nec clamorem audiunt, neque dolores aspiciunt. Alii aspiciunt audientes, verùm transeunt. Obnubilantur oculis videntes, modò favor evanescat ab oculis: & invitat videntes ad videndum, dum videntes pœnam transeunt; quoniam minimè vident, estò videant, qui pœnam vident, ut transeant. Clamat crebrò angustia pauperis, clamat pro solamine tristis, dedecus proximi, ut compescatur; honor vel quassatus vel fractus, ut solidetur; clamat æger morbo gravi jacens lectulo, ut accedat consolatio, videantque videntes, an inter passos à quolibet, dolor similis. Solicitet clamoribus solamen, verùm visionem? Quorsùm? Ut visionem comitetur refrigerium: igitur cor non inveniet ita indocile, visa urgente proximum necessitate; ut animus adsit ad videndum, & desciscat ad auxilium: quandoquidem ubi in homine deficit humana conditio, adest simulachrum & non homo. Plusquàm homo, qui proximi miseretur, & adjuvat. Non homo, qui visa non curat, voluntariè cæcus; quippe compassionis non est motus: exceditque à gloria, quam habet ex fragilitate humanà lachrymabilis natura. Haud congruit honori, infelicibus omnes inimicos esse: igitur, ut canit Ovidius lib. 2. de *Pont.* Eleg. 9. v. 15.

Non vident, qui pœnam proximi vident, ut transeant.

Conspicitur nunquàm meliore potentia causâ Ovid.
Quàm quoties vanas non sinit esse preces.



DIDASC. IV.

Maria thesaurus fulget miserationum Dei.

Dionys. Chart. *Elogia Virginis.* Damasc. Card. Damian. Petr. Bles. Bonav. Albert. M. Bernard. Rupert. Richard. Joann. Geom. Boet. Chart. *Cur Gratiæ & Horæ in sclio Jovis?* *Aptiùs in manu Virginis.*

1 ITa Dionysius Carthus. Opusc. de *Laudib. vit. solitar.* Jurè igitur ita plauditur, cùm sit juxta Damascenum de *Virgin. dormit.* Orat. 2. *Fons perennis curationum, unicum molestiarum levamen, omnium dolorum cordium medicamentum.* Juxta Damian. Cardin. *Serm.* 40. *Virga consolationis.* Petr. Blesens. *Advent.* Serm. 1. *Piscina Probatica.* Bonavent. *Opusc.* 24. *Afflictorum omnium refugium.* Et in *Psalter.* Virgin. *Delectabile refrigerium.* Albert. Magn. super *Missus est. Umbraculum infirmorum.* Bernard. Serm. 1. *Dominic.* 1. post Epiph. *Fons pietatis.* Rupert. in *Cantic.* lib. 1. *Inundatio gaudii, vis amoris, torrens voluptatis.* Richard. à S. Laurent. de *Laudib. Virgin.* lib. 4. *Gazophylacium, in quo omnia dona gratiarum.* Joan. Geōmetr. in *Hymn.*

Gaude grata Charis Charitum, Virgo alma, parentum
Lætitia, atque hominum, lætitia & superum.
Gaude languores solvens, fraudesque tyranni,
Libertatis fons, integritatis honos.
Salve Virgo mira, hominum generisque levamen,
Gaude gaudij apex, metaque dedecoris.

Ecce apotheca gratiarum. *Huc* (dicam cum Boëtio lib. 3. de *Consol. Philosoph.* Metr. 10.)

Huc omnes pariter venite capti,
Quod fallax ligat improbis catenis
Terrenas hebetans libido mentes.
Hic erit vobis requies laborum,
Hic portus placidà manens quiete,
Hoc unum miseris patens asylum.

2 Jovis solium celebre apud Priscos, cunctarum rerum pretiositate decorum: at *in solii puteali* (vernaculè verterem: *Caìda del dosel*) *supra simulachri caput Gratiæ ex una parte, totidem Horæ ex altera:* ait ex Pausania Vinc. Chartar. in *Jovis imag.* fol. 108. Quod ad regimen institutum symbolum, erit Virginis Matris usurpatum simulachrum, cui jurè adhærent Gratiæ & Horæ; cùm non sit hora, qua in mundo non videantur sparsæ gratiæ Mariæ. Horæ & Gratiæ collocantur cum Jove, Supremo Principe, rectore cunctorum; ut cum Horis effulgeret pulchritudo Gratiarum, discantque Principes benefacere afflictis, cum splendore atque fine dispendio majestatis: jungunturque cum Supremo Principe Gratiæ & Horæ; quippequàm ni per tempus, non sunt gratiæ, cum tempore eximiæ, sine tempore fatuæ, opportunè pretiosæ, tempestivè excellentes, præmaturè gratiosiores. Breviùs & vividiùs, ni fallor, dialectis Hispan. *Es razon, que las gracias se hagan por tiempo: es locura, hacerlas sin tiempo: es prudencia, hacerlas à tiempo; y generosidad del animo, hacerlas con tiempo.* Hinc Tempus Amoris socius effingitur ab Othone Vænio *Emblem.* 119. siquidem nimiùm Principem lædit; ubi sine comite tempore, in gratiarum largitione, ejus mens immota manet.

Gratiæ quare junctæ temporiì

Tempus Amoris socius.

3 Causam astruit Seneca lib. 2. de *Benef.* cap. 16. *Urbem cuidam Alexander donabat væsanus, & qui nihil animo non grande conciperet. Cùm ille, cui donabatur se ipse mensus, tanti muneris invidiam refugisset, dicens, non convenire fortunæ suæ: Non quæro, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. Animosa vox videtur & regia, cùm sit stultissima. Nihil enim per se quemque decet. Refert quid, cui, quando, quare, ubi, sine quibus facti ratio non constabit.* Norma præscribitur, ut gratiæ sint in beneficium & neutiquàm in dispendium: tempusque jungitur gratiis pro auctoramine dantis, & utilitate recipientis: igitur ubi gratias non conciliaverit tempus, gravatur muneribus dignatus, & devenustatur liberalitatis thronus. Vel in potentiore Principe non omne gratiis opportunum tempus; quoniam gratiis deficit festivitas, si à gratiis deficit modus. Si gratia mensuratur cum Principis magnitudine, ac accipiente, vel grato, tribuitur sorti. Si gratiam comitatur tempus, etiam levis æstimatur ut honos. Prima despicitur, vel dum cupidè obtinetur. Secunda desideratur, uti æstimationis commendatio; quoniam honoris exornatur pretio. Prima ducitur in gloriam vanissimà stolidà potestate: secunda in gratiam favoris mensuratur ratione: & inter momenta temporis & gratiæ, pondus gratiarum jurè dirigitur tempore; quoniam magni habentur gratiæ, modò generositatis fuerint fœtus, & nequaquàm abortus. Generositatis fœtus dum gratiæ concipiuntur ut favores, minimè dum aborsus monstra prodigalitatis.

Senec.

Modus gratiarum.

Quanti momenti!

Cur pulchritudo imò existentia gratiæ a tempore?

4 Innuit in quodam judicio Assertor N.

Ante tribunal ejus sistitur fœmina, sceleris
Joan. 8. 3. fragilitatis ab accusatoribus convicta. *Mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio.* Statim ut vidit, illam à crimine, & à criminis pœna non
Ubi res geritur jure, inutiles lachrymæ. absolvit. Sententiam scripsit. Erat justitia. Illa lachrymabatur; sed sententiam protulit, quanvis illa ploravit: quoniam dum causa justitiâ & jure, inutiles prorsùs lachrymæ. Pudor, pœnitentia, & lachryma simul paulatim discutiebant culpam, divinam invocantes clementiam, & fœminam disponentes ad gratiam. Christus sanè collaturus favorem, sed expectabat opportunitatem: & minimè contulit, ut pervenit ad judicium, estò misericors,
Gratia quæ non prodest, non est gratia. interim legens libellos supplices planctus; quoniam ni opportunè, gratia nequaquàm prodesset; & gratia quæ non prodest, non est gratia: igitur excellentia favoris omninò inutilis, ubi incapax præsupponitur vel animus recipientis.

5 Contulit sanè, sed tempestivè. Facilitas gratiarum adimit à gratiis æstimamile pretium: & ubi frequentia devenustat decorem, homines pro gratia sequuntur
Gratia continua non est gratia. utilitatem. Christus usus est erga homines gratiâ miraculorum, sed tanquàm gratia; quippe gratia non continua. Non usus est potestate, sed tempore. Non est conatus gratiarum exhaurire thesauros: expendebat sine dispendio, quæque opus erant ad tempus; quasi esset exhauribilis potestas, & manca, centimana generositas: igitur haud majestatem deceret, inveniri sine
Ut fieri possit, opportunè fiat. ullo favore, petente auxilium afflictà miserabili muliere: tempusque expectat ad gratiam, in accipientis usum, atque largitoris gloriam: equidem si feciisset, dum opportunum non esset; dum tempus esset, gratiam facere non posset.

6 Hujusmodi intuitus elargitione gratiarum, ut Princeps honores generosè faceret, & nequaquàm dispositione prodigeret: designatur Horarum ac Gratiarum
Gratiæ Virginis sine mensura temporis. vinculo in Jovis solio. Longè à liberalitate Virginis hujusmodi mensurati favoris: igitur gratiæ illius sine regula temporis; quoniam gratia major erga gratiam, est non habere mensuram. Amor ejus rejicit comitem tempus, ut clareat in tempore dilectionis fructus: socianturque Horæ & Gratiæ, ut gratiæ in ejus solio vi-
Et cum mensura amoris. deantur quolibet tempore. Tempus Virgo habet in theatrum, & ostensionem frequentium obviantium beneficiorum: unde continuæ perpetesque Virginis in homines gratiæ, quia non mensurantur tempore, sed amore. Statuæ Jovis triplex assignatus oculus; ut refert ubi supr. Chartarius fol. 101. quoniam illius extendebatur patrocinium, in terram, in mare, in cœlum. Triplex oculus etiam invenitur in Virgine, ut cuncti ejus gaudeant favore; quandoquidem ut ait Bernardus Serm. 2. in *Pentecost.* num. 4. *Angeli per Virginem habent latitiam, justi gratiam, peccatores veniam*: extenso patrocinio Virginis largè, longèque per ambitum orbis: siquidem in cœlo Angeli per illam possident gloriam, justi in terra pretiosiorem gratiam, & peccatores ex mari iniquitatum impetrantes veniam, perveniunt ad gratiam, ut adipiscantur gloriam.

Imago Jovis trinocula. Chart.

Virgo trinocula. Bernard.

Quid per illam Angeli, justi, peccatores?

Charum inventum te mater invenimus. Possumus dicere aptiùs quàm Jon, inventà matre, apud Euripid. v. 1518. igitur superat omnem inventionem, cogitare matrem Virginem. *Oculi vestri vident*: dixit fratribus Joseph. Ad quid oculi? Ut indicetur qualis gratia in Virgine, & quodnam inventum erga hominem, dum invocamus matrem: siquidem ita videt tribulationes hominum, ut manum ad protectionem extendat antequàm videat. Ecce scopus Didascaliæ.

Euripid.

Genes. 45. 12.

Charum hominibus inventum Maria mater hominum.

7 In effigie Principis judicum Thebanorum contemplor hujuscemodi liberalitatis Symbolum. Dum aliorum statuæ ornabantur oculis, manibus absciisis (ut ab illis solummodò videretur judicanda causa, & nequaquàm litigantium munera) Senatus Princeps orbus lumine præerat, & manibus (suffragiis justitiæ) integerrimè cuncta judicabat, uti notat Vincentius Chart. ubi supr. fol. 103. Plutarch. de *Isid. & Osirid.* Alciat. *Embl.* 144. qui succinit:

Effigies manibus truncæ ante altaria Divum
Hinc residen, quarum lumine capta prior.

Et Ovven. *lib.* 1. *Poster. Epigr.* 30.

Non volo te surdum, non mutum, te volo cæcum:
Non claudum, mancum te Deciane volo.

Videtur extra rectitudinis ordinem, quòd cæcum constituerint judicem Principem: igitur judex affectione cæcus, statuitur pro dedecore Senatus: verùm luminum orbitas erat Principis venustas: quandoquidem dum alij post visam calamitatem, manus non habebant ad sublevandum laborem; Princeps, quia Princeps jam manum extenderat in protectionem, ubi afflictio oculos ejus concupiebat in levamen. Orbus oculis pro causa definienda intendebat jure in causam: ni lumine cassus etiam intenderet in personam: & quanvis gloria

Imago Senatus & Princeps hujus, apud Thebanos.

Chartar. Plutarch.

Alciat.

Ovven.

Quomodò pro favore Principis dicus, habere manus & non oculos?

sit

Generosum beneficium sine acceptione personarum.

sit Principis non respicere litigantem, sed litem citrà vel juxta rationem; esse in gratiarum largitione cæcum, exprimit animum undecunque generosum, cùm gratias distribuat cunctis & sine acceptione personarum.

Visionem oculorum præcedere debet exhibitio gratiarum.

8 Haud quia Princeps cæcus, regimini æstimandus idoneus, decore cæcitatis depingitur inter Thebanos; sed ut clareat uti Princeps generosus. Quod dedecus est in causis juris, est commendatio nobilis intervenientibus gratiis. Decor est pro gratia, quod delirium pro justitia: signante cæcitate summum liberalitatis, pro majestate atque decore Principis. Oculi aspiciunt, manus auxiliantur; & qui sedet in solio ita debet esse ad protectionem paratus; ut velocitate auxilii, quanvis non sit, judicetur uti cæcus: siquidem visionem oculorum præcedere debet exhibitio gratiarum; cùm gloria Principis pateat, quòd patienti auxilietur, antequàm videat. Clamante populo in cœlum, ut ejus auxilio posset tyrannicum Pharaönis quamprimùm excutere jugum; descendens Angelus, dixit Moysi: *Visitans visitavi vos, & vidi omnia, quæ acciderunt vobis in Egypto.* Perpende. *Visitavi & vidi.* Priùs vidit; quia vidit, in auxilium descendit: quare igitur priùs exponit motum in afflictionis juvamen, quàm oculorum visionem? Ordo sanè præposterus, sed in gratiæ pretium necessariò commutatus: igitur licèt afflictio visa vel cognita moverit descendentem in auxilium; auxilii decorem devenustaret præcedentia oculorum: quippequàm summè commendat afflicto benefacientem, quòd gratia omninò antecellat luminum informationem. Velocitas favoris decor signatur liberalitatis. Promptitudo in collatione beneficii describitur oculorum visione atque manus liberalitate; quæ quidem strenuè comprobatur, ubi afflictio expellitur, ut conspicitur: priùsque Angeli descendentis de cœlo exponitur visitatio, quàm calamitatis visio; ut majorem ostenderet favorem, favore habente ampliorem velocitatem: igitur non expectavit speciem objectam oculis, ut illorum gratiæ consuleret libertatis.

Exod. 3. 16.

Dedecoratur favor, ubi juvatur quia videtur dolor.

9 Pro insigni Principis vigilantia, subditorumque tutela, describitur manus oculata apud Ciceron. 1. *Epist. ad Attic.* Clement. Alex. 4. *Stromat.* Plaut. in *Asinar.* Act. 1. Scen. 3. v. 50. Ne credatur, præter quòd à cordato videtur, excogitavit oculi nexum & manus Epicharmus. Unde Alciatus *Embl.* 16. inquit:

Quid signet ad favorem manus oculata?

Ecce oculata manus, credens id quod videt. Ecce.

Alciat.

Documentum profectò nobile, ut Principes in delationibus studeant prudentiæ, & subditorum honori: igitur non ita fatui, ut quæ visa, affectione non credant; vel non visa tanquàm patrata custodiant: quippe nobilior difficilis fides, ubi devenustas intercedit honoris. Manus indicat gratiam: oculi verò prudentiam: & ut Princeps prudenter consulat gratiarum divisionibus, debet habere, sicut David, intellectum in manibus: siquidem distributio munerum, omninò abrupta citra rationis suffragium: & gratia quæ astruit vel destruit largitoris majestatem, exigit nimis prudentiæ circumspectionem. Oculus & manus, ut etiam favor socientur & intellectus: igitur sine examine à prudentia, non est gratia, sed fortuna: deturpaturque beneficiorum distributio, ubi manus videntur sine intellectu. Non manus vel oculus, sed oculata manus. Manus symbolum liberalitatis pro afflictionis auxilio: oculus favoris, pro Principis subvenientis conspectu. Non apponitur lumen oculorum manui propter manum; sed manus propter lumen oculorum: igitur Princeps non tam oculos debet habere, ut respiciat, quibus favet: quàm manus ut cunctos foveat, quos respicit: quippequàm cùm forma elegans, pulchra liberalitatis, sit velocitas favoris; dum afflictionem notificat oculus, illicò occurrit promptissima manus. Oculus sine manibus indicat videntis cæcitatem; quoniam visam præterit sine favore afflictionem. Manus sine oculis, gratiæ dispendium: quippe fortunæ videretur auxilium: præponiturque manus oculis studiosè perpolita, ut modo constet præstantissima gratia: igitur si ad videndum destinantur oculi, & manus elargitioni gratiæ; gratia oculorum sensationem præcedit, dum beneficentiæ pectus avidissimè studet: quandoquidem jam extensam habet in protectionem manum; priusquàm gratiam petentem videat afflictum.

Prudentia Superioris in delationibus.

Pf. 77. 72.

Gratia citra rationem non est gratia.

Manus ad auxilian--- dum prompta, illicò ut per visum ministratur afflictionis notitia.

Magis pretiosum dum præcedit auxilium.

10 De Deo inquit Tertullianus libell. de *Trinit.* cap. 6. *Deus totus oculus est, totus manus.* Exprimit in vinculo manuum & oculorum, quicquid desiderari potest in elegantia gratiarum: igitur non solùm extenditur gratia, in quos extenduntur lumina; sed additur gratiæ pulchritudo in gra-

Tertul. *Deus totus oculus & manus.*

Exhibenda gratia antequàm videatur miseria.

gratiarum specialissimo modo : quandoquidem si possibile esset, quòd auxilium ejus antecelleret aspectum ; ita pronus in auxilium, ut priusquàm videretur miseria, esset exhibita gratia. *Dei imago* à Novarin. in *Umbr. Virg.* Escurs. 14. n. 188. plauditur meritò Virgo. Tota oculus est, tota manus in afflictione hominum, patrocinium imploratium : igitur replet multijugi gratiâ, quoquò benignè clara convertit lumina. Alii habent, ut de Jove diximus, oculos in fronte. Alii in pectore, ut tradit Plinius *lib.* 7. *cap.* 2. Alii in corde, ut refert Achilles Bocch. *Symb.* 108. Alii in capite. *Eccle.* 2. 14. Alii in pedibus. *Prov.* 17. 24. Virgo verò habet oculatas manus : igitur cùm manus gratias signet, & oculus informationem calamitatis denotet ; videtur ab illa collata gratia, antequàm videatur afflictionis miseria.

Maria Dei imago. Novar.

Prævenit per favorem necessitatem.

Claud. ——*Quot nube soporis*
Immunes oculi, per tot discurrere partes,
Tot loca sufficerent, & tot longinqua tueri?

Habet manus plenas oculis.

Cecinit Claudianus lib. 1. de *Laudib. Stilic.* v. 309. Istam fama canit centeno lumine cinctam. Siquidem ita vigil in nostram utilitatem, ita prona ad conferendum favorem ; ut veloces in auxilium præcedat oculos, Virginis fautrix generosa manus.

Ps. 122. 2. 11 *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri:* inquit Psaltes Regius : oculi figuntur in Deo, ut ab illo nostri obtineatur miseratio (vel dum conditio naturæ fagilis gravat, vel ubi telum criminis animam vulnerat) sicut oculi ancillæ locantur in manu dominæ. Ergo clementia exprimitur dominæ, ex eo quod in manu sua habeat oculos ancillæ. Aptiùs sanè videretur depicta gratia, modò lumina viderent lumina; vel oculi dominæ essent in ancillæ manu, ut hæc fautricis uteretur patrocinio. Quo igitur intuitu oculi obsequentium diriguntur ad manum, dum obsequentes servire debent ad oculum ? Domina jurè nostra est Maria : oculi sunt artifices lachrymarum, calamitates exprimentium cordium, ut per illam aspicientem passiones nostras, patrocinium ab oculis releget lachrymas: quæ quidem minimè tendunt ad Virginis aspectum, sed ad protegentis manum ; ut ejus constet, quàm nobile patrocinium: igitur cùm velocissimus sit oculus in protectionem, atque aspectus in juvamen; vix egrediuntur ab oculis, cùm inveniuntur in manibus Virginis : quippequàm priùs corda sentiunt aspicientis auxilium, quàm auxiliantis aspectum. Non lachrymæ, sed oculi nostri in manu videntur Deiparæ, ut mundus viscera miretur specialis clementiæ. Si essent lachrymæ ; pietate abstergeret, postquàm dolor planctum excitaret : & in manu Virginis nostri inveniuntur oculi & non lachrymæ ; siquidem nostræ amaritudines priùs experiuntur manum protegentem, quàm dolorem, lachrymas à corde in oculos excitantem.

Nostræ calamitates priùs sentiunt Virginis aspicientis auxilium, quàm auxiliantis aspectum.

Prævenit lachrymas nostras Virginis pietas.

12 *Aurum quod ex lachrymis oritur* (dixit Apollonius apud Philostrat. in ejus Vit. *lib.* 5. *cap.* 13.) *non est fulvum, sed atrum.* Flavus color proprius auri, tanquàm Solis primogeniti, nequaquàm ater. Quomodò obscuratum est aurum, & mutatus color optimus ? A lachrymis, per quas atrum, quod semper fulvum. Novum utique si à lachrymis ; at perspicuè clarebit, ut consulatur splendori favoris. Auro præsignatur gratia, quæ ex se pulchra, ni alieno colore devenustetur, dum specioſa expectatur. Aurea verè est gratia, quæ prævenit cordolium, ne ostendatur requirens auxilium linguis eruditis lachrymarum. Quæ post lachrymas fit, gratia est ; cæterùm non fulva, quoniam non ita grata, passà miseriâ. Est fulva, si antevertit dolores : est atra, ubi sublevat patientes. Hi liberantur, quia plorant. Illi exulant, ne patientes plorent, & plorantes gratiam devenustent : diciturque atrum & non fulvum aurum favoris ab stillantibus lachrymis ; quoniam favoris atque majestatis dedecus, quòd præcedat auxilium jam laborantis ploratus. *Domus aurea* est Maria, cujus gratia fulva tota speciositate auxilii, ac celeri protectione. Oculos nostros habet in manu, ut elegantiam gratiæ probet effectu : igitur extendit manum auxiliatricem, antequàm videat hominem lachrymantem. Minimè à lachrymis ejus favoris immutatur fulgor, dum præoccupatur dolor, præveniendo favore suspiria, & exterminando mala : igitur non solùm habet gratias undique fulvas, antequàm oculi erumpat in lachrymas ; sed manum benignè ac gratiosè protegentem, antequàm dolor clamore percutiat aurem.

Philostr.

Quodnam aurum nigrum?

Quæ gratia atra, vel fulva?

Favoris dedecus, si illum prævenit ploratus.

Virgo cur domus aurea?

Ejus quare gratia fulva?

13 De inauribus plura diximus, etiam hìc *T. præc.* D. 2. n. 14. & D. 3. num. 13. Illas symbola fuisse gemituum subditorum, cùm aures ornarent Principum (de quo obi-

Inaures in Principibus ad quid?

obiter egimus *Tom.* 1. T. 1.D.6. n. 14. & exprofesò agemus T.9. à n.22.) patet ex eo quòd vittæ hyacinthinæ extrema (ligatà laminà aureà ad tiaram Summi Sacerdotis) pendebant ad aures, ut notant tam Rabbini, quàm Catholici in *Exod.* 28. 37. In ipso ornatu exponitur, quomodo sese geret Sacerdos in officio. Color violaceus, seu hyacinthinus indicat anxietatem, & pectoris mœstitudinem. Unde fictum ab Ovidio lib. 10. *Metam.* Fab. 5. Hyacinthum mutatum in florem mutè loquacem, & verè de infelicitate querentem.

Exod. 28. 37. *Hyacinthus flos scriptus.*

Ovid. ——*Is enim fuit auctor honoris.*
Ipse suos gemitus foliis inscribit, & Ai Ai
Flos habet inscriptum, funestaque litera ducta est.

Ornatus Principis in auditu clamoris subditorum.

Sicque figitur tiara, ornatur mitra Summi Sacerdotis, pro sua & muneris gloria, ovibus consulentis; quoniam nullum gloriosius illi elegantiusque ornamentum, quàm habere pendentes ab auribus anxietates subditorum. Hæc est Principum gloria, sed Virgo procedit ultrà: quandoquidem gemitus clamantium priùs levat, quàm voces audiat.

14 Inaures semper ab auribus pendêre debent, ideoque dicuntur inaures: verùm inaures Rebeccæ haud aures ornabant; sed manus inauribus ornabantur. Unde dicitur, Labamum invitasse ad hospitium Abrahæ servum, *cùm vidisset inaures, & armillas in manibus sororis suæ.* Armillæ utique ad manus ornatum & elegantiam, verùm inaures ad aurium venustatem spectant: quapropter dixit qui dedit: *Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem ejus, & armillas posui in manibus ejus.* Quo ergo intuitu Rebecca aurium cultum transfert in manus ornatum; & aures carent monili, pendente semper aure? In ampliorem posidentis gratiam, & doni gloriam; igitur Rebecca sic præ se ferebat Mariam. In nodum incidimus, vel levi fune ambulamus. Quia Rebecca imago Virginis, in manu ostendit inaures, & monilis effulgurat amplius gratia, dum mutat loca? Profectò. Per inaures, ut dixi, signantur subditorum clamores, Principum piorum pungentes atque perforantes aures; ut per vocum acuminatum stimulum, commoveantur in subsidia dolentium cordium, extendantque manum, ut removeant exacerbantia mala; quia laborantes pro solamine accipiunt, quòd sint audita. Si inaures essent in auribus, indicarent audientis auxilia præstita post audita infortunia; manusque in favorem extensas, post aures sæpe clamore percussas: in manibus verò, priùs esse clamantium lamentationes sublevatas, quàm ab auribus auditas. Unde inaures meditanter ab auribus extrahuntur, & in manus collocantur, ubi Rebecca exprimit Virginis Matris imaginem, & Virgo hominibus confert perpetim favorem; quoniam si alii quantunvis clementes, ut extendant in auxilia manum, priùs præbent auditum, in Virgine apparet obvia venustas favoris, antequàm clamor cordis vulneret aures.

Gen. 24. 30. Vers. 47. *Solatium miseris, illorum exaudiri clamores.*

Maria clamorem sublevat, antequàm audiat.

15 *Inaures in manibus.* Haud longè à Virgine calamitatis auxilium: habet igitur ad manum. Pulchra gratia monilis & favoris; modò in aure fulgêret inauris, & post pectoris puncti, auriscque vulneratæ pœnam auditam, manus generosissima perferret gratiam. Gratia Virginis non tantùm pulchra, sed & pulcherrima: mortaliumque dolores, qui ab auribus clementiæ spectantur pendentes, transmutat in manus; ut cunctis afflictis pateat, quàm pronum in opem pectus: igitur gratiis potiuntur, habentque optatum favorem, antequàm clamor pœnæ perforet aurem.

Semper habet auxilia ad manum.

Gratia ejus pulchra & pulcherrima.

——*Fœcunda clementi*
Materia est, dixisse, nihil, nimiumque sonorè
Causa petit, quod lingua tacet.

Aratr.

Succinit Arator lib. 1. in *Act. Apost.* v. 816. equidem antequàm nostræ afflictiones loquantur, Virgo Mater, ne clament, confert auxilium. De operibus mirificis Domini dicit Salomon: *Aurem audientem, & oculum videntem fecit.* Hæc nobis communia, sed propter nos Mariæ concessit ampliora; ut in illa experiremur thesaurum miserationum, scilicèt, videntem & audientem manum: igitur si manum sequi visa & audita ad collationem favoris, est ingenium regiæ generositatis; sequi communia, esset gratia, sed non summa, quæ Virginis propria: illique ut nobis faveat, conceditur manus audiens & videns; quoniam priùs elargitur favorem, quàm calamitas informet lumen, & calamitatis clamor vellicet aurem.

Prov. 20. 12.

Manum habet audientem, & videntem.

16 *Gratissima sunt beneficia parata, facilè occurrentia* (ait Seneca 2. de *Benef.* cap. 1.) *ubi nulla mora nisi in accipientis verecundia. Primum est antecedere desiderium, proximum sequi.* Hæc propria pro efferenda Virginis gratia, sed protrahitur Didascalia, quæ sanè ingrata, si longa. Alibi dicemus. Ubi mala sparsa in mundo, gaudiis in cœlum volantibus, spes sedit

Senec.

in

Spes & timor in pixide Pandoræ. in theca aurea miserandæ Pandoræ, timorque comes individuus hujusmodi optati mali, ut ait Hesiodus in *Theogon.* Mariæ præsentia & timorem expellit, & spem favoris excludit: igitur ita antevertit desiderium, præbens auxilium; ut manu prompta releget timorem afflictionis, ne veniat, & ultra spem gratia occurrat, dum cunctis favet, præter quæ unusquisque concipit. Hoc est refugium nostrum & virtus, ubi crebris tunsionibus gravatur pectus. Glorioſa dicta sunt de te Civitas sancta, sed nunquàm satis & juxta merita. Aptiùs dicam, quàm Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 1. v. 55.

Hesiod.

Maria favet ultra spem.

Propert. *Una meos quoniam prædata est fœmina sensus:*
Ex hac ducentur funera nostra procul.

DIDASC. V.

Sensuum defectus in Eucharistia, Sacramenti major gloria.

1 *NON enim Deus omnia humanis oculis nota fecit* (dixit Stoicus in *Natur. qq.* lib. 7. cap. 30.) *Quota pars operis tanti nostris oculis committitur? Ipse qui ea tractat, qui condidit, qui totum hoc fundavit, deditque circa se, majorque est pars operis sui, ac melior, effugit oculos: cogitatione visendus est.* Si in rebus naturalibus jurè possunt dici aurea verba, utpotè indicantia Dei arcana: opportuniora, ad Eucharistiam Novatoribus explicandam, videbuntur, ubi maxima Dei amantis mirabilia demonstrantur; quæ tantùm videri queunt fidei oculis, vel luminibus clausis. *Oculi vestri vident*: dixit Joseph fratribus. Quid novi? Nonne sunt ad lucem organa? Hinc dicuntur faciei lumina. Quare igitur si visio oculis connaturalis sensatio, illis conjungitur visio? Ut clareat discrimen inter præsentiam oculis obviam, & Christi futuram sacramentalem præsentiam: dicitque oculos videntes visione; quoniam in Eucharistia vident oculi cæcitate. Non vident quæ vident, quia Deus nisi invisibiliter videri non potest: claudunturque lumina sensus vigilantioris, ut videatur præsentia Deitatis. Astruit Augustinus Serm. 147. de *Tempor.* dicens: *In homine carnali tota regula intelligendi est consuetudo cernendi. Quod solent videre, credunt: quod non solent, non credunt. Præter consuetudinem facit Deus miracula, quia Deus est.* Non ita mirabilia, modò sensus perciperent, & magnitudinem inexcogitabilem indicarent; igitur nihil admiratione dignum nec magnum, ni excelleret supra sensum: sensuumque defectus exponitur, ut constet Eucharistiæ prodigium, plusquàm videtur: igitur patet major Sacramenti admirabilis gloria, ubi credentis contra visa, ut videantur, clauduntur lumina.

Senec.

Deus non omnia humanis oculis nota fecit.

Genes. 45. 12.

In Eucharistia vident oculi cæci.

Augustin.

Ideo Sacramentum magnum, quia excedit sensum.

2 *Quomodò potest hic* (dicebant Judæi) *nobis carnem suam dare ad manducandum?* Haud facilis esset modus, si miracula fallibilis astrueret aspectus. Ex ipsa propositione surgit magnitudo Eucharistiæ. *Quomodò potest?* Magnitudinem miraculi ostendunt, ubi modum increduli non percipiunt: igitur miraculum profectò non esset magnum, si ipsi videntes intelligerent modum. Suprà quod videri quibat, Christus homines diligens, Eucharistiam exponebat: modusque illis meditanter absconditur, ut excellentia miraculi noscceretur: siquidem cùm juxta ambitum amoris & potestatis esset Sacramenti summitas, nequaquàm juxta reptantes hominum intelligentias; prodigia Eucharistiæ micabant, supra quæ videre vel cogitare poterant. In illis uti carnalibus tota regula intelligendi erat consuetudo cernendi. Hinc illi: *Quomodo potest hic nobis dare*, quæ non possumus videre? Aptè *Nobis.* Magnitudinem miraculi cogitabant extensione oculorum. Non aspicient. Caligabunt oculi videntium: igitur effugit videntes oculos, fide duntaxàt videndus. Videre mirabilia volebant, atque visione mirabilia negabant: igitur si pollerent mente, cogitarent maximum & singulare, quod non poterant videre.

Joan. 6. 52.

Non esset modus magnus, si cognosceretur ab oculis modus?

Est supra id quod videri & cogitari potest.

3 Pyramis erecta fuit ab Achille Bocchio *Simb.* 48. cujus basis quinque sensus, ut in cœlum respiceret virtus immotaque staret, dum nullus in rationem prævaleret. Epigraphe verò:

Nescia fortunæ virtus cessisse, subactis
Sensibus, excelso vertice summa petit.

Nequit in hoc mysterio petere summa, quisquis respexerit visa: quandoquidem ad hujusmodi mirabile opus, necessarius omninò sensuum defectus. Ut notus fieret Josephus fratribus dubitantibus felicitatem improvisam, exponit oculorum evidentiam, & collationem internam cogitationis, ut possint ultrò astruere veritatem ex signis. *Ego sum:::. En oculi vestri vident.* Cognitio intendebatur juxta or-

Symbolum in pyramide.

Achill. Bocch.

Mirabile astruit opus sensuum defectus.

Genes. 45: 4. 12.

di-

dinem rerum, quæ cognoscuntur notitiâ sensationum. In Eucharistia fit evidentia sensuum contrariâ notitiâ, quippe Christus supra sensus, imò contra sensus instituit cibum mirabilem, atque præter rerum ordinem, ut prævaleret fides, & cognitio firmaretur singularis: quandoquidem cùm sensus sint necessarii in cognitionem rerum; ad intelligendum sacramentale prodigium, expedit intellectum claudicare, & oculos non videre: igitur perspicuè intelligitur sine intelligentia, atque videtur sine oculorum notitia. Succinit D. Thomas Aquinas *Opusc.*57.

Intelligitur sine intelligentia, & videtur sine oculorum notitia.

D. Thom. *Quod non capis, quod non vides,*
Animosa firmat fides,
Præter rerum ordinem.

Unde maximum in hoc Sacramento, ut prodigium videat & intelligat homo, est intelligentiæ atque visionis exclusio: siquidem pro gratia hominis Christus Sacramentum instituit, ultra quæ homo videre & intelligere posset.

4 Plura dicta ab Apostolis, pro miraculo ab Assertore cogitato, alendæ sine pane & cum pane, multitudinis. Dixit Philippus, sed irritum omninò consilium propter impossibilitatem cibariorum. Principi fit in beneficia facile, quodquod minister arbitratur impossibile. Proposuit cogitatum Andreas, & exitum felicem habuit charitas.

Principis amori facile, quod minister arbitratur impossibile.

Joan. 6.9. *——Nil amplius esse ciborum*
Ni pisces geminos, & farris fragmina quinque.
Hoc, inquit, satis est.

Juvenc. *Suspicienſq́ de hinc cœlum, genitore precato,*
Ipse duos pisces, & quinque ex ordine panes
Dividit, & dapibus mensas oneravit opimis.

Accinit Juvencus lib. 3. *Evangel. histor.* à v.81. Hujusmodi miraculum symbolum fuit Sacramenti Eucharistici, de quo aliquid intellexit Andreas designans in miraculum panem; verùm minimè nactus est perfectam intellectionem. *Non tamen penitùs rem intellexit* (ait Chrysostomus in *Joann.* Homil. 41.) *præcesit Andreas Philippum, non tamen in ipsum cacumen evasit.* Quodnam igitur cacumen, ut in illud tenderet cogitatio, intellecto Sacramenti Eucharistici symbolo? Andreas agnovit Domini potestatem, agnovit amorem: quare ergo amoris & potestatis non tetigit agnitione celsitudinem? Quoniam hujusmodi miraculum exhibendum juxta dilectionis Christi potentiam, nequaquam juxta infimam intellectionem humanam. Quapropter tametsi Andreas aliquid cognovit magnum, non excogitavit summum: equidem licèt mira, plura & plura intellectu cogitabat; erant plura & æquè ampliora, quæ cogitare nequibat.

Chrysost.

In Eucharistia licèt mira hominis cogitent, mirabiliora latent.

5 Præterea. Plura Apostolus, ascensiones ponens in corde, intellexit, sed in ipsum cacumen non evasit. Christum suum exhibere corpus in hominum cibum, jurè cogitabatur ut magnum. Suum sanguinem hominibus potum præbere, summitas videbatur apicis gratiæ. Utrunque elargiri studio dilectionis, ut homines fierent immortales, judicabatur à vigilante perspicujore ratione cacumen totius amoris beneficentiæ. Pennatus his alis Apostolicus intellectus hæccine magna mirabilia cogitabat; & erant adhuc summa, quæ cogitare non poterat. Contemplabatur radiis illuminatæ rationis mirabile factum, quod sanè magnum; sed non cogitabat miraculi modum, qui astruebat summum. Cogitabat sese Christum traditurum escam homini, verùm non cogitabat aliena specie. Cogitabat singulare inauditum miraculum, sed mentem fugiebat visibile invisibiliter sumendum. Cuncta mira, prodigiosa omnia. Cogitabat corpus tradendum; sed non cogitabat aliena specie occultandum. Cogitabat arcana insignia nova sed non summa; ita ut sensus à sensibilibus redderentur immunes, qui de accidentibus judicant sibi notis. Hæc cogitabat, & amplius cogitabat intellectus, veruntamen cogitare non poterat illud amplius, quòd erat miraculi cacumen, expellens volantem intellectionem. Plus intelligendum erat, vel pluribus intellectis, expulsis acuminibus humanæ cogitationis; quæ non valebat illud amplius intelligere, licèt intelligeret intelligendum amplius in Sacramento restare: igitur stabat Sacramenti insigne miraculum, ex eò quod vigilantiorem hominum superaret intellectum. Magnum sanè donum, sed modus in dono Sacramenti maximum, ubi videtur quod non videtur, & quod non intelligitur, intelligitur, victà ab opere insigni sacratiori materiâ, quandoquidem Eucharistiæ rutilat gloria: ubi ad visionem & intelligentiam accedunt sensus defectus, & intellectus perspicuà intellectione captivus. Videamus singula.

Modus Eucharistiæ insignis.

Triumphus Eucharistiæ de oculis corporis & mentis.

6 Non est fabula de Psyche & Cupidine, qua quidem nulla aptior in expressionem modi Sacramenti. Illa pulcherrima, cujus amore flagravit Amor, ar-

Fabula Psyches & Amoris.

densque Psychen sibi junxit in consortem clenodiis pretiosis, monilibus aureis, decore etiam habitationis, cujus ambitus plenè ita coruscabat splendore, ut diem faceret & Sole nolente. *Nec est quidquam quod ibi non est: sed præter cæteram tantarum divitiarum admirationem* (ait Apulejus lib. 5. *Metam.*) *hoc erat præcipuè mirificum, quod nullo vinculo, nullo claustro, nullo custode totius orbis thesaurus ille muniebatur. Hinc ei summa cum voluptate visenti offert sese vox: & quid, inquit, domina tantis obstupescis opibus? Tua sunt hæc omnia.* Sed conditione excludendæ curiositatis pro examine pulchritudinis; ut venustior videretur species, quam occultabat fides dilectione cordis, haud diligentiâ obtutus, quoniam obest oculus, dum fidem amoris exhibere debet pectus: aliàs bonis frustranda, si intenderet sponsi explorare vultus: *Quos* (infit qui dudùm) *non videbis, si videris.* Oblita est igitur Psyche malesuada, comitum invidia, factæ Amori inviolabilis sponsionis, & irremeabilis felicitatis. Quapropter curiositate ducta. accensa oculorum lucernà, & fidei extinctà, dubio amore gelido pectore, ut vidit, periit. *Igitur sic* (subditur) *exiluit Deus, visaque detectę fidei colluvie, prorsus ex oculis & manibus infelicissimę conjugis avolavit.*

Apulej.

Bona collocata in fide.

Idem.

Sine illa evanescunt.

Idem.

7 Sanè habet in nobis fabula prisca locum, exprimens umbrà mirabile Sacramentum. Psyche Græcè idem est ac anima, cujus amore ductus Salvator N. verè philanthropus (cujus deliciæ cum filiis hominum esse) descendit de cœlo, ut muneribus locupletans, charismatibus ornans, sibi dilectam & gratis desponsaret in fide, sese occultans alienà specie, ut pòst satiaretur anima, cùm appareret gloria, quoniam modò ambulamus per fidem & nequaquàm per speciem; quin obsit in demonstrationem fidei oppositа nubes in aspectum dilecti, quippequàm dicit qui anxiè solicitat ejus cor: *Qui manducat me, ipse vivet propter me*: magisque comprobatur amor cordium nexu, quam oculorum obtutu. Hæretici vident, quod vident, admittentes oculorum sensationem; sed amittentes fidem, cujus oculis videtur, dum visibile invisibiliter sumitur. Unde videntes cæci jacent, quia nisi invisibiliter videri non potest: igitur non vident qui vident oculis, sed qui cæcè aspiciunt fide. Vident accidentia panis objecta oculis, & credunt subsistere in subjecto viso, cùm illa ibi subsistant sine subjesto: expellunt profectò amorem, dum expellunt fidem. De domo Solis dicitur à Poëta lib. 2. *Metam.* Fab. 1.

Christo sponsatur anima in Eucharistia.

Ioan. 6. 57.

Amor comprobatur cordium nexu, non oculorum obtutu

Materiam superabat opus. Ovid.

Etiam in domo Solis justitiæ, accidentium mirabili manutentione, materiam insignem illustrat artificium Sacramenti; igitur in specie panis sine substantia panis, est Christi substantia corporis, replens bonis animas diligentes per fidem, & evanescens ad scrutantis oculi curiositatem: igitur ab aspicientibus non cognoscitur, & à cæcis per fidem clarè videtur.

Christus in Eucharistia cæcè videtur, & curiosè non cognoscitur.

8 Nescio an hoc intuitu dixerit Sponsæ: *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt*: siquidem amor magis probatur fide quàm curiositate; quippe dum intendit aciem, nitens aspicere quod non potest, ab oculis evanescit. Species perspicua modi, quem habet in Sacramento Eucharistiæ, objecta fuit ab illo post fracta vincula mortis, oculis discipulorum in castellum euntium: siquidem peregrina illis apparuit specie, uti nobis sub speciebus adest panis & vini: invisibilis visibilem se fecit sub habitu alieno, & visibilem invisibilis se nobis ostendit sub pane Eucharistico. Unde Augustinus de *Consens. Evang.* lib. 3. cap. 25. & Serm. 140. de *Tempor.* Hieronym. Epist. 27. cap. 3. Imperfectus *Homil.* 17. Theophylact. aliique PP. astruunt convivium in Emmaus fuisse Eucharisticum. Canit etiam Sedulius lib. 5. de *Miraculis Christ.* v. 365. dicens:

Cant. 6. 4.

Amor probatur fide, non curiositate.

Luc. 24. 30

Mox aliis conviva potens sub fragmine panis
Agnitus enituit, qui verus panis apertis
Semper adest oculis, fidei quos gratia claros
Efficit, ut Dominum viventem cernere possint.

Sedul.

9 Modò considerandus articulus. Ambulant cum Christo discipuli, colloquuntur & aspiciunt, sed *oculi illorum tenebantur ne eum agnoscerent: à Jesu* (subdit hìc Alapide) *ne officio suo fungi perinde ac si velamine quopiam obducti fuissent.* Igitur pervenerunt in castellum, accubuerunt, & Christo accipiente, benedicente, frangente, ac inter illos dividente panem; *aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum: & ipse evanuit ex oculis eorum.* Multa profectò & fœta mysteriis. Si velamen inest oculis illorum, quomodò vident & alloquuntur Christum? Velamine obducto impeditur oculorum

Luc. 24. 16. Alapid.

Vers. 31.

sen-

sensatio : luminibus verò claris patet perspicuitas cognitionis : Quo ergo pacto cognito Christo fulgore claritatis , illuminatæ cognitione mentis , ipse evanescit ab illorum oculis ? Ut exprimeretur modus videndi Christum in Eucharistia , ut illo affatim potiatur per fidem anima. Videtur perspicuè , dum cæcè videtur. Non videtur , dùm clarè conspicitur. Cæcè videtur & clarè , si videtur fide. Non videtur , ubi videns ducitur oculorum sensatione. Hic videt juxta visa : qui fide, juxta credita , quia non videt , quæ videt, sed altiora: quare dum hæretici videre cupiunt sensatione luminum , evanescit ab oculis eorum : videtque Catholicus fidei cæcæ per velamen , quippe amissione acquirit lucidius lumen.

In Sacramento Christus dum fide cæcè videtur, clare videtur.

10 Ulteriùs. Amor copulare sibi intendens Psychen animan , subtrahit à conspectibus præsentiam , ut fides & amor habeat locum per sensuum defectum , diligente Psyche dilectum invisibilem occultum , prospicientem fidem per specierum Sacramentalium cancellum. Unde meruerunt discipuli magistrum videre , dum illorum oculi tenebantur , ne eum agnoscerent ; evanuitque ab oculis eorum , dum patuit corpus dotibus glorificatum : siquidem ejus evanescit cognitio quæ oculis comprobatur , & cognoscitur perspicuè dum cæcitate videtur. *In judicium ego in hunc mundum venit* (dixit) *ut qui non vident videant , & qui vident cæci fiant.* Quæ apparent , jam non habent fidem , sed agnitionem : cæcique fiunt videntes specierum formam ; quoniam judicium faciunt per apparentiam. Quare qui non vident, vident , non solùm quia cognoscunt esse plusquàm possunt videre , & visu cognoscere ; sed quia cognoscunt per fidem , cujus argumentum inconcussum ex evidentia rerum non apparentium.

Evanescit cognitio, quæ oculis comprobatur, & agnoscitur, si cæcitate videtur.

Joan. 9. 39.

Quo pacto si fides obscura, clarè videtur sine rerum apparentia?

11 Perscrutemur abdita , ex nobiliore figura efformantes pro cæcitate fidei vigilantiore , argumenta. Aliquibus Rabbinis apud Rab. Moysen placuit , Hebræos clausis oculis comedisse Manna, quos tædebat dulcedinis & omnigenæ voluptatis , modò comederent apertis oculis. Mens hujusmodi nugis refragatur , ni intelligatur metaphoricè de voluntate, quæ à rebus & cæcè fertur , concesso sapore voluptatis electioni , cùm Manna uniuscujusque deserviret voluntati. Quicquid sit , deservit acumini. Manna aliud repræsentabat , & aliud longè diversum

Rab. Moysen.

Manna clausis oculis oomedebatur.

continebat. Clausisque oculis comedebatur , ut locus fidei sensus privatione daretur : igitur ut anima rerum contentarum delibaret gustus ; clausis oculis fides supplebat sensuum defectus. Si apertis oculis comederent cœlestem panem , exteriorem tantùm panis designarent dulcedinem. Clausis oculis indicabant , plus esse ibi , quàm dijudicare possent oculi. Cupiebant videre , quid amplioris dulcedinis extra sensus , & pro voto potiundo claudebant oculos. Oculos claudunt in visionem ? Utique. Signabat Manna panem Eucharisticum cœlestem , qui cæcè videtur , & oculis non conspicitur : unde panem cœlicum clausis oculis manducabant ; ut sic videre possent , quod conspectu non videbant. Non ducebantur apparentiâ , ut judicarent quæ videnda visa. Omnis gloria ab intus , & procul sensus : clauduntque lumina externum pellentes lumen , ut cæcè viderent interiorem dulcedinem.

Exod. 16. 15.

Quare?

Unde symbolum Eucharistiæ?

12 Ecce plausus , & cœlestis gustus: postea verò dictum : *Anima nostra jam nauseat super cibo isto. Jam.* Ergo pridem non. Profecto : sed cur modò? Deficit fides , ubi cibus comprobabatur oculis. Si docet sensus , etiam cœlestis levissimus cibus : igitur homo comedit quod tantùm videt ; & minimè videt , ubi viderit quod comedit. Cibus animæ exponitur , quæ fide in visionem roboratur: & anima cibo coram oculis, nauseat; quippe nil latet , quod per fidem intelligat. Qui claudit oculos , ut comedat ; amplius quàm comedit , aspicit. Qui apertis oculis comedit , quod comedit non cognoscit ; igitur solùm exteriora respicit , in quibus nulla dulcedo , & prava est sine cognitione cognitio , cùm fides non demonstret, quodcunque sensibus patet. Qui in pane cœlico cernit , non discernit : qui non videt , ille videt : unde vident qui cæcutiunt , & videntes cæci fiunt; quia videre volunt per apparentem oculorum sensationem , quod tantùm videre possunt , si respexerint per fidem.

Num. 21. 5.

Dulcedo Eucharistica interna.

13 Visio etiam tribuitur rationi , quæ quidem jure exulanda à Sacramento Eucharistiæ ; quippe humanarum cogitationum perspicujor ratio , non est lumen, aut fulgor , sed caligo. Lux in tenebris est lux rationis , quæ minimè lucet , dum magis splendet. *Liber* est Eucharistia *scriptus intùs , & foris* , sed *signatus sigillis.* Foris ad oculorum aciem , intùs ad rationis investigationem : & utrisque exhibitus,

Est liber intùs & foris scriptus, sed signatus.

Apoc. 5. 2.

Caligat visus & deficit intellectus.

utrisque apparet signatus; quoniam deficere debet sensatio, & intellectio, ut homo, quæ videt, possit videre, & quæ intelligit, possit intelligere. Congruit demittere faciem adinstar Moysi, ut cor videat Deitatem fiagranti in rubo manentem. Exod. 3. 6. Expedit, uti ab Elia factum, ut videatur prodigium; operire pallio vultum. 3. Reg. 19. 19. Nocet curiositas, prodest sapientissima fatuitas. Hinc Sponsa non invenit dilectum, quia ab illa *tullerunt pallium*, ut objecto gauderet avidè visus; siquidem hic quem diligit, nisi per fidem, *verè Deus absconditus.* Cant. 5. 7. Hæc perstrictim testimonia, ne molesta Didascalia, & quia hìc *T.* 13. D. 2. exponentur plenè in Gertrudis Magnæ honorem. Isai. 45. 15. *Ratio, ut intelligat, sit in Sacramento sopita.* Quanti sit pro Sacramenti Eucharistici intelligentia, ratio ad examen sopita, videbimus *T.* 5. *D.* 1. In cœlesti Manna præbet gustus, quod ignorat aspectus, *non contemplantibus nobis quæ videntur* (ut ait Paulus) *sed quæ non videntur*: etenim ubi curiosè oculus videre intendit (ut canit alio Poëta Jurisconsult. *Emblem.* 113.) 2. Cor. 4. 18.

Alciat.

Lumina nulla tenet.
Num minus ille videt?

DIDASC. VI.

Gloria terreni orbis solùm videtur à cæcis.

1 CUncta caduca sunt, labuntur vel consistentia, subsistunt in inconstantia, quippe hujusmodi sorte cuncta composita; quin aliquid sit stabile, ut tutò possit homini placere. Continuò labitur: & qui à mundo se decipi non putat, magis decipitur: etenim solummodò invenitur doli pulcherrima verisima forma, dum gaudia patent vel apprehensionis ludibria. Aptè mundus signatur per sæculum, cuncta igitur uti successiva fluunt.

Cuncta mundi caduca.

——Nihil est toto quod perstet in orbe.
Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.
Ipsa quoque assiduo volvuntur tempora motu,
Non secùs ac flumen: neque enim consistere flumen
Nec levis aura potest: sed ut unda impellitur undâ,
Urgeturque prior veniente, urgetque priorem:
Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur,
Et nova sunt semper: nam quod fuit ante relictum est,
Fitque quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur.

Ovid.

Ait Pythagoras apud Ovidium lib. 15. *Metam.* Fab. 3. Cuncta ita. *Quid strepis munde immunde? Tenere vis periens: quid faceres, si maneres? Quem non deciperes dulcis* (profert Augustin. Serm. 29. de *Verb. Dom.*) *si amarus alimenta mentiris?* Nos bibimus ridendo venenum, occisi quasi per jocum: etenim si diligitur, & dilectione cognoscitur falsitas; nos flendo ducimus horas.

Quàm fallax!

Auguſt. *Gaudia illius undique fletus.*

2 Ecce mundi dilecti allicientis versatilis scena, mutabilitate atque motione dilectoribus grata. Ita judicatur entitas, sed ni fallor amatores latet amplior fragilitas: igitur fatentur (etsi mutabilia) esse, fixà mutabilitate; cùm summa cunctorum entitatis non sint entia, sed effigies, nequaquàm consistentes in rerum natura, sed in dilectorum illusa & læsa phantasia, qua vigilantes somniant, posse videre, quæ videri non possunt; etenim videre nequeunt quæ non subsistunt. Ratio sub manum. *Magna cogitatio obcæcat, abducto intùs visu* (ait Plinius *lib.* 11. *cap.* 37.) *Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante.* Subtrahit intus spiritus visuales vehemens affectus, quo ipsi sibi somnia fingunt; queisque videntur videre quod non vident, ludentibus in phantasia, quæ tantùm placent. Unde Gregorius Nazianzenus de *Pauper. amor.* inquit: *Humana felicitas non felicitas, sed falsitas. Similis est fallacibus noctis insomniis, brevem voluptatem afferentibus. Figuris quas pueri per ludum in arena fingunt certior fides adhibenda est, quàm hominis felicitati.* Appositè conferuntur imaginibus somni, felicitates gaudiaque sæculi; uti subjecta falsitati. Placent, delectant, alliciunt, dicunturque imagines fallaces vel dum videntur; quoniam gaudentes experiuntur festivè ludos, si experrecti in rationem aperiunt oculos.

Videri non possunt, quæ videntur.

Plin.

Sunt phantastica.

Greg. Nazianz.

Gaudia somnia, & rationis ludibria.

3 Quæ à somniantibus videntur, nulla sunt. Fallitur his possessionibus vel feliciſsimum cor. Qui amant mundum, somniant, & frivolà phantasia sese lactant. Unde rerum nulla conceditur existentia, vel gloria; vel constitutio: quia ubi videntur invisibilia, dormitat ratio: qua procul quæ signantur, magis probant insaniam, quàm visorum existentiam. *En oculi vestri vident* & me, & gloriam meam,

Genes. 45. 2.

meam, dixit fratribus Josephus, post Pharaönem in Ægypto Princeps primus. *Nunciate patri meo universam gloriam meam,*
Vers. 13. *& cuncta quæ vidistis in Ægypto.* Palàm erat Josephi fratris in thronum elevatio, obsequentium promptitudo, in regno auctoritas, regis familiaritas, throni majestas: ad quid ergo asserit, gloriam videre ejus fratres, & videre oculis? Ut constet mundanæ felicitatis falsitas, dum turget major felicitas: urgetque oculos vi-
Gloria momentanea. dentes fratrum in visionem pro entitate rerum; ne visa jucundè apparerent embolium: igitur gloria mundi ita fugitiva, ut posit à videntibus judicari momentanea. Aptiùs promam. Josephus gloriam suam volebat indicare, & illam fratres videre. Hi oculos habebant apertos: & in visionem felicitatis videntium urget conatus; & pro gloriæ fide, & pro majestatis vera entitate: equidem difficile illi videbatur, fratres videre posse gloriæ mundanæ apparatus, dum videbat, illos oculos habere apertos. *Oculi vestri vident*, & gloria
Non videtur mundi, si videtur. videtur oculis. Non videtur humana, si videtur. Instar miraculi est, si videtur ab oculis, cùm gloria mundi tantùm videatur à cæcis.

4 In eodem castissimo Patriarcha invenietur pro evidentia argumenti materia. Variis symbolis illius phantasiæ blan-
Dignitates quærunt, & ambiunt dignum. diebantur dignitates, ut dignos digno præside haberent honores; tum quia fugientem quærunt, tum quia per benemeritum illustrantur. Sese assumptum præ cæteris in solium casù somniavit; & vigiles fratres vel somnium intimè pupugit: igitur ambitiosum & invidum commovet in iracundiam, quælibet vaga gloria errabunda per phantasiam. Plus diligebatur à patre, & placuisse nocuit; igitur odii factus victima & labe carens, & præstantissimà formà. Somnia seminarum livoris, vel extra thronum ludentis majestatis. *Accidit* (ait Moyses) *ut visum somnium referret*
Genes. 37. *fratribus, quæ causa majoris odii seminarium fuit.* Singularis sanè stylus cùm frequens in Scriptura sit: *Somnia somniare, visiones videre.* Joël. 2. 28. Act. 2. 17. Hic sæpe geminatur videre somnium. An quia verum futurum imperium? Utique: vel sub-
Indignos indignitatem assumi; est sanè somnia somniare. limiores dignitates Josephum desiderio alliciebant tanquàm dignum: dicitque uti benemeritus in throni assumptionem, non somniare sed videre dominationis imaginem; quoniam sine dotibus in imperium pervenire, est indignis dignitatis somnia somniare. Vernaculè: *Discurrir llegar sin meritos al dosel, es propriamente echarse à soñar.*

5 Sit ergo, cæterùm quomodò imperium visum, si somnium; vel quo pacto somnium, si verum visum? Quod verum mundus astruit, phantasia in somno depingit: unde sufficit designari uti somnium, ut expuatur tanquàm falsum. Verum judica-
Entitas gloriæ mundi opus ludentis phantasiæ. tur, quod videtur: somniumque gloria imperii nominatur; quia si in mundo aliquid entitatis & gloriæ quod videbatur videri, tantùm erat ludentis opus phantasiæ. Hispan. *Cosa de sueño.* Visum somnium. Mirabiles profectò voces revocantes homines à somno, ne insomniis ludicris illudantur à mundo. Joseph futurus in Ægypto potens, penes quem tota machina regiminis: dicitque quod futurum visum, & somnium; quia adinstar somnii totum erat imperium. Quid dicemus? Habetur gloria à regibus fortuna à divitibus. In somno cuncta habentur, cæterùm non ab habentibus, sed à somniantibus; quibus videtur videre, quæ videre non possunt. Unde gloria vera di-
Quæ apparet tantùm dormienti. citur visum & somnium; ut constet quæ vera gloria, gloria phantastica: igitur in comprobationem falsitatis, uti verum insomnium, tantùm videtur à cæcis. Fratres Josepho invidebant, quia judicabant somnia vera. Jacobus rem tamen tacitus considerabat; quippe contemplabatur vera somnia: & illi quanvis visum, signabant somnium; Jacobus quanvis somnium, dicebat visum; quoniam in futilitatis indicem, discrimen erat solummodò penes vocem: etenim cuncta mundi
Nec imago quidem invenitur à ratione. gloria si visa, tantùm somnus vigilantium; si autem insomnium, patet vigilia dormientium; quippequàm si expergiscitur ratio, nec imaginem gloriæ videt in mundo.

6 Laborant dilectores mundi studioso glaucomate, de quo morbo dicit Plautus in *Milit.* Act. 2. Scen. 1. v. 69.

Ei nos facetis fabricis, & doctis dolis
Glaucomam ob oculos subjiciemus, Plaut.
Ut quod viderit, non viderit.

Ecce somnium etiam visum. Unde quod verè de momentis gloriæ visum, dicitur somnium; quia sicut in somnio, quod videtur, videtur oculis clausis; ita in vigi-
Si videtur, videtur oculis clausis. lia mundana gloria videtur à cæcis. Ideo insomnium dicitur, quod in somno solummodò videtur: pulchrior gloriæ imago evanescit cum somno: & vera gloria dicitur in somno visa; quoniam pretiosiora mundi, nil aliud præter insomnia.

—*Fa-*

Fastum
Qui regimen, qui sceptra gerunt, sectantur inanem.

Sous. *Divitiæ, regnum vitæ mortalis honores,*
Noctis imaginibus veluti cum somnia ludunt.

Accinit Joannes Mellius de Sousa de *Incarn. Dom.* lib. 5. Cuncta nulla; quippe si aliquid, vana, in somniis tantummodò visa: igitur avolat quicquid sedebat cerebro, simulatque sopita vigilat ratio.

Qua mania laborabat Harpaste serva Senecæ?

7 Scitur insania servulæ Senecæ, quæ ut ipse refert *Epist.* 50. cæca cùm esset, se nesciebat esse cæcam: indicante næ hujusmodi fatuitate mala nostra nobis grata; igitur si nos cognoscéremus ægrotare, quæreretur medicina. Aristoteles de *Reb. admirabil.* narrat quendam mente captum, phantasticis rebus imaginatione læsa, ita delectari, & gratulari de mentis errore; ut postquàm resipuit, dicere soleret: *Totum illud tempus, quo mentis non erat suæ, jucundissimè tractum esse.* Idem ait Athenæus *lib.* 12. de quodam Thrasylaö, qui omnia quæ videbat, propria mentis impos judicabat: unde ab insania vindicatus, præsentis sortis querulus, fatebatur nunquàm in vita, nisi possessus ab amentia, degisse jucundiùs. Vide Petr. Victorium lib. 3. *Var. lect.* cap. 11. Lævin. Torrentium, Lambinum, Petr. Gualterium Chabotium in *Horat.* lib. 2. Epist. 2. qui idem profert de quodam Argivo, vers. 136.

Aristotel.

Varię materię.

Athen.

P. Victor.

Qui ubi cognatorum opibus, curisque refectus,
Expulit elleboro morbum, bilemque meraco,
Et redit ad sese: Pol me occidistis amici,
Non servastis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gravissimus error.

Horat.

His morbis laborant homines, volentes videri deliri, vulneratà ratione; modò delectent mala propria, & exulet ad rationis reditum medicina. Complacent in visis, non quia videntur, sed quia à se videntur, & esse quæ non sunt in phantasia, contemplantur; plaudentes manibus ad visa mendacia quin cognoscatur amentia, & felicitas insomnia: igitur ni insanirent, nil viderent, cùm cunctæ gloriæ evanescat imago, dum excitantur à somno.

Dilectione mundi, qui sani insani.

Ps. 76. 6. 8 *Turbati sunt omnes insipientes corde*: dixit Psalmographus. Unde ergo potentium in sæculo conturbatio, vel dominantibus illata formido? *Dormierunt* (subdit) *somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.* Ideo turbati potentes? Unde rationabiliùs? Unde rectiùs? Lenocinabantur illis deliciæ, palpabantur gloriæ, obsequebantur fortunæ, blandiebantur opes, assentiebantur potestates, adulabantur obsequia, comitabantur commoda; ita ut cuncta, ex quibus gloria mundi & felicitas hominum, tenderent in cordis prolubium, ac voluptatis delicium, quin suspicarentur illecebras, quæcumque ministrabat falsa felicitas. Videbant, verùm somniabant, vel videbant in somniis, quæ volitabant imagines, sibi placentes de insania, quasi non essent insomnia: unde stupentes turbantur, quoniam nihil eorum quæ somniarunt, invenerunt. Quomodò nihil? Insomnium visum est, rapiens dulcedine infatuatum cor: quod quidem jurè dicitur infatuatum; quippe arbitrabantur vera, quæque viderant per somnium. Ibid.

Et infatuati.

9 Ulteriùs. *Turbati sunt.* Quando? Expergefacti à somno. Dormiebant? Nullo modo. Unde sine somno insomnia? A gloria mundi possessa, quæ tantùm videtur à cæcis, & evanescit statim apertis oculis: nihilque invenitur ex gloria quæ cogitatur; quippe non in entitate, sed solummodò perstat in cogitatione. Nihil patet ad sensum, sed ad phantasiæ prolubium: quapropter felicitatis ad manus nihil inveniunt; quia oculis nequeunt videre apertis, quæ videntur, solummodò clausis oculis. Cuncta pro inquisita gloria sunt inventa, ratione à somno occupata. Dormierunt somnium, verùm nihil invenerunt: equidem cùm sint, ubi non videntur; nihil profectò sunt, dum oculi, ut videantur, aperiuntur. Dormierunt vigiles, dum vigilabant dormientes, censentes esse aliquid in mundo, quod possit esse. *Turbatique sunt* propriâ insipientiâ, cùm inveniissent nulla, quæ judicabant æterna. *Turbati sunt*: meritò, dum se vigiles arbitrabantur in somno: insipientesque dicuntur, ubi nihil cogitatorum inveniunt; siquidem ubi quæ visa, vera judicabant, desipiebant. *Turbati sunt*, nihil invenientes, qui gaudebant cunctis: igitur justa conturbatio cordis & pudor mentis, ita decipi rationales, ut videantur etiam gloria visa ad sensum non tantùm vana sed nulla, dum omnimoda felicitas pingebatur in phantasia.

Nil patet ad sensum, sed ad phantasię jocum.

Est insipientia, mundi bona judicare constantia.

10 *Turbati sunt*, eò quod nescirent se esse cæcos vel allucinatos, ubi gloria mundi patebat ad oculos, cùm oculi nunquàm

quàm viderint, quas imagines somnia ministraverint. Signatione oculorum astruitur entitas, phantasiæ coloribus falsitas, si exponitur optata felicitas: igitur dum oppleti bonis dormiunt, experrecti nil inveniunt & turbantur; quia nulla ex his visis quæ videnda expectabantur, videntur. Conturbantur. Nihil mirum. Ludus est gravis defraudatio cordis. Summum cordolium privatio rerum, maximè dum homines sese judicant felices, & plenos bonis: excitanturque à somno pavidi & exterriti, cogitantes nupsisse felicitati; quoniam uti protoplasti aperientes oculos, *cognoverunt se esse nudos. Aperti sunt* (dicitur) *oculi amborum.* Erant ne cæci? Neutiquàm, sed tunc mundum aspiciebant, quùm nil videbant in mundo. Dum aliquid in illo videtur, non est veritas, sed infelicitas: unde aperientes oculos in optatam beatitudinem; duntaxàt veram viderunt turpem infelicitatem, & entitate ignominiam, quam cogitabant somniantes ampliorem gloriam.

Nulla videntur, quæ avide à videntibus expectabantur.

Genes. 3. 7.

Quæ judicatur ut gloria, revelatur ignominia.

11 Ergo textui principali. *Turbati sunt omnes insipientes corde.* Insipientia est stupiditas rationis: propriumque judicatur stupidi, veram designari gloriam, quam oculi viderunt nunquàm & nusquàm. Viderunt dormientes omnia, & excitati nulla invenerunt visa; quippe in mundo nihil omnia: solummodòque possunt entitatem designare felicitates, qui mente capti, stolidi & insipientes: quandoquidem qui magna phantasià concipit, si oculos aperiret, nil videret. Ubi ratio micat, ibi intelligentia veritatem probat: insipientes, dormientesque dicuntur, à quibus invisibilia videntur, ut resipiscentiam pudefacti cognoscant, & pœnitentiam resipientes agant: igitur tandiu errore perseverabit homo, quandiu oppressa somno dormitaverit ratio, quæ quidem per oculos apertos, demostrabit interiores stupidè fascinatos. Accidit his, quod Ptolomæo quærenti per templum imagines Divûm objectas per somnium, ut canit Thomas Majus in *Supplement. Lucan.* lib. 1.

Solummodò cogitant esse aliquid gloriam mundi, stupidi, & fascinati.

His verò attonitus visis Ptolomæus (*ab omni*
Nam gelidus trepido manavit corpore sudor)
Excusso somno templum circumspicit omne,
Talia Divorum quærens ostenta, sed illa
Quæ vidit clausis, oculis non vidit apertis.

Thom. Maj.

Somnia sunt: & minimè facile oculis possunt videri, quæ nunquàm videntur oculis. Cæci non vident. Nihil est quod vident cæci. Idem qui somniis addicti, vel humanæ incumbentes felicitati: equidem esto magna conciperent; modò aperirent oculos, nihil viderent.

Cecè tantum videtur.

12 *Insipientes corde* dicuntur turbati. Cur non insipientes mente? Ut constet origo insaniæ. Insipientia mentis est necessaria insipientia: insipientia cordis est voluntaria. Illa est læsio rationis, hæc venustas voluntatis. Qui illa laborat, nescit se esse fatuum, hac ægrotanti placet desipientiæ studium, scitque se fatuum esse, & gaudet cogitatione. Cognoscit videre vanida somnia, & adorat uti vera. Percipit gloriæ animos vellicantes effigies, & entitates signat volitantes imagines, minimè quoniam credat, sed quoniam adorat: dicunturque meritò non mente, sed stupidi corde; quoniam scienter gloriam mundi omninò nullam, esto deliri habeantur, inquirunt gloriam. *Ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* Ait David interrogans filios hominum. *Gravi corde* quærunt, vacantes felicitati; & inquirunt mendacium, quia gravi corde. Cordis levis est desipere, atque desipientia errare: gravis verò, inquirere vanitatem, etsi cognoscat errorem: transitque ad gravamen cordis, quæ videtur in stolido levitas mentis; quoniam tantùm cui placet amentia, potest vanidè sequi, quæ cognoscit ut mendacia. Qui levi corde est, sequitur pro gloria vanitatem, nesciens vanitatem, quàm sequitur: Quisquis corde gravi, sequitur gloriam, non ignorans esse falsam, quippe in mundo nunquàm vidit; at si asserit vidisse, profectò insanit. Felicitas judicari quit, ubi esto falsa, non ut falsam credit cor: etenim tunc error patet mentis & non cordis: gravaturque cor voluntariè insanientis pondere vanitatis; quoniam ab illo notatur felicitas, dum respicit vanitates, insanias falsas.

Differentia insipientiæ mentis & cordis.

Qui mundum sequitur, scit se fatuum esse, & sequitur tamen. Psal. 4. 3.

Qui insanus voluntari, magis insanus.

Amentis est amare gloriam, quam cognoscit falsam.

13 Hujusmodi fatuitas exprimitur clarè in glaucomate, quo quod videtur, non videtur, uti debet videri. Si intra ambitum oculi continentem humorem crystallinum esset guttula peregrini humoris, oculum suffunderet ad videndum, & confunderet sensationem juxta humoris qualitatem. Si esset sanguinea, quicquid videretur, videretur rubrum: si biliosa, videretur flavum: si ex pituita, albûm;

Quid sit glaucoma?

bum ; si ex melancholia , videretur nigrum : & totum falsum , quin oculus distingueret de colore opposito , unoquoque abundante in suo sensu. Consule Valesi. in *Sacr. Philosoph.* cap. 28. & Joann. Huartum in *Examin. ingenior.* in 2. *Proœm.* Hujuscemodi hypochysis naturalis transit in affectum cordis , quo mundus videtur , non ut videtur , sed præut à vidente conspicitur : etenim non ut est, conspicitur , sed ut videtur ; quia unusquisque vitio oculorum in visione fallitur.

Unde idem diversum à diversis videtur?

14 *Averte oculos meos ne videant vanitatem* : dicit Psalmographus. Vanitas quomodò videtur ? Si videtur , non est vanitas. Cor immittit humorem in oculos uti glaucoma , non ut videant , sed ut depravent objecta:& cùm hujusmodi affectu non videant quæ vident , sed quæ videntur videre ; vanitatem vident oculi: igitur visio vanitatis stat in falsitate sensationis. Unde vanitas quæ invisibilis , visibilis fit, quia cor eorum proculdubiò vanum est , videntium nequaquàm objectum visum , sed cordis fatui dominantis affectum: *Hæc est concupiscentia oculorum.* Oculi concupiscunt videre , at visa videntes non concupiscunt ; affectoque corde imagine mundi vanà , invenitur in oculis visorum concupiscentia ; quippe videntes non vident nisi suffusione oculi , quæ cor vanissimum concupiscit videre. *Quid nos decipimus* (ait Seneca *Epist.* 50.) *non est extrinsecus malum nostrum : intra nos est*: igitur si removeretur impedimentum, quicquid videretur , nec esset album , nec nigrum , neque rubrum , neque flavum; ostendente oculorum claritate , remoto obice , quàm falsa & falsè viderentur , quæ videbantur. Ratio in his vigilibus cæculis , removet hypochymata , seu suffusiones ab oculis cordis , cujus affectu clara videntut obscurè , & obscura perspicuè, falsitas veritas, veritas falsitas,bona, nulla; nulla bona; gloria, vana;vana, vera; atque similiter omnia,quorum nec imagines perspicit homo , ubi in visionem veram evigilat prompta ratio ; igitur non viderentur, quæ videntur , dum oculi dormientium aperiuntur : designante intelligentià visa invisa , atque in mundi glorià conditionem somnii , de quo ingeniosè & ænigmaticè Silvest. à Petra-sancta de *Symbol. Heroic.* lib. 8. cap. 10. dicit.

Et me nemo videt , nisi qui sua lumina claudit.

Psal. 118. 37.

1. Joan. 2. 16.

Senec.

Quomodò videtur vanitas , quę non videtur?

Ænigma somni.

Petra-sancta.



TAU-

TAUTOLOGIA TERTIA.

OS MEUM LOQUATUR AD VOS.

Genes. 45. v. 12.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 AUTOLOGIÆ hujuſce plena intelligentia pendet ex præcedentis expoſitione: igitur quod fratres Joſephi videbant, inſeritur pro materia, quaſi ſigno in fratris cognitionem, nimirùm illos alloqui idiomate Hebræo: qua de cauſa dicit: *En oculi voſtri & oculi fratris mei Benjamin vident, quòd os meum loquatur ad vos.* Minimè ad alios, quippe non intelligunt. Longè dolus, maximè interveniente fratre meo uterino, germano. *En oculi veſtri vident*: de quo fusè egimus. Modò ergo de oris locutione, verbis labiorum, & aliis idgenus phraſibus in Scriptura tritis, ut lucem accipiat teſtimonium, de quo loquimur; & cui accedunt expoſitiones aliarum auctoritatum. Frequens eſt in Sacris hujuſmodi idiotiſmus, quo exprimitur inſtrumentum neceſſarium præſuppoſitivè ad rem, de quo & quia egimus *Tautolog.* 1. n. 9. & 11-2. n. 8. & agemus *Tautolog.* 5. n. 2. in præſentiarùm ſolummodò per indicem notamus: verùm quod additur, apponitur citra periſſologiam, aut ſermonis redundantiam, ut aliquid patheticum per epitaſim in vocibus additis intelligatur.

2 *Os* multoties ſumitur pro tota facie, ſiquidem cùm voces ſint ſigna conceptuum mentis, per verba venimus in cognitionem rationalitatis. De leproſo præſcribitur Levit. 13. 45. *Habebit caput nudum, os veſte contectum*: ideſt, faciem, aliàs non ſubderetur: *Sordidum ſe clamabit.* 1. Reg. 2. 1. *Dilatatum eſt os meum*: hoc eſt, ſine rubore oſtendam faciem meam. Ibid. cap. 21. 13. *Immutabit os ſuum* (fingens inſaniam) *coram eis.* Idem *Proverb.* 6. 12-10. 11. Clarius conſtat 2. Reg. 22. 9. ubi: *Ignis de ore ejus vorabit.* Et Pſalm. 17. 9. *Ignis à facie ejus exarſit.* Apud Profanos affatim. Homer. 10. *Iliad.* v. 8. *Os amari.* Euripid. in *Troad.* v. 1180. *Os gratum.* Et in *Supplicib.* v. 869. *Come os*: ideſt, faciem. Sophocles in *Ajac.* v. 1093. *Non tuum veritus os.* Propertius *lib.* 1. Eleg. 5. & lib. 3. Eleg. 24. *Os pro facie.* Euripid. Sophocl.

Et timor informem ducet in ore notam.
Cùm tibi quæſitus candor in ore foret. Propert.

Ovidius lib. 1. *Metamorph.* Fab. 2. & lib. 3. *Triſt.* Eleg. 5. v. 11.

Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri
Juſsit, & erectos ad ſidera tollere vultus.
Vidi ego confuſos vultus, viſoſque notavi,
Oſque madens fletu, pallidiuſque meo. Ovid.

Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 1. *Omnes, intentique ora tenebant.* Qui lib. 1. v. 593.

Os, humeroſque Deo ſimilis, &c. Virgil.

Etiam Oratores uſi hujuſmodi ſtylo. Tacitus lib. 1. *Annal.* cap. 23-3. 16-5. 9-13. 25. *Hiſtor.* lib. 2. cap. 1. & 9-4. 13. & alibi ſæpe: Ciceroque 4. in *Catilin.* 2. in *Verrem*, & pro *Milon.* Tacit. Cicer.

Vates quoque ſacri. Prudentius in *Enchirid.* v. 27.

Sentibus involitans Deus igneus ore coruſco. Prudent.

Alcimus Avitus lib. 5. v. 27. *Placido proſpexerat ore.* Et Paulinus Conſular. Carm. de *Baptiſt.* v. 46. Alc. Avit.

Aſtitit, ac veſte inſignis, venerabilis ore,
Se cœlo miſſum vultuque, habituque probavit. Paulin.

Os pro voluntate, vel deſiderio. 3 *Os* ſimiliter uſurpatur pro voluntate, ſeu deſiderio, aut appetitu. Quæ acceptio claret Geneſ. 24. 57. *Vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatem.* Ubi Hebr. *Quæramus os ejus.* Iſai. 30. 2. *Os meum non interrogaſtis*: ideſt, voluntatem meam. Pſalm. 18. 15. *Eloquia oris mei.* Cajetan. *Voluntati dicta oris mei.* Et Deuter. 32. 1. *Verba oris mei.* Perſ. *Sermones mandati mei.* Igitur cùm quicquid optamus, ore, ſeu vocibus explicemus, voluntas metonymicè os dicitur. Hiſp. *A medida de ſu boca*: hoc eſt, juxta cupientis voluntatem, prout unuſquiſque deſtinavit in corde ſuo. Ideo dicitur Pſal. 80. 11. *Dilata os tuum, & implebo illud.* 2. Reg. 13. 33. *Amnon ſolus mortuus eſt, quoniam in ore Abſalom erat poſitus ex die, qua oppreſſit Thamar.*

Pſalm. Cajetan. Deuter. Perſ.

Os pro abundantia. 4 Interdùm ſignificat abundantiam. Oſe. 10. 12. *Metite in ore miſericordiæ*: hoc eſt, in miſericordia uberi. Aliquando *Os* intelligitur pro illo cujus eſt os. Geneſ. 41. 40. *Ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* cap. 42. 27. *Contemplatus pecuniam in ore ſacculi*: ideſt, in ſacco. Iſai. 40. 5. *Os Domini locutum eſt.* Thren. 4. 20. *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus.* Oſe. 2. 17. *Auferam nomina Baalim de ore ejus.* Nonnunquàm teſtificationem, ut Jon. 3. 7. *Ex ore regis & principum ejus.* Deuter. 17. 6-19. 15. Matth. 18. 16-2. Cor. 13. 1. *In ore duorum aut trium teſtium*, &c. Hujuſmodi acceptiones inveniuntur etiam apud Profanos. Sophocl. in *Ajac.* v. 1212. *Siniſtrum ſoluturus os*: ideſt, teſtificationem, vel teſtimonium. v. 247. *Os verax.* Euripides in *Heracl.* v. 891. *Os benè ominans.* In *Jon.* v. 98. Pro ſilentio: *Continete articulos oris.* Idem in *Cyclop.* v. 621. *Comprime os.* In *Hercul. fur.* v. 1244. in Helen. v. 1404. *Compreſſo ore tacuerunt.* Homer. 7. *Iliad.* v. 398. Pro labiis, lingua & ſermone: *Mordens os.* Sophocl. in *Trachin.* v. 985. Euripides in *Hippol.* v. 1060. *Cui adhibebo os? Quem complectar?* In *Herc. fur.* v. 486. Pro prece: *Os in pulveribus.* Homer. 9. *Iliad.* v. 43. *Os ſervile.* Euripides in *Jone*, v. 674. Pro laude: *Os præparet ad pia verba.* Idem in *Bacch.* v. 70. *Deos habent in ore.* In *Electr.* v. 80. & N. Prudentius in *Periſteph.* 3652. *Amore & ore noſter*: dixerat Terentius in *Adelph.* Act. 1. Scen. 2. v. 13. *In ore eſt omni populo.* Pro audacia *Os rabidum.* Virgil. 6. *Æneid.* v. 80. *Liberum os.* Sophocl. in *Electr.* v. 603-640. Pro aviditate: *Ore pleno.* Plin. lib. 8. cap. 22. Pro foramine & ſtomacho: *Os montis.* Senec. *Epiſt.* 79. *Satiare os.* Sophocl. in *Philoct.* v. 1183. Euripides in *Iphigen. in Aulid.* v. 857. *Ore perturbato me vocat*: hoc eſt, perturbatus. Pro oraculo: *Ora non credita Teucris.* Virgil. 2. *Æneid.*

Pro illo cujus eſt os. *Pro atteſtatione.* Sophocl. Euripid. Virgil. & alij.

Quid eſt, os aperire ad loquendum? 5 Dictis acceptionibus oris abſolutè, exprimendum etiam & exponendum, quid ſit, *Ore loqui, labiis loqui, loqui linguâ, atque os aperire.* Os ergo aperire eſt digna attentione loqui, vel incipere ſermonem obſervatione digniſsimum. Tob. 13. 1. Job. 3. 1-11. 5. & Matth. 5. 2. *Aperiens os ſuum.* De qua circumlocutione Aug. lib. 1. de Serm. *Dom. in mont.* ait: *Fortaſsis ipſa mora commendat aliquantò longiorem futurum eſſe ſermonem. Niſi fortaſſe non vacet, quòd nunc eum, dictum eſt, aperuiſſe os ſuum, quòd ipſe in lege veteri aperire ſoleret ora Prophetarum.* Virgil. 7. Æneid. v. 194. indicans gravitatem ſermonis Latini regis legatis Æneæ, infit:

Job. 3. 1. Mett. 5. 2. Auguſt.

Virgil. *Atque hæc ingreſsis placido priùs edidit ore.*

Verùm frequentiùs ſumi pro principio locutionis, & ſententiarum dignitate, conſtat loc. citat. & *Ezech.* 3. 2. *Dan.* 3. 25. 33. ac ex Verſionibus: igitur Haye in *Bibl. Max.* tam Job. 3. 1. quàm Matth. 5. 2. ſubdit: *Ideſt, cœpit loqui: initium loquendi fecit: poſt longum, diuturnumque ſilentium cœpit in verba prorumpere.* In verba, nimirùm myſterioſa, priùſque non audita, ſed digna cordis cuſtodiâ; ſiquidem plura alia verba locutus fuerat Aſſertor noſter: cæterum hæccine efflagitabant inclinationem aurium, & obſervantiam cordium. Aſtruitur expoſitio ſtylo communi Græcor. & Latinorum. Homer. 3. *Iliad.* v. 398. *Verbumque dixit, & elocuta eſt.* Et v. 437. *Verbis reſpondens allocutus eſt.* Claudianus *Paneg. Prob. & Olybrii*, v. 235. *Mox inchoat ore.* Et *Epigram.* 3. v. 9. ſuccinit:

Hay.

Quid ore loqui? Homer.

Claudian. *Indictum neque enim fas eſt, tacitumque relinqui.*
Hunc, qui tot populis provocat ore loqui.

Virgilius lib. 1. *Æneid.* v. 618. *Sic ore locuta.* Idem *lib.* 4. v. 277. *lib.* 9. v. 5. & alibi ſæpe: ideſt, cœpit loqui, vel *deinde locutus*, quod iterat *lib.* 3. v. 321-5. 14-6. 189-7. 357-8. 404-9. 319. & *lib.* 11. v. 461. Ita Ovidius lib. 9. *Metam.* fab. 9. *Deſierat ſimul ore loqui.* Et Paulinus Conſular. ubi ſupr. v. 308.

Virgil. Ovid.

Paulin. *Sæcula multa priùs ſancti Deus ore locutus*
Iſaiæ Vatis, veteris qui maximus ævi.

Etiam

6 Etiam os aperire signat in sacris aliquid promittere, vel vovêre. Judic. 11. 35. 36. *Aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac, &c.* Similiter significat aliquod speciale in voce prolata & prolatione vocis: quare de asina Balaam, Numer. 22.28. *Aperuit Dominus os asinæ, & locuta est.* Et de Zacharia muto dicitur Luc. 1. 64. *Apertum est autem illicò os ejus, & lingua ejus, & loquebatur.* Interdùm aviditatem & desiderium vehemens portendit istiusmodi phrasis. Ezech. 2. 8. *Aperi os tuum & comede*: ideſt, avidè comede: siquidem quæ desideramus, aperto ore suscipimus (Hisp. vigilantissimè: *Bebe los vientos.*) ut dicitur 2. *Mach.* 6. 18. *Aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare.* Hoc itaque sensu Psalm. 21. 14. *Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.* Quod quidem iteratur à Jeremia *Thren.* 2. 16. & 3. 46.

Os aperirè pro vovere.

Pro speciali modo loquelæ.

Pro vehementi desiderio.

7 *Ore loqui* usurpatur interdùm pro clarè, seù non ænigmaticè loqui, vel sine formidine. Ezechieli postquàm signum desolationis urbis, & plenæ captivitatis Juda per uxorem indefletam portendit concivibus, dicitur à Domino: *In die illa aperietur os tuum cum eo qui fugit* (ideſt, cum nuncio fugitivo ex Judæa) *& loqueris, & non silebis ultrà*: ideſt, obscura non loqueris, sicut pridem: quod profectò indicatur cap. 3. 2. ubi: *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus::. cùm autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum*: uti factum refert *cap.* 33. 22. promittiturque cap. 29. 21. *Tibi dabo apertum os in medio eorum*: hoc est, ut liberè loquaris. Quo sanè intuitu Isai. 50. 4. dicitur: *Dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est verbo*: ideſt, qui timidè loquitur. Et Prov. 31. 8. *Aperi os tuum muto*: nimirùm, qui præ formidine loqui non audet.

Ore loqui pro clarè loqui, vel sine metu.

Ezech. 24. 27.

Isai.

8 Aliquando accipitur *Ore loqui*, pro promissa adimplere, vel pro jurare. Jerem. 44. 25. *Vos & uxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes: Faciamus vota nostra, quæ vovimus, ut sacrificemus reginæ cœli.* Ubi claret, *loqui ore*, pro jurare, vel vovere. Unde Maluend. legit: *Decrevistis ore vestro, & voluntate vestra præstitistis.* Item 3. Reg. 8. 15. *Benedictus Dominus, qui locutus est ore suo ad David*: hoc est, juravit, uti ipse dicit Psalm. 131. 11. *Juravit Dominus David veritatem, &c.* Unde Euripid. in *Iphig. Taur.* v. 1085. *Apollinis verum os*: ideſt, oraculum. Astruitque Salomon loc. præfato v. 24. *Custodisti servo tuo David patri meo, quæ locutus es. Ore locutus es, & manibus perfecisti*: siquidem qui non perficit quæ loquitur non loquitur ore, sed vento loquitur, verba nugipolyloquides jactans, & aëre verberans, uti dicit Jobus Eliphaz cap. 6. 26. *In ventum verba profertis.* Idem *Eccli.* 5. 11. *Isai.* 57. 13-1. *Cor.* 14. 9. Etiam apud Profanos obvia usurpatio. Horat. lib. 1. *Epist.* 18. v. 71. *Volat verbum.* Et lib. 1. *Carm.* Od. 26. v. 2. *Protervis in mare Creticum portare ventis.* Ovidius *Epist. Laodam.* v. 50. *Et Zephyri verba caduca ferunt.* Virgil. lib. 9. *Æneid.* v. 312. succinit:

Pro promittere, vel promissa adimplere.

Maluend. 3. Reg. 8. 15.

Vers. 24.

Verba irrita non verba.

Horat.

Ovid.

Multa patri portanda dabat mandata, sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

Virgil.

Claudianum consule de *Bell. Getic.* v. 205. Catull. *Epigr.* 30. Valer. Flacc. lib. 3. *Argonaut.* v. 350. Euripid. in *Troad.* v. 419-454. & Petr. Victor. lib. 30. *Var. lect.* cap. 8. Hinc ortum Jovem ridere vota & juramenta amantium. Otho Væn. *Emblem.* 24. & 71.

Claud.

Cur vota amantium vana?

Irrita verba volant, his falluntur amantes
Sæpius, at reipsa ritè probatur amor.
Nulla fides inerit: perjuria ridet amantum
Jupiter, & ventis irrita ferre jubet.

Oth. Væn.

Ovidius lib. 1. *Amor.* Eleg. 8. & Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 5.

Nec siquidem fallas, tu perjurare timeto:
Commodat illusis numina surda Venus.
Hæc mihi fingebam, quæ nunc Cauruſque, Notuſque
Jactat odoratos vota per Armenios.
Gratia magna Jovi: vetuit pater ipse valere,
Juraſſet cupidè quicquid ineptus amor.

Ovid.

Tibull.

Propertius *lib.* 1. *Eleg.* 17. & *lib.* 4. *Eleg.* 7.

Nec mihi Cassiope solito visura carinam
Omniaque ingrato littore vota cadunt.

Propert.

Fœderis heu taciti, cujus fallacia verba
Non audituri diripuere noti.

Vide plura pulchra & ſelecta apud Paſſeratium hìc,& Lævin.Torrentium cum Lambino,& Chabothio in loc. cit.Horatii.Hæccine appoſui ut Ethnicos rideas,& Numina illorum.

9 In ſacris hujuſmodi eloquia dicuntur *loqui linguà*, *& loqui labiis*. Unde Servator N. apud Matth. 15. 7. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me*. Pſalm. 21. 8. *Locuti ſunt labiis & moverunt caput*. Maluend. *Aperiri fecerunt labia* : igitur in corde & corde, locuti ſunt, qua causà non credebat ſemetipſum eis. Illi ergo dicebant in illum credere,ſed voce tantùm,uti notat Moldonatus in *Joan*.2. num. 67. aſtruuntque Verſiones in illud Pſalm.58. 8. *Ecce loquentur in ore ſuo & gladius in labiis eorum*. Cajetan. *Ipſi abundabunt in ore ſuo*. Maluend. *Scaturire facient in ore ſuo* : quaſi verba & verba, ſed longè corda. Cuncta fraudulenter, & vafrè, ut anſam haberet conamen malitiæ. Hinc Joannes 1. *Epiſt*. 3. 18. infit : *Non diligamus verbo, neque linguà, ſed opere & veritate*. Hujuſmodi eloquium, remotà intentione, non eſt eloquium, ſed embolii & technarum artificium ; vel propriè ore loqui, ſed non mente, quod purumputum mendacium.Optimè Plautus in *Aſinar*.Act.1.Scen.3. v. 10. ait:

Pſal.21.8.
Pſal. 58.8.
Cajet.
Maluend.
1. Joann.
Quid linguà loqui, diligere, &c.
Plaut.

Magis iſtud percipimus linguà dici, quàm factis fore.

Homer. Hinc dicitur ab Homer. 2. *Iliad*. v.71.7. v.384 & 24. v. 633. *Præco vocalis*. Ovven. *lib*. 3. *Epigr*. 30.

Semper in incerta re tu mihi certus amicus,
Ne ſit amicitiæ nomen inane, caves.
Ovven. *Quem verbis profitere, probas tu rebus amorem:*
Linguæ vocali conſona vita tua eſt.

Verba verè dicuntur quæ comitantur opera:aliter duplex lingua,ideſt,lingua vel ſermo longè à corde vel à mente, *Eccli*. 5.11.& Euripid. in *Troad*.v.286.Quare Ulyſsis ſocii apud Ovidium lib.14. *Metam*. fab.6.

Ovid. *——— Nec verba locuti*
Ulla priora ſumus, quàm nos teſtantia gratos.

10 Interdùm *ore loqui* indicat ſuperbè, audacter & jactabundè loqui.Pſal.34.21. *Dilataverunt ſuper me os ſuum*. Hebr. *Locuti ſunt ore*. Ideo Pſalm. 72. 9. *Poſuerunt in cœlum os ſuum* : hoc eſt, faſtosè locuti. Quare Judic. 9.38.Zebul.ad Gaal:*Ubi eſt nunc os tuum quo loquebaris* ? ideſt, ubi eſt ille faſtus, & ſpritus tumidi, queis tot jactabundus furibunda effutiebas?

Quid,os magnificare?

Ubinam minæ quas regibus promiſiſti convivans,
Contra Pelidem Achillem pugnare?

Dixit Apollo Æneæ apud Homer. 13. *Iliad*. v. 218. & 20.v.73. Ubi nec ratio, reverentia prudentiavè cohibet linguam à ſtultè meditatis,loquentem inania, & quod libitum in buccam venerit,dicitur *ore loqui*, vel *os magnificare*. Unde Pſalm.11. 5. *Linguam noſtram magnificabimus : labia noſtra à nobis ſunt. Quis noſter dominus eſt* ? De Idumæa etiam vaſtanda, ſicut Jeruſalem, de cujus deſtructione lætabatur, ait Abdias v. 12. *Non magnificabis os tuum in die anguſtiæ* : ſiquidem preſſa calamitate, nequaquàm ſuperbè facies ; ſed diſces modeſtè loqui. Sophocles in *Aiac*. v. 1140.

Pſalm.
Abd.
Sophocl.

Jam olim vidi hominem ego linguà audacem:
Sic autem & te, & tuum procax os.
Parvæ nebulæ citò aliqua ſpirans magna
Procella extinguerat multam vocem.

Tacitus *Ann*. 11. cap. 3. *Os impudicum*. Et lib. 4. *Hiſt*. cap. 62. *Os dirum*. Quod lib. 5. *Annal*. cap. 3. dicit : *Oris arrogantiam* ; & 4. Hiſt. cap. 13. *Oris dehoneſtamentum*. Virgilius lib. 11. Æneid. v. 390. *An tibi Mavors ventoſa in lingua* ? Et Sedulius *lib*. 2. v. 229.

Virgil.
Sedul.

——— Quos non ventoſa loquendi
Gloria, nec vana de nobilitate ſuperbus.

11 Denique *ore loqui* accipitur pro loqui ſine internuncio, vel loqui ſermone patrio. 3. Reg. 8. 15. *Locutus eſt ore ſuo ad David* : ideſt, immediatè. Jerem. 34. 3. dicitur Sedeciæ : *Os ejus cum ore tuo loquetur*. Idem dixerat de illo *cap*.32.4. hoc eſt, ſine legato, aut nuncio loqueris, facie ad faciem, ſermone ſenſibili, uti ſolent homi-

Ore loqui pro ſine internuncio loqui.

nes

nes mutuò loqui. Quo sensu *Os* accipit Tacitus pro præsentia lib. 3. *Histor.* cap. 77. *Julianus ad L. Vitellium perductus, & verberibus fœdatus in ore ejus jugulatur.* Iterat phrasim lib.4. cap.30. Salustius in *Jugurth.* inquit: *Per ora vestra incedunt magnificè*: in conspectu, nimirùm, vestro. Ita igitur pro idiomate usurpari assolet, quod in Scriptura dicitur *lingua* & *linguis loqui*: de quo infr. à n. 15. Hinc Plautus in *Asinar.* Act. 4. Scen. 1. v.48. ait: *Os pro præsentia.*

Neque ullâ linguâ sciat loqui, nisi Atticâ. Plaut.

Et Charillus de Judæis militantibus sub Xerxe apud Josephum lib. 1. in *Appion.*

——Gens castra secuta, Charill.
Phœnissam ignoto linguam mittebat ab ore.

Plinius in *Viris illustribus* de Mithridate subdit: *Mithridates rex Ponti, oriundus à septem Persis magnâ vi pollebat animi & corporis, ita ut sex juges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur.* Proinde idioma peregrinum dicitur & apud Græcos, & Latinos, *Os barbarum.* Ita *Os cœleste, cœlicum*, dum ab aliquo Numinum fingebatur prolatum. Obvia testimonia, quibus ideò supersedeo. Plin.

12 Ecce expositio germana textus principalis. In nulla alia acceptione quimus literaliter interpretari. *Oculi vestri vident, quod os meum loquatur ad vos*: dixit Ægypti Prorex fratribus suis, postquàm qui incognitus patuit, & sese non cogitantibus, signis veris ostendit. Haud igitur, quia linguam ignorabat, per interpretem pridem loquebatur, cum intelligeret quid loquerentur mutuò, licèt illi nescirent intelligentiam, ut dicitur ibid. 42. 23. & indicavit, cùm in convivio fecit sedere singulos juxta primigeniem suam, quod illi nimis mirati sunt. Unde dixit: *Ego sum Joseph.* v. 4. quod dubitare non potestis; igitur os meum loquitur ad vos: hoc est, *Hebraicè Hebræos alloquor*, sine interprete, lingua Ægyptiis exoticâ; cognitâ, verò uti propria, vobis. Ego sum, qui loquor vobis lingua vestrâ. Sine ambiguitate potestis asserere coram patre nostro, me esse Josephum, ducti patriâ linguâ, quam quidem non ita dextrè loquerer, ni Joseph essem. Astruunt Versiones. Chald. *Quod vestra lingua ego loquar vobiscum.* Rabb. Jonath. *Quod os meum linguâ domus sanctitatis loquatur vobiscum.* Ecce signa & non fallacia. Aptè Rittershusius *lib.*4. Genes. 45. 12. *Loqui ore, pro patrio idiomate.* Chald. Rab. Jon.

Oculata fides, simul & præsentia facti. Ritters.
Instruit, & notus falli non sustinet ordo.

Hoc est ore loqui. Ita Plinius de Mithridate lib. 7. cap. 24. ait: *Duarum & viginti gentium rex, totidem linguis jura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus. Et lib.5. cap. 2. Illum solum mortalibus viginti duabus linguis locutum certum est; nec de subjectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis sex supra quinquaginta, quibus regnavit.* Vide Aul. Gellium *lib.* 17. cap. 17. *Noct. Attic.* Quo inconcussè patet, hìc *Ore loqui*, esse loqui sine interprete. Plin. *Mithridatis linguarum mira comprehensio.* Idem.

13 Roboratur genuina cogitatio ex his, quæ diximus *Tautolog.præc.* à num. 21. scilicèt aliquos operatione dæmonum valetudine integrâ, & vi morbi moribundos linguas incognitas extrudere. Gregor. Magnus lib.4. *Dialog.* cap. 26. refert pastorem morti proximum omni linguâ locutum. Aretæus Græcus Medicus lib. 2. de *Morbis acutis* cap. 4. ait: *In his sensatio tota pura, intelligentia subtilis, cognitio divinatrix. Primùm omnium cognoscunt imminentem sibi vitæ mutationem: deinde præsentibus prædicunt futura, ita ut qui putabant ipsos in cassum locutos, admirentur exitum habere, quæ prædicta ab ægrotis sunt. Quidam autem colloquuntur cum quibusdam mortuorum, quos præsentes vident ipsi soli delicatiore & puriore sensatione, fortassè jam anima præcognoscente, & complectente viros, cum quibus futura deinde est. Dicunt quæ, sunt in aëre, & nuda jam anima fiunt veri vates. In tantam videlicèt humorum tenuitatem perveniunt, evanescente animali virtute.* Hoc pro viribus defendit, sed ludicrè, imò erroneè Levinus Lemnius lib. 2. de *Mirac. natur.* cap. 2. Bernard. Robredo in *Secreto Secretor.* ad illa verba Plinii *lib. 7. cap. 50. Etiam est aliquis morbus per sapientiam mori*: hujusmodi morbo tribuit tanquàm effectum, quovis sermone loqui, & futura prædicere. Quem quidem nervosè refutat Gundisalvus de Aguilar, & Eslava super eadem verba Plinii. De his judicium protulimus loc. cit. num. 25. quæ quidem apposui propter dicenda num. seq. Greg. M. *Unde moribundis loqui peregrinis linguis.* Lev. Lem. Robred.

14 Finxerunt Rabbini, quibus nihil Scripturarum sanctarum arridet sine nugis, & næniis, Josephum fuisse insignem divinum, igitur Genes. 44. 5. dicitur: *Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet.* Unde Genes. 44.

ex-

Figmenta Rabb. de augurio Joseph. excogitarunt Josephum (ut fratres sederent ad mensam juxta ætatem) tetigisse coram eis scyphum, & primo tactu pronunciasse Ruben, qui sedit primus: deinde Simeonem, & sic de reliquis, quod quidem ipsi mirabantur nimis, tribuentes augurio, quod ipse sciverat è paterna domo. Confirmant modi legendi: etenim Septuag. *In quo augurio auguratur.* Idem Ar. Montan. Rabb. Jonath. & Chald. *Tentando tentat.* Pagnin. *Incantando incantat*: Oleast. Cuncta mihi placent, & facta arbitror, verùm longè à cogitatione Rabbinorum, & perfidi Calvini, qui Josephum arguit gravi contra Religionem simulatione. Haud novum poterat esse Hebræis Ægyptios esse augures, imò contrarium novum, cùm scirent idololatras, superstitionum studiosos, ac vanarum artium sectatores. Haccine fratrum mente usus est Josepus, ne primo ingressu, aut intuitu eum agnoscerent, & prosecutus est jocos, ut magis allucinaretur eos rerum & verborum tractibus, quousque micaret occasio, qua agnosceretur. Hinc, ni fallor, oritur persistentia & conatus ipsius exhibitis indiciis in cognitionem. Ostendit proferens: *Ego sum Joseph. Nolite pavere.* Ego sum: quæ vobiscum hucusque feci, joco feci. Contemplamini, siquidem os meum loquitur ad vos patrio idiomate. Nolite cogitare per me vos falli, linguà vestrà loquentem, quasi augurem arreptitium, possessum à dæmone, vel melancholia laborantem. Cuncta exhibita meditatò feci, ut amplior mihi & vobis esset lætitia. Operibus credite. *Nunciate patri meo universam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in Ægypto*: ut illicò subditur. Sanè jam ex corde loquor, cum videritis Hebraicè loqui, sumpto idiomate pro sermonis seriete, & vero corde: quo sensu uti notat Aul. Gell. lib. 17. *Noct. Attic.* cap. 17. *Quintus Ennius tria corda habere sese dicebat, quòd loqui Græcè, & Oscè, & Latinè sciret.* Patet jam, quid sit ore loqui.

An Joseph augur?

Cor pro idiomate.

Aul. Gell.

15 Scrutemur autem quid sit, *linguà loqui*; qua phrasi utitur sæpe Paulus 1. *Cor.* 14.2.4.9.13.14.18.26.& 27. dicens: *Qui loquitur lingua.* Hìc lingua non usurpatur pro parte corporis, seu sermonum effectrice, cujus ministerio vox fingitur; sed pro ipso sermone, aut vocibus à lingua efformatis: quo sensu lingua dicitur impudica, audax, modesta, suavis, &c. his sacra folia gravida. Apud Ethnicos etiam viguit usus. Euripides in *Supplicib.* v. 425. *Detinens populum linguâ.* Sophocl. in *Aiac.* v. 581. *Non enim mihi placet lingua tua acuta.* Ovidius lib. 4. *Trist.* Eleg. 4.

1. Cor. 14. 2.

Quid sit linguâ loqui?

Lingua pro sermone.

Ovid.

Cujus in ingenio est patriæ facundia linguæ,
Qua prior in Latio non fuit ulla foro.

Idem apud Propertium *lib.* 2. *Eleg.* 28-3.13.& 4.4.& Martial. *lib.* 3. *Epigr.* 80-5.70-7. 87.& 9.28. Nec hìc sumitur lingua pro dialectis alicujus idiomatis, vel modo speciali loquendi, uti in Græco dialectus Græci-barbara, Attica, Æolica, Jonica, Dorica, & Communis ex his omnibus: de quibus Martin. Castellens. in *Art. Græc.* lib. 1. cap. 7. Unde Plautus in *Pœnul.* Act. 5. Scen. 2. v. 47.

Plaut.

Is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire.

Omnes linguas, idest, cunctas linguæ vel idiomatis dialectos. Et illud ejusdem in *Asinar.* ut vidimus n. 11.

Neque ullum verbum faciat perplexabile,
Neque ullâ linguâ sciat loqui, nisi Atticâ.

Quo intelliguntur plura Scripturæ testimonia. Isai. 50. 4. *Linguam eruditam*: idest, sermonem elegantem. 1. Cor. 13. 1. *Linguis hominum loquar & Angelorum*: hoc est, politissimo idiomate. Denique lingua hìc non usurpanda pro subjecto cujus est lingua, ut supr. diximus de ore n. 4. Job. 6. 30. *Non invenietis in lingua mea iniquitatem.* Prov. 10. 31. *Lingua pravorum peribit.* Psalm. 38. 5. *Locutus sum in lingua mea,* & alibi.

Isai.

1. Cor.

Lingua pro cujus est.

16 Hìc in Pauli testimonio *Loqui lingua*, idem est, ac loqui linguis. Qui quidem stylus ita in Sacra pagina tritus, ut usquequaquè sit obvius. Genes. 10. 31. *Juxta cognationes & linguas.* cap. 11. 7. *Confundamus linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.* Deuter. 28. 49. *Cujus linguam intelligere non possis.* 2. Esdr. 13. 24. *Juxta linguam populi & populi.* Esth. 8.9. *Juxta linguas & literas suas.* Ita Jerem. 5. 15. Ezech. 3. 4. Daniel. 3. 98. Act. 2. 4-10. 46. & Apocalyps. 5. 9-7. 9-10. 11-11. 9-13. 7-14. 6. & 17. 15. Pariter apud Profanos. Homerus 4. *Iliad.* v. 438. ait:

Pro idiomate exotico.

Loqui linguâ pro loqui linguis.

Homer.

Lingua mista erat: ex multis locis convocati enim erant viri.

Etiam 1. *Iliad.* v. 249. quod sæpe inculcat. *Varilinguium hominum. Iliad.* 3. v. 402.

Di-

Diverſilinguium, & Sophocl. in *Aiac.* v. 198. *Omnium ridentium linguis.* Aul. Gel. ubi ſupr. cap. 5. de Sophiſta technico dicit: *Utriuſque linguæ callens.* Quo ſenſu quia verba volant, de fama circumvagante per orbem Virgilius lib. 4. *Æneid.* v. 182. accinit: Sophocl. Aul. Gel.

Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu!)
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures, &c. Virg.

17 Sanè Doctor Gentium hìc linguam non ſignat pro inſtrumento locutionis, ſed pro locutionis ſphæra, in qua varia genera linguarum, ſeu idiomatum, quæ quidem approbat, ſed intendit Corinthios æmulari chariſmata meliora. Unde ſubdit: *Qui enim loquitur linguâ, non hominibus loquitur, ſed Deo: nemo enim audit* (etſi miretur) *Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem & conſolationem. Qui loquitur linguâ, ſemetipſum ædificat; qui autem prophetat, Eccleſiam ædificat. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare::. Nunc autem fratres ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, niſi vobis loquar aut in revelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina?* Nimirùm in his quæ loquor ſenſus exponam: *doctrinâ* pro ſenſu literali: *revelatione*, pro allegorico: *ſcientiâ* pro tropologico, & *prophetiâ* pro anagogico ſenſu. *Ita & vos per linguam, niſi manifeſtum ſermonem dederitis, quomodò ſcietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus, & qui loquitur mihi, barbarus. Ideo qui loquitur linguâ, oret, ut interpretetur.* Hæc Paulus ſemetipſum exponens. Quo liquet loqui linguâ eſſe loqui idiomate exotico, quod profectò donum Dei, ſed inferius prophetiâ, uti ibid. dicitur & aſtruit Angel. Doctor. 2.2. q. 176. art. 2. quia qui pollet, intelligit quæ loquitur, & loquitur ut alii intelligant, de quo Nos fusè *Tom. 6. Tautolog.* 5. cum D.Thom. 2.2. à q. 171. *Diſcrimen & excellentia prophetiæ à dono linguarum.* 1.Cor. 14. à v. 2.

18 Dubitari ſolet, an variis linguis, an unicâ Apoſtoli ad univerſos loquerentur? Diſſentiunt DD. Aliquibus placet, diverſis linguis fuiſſe locutos: igitur Actor. 2. 4. dicitur: *Loquebantur variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.* Et v. 8. *Quomodò nos audimus unuſquiſque linguam noſtram in qua nati ſumus?* Ni ita eſſet, non judicarentur ebrii: imò ſi proprio idiomate loquerentur, quod ut proprium intelligerent exteri, miraculum eſſet in auditoribus, & non in Apoſtolis loquentibus, cùm unica lingua variè à variis intelligeretur. Ita Gregor. Magn. Homil. 30. in *Evang.* Nazianz. Orat. in *Pentecoſt.* Ambroſ. in *Pſalm.* 18. 4. Cajetanus in cap. 2. *Act.* & plures alii, videndi apud *Gloſſ. Magn.* Alii verò econtrà arbitrantur, non variis linguis locutos; ſed propria, qua nati, verùm intellecta à ſingulis nationibus, quoniam verba prolata auribus audientium reſonabant non juxta idioma loquentis, ſed audientis: ideoque dicitur v. 6. *Audiebat unuſquiſque linguâ ſua illos loquentes.* Arator hìc lib. 1. à v. 119. *An Apoſtoli una linguâ diverſos alloquerentur, an diverſis?* Greg. M. Nazianz. Ambroſ.

Spiritus ætherea deſcendens ſanctus ab aula
Irradiat fulgore locum, quo ſtemma beatum
Eccleſiæ naſcentis erat, quibus igne magiſtro
Imbuit ora calor, dictiſque fluentibus exit
Linguarum populoſa ſeges, non litera geſſit
Officium, non ingenii ſtillavit ab ore
Vena, neque egregias ſignavit certa loquelas:
Sola fuit doctrina fides, opulentaque verbi
Materies cœleſte datum, nova vocis origo,
Quæ numeroſa venit, totoque ex orbe diſertis
Sufficit una loqui. Arator.

Cyrillus Jeroſolym. *Catach.* 16. infit: *Sicut una pluvia in univerſum deſcendit mundum, quæ alba quidem fit in ſpinis, rubra in roſis, purpurea verò in hyacinthis, ac in diverſis ſpeciebus diverſa, & in omnibus fit omnia, & cuicunque naturæ ſeſe adjunxerit, illi fit incrementum; ſic & Spiritus Sanctus, &c.* Dionyſ. Carthuſianus in 2. *Act.* aſtruit exemplo Manna, quod ad quod quiſque volebat, convertebatur: equidem unius ſaporis ſuavitas in guſtantibus multiplex, omne delectamentum habens; ſicut lux unica Solis variatur ad varietatem recipientium. Etiam favet ſententiæ Cyprianus ſerm. de *Spir. Sanct.* & alii plures. Cyr. Alex. Dionyſ. Carthuſ. Cyprian.

19 D. Thomas 2. 2. q. 176. art. 1. ad 2. utrunque amplectitur, poſſe nimirùm variis linguis loqui, & una linguâ ad varios. Cui jurè & libenter ſubſcribo, ſed indi- D. Thom.

dicabo hujuſmodi donum non dari per modum habitus, ut ſi ad lubitum haberetur, ſed per modum cujuſdam paſsionis, aut impreſsionis tranſeuntis, quæ poteſt dici habitualitas; quia præut neceſsitas poſcit, iterùm cognitio illuſtratur dono. Quapropter, quantum auguror, loqui variis linguis, conceſſum fuit cœlitùs Chriſti diſcipulis: alias unico idiomate prædicantes variarum linguarum hominibus, ab his intelligerentur; cæterùm hos propriâ linguâ loquentes non intelligerent. Intelligebant, & intelligebantur abſdubiè. Si in concione, ut in die Pentecoſtes, erant ex omni natione viri audientes, una lingua perveniebat multiplex in adſtantium aures, reflexa in aëre, aut in aure, miniſterio Angelorum (omninò diſplicet, loquentes linguis, diverſas ſimul voces, & ſonos penetratos protuliſſe, quanvis miraculosè poſsibilis ſit verborum penetratio, cogitare) verùm ſi ad aliquam nationem vel populum loquerentur, ut contigit diſperſis per orbem ad illius converſionem, & fidei oſtentandum lumen, illius peculiari idiomate, & idiomatis dialectis perfectè loquebantur, & ſic de cæteris, uti dixit David Pſalm. 18. 4. 5. *Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur* (ideſt, intelligantur) *voces eorum*; quippe Apoſtoli & cæteri diſcipuli dona habuerunt linguarum; & *in omnem terram exivit ſonus eorum*: etenim ſingulis in propria lingua loquebantur: & modò ſi diverſorum adſtarent idiomatum, una lingua ſufficiebat ad diverſos, ſigillato ſono in aure audientium. Quo conſtat expoſitio ad antilogiam v. 4. cap. 2. *Act.* ſcilicèt: *Loquebantur variis linguis*: & v. 6. *Audiebat unuſquiſque linguâ ſuâ illos loquentes.* Ita etiam conciliantur PP. qui modò unum, modò aliud videntur aſtruere: ſiquidem, dum aſſerunt unicam vocem multiplicatam perveniſſe in aures audientium; loquuntur de diverſi idiomatis auditoribus, ut ſimul, uno loquente, perciperent verbum Dei: at verò dum affirmant variis linguis locutos, connotant prædicationem ſucceſsivam Apoſtolorum ac diſcipulorum ad ſignatam nationem, & pòſt aliam diverſi idiomatis; quippequàm donum linguarum in uſu illarum, pro diverſitate & utilitate audientium, proculdubiò vertitur. In quo fulgeat ſummitas hujus doni, dicemus *Didaſc.* 1. 2. & 3. Modò ad literam, & alium loquendi modum.

Donum omnium linguarum conceſſum Apoſtolis.

Pſalm. 18.

Quomodò Apoſtoli variis linguis & una linguâ loquerentur?

20 *Loqui lingua*, ut dixi num. 9. eſt fallaciter loqui, & habere linguam venalem, aſſerentem multoties quaſi ab oraculo dicta, quæque pro commodo finxit pro blandimine audientium vigil phantaſia. Ab his Paulus (quippe latet anguis ſub herba, maximè ſub zeli ſpecie) qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia, cavere jubet Epheſios dicens cap. 4. 14. *Non ſimus parvuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris.* Ita Balaäm mercede conducitur, ut ait Judas v. 1. ex *Numer.* 22. 7. & alii plures verba ſeu vaticinia vendentes, de quibus identidem in Scriptura memoria, Jerem. 20. 6-28. à v. 2-3. Reg. 22. à v. 11. Unde queritur Thren. 2. 14. *Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, neque aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas & ejectiones.* Apud Ethnicos etiam nihili habiti hujuſmodi fatidici. Quare juxta Euripidem in *Iphigen. in Aulid.* v. 956. Achilles dicit Clytæmneſtræ:

Loqui linguâ pro fallaciter, vel inaniter loqui.

Epheſ. 4. 14.

Thren.

Vates Ethnici vel apud Ethnicos nihili habiti.

Euripid.

Chalcas vates. Quis enim vir eſt vates?
Qui pauca vera (multa vero falſa dicit)
Si fortè ſic ceciderit. Sin minus perit.

Idem in *Supplicib.* v. 425. *Detinens populum linguâ, qui priùs nihil eſt.* In *Helen.* à v. 760. optima de horum fatuitate dicit. Etiam apud Sophoclem in *Oedip. tyran.* v. 402. de *Tyreſia*:

Sophocl.

Subornans magum hunc, improba machinantem,
Doloſum, præſtigiatorem: qui in lucris
Solùm videt, arte autem natus eſt cæcus.

21 Hæccine præmiſi propter locum difficilem Michææ. *Hæc dicit Dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum: qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem: & ſi quis non dederit in ore eorum quidpiam, ſanctificant ſuper eum prælium.* Hi prophetæ falſi, quæſtuarium lucrum ex vaticiniis captabant, & juxta commodum vaticinabantur. Si aliquid accipiebant, proſpera: modò manus vacuæ, adverſa. Quare *mordere* hic ſumitur pro veſci, antecedente uſurpato pro conſequenti: quod quidem patet ex contextu. *Siquis non dederit in ore eorum quidpiam*: hoc eſt, ut comedant. Hujuſmodi Hebraiſmus exponitur per æquivalentiam, relictoque inſtrumento ad co-

Mich. 3. 5.

Mordere dentibus proveſci.

me-

meſtionem neceſſario (de quo locuti num. 1.) verbum exponendum eſt: tunc enim mordere ſignificat terere, lacerare, frangere, comminuere cibum. Euripid. in *Cyclop.* v. 357. & 371. *Detracta deglutias, dentibus mandas, diſſeces ſecans, mandens, vorans abominandis dentibus.* Sophocl. in *Philoct.* v. 1183. *Satiare os ad gratiam carnis.* Ovidius de Glauco guſtante herbam, qua immortalis factus, lib. 13. *Metam.* Fab. 9.

Quæ tamen has, inquam, vires habet herba: manuque Ovid.
Pabula decerpſi, decerptaque dente momordi.

Ideſt, comedi, uti loquitur *lib.* 5. *Fab.* 8. de Proſerpina, quæ quia malum punicum guſtavit, haud valuit relinquere regna Plutonis. Ita Jupiter ad Cererem:

Si tibi diſſidii eſt, repetet Proſerpina cœlum,
Lege tamen certâ, ſi nullos contigit illic
Ore cibos; nam ſic Parcarum fœdere cautum eſt.
Puniceum curva decerpſerat arbore pomum, Idem.
Sumptaque pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo.

Denique de Mida, cui Bacchus indulſit cuncta ab illo tacta in aurum convertenda, *lib.* 11. *Fab.* 3. accinit:

Sive dapes avido convellere dente parabat, Idem.
Lamina fulva dapes, admoto dente premebat.

Martialis expreſsit in *Spectac.* Epigr. 18. *Sæva ferum rabido laceravit dente leonem.* Perſius *Satyr.* 4. v. 30. *Tunicatum cum ſale mordens cæpe.* Sicut Juvenalis *Satyr.* 15. v. 9. *Cæpe nefas violare ac frangere morſu.* Unde ingeniosè Taubmn. in *Plaut. Trucul.* Act. 1. Scen. 1. v. 71. in fœminas: Martial. Perſ.

Mulier melle mollior, *Cavillus in fœminas.*
Quò nitentior, eò nocentior:
Si te fovet, ſibi favet:
Dum te videt, rodit, radit:
Corpus carpit, aurum haurit, Taubmn.
Et latenter, & lactanter.
Non virago, ſed vorago
Quæ viros vorat, & amando mandit.

22 Ideo dicitur: *Quilibet de patrimonio mordet*, ſumptis dentibus pro ore, & utroque pro alimonia. Homer. 4. *Iliad.* v. 350. *Quale tibi verbum fugit è ſepto dentium?* Seneca in *Hercul. furent.* Act. 2. v. 554. *Mors avidis pallida dentibus.* Plautus in *Aulul.* Act. 2. Scen. 2. v. 57. *Mordicibus ſcindant*: ideſt, dentibus. Unde fames multoties exprimitur per morſus vacuos, & dentes, qua cauſa etiam dicitur *Jejuna fames* ab Ovidio lib. 8. *Metam.* Fab. 11. & de bellua quæ nihil prehendebat dentibus, *lib.* 7. *Fab.* 27. *Dentes prò ore.* Homer. Senec. Plaut. Ovid.

——*Similiſque tenenti* Idem.
Non tenet, & vacuos exercet in aëra morſus.

Horatius lib. 2. *Epiſt.* 2. v. 29. *Pariter in jejunis dentibus acer.* Martial lib. 1. *Epigr.* 61. *Vacuo ſe leo dente putat.* Quo intelligitur Plautus in *Pſeudol. prolog.* v. 14. ubi: *Ridebunt ſaturi, mordebunt famelici*: hoc eſt, præ fame ſtridebunt dentibus. Hiſp. *Dar diente con diente*: quia deeſt, quod dente teratur. Innuit idem jocosè in paraſito Artotrogo famelico, qui affectus variis dicteriis, reſpondet in *Milit.* Act. 1. Scen. 1. v. 33. Horat. Martial. Plaut.

Venter creat omnes has ærumnas: auribus Idem.
Peraudienda ſunt, ne dentes dentiant.

Ideſt, ne ſe mutuò conterant præ urente fame. Hinc ille alius famelicus, qui repellebatur à cæna aſperitate eſculenti, dixit apud eundem in *Captiv.* Act. 1. Scen. 2. v. 83.

Nunquam iſthoc vinces me.
Cum calceatis dentibus veniam tamen. Idem.

Quibus teſtimoniis ſatis aſtructum, mordere dentibus idem eſſe, ac mandere, manducare, comedere, veſci, quod fit mutuâ dentium colliſione, ut quod apprehenderint, terant, conterant, diſcerpant.

23 Quanvis auctoritas Michææ, poſsit exponi de Profetis falſis, falsò vaticinantibus pacem (ut poſsint aliquid habere in vitæ ſubſidium) quam ni prædixerint, *mordebunt dentibus ſuis*: hoc eſt nihil habebunt, juxta dicta; ſaniori & veriori ſenſu

In vate falſo felicia juxta commoda.

dilucebit teſtimonium. Horum finis ſunt vitæ commoda, juxta quæ proferuntur vaticinia: equidem muneribus bonum dicunt malum, & malum bonum, juſtum damnantes, & nocentem protegentes, technis ſeducentes populum, & prædicentes felicia, ut ipſis ductus aliquid offerret pro vaticinio fauſto. Sin aliter, cuncta infauſta præcinebant, ut terrore populus perculſus, donis ſtuderet, prophetem iterùm conſulere Dominum, an à ſententia latà revocaſſet animum. Unde cùm illorum vaticinium eſſet juxta voluntatem; donis prædicabant pacem: verùm ſine muneribus, ſanctificabant ſuper eum prælium.

Apud Peciales jus belli inter Roman.

Aul. Gell.

Quid ſit, ſanctificare bellum.

24 De hujuſmodi phraſi variè loquuntur AA. quaſi ſanctificare bellum, eſſet ſolemni formulà promulgare, captare auſpicia, & milites aliquo obſtringere juramento, ſicut Feciales faciebant, conſulebant, decernebant, fulminabant apud Romanos, de quorum ritu & forma adiſis Aul. Gell. *Noct. Attic.* lib. 16. cap. 4. Quod quidem non placet, quia penes hos vates non erat populi regimen. Quapropter ſanctificare bellum, per antitheſim eſt non prædicare pacem. Sicut enim compendio aliquo rationes & cauſas excogitabant, ut prædicerent quietem; ita ſine lucro venalis vaticinii congerebant, ut prænunciarent imminentem cladem, & quanto jure Deus mitteret, cùm propter demerita populi juſtè tœderet. Attamen ſi ulnis, ſinuve occupato accederent iterùm, facilè in pacem prædictum ſeriò volvebatur prælium. Hæc germana expoſitio, & apta Prophetæ conatui, & ſententiarum contextui: etenim vates hujuſmodi hoccine claudicant pede. Audi vel Ethnicum in *Trucul.* Act. 2. Scen. 1. v. 14.

Plaut.

Bonis eſſe oportet dentibus: arridere,
Quiſquis veniat, blandèque alloqui:
Malè corde conſultare, benè loqui lingua.

Rara avis in terra, qui ex his hominibus officijs oculos fatuorum occupantibus, & aures artificiis, & promiſsis inanibus implentibus, dicat quod Menelaus in plagio deprehenſus apud Euripid. *Iphigen. in Aulid.* v. 475.

Euripid.

Certè me tibi dicturum eſſe ex animo, apertè,
Et nihil artificioſum, ſed ita ut ſentio.

Sed hæc tropologica ſunt. Ergo ad literam.

25 Dentes horum dicuntur mordere, pro prehendere: qua quidem metaphorà dens & morſus dicitur quicquid, ubi figitur, tenaciter habetur. Sidon. Apollin. in *Paneg. Valer. Majoran.* v. 30. accinit:

Sid. Apol.

Oſtricolor pepli textus, quem fibula torto
Mordax dente vorat.

Uſura cur dicitur mor ſus?

De quo vide quæ diximus hìc *Tautolog.* 1. n. 37. & 38. Qua de cauſa uſura apud Hebræos vocatur morſus. *Levit.* 25. 36. & *Numer.* 23. 19. quia ſemper inſtar hirudinis, ſemel hærens, ſanguinem ſugit. Conſule Jacob. Bonfrer. in *Exod.* 22. 25. Etiam mordere dente uſurpatur pro detrahere. Seneca in *Hippolyt.* Act. 2. v. 491. *Edax livor dente degeneri petit.* Martialis, & Ovidius frequenter utuntur phraſi. Unde *dentati ſales*, pro cavillis. *Refræna linguam* (ait Chryſoſtom. in Homil. *ad Baptizand.*) *ſi non patitur reticere, dentium morſu quieſcat.* Similiter mordere dente & dentibus accipitur pro oſculo, & labiorum impreſsionis veſtigio. Teſtimonia atteſtantia ſcrutare apud Paſſeratium in lib. 3. *Propert.* Eleg. 8. v. 21. quibus ſuperſedeo, quia non pudica. In nulla harum acceptione exponenda eſt Michææ auctoritas: quippe ibi mordere dentibus ſolummodò ſignat victum, & in nutritionem exercitium dentium.

Mordere dente pro detrahere.

Senec.

Chryſoſt.

26 Satis de dentibus, linguà, & ore, phraſibuſque horum in Scriptura. Quid igitur ſit *locutione loqui*, hìc non dicimus, quippe locus aptior *Tom.* 5. *Tautolog.* 6. ad illud 1. Reg. 2. 30. *Loquens locutus ſum.* Modò proferendæ Verſiones, ut ordini reſpondeamus. *Oculi veſtri vident, quòd os meum loquatur ad vos.* Rabb. Jonath. *Quòd os meum linguà ſanctitatis domus loquatur vobiſcum.* Chald. *Quòd veſtrà linguà ego loquar vobiſcum.* Arias Mont. *Veſtrà linguà loquens vobis.* Idem Perſ. Syr. & Samarit. Cajetan. *Hebraicè loquar.* Haye: *Patriâ linguâ, abſque interprete.* Arab. *Os meum loquatur vobiſcum.* Aliquid igitur exponendum, ut corde loquantur, ad quorum cor Dominus loquitur.

Varietas Verſionum.

ADI-

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excurs.

1 *OS meum loquatur ad vos.* Ad quid hæc? In vocibus ejusdem idiomatis designatur discrimen linguæ cœlestis: quippe si linguis loqui, observatur ut mirabile; majus meritò, unum loqui, & à diversis intelligi.

2 *Os meum loquatur ad vos. Ad vos.* Hebræos alloquebatur Hebraicè, Ægyptios Ægyptiè; ut pateret lingua cœlestis, quæ unico idiomate loqueretur ad omnes.

3 *Os meum loquatur ad vos.* Ad quos ergo nisi ad ipsos? Cognoverunt veritatem, & alios alloqueretur, ni cognoscerent: quandoquidem in cognitionem veritatis sacrum efficax idioma intelligunt etiam non intellectiva.

4 *Oculi vestri vident, quòd os meum loquatur ad vos.* Locuta verba astruit visa? Utique, in audientium exemplaria: siquidem videntur verba, quæ audiuntur, ubi audita à concionante in illo quoque videntur.

5 *Oculi vestri vident, quòd os meum loquatur ad vos.* Optima cognitio, dum auditis & visis fit confessio: igitur perpera, ubi alia audiuntur, & alia atque alia videntur.

6 *Os meum loquatur ad vos.* Unde eloquium nisi ex lingua? Est alia loquendi forma: dicitque loqui labiis, quoniam etiam in lachrymis insunt voces.

DIDASCALIA I.

Spiritus Sanctus restaurationem expressit humani generis, dum in terras descendit variis linguis.

1 QUÆSTIONEM Discussimus in *Exposit. Lit.* à num. 18. Mentem delicat Arator lib. 1. in *Acta Apostol.* à v. 130. ubi vigilanter, nervosèque modulatur:

Incarnatione Verbi forma humana restituta homini.

——Turrim voluere maligni
In cœlum proferre suam, quibus impia corda
Sermonum secuere modos, sociisque superbis
Arator. *Affectus cum voce perit: confusio linguæ*
Consimili tunc gente fuit, nunc pluribus una est,
Ecclesiæ quoniam venientis imagine gaudet
Concordes habitura sonos, & pace modestis
Fit fœcunda redux, humilisque colligit ordo,
Quod tumidi sparsere viri.

Donum linguarum index unitatis cordium. Igitur quod diversitas in orbem dispersit, in diversis dispersa, una lingua mirificè congregavit; ut una in cunctis, cœlo delapsa loquela, tacitè monstraret non esse diversa corda.

2 Haud latuit, quanvis in umbra, ingenium Antiquitatis: ut paterent vel ficta sumpta & rapta de nostris Sacramentis. Promethei furtum ignis è cœlo scimus, de quo egimus latè *Taut.* 1. *Taut.* 2. *Didasc.* 1. n. 3. & *T.* 4. *D.* 10. num. 19. modò verò aliter ex Æschylo in *Prometh.* à v. 190. Elata super æthera natura humana gratiâ Conditoris, infirmata est corruens sandapilas usque arte invidiæ sutelatricis, fractâ amicitiâ inter Deum & hominem, ita ut ab opere artifex averteret faciem. Volvebatur in mala ipsis malis percita natura percussa; quippe, etiam rationali formâ, solummodò rationalis statua. Forma deficiebat formæ, & restituta arte. Fabulam nota, ut veritatis amplioris coruscet flamma. Intendit Prometheus placare Numen, & igne cœlico reformare imaginem: at hìc opus & labor. Dicit Poëta:

Promethei ignis quid signet?

Id concordiam & amicitiam mecum
Ad petram ligatus manibus pedibus,
Propter eximium amorem in homines,
Liberavi homines, ut non viderent mortem.
Quo invento hujus morbi remedio? Æschyl.
Ad hæc ego ipsis ignem exhibui.
Nunc ergo ignem flammeum habent mortales,
Qui primum quidem videntes frustra videbant,
Audientes non audiebant.

3 Ecce homines hominum statuæ redivivæ: igitur ut Pater æternus opus aspiceret, Filius pro hominibus in crucem ascendit, ligatus, imò transfixus clavis manus & pedes, propter insignem amo-

Quantus in illum amor Verbi Dei.

rem in homines. Pridem sensibus prædi-
ti, oculis & auribus nec videbant, nec
audiebant: modò vident, ut non videant
Misit pro remedio in mundum Spiritum Sanctum. mortem. Verùm quo invento hujus mor-
bi remedio? Ipsis ignem cœlestem exhi-
buit, ut purificaret animas rationalium,
equidem venit mittere ignem cœlicum in
terram cordium. Nunc ergo ignem flam-
meum habent mortales, & qui homines
tantùm, jam cœlestes: igitur gratia Spi-
ritus Sancti adinstar ignis in se rebellem
convertit naturam hominis. *Ignis ille cœ-
lestis* (ait Chartarius de *Imagin. Deor.*
fol. 1.) *quo vitam primi hominis pectori
indidisse fingitur, vim quandam significat,*
Vincent. Chartar. *quæ occultis rationibus assiduè hominum
animos ad se attrahit, qui unde profluxe-
rint, & à quo primam originem duxerint
sentientes, naturali impetu eò sese conver-
tunt.* Receserat conditio humana; sed
exaltatus in cruce ad se mirificè traxit
omnia. Opportunè Sidonius Apollin.
Eucharistic. ad Faustum Regiens. Episc. à
v. 47.

Victoria Sancti Spiritus.

——*Susceptа in carne tulisti,*
Sustentans alapas, ludibria, verbera, vepres,
Sortem, vincla, crucem, clavos, fel, missile,
acetum,
Postremò mortem; sed surrecturus adisti,
Eripiens quidquid veteris migraverat
hostis
Sid. Apol. *In jus, per nostrum facinus, cùm fœmina*
prima
Præceptum solvens culpa nos perpete vinxit.
Firmasti::.tubis inserte canoris
Spiritus, & solo venit victoria cantu.

Act. 2. 3. 4 Ita igitur, ut victoriam fateretur
mundus, de cœlo adveniente Spiritu, fac-
tus est repentè sonus; atque in signum
laudis, per singula capita apparuit lin-
Indicatur linguis ignitis. guis ignitis. Ignitis, ut clareret in cœ-
lum conversa corda: linguis, ut Dei de-
monstrarent magnalia: quandoquidem
nullum inter miracula majus; quàm quòd
diversis linguis naturà edoctus, unam
multiplicem intelligeret mundus. En vos
videtis, *quòd os meum loquatur ad vos*: di-
Genes. 45. 12. xit fratribus Joseph: idest, lingua, vel
idiomate vestro loquor: uti vidimus in
Liter. Quorsum igitur hęc? Ut per linguam
Quantum miraculum linguarum donum! eandem cognosceretur ab ipsis, & in dis-
crimen linguæ cœlestis: quandoquidem si
linguis loqui, ab hominibus observatur ut
mirabile; majus meritò, unâ loqui, & à
diversis intelligi.

5 Variè de dono linguarum loqui-
tur Paulus. Modò singulariter, modò
pluraliter loquitur, & eodem in capitulo.
Qui loquitur linguâ: ait, & infit: *Qui lo-* 1. Cor. 14.
quitur linguis. Quodnam ergo discrimen 2. 5.
inter linguæ & linguarum locutionem?
Sanè magnum: equidem hoc mirabile,
illud verò mirabilius eloquium. Qui lin-
guis loquitur, loquitur linguà audientis,
& intelligit conceptus efformatricis ratio-
nis. Qui linguà loquitur ad diversos lin-
Majus loqui linguâ, quàm linguis. guà, quasi nihil loqueretur; quippe natu-
raliter intelligi nequit, quod naturaliter
audiens nequit intelligere: diciturque in
dono linguarum mirabilius donum lin-
guæ; quia unica voce intelligitur, dum
loquitur, quasi diversis linguis loqueretur:
etenim ad perceptionem per voces sono
distinctas, nulla in diversis vocibus pa-
tet diversitas. Summa profectò gratia!
Loqui linguis, est gratia in habente.
Loqui linguâ, est mirifica in habente &
auditore. Qui audit linguis loquentem,
intelligit sibi intelligibile: qui linguâ tan-
tùm loquentem, intelligit, quæ intelligere
non potest: notatque uti cœlicam lo-
quentis gloriam; dum intelligit, qui ne-
quit, supra omnem intelligentiam. Non
mirabile, quod plura plura sint, estò no-
vum, quòd in uno sint plura. Ita donum
linguarum. Mirabile quippè, quod unum
Mirabile, quòd unum non sit unum in eodem idiomate. non sit unum in eodem idiomate. Non
aliter donum linguæ: igitur si ad unum
idioma sufficit unica lingua in audientes,
ad plura plures requirantur voces; exi-
mium erit donum linguarum in illo qui
linguâ loquitur; siquidem à diversis è di-
versis, quasi varia non essent, unum au-
ditur.

6 Sese exponebat Sator N. Judæis &
Gentibus granum mortificandum & mul-
tiplicandum: mortificandum infidelitate
Judæorum, multiplicandum fide populo-
rum. Hi audiebant doctrinæ avidi, illi
autem perfidè & invidi: igitur ut subdit
Joannes: *cùm tanta signa fecisset coram* Joann. 12.
eis, non credebant in eum. Quænam er- 37.
go? Ibidem coràm nullum ab Evangelista *Cur Christi verba designantur miracula?*
memoratur: solummodò nanque sermo-
nes Jesu-Christi referuntur. Hi ne signa?
Et magna, concionatore digna, & admi-
ratione, congrua doctrinæ cœlesti: igitur
mirabilia verba, ubi verba concionantis
designantur ut miracula. *Cùm Christus*
concionaretur (inquit Arnobius lib. 1. Arnob.
contra Gentes) *simul intellectus à diver-*
sarum linguarum hominibus. Noluit lo-
qui linguis, sed linguâ, ut constarent au-
dientibus signa magna: igitur coruscа-
bant universa mirabilia; dum unius idio-
matis simplex eloquium suggerebatur
Loqui ad multos unicâ linguâ, universa miracula.
mul-

multiplex in aure audientium diversarum linguarum. Si loqueretur linguis, alloqueretur diversos vocibus omninò diversis, significatione discreta, sicut erat idioma: & ille lingua loquitur, ut cœlestibus audientes imbuantur, videntes signa, quæ nullus alius fecit: igitur ut ad se traheret inauditis miraculis, eadem vox diversæ, erat ejusdem significationis.

Ibid.cap.7 46.

Unde vox mirabilis;

7 Hinc vel perfidi dixerunt: *Nunquàm sic locutus est homo, sicut hic homo.* Benè homo: igitur cùm semel loquitur Deus, duo audiuntur. *Nunquam sic locutus est homo*: etenim ut canit Arator ubi supr.v.126.

Arator.

——*Opulentaque verbi*
Materies, cœleste datum, nova vocis origo,
Quæ numerosa venit.

Cur eadem & nova?

Homines loquuntur ad diversos lingua, linguis diversis: hìc audiebatur origo nova vocis: nunquamque hominem sic locutum asserunt, qui Christum ita concionantem audierunt; ut suam promerent admirationem, & miraculi singularis novitatem: igitur non auditum inter homines, quod simplex vox numerosa perveniret ad aures. Cæteri loquuntur propriis linguis, quas intelligunt, qui sunt ejusdem idiomatis. In Christo nova vocis origo, quia nunquàm sic locutus est homo: quandoquidem eisdem ad exoticas linguas prolatis verbis, intelligebant universæ peregrinæ nationes.

Vox simplex numerosa nova vox.

8 Aptiùs ex effectu proposito nostro. Audiunt Judæi, audiunt, & Gentiles, qui quidem crediderunt, ubi Iudæi clamarunt: *Videtis, quia nihil proficimus: ecce mundus totus post eum abiit.* Convertuntur duntaxat aliqui ex Gentibus: quo pacto verum, quòd conversus totus mundus? Quia ita convertendus erat, Spiritu Sancto adveniente, totus orbis; sicut tunc Christi sermone in mentem sunt revocati Gentiles. Signa dantur in fidelibus ad fidem: & locutio Christi signat mundi conversionem; quia nihil, esto mirabile, altiùs sedet in hominibus, quàm in eadem voce plura intelligi à diversis nationibus. *Mundum subjugavit Spiritus de cœlo in Apostolos descendens*: infit Chrysostomus serm. de *Pentecost.* Mundum? Utique. Qui pravè à cultu Dei abscesserant per linguarum divisionem, attraendi sanè per linguarum unitatem: quid mirum, quòd mundus totus post eum abiret, orbemque miraculo subjugaret; cum Apostoli per illum loquentes voces unius idiomatis, arte mirifica perciperentur à cunctis?

Joan.12. 19.

Et maximum signorum.

Chrysost.

Quo mundus conversus.

9 Illicò ut Spiritus Sanctus apparuit, orbis terrarum novitate resplenduit. Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquàm ignis, seditque supra singulos Apostolos. Omnes quidem aderant, unam linguam didicerant. Venit Spiritus Sactus, impleti sunt, cœperunt loqui linguis variis omnium Gentium, quas non noverant, neque didicerant: sed docebat ille qui venerat. Unde cum essent in Jerusalem ex omni natione, *stupebant omnes & mirabantur, quoniam audiebat unusquisque linguâ suâ illos loquentes.* Loquebantur variis linguis: non mirabantur linguas diversas audientes; sed duntaxàt quòd simul loquerentur variis linguis. Haudquaquam quia aderant ex omni natione in novitatem concionantium, ad omnes omnium linguarum proferebant eloquium: aliquid excelsius excitabat audientium stuporem, ut mirarentur quod nunquam venit in aurem, igitur dum unius linguæ proferebant naturaliter voces, audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Loqui variis linguis, magnum utique, sed visum in Mitridate, uti diximus in *Litter.* num. 12. Non mirantur audientes studium, sed inauditum miraculum. Nec novum, quod variis linguis loquentes, intelligerent omnes audientium nationes: sed omninò mirabile, promentibus Apostolis, peregrinis audientibus linguam propriam, unumquemque invenisse in aliena linguam suam.

Act.2.6.7.

In quo miraculum spectabilius, dum descendit Spiritus Sanctus?

10 Preme: *Erant in Jerusalem viri ex omni natione, quæ sub cœlo est.* Quorsùm ibi omnis natio? Ut orbis signaretur conversio. Homines in cognitionem Dei veri converti nequibant, ni intelligerent, quæ Apostoli prædicabant. Alloqui multos multis linguis, notatur jurè prodigium: multos unica, singulare miraculum; quo universæ nationes susceptura cognitionem veritatis.

Vers.58.

Sufficit una loqui.

Arator.

Dum unam linguam intelligit omnis natio, notatur orbis conversio.

Canit Arator ubi supr. v.129. Dum siccine audiret mundus, proculdubiò convertendus: notaturque orbis conversio, dum ita audiens describitur omnis natio: quandoquidem intelligebant unius linguæ sigillatas voces naturales, quasi non essent universæ nationes.

11 Orbis conversionem prætulit Archiater N. sermone præfato. *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Si trahenda omnia, ergo priùs retracta. Cur igitur exaltato illo à terra per ascensionem in cœlum (uti asserit Theophilactus)

Joan. 12. 32.

tus) omnia trahenda? Ipse Ioannes indi-
Ibid. 7. 39. cat: *Nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.* Ab adventu Spiritus Sancti processura conversio mundi. Priùs mundus veritatem
Corda hominum trahenda, ubi ad multa unum idioma. non cognovit, modo intelligit. Sed cur modò? Quia multiplex una locutio. In unica voce Spiritus Sanctus omnium est artifex: venitque diversis linguis, ut Iesus aversum mundum ad se traheret elevatus in cœlum, igitur cunctorum hominum corda trahenda; si linguas diversas audirent unica lingua. Latius ergo *Didasc. seq.* subscribat Prudentius in *Perist eph.* à v. 3659.

Prudent. *Spiritus ille Dei qui fluxerat auctor.*
Fontibus eloquii cœlitùs actus irrigavit.
O nive candidius linguæ genus!
Sedem animæ penetrat, mentem fovet.
Sic Deus interius sentitur.

DIDASC. II.

Mirifica omnimodò Xavierii lingua.

1 DIgnus sanè Franciscus vel ab extraneo, sed toto corde devoto & dedititio, efferri laudibus, si laudat, laudaturque plausu, totus meritò mundus. Non hujus spectaculi Angelorum & hominum (quia homo Angelicus) recolitur memoria, siquidem cuncta mirabilia præsentia, ut sua sint corda. Plura utique in encomium occurrunt & dignissimum; sed placet non fraudari voluntate labiorum.

Xavierius spectaculũ mundi.

Prudent. *Iam parta nobis gloria est: pars optima*
Deo immolatur: ecce nostri corporis
Digna est fidelis lingua, quæ sit hostia,
Interpres animi, enunciatrix sensuum,
Cordis ministra, præco operti pectoris,
Prima offeratur in sacramentum.

Succinit nostro aptiùs instituto Prudentius in *Peristeph.* v. 2960. Cuncta profectò in Xavierii mirificâ linguâ: etenim dum concionatur, ut idolatræ veritatem audiant, & exaudiant; in audientibus tot vigiles aures, in Xavierio totidem ora sonant.

Ejus lingua mirifica.

Mercurio cur dicabantur victimarum linguæ? 2 Mercurio olim dicabatur omnis lingua, ut canit Homerus *Iliad.* 3. Sæpe, refert Vincenc. Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 220. & Natal. Comes in *Mytholog.* lib. 1. cap. 10. unde illud Apollon. lib. 1.

Apoll. *——Accensis funaum libamina linguis.*

Interpres Deorum erat, pro Soleque signabatur à Priscis: ut observat Chartar. ibid. fol. 226. Portenta Xavierii quasi à longè salutabant Gentiles pro cognitione, aut desiderio cognoscendæ veritatis: siquidem qui interpres cœlestium arcanorum, operatione virtutum, Indiæque Sol Xavierius, è terra tanquàm è cœlo in alienas delapsus sacer Mercurius, habuit omnium linguas, ad glorias Christi posteriores cognoscendas: quippequàm si hoc zelo intimè pectus percellitur, necessariò Xavierio omnis lingua consecratur., ut Jesu-Christi gloriam confiteatur omnis lingua.

Xavier Mercurius Evangelicus.

3 *En oculi vestri vident, quòd os meum loquatur ad vos*, dixit fratribus in Ægypto Joseph: ideſt, *vos auditis, quòd lingua Hebræa loquar ad vos*: uti delicatum in *Lit.* n. 12. & 26. Audiebat concio, sed non solùm Hebræa: etiam audivit Ægyptia. Cur ergo dicit, loqui Hebraicè ad illos, si voces illæ etiam dirigebantur ad alios? *Auditum est, & celebri fama vulgatum in aula regis*: subditur ibid. Alii, dum Hebræo idiomate loquebatur, non intelligebant audita: statuturque ad illos tantùm prolata loquela; non solùm quia idiomatis est auditio, ubi vocum intellectio; sed ut præsignetur singulare miraculum, in Xavierio singulariter videndum: etenim dum proprio nativoque loquebatur eloquio, ignoti idiomatis etiam in barbaris reviviscebat cognitio. Josephus Hebræis loquebatur Hebraicè, verùm Ægyptiis Ægiptiè. Aliter Xavierius Sol Indiarum, cœlicusque Mercurius: quandoquidem uti lingua cœlestis, unicâ linguâ loquebatur ad omnes.

Genes. 45. 12.

Vers. 16.

Ex ejus eloquio vel Barbarę linguæ reviviscebat cognitio.

Unicâ lingua loquebatur ad omnes.

4 Velint nolint, coguntur Novatores vel in apicibus fateri arcana Scripturæ. Subit mentem Epistola accusationis hostium Israël, ne reædificaretur Templum Domino à redeuntibus in patriam postliminiò. *Epistola accusationis* (dicitur) *scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Si Syriacè erat scripta, quomodò aliter quàm sermone Syro legi poterat? Litteram exponemus *Tom. 6. Tautolog.* 8. Quod videtur aliter impossibile, miramur in Xavierii mirifico idiomate: igitur quod loquebatur Hispanicè, si audiebat Syrus, audiebatur Syriacè; Sina si audiebat, intelligebat Sinicè; si audiebat Japonus, loquebatur Japonicè. Sic de reliquis in conversionem omnium gentium, unius linguæ omnium linguarum miraculum: etenim ut ingereret cordibus evan-

1. Esd. 4. 7.

Singuli variarum linguarum ejus uti proprium audiebant eloquium.

ge-

gelicam illuminatricem sedentibus in tenebris veritatem; audiebat unusquisque linguâ suâ illum loquentem.

5 Apud Propertium invenio fulcrum acuminis in gloriam simplicis multigenæ vocis.

Gravida lingua.

Propert. Canit *lib.* 3. *Eleg.* 8. v. 9. Non plauditur lingua facunda, sed fœcunda; imò plauditur gravida: siquidem quæ simplicem edebat in lucem Xavierius vocem; multiplex uti plena perveniebat in aurem. Nota linguam gravidam. Lingua gravida quit esse, quia vocum artifex. Verùm vox! Planè inauditum, sed plenè miraculorum miraculum.

Ejus lingua quomodò gravida?

Psalm. 67. 36. 6 *Mirabilis Deus* plauditur à Davide *in Sanctis suis*, ita ut rutilet gloria, magnificus sit Dominus, & vulgetur ejus virtus. Unde ergo argumentum laudis, ut ille in Sanctis celebretur plausibilis? *Ecce* (infit)

Vers. 34. *dabit voci suæ vocem virtutis.* Vox voci data, est Altissimi gloria? Profectò, & laudibus digna. Linguæ concedi voces, est vox laudis: at voci vocem concedere pro vocis intelligentia, universa Domini amplectitur mirabilia. Concedere voces linguæ, est fœcundare linguam; verùm voces voci, ostendere vocem gravidam: diciturque Deus in Sanctis nimiùm mirabilis; quoniam eximium, in una reperiri plures voces.

Vox vocis mirabilis.

7 Ampliùs exprimitur magnitudo miraculi, signato (ni fallor) tempore. Haud dicitur *Dedit voci vocem*, sed *Dabit*. Quando dabit? Tempore congruo, sed futuro, ut hujusmodi signis, toti orbi manifestetur mirabilis. Videndum erat in Ecclesia, quod omninò ignoravit Synagoga. Perpende: *Loquitur* (subdit Genebr. N. hic) *de remotioribus à terra sancta regionibus, pro Evangelio Paganis & Indiis:::: cui ministerio Portugalenses, & Hispani in suis ad illos populos navigationibus & conversionibus jam ab anno* 1500. *inserviunt.* Claret jam in quo Deus mirabilis, dum illuc misit Xavierium, & mirificavit Sanctum suum: igitur non solùm vocibus gravidavit linguam; sed etiam vocem, ut in vocibus vocis maximam haberet gloriam: quippe dedit voci linguæ mirabilem vocem, dum plures voces audiebant, & multas unâ loquentem.

Genebr.

In una Xavierii audiebantur plures voces.

8 Ulteriùs. Nequit in voce vox fieri, nisi multiplicitate, quemadmodùm propago multiplicatur fœtu. Si multiplicatur jam non vox, sed voces: modò voces, non vox simplex. Quo ergo pacto Xavierii evangelizantis voci dedit vocem? Per virtutem. Non solùm concessit vocem, sed in voce virtutem, idest, æquipollentiam seu æquipotentiam in voce apertis labiis; quippe dedit voci suæ vocem virtutis, ut converteret ex nationibus paganos: tuncque in illo signatur Dominus maximopere mirabilis; quia audiuntur voces multiplices in unitate latâ simplicis vocis.

Eadem simplex & multiplex.

Hæc vox estò ab homine tanquàm ab Angelo auditur de cœlo. *Audierunt* omnes nationes *vocem magnam de cœlo*: asserit Jonnes: *Et factæ sunt voces magnæ*: subdit. Constat magnitudo miraculi: igitur factæ voces è voce. Cæterùm quorsùm hujusmodi singulare prodigium? *Factum est*, prædicatione Eliæ & Henoch, *regnum hujus mundi Domini nostri & Christi ejus*: subditur, coram tribubus & populis & linguis & gentibus. Præcesit in conversionem omnium Orientalium hujusmodi Xavierii portentum: quandoquidem factæ sunt ex voce voces, ut veritatem intelligerent pagani ex omnibus linguis. Illustri prorsùs miraculo vox Xavierii firmanda, tanquàm è cœlo: igitur in Evangelii lucem habet à Deo gravidatam vocem.

Apoc. 11. 12. 15.

Ibid.

Xavierii gravidata à Deo.

Sub clavi lingua.

Batil.

Dixit Dionysius Batilius *Emblem.* 186. pro vocibus custodiendis: à Xavierio sub lingua habetur clavis, pro omnibus linguis: etenim ut una esset in omnibus fides, exiit ex voce omnium linguarum populosa seges.

Ejus vox numerosa & una.

9 *Tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini*: dicitur ab illo per Sophoniam. Vatabl. *Linguam electam, ut invocent universi nomen Jehovæ.* Etiam Pagnin. Quando igitur hæc erunt? Sanctius hìc n. 26. *Qui historicè sumunt de Evangelii sæculo, Gentilium hìc conversionem intuentur.* Sit ergo. Verùm quæ lingua vocatur electa, ut Jesu agnito, conterantur idola, & sit unum nomen, cujus unum numen? Sanè spectabile prodigium cunctarum peritia linguarum; cæterùm hujusmodi donum minimè labium electum. In labio electo signatur excellentia labiorum, ut cæca gentilitas agnosceret Evangelium. Loqui linguis, labium est: loqui linguâ, lingua electa, cùm proferantur verba, quasi esset altera lingua: promittiturque labium electum ad gentes, ut convertatur orbis; quia nullum clarius miraculum, quàm loquen-

Sophon. 3. 9.

Vatabl.

Sanct.

Et lingua electa.

In illa plures & singulares voces.

quentis ad illas labium electum: siquidem unius linguæ à multis audiebantur simplices voces, quasi vox formaretur omnibus linguis.

10 Promisit Assertor N. in confirmationem fidei & Evangelicæ veritatis, singulariter locuturos Prædicatores. *Linguis* (inquit) *loquentur novis.* Loqui linguis, non est novitas linguarum: in linguis sanè erit aliquid novum. Quodnam ergo? Multarum in una locutio: igitur mira & stupenda novitas; ut unam loquens, qui loquitur, loqueretur linguas varias. Succinit Paulinus *Natal.9.* v. 98.

Marc. 16. 17.

Multarum in una locutio est mirabiliis labiorum electio.

——— *Concors ubi cœtus agebat.*
Moxque novo sonitu, multis ex urbe coactis
Omni ex gente viris, sedit quasi flamma per omnes,
Et simul in cunctis spiramine dissonus uno,
Ut lyricas facili modulatus pectine chordas,
Dividuis eadem cecinit præconia linguis,
Incutiens varias humana per organa voces.

S. Paulin.

11 Ecce Xavierii mirabilia, igitur auditur ab illo labium electum per electa labia, & linguà numerosà idiomatum & novitate linguarum. Quid mirum novi orbis conversio, ubi audiebatur inaudita locutio? Pro Evangelii tempore hujusmodi promissum signum; sed in illo mirabiliter impletum novitate vocis & novitate audientis: siquidem conversa ad lucem Evangelicam infatuata Gentilitas, dum in Xavierio visa linguarum novitas; qua loquebatur electè ad omnes gentes, quasi ex omnibus linguis in unâ legeret voces, audirentque linguæ propriæ singuli audientes peregrinæ dialectos, quasi suis doctè loquereturad singulos. Hæccine novitas linguarum? Adhuc latet in lingua novum portentum.

Hujusmodi prolatio, inaudita locutio.

Et nova.

12 Locutus est Dominus per os Sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarum ejus: at de Legislatore Synagogæ dicitur: *Non surrexit ultrà Propheta sicut Moyses:::: in omnibus signis atque portentis.* Magna utique signa per Moysen facta; sed notandum excellentius inter magna, ut non illi floreret similis, in universis Synagogæ Prophetis. Explanavit Moyses Deuteronomium spatio triginta & sex dierum voce magna, ut possent audire decies centies milleni ex Israël, qui tunc vagabantur per campestria Moab. Alap. adi in *Deuter.* 1. 1. Plura signa ostenta in Moyse, populo & Ægypto teste: sed inter cuncta, vocis rutilat magnitudo; igitur majus celebriore portento, quòd vox ejus audiretur & ita longiùs, & à populo tanto,

Deut. 34. 10. 11.

Vox longè prolata, à cunctis & distantibus audita, miraculum in signius inter miracula.

13 Quid ergo dicemus ad hæc? Similis nè Moysi fuit? Imò portentis superavit & signis, cujus voce conversus novus orbis. Exaltent eum in Ecclesia, mirantes majora signa in Apostolo Indiarum, mirifica omnimodè in quantitate & qualitate vocum: siquidem illo concionante ad tot populos, gentesque multas & barbaras, visa sanè singularis novitas: quoniam sparsis mille millibus hominum, ut audirent Xavierium; non solùm vox clara perspicuè perveniebat ad omnes, sed etiam loquebatur ad omnes audientium linguis. Moyses unico idiomate Hebraico alloquebatur Hebræos, ut custodirent legem: Xavierius ex cunctis nationibus cunctos unicâ lingua, ut viderent Evangelicam lucem. Datus est in lucem gentium: claruitque orbis illuminati miraculum; etenim cunctis longiùs distantis & audiebant vocem, & linguà cunctorum singulis mirè loquentem. Est nè alia novitas? Planè: verùm perpendite.

Quantitas & qualitas vocis Xavierii mirabiles.

Cur datus in lucem Gentium?

14 Ut fœmina adultera liberaretur lachrymis à pœna contracti fragantis criminis; Judex pius motus misericordiâ, coram accusatoribus *scribebat in terra.* Quid scribebat? Peccata sanè judicum criminantium, asserunt Sacri Inrerpr. Videsis Salmer. Maldon. Silveir. Saa, Alap. & Barradam hìc. Unusquisque peccata propria videbat scripta, quibus frontis frangebatur audacia, conscientià dictante singulorum, quoties pessundata sacrarum perscripta legum. Sic ergo: attamen disquisitione dignum, quomodò ita breviter factum, & qua arte peccata scripta; quin singuli aliena, quæ scripta, non cognoscerent peccata? *Divinâ virtute* (ajunt hìc Lyra, & Gisland. *dup.* 16.) *potuit facere, quòd in aliqua figura ab eo protracta quilibet eorum videret sua propria peccata, & non alia.* Miraculum exhibuit inauditum. Variæ sunt linguæ conscientiarum: diversi cognitionis characteres; sed à Christo scribebantur eædem & diversæ singulis voces, ut cognoscerent per miracula, quicquid unusquisque, inscio altero, fovebat læsà conscientiâ: siquidem cùm divinitatem voluisset ostendere in sententia ferenda causæ fœminæ adulteræ, clarè divinitas descriptione refulsit, cùm singulis ad diversa eisdem characteribus respondit.

Joan. 8. 6.

Stupendum, simplicibus verbis ad diversa variè responderet singulis.

Lyr.

15 Ecce Xavierii amplissima gloria, & nova lingua. Alii quærebant ex ore ejus disputationes dogmatum: alii expressionem fœditatis criminum: alii deturpatio-

tionem idolorum: alii confirmationem in fide: alii indulgentiam peccati, & singuli singula, ut in uno ostenderet plura miracula. Ita respondere, haud facile; cæterùm factum divina virtute: quandoquidem unâ loquebatur linguâ, & eisdem vocibus singulis respondebat ad diversa, cunctis perceptis, quasi singuli audirent nativi idiomatis voces. Lucent in una lingua, quæ Paulus vocat *Genera linguarum*: igitur unum verbum & est simplex, & est multiplex. *Evangelica doctrina* (ait Cyprianus serm. de *Spir. Sanct.*) *propria lingua prolata ad ovium auditum eandem efficatiam obtineret, ut Græcis & Barbaris, omnibusque Gentibus verbum Evangelii esset intelligibile, ac si in eorum auribus, linguæ, in qua nati erant, idiomata resonarent.* Non secùs accidit prædicatione Xavierii: quippequàm audita in uno cuncta *genera linguarum*, & in generibus simul audita *interpretatio sermonum.*

Ampliſſima Xavier. gloria, nova lingua.

1. Cor. 12. 10.

Cypri an.

Quomodò in gratia linguarum inerat interpretatio ſermonum?

Ubi supr.

16 Aliter etiam locutus est in linguâ suâ. Unde David meditanter dixit: *Locutus sum in lingua mea*: igitur hujusmodi locutio Xavierii propria. Locutus est amore, locutus obedientià vel fato functus: loquutus est zelo animarum, locutus etiam repulsà consolationum (de quo Nos forsàn *Tom. 6. Tautolog.* 8.) ut patêret universis, Xavierium locutum mirificè novis linguis. Modò deflectitur sermo in alium heroëm, & miraculis similibus gigantem. Quibus, ut canit aliò Joann. Sarisberiensis in *Prolog. Polycrat.*

A linguis gloria magna venit.

Psalm. 38. 5.

Moviter & operibus locutus eſt Xa verius

DIDASC. III.

Antonii Paduani lingua cœlestis.

1 ETIAM inter miracula orbis numerandus Antonius, igitur unum pro cunctis. Ejus sermone dirempta quæstio Lucretii. Ita igitur canit lib. 5. de *Rerum nat.* à v. 1042.

— Quid in hac mirabile tantoperè est re,
Si genus humanum, cui vox & lingua vigeret,
Pro vario sensu varias res voce notaret?
Hic posset cuncta
Vocibus, & varios sonitus emittere linguæ.
Et unde data est huic prima potestas
Quid velet, facere ut scirent, animoque viderent?
Cogere item pluris unus, victosque domare.
Nec ratione ulla sibi ferrent amplius auris
Vocis inauditos sonitus obtundere frustrà.

Antonii lingua mirabilis.

Lucret.

Profectò res difficilis, sed omnia vincit lingua cœlestis: igitur ut cœlestis omnia domuit, inimicos fidei secuit, fideles illuminavit: quibus omnibus ejus prædicatio toto orbe meritò effulsit. Verè Orpheus, dum coërcuit frementes leones, repressit latrantes canes, educens è faucibus inferni tot animas hæreticorum, quot pertinacia destinaverat in lacum. Succinit Boëtius lib. 3. Metr. 12. de *Consol. Philosoph.* à v. 7.

Ejus prædicatio mira.

Orpheus Catholicus qua re?

Postquàm flebilibus modis
Silvas currere, mobiles
Amnes stare coëgerat,
Junxitque intrepidum latus
Sævis cerva leonibus;
Nec visum timuit lepus
Jam cantu placidum canem;
Cùm flagrantior intima
Fervor pectoris ureret,
Nec qui cuncta subegerant
Mulcerent Dominum modi,
Immites Superos quærens,
Infernas adiit domos.

Boet.

Unde igitur hujusmodi potestas? Habet lingua cœlestis multiplices linguas: siquidem quæ non vult intelligere, ut benè agat, infatuatus homo; ex potestatis inaudito miraculo, ut in Deum vivum convertantur corda, intelligunt irrationalia, imò percipiunt insensibilia.

Quomodò in lingua ejus multæ linguæ?

2 Linguà sacrà, ut observavit Rabb. Jonathas, alloquebatur in cognitionem mutuam fratres Patriarcha Joseph: *En* (ait) *quod os meum loquatur ad vos.* Ad quos ergo nisi ad ipsos? Sanè ad ipsos, ut veritatem cognoscerent: verùm si intelligere renuerent, etiam ad insensibilia loquebatur, ut lingua sacra palàm manifestaretur: quandoquidem sacrum efficax idioma intelligunt etiam non inttellectiva. Renuunt hæretici cognoscere mysteria fidei, & illos alloquens Antonius, non loquebatur ad illos. Ad quos igitur, dum ejus sermo dirigebatur ad homines? Quia illi intelligere nolunt, alloquitur pisces. *Pisces invitat ad audiendum verbum Dei, qui emergentes, capitibus extra aquam, audierunt concionem acceptàque benedictione, recesserunt in cubilia*: ait Ubading. in ejus vita. Audiunt & pisces? Profectò. Antonii micat lingua cœlestis; qua ut homi-

Genes. 45. 12.

Cœleſte idioma intelligunt etiam non intellectiva.

Ubading.

Piſces audiunt Anton. concionantem.

Et mula intelligit.

mines intelligant, irrationalia intelligunt, quæ intelligere non possunt. Patet etiam in mula Sacramentum Eucharistiæ genu flexâ adorante, ubi præsentiam Christi Sacramentalem ibi heterodoxi nolebant fateri.

Omnia obediunt vel irrationalia

3 Sunt in manu Antonii volucres cœli & pisces, qui perambulant semitas maris; imò ut signetur cœlestis caracter linguæ, insuper & pecora campi. Uti Christi clamant sermonem lapides, Antonii proclamant pisces. Vocat in testimonium terram & cœlum. Aptè cadit illud Job: *Audacter provocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum: nimirùm, interroga jumenta, & docebunt te; & volatilia cœli, & indicabunt tibi, & narrabunt pisces maris*: igitur omnia exhibuit in fidei testimonium, ut hæretici miraculis confusi faterentur Sacramentum. Semitam non ignoravit avis, bos & asinus cognovit; sed homo non intellexit, fastidiumque fuit Antonii veritatem astruentis, homines non esse sicut pisces maris: etenim ut prædixit Propheta, in igne zeli locutus pro veritatis fide commovebantur *pisces maris, volucres cœli, & bestiæ agri*. Quod impossibile arbitratus est Moyses, dum filios Israël vidit rebelles; expertus est incredulus mundus, quando prædicabat Antonius. *Omnes pisces maris in unum congregabuntur*? Utique, Antonii prædicatione: siquidem ut audirent & crederent surdi, erectis capitibus pisces ut audirent, sunt in unum congregati.

Job 12. 6. 7. & 8.

Ezech. 38. 20.

Congregantur, ut audiant pisces.

Num. 11. 22.

Osee. 4. 1.

4 Ratio suppetit: *Non est scientia Dei in terra*. Scientia, idest, cognitio, ut ait Cajetanus in 2. *Cor.* 11. 5. Unde igitur, vel quando habenda cognitio? E cœlo, dum intelligunt non intellectiva, ut intelligat homo. *Non est scientia Dei in terra, propter quod & pisces maris congregabuntur*. Ut Deitatis polleat in hominibus cognitio; quid, piscium maris congregatio? Multum profectò: pungit rebellem ad fidem animum singulare prodigium, ut excitentur in Dei cognitionem, ex cognitione illorum qui non habent: congreganturque in unum audientes pisces, ut cognoscant veritatem infideles: quippequàm Deitatem cognoscent etiam protervi, illam loquentibus, qui naturaliter muti. Quid igitur mirum, si crederent vel hæretici rebelles, dum vocem Antonii audiebant ex aqua pisces? Ex hujusmodi constat miraculo, quòd est in terra Deitatis cognitio. Claret sanè Antonii lingua cœlestis, quam intelligunt vel pisces; fatentibus hominibus arcana fidelium, quæ quidem vel muta animalia norunt.

Vers. 3.

Ex piscium auditu claret rebellium conversio.

Unde ejus lingua cœlestis?

5 Linguæ sunt juxta Paulum Angelorum & hominum. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*. Juxta Cajetan. hìc: *Per linguas hominum intelligitur omnis locutio sensibilis; per linguas verò Angelorum omnis locutio intellectuallis*: idest, ad intrà, vel in mente vel in phantasiâ, quæ aliquando dicitur imaginaria. Loquuntur Angeli animalibus commotione phantasiæ, ut asserunt plures apud Perer. & Alapid. in *Genes.* 6. disputantes quo modo cuncta animalia in Noëticam arcam fuerunt deducta? Modò inquirendum: cur non dicit Paulus disjunctivè linguas hominum vel Angelorum, sed copulativè Angelorum & hominum? Potest ne esse in hominis lingua, lingua Angelica? Sanè potest. Lingua hominis est sensibilis, lingua Angeli intellectualis. Quod intellectuale, nisi expresione verborum sensibilium non est sensibile; igitur verba uti conceptuum signa, faciunt sensibilia, quæ tantùm intellectualia: jungunturque linguæ hominum & Angelorum; ut clareat orbi singulare miraculum: quandoquidem animalium intelligit animale, quod illis non est sensibile.

1. Cor. 13. 1.

Cajet.

Animalia quomodò in arcam Noeticam ducta?

Quomodò quod animale, sentit quod non sensibile?

6 Ulteriùs. Phantasiæ motione intelligunt animalia omninò muta; hominis locutione, ad quæ velit, animalium non excitatur phantasia: simulque ut constet clariùs Antonii prædicantis prodigium; conjungitur lingua Angelorum & hominum: igitur audit & obedit piscium in aqua vagantium cœtus, quasi sermone loqueretur Angelus. Loquentibus hominibus, intelligunt homines; quia rationis & ejus conceptionum sunt capaces. Cæterùm non intelligunt animalia, ni sit Angelorum lingua: Angelorumque atque hominum proponitur sermo; ut lingua Angelica rutilaret in Antonio: siquidem in comprobationem veritatis, intelligebant pisces, quasi essent rationis compotes.

Antonii lingua Angelica.

7 Hinc, uti vidimus in *Lit. Expos.* num. 15. in homine lingua Angelorum est politissima, suavis & elegans lingua, æquè efficacitate, ac conceptibus plena. Unde estò hominis, Antonii plauditur lingua cœlestis, quippe lingua politissima efficatior inter omnes: equidem pisces audiebant sermocinantem, quasi sensus non haberent, sed rationem. Dedit Domi-

Quam intelligunt muta animalia.

minus Evangelico Vati singularem linguam, quam Propheta *eruditam* vocat. Pollutus labiis erat: ideſt, minimè loquebatur expeditè. Unde igitur lingua & imbuta eruditione? Invitat cœlum & terram in teſtimonium, ut reluctantes legis amplectantur jugum. *Audite cœli* (ait) *& auribus percipe terra.* Cœlum & terra non audiunt; & ut audiant homines, vel quæ non audiunt, intelligunt: igitur neceſſè hominum calcitronum, quantunvis ſaxea, frangi vocibus corda; ubi ſentiebant prædicationis verba, quæ muta & inſenſibilia. Ecce novitas linguarum, & donun illarum à Salvatore promiſſum. *Linguis loquentur nobis.* Non novum inter homines linguæ, quoniam univerſæ audiuntur toto in orbe: verùm ut ſingulare, fulget miraculum plenum novitatis, quòd linguam hominis intelligerent piſces.

Iſai. 50. 4.

Cap. 1. 2.

Inſenſibilia

Marc. 16. 17.

Erat lingua nova.

8 De Salomone fictum illo in ſomno accepiſſe cognitionem omnium linguarum, imò animalium, avium, atque piſcium idiomatum. Videſis Pinedam de *Rebus Salom.* Idem Prometheus gloriabatur, homines docuiſſe apud Æſchyl. in *Prometh.* v. 478.

An animalia habeant ſibi perceptibiles voces?

Tum avium aduncarum volatum accuratè
Diſtinxi, & oſtendi, & qualem diætam
Quæque haberent, & quæ ipſis invicē odia,
Quæque benevolentia, & converſationes.

Æſchil.

Quod de his fictum, in Antonio patulum: quandoquidem ita nobis linguis loquebatur pro fide ſtabilienda, ut intelligerent animalia, quæ ab ipſis minimè inteligibilia. Novum utique voces animalium, avium, piſciumque in diſcretionem cognoſcere; ſed inerat ratio diſcretiva in cognoſcente. Magnum percipere, quæ deſerviunt rationi, irrationalium voces; verùm ſummum, hominis voces intelligere etiam irrationalia: etenim uti vocem cœleſtem Angelicam, audiunt piſces Antonii politiſſimam linguam.

Mirum, animalia ab homine intelligi: amplius, intelligere.

9 De Hercule Gallo à Priſcis in virtutis, magis quàm in roboris commendationem, cogitatum, eloquentia efficacique facundiâ rationalium magnetem extitiſſe cordium: unde multitudinem trahebat catenulis auri, electrique tenuiſsimis, linguæ extremitate perforatâ inſertis, concione deditiâ ultrò ſequente, igitur hilari corde, ducentem Herculem laudibus efferente. Adi Lucianum in *Præf. Jovis Tragœdi.* Claud. Minoëm in *Emblem.* 180. Alciat. Vinc. Chart. in *Mercurii imag.* fol. 227. Cicer. de *Natur. Deor.* Natal. Comit. lib. 7. cap. 1. *Mytholog.* Achill. Bocchium *Symb.* 43. Fabulam refert Laurentius Hæchtanus in *Microcoſm.* Emblem. 43. ſed mythologiam in noſtrum propoſitum.

Imago Herculis.

Ogmion Herculeo referunt hunc nomine dictum,
Cujus lingua fuit chordis religata ſolutis,
Et ſimul aurata, laxè pendente catenâ,
Ingens qua populus connexus reſtibus ibat.
Non ſecus eloquium Antonii: *voce figurat,*
Cùm rapit huc homines, concordi fune ligatos,
Ut præcepta Dei cupiant audire libenter,
Quæ dum mundus erit, nunquàm peritura manebunt.

Laurent. Hæcth.

Sanè: quippe ejus lingua cunctorum aure furabatur corda.

Anton. lingua furabatur corda.

10 Ægrè ferebant Scribæ & Phariſæi Chriſti Doctrinam, atque ex acceptione gloriam, unde & detrahebant illi, ut doctrina cœleſtis vileſceret, prædicantis deſpectione. Plura in ruinam machinabantur & quæſtionibus lubricis, & meditatis inſidiis; ut vel deficeret à ſana doctrinâ, vel ſaltem excandeſceret exponentis patientia; verùm ſicut malleo æmulos ſugillabant ſtupenda miracula. Adinſtar palmæ Dominus Jeſus-Chriſtus, quo magis premebatur, eo altiùs tollebat onus. Quapropter livore perciti, & rubore ſuffuſi, dixerunt: *Videtis, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus poſt eum abiit.* Quo trahit? Verbis: & in illis ita magnes? Utique. Verba vitæ eternæ habebat, quibus mittebat ignem in terra cordium. Convertuntur in ignem, quæ ignem concipiunt: quare ultrò mundus abibat poſt verba, quoniam verbis habebat cunctorum corda.

Joann. 12. 19.

Chriſtus verbis allitiebat corda.

Ibi næ ſiſtit homo, ubi cordis habitatio. Mundus ſeſe retraxit, quia verba audire uti rebellis noluit. Caret libertate, ubi ducitur ratione. Efficacitate cognoſcitur ſermo Dei: attractione cordium mulcimine veritatis forti ſuavitate fit: unde cùm corda ducantur quò ducuntur, quin vi cognitione recognoſcant, quò ducantur; ſenſim quantunvis ingratus poſt illum abibat liberè catenatus mundus totus. Ducitur, imò extrahitur è pectore, cor hominis veritatis amore. Veritas profertur ex mentis theſauro lingua loquentis, clavi eloquentiæ aperitur vel aſpidis auris. Ratio audita aſtruit, corque ratione percutit, imò à ſe vulneratur; & quò veritas ineſt, ſpontè ducitur, ut deditione conſtet, quantum veritas inſtet: munduſ-

Et ſuavitate trahebat.

que totus post Christum trahitur, ubi prædicans auditur; quoniam lingua efficaci verba cœlestia per aures revinxerant cunctorum audientium corda.

11 Quicquid cum Christo facere cogitarunt Pharisæi, & Scribæ, in Antonium machinati sunt hæretici. Impugnabant cœlestem ejus doctrinam, imminuebant miraculorum gloriam, haud infirmò lumine valentes cernere lucem, auribus læsis nec audire veritatem: verùm, tametsi malignitas cuncta studio dedecorabat; post illum totus mundus abibat. Unde mutuò dicebant: *Nihil proficimus.* Nihil illi, & in summum Antonius; quandoquidem vinculis locutionis trahitur & totus mundus. Quò allicit? In cœlum? Quibus lenociniis? Catenâ verborum. *Verba ejus ignea*, infit Ubadingus ubi supr. Inflammabantur in veritatem pectora. Quid mirum audientes corde uri? Proprietas est ignis, inflammare. Linguæ adveniunt de cœlo in conversionem orbis, sed *apparuerunt dispertitæ linguæ tanquam ignis.* Non ex aqua, estò celebrior clara, sed ex igne conflatur cœlestis lingua. Meritò quidem, ut mundus prædicantium linguis ducatur in veritatem. Ad linguam attinet loqui, verùm ad ignem incendere: & descendunt de cœlo tanquàm ignis, ut constet efficacia ex inflammatione cordis: igitur pectoribus audientium inflamabantur corda, dum linguæ prædicantium proferebant in aures cœlica verba.

Totus mundus abibat post Anton.

Ubading.

Act. 2. 3.

Verba ejus ignita, & cœlica.

Luc. 12. 49.

12 *Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi ut accendatur?* Dixi Sator N. Ni intelligamus, missum in Spiritus almi adventu de cœlo ignem cœlestem, nescimus quo vel quando misit ignem. Ignem de cœlo descendere in exterminium Samaritanorum zelus imprudens ab illo deposcit; sed conatum increpatione severitatis benignè represit, ut dicitur *Luc. 9.* 55. Non venit homines perdere, sed salvare: ergo missio ignis quo tempore? *Ego ad hoc veni in mundum* (dixit Præsidi) *ut testimonium perhibeam veritati.* Dum docet veritatem, mittit ignem? Utique: & unum signat ignem & prædicationem; quoniam per aures intromissa, pectore audientium inflammabant cordà. Quid quòd mundus totus post eum concionantem abiret, cujus corda vinculis charitatis attraxit, & igne prædicationis usque in intima combusit?

Joann. 18. 3. 7.

Quomodò inflammabat corda?

13 Mundus totus abit post Antonium. Ignem venit mittere in pectora rationalium. Ignem? Sanè. E pectore avulsit corda, postquàm igne prædicationis inflammata: indiscretaque signantur prædicatio & ignis, quoniam prædicatione iuflammabantur audientes. Ignis in se transmutat cuncta: & igni confertur Antonii lingua mirifice cœlica; igitur traxit catenulis in veritatem, illicò ut corda conceperunt ignem. Herculis in Antonio fulget honos, dum rapit huc homines concordi fune ligatos. *Dicendi sapientiâ & copiâ, mundum in sui admirationem commovit*: subdit qui supr. Jam visa copia & sapientia: verùm necdum, ut admirationem hominum excitet cœlestis lingua. Unde admiratio orbis Antonii Prædicatione? Ex novitate linguæ. Intendite.

Cur igni confertur lingua?

Herculi similis.

Uvading

Mundum in sui admirationem movit.

14 Postquàm, nè fame deficerent homines, exposuit Christus miraculum panis cœlestis, cujus speciebus ejus præsentia Sacramentalis inesset; Judæi dura cervix propositionem pessundedit. Omnes disputationi incumbebant, & contra fidem atque dilectionem litigabant, dicentes: *Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quid ex litigio? In mortem destinatio. *Miserunt Principes & Pharisæi Ministros, ut apprehenderent eum.* Invenerunt prædicantem, cunctis audientibus datis in stuporem: quapropter interrogati, quare non adducerent illum, dixerunt ministri: *Nunquàm sic locutus est homo.* Ab hominum memoriâ similia verba non fuerunt audita; in admirationem sui convertit omnium oculos, & universorum attraxit affectus: nunquàm sic locutus est homo vel ex quo mundus. Quodnam ergo verbum audierunt, ut ita extollant tanquam orbis spectaculum? Concio perfectè concepta, undecunquè mirifica, in qua loquebatur lingua glorioſa. Attamen unde? Cœlesti efficacitate. Audiebant fideles & infideles. Hi intendebant in Christi comprehensionem, ut detruderent in carcerem; sed confusi concionantis verbis, quæ tunc locutus, stupefacti retraxerunt manus: *Volebant apprehendere, sed nemo misit super eum manum.* Fideles verò firmabantur in fide, verbis procedentibus ab ejus ore. *Cum audissent hos sermones, dicebant: Hic est verè Propheta. Allii dicebant: Hic est Christus.* Fideles confirmabantur audiendo, & infideles confundebantur auditu. Jurè ergo, nunquàm sic locutus est homo: igitur insigne prorsùs miraculum, mundo, exquo constat in auditum; eisdem verbis in corde catholico robora-

Joann. 6. 52

Cap. 7. 33.

Vers. 46.

Quænam lingua glorioſa?

Vers. 44.

Vers. 40. 41.

re

re fidem, & in pectore infideli, estò rumpatur, jugulare hæresim.

15 Disputabat Antonius cum hæreticis de præsentia Sacramentali Christi in speciebus vini & panis. Abibant retrorsùm, audientes verbum. Conspirabant in vindictam ægerrimè ferentes doctrinam sanam. Moliebantur plura, ut de medio tollerent, ne ulteriùs linguam audirent. Nemo in illum misit manum. Quare? Concionantem audierunt, quos suspendit admiratio; quippe sic nunquàm locutus est homo. Nunquam? Profectò. Concurrebant universi. Alii, ut apprehenderent: alii, ut reprehenderent. Catholici, ut firmarentur in fide; hæretici verò, adhærentes pertinaciæ: & meritò dicitur, quòd numquàm homo locutus, ut locutus est Antonius; quippequàm eisdem verbis firmabat corda fidelium; simulque resecabat errorem hæreticorum. Hinc plauditur Sol & sal. Sal, ut compescat hæreticorum audaciam: Sol ut illuminet fidem acceptam. Hinc etiam cœlestis lingua: igitur eodem eloquio Catholicis lucem, heterodoxis verò ingerebat confusionem. Vide alia *Tautolog.* 10. *Didasc.* 1. *à* num.7. Hinc lingua ejus incorrupta, de quo alibi, siquidem immortalitate digna, quæ potiùs quàm humana celebratur Angelica. Lingua næ nova, seu labium novis linguis, novis loquendo modis. Dicam & dignissimè, quòd Prudentius in *Peristeph.* vers. 3653.

Eisdem verbis illuminabat catholicos, & confundebat hæreticos.

Sol cur plauditur & sal?

Lingua ejus incorrupta manet.

Prudent. *Lingua ubique pollet.*

DIDASC. IV.

Tantùm in concionante doctrina, Doctoris est umbra.

1 INANIS Doctoris umbra, non doctor, qui docet tantùm. *Animas ut Deo pariat, pariat ipse Deo*: ait Novarin. in *Umbr. Virg.* Excurs. 62.n.618. Eloquium Domini lucidum est: & illuminat oculos, dum audientes vident doctrinam, & mirantur in operibus.

Novar. *Concionator quomodò illuminat?*

Consilia non sunt consilia.

Sophocl. Canit Sphocles in *Philoctet.* v. 556. Næ: siquidem negant opera quicquid astruxerunt floridissima verba. Doctè à doctis potest fieri concio: at quid audientibus ex hujusmodi concilio? Mirè cuncta prolata, sed sine concionantis exemplo consilia, & neutiquam sunt consilia: etenim aëra verberant floridum proferentes eloquium, quia quæ dicunt doctè, stolidè contradicunt, quæsito corpore in doctrina sana, & inventâ solummodò doctoris umbrâ. Constringit vel Ethnicus hosce doctores, conferens meritò mimis. Ita igitur in *Rudent.* Act.4. Scen.7.v.23.

Unde ejus consilia, consilia non sint?

Similis mimo.

Spectavi ego comicos ad istum modum,
Sapienter dicta dicere, atque iis plaudier, Plaut.
Cùm illos sapientis mores monstrabant poplo:
Sed cùm inde suam quisque ibant diversi domum.
Nullus erat illo pacto, ut illi jusserant.

2 Aliter expectat à prædicatoribus Ecclesia Sponsa. *Videamus si flores fructus parturiunt.* Aptè: in fructus destinantur flores, unde flores in flores nihil & nihil; quippe inanis prædicatio, quæ fine fructu: fructumque parturire nequeunt floridissimæ conciones sine exemplo prædicantis. *En oculi vestri vident, quod os meum* (*linguâ sacrâ*, ut vidimus ex Rab. Jonatha) *loquatur ad vos*: dicit fratribus Joseph. Ad quos igitur, si illos alloquitur? Potest num illis loqui; & minimè loqui ad illos? Potest, quippe potest esse prudentissima concio, sed sine loquela procul concionantis exemplo. Patet ex contextu. *En oculi vestri vident, quòd os meum loquatur ad vos.* Oculi non audiunt: quæ locuta audiuntur, sed non videntur: & dum loquitur Josephus linguâ sacra, quæque locutus meditanter designat uti visa, ut constet quosnam flores esse in flores, & quosnam in fructus audientis, & prædicantis: siquidem videntur verba, quæ audiuntur, ubi audita in exemplo prædicatoris videntur.

Cant.7.12.

Inanis florida prædicatio sine fructus.

Genes. 45. 12.

Nulla concio sine concionantis exemplo.

Ejus verba optima, si visa.

3 Appositè Cordubensis Stoicus qui *Epist.* 52. ait: *Eum elige quem magis admireris, cùm videris, quàm cum audieris:::: Modò hoc proposito in turbam prodeunt, ut meliores fiant, faciantque meliores; si non ambitionis hoc causa exercent. Quid enim turpius philosophiâ captante clamores?* Ecce confusio prædicantium minimè in ædificationem; igitur prudentibus verbis vellicant aurem, inanis sapientiæ verbis, & floribus sterilibus, stupentibus stupidis auditoribus ad crepitum foliorum volitantium, quin aliquem ex tot floribus percipiant fructum: etenim vulnus est cordis blandinem auris, deficiente lethali vulnere animarum vitâ, quia non indicata vulnera; cùm iniquitatem aperire deberent, ut audientes in pœni-

Seneca.

Debet prædicare ut melior fiat, & meliores faciat.

nitentiam revocarent. Sese quærunt, vel sua, non quæ Jesu-Christi. Imò nec se quærunt, quandoquidem longè propositum, ut meliores prædicando fiant, & auditores meliores verbis ac opere faciant.

4 Taxat & Plinius *lib.* 1. *Epist.* 10. igitur quas jus erat vocari scientias, signat stolidas. *Subnoto libellos, conficio tabulas, scribo plurimas, sed illiteratissimas literas.* Quid ergo insipidius hoccine sale? Literæ sunt & lituræ, sapientiæ veræ fucatio, fallax gratia & vana pulchritudo, corde addicto ut sciat scientiam, sed edocente errores & stultitiam: equidem sapientia stulta, sine literis litera, error in via veritatis, & anfractus sunt erroris; aliud proferre vocibus, & aliud dicere operibus. Litera tantùm occidit: igitur studium verborum sine operum studio, rutilant cogitationes sine intellectu. Duplex talentum congruit habere concionatori, ne sint cogitationum acumina sine mente. Duo talenta sunt intellectus & opus: & intellectus disputatione amittitur, ubi in illa uti talentum, intellectus tantummodò designatur. De Mandragora asserit Ghislerius in *Cant.* 7. v. 13. habere similitudinem hominis absque capite. Pier. Valer. *lib.* 58. *cap.* 38. solummodò caput hominis figuratum habere. Facilè exponuntur contradictoria, ubi sine vita operationum jacet doctrina, quandoquidem caput solùm in prædicatore sunt capita, & capita sine capite. Hisp. vivide, paranomasticè: *Mucho texto, y poca testa.* Vide quæ diximus *Tom.* 1. *Taut.* 1. *Didasc.* 11.

Plin. — *Quænam illiteratæ literæ?* — *Cogitatio etiam sine intellectu?* — *Et capita sine capite?*

5 Docuit S. Patriarcha N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 2. *Qui præest, omnia bona & sancta, debet factis amplius quàm verbis ostendere; ut capacibus discipulis mandata Domini verbis proponat: duris verò corde, & simplicioribus, factis suis divina præcepta demonstret.* Canit ibid. Gabriel Bugnotius:

S. Baned.

Doctrinà Abbatem gemina præcellere par est:
Dicta piis prosunt, factaque debilibus.
Tu legis impatiens nullis cohiberis habenis:
Hostis es infestus moribus usque bonis.

Bugnot.

Cuncta consona & operibus opera apta; igitur rudes tantum intelligunt opera. Moribus debet esse conspicuus, qui exponitur imitandus: docet nanque sapienter sapientiam, exemplo monstrante viam. Omnia exercitia vitæ Baptistæ aspera & dura, uti insigni mirabili pœnitentiâ, demonstrat Matthæus cap. 3. à v. 4. accinitque Juvencus lib. 1. *Evang. hist.* à v. 352.

Prædicet operibus, qui exponitur imitandus.

Matt. 3. 4.

Texta camelorum fuerunt velamina setis Juvenc.
Et zonæ pellis medium cinxere Prophetam:
Arvis qui solitus ruralibus esse locustas,
Et tenuem victu silvestria mandere mella.

Lucas verò demonstrat solummodò prædicationem: *Factum est* (ait) *verbum Domini super Joannem.* Nil amplius? Ad quid? Dicit opus. Non verbum dictum sed factum; igitur prædicabat, non aliter quàm faciebat. Unde illustris Baptistæ prædicatio; quippe magis quàm vocibus prædicabat exemplo.

Luc. 3. 2. — *Illustrior prædicatio, quæ fit exemplo.*

6 De quibusdam avibus magicis (estò absurdum non arbitretur Cœl. Rhodiginus *Antiq. lect.* lib. 8. cap. 12.) dicitur: *Ad regiam basilicam apud Babylonem, magos tecto aureas alligasse alites, quas illi linguas Deorum vocabant: & habuisse quidem vim, ut animos multitudinis in regis benevolentiam conciliatu inenarrabili advocarent.* Vel à Priscis cogitatum consideratione dignissimum. Arbitror efficaciam erga hujusmodi linguas, si Cœlius per hasce linguas signat Principum gratias: quippe nil magis ligat cor hominum, quàm munera regum. Aves istiuscemodi, quæ linguæ aureæ, amoris beneficæ conciliabant corda in Principem, advocantes vocibus multitudinem. Vox sola retrahit, non attrahit corda. Opera sunt efficacia: propudiumque patet inventionis, quòd linguæ Deorum quibus homines excitari debebant in cœlum, reflecterentur in admirationem vocum, Principum & populi captantes benevolentiam, cùm audiri jus erat, ut Deorum tantùm audientes adipiscerentur gratiam. Cherubim dicuntur, qui pleni scientiâ, & Ezechiel describens pennas horum spirituum, signat propositò *manus sub pennis eorum.* In quatuor partibus pennæ, etiam manus perquatuor partes, ut clareat ex ipsis insigne concionatoris: igitur si per pennas portenditur doctrina, per manus opera; manus aptiùs docet, quàm penna scribit: quandoquidem quod penna estò Cherubica operatur vocibus, manus ad imitationem altiùs scribit operibus. *Verba rebus proba.* (ait Seneca *Epist.* 20.) *facere docet Philosophia, non dicere: & hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat, ne orationi vita dissentiat; ut ipsa inter se vita, unius sine actionum dissensione coloris sit.* Quid igitur factis opposita concio? Vox sine voce & procul locutione locutio.

Cœl. Rhodig. — *Quænam dicebantur linguæ Deorum?* — *Gratiæ benevolentiæ allectrices.* — *Haud probatur concionis consilium admiratione vocum.* — *Manus prædicatoris doctior verbis.* — Ezech. 1. 8. — Senec. — *Quæ vox sine voce?*

7 Haud videtur paradoxum. *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum cla-* Psal. 31. 3.

clamarem totâ die: profert Psalmographus. Quid hoc? Tota die vociferatur, & tacet? Loquendo silet? *Clamare & tacere hic non oppununtur*: subdit Genebr. Nexus Herculeus. Non contraria tacere & loqui? Quodmodò locutio cum silentio? Literalem sensum exponam hic. *Didasc.* seq. num. 9. Quod videtur contrarium, est amicum. *Ego autem* (inquit) *constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus.* Prædicavit, sed ipse præcepta prædicata fregit: & dum clamat tacet, vociferandoque silet; quoniam prædicatores non prædicant prædicantes, dum operibus contradicunt prolatæ voces. Clamant, sed clamando silent, loquendo tacent; quippe nec verbum, qui clamat, loquitur, nisi operibus loquatur. Sub silentio jacent verba, estò grandia, quæ non comitantur exempla: igitur minimè credunt audientes quæque profert, quia verbis operatione contradicit. Clamare debet in vitia, ut ad frugem revocentur aversa corda; verùm oppositum claret, quod contradictione dicit: equidem in his quæ clamans locutus, aperit os & non amplius. Clamat scientia, contrariatur vita: hìcque non opponuntur clamare & tacere; quoniam locutio sine locutione. Vitam præstant vocibus opera. Sic sonant in verbis verba, sed sine vita: siquidem formà deficiente exempli, vox auditur sine voce, clamor sine formâ, verba, & verba.

Genebr.

Psalm. 2. 6.

Non prædicant prædicantes, qui exemplo suffocant voces.

Nil locutione loquuntur, nisi operibus loquantur.

8 Ita sæpe queritur. *Non est sermo in lingua mea.* Quo pacto hujusmodi sententiæ fit locutio, ubi asseritur, in lingua quòd nullus sermo? Proclivè. Ostendit oppositа verba & opera, & non loquuntur verba quæ sunt scandala. Contionator clamat præscripta legis, ut ad ejus amussim convertantur peccatores: & nequaquàm prædicat eloquium vel sapientissimum, ubi prædicantis vita prædicatur in ruinam curiosè audientium. Prædicare debet aliis, & ad illos dirigere suas simul & legis voces. Unde non est sermo in linguâ, etiam dum emittit grandisona verba; quippequàm labiis est audientibus mutus, dum prædicat prædicandus.

Ps. 138. 4.

Mutescunt loquentes.

Male prædicat, qui prædicandus.

9 Displicet sententia Senecæ opinantis Mercurium, Gratiarum socium, esse pictoris obumbrantis placitum. *Ergo & Mercurius unà stat: non quia beneficia oratio commendat; sed quia pictori ita visum est.* Ita lib. 1. de *Benefic.* cap. 3. Alta mente cogitatum, in normam contionatorum. Haud simul cum Gratiis collocatur Echo, sed Hermetis pulchra imago: Hic signat sapientem, illa vocem: & gratia concionantis minimè fulget vocibus, sed sententiis. Sanè Echo vocis offensæ resultat imago. Unde Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* v. 570. accinit:

Imago Mercurii cum Gratiis.

Senec.

Gratia concionantis est in sententiis

Imago Echus.

Pars solidis adlisa locis rejecta sonorem
Reddit, & interdùm frustratur imagine verbis.

Lucret.

Proculdubiò frustratur. Vox, etsi percussus, aër est: & confugere ad gratiam vocis prolatæ, modumque dicendi formantem bombum, & Echo resultans verbum; plus vanitati deservit, quàm gratiæ placet: igitur quicquid conflatur ex voce, fundatur in aëre. Expulsa est à throno Gratiarum effigies Echus, & sublevatus unà meritò Mercurius. Hic Deus plaudebatur vialis, digito ostendens iter legis & rationis, quo tenditur in cœlestia & itur ad astra. Consule Nicol. Causin. *lib. 2. Symbol.* 53. Vinc. Chart. de *Imag. Deor.* fol. 219. Platon. in *Criton.* Persiumque *Satyr.* 3. v. 71. Hinc Alciatus *Emblem.* 8. succinit:

Gratia vocum judex vanitatum.

In trivio mons est lapidum: supereminet illi
Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.
Mercurii est igitur tumulus, hoc tramite vitæ
Fallimur, ostendat in Deus ipse viam.

Alciat.

Quapropter Mercurius in solium admittitur, unde Echo expellitur; quia contionator minimè movet audientes voce, quâ eloquenter aërem verberat; sed operibus, quibus iter in cœlum digito monstrat. Ostendit ille viam, per quam homines ambulent, ut amplectantur virtutem. Mercurius est sine linguâ: Echo tota vox, nihilque præterea. Mercurius digito loquitur: Echo vocibus operatur. Ille viam demonstrat, nè in avia aut devia errore viatores ambulando declinent: illa curiositate repercussionis vocum obstat, nè ambulent: verùm neutiquàm perveniet in sedes patrias, quemcumque ducit orationis curiositas. Echo dicebat sæpe, & geminatione verbi. Mercurius operatione loquebatur sine voce: in consortiumque Gratiarum assùmitur Mercurii imago, & eliminatur Echo; quippe non stat gratia prædicatoris in aëre, sive modo dicendi, sed solummodò in elegantia operandi sine contradictione. Thronus Gratiarum uti finis signatur, dum concionator tanquàm Mercurius exponitur: igitur ni digito monstret viam, ex auditoribus nemo perveniet ad gratiam.

Concionator cur Mercurio similis?

Ejus gratia non in modo dicendi, sed in efficacia operandi.

Di-

Prov. 6. 13.

10 *Digito loquitur* : dicitur à Salomone. Unde hujusmodi locutio? Operibus loquuntur manus, ut prædicator signetur sacer Mercurius : quippequàm efficacior inelegans loquela manuum, elegantissima ostentatione verborum. Floridissimè profectò dicitur : *Locutus est Dominus ad eos* (fregerant filii Aaron præscripta legis) *per manum Moysi*. Præcepta coram refractoribus exponuntur per manus? Utique. Operatione dictantis, audientium movetur pectus : siquidem nil magis impellit vel rebelles, in observantiam legis, quàm exempla prædicantis. Non ille dicitur concione locutum fuisse, sed Deus in Moysis concione. Moyses à cunctis auditur, & Deus loquitur? Quippè. Plauditur ejus prædicatio : igitur fiebat legum adimpletione mira locutio, quæ constabat operum voce, & verbi efficacitate; quoniam excellens mirifica prædicatio, haudquaquàm ubi prædicator loquitur in concione, sed ubi Deus loquitur in oratore loquente.

Quomodò loquetur digito?

Levit. 8. 36.

Movent in observantiam legis exempla concionatoris.

Deuteron. 10. 4.

11 Hinc decem præcepta dicuntur à Moyse *Verba decem*. Perquàm aptè. Verba fœtus patent linguæ: præcepta oriuntur ex lege, quæ opus expostulant, ut rationales factis legem adimpleant: pro eodemque usurpantur præcepta & verba, dum verba non vacua oculis demonstrant opera; igitur dum concionator operibus dicit, operum verbis quæ locuta præcipit. Iccircò *Mors & vita in manu linguæ*. Ad utrunque lingua concionatoris spectat: siquidem procul factis, æternæ vitæ verbis, quibus sanatur pectus, infert usque ad intima vulnus. Recogitandum est corde, sine vitâ prædicantis esse totius opus prædicationis inutile; imò nocuum conscientiâ & scientiâ audientium : quippequàm si horum sanant vulnera prædicatoris exempla; patet miserandum, auditores quærere in verbis legis salutem, & in exponentis vitâ respicere mortem. Igne magistro imbuat ora calor, quo oratio pulchrior : igitur pollet ita vitæ doctrina, quâ procul, illuditur uti larva. Unde Ovvenus *lib.* 2. ult. *Epigr.* 79. canit:

Unde ejus verba erunt mandata?

Prov. 18. 21.

Miserum, audire in ejus verbis salutem, & in vita respicere mortem.

Nuda Sacerdotis docti benè credere inertem
Verba docent populum; vivere vita docet.

Ovven.

Ut decuit, docuit, qui re sua verba probavit.
Plus malefacta nocent, quàm benè dicta docent.

DIDASC. V.

Qui in Confessione, non abjectâ proximâ occasione peccandi, loquitur, loquendo tacet.

1 PUlchrè Novarinus in *Umbr. Virg.* Excurs. 5. num. 111. dicit: *Sævitiam judicii subibit, qui contra sua crimina non sævit.* Quomodò erit criminis expulsio, ubi etiam odio homo se præbet arma iniquitatis peccato? Perperàm sæviet, qui vel fastidio indulget. Odium est amor: & nequaquàm peccatum expellit, qui expellendo fovet.

Novar.

Peccatum non expellit, qui expellendo fovet.

Quod esse temet autumas dignam nece,
Pars sanitatis, velle sanari fuit.
Obstare primum est, velle nec labi viâ:
Pudor est secundum, & nosse peccare modum.

Senec.

Inquit Seneca in *Hippolyt.* Act. 1. v. 139. & 248. Ita hæc carmina ordinat Delr. Si primum est, obstare, & labi nolle; secundum, nosse gravitatem & pudêre. Verùm trahitur omne malum, cùm noceat medicamentum; igitur vult, & non vult, odit, & amat, gravitatem noscit & portat, expellitur & trahitur, atque plodendo iniquitatem amplectitur, venundatus sub peccato; siquidem abest à pudore pudor. Accinit qui supr. ibid. v. 176.

In peccatore contentio rationis & appetitus.

Quæ memoras scio, sed furor cogit sequi
Pejora: vadit animus in præceps sciens,
Remeatque frustrà sana consilia appetens.

Idem.

2 O miser! Differs in seram commissa piacula mortem. *En oculi vestri vident, quòd os meum loquatur ad vos*: dicit fratribus Josephus. Quorsùm igitur conjunguntur verba & oculorum lumina? Ut fieret coram illis vera Josephi manifestatio, & oculorum illudusque cognitio, cùm idem doceret conscientia, quod dicebat lingua : quandoquidem confessio omninò falsa, dum alia audiuntur à linguâ proferente, & diversa in opere vident oculi. Veræ confessionis index, uti testatur SS. Confessor Christi Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 7. *Grad.* 5. & etiam cap. 4. *Instrum.* 50. *Si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes, vel mala à se absconsè commissa, per humilem confessionem Monachus Abbati non celaverit suo.* Metricè Bugnotius.

Genes. 45. 12.

Confessio perpera, quæ non dicuntur omnia.

S. Bened.

——*Patri si pectora pandas*
Cùm fueris sceleris conscius ipse tibi.
Non secus ac medicis æger cùm vulnera nudat,
Non morbo assiduo langueat ægra cutis.

Eug not.

Ubi peccati proxima occasio non fit confessio.

Hiccine labor, quandoque vincitur, ut absit præsentiâ dolor: igitur medicina animus languet qui dolore laborem non expellit; quippe estò dolendo pœniteat, habet secum, de quo maximè doleat, fovens in pectore aspida crimen, ubi secum portat criminis occasionem. Quapropter in confessione peccatorum non est confessio, quia in locutione criminum non est locutio.

3 Exponamus normam confessionis salutaris in confessione primi hominis pœnitentis. Deliquit, allectus Evæ blanditiis, ex amoris indulgentiâ, qua gliscebat serpentis industria. Cognoverunt se esse nudos gratiâ Conditoris, & nudatos arte insidiantis serpentis. Quærit Deus, quos vix conditos amiserat, & quærendo à malo avocat, atque in pœnitentiam vocat; ostendens pietatem, dum vult ostendere prævaricatorum crimen. O bona charitas! Ni Deus quæreret, medicum homo, quanvis æger, non quæsisset. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Venit Deus post patratam culpam discutere causam: *Et cùm audissent vocem Domini deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & uxor ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* Qui se abscondit, timet, qui timet peccatum noscit. *Vocavit Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es? Qui ait: Vocem tuam audivi & timui, &c.* Plura observatione occurrunt digna. Secum habebat excusationem criminis, in causa etiam latitantis uxoris, quæ in transgressionem impulerat conjugem. Quare ergo solus tribunali sistitur, ut asserat proprium crimen? Fœmina ibi latitat, quousque Judex ab illa rationem exigat. Cur complicem secum non adducit in senaculum, maximè habens in illa aliquam evacuationem objectorum? Solus exit? Solus, ut signetur punctum pœnitudine pectus. Exit confiteri crimen, exponendo præcepti transgressionem. Exit verè pœnitens confiteri coram Deo noxam, qua depopulatus est totam naturam humanam. Fœmina fuit occasio originalis peccati: & à se expellit, dum exiit fateri crimen; quippe pessima confessio, si secum afferret criminis occasionem.

Clementia Deitatis quanta in vocatione peccatoris!

Genes. 3. 8.

Vers. 9.

Pessima confessio, ubi criminis in recidivam occasio.

4 Ulteriùs. Arbor etiam occasio peccati fuit peccatorum refugium, sed non effugium; cum crimen advocaret in vindictam Deum offensum. Ibi erant pleni pudore, dolo instante, coram propositi frustratione: siquidem cùm se conamine cogitarent glorioso, cognoverunt se esse gloriæ possessione nudos. E barathro culpæ educere illos intendit, qui sponte condidit, ut ejus manifestaretur gloria, criminis indulgentiâ, collatâ inimicis gratiâ.

Inimicis gratia, maxima Deitatis gloria.

——*Adhuc post crimina lapsum*
Immersumque metu latebris, ac penè sepultum Mar. Vict.
Evocat, & revocat: nec longa exempla petantur.
Ipsa probat Dominũ mitem donatio culpæ.

Canit Marius Victor lib. 1. *Geneseos*, v. 467. Ab infelici statu transgressionis educere peccatorem propriâ confessione Dominus cogitat, & educit illum foràs, ac ab uxore sevocat. *Vocavit Dominus Adam.* Ibid. Cur non simul Evam, quæ simul admisit noxam? Deus ibi protoparentem contra, sententiam poterat ferre, causam dicere. Ibi etiam Adamus quibat crimen optimè confiteri. Ibi promere poterat peccata, siquidem viso dolo; dolorem è pectore excutiebat pœnitentia. Cur ibi non confitetur; & simul judicatur; sed extra arborem educitur? Ibi Adamus crimina quibat fateri, verùm nequibat benè fateri crimina ibi. Habebat occasionem peccati coram oculis ibi in arborem, quin ibi sistendo removeretur à criminis occasione: & ab illa removet Adamum divina clementia, ut ritè & rectè purgetur confessa noxa: igitur non rectè poterat confiteri delictum, qui ita occasionem criminis habebat ad manum. Esset pœnitudo, & non esset, si ibi peccata confiteri intendisset. Esset, quia conscientiâ criminis excitabatur in pœnitentiam facti. Non esset, quoniam erat in discrimine geminationis culpæ. Non cohærent in confessione detestatio criminum, & occasio iterationis peccatorum; quoniam confessa exponuntur extrinsecùs contra interna proposita: ad confessionem rectam pœnitudo est necessaria: perperàmque ibi habere quibat veram pœnitudinem; qui ibi habebat ad oculum & lubricam occasionem.

Confitetur malè, qui crimen confitetur cum criminis occasione.

Nec habet pœnitudinẽ, qui fovet noxæ occasionem.

5 Prætereà. Ibi erant trementes, loquentes de cordis levitate, facili fide, sine lapsus reflexione, & ruinæ generis, ac de fugâ amissæ felicitatis, quam tutò ser-

pentis ruptione posiderent, modò legislatori, ut par erat, credidissent. Ibi latens, quasi latêre posset, sese objurgans, conjugem pertæsus loquebatur, ut cogitat Perer. hìc *lib. 6. q. 2.* num. 129. dicens: *Quem ergo fructum habuimus, in quibus nunc erubescimus, nam finis noster mors est.* Collocutos fuisse, etiam asserit Mar. Victor. ubi supr. v. 536.

Perer. Rom. 6. 21

Sed non expertes agitat qui corda doloris:
Quò ruerint, quid perdiderint, quæ vita sequatur;
Quæ fuerit, tristis mentem conlatio vexat,
Quæ diversa magis cumulat: secumque volutant,
Quantò aliud jam sint, quantò mutatus uterque.

Mar. Vict.

Præ dolore & confusione, his verbis animam ad Deum Adamum elevasse, astruit Cyprianus, seu Tertullian. in sua *Genes.* vers.

O Domine affatus pavido sub corde tremisco
Magne tuos, nuduque metu frigente fatigor.

Cyprian.

Hæccine & alia proferebat in peccati detestationem, facti exprimens pœnitudinem: verùm sacer textus nec signat ullum verbum locutum Adamum, quousque egrediens ex ligni frondosi latebris, suffusus meritò, respondit objectis. *Qui ait: Vocem tuam audivi, & timui.* Quare igitur pœnitentiâ, & expressà per labium, non dicitur loqutum aliquod verbum? Sanè pridem confitebatur deliquisse, sed erat in ipsa occasione peccati: & mutescit qui loquitur confitendo peccatum, dummodò occasionem transgressionis habeat secum. Sanè confitebatur gravitatem criminis, cæterùm occasionem habebat coram oculis: minimèque loquitur, quantunvis peccata confiteatur, quicunque ab occasione peccandi non removetur. Ibi erat Adamus, sed exiit inde, respondens divinæ vocationi; tuncque locutum dicit textus: *Vocavit Dominus Adam, & dixit ei: Ubi es? Qui ait*: Dudùm lingua mutescit loquendo. Loquitur modò? Utique. Silentem crimen, etsi loquatur, reddit transgressorem. Loquitur, dum confitetur: & confessione loquitur, ubi remotà occasione lapsus, pungitur dolore pectus. Ubi arte dispungit dolor, quicquid ausus est malignitate furor: unde extra arborem, transgressionis occasionem, dicitur locutum protoparentem; quoniam remotà occasione proximà, verè compunctus confitebatur delicta.

Vers. 10.

Qui cum occasione relapsus peccatum dicit, confessione mutescit.

Quando removetur occasio, fit peccatorum confessio.

6 Denique. Ibi juxta arborem erat, commissò crimine, & interrogat Dominus, ubi esset. *Vocavit Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es?* Cur cernens & discernens quærit Deus? Virtus viva Dei mundi occultissima præsens implet, etiam in recessus diffusa penetrabilis exit. Ubi sit quærit non nescius Adam. Jurè. Secum non esse fatetur. Confessionem peccati, ut remittat, interrogatione intendit; sed non potest ibi. Scit Deus ubi est, sed est ubi non oportet. Quærit ut absolvat, sed ibi stantem ignorat, ut parcat; igitur locus oppositus indulgentiæ ex occasione peccati. Egredi jubet, ut cognoscat pœnitentem, quia ibi ubi stat, non cognoscit: igitur ad condonationem homo, estò peccatum fassus, à Deo nescitur, quousque à loco & occasione transgressionis egrediatur.

Vers. 9.

Pœnitens non cognoscitur, quousque à criminis occasione egrediatur.

7 De quodam energumeno asserit Lucas locutum, postquàm Dominus ab illo ejecisset dæmonium. *Locutus est mutus.* Perpende difficile argumentum. Non homo, sed dæmon erat. *Eiciens* (dicitur) *dæmonium, & illud erat mutum.* Quod astruitur de dæmone, quo pacto verum in homine? Quoniam homo possessus à dæmone, mutus erat. Proferebat verba, utebatur linguâ: attamen loquentis erat ad verba ligamen; quia secum habebat dæmonem: & modo dicitur peccata locutum, quippe ab illo Christus jam expulerat dæmonium. Modò loquitur, quia confitetur modò, & ducit in confessionem pœnitudo: pœnitudineque confitetur, qui loquens non loquebatur; igitur solummodò loquitur in confessione, occasione remotà, oblatà à dæmone. Confitetur peccata. In verba utique laxatur lingua. Hic est veræ confessionis index, dæmonem & occasionem criminis à se expellere. Appetitus urget, & nihilhominus de possessione dolet.

Luc. 11. 14

Mutus homo in confessione cum occasione peccati.

Et nihil est, quod nan effræno captus amore
Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammas.

Ovid.

Dicit vel Ethnicus lib. 6. *Metam.* Fab. 7. Quippe crimina, estò blanda vulnera, sanari confessione plurimi tentant; verùm in pejora labuntur, dum crimina confitentur; siquidem habent dolorem, sed non habent pœnitudinem, quandiù fovent confitendorum criminum occasionem. Si constat pulchræ confessionis ædificium, ubi stat non peccandi propositum:

Quis in confessione habet dolorem & non habet pœnitudinem?

tum; quomodò confitebitur verè, si aliud habet in linguâ, aliud in corde? Non confitebitur, licèt peccata loquatur: siquidem minimè confessione corrigetur erratum, cùm dæmonem habeat sotium. Hisp. *No puede aver emienda, teniendo al diablo en su compañia.* Mutus & loquax est diabolus, & homo cum illo mutus. Intendit loqui per confessionem, quin à se expellat, ut loquatur, dæmonem: & non loquitur, quisquis ita confitetur; quippequàm solummodò loquitur in confessione, qui expulerit dæmonem occasionem peccati.

Index veræ pœnitentiæ remotio occasionis peccati.

Mala occulta, pejora.

8 Audiatur Stoicus. *Omnia vitia* (ait *Epist.*56.) *in aperto leviora sunt: morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant, cùm ex abdito erumpunt, & vim suam proferunt: & avaritiam itaque, & ambitionem, & cætera mala mentis humanæ tunc pernicioſissimas scias esse, cùm simulata sanitate subsidunt.* Ecce vomica, & periculosior, quia occulta: & etiam est majus periculum, quoniam simulata sanitas, atque medicamentum: igitur qui occasione peccati per confessionem quærit sanitatem; non facit, sed simulat confessionem, laxà in voces & simul silente linguà; quia nec verbum loquitur, vel verbis loquens peccata.

Senec.

Quomodò erunt occulta, quæ confessione manifesta?

9 Contemplamini Davidem. Ore confessio fit ad salutem: & ille ait: *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem totà die.* Inveterata ossa intellige putrefacta: etenim pus peccati per os vomendum, serpit sensim usque ad medullam ossium: & patet cunctis, sed deficiente vità, esse putrida præcordia, tabefactumque pectus, quia fovebat virus. De doloso silentio adulterii, & dissimulatione peccati, intelligunt Maluend. & Cajetan. Peccata vulnerant, excusationes virulentè sauciant, quia dolosè medicatæ, ne studeat se sciens vulneratum, apertione, medicinæ. Unde queritur de putrefactis ossibus, abditis simulatione criminibus; quippe magis quàm à vulnere, icta fuerunt à dissimulatione: etenim vulnerum fovit augmentum; ubi se, ita percussum, minimè arbitrabatur vulneratum.

Ps. 31. 3.

Peccatum dissimulatum animæ præstans venenum.

Magis quam à vulnere perit ab occultatione.

10 Deinde. Manifestatione peccati, subvenitur veneno præsentiori culpæ. Silentio, tanquàm simulatione inficit pectus, ut non sentiatur vel doloribus vulnus: putrefactaque dicuntur ossa, dum exponuntur silentio dissimulata crimina; quoniam efficacius venenum criminum, est ignorare venenum: equidem nequit quærere salutem, qui ignorat infirmitatem: *Ossa: ideſt, ratio*: infit Cajetanus hìc. Ratio languit, imò putruit. Ratio? Næ: solummodò impos mentis, quit non dolere de vehementia doloris: & languet ratio, non quæsito remedio; quia signum amentiæ, despicere vulnerum sanitatem, quoniam sibi non sentiunt sensu dolorem. Patet virus, ubi desperatur salus: igitur dum remedium quæritur, non invenitur; quippe pectus curationi jam expositum, non solum patet percussum, sed putridè virulentum.

Venenum præsentius criminum est ignorare venenum.

Signum amentiæ non cognoscere.

11 Magis proposito. Vulnera occulta lethifera, quia non est quà exeant virulenta. Malum, vulnus occultum; sed pejus, ocultatio vulnerum manifestorum: etenim malis homines pereunt, dum simulatà sanitate subsidunt. Spe veniæ accedit pœnitens confessioni criminum, quippe in illa invenitur præstans remedium, quo reviviscat in carne anima mortua, priusquàm sanies perveniat ad ossa medicinæ negligentiâ: equidem vel Profanus monuit, dicens in *Andr.* Act.1.Scen.5. v.13.

Malum occultatio in manifestatione vulnerum.

Facta transacta omnia
Aliquid monstri alunt. Terent.

Vulneratus accedit in confessione medicinæ; sed interius malum abdit in confessione, non incumbens sanitati; peritque remedio, quia non remedium, sed solummodò sanitatis simulatio, qua aperitur in pectore vomica, cujus malignitate eripitur vita, & perit anima. Anima! Quo pacto, ubi medetur vulneri peccati, peccati confessio? Non usus est medicamine in salutem, sed in perniciem: igitur apertione vulnerum vulnera abscondit: unde simulatà sanitate, plus pectus putruit; quia aggravavit vulnus, ubi arte nudavit pectus.

Tacità occasione peccati lethale vulnus, dum magis nudatur pectus.

12 His clarebit ad præcipuum silentii argumentum, igitur asserit peccato clamare & simul clamore tacuisse. Non mirum peccato vel oculto clamasse; siquidem sufficit peccatum, ut minimè sit occultum, ut diximus *Tom.*1.*T.*5.*D.*22. à n. 14. Mirum jure vociferari & silere. Clamore non tantùm signantur voces, sed voces ingentes, siquidem vox intensa & cum impetu prolata. Silentio nec vox nec sonus auditur, aliàs non esset silentium: quo ergo pacto ossa putrefacta dicit David à taciturnitate, ubi asserit voces elevari clamore? Aptè Genebrard. ut vidimus præc. *Did.* n.7. subdit: *Clamare &* Genebrar.

Sufficit peccatum, ut non sit occultum.

tacere hìc non opponuntur. Confitebatur crimen, sed secum habebat criminis occasionem. Confitetur peccata, qui confitetur, peccati occasione remotà: & dum clamaret, in clamore taciturnitas signatur; quia cum occasione criminis in confessione loquens, quasi nihil loqueretur. Vox erat & grandis, & simul silentium vocis: etenim vox sine voce in confessione, ubi quisque confitetur cum occasione peccati. Non ritè homo confitetur peccatum, modò adsit in clamore silentium, quæ minimè oppositа, sanitate ex prolatione criminum simulatà: igitur si verba necessaria in vulneris pharmacum, in cunctis verbis prolatis non dicitur ullum verbum. Opponuntur tacere & clamare: cæterùm in confessione minimè, haud exturbatà recidivationis occasione: igitur vel loquente lingua, pectus abscondit peccata. Clamore remittuntur, silentio retinentur, majoraque fiunt: quippe virus in viscera retrocedit, hauriente confitente necem, unde poterat recipere sanitatem.

Confitetur peccata, qui confitetur occasione remota.

Silet loquens.

Et infirmatur medicamine.

Plin. 13 *In Nymphæo exit è petra flamma, quæ pluviis accènditur*: ait Plin. lib. 2. cap. 107. Etsi in lachrymarum encomium possimus dirigere cogitatum, quandoquidem uti in Magdalena, quæ in oculis lachrymæ, sunt flammæ in corde, plorante post Dominum, quoniam dilexit multùm, & crescente pectoris igne pluviis lachrymarum; in nostrum propositum utor notitiâ ut sit proficua confessio à peccatore facta. Flammam concipit pectus, ubi cor saxeum, quippe non sentit, neque vulnus de quo dolet, conexis detestatione peccati, & relapsus occasione. Expellere intendit flammam & excitat lachrymarum pluviam: verùm non sunt contraria flumina flammis, quoniam flamma in corde saxeo accenditur pluviis. Bona confessio, quam probant lachrymæ, peccatorum medicinæ. Ibi dolore quærendum remedium, ibi patet epoti toxici pharmacum, ibi suffocatur flamma: & ibi moritur qui gaudere quærit vità; quoniam majora venena vulnerum, ubi in pharmacum inquiritur sacrilegium. Non curantur vulnera vulneribus, nec pluviis flamma excutitur ab humanis pectoribus, modò adsit occasio peccati, ex quo sedet vulnus in corde; quia minimè conciliantur quæ dolore & pœnitudine dicta, & quæ sine dolore nec pœnitudine facta: etenim non est etiam in ore oris confessio, ubi deest in confessione cordis contritio. Retorqueatur illud Persii *Satyr.* 3. v. 81. Pers.

Magdalenæ lachrymæ.

Amplius periculum, ubi in remedium vulneris quæritur sacrilegium.

Rabiosa silentia rodunt.

DIDASC. VI.

Etiam in lachrymis audiuntur voces.

1 INDICATO Eloquio muto, exponenda est taciturnitatis declamatio. Verùm unde lingua sine lingua? Prorsùs in lachrymâ: igitur, ut ait Seneca in *Oedip.* Act. 5. v. 954. *Clamat lachryma.*

Et flere satis. Senec.

Satis utique, quia vox est lachrymis. Profert Ovidius lib. 3. de *Pont.* Eleg. 1. v. 99. & 157.

Gratia si nulla est, lachrymæ tibi gratia fiant: Ovid.

Hac potes, aut nulla parte movere Deos.
Nec tua si fletu scindantur verba, nocebit:
Interdum lachrymæ pondera voces habent.

Exprimunt quicquid latet in corde vividiore eloquio, cùm vel in non loquenda proferatur locutio: unde aptior lachrymarum plauditur lingua, quoniam loquitur pectoris etiam arcana. Audiunt fratres loquentem Joseph, quibus dicit: *Oculi vestri vident, quod os meum loquatur ad vos.* Ad quid exponitur linguæ loquela, cùm qui loquitur, semper loquatur linguâ: Dicit Textus: *Osculatus est Joseph omnes fratres suos, & ploravit super singulos.* Ploravit, & etiam locutus est: dicitque meditanter, se ad illos ore locutum, ob discrimen vocum labiorum, atque vocum lachrymarum: siquidem si vetba in labiis, insunt in lachrymis voces. *Quomodò loquitur?* Genes. 45. 12. V. 15. *Uti verba in labiis, insunt lachrymis voces.*

2 In infeliciorem statum devoluta Davidis anima, urgente in dolorem culpâ, prorupit in lachrymas, ut iterùm illucesceret felicitas, & abirent non redeunda peccata, nec levarentur fletibus mersa, nec resurgerent mortua, nec rebellarent à dolore debellata, nec demùm repullularent sepulta. Unde ad Dominum clamat: *Auribus percipe lachrymas meas.* Non poscit, ut aspiciat; sed ut audiat. Lachrymarum non est sonus, ut excitent aures: solummodò patent oculis: petitque pœnitens auribus divinis percipi lachrymam; ut in lachrymis signet nobilem linguam: siquidem proclivè exaudiuntur voces pœnitentis, ubi è lachrymis provo- Psalm. 38. 13. *Ad lachrymarum vocem ignoscitur crimen.*

veniâ procedunt voces. Non loquitur ad aures hominum: fletum dirigit in Deum, qui promptissimè intelligit, quæ homo non audit. Unde in Deum solummodò dirigit lachrymarum loquelam, quia solus intelligit fletus linguam.

Intelligit Deus.

3 Confugit ad voces efficaciores pro venia criminis, & incumbit tantùm lachrymis, quarum voces auris nullatenùs exaudiret; modò fletus linguam pro misericordiâ non haberet. Sunt lachrymæ mutæ, & sunt lachrymæ cum voce. Vox illarum oritur ex verâ pœnitudine criminum, corde abominante peccatum, exprimentibus lachrymis doloris vehementiam & amoris. Ni ita, animæ quantunvis lachrymentur, non plorant, sed plorantur, quia non loquuntur: exhibetque punctus corde Psaltes Regius lachrymas loquentes; ut exprimat veram pœnitudinem cordis: igitur obtinebit profectò criminum veniam, modò lachrymæ pro culpâ obtinuerint linguam. Intendebat, infixâ spinâ peccati, educere vel cum dolore, exhibitâ pœnitudine, corde verè conversò in offensum, quem placere cupiebat per dilectionem, scire volens an ille susciperet pœnitudinem, & præstaret gratiam, conferendo veniam. Unde auribus optat lachrymas percipi, in solamen cordis remissione peccati: igitur condonatio patet peccatorum, ubi lachrymæ pro remissione loquuntur.

Quæ lachrymæ mutæ, & quæ loquaces?

Quando loquuntur?

4 Floridæ aliquando dicuntur lachrymæ. Hinc Homerus *Odyss.* 11. v. 390. inquit:

Homerus.

Flevit floridas lachrymas.

Sunt ergo, quæ oculis obiiciuntur, steriles; floridæ verò quæ diriguntur ad aures. Fructus floridarum sunt fructus pœnitentiæ in remissionem peccati. Non habent fructum, ni exaudiantur: non possunt exaudiri sine clamoribus: optatque David percipi lachrymas auribus; quoniam arbitratur se restitutum ad gratiam, si coram Deo lachrymæ obtinuerint linguam. Ratio suppetit. Sunt lachrymæ steriles, quæ tantùm lachrymæ. Sunt lachrymæ floridæ, quæ reportant fructus pœnitentiæ. Hæ funduntur propter gratiam amissam: illæ propter inflictam à vindice pœnam. Floridæ exprimuntur ex dolore, & criminis pœnitudine: steriles oriuntur duntaxàt ex dolore, qui excitatur à malo perpesso, dum illarum movetur à bono amisso. Floridæ emanant ex dilectione: steriles tantùm ex vulnere: hæ obmutescunt: illæ loquuntur. Ubi lachrymarum loquela, patefit misericordia, quâ anima elevatur ad gratiam, dum demonstrat pœnitentiam. Steriles non exaudiuntur, quia non habent vocem: floridæ perforant clamoribus aurem: & auribus percipi cupit Propheta pœnitens effusas lachrymas; ut clareat condonatione criminis divina pietas; quandoquidem prompta in Deo condonatio peccatorum, ubi ut exaudiatur, etiam auditur clamor lachrymarum.

Quæ steriles, & quæ floridæ?

Lachryma exauditur, dum auditur.

5 In hujusmodi fletum conatur dirigere lachrymas Monachorum N. Legislator Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 57. dicens: *Mala sua præterita cum lachrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri.* Perpende: *Mala præterita*, ne veniant, quæ sanè sine lachrymis futura: præterita, & non præsentia dicuntur; quoniam crimina non nisi extra Monasterium. *Cum lachrymis & gemitu*: ideſt, cum gemitu lachrymarum per Hendiadym. Quod videtur impossibile, astruit perfectionem pœnitentiæ. Gemitus auditur, lachrymæ videntur: & dicit gemitum lachrymarum, ob consolationem pœnitentium: siquidem cùm gemitus cordis explicetur lachrymis; veniam impetratam indicant, si præ dolore cordis lachrymæ clamant. Clariùs dicit cap. 52. *Si vult alter orare, oret, non in clamosâ voce, sed in lachrymis, & intentione cordis.* Vox lachrymarum exponitur, & vox clamosa. Hæc labiis, illa oculis: & ubi intenditur pœnitentia, non admittitur vox clamoris, sed clamor duntaxàt qui latet in lachrymis; quoniam ut explicent cordis pœnitudinem, habent lachrymæ vocem meliùs clamantem. Vox in lingua demonstrat dignam in oculis lachrymam: lachrymæ verò clamantes remissam culpam: & Benedictus intendit in plorantibus non lachrymas, sed lachrymarum voces; ut corda purificentur à labe criminis: igitur minimè plorandum propter criminis pœnam, sed duntaxàt propter culpam. Lachrymæ silentes uti steriles plorantur, ut plorentur: lachrymæ floridæ: ut gratiam ab offenso consequantur: solicitaturque in lachrymis clamor lachrymarum; quia illarum voce remissio obtinetur peccatorum. Voces & lachrymas exponit: sed Deus voces lachrymarum diligit: quandoquidem inter linguam clamantem & lachryman eloquentem, priùs audit voces lachrymæ, quàm clamorem linguæ.

S. Bened.

Vita Monachi pura.

Unde lachrymarum clamor?

Idem.

Cur vox linguæ in lachryma?

Cur clarior linguarum voce?

6 Exit Agar è domo Abrahæ secum affe-

afferens in patriam Ismaëlem, qui quidem causà exilii utriusque, quippe Sara vidit cum Isaaco jocantem. Notescit quanta circunspectio erga religiosam domum, quà vel ludus movit zeli fastidium: siquidem haud facilè totis viribus expellitur, quod aliquando per jocum introducitur. Viaticum secum portat, sed in solitudine Bersabeë cum filio hinc inde miserè errat; deficienteque aquà, etiam deficiebat geniti vita. Haud illi aliud pignus ex domo Abrahæ, quod magis conciliaret dilectionem, sed videbat præ siti animam exhalantem: & illa projecit puerum subter unam arborem, *& sedens contra levavit vocem suam.* Nonnunquàm Deus adjutor in opportunitate, in tribulatione; etenim *exaudivit Dominus vocem pueri.* Quamnam vocem? Nullam gnatus emisit. Mater sanè clamavit. Quare ergo non dicitur, Deum exaudisse vocem genitricis clamantis, sed vocem pueri silentis? Si silet, tacet; & silentis nulla vox, nec sonus in ore: quo igitur pacto exaudivit Dominus vocem pueri? Flevit sanè. Sit ergo: verùm quid inde? Dei innotescit pietas, igitur pronum ingenium in lachrymas; siquidem in illarum silentem vocem, Pater clementiæ habet patulam aurem.

A religiosa domo vix totis viribus expellitur, quod semel per jocum introducitur.

Genes. 21. 16. Vers. 17.

Deus audit lachrymæ vocem.

Clarior vox lachrymæ voce linguę.

7 Mater clamore non silet, filius tacet. Nullo modo: altiùs vox elevatur, dum clamor pueri exauditur. Illa clamat, ille plorat: & Dominus utriusque vocem audiens, plorantis exaudit voces; quippequàm inter vocem & vocem, clarior plorantis. Vox utraque dirigebatur in cœlum ab illo implorans auxilium. Genitricis, clamore & elevatione vocis: nati, silentio & angustià pectoris: & vox exauditur pueri plorantis, & non clamor genitricis; quoniam à cœlo citiùs quàm clamor labiorum, exauditur silentium lachrymarum. Citiùs à cœlo exauditur, quo citiùs frangitur. Frangitur vocum sonitu, frangitur fletu. Hujusmodi sagittis cœlum petitur, & præsentiùs, quò velotiùs pervenitur. Unde inter vociferantem matrem, & puerum flentem; exaudivit Dominus vocem pueri, allectus sanè efficaciore voce: siquidem tametsi lingua & lachryma loquatur, clarior vox lachrymarum, quàm clamor vocum.

8 Observetur itaque in lachrymarum pretiositatem circa hunccine textum offensionis acumen. Uterque ploravit. De genitrice dicit Scriptura: *Levavit vocem suam, & flevit.* De filio asserit Cajetanus: *Exaudivit Dominus vocem pueri. Hinc habetur* (infit) *quòd non sola mater querula voce flevit, sed etiam puer sub arbore jacens.* Claret argumentum difficile. Si vox lachrymarum à cœlo auditur, priusquàm vox clamoris exaudiatur; illa levavit vocem, & flevit; dum ille solùm ploravit. Quare nanque non exauditur audita vox plorantis genitricis, sed pueri tantùm plorantis? *Imò*, subdit idem ibid. *habetur, quòd puer vocem suam direxerit ad Deum, mater autem ad mortem filii.* Floridissimè. Utriusque clamant lachrymæ, sed pueri donantur æstimatione: igitur majus habent pretium, quæ propter Dei amorem effunduntur.

Vers. 16.

Vers. 17.

Cajet.

Pretium lachrymarum ex intuitu cordium.

Idem.

9 Aliud, ni fallor, latet. Lachrymæ Agar erant steriles, verùm floridæ lachrymæ Ismaël; siquidem per lachrymarum propositum, nactus est fructum uberrimum lachrymarum. Exilium cum vitæ discrimine secutum fuit peccatum Ismaëlis, ex quo pœna genitricis. Asserunt Rabbini, uti observat hic Pererius *Disp.* 1. num. 9. ex Hieronym. in *Tradit. Hebr.* ludum Ismaëlis cum Isaac fuisse provocationem in idolatriam erectione imaguncularum, ad instar puppularum puerilium, quo joco percita Sara haud acquievit, quousque Ismaël cum genitrice exularet. Ita etiam Lyra. Patent voces lachrymarum, & etiam fletus studium. Lachrymæ pro pœnà vel clamantes silent: lachrymæ pro culpà, estò sileant, vocem habent. Cœlum utrasque audit, sed non exaudit, quia quasi non effusas prætermittit. Unde, etsi plorantem, non audit genitricem; quia nullam habebant ejus lachrymæ vocem. Tacebat puer, sed plorabat, dirigens fletum in Dominum, propter scelus commissum, ut conferret gratiam post defletam culpam. Voces habent & non habent lachrymæ ex doloris directione: exauditque cœlum, quem audivit tacentem; quoniam lachrymæ illius optatam habebant vocem.

Genes. 21. 9.

Quisnam jucus Ismaelis cum Isaac?

Lachrymæ unde vocales?

10 Denique. Ab oculis utriusque lachrymæ prodeunt, & cœli non duris illas vultibus aspiciunt. Mater dolore filii, & morte imminente, clamando plorat. Filius præ dolore culpæ plorando clamat. Sunt illi voces silentes, huic verò silentia voces. Juxta directionem doloris excitantis fletum, cœlorum volat auxilium: exauditurque vox pueri silentis, & minimè vox genitricis clamantis; quia illa plorabat propter doloris pœnam, & ille lachrymabatur propter culpam. Illa propter doloris urgentis cruciamen: ille, quia sibi vi-

Qui pro pœna clamando plorat, qui pro culpa plorando clamat.

de-

debatur dolenti non habere dolorem. Illa contemplabatur vindicem Dominum: ille scelere offensum. Illa, quia dolebat: hic quia amabat. Ad utrumque cœlum promptum, sed velotius in dilectionem auxilium. Ad singulos pennis aptata divina pietas, cæterùm promptior in pretiosiores lachrymas: auditurque vox pueri, & plorante genitrice; quia acceptiores cœlo sunt lachrymæ pœnitentis, propter offensæ pudorem & amorem Deitatis.

Unde illarum pretium?

Plin.

11 *Oculos lachrymis sese purificant*: ait Plinius *lib.* 11. cap. 37. Aptiùs diceret purificationem animarum ex lachrymis oculorum; igitur rapiunt gratiam, dum divinam lachrymantur offensam. Qui habet dolorem, lachrymetur, non dolorem, sed crimen. Iccircò S. Benedictus dicit ubi supr. n.5. *Mala cum lachrymis quotidie Deo confiteri*: siquidem difficile opus purificationis, nisi quotidianis lachrymis. Compungitur sæpe homo criminis dolore: lachrymatur, verùm non dolet de crimine, cujus fletus debet esse perseverantia, quandiù stiterit memoria, quæ excitat semen lachrymarum in fructus pœnitentiæ, in exterminium peccati; verùm semen fugit flentem, & natum aruit quia non habebat humorem. Quapropter quotidianis lachrymis deplorandum est crimen, ut Dei adipiscantur acceptionem. Qui ob dolorem plorat, cessat, dum transit labor: in crimen plorante perseverat dolor: signaturque à Benedicto quotidianus fletus, ut ritè vacet lachrymationi Monachus: etenim constat per quotidianam lachrymam, deplorare dolentem gratiam amissam.

Potestas illarum.

S.Bened.

Quomodò in illis animæ purificatio?

In Monachis quotidianæ sint lachrymæ.

12 Hujusmodi species lachrymarum exponuntur sub metaphorà fluminum & fontium. *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim*: inquit David. Ut fiat antithesis, lege sic: *Posuit flumina in aridit atem, & exitus illorum in sitim.* Adisis Cajetanum. Flores & fertilitas oriuntur ex irrigatione aquarum: & ariditas signatur telluris cordium cum irrigatione fluminum; quia quæ poterant esse floridæ in oculis, lachrymæ videntur steriles, indicantes cordis siccitatem, & exitus aquarum in aridissimam sitim: igitur non effusa pro crimine, sed pro dolore pœnæ, omninò sterilis, arida, sicca lachryma; quantunvis corda convertantur in flumina. Aqua non sitit, quippe aqua sitis extingitur: & in oculis, exitibus aquarum cordis, aqua desideratur; quoniam etsi ex aqua, gutta prorsùs sitibunda, ubi in lachrymarum fluminibus non est aqua.

Ps.106.33

Unde lachryma sitibunda, & sine aqua?

13 Nota contextum. *Terram fructiferam in salsuginem.* Haud facile captu, igitur salsinagine terra vacat à fructu. Unde in terra hujuscemodi plaga? *A malitia in habitantium in ea.* Malitia cordis est, ex semine pretioso ac feraci lachrymarum, sponte perdere fructum. In salsuginem convertuntur quæ dulces, ubi dignæ fletu lachrymæ cordis plorantis, quia recedunt cœlum sagittantes ab scopo, quandiù pro amisso haud movetur lachrymatio: in salsuginemque signatur conversus lachrymarum fructus, & fructus amissus; equidem quibant esse fructiferæ, si pro Dei offensà prodirent lachymæ. Jurè exponitur plorantium malitia, & simul malitiæ turpis insipientia: igitur eisdem expensis, in summùm, doloris emunt auxilium, cùm possint emere cœlum.

Vers.34.

Fatuitas est lachrymari, & fletu pretiosiora non emere.

14 Causam demonstrat Propheta. *Posuit* (subdit) *desertum in stagna aquarum; & terram sine aqua in exitus aquarum.* Exitus aquarum sunt fontes, stagna verò sunt aquæ ex fontibus remanentes. Unde optatur aqua in exitibus aquarum, & lachrymis oculorum; quoniam licèt lachrymarum sit in oculis abundantia, haud recto fine, nec invenietur gutta. Stagna sunt aquarum, & sunt fontes aquarum pro fletus recti acceptione, & lachrymarum fine. Si pro culpa, fontes sunt; in vitam æternam saliunt. Si pro pœna, stagna fiunt, nunquâmque in cœlum perveniunt: unde oritur malitia habitantium in orbe, dum plorant malis oppressi: igitur in lachrymis effusis amittunt pretiositatem, quibus facilè quibant obtinere beatitudinem. Differentia patet in fletu Davidis & Jobi. Lachrymis ille rigat stratum: illius autem oculus stillat ad Deum. Aliæ ascendunt, aliæ descendunt? Utique. Intuitu plorantis fit ascensus & descensus ab oculis: siquidem effusæ pro pœna criminis stagnantur versùs terram, & pro culpa tanquàm fontes saliunt currentes in gloriam.

Vers.35.

Pretium lachrymæ sine pretio.

Psalm.6.7. Job.16.21

Unde illarum ascensus & descensus?

15 Aliter cogito: quandoquidem, ut canit Ovidius de *Consol. ad Liv.* v. 113.

Congelat interdùm lachrymas, duratque, tenetque.
Suspensasque oculis fortior ictus agit.
Erumpunt iterùmque gravant gemitusque sinusque.
Effusæ gravidis, uberibusque genis.
In vires abiit flendi mora, planior unda
Defluit, exigua siqua retenta mora.

Ovid.

Ecce

An pretiosiores dum currunt, vel dum stagnantur?

Ecce ex oculis fontis aquarum, & stagna, ut ritè ploretur culpa. Decidunt lachrymæ ex vulnere pungente criminis ex fontibus oculis, currentes in memoriam, ut Dei offensi nanciscantur gratiam, quæ omninò prompta, modò ibi fontes convertantur in stagna. Lachrymæ uti fontes prætereunt, lachrymæ uti stagna subsistunt: obtineturque amissa gratia, si lachrymæ stagnantur in memoria. Perspicuè. *Sunt nonnulli qui libenter verba Dei suscipiunt* (ait Gregorius Homil. 18. in *Evang.*) *ita ut etiam in fletibus compungantur; sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt.* Crimina cum lachrymis traduntur oblivioni, quia absunt quotidianæ lachrymæ. Cum offendunt reminiscuntur, & statim obliviscuntur, in quibus offendunt. Currunt fontis in memoriam, ut stagnentur, & animas abluant: deinde venit diabolus, & tollit de corde eorum, nè plorantes salvi fiant: siquidem remissionem lachrymis obtinerent, modò semper delicta in lachrymas cogitarent.

Greg.M.

Continua erit lachryma, si cogitatur culpa.

16 In domo Caiphæ erat Petrus, qui deliquit, ubi sese discipulum veritatis esse negavit. Crimen cognovit, ac statim ab occasione recessit. Erumpebant lachrymæ, ut stagnarentur in pectore, *& egressus foràs flevit amarè.* Retorqueatur Ethnicus ubi supr. v. 119:

Luc. 22. 62.

Ovid.

Tandem ubi per lachrymas licuit, sic flebilis orsus:
Singultu medios impediente sonos.

Christus philanthròpus vel offensus.

Sese tradidit in fletus juxta cognitionem criminis, & offensi etiam tunc in pœnitentiam vocantis. Flevit amarè, imò dulciter, dum ita flevit. Flevit itaque à Christo respectus ibi: pòst flevit amarè. Sanè pretiosas lachrymas. Verùm quare flevit egressus foràs? Ibi erat veritas, cujus aspectu erumpebat in fletus. Ibi prædicabat in crimen, cujus injuria provocabat in planctus. Haud magnum, ductum iniquitatis dolore, ibi plorare. Magnum reverà post aspectum vindicis madere lachrymis: igitur haud excitabat planctum præsentia offensi, sed torquens cogitationem acris cognitio peccati. Ibi ab alio arguebatur, extrà, à se arguitur: & dum egreditur foràs, liquefit in lachrymas, exprimens pœnitentiam propter offensam & amissam gratiam: igitur foràs haud plorat correptione offensi, sed cognitione peccati.

Petri lachrymæ pretiosæ.

17 Multoties corda peccatorum erumpunt in fletum, quia à Concionatore fœditas exponitur criminum: at licèt ab illis cognoscatur scelerum veritas; cessant à fletu, si egrediantur foràs: verùm Petrus foràs egressus, amarè cor dedidit in ploratus; quia memoria in lachrymas objecit crimen, ac si Christum videret respicientem. Ecce vera pœnitentia, memoriam scilicèt foràs excitare lachrymas, quasi pœnitens deflens non esset foràs. Vernaculè: *Que fuera despertasse al dolor dormido la memoria, como quando se atendia à la palabra divina.* Foràs ostendit lachrymarum frequentiam, ibi culpam lachrymarum causam: & foràs erumpunt lachrymæ & amaræ in detestationem lachrymabilis noxæ: etenim signa veræ pœnitentiæ, ubi audita fletum, cogitata verò crimina efformant amarum. Patuit post crimina planctus, quia recordatus est Petrus. Nulla sanè erit lachrymatio, si infertur peccatorum oblivio: quandoquidem exitus aquarum sine aqua, ubi fontes non sunt stagna aquarum in memoria. Cœlum desiderat: ergo peccator lachrymetur, ut audiat. Solatium utique habebit & non fletum. Accinit Æschylus in *Prometh.* v. 613.

Crebra cogitatione peccati oriuntur lachrymæ ex corde.

Vera pœnitentia, ubi audita crimina excitant fletum sed cogitata fletum amarum.

Flere & deplorare sortem,
Ubi quis consecuturus lachrymas
Ab auditoribus, habet justam moræ causam.

Æschyl.



TAU-

TAUTOLOGIA QUARTA.

APPARUIT DOMINUS IN FLAMMA IGNIS. Exod. 3. vers. 2.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 HUJUSMODI Tautologia est præludium Sextæ seq. igitur hìc in igne exprimitur Deitatis hieroglyficon, cùm dicturus esset Deus ex throno rubi: *Ego sum qui sum.* Ignis ante ipsum præcedit. Unde Moyses Deuteron. 4.24. *Deus tuus* (ait Israëlitis) *ignis consumens est.* Dionys. de *Cœlest. Hierarch.* cap. 15. & D. Thomas in *Isai.*10.& in *Epist.ad Hebr.*12. subtilitatem, splendorem,calorem & levitatem cum efficacià ignis Deo accomodant; qua de re in manu ejus ignea lex, atque in igne Prophetis apparuit. *Ezech.* 1. 4. 13. *Daniel.* 7. 9. Spiritus Sanctus in igne apparuit. *Act.* 2. 3. vel Ethnicus lib.6. *Æneid.* v.730. *Igneus est illi vigor.* Ac proposito nostro Prudentius in *Enchirid.* v.27. accinit:

Ignis divinitatis symbolum.

Sentibus involitans, Deus igneus ore coruſco
Compellat juvenem, pecoris tunc fortè magiſtrum.

Prudent.

Ut numen ignem adorarunt Ethnici. De Britannis refert Solinus *cap.* 31. de Ægyptiis, Diodor. *lib.* 1. *cap.*7. de Persis & Lyciis, Pier. Valer. lib. 46. *Hierogl. Ægypt.* cap. 33. de Cappadocibus, Strabo *lib.*5. ubi narrat de propugnaculo Pyræo,idest, igneo (quod Athenis in saxo sacro conditum) ibi esse templum Minervæ, & lucis inextinctæ lychnum cùstoditum à virginibus; cujus ritus meminit Plutarchus & in *Numa*, & *Problem.* 75. De Romanis res nota est. Unde illud Ovidii lib.6. *Fastor.* v. 291.

Prisci Ethnici adorabant ignem.

Nec tu aliud Vestam, quàm vivam intellige flammam.

Ovid.

Igitur principium omnium rerum arbitrabantur ignem. Vide Alex. ab Alex. *Dier. Genial.*lib.6.cap.4. ibid. Tiraquell. & de *Nobilitat.* cap. 31. à num. 570. Vinc. Chart. de *Imag.Vestæ*,fol.148.Plutarch.lib.1.de*Placitis Philosoph.*cap.3.Cicer.lib.1.*Tusc.qq.*Hinc Virgilius in *Etna*, & Orpheus apud Apulejum de *Mundo*, dicunt:

Causa adorationis.

——Igne nihil insuperabile gigni,
Omnia, quo rerum natura semina jactat.
Spiritus est cunctis validi vis Jupiter ignis:

Virgil.
Orph.

2 Cuncta hæc è Chaldæis emanarunt. Quare Mar. Victor. lib.3. *Genes.* v. 166. de nepote Cham:

Quis primus?

Moxque parùm sano genitus de stemmate Nemrod,
Mole & mente gigas, Babylonis præditus aulæ,
Persarum capiens animos, venator iniquus
A juris sacris Domini transduxit ad ignem.

Mar. Vict.

Hinc tanta solicitudo apud Romanos perpetuitatis ignis, magnæ cladis omen auspicantes, si aliquà custodum incurià foculus esset in tenebris, quippe ignis ab Hectore traditus Æneæ pro auspicio novi regni, licèt extra patriam, ut canit Virgilius, lib. 2. à v. 293.

Ignem sacrum extingui, omen Romanis.

Sacra suosque tibi commendat Troja Penates:
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,
Magna pererrato statues quæ denique ponto.
Sic ait: & manibus vittas, Vestamque potentem,
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Virgil.

Imitatur Lucanus lib. 9. *Bell. Phars.* à vers. 989.

Votaque turicremos non irrita fudit in ignes
Dii cinerum, Phrygias colitis quicunque ruinas,

Lucan. *Æneæque mei, quos nunc Lavinia ſedes*
Servat & Alba Lares, & quorum lucet in aris
Ignis adhuc Phrygius, nullique aſpecta virorum
Pallas, in abſtruſo pignus memorabile templo.

Arbitrabantur per ignem homines mutari in numina.

3 Cenſebant Priſci idololatriæ ſtudioſi vim divinam igni ineſſe (Arbitror profectò, neſcio an obliquè, cum beneficum experirentur ignem, unumquemque pro Deo propriam adorare utilitatem) qua qui puriputi homines mutabantur in numina, relinquentes uti aurum in igne nomen corruptibilis terræ. Proinde Hercules uſtus dixit Alcmenæ matri, apud Senecam in *Oetæo*, v. 1963.

Senec. *Jam parce queſtibus. Quicquid in nobis tui*
Mortale fuerat, ignis injectus tulit
Paterna cœlo pars data eſt, flammis tua.

Cyprian. Cyprianus Libell. de *Idolor. variet.* inquit: *Caſtor & Pollux alternis moriuntur, ut vivant. Æſculapius ut in Deum reſurgat, fulminatur. Hercules ut hominem exuat, Oetæis ignibus concrematur.* Hujus apotheoſim deſcribit Ovidius lib. 9. *Metam.* Fab. 4. canens:

Ovid. *Omnia qui vicit, vincet quos cernitis ignes.*
Nec niſi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet. Æternum eſt à me quod traxit, & expers,
Atque immune necis, nullaque domabile flammâ,
Idque ego defunctum terrâ, cœleſtibus oris
Accipiam.

Igni appropriabant renovationem cunctorum.

Terrenum omne comburi oportere dicebant, ut in Divos tranſirent. Iccircò Ceres adamans Triptolemum vel infantem, volutabat in igne, ut immortalis evaderet, ſed mater ab igne ſubtrahens immortalitatem impedivit. Audi quem ſupr. lib. 4. *Faſtor.* v. 435.

Idem. *Noctis erat medium, placidique ſilentia ſomni,*
Triptolemum gremio ſuſtulit illa ſuo:
Inque foco corpus pueri vivente favillâ
Obruit, humanum purget ut ignis onus.
Excutitur ſomno ſtultè pia mater: & amens
Quid facis? exclamat, membraque ab igne rapit.
Cui Dea, dum non es, dixit, ſcelerata fuiſti:
Irrita materno ſunt mea dona metu,
Iſte quidem mortalis erit, &c.

Quo ritu natalis Urbis celebrabatur?

Mira cogitabant de igne in renovationem: quapropter in natali Urbis, quod quidem feſtum vocabant Palilia, de quo in *Ephemerid.* 20. *April.* n. 16. per ignem tranſitum faciebant ad ſocios, ut idem dicit ibid. v. 667.

Idem. *Moxque per ardentes ſtipulæ crepitantis acervos*
Trajicias celeri ſtrenua membra pede.
Omnia purgat edax ignis.

Hebræi ſuperſtitionem gentium ſecuti.

4 Etiam apud Hebræos inolevit ſuperſtitio, quandoquidem filios ſuos per ignem luſtrabant. De Achaz dicitur 4. Reg. 16. 3. *Ambulavit in via regum Iſraël: inſuper & filium ſuum conſecravit transferens per ignem ſecundùm idola gentium, quæ diſſipavit Dominus coram filiis Iſraël.* Idem 2. *Paral.* 28. 3. De toto regno Iſraël, 4. *Reg.* 17. 17. De Manaſſe, 4. *Reg.* 21. 6. De habitatoribus Jeruſalem, *Ezech.* 16. 21. & 20. 31. Vide infr. à n. 49. Cogitabant igitur, aliquid divinum corporibus ingeri per ignem. Quapropter Rabbini excogitarunt Eliam ab Angelis tractum per ignem, & involutum recens natum ignitis pannis, ut immortalis evaderet; obeſsèque intelligunt patrio caſu ly *Terræ* in illud Eccli. 48. 3. *Dejecit de cœlo* (Hebr. *Aſe*) *ignem terræ*: quaſi non ignem miſiſſet in terram, ſed vi ignis à ſe excuſiſſet quicquid habebat terrenum.

Eccli. 48.

Elias igne nutritus.

Vide Epiphanium de *Vit. Prophet.* Idem ſomniarunt de Moyſe. Alii, quia igne nutritus ab infantia: alii, quia prunas triennis candentes voravit, cùm à vate Ægyptio peteretur ad mortem, quoniam diadema regale calcavit, quod ominoſum viſum eſt: & ut patêret, an feciſſet pueriliter, vel meditanter; ignis illius ori applicatus ab Ægyptiis, devoratus à puero, confirmavit vaticinium: ſtupuêre cuncti, verùm ut remaneret tanti miraculi veſtigium aliquod, ab inuſtione vitium linguæ contraxit, de quo queritur *Exod.* 4. 10. dicens: *Impeditioris & tardioris linguæ ſum.* Ita nugantur Rabbini (omen diadematis refert Joſephus lib. 2. *Antiq.* cap. 5. reliqua Petr. Comeſt. in *Exod.*

Moyſes prunas ardentes voravit.

Exod. 4.

Joſeph.

Comeſt.

cap.

cap. 5.) duce Rabb. Salomone, ſicut de igne à Deo dato è cœlo Moyſi in erectione Tabernaculi (de quo Nos in *Ephemer.* die 8. *Mart.* n. 5.) aſtruunt, habuiſſe formam leonis, aquis obrui nequiiſſe, ſine fomite duraſſe, & panno purpureo involutum per quadraginta annos fuiſſe à Moyſe cuſtoditum: cui quidem ita familiaris ignis, ut Deus illi in igne apparuerit in Horeb, & dum pergeret in Ægyptum liberaturus populum, è terra erumpente flammâ, vocem audiviſſe dicentem: *Eja perge: brevi liberabis Hebræos.* O ſtultiſsima capita, fatuitatum ſtudioſa! Abeant ergo ad corvos iſtiuſcemodi deliria. *Proprietates miræ ignis ſacri.* *Rabb. nugæ.*

5 Ex igne ſanè Gentiles fauſta & infauſta auſpicabantur. Seneca in *Oedip.* Act. 2. verſ. 308. inquit:

Subitò refulſit lumen, & ſubitò occidit.
Utrumne clarus ignis & nitidus ſtetit,
Rectuſque purum verticem cœlo tulit,
Et ſummam in auras fuſus explicuit comam?
An latera circum ſerpit incertus viæ
Et fluctuante fervidus fumo labat?
Non una facies mobilis flammæ fuit. Senec.

Lucanus lib. 1. *Bell. Pharſal.* verſ. 549.

——Veſtali raptus ab ara
Ignis, & oſtendens confectas flamma Latinas,
Scinditur in partes, geminoque cacumine ſurgit. Lucan.

De quò latè Papin. Statius in *Thebaide.* Denique Virgilius lib. 7. *Æneid.* v. 204. Hoc totum refertur ad antiquam ſuperſtitionem Pyromantiæ, ideſt, divinationis, quæ capiebatur à flamma: Capnomantiæ, quæ à fumo: de quarum vanitate conſule D. Thom. 2.2.q.95. Iſidorum lib. 8. *Etymol.* cap. 9. Salisberienſ. in *Polycratic.* lib. 1. cap. 12. lib. 2. cap. 17. Delr. de *Magia*, & fusè Michaël. Medin. lib. 2. de *Vera fide*, cap. 2. *Superſtitiones & divinationes ab igne.* D. Thom. Iſidor.

6 Ignis inſigne ſemper portendit majeſtatis, & auctoritatis. Perſarum reges, qui ſe filios Dei ſomniabant, nonnunquàm ignem præ ſe ferebant, in quorum cubiculis vigilem flammam nutriebant. Herodotus in *Euterp.* Juſt. Lipſ. in lib. 1. *Annal. Tatic.* & in *Sueton. Tiber.* cap. 14. Barnab. Briſon. de *Imper. Perſ.* lib. 3. Cauſin. lib. 1. *Symb.* 21. & alii. Ex his traductus eſt mos ad Romanos Principes in ſignum ſummæ poteſtatis. Ita Herodianus in *Commod.* & *Pertinace.* Cœl. Rhodig. *Lect. Antiq.* lib. 15. cap. 15. Alex. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 28. Unde Corippus de Juſtino & ejus adventu canit: *Ignis majeſtatis regiæ inſigne.* Tacit. Cauſin. *Letitiæ ſignum.*

——Prænuncius ante
Signa dedit curſor, poſita de more lucerna.
Exoritur lætum jucunda per agmina murmur
Intentos oculos ad ſedem vulgus herilem
Extulit aſſurgens: quoniam plebs læta videre
Felicem dominum, ſummo cupiebat amore. Coripp.

Cæſar. lib. 3. *Bell. Civil.* aſſerit, cunctos milites juſsiſſe caſtris contineri, igneſque fieri prohibuiſſe, ut ejus occultaretur adventus. Virgil. lib. 4. *Æneid.* v. 167. *Fulſere ignes, & conſcius æther.* lib. 9. v. 166. *Collucent ignes, noctem cuſtodia ducit.* Aptiùs lib. 4. v. 731. & noctem *flammis funalia vincunt.* Homer. 10. *Iliad.* v. 12. *Mirabatur ignes multos, qui ardebant ante Ilium.* Plura videſis apud Jul. Cæſar. Bulenger. de *Rom. Imper.* Aliquod ſignum hujuſmodi majeſtatis videtur in Judith. cap. 3. 9. ubi de civitatibus in Holofernis adventu dicitur: *Excipientes eum cum coronis & lampadibus, ducentes choros in tympanis & tibiis.* Blandimen illi erat hujuſmodi apparatus, quippe mos, principes ſignari igne prævio. Iccircò Græc. in v. 17. cap. 10. ad illud: *Cumque intraſſet ante faciem ejus*, legit: *Exivit in proſcenium* (Hiſp. *Anteſala*: Latinè, *Proceſterion*, vel *Procœton* ex Græco) *& lampades ardentes præcedentes eum.* Aſtruitur etiam iſtiuſcemodi faſtus 2. *Machab.* 4. 22. ubi: *Antiochus magnificè à Jaſone & civitate ſuſceptus cum facularum luminibus.* Virgil. Homer. Judith. *Præcedebant habentes ſummam in Remp. poteſtatem.* 2. Machab. 4.

7 Antequàm prodigium rubi ardentis & non combuſti exponamus, non erit abſre, aliqua notata ab Antiquitate in medium proferre. Seneca *Epiſt.* 79. ait: *In Lycia, regio notiſsima eſt, Epheſtion incolæ vocant, perforatum pluribus locis ſolum, quod ſine ullo naſcentium damno ignis innoxius circuit. Læta igitur regio eſt, & herbida, nihil flammis adurentibus, ſed tantùm vi remiſsivà, ac languidà fulgentibus. Sed reſer-* *Arbores illeſæ ab igne, & inter ignes.* Senec.

vemus iſta, tunc quæſturi, cùm tu mihi ſcripſeris, quantum ab ipſo ore montis (loquitur de Etna) *nives adſint, quas ne æſtas quidem ſolvit. Adeo tuta ſunt ab igne vicino.*

Raviſ. Plin. De Larice mira narrant Plinius *lib.16.cap.39.* Majolus *Tom.1.Colloq.21.* & Raviſ. Textor. in *Officin.* lib.7. cap.17. ex Plinio dicit: *Incorrupta ei vis humori contumax: nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi conſumitur, quàm lapides.* Ipſi ſibi opponuntur: hic ibid. Plinius loc.cit. *cap.10.* ubi ſinguli dicunt: *Lariæ uſtis radicibus non repullulat.* Quomodò ignem repellit, cujus radices uruntur? De haccine arbore & aliis opinione, non veritate receptis, canit Claudianus *Epigr.* 3. v. 17.

Claudian.

Humida flammarum regio Volcania terræ
Ubera ſulphureæ fervida regna plagæ;
Quis ſterilem non credat humum? Fumantia vernant
Paſcua, luxuriat gramine cocta ſilex:
Et cùm ſic rigido cautes fervore liqueſcant,
Contentis audax ignibus herba viret.

Method. Ex Methodio in *Bibliothec.* PP. fol.923. ſolet aſtrui. *Vidi* (ait) *in Lycia in Olympo monte ignem ex imo terræ naſcentem, juxta quem ſalix adeo florida & viridis, ut ex fonte potius nata eſſe videretur.* Plura his atteſtantia refert Plinius *lib.2. cap.* 106. & 107. Solinus *cap.* 16. Ariſtoteles de *Admir.* cap. 123. ſed fuſiſsimè Majolus *Tom.* 1. *Colloq.* 22. Verùm magis placet, quod canit Lucretius ubi ſupr. *lib.*3. v. 786.

Lucret.

Denique in æthere non arbor, non æquore in alto
Nubes eſſe queunt, nec piſces vivere in arvis,
Nec cruor in lignis, nec ſaxis ſuccus ineſſe.

Prodigium rubi ardentis, non exuſti. 8 Relictis igitur quæ duntaxàt amœnitati eruditionis deſerviunt; de rubo mirè inter ignes laſciviente, loquemur. *Mirabile vidit prodigium* (ait Joſephus ubi ſupr.) *ignis enim rubi fruticem depaſcere viſus, nec frondes, nec flores, nec ramos quicquam læſit; cùm tamen inde maxima & flagrantiſsima flamma emicuiſſet.* Floridius Philo lib. 1. de *Vit. Moyſis* deſcribit theatrum. *Rubus ibi erat, frutex ſpinoſus & invalidus. Is nemine ignem admovente, ſubitò incenſus eſt, correptuſque totus à radicibus uſque ad cacumen, flammâ in morem fontis ſcatente, manebat integer & illæſus, quaſi non eſſet incendii materia; ſed ipſe ab igne aleretur. E medio promicabat forma quædam pulcherrima nulli viſibili ſimilis, divinum planè ſimulachrum, luce fulgens clariſsimâ, ut ſuſpicari poſſet Dei imaginem.* Aliqui parvi ducunt hujuſmodi deſcriptionem, eò quòd imaginem, ſeu ſpeciem divinitatis ibidem oſtenſam aſtruat Philo; & *Deuter.* 4. 15. dicatur filiis Iſraël, poſtquàm de cœlis in Sina Deus fecit audiri vocem ſuam, & in terra oſtendit ignem ſuum maximum, loquens de medio ignis: *Non vidiſti aliquam ſimilitudinem in die, qua locutus eſt Dominus in Horeb de medio ignis: ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem,* &c. Aſtipulaturque huic ſententiæ Theodoretus in *Exod.* q.6. cogitans ideo Deum Moyſi apparuiſſe in rubo, minimè in alia planta; quoniam inutile lignum ad artem, & imaginis vel levis expreſsionem. Ita etiam ignis in oſtento aſſumitur, quippe forma ignis non eſt imitabilis, nec ex illo imago efformari poteſt. Vide Angel. Magiſtr. in cap. 10. *Iſai.*

Phil.

Imago divinitatis in illo oſtenſa. Deuter. Theodor.

Frequens viſio Angelorum in aſſumptitio corpore. 9 Magni nihilominùs habenda eſt auctoritas Philonis in præſenti articulo; igitur periculum idololatriæ longè erat à Moyſe, ſicut ab aliis, quibus conſtat Deum per Angelos apparuiſſe. In forma humana viſum à Moyſe in rubo, aſſerit Irenæus *lib.* 4. *cap.* 17. ſcilicèt in aſſumptitio quaſi corpore, vel vero corpore, ut ſæpe viſi Angeli. Si ex flamma loquebatur, in illa aliqua imago debebat eſſe, cum qua loqueretur: aliàs dicemus, quòd loquebatur cum flamma. Quodnam ergo obſtaculum præpedit? Nonne apparuit in fornace Babylonica, & viſus fuit à Nabucho, dicente Daniel.3.92. *Ecce ego video quatuor::. & ſpecies quarti ſimilis filio Dei?* Hebræi, quia proni in idololatriam propter diuturnum Ægyptiorum commercium, nihil niſi ignem in legis promulgatione viderunt: cæterum Moyſes, Aäron, cæterique ſeniores, ut dicitur Exod. 24. 10. *Viderunt Deum Iſraël, & ſub pedibus ejus quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlum, cum ſerenum eſt.* Quin aliquid magni ſit, quod rubus nulli imaginis impreſsioni cedat: tùm quia in multis aliis hujuſcè conditionis apparere poterat, uti in frondibus & floribus, aut aëre: cùm quia nullum lignum inutilius ad opus, quàm vitis; ut dicitur, *Ezech.* 15. 4. Verumenimverò refert Plinius lib.14.cap. 1. *Vites jurè apud priſcos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Jovis ſimulachrum in urbe Populonia ex una conſpicimus, tot ævis incorruptum: item Maſſiliæ pateram.*

Dan.3.92. Exod. 24.

Celebriſsima go ex vite. Plin.

Me-

Metaponti templum Junonis vitigineis columnis ſtetit. Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur vite ana Cypria. Hæc ille: etiam Majolus ubi ſupr. *Colloq.* 21. ex Strabone *lib.* 2. 15. & 17. Neſcio ſanè, an credam: quod profectò credo & veneror, eſt ſimulachrum ſummi Jovis Dom. N. Jeſu-Chriſti crucifixi ex vite, tot ævis incorrumptum in Monaſterio S. Benedicti Valliſoletani, ſtupor quod infidelium, & fidelium patrocinium. Hoc opus dexteræ Excelſi, ſcitè elaboratum, ut admirationi cedat in tam parvo corpore tanta ſummitatis moles, & adæquatio ad unguem corporis humani, cujus imaginis ſacræ capilli & barba in argumentum ſemel facti portenti, creſcunt quotidiè. Aptiùs de hujuſmodi imagine, quàm de Palladis poſſum dicere, quod Q. Calab. lib. 10. *Pro Trojanorum incolumitate ſtabit Dea immortalis: neque illis ſimulachrum corruptioni obnoxium fabricati erant viri; ſed illud ipſum cœlitùs ipſe Jupiter in Priami urbem demiſerat.* Dicam ex Plin. ubi dudum: *Nec eſt ligno ulli æternior natura.*

Vera Servatoris crucifixi.

10 Signabat hujuſmodi viſio rubi ſplendore lucidi, ſtatum filiorum Iſraël in Ægypto. Unde optimè Philo ubi ſupr. *Significabat* (ait) *ardens rubus oppreſſos injuriâ Hebræos: urens verò ignis oppreſſores Ægyptios. Quod autem non exurebatur materia, portendebat non perituros, qui affligebantur inimicorum violentiâ, ſed conatum illorum fore irritum; illos verò evaſuros incolumes.* Suffragatur Prudentius in *Cathemerin.* v. 605. canens:

Cujus ſignum?

Phil.

Hunc ignem populus ſanguinis inclyti
Majorum meritis tutus & impotens,
Suetus ſub dominis vivere barbaris,
Jam liber ſequitur longa per arva.

Prudent.

Alii meditantur alia. De illibata virginitate Mariæ cum fœcunditatis honore, dixi *Tom.* 2. *T.* 2. *D.* 12. à n. 16. Solummodò addam, quàm congruè deſcribi hìc humanæ captivitatis remedium per Incarnationem futuram filii Dei (maximè in ſententia dicentium ignem rubi fuiſſe ætherium, deſcendiſſeque de proprio loco in rubum: de quo Pererius hìc *Diſput.* 4. n. 14.) qui juxta Theödoretum hìc q. 5. Oecumenium, Hilar. lib. 4. de *Trinit.* Ambroſ. lib. 1. de *Fid.* Tertull. lib. 2. contr. *Marcion.* Chryſoſt. in cap. 7. *Act. Apoſt.* & alios; apparuit in rubo, ſignans illo portento tempus futurum, quo nos Deos faceret, factus homo, novo ordine, nova nativitate homo novus, uti cœleſtis: igitur per divinitatem non eſt conſumpta humanitas, nec per humanitatem evacuata divinitas. Ignis in rubo incorrupto eſt divinitas in carne, quin caro confunderet divinitatem, nec divinitatis ignis humanitatis pateretur diviſionem.

Signabat Deiparam, & incarnationem Filii Dei.

——Nova junctio facta ſalutis,
Qua Deus atque caro nupſit honore novo.
Quo Deus amplexus carnem eſt, caro cuncta cohæſit:
Stat Deus, atque homo fit, Chriſtus utrumque genus.
Non Deus in carnem eſt verſus, Deus accipit artus,
Non ſe permutans, ſed ſibi membra levans.
Unus in ambabus naturis, verus in ipſis:
Æqualis matri hinc, par deitate patri.
Non ſua confundens, ſibi noſtra; ſed omnia nectens:
Quem ſine peccato gignit uterque virum.
Quando incorporeus ſibi corporis induit artus,
Æqualis matri fit, minor inde patre.

Venant.

Ita canit Venantius Honor. lib. 1. de *Part. Virgin.* à v. 30. Vide Dionyſ. de *Cœleſt. Hierarch.* cap. 12. & Auguſtin. libell. de *Trinit. & unitat. Dei.*

11 Hìc dicitur, Deum in rubo apparuiſſe: at Stephanus ait *Act.* 7. 30. fuiſſe Angelum: quod mihi valdè arridet, ſiquidem antiquas apparitiones ſemper mediis Angelis factas aſtruit Dionyſius ubi dudùm cap. 4. Auguſtinus lib. 3. de *Trinitat.* cap. 11. ſatisfacit dubio orto ex frequenti Scripturæ locutione, qua Deus dicitur, qui venit in nomine Domini. *Rectè* (inquit) *dicitur: Deus dixit, & Deus apparuit: & Angelus dixit, & Angelus apparuit; cùm illud dicitur ex perſona inhabitantis Dei: hoc, ex perſona ſervientis creaturæ. Cùm verba judicis præco pronunciat, non ſcribitur in geſtis: ille præco dixit, ſed ille judex.* Eadem Gregorius lib. 18. *Moral.* cap. 2. *Hinc eſt, quòd Angelus, qui Moyſi apparuiſſe deſcribitur* (ſubdit idem *Præfat. in lib. Job.*) *modò Angelus, modò Dominus memoratur. Angelus videlicèt propter hoc quòd exteriùs*

Cur Angelus apparens dicitur Deus?

Auguſtin. Greg. M.

riùs loquendo ſervìebat: Dominus autem dicitur, quia interiùs præſidens loquendi facultatem miniſtrabat. Cùm ergo loquens ab interiori regitur; & per obſequium Angelus, & per inſpirationem Dominus nominatur. Vide Vazquez in 1.p.*D. Thom.* q. 51. diſp. 185.

12 *Apparuit* dicitur, ſive ſit Angelus, ſive Deus; quia ſe viſibilem oſtendit, cùm apparitio connotet relationem viſibilis ad videntem, ſicut viſio videntis ad viſibile. Quæ quidem apparitio claruit per ſpecialem inibi operationem, ſcilicèt per rubum ardentem & non combuſtum, vel per vocem loquentis è rubo in medio ignis, quo Moyſes ſenſibiliter poſſet cognoſcere ibi Dominum, vel Angelum eſſe, haud quia neuter poſsit eſſe circunſcriptive in illo loco. Corpora itaque locantur per commenſurationem ad locum. Aliter Deus, & ſubſtantiæ ſpirituales: ſcilicèt per applicationem virtutis, vel operationem potentiæ ad locum. Sicut quantum occupat corpus aliquod, locum illius dicimus; ita quantum occupat, vel in quantum extenditur virtus ſubſtantiæ ſpiritualis, dicimus locum ejus: igitur ſecundum eſſentiam & quantitatem non habet locum. Deus dicitur eſſe in loco (vide D. Thom. 1.p.q.8.art.2.& in 1.*Diſt.*37.q. 2. art. 1.in corp.) metaphoricè, quia implet locum cauſalitate effectuum, non autem diſtantiâ dimenſionum.

Quomodò dicitur Angelum vel Deum eſſe in loco?

D. Thom.

13 *Apparuit in flamma ignis*, vel in igne flammæ rubi, de quo infrà num. 30, quia plures differentiæ ignis ſunt, quas videſis apud Platonem in *Timæo*, Pier. Valer. *lib.* 18. *cap.* 19. & Vicent. Chartar. in *Imagin. Vulcan.* fol. 259. Unde ferè triplex ignis ſpecies à Philoſophis ſignatur. *Ignis lux, ignis flamma, ignis carbo. Ignis enim in ſua ſphæra eſt lux* (ait Barthol. Anglicus, vel Grannuyſe lib. 10. de *Propr. rer.* cap. 4. ſed videtur loqui de luce cœleſtium corporum: ſiquidem elementaris ignis per ſe nec lucet, nec urit juxta Peripateticos) *ſed flamma dicitur in materia aeris, carbo autem in terrea ſubſtantia, ſive in feculentia materiæ groſsioris.* Idem aſſerit Berchorius in *Reduct.* lib. 6. cap. 4. Quod exprimitur *Ezech.* 1.13. ubi viſio exponitur tanquam ex ſplendore ignis, lampadarum & carbonum ardentium. Ignis igitur rubi non fuit, ſicut ignis linguarum in die Pentecoſtes, qui fuit ſignum advenientis Spiritus Sancti de cœlo, quandoquidem non ignis deſcribitur Act. 2.3 *ſed tanquàm ignis.* Quam modificationem obſervat Chryſoſtomus Serm. in *Pentecoſt.* Siquidem vim non habebat urendi, ſed illuminandi; ni myſticè accipias, ut Leo Pap. in eodem feſt. *Serm.* 1. quatenùs peccata ureret, & mentem illuminaret. Unde ſenſus auctoritatis eſt, quòd in ſignum ſenſibile advenientis Spiritus Sancti, fulgores, ſplendores, ſeu radii quidam aut lumina inſtar linguarum ignis, ideſt, flammæ quæ ſimilitudinem & figuram habet linguæ, videbantur diſperſa ſupra Apoſtolorum capita. Hinc Arator lib. 1. v. 138. poſtquam dixerat: *Linguarum populoſa ſeges*, addit:

Species ignis

Bart. Angl.

Quid eſt flamma?

Berchor.

Ignis Spiritus S. in adventu proprie non ignis, ſed ſplendor.

Arator.

—*Spiritus almus his datur in flamma.*

Ita columna Iſrael.

14 Ita arbitror fuiſſe columnam illuminatricem & ductricem Iſraël per deſertum, de qua *Exod.* 13. 22. & Alcimus Avitus lib. 5. à v. 402.

Ergo ubi ſignatis ſederunt millia caſtris,
Armatuſque pedes vulgus vallavit inerme,
Veſpere tum primo ſtanti aſsimilata columnæ
Inſiſtens, puro reſplenduit æthere flamma:
Non veluti noto dirum micat ignis in axe,
Prodita cum terris cœli portenta minantur
Aut morbis triſtem belliſque, aut cladibus annum;
Sed radiis fulgens, aut lumine candida læto,
Oſtendit nitidum caſtris mirantibus ignem,
Diffugiunt tenebræ, vicinaque ſidera cedunt.

Alc. Avit.

Ignis rubi non phantaſticus.

Verùm hoc infr. à num. 16. Neque ignis rubi fuit phantaſticus viſus à Moyſe allucinato, quaſi eſſet in rubo præſtigiatis luminibus, uti ille ignis in templo Feroniæ, de quo Majolus loc. cit. ſupra quem nudis pedibus ambulabant Sacerdotes, quos vel Varro ridet, præſtigiis tribuens hujuſmodi ſpectacula, celebrata à populo. Ignem phantaſticum in oculis diſcipulorum S. Legislatoris N. Benedicti excitatum à dæmone refert Gregor. Magn. lib. 2. *Dialog.* cap. 10. Alii verò ignes, de quibus Poëtæ, vel exaggerationes ſunt, vel communis inimici induſtria, ut cultus idolorum ſtaret, re vera applicando activa paſsivis, vel præſtigio, ſunt formati. Vide Cœlium Rhodig.

Apparens in templo Feroniæ.

Greg. M.

lib.

lib. 15. *cap.* 5. & 14. Ovidium *Metamorph.* lib. 2. Fab. 1. & Virgilium *Æneid.* lib. 7. verſ. 281.

15 Nec etiam eſt ignis fatuus, qui luſtrat & illuſtrat luminoſo fulgore quò vagatur, ut in lancearum mucronibus ſæpe viſum, refert Raviſ. Text. in *Officin.* lib. 7. cap. 53. ſupra humana cadavera humata & inhumata, maximè noctu, & in auriculis animalium feſſorum itinere, quotidiè videntur igniculi. Seneca lib. 1. *qq. natur.* cap. 1-2. 26. & Plin. lib. 2. cap. 37. Abundè Poëtæ. Virgilius lib. 2. v. 682. refert tanquàm omen cœleſte hujuſmodi ignem in capite Aſcanii. Et lib. 7. *Æneid.* v. 72. de Lavinia:

Ignis fatuus ſæpe viſus.

In quibus feliciter?

Et juxta genitorem aſtat Lavinia virgo,
Viſa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem.
Atque omnem ornatum flammâ crepitante cremari,
Regaleſque accenſa comas, accenſa coronam
Inſignem gemmis, tum fumida lumine fulvo
Involvi ac totis Vulcanum ſpargere tectis.

Virgil.

Æmulatur arrogantem, elegantemque ſtylum Valer. Flaccus lib. 1. *Argonaut.* v. 569.

Dixit, & ingenti flammantem nubila ſulco
Direxit per inane facem: quæ puppe propinquâ
In bifidum diſceſſit iter, fratreſque petivit
Tyndareos: placida & mediis in frontibus hæſit
Protinùs amborum, lumenque innoxia fudit
Purpureum, miſeris olim implorabile nautis.

Val. Flac.

Ita refulſit in cunis Bacchi vagientis, corpore immuni, uti refert Plutarch. lib. 1. *Sympoſ.* Idem canit de Jove Claudianus de 4. *Conſul.* Honorii v. 196.

At tua cœleſtes illuſtrant omnia flammæ.
Talis ab Idæis primævus Jupiter antris
Poſſeſſi ſtetit arce poli.

Claud.

Homerus pro indicanda felicitate Achillis 18. *Iliad.* v. 235.

—Viderunt indefeſſum ignem
Horrendum, ſupra caput magnanimi Pelidæ
Ardentem, quem accenderat Dea cæſia Minerva.

Homer.

De Servio Tullo Plinius refert *lib.* 2. *cap.* 107. & *lib.* 36. *cap.* 27. Florus *lib.* 1. *cap.* 6. ac etiam Apulejus de *Deo Socrat.* de Cleomeno, Herodotus *lib.* 6. de Mario concitante milites in ultionem Scipionum, Livius lib. 1. cap. 6. *Vidit Alexander Magnus caſtra noctu flammis undique fulgentia*: ait Caſpar Barthius in loc. cit. *Claudian.* Vide plura apud Pauſaniam in *Attic.* Artemidor. *lib.* 5. *cap.* 34. Valer. Max. de *Prodig.* & Commentator. Ariſtotel. in illud cap. 35. de *Admir.* ubi in Pythecuſis aſſerit ignem inveniri mirum in modum calidum, ſed minimè comburentem. Haud in rubo hujuſmodi ſpecies ignis, cùm rubus arderet. Quodnam ergo miraculum, rubum non comburi igne fatuo, aut imaginario? Majus eſſet miraculum, quod hoccine igne arderet, quàm quod vero igne arderet, & non combureretur.

Caſp. Barthius.

Nox illuminata.

16 Meteöra à Philoſophis dicuntur miſta imperfecta, quæ in ſublimi aëre gignuntur, ut pluviæ, nives, grandines, faces ignitæ, &c. quæ natura ex humoribus elatis in ſublime à terra variè efformat. In ſummo æthere cometæ micant; in medio ſtellæ, quæ à vulgo vocantur cadentes, capræ ſaltantes, & alia phænomena: in infimo aliquando mare videtur per longum intervallum ardere, fulgores quaſi ſtellas terris ſubſidere, potiſsimùm nocte; & lumine ſylvas, lucoſque effulgurare, de quibus Plinius lib. 2. cap. 25. & hìc Delecampius. Seneca in *Thyeſt.* Act. 4. v. 672.

Meteora ubi, & ex quo?

Sylva ſine igne ardens, & lucens.

Majora notis monſtra: quin tota ſolet
Micare flammis ſylva, & excelſæ trabes
Ardent ſine igne.

Senec.

Hæc & alia, quæ ſemper portenta, conficiuntur à natura vi caloris ex humido vapore: dicitur flamma, juxta Ariſtotelem lib. 1. *Meteor.* cap. 4. & *lib.* 4. *cap.* 9. ubi fervor & accenſio ſpiritus aridi fit. Unde licet frequenter vi conſtellationum appareant; dum phænomena irregularia ſunt, nullo obſervato naturæ ordine, nec loco, miniſterio Angelorum fiunt, ſive malum portendentia, ſive bonum. Stella quæ Magis apparuit indicans Chriſti nativitatem, non fuit à natura, ut cogitavit Albert. Magnus in *Specul.* vel quiſquis auctor libelli eſt, & Petrus de Alliaco in *Concordia Aſtrologiæ & Theolog.* In quos invehitur Sixtus Senenſ. lib. 6. *Biblioth.* cap. 10. ſed novum meteöron Ange-

Meteora ſpecialia & notabilia fiunt Angelorum miniſterio.

Stella Magorum, & columna Iſrael, non à natura.

gelicà vel divinà virtute è ſublunari materià formatum, quod ſecundùm divinam voluntatem movebatur, ut aſtruunt Leo Papa Serm.1. in *Epiphan.*D.Thom.3.p.q.36. art.7.& 8.aliique plures apud Suarium hìc. Similiter dicendum eſt de columna nubis & ignis:equidem in natura non ſunt vires,ut per tot annos quæ interdiù erat umbraculum ad arcendum æſtum à caſtris, noctù efformaretur in lucidiſsimam columnam, cujus fulgor vinceret vibratum à Sole, ut canit Prudentius in *Cathemer.*v.613.

Prudent.

Qua greſſum tulerant, caſtraque cærula
Noctis per medium concita moverant,
Plebem pervigilem fulgure prævio
Ducebat radius Sole micantior.

Motum illius, transformationem, vagationem & officia, ut clarè conſtet Angelorum miniſterium, deſcribit Alcimus Avitus ubi ſupr.v.425.

Alc. Avit.

Hæc inter clarum rediens lux pandit Olympum,
Flammea mox viſo pall ſcit Sole columna,
In nubemque redit totus qui fulſerat ignis.
Ecce (novum dictu!) cœlo ſervata ſereno
Ferventi radio ſe juſſa opponere nubes
Frigida condenſum cumulavit in aëra tegmen.
Tanta fuit pulchræ ſpecies oblonga columnæ:
Noctibus ignis erat, lumenque accenſa ferebat;
Cùm Sol torreret, gelidum dabat humida rorem.
Has, alternantem ducens cum tempore ſortem
Mutavit natura vices: ſubſtantia diſcors
Muneribus propriis concordem reddidit uſum.

17 Quomodò naturæ viribus quibat fieri, quod dicitur 2. *Machab.*cap.5. 2. ante ſecundum adventum Antiochi in Urbem? *Contigit autem per univerſam Jeroſolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aera equites diſcurrentes, auratas ſtolas habentes, & haſtas quaſi cohortes armatas, & curſus equorum per ordines digeſtos, & congreſsiones fieri cominùs, & ſcutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis diſtrictis, & telorum jactus, & aureorum armorum ſplendorem, omniſque generis loricarum.* De prognoſticis vaſtationis Urbis à Romanis ait Joſeph lib.7.de *Bell.cap.*12. *Supra civitatem ſidus ſtetit ſimile gladio, & per annum perſeveravit cometes::: nona hora nocturnà circum aram itemque templum tantum lumen effulſit, ut clariſsimus dies putaretur.* Poſtquàm verò refert, bovem in ipſo templo, cùm ad hoſtiam duceretur, peperiſſe agnum, & Orientalem portam ſpontè patefactam horà ſextà noctis, cum eſſet obſerata peſſulis qui vix à viginti viris movebantur; noſtro propoſito ſubdit: *Ante Solis occaſum viſi ſunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies trannantes nubila, & civitati circunfuſſæ.* Eadem refert Hegeſippus *lib.5.cap.*44.

2. Mach.

Prælia in aere, & alia ſimilia.

Mira meteora.

Joſeph.

Bos peperit agnum.

Idem.

18 Apud Ethnicos plura memorantur. Clypeus ardens ab occaſu ad ortum ſcintillans viſus eſt, L. Valer. & Cn.Mario Conſulibus. Conſulatu tertio Marii viſa ſunt ab Areminis,& Tudertibus arma cœleſtia ab ortu & occaſu inter ſe concurrentia,pulſis ad extremum, quæ ab occaſu erant: imminente Romanis primo bello civili, ignis ex haſtis ſubitò emicuit, & tubarum clangor in aëre concrepuit. Ita Rabiſ.Text. ubi ſupr. lib.7.cap.57. ex Plinio qui lib.2.cap. 57. infit: *Armorum crepitus, & tubæ ſonitus auditos è cœlo Cymbricis bellis accepimus, crebroſque & priùs & poſteà. Ipſum ardere cœlum, minimè mirum eſt, & ſæpius viſum majori vi ignis nubibus correctis.* Eadem narrat Julius Obſequens de *Prodig.*cap.7.& 9.& addit ſub tempora Syllana L.Scipione & C. Narbono Conſul. arma per cœlum volare viſa, armorum ſonitus, tubarum clangores, & ingentem clamorem atque horrendum auditum. Idem accidit in bello Auguſti contra Antonium,& priùs viſum in bello Pharſalico refert Eutropius *lib.6.*ita ut quanvis medio mari & tantà diſtantià,attoniti Antiocheni ſtrepitu armorum in aëre reſonantium,quaſi ad hoſtis adventum ad muros currerent.Virgil.lib.8.*Æneid.*verſ. 527.

Clypeus ardens viſus in aere.

Clangor tubarum.

Plin.

Arma volare.

Jul. Obſ.

Virgil.

—Iterùm atque iterùm fragor intonat ingens:
Arma inter nubem cœli in regione ſerena
Per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare.

Ante mortem Cæſaris inquit Ovidius lib.15. Fabul. ult. *Metamorph.* quem ſequitur Petron. in *Satyr.* Metr. 19.

Si-

Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
Terribilesque tubas, auditaque cornua cœlo
Præmonuisse nefas: Solis quoque tristis imago Ovid.
Lurida solicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces visæ mediis arderesub astris,
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ,
Cærulus & vultum ferrugine Lucifer atrà
Sparsus erat, sparsi lunares sanguine currus.

Manilius etiam lib. 1. *Astronom.* cap. ultim. à v. 257. fusè succinit:

Talia significant lucentes sæpe cometæ
Funera cum facibus veniunt, terrisque minantur
Ardentis sine fine rogos: cùm mundus, & ipsa
Ægrotet natura, novum sortita sepulchrum. Manil.
Quin & bella canunt ignes, subitosque tumultus
Et clandestinis surgentia fraudibus arma.
Arserunt toto passim minitantia mundo
Lumina, & ipsa tulit bellum natura per ignes,
Oppositque suas vires finemque minata est.
Nec mirere graveis rerumque, hominumque ruinas:
Sæpe domi culpa est: nescimus credere cœlo, &c.

19 Non secùs arbitror, dum pluit lanâ, sanguine, lacte, lateribus coctis, uti refertur à Textore ibid. ex Plin. lib. 2. cap. 56. & ab Hermann. Sched. passim: plura digna scitu invenies apud Q. Calabrum accidisse proxima clade Trojana, lib. 12. *Derel. ab Homer.* & ipse Homerus 11. *Iliad.* v. 53. *Pluviæ prodigiosæ.*

Jupiter ab alto dimisit rores
Sanguine madidos ex æthere, eò quod erat Homer.
Multa generosa capita Orco ante tempus dimissurus.

Gregorius Magnus Homil. 1. in *Evang.* infit: *Priusquam Italia Gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies vidimus, ipsum qui postea humani generis fusus est, sanguinem coruscantes.* Vide plura, si libet, apud Senec. in *qq. natur.* Lycosten. de *Prodigiis.* Augustin. Niphum in *Meteorologic.* Cornel. Gemmam de *Natur. divinis characterismis.* Alapid. in *Ezech.* 21. 9. & alios plures. Haud transilire possum, quæ his novissimis diebus in Gotholonia acciderunt. Sub vespera pervigilii Nativitatis Domini anno proximo 1704. primò ante tenebras venerunt tenebræ Sole sepulto: mox strepitus scloporum grandium, quos secutus est fumus, quasi gravidæ nubes, post quas subniger, qui paulatim crescens & totum hemisphærium ambiens, erupit inter equites & pedites sclopetarios in catenam insignem, nexibus miris, quorum audiebatur stridor, ac desinens in tonitrum quasi bombardæ horribilem, totum disparuit repentè meteoron. Hæc & alia similia nequeunt fieri vi astrorum, ut intendunt Niphus & alii; sed credenda sunt fieri ministerio Angelorum, utentium astrorum influxu, ventis & vaporibus in formationem spectrorum, Dei speciali providentiâ, in signum cladis alicujus futuræ: de quo consule Theodor. q. 15. in *Genes.* Damasc. lib. 2. de *Fid. Orthodox.* cap. 7. Bonavent. in 2. distinct. 14. q. ult. & Exim. Suar. loc. cit. 3. p. D. Thom. q. 36. Exitus acta probant, quandoquidem Theatrum belli Gotholonia est in Hispania, & ubi Discordia pomum injecit. Semper stragis, belli, famis & pestis prognostica sunt. Unde Jerosolymitani videntes in aëre suprà relata, *rogabant in bonum monstra converti*: ibid. v. 4. *Nullum cometæ genus illi horroris magnitudine, ac divinitatis specie comparandum, quàm quod visum anno* 1527. *die* 11. *Decembr. in occasu, in ditione Palatinatus* (ait Gemma ubi supr. lib. 1. cap. 8.) *Erat omninò cruentum nube terribili, stellis, hastis, & gladiis, etiam capitibus obtruncatis hinc inde circumdatum. Multi hoc spectaculo solo in morbum & syncopen incidere. Irrupit Turca potenti exercitu. Roma a Borbonio capta diripitur.* Hæc ille: aptiùs si acciperet de Martino Luthero. *Horrendum Phænomenon.* Greg. M. Gemm. *Aliud horribile.*

20 In hoccine rerum articulo solummodò possumus dicere quod Ludovicus Pius orto comete suæ mortis prænuncio, ut patuit: *Non alium timere debemus præter illum, qui nostri & hujus sideris creator est. Quia ergo me & omnes communiter hoc ostentum tangit; omnes pro posse & sapere ad meliora festinemus, ne fortè misericordiam illo prorogante & nostrà impœnitudine, nos illà inveniamur indigni.* Refert Lycosten. *Quid faciendum apparente cometè*

Jerem. costen. ubi supr. Intelliges modò quomodo exponendus est Jeremias 10. 2. *Juxta vias Gentium nolite discere: & à signis cœli nolite metuere, quæ timent Gentes.* Metuere hìc sumitur pro revereri. Hinc Genes. 31. 42. dicitur: *Deus Abraham & timor Isaac*: ideſt, Deus quem adorat & reveretur Isaac. Q.d. Ne colatis Deos more Gentium, igitur adorant universam militiam cœli, cujus in templis reverentur imagines, quæ signa Solis & Lunæ,&c. minimè autem quia hìc sermo fiat de meteöris,aut phœnomenis communibus, aut irregularibus, nec quod aliquem haberent influxum in actiones hominum liberas, ac voluntarias, ut docuere Plotinus lib.6. de *Fato*, Julius Sirenius *lib. 9. cap.* 35. imò Origenes, ut refert Eusebius de *Præp. Evang.* lib. 6. cap. 9. Hujusmodi ostenta semper timenda sunt. Unde Assertor N. Luc. 21. 11. prænuncia judicii signat *terrores de cœlo, & signa magna*: ac v. 25. *Erunt signa* (ait) *in Sole, & Luna & stellis.* Imò Luc. 12. 56. dicit: *Hypocritæ faciem cœli & terræ nostis probare. Cùm videritis nubem orientem ab occasu statim dicitis: Nimbus venit: & ita fit: & cùm austrum flantem, dicitis: Quia æstus erit: & fit.* Eadem apud Matth. 16. à v. 2. Vide Lyr. Hugonem,& Christophor.à Castr. in præf. loc. Jeremiæ. Primario igitur Tautologiæ instituto respondere, jam oporæ pretium.

Metuere pro colere, seu diligere.

Cometæ plerunque fatales.

21 Verum fuisse rubi ignem, nemo sani judicii inficiabitur: at inde difficultas ita magna sicut visio: scilicèt, quomodò ibi ignis quibat esse, quin consumeret, imò absumeret rubum? Ni fallor, tunc ignis ibi potuit esse naturaliter, præternaturaliter, & supernaturaliter. Naturaliter, producto igne juxta rubum ex alia materia,qui quidem ignis dicitur fuisse in rubo accepto *In* pro *Juxta*, vel *Inter*, uti mos in Scriptura Hebr. 9. 4. *In qua* (Arca) *urna aurea habens Mannà*: ideſt, juxta quam: de quo sæpe egimus, & agemus *Tautolog.* 8. n. 15. Hinc sensus: ignis juxta rubum, vel inter rubum, quia non inhærebat, sed adhærebat combustibili, ut ait hìc Alapide: quam profectò cogitationem desumpsit ex Pererio disp. 4. in *Exod.* 3. numer. 14. dicente: *Non enim ignis ille subjectivè erat in rubo: fuisset enim rubus ignitus, quod fieri non poterat sine corruptione rubi. Non enim potuisset igniri rubus, nisi substantia ejus in ignem conversà, ignique alimentum subministrante. Erat igitur ignis ille subjectivè in ea materià, ex qua est generatus, & usquequaquè contiguus rubo, atque ita per ejus ramos, aliasque partes sparsus atque cohærens, ut non posset humano aspectu discerni ignis ille, tanquàm quia separatum à rubo.* Alapide verò subdit: *Angelus ignem, appositò sulphure, aliave materià & fomite aluit, & fovit simulque impedivit, ne ageret in rubum, inducendo rubo liquorem, aut succum aliquem viscosum, & frigidissimum, qui igni, vel potiùs flammæ tenui resisteret::. propriè igitur non ardebat rubus, sed quisquis eum vidisset, ardere dixisset,* &c.

In pro Juxta *vel* Inter.

Quomodo potuit ignis esse naturaliter in rubo?

Perer.

Alapid.

22 Censuram hujusmodi cogitationis infrà num. 27. exhibebo: at quia ex ea oritur quæstio curiosa de ignibus æternis in lucernis Antiquorum, pro voluptate legentis aliqua promam. Augustinus lib. 21. de *Civit. Dei* cap. 6. asserit arte magicà, vel dæmonum industrià fabricatas fuisse. Majolus econtrariò statuit *Tom.* 1. *Colloq.* 22. divina virtute structas fuisse hujusmodi inextinguibiles lucernas. Franc. Bonamicus in *Disput. lucer. Priscor.* naturæ tribuit artificium lucernarum in tenebris lucentium; ideoque collocatæ fuerunt in sepulchris, à quibus lux Solis longè: qui quidem splendor invenitur noctu in lucerna verme, in ligno putrido, & piscium squamis, ut inquit Aristoteles de *Sensu & sensib.* cap. 2. & probatur experientià. Joann. de Porta in *Magia nat.* lib. 12. cap. 13. censet potuisse ignem per tot sæcula in lucernis conservari,ne vacuum quicquam esset in natura: patet ex eo quòd aëre contingente flammam, statim evanuit: vel quia fumus flammæ inclusæ circulatione perpetuà vertebatur in humorem, iterùm combustibilem. Huic cogitationi subscribit Hieron. Ruscellius ex Aristotele lib. 2. de *Generation.* cap. 28. ubi: *Fumus ardens & quilibet fumus iterùm ignem concipit & ardet.* Liquet in lucerna fumante, suppositâ ardenti, à qua per fumum elevatum ignem trahit. Fortunius Licetus *lib. 2. cap.* 51. & *lib.* 3. *cap.* 20. cogitavit, ignem in lucernis conservatum, vel nè daretur penetratio corporum, quæ sententia coincidit cum placito Portæ; vel quia liquor infusus lucernæ erat retinaculum, compesque flammæ nè sursùm evolaret. Jacobus Gutherius de *Jure Manium* lib. 2. cap. 32. autumat lucernas illas non fuisse in sepulchris accensas; sed impulsu ingredientium flatas, in lucem erupisse. Quod astruit exemplis Porta ubi supr. subdens: *Ignem in phiala non semper ardere; sed in phiala conditam esse misturam quandam, quæ ubi aërem videt, illicò accenditur, & ardere videtur eo solùm tempore, quùm nunquàm an-*

Qua arte ignis perpetuus, in lucernis Antiquorum?

Sententia Augustini Majol.

Bonamici.

Joan. Port.

Ruscellii.

Aristotel.

Liceti.

Gutherii.

Port.

antea exarserit. Andr. Libavius lib.6. de *Lapid.* cap.31. affirmat, ramenta lapidis Gagatis in lychno injecta causam esse, qui lapis semper retinet conceptum semel ignem, quia secum habet tenacem humorem crassum, quo inescatur ignis. Guido Pancirollus lib.1. *Rer. memorabil.* tit. 35. tribuit hujusmodi ignis perpetuitatem oleo incombustibili, quod oleum vivum appellat Statius in *Thebaid.* lib. 2. n. 727. *Livavii.* *Pancirolli.*

Vulcano condicta domus, quam subter eunti
Stagna sedent venis, oleoque madentia vivo. Statius.

Franc. Citesius in libell. de *Abstinente*, astruit ellychnium seu fomitem istiusce modi flammæ factum ex auro chymico, quod nunquàm deperit. Uvolphang. Lazius, lib. 3. de *Republ. Rom.* cap. 18. tribuit perpetuitatem & ellychnio amiantico, & oleo ex eodem lapide educto. Asbesto lapidi (alii, lino) hanc vim inesse, asserunt Albertus Magn. de *Mineral.* tract.2.cap.1. August. ubi supr.*cap.*4.& 5.Solinus cap.12.& 16.in *Polyhist.* Georg.Draudius hìc. Camillus Leonardus lib. 2. de *Lapidib.* & Dionys. Afer in poëmat. de *Sit. orbis*, qui Arcadiam describens, accinit: *Citesii.* *Lazii.* *Lapis Asbestos.*

Hìc nasci linum, qui tacto accensus ab igni,
Extingui nequitur, quem Graii nomine verò
Asbeston memorant: ferri nitet ille colore. Afer.

23 Idem dicitur de lino Amianto, Carpasio, seu vivo à Pancirollo ubi supr. *tit.* 4.ex Cyprio lapide factum refert Dioscorides lib.5. cap.113. & de lino Cretico, Strabo lib. 10. & Apollonius lib. de *Mirabil. histor.* Ex lapide Magnesia, Libavius ubi supr. lib. 12. cap. 6. Ex lapide Carystio, Plutarch. de *Oraculor. defectu.* Cardanus de *Subtilit.* lib. 5. Majolus ubi supr. *Colloq.* 20. Alexand. ab Alex. *lib.* 2. *cap.* 7. cum Tiraquell. Plinius *lib.* 19. *cap.* 1. infit: *Inventum est etiam, quod ignibus non absumeretur. Vivum id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis, splendescentes igni magis, quàm possent aquis. Regum inde funebres tunicæ corporis favillam à reliquo separant cinere. Nascitur in desertis, adustisque Sole Indiæ, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes: assuescitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem. Rufus de cætero color, splendescit igni. Cùm inventum est, æquat pretia excellentium margaritarum: vocatur autem à Græcis Asbestinum ex argumento naturæ.* Aliis confirmat Dalecampius hìc, Vives in loc. cit. August. *cap.* 6. Matth. Raderus in *Martial.* lib. 9. Epigr. 77. Cœl. Rhodigin. *lib.* 8. *cap.* 16. & Adrian. Turneb. in *Advers.* lib.23. cap. 1. *Linum Amiantum, Carpasium Cyprium, Creticum conceptum ignem servant.* *Idem Magnesia, & Caryslicus lapis.* Plin.

24 Ex villis Salamandræ & ex alumine Scariolæ, quod *Astrum Samium* dicebatur, asserit efformatum Jul. Scaliger *Exercitat.* 104. art. 7. Ex lana Chamæleontis Vinc. Belvacens. lib. 20. *Histor. natur.* cap. 58. Aul. Gellius *lib.* 15. *cap.* 1. ait: *Cùm oppugnaret L. Sylla in terra Attica Piræum, & contrà Archelaus, regis Mithridatis præfectus, ex eo oppido propugnaret, turrim ligneam defendendi gratia structam, cùm ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quivisse: quod ab Archelao alumine oblita fuisset.* Unde Cardanus ubi supr. *Neque pro miraculo* (inquit) *ducendum, quod turris lignea ignibus immissis stiterit incorrupta hoc aluminis genere insperfa.* Quotidiè videmus capillum involutum annulo ex electro, vel ære, Corintho salutifero, medico (Hispan. *Tumbaga*) non amburi. Et Plinius *lib.* 29. *cap.* 3. de ovis gallinaceis inquit: *Vis verò tanta est, ut lignum perfusum ovo non ardeat, ac nec vestis quidem contacta aduratur.* Euripid. in *Bacchis*, v. 756. *In capillis verò ignem ferebant, neque urebantur.* (Vide plura apud Marc. Paul. Venetum lib. 1. *Orient. region.* cap. 47. & Maluend. de *Antichrist.* lib. 4. cap. 9.) è contra ergo de igne Medeæ latente in donis, canit Seneca Act. 4. v. 817. *Qua igni nil cedunt?* Aul. Gell. Cardan. Plin. Euripid. *In quibus ignis latens?*

Vestes Creusæ, quas cùm primùm
Sumpserit, imas urat repens
Flamma medulas. Ignis fulvo
Clausus in auro latet obscurus:
Quem mihi, cœli qui furta luit
Viscere fœto, dedit, & docuit
Condere vires arte Prometheus.
Dedit ac tenui sulphure tectos
Mulciber ignes, & vivacis
Fulgura flammæ de cognato
Phaëthonte tuli. Habeo media Senec.

Dona Chimæræ. Habeo flammas
Usto Tauri gutture raptas,
Quas permisto felle Medusæ,
Tacitum jussi servare malum.

Aquâ accensus. Nicand. De Thracio lapide canit Nicander in *Theriacis*, lib. 2. cap. 25.

Vel tu Thraicium flamma succende lapillum,
Quem licèt immergas, mersus tamen ardet in undis.

Vide Solinum ubi supr. *cap.* 23. & 24. & Cardanum lib. 18. de *Subtil.* Afer ubi dudùm, succinit:

Dionys. Afer. *Et Mæsi Tracum boreis in finibus orti,*
In quorum terris, quas Ponti per fluit unda,
Ignipotens oleo commisto gignitur herba,
Medica cui nomen, cujus compescere flammas,
Si quis aquâ cupiat, plus ignem pascit in illa:
Pulveris hunc jactus potis est extinguere solus.

Plura videsis apud Augustin.de *Civit.* lib.21. cap.4. Port.ubi supr. *cap.*10. & Majolum *Colloq.* 22. Solinus in *Polyhist.* cap. 24. refert perpetuos ignes in templo Minervæ in Britannia, qui nunquàm canescebant in favillas. Exemplum exhibet Majolus lapidis apud Belgas frequentissimi, qui ignem concipit, & manet lapis. Hinc Augustinus ubi dudùm ait: *Siciliæ montes satis idonei testes sunt, non omne quod ardet, absumi.* Patet ex lychnis prædictis, qui quidem tametsi exoleverunt, ut plura alia, de quibus Panci-rollus loc.cit. tota part.1. à plurimis AA. fide dignis visi sunt. De aliorum notitia queritur jurè Lucretius lib.4. de *Rer. natur.* v.321.

Ignis sine cinere. August.

Lucret. *Quam tamen* (materiem) *æternum quoniam dilabitur ævum,*
Non semel in terris visam, sed sæpe fuisse,
Ducendum est, quanquàm nobis nec nomine nota
Hactenùs illa fuit, quoniam longæva vetustas
Cuncta situ involvens, & res & nomina delet.

Sententia Plutarchi. 25 Illustrior in haccine lucernarum disquisitione sententia est Plutarchi libell. de *Defect. Oraculor.* ubi in operis vestibulo dicit, æternitatem horum ignium oriri vel ex loco, quo collocabantur, frigido & humido invariabili, queis tanquam contrariis vis ignis compescitur, non audentis, ne pereat, in illa agere, itaque quiescit: quod docet etiam Avicena *lib.* 4. *tract.* 1. ubi languorem elementi signat, quoniam propter ignis raritatem facilem meatu, in ipsum ingrediuntur partes frigidi & humidi aëris circumambientis: vel quia ignis collocatur in aëre calido & sicco, ubi vagatur liberè sine oppositorum formidine, ideoque rarefit, & minùs absumit pabuli: unde fit ut ibi posita lucerna diutissimè flammam valeat retinere. Segnior igitur est, ut patet in igne coram Sole, in lucernis superpositis igni, quæ multoties propter nimiam ambientis siccitatem eflamescunt. Eadem censet, libell.de *Igne.* Hæc cogitatio non aberrat ab scopo, nisi in eo, quòd tribuitur loco, quod pendet ab igne & fomite.

Verior cogitatio ex proportione caloris & humidi. 26 Dico itaque hujusmodi perpetuitatem manare ex proportione adæquata ignis agentis, & fomitis resistentis: & per tot temporis intervalla nec evanescere, nec suffocari; quippequàm quantum virtutis obtinet ignis agendi in fomitem, tantum roboris habet fomes ad arcendam actionem & activitatem agentis. Claret in vità: tandiù durabit, quandiù pugna perstiterit caloris naturalis & humidi radicalis: equidem si calor suffocatur ab humido, vel humidum absumitur avido voraci calore, actutùm animal deperit. Ita cùm ex se immortalis non esset homo, in statu innocentiæ immortalis fieret; quoniam quæ perdere poterat per calorem & agentia extrinseca, recuperare quibat per fructum arboris vitæ, de quo egi *Tom.* 1. *Tautol.* 5. à num.15. Unde ut accinit Lucretius *lib.*2. v.671. modò subtrahatur igni fomes, evanescet.

Lucret. *Tunc porrò quæcunque igni flammata cremantur,*
Si nihil præterea, tamen hæc in corpora tradunt,
Unde ignem jacere, & lumen summittere possint,
Scintillasque agere, ac latè differre favillam.

27 Ita igitur æqualitate factà ab Angelo humidi resistentis, & calidi agentis stabat incorruptus rubus Oreb, conservato igne in alia materia & ex alia, cujus cibus aliunde, quin rubus esset subjectum ignis urentis, sed duntaxàt humidi resistentis calori, & igni productò, ut perseveraret ad voluntatem excitantis Angeli. Hinc ignis non

fuit

fuit immediatè in rubo, ſed in liquore frigidiſsimo, quo òblitus rubus, ut in aëre fieret flamma, thronus Michaëlis loquentis de libertate populi cum Moyſe, pavido ad viſa. Videtur favere contextus; igitur v.2. dicitur: *Apparuit in flamma ignis de medio rubi*: q.d.non de rubo erumpentis. Aſtruuntque Marcus 12. 26. dicens: *Super rubum*, & Luc.20.37.*Secus rubum*.Quare ſi qui apparuit erat in flamma ignis & ſecus rubum; ignis non erat in rubo, ſed juxta rubum adhæſione, non inhæſione. *An flamma in rubo vel juxta rubum?*

28 Tot itaque fulcris cogitationem Pererii & Alapide roboravi,non quia placet, ſed ut aliquo niteretur, ut ſubſiſteret. *Videbat* (dicitur de Moyſe) *quod rubus arderet, & non combureretur*. Rubus ergo ardebat, nequaquam alia materia ſecus rubum:ideo pergit videre, *quare non comburatur rubus*. ibid. v. 3. Quodnam enim miraculum non comburi rubum, modò in illo ignis ſubjectivè non eſſet? Erit miraculum quoad modum defendendi rubum ab igne?Planè etiam quoad modum inficior.Novimus circulatores (Hiſp.*Titiriteros*) ſucco ſempervivi, taurino felli permiſto, quibus arſenici rubri & aluminis pulviſculi inſperſi, vel ſimplici ſucco herbæ Palmæ Chriſti, aliiſque rebus, quas videſis apud Portam toto lib.12. *Magiæ*, manus ungere, quorum beneficio ignem, ferrum candens, plumbum liquefactum, aliaque metalla impunè contrectant, & rident flagrantibus manibus. Hoc exemplum(quod jure miror) etiam profert Alapide. Si ita in rubo, unde miraculum, & viſio magna, ideſt, nunquàm viſa? *Solo Deo operante ſupra naturam fieri poſſe* (ait Abulenſis hìc q. 4.) *verum ignem rei combuſtibili immediatè applicatum, non conſumere rubum*. Si hoc ſupra naturam; ignem non urere combuſtibile oppoſito frigido, naturale eſt, ut conſtat exemplis præfatis; quod ſanè longè ab hujuſmodi ſingulari miraculo, patrato in ardenti illæſo rubo. *Quo ſine læſione tractetur ignis? Ignis inhæſit rubo.* Abulenſ.

29 Quod hi DD. addunt, nimirùm Deum impediviſſe in igne virtutem urendi, præterquam quod tunc minimè verificatur rubum ardere, cùm ardor ſit effectus ignis urentis;inconſequentiâ laborat.Ad quid ergo virtus urendi impedita,vel ſuſpenſa; ſi ignis quantunvis validus, agere non valebat in rubum, litum humore frigidiſsimo, igni protervè reſiſtenti?Deinde:ſi ignis vis uſtiva repreſſa,ad quid alumen in rubo? Sine uſtione ignis non poteſt urere:unde quicquid tangit non corripitur;nec corrumpitur, eſtò ſtupa, ſtipula, vel tormentarius pulvis. Si ſeclusâ ignis activitate, tantùm ignis ſplendor lucebat, unde miraculum? Potiùs eſſet miraculum uſtio ſine uſtione, vel ſine igne,ſicut eſſet in igne fatuo vel phantaſtico,de quibus ſuprà. Cogitatio tota contra textum, ſiquidem dicitur: *Videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur*. Modò ignis adhæſivus ſit, rubus non ardebat. Si non ardebat; quid mirum,quòd non combureretur? *Ideo miraculum.*

30 Propriè ergo ardebat rubus, & in ipſo inerat ignis. Conſtat Act. 7. 30. ubi Stephanus ait: *Apparuit Angelus in igne flammæ rubi*. Perpende. Non flamma ex alia materia, ſcilicèt ex aëre, ſulphure, aut alio combuſtibili, ignis fomite; ſed ex rubo, qui ardebat, ac ex ardoris flammâ thronum Angelus ſtruxit. *Ardere*, ait ubi ſupr. Abulenſ. *eſt ex ſe flammas emittere*. Imò Alap. loc. cit. *Ardere enim eſt, flammam ex ſe ſpargere*: & flamma illa non aliundè erat, ſed ab igne rubi.*In flamma de medio rubi erumpente*: inquit Sanctius in *Act*.7.num.71.& Cajetanus in *Exod*. 3. *Flammæ ignis ex interioribus ruborum naſcentis, tanquam ex lignis ex quibus nutriri ſolet flamma ignis*.Perſpicujus videtur in ſententia Cyrilli Alexandrini aſſerentis lib.2.de *Adorat.in Spir. & verit*.rubum ignitum fuiſſe, ſed intactum, in quo erat portentum, cùm flamma ejuſdem ignis qui erat in rubo, reliquum montem depaſceret. Ubi ut vides ignis cum virtute urendi erat in rubo, & rùbus ignitus, ſed minimè tactus, imò undique illæſus. *Quid eſt ardere.* Abulenſ. Alapid. Sanct. Cajet. *Ignis rubi illeſi cæteros montis uſsit*

31 Inconcuſſum nanque vocem Domini intercidere flammam ignis, de quo pulchrè Baſilius in *Pſalm*.28.v.7.ut patet in igne inferni, cui Deus ſubtrahit vim lucendi, & in igne fornacis Babylonicæ,cui virtutem urendi detraxit.In rubo fuit amplius miraculum,quoniam in rubo ignis erat & ex rubo. Pueros vel in fornace omninò non tetigit ignis. In rubo erat ſubjectivè, ſed minimè rubus abſumebatur uſtione. *Multitudo ruborum & virentibus foliis ardebat flammâ ignea, & tamen nihil perdebat ſuæ viriditatis*: inſit ubi ſupr. Cajetanus, & de quo infr. num. 34. Non negamus auctoritates Marci & Lucæ accipiendas eſſe propriè, ut ſonant *Super & Secus*: igitur Angelus non apparuit in rubo, ſed in flamma excitatâ ab igne rubi, quæ vagabatur in aëre (ideo dicitur flamma, ut vidimus num.13.) qui ſecus, ideſt, ſuper rubum ſurſùm *Ignis erat ſubjectivè in rubo.* Cajetan.

sùm tendebat. *In igne flammæ rubi. Ex his conſtat* (ſubdit Doctiſ. Sanctius loc. cit.) *Angelum apparuiſſe non inter ipſos fruticis ramos, ſed in flamma, quæ ex ardenti rubo*
Sanct. *ſurſum emicabat.* Quo intelliges antilogiam Deuter. 33. 16. ubi: *Benedictio illius, qui apparuit in rubo veniat ſuper caput Joſeph.* Dicitur enim Angelum apparuiſſe in rubo, quia apparuit in flamma rubi, quæ ſecus vel ſuper erat. In Scriptura frequens, deſignare pro loco, quod ſecus deſignatum locum. Luc. 13. 33. *Non capit prophetam perire extra Jeruſalem*: & nihilominus Chriſtus paſſus eſt extra portam, ut dicitur ad
In Script. tribuitur loco famoſiori, quod propè ſit. Hebr. 13. 12. Joann. 1. 28. de miſsione ad Baptiſtam dicitur: *Hæc in Bethania facta ſunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.* Verùm Joannes minimè baptizabat in Bethania, ſed juxta Bethaniam. Luc. 24. 50. *Eduxit eos foràs in Bethaniam::: & ferebatur in cœlum*: cùm Act. 1. 12. conſtet ductos fuiſſe in montem Oliveti, qui proximus Bethaniæ, ut deſcribitur ab Adrichomio in *Jeruſalem* num. 179. & Marc. 11. 1. *Cùm appropinquaret Jeroſolymæ, & Bethaniæ ad montem Olivarum.* Ita de aliis locis. Cæterùm ne in æquivoco labores, nota hanc Bethaniam, ubi caſtellum Marthæ & Mariæ, quæ jacet in latere Oliveti, longè aliam eſſe ab illa, juxta quam Joannes baptizabat, trans Jordanem ſcilicèt, quæ aliter vocatur *Bethabara*, de qua Adrichomius in *Ruben*, num. 16.

32 Præternaturaliter potuit eſſe ignis in rubo, ideſt, intra rubi poros: ſic videmus naturaliter eſſe in ferro candenti, de quo, ait Suarez in *Metaph.* diſp. 18. ſect. 9. n.
Quomodo ignis potuit eſſe in rubo præternaturaliter? Suarez. 29. *Communis omnium Philoſophorum conſenſus & reſponſio eſt, in eo eſſe aliquem ignem incluſum in poris, quanvis nos lateat, à quo igne, in candentis ferri poris incluſo, provenit illa major intenſio, quam ſenſibus facilè experimur; quanvis vehementia & celeritas actionis proveniat ex conſortio ferri & denſitate illius.* D. Thomas in Boëtium de *Trinitat.* 15. art. 5. profert, ferrum ignitum eſſe unum corpus, habens aliquas ignis proD. Thom. prietates. Quod in ferro (idem de aliis metallis judicari quit, eſtò liquefactis) quotidie videmus naturaliter fieri, præternaturaliter cenſendum eſt factum in rubo: verùm cum magno diſcrimine inter rubum & ferrum, in quo ſtat præternaturalitas: igitur juxta aliquos philoſophos, propter diſpoſitiones repugnantes igni, & tenaciter conſervantes vel igniti formam ferri, poteſt dari calor ſummus ſine formà ignis; ſicut in aqua calida ſervante, uſque dum conſumatur omninò, connaturalem frigiditatem propter hujuſmodi adverſantes diſpoſitiones. Secùs verò in rubo, qui quidem eſt combuſtibile lignum, aptum, diſpoſitum, proportionatum & facile, ut abſumatur ab igne: qui ſanè in Oreb fuit intra poros rubi, ignitum illum reddens, ſed non comburens. In hoc enim
In quo tunc miraculum? eſt miraculum: quandoquidem rutilabat innocuus in rubo, ſicut naturaliter eſt in ferro: magnumque patebat prodigium, ignem applicatum, combuſtibile non comburere: ſed perſtare fragile lignum, ſicut poterat ferrum.

33 Unde liquet miraculum grande ex eo quòd rubus arderet, & non combureretur. Secuit Deus voracitatem ignis, ne ageret in rubum, quanvis intra fruticis poros eſſet: ſiquidem ignis ſubſtantiam conſervabat, etſi actionem in paſſum impediebat. Hoc intelligendum, non quia cauſæ ſecundæ per ſe non operentur, ſed Deus ad præſentiam illarum (quod confutavimus *Tom.* 1. *Tautol.* 3. num. 23.) ſed quia virtutem & aviditatem, quam ſuàpte naturà ignis habebat, coercuit, cohibuit, & ligavit, ſubducendo,
Cauſa prima quoad effectus ſub nulla lege. ſubtrahendoque concurſum in aliam actionem, præter quam volebat; & nihil plus ignis egit; quoniam ſine concurſu cauſæ primæ nullum agens operatur, nec operari valet: cæterùm cauſa prima vel per ſe, uti in creatione contigit, vel cauſis ſubordinatis poteſt operari quicquid vult, quantum, ubi, quandiù, & quomodò placuerit. *Omnia, quæcunque voluit Dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſsis*: ut diPſ. 134. 6. citur Pſalm. 134. 6. quin ullus ſit, qui illius poſsit reſiſtere voluntati. Hujuſmodi expoſitio, eſtò mea, fatiſcit etiam: igitur ignis ſic, non erat in rubi ſubſtantia, ita ut arderet rubus: rubus tamen ille igne illo ardebat, quanvis non comburebatur. Non ſplendor ignis duntaxàt erat in rubo, ſed & ardor; qui Moyſen allexit, ut curiosè inquireret, quo pacto abſumi nequibat ardens? Ardebat ergo, atque ex ardore in materià rubi (non ſolùm intra poros rubi) flamma excitata eſt, ut in illa Angelus appareret; ita ut in rubo eſſet forma ligni & forma ignis adæquatè & completè, per effectus formales formaliter expreſſe, ut dicunt Philoſophi.

34 Verùm quomodo: cùm propter implicationem nec eadem forma duplicem valeat informare materiam; nec eadem materia poſsit duplici totali actuari formà eſſentiæ conſtitutiva? Naturaliter nequit fieri, optimè miraculosè, ſive ſupernatura-

raliter, Dei absolutà potentià, ut astruit Eximius Doctor in *Metaph.* disp. 15. sect. 10. n. 60. & in 3. p. *D. Thom.* disp. 48. sect. 3. & 4. nec inficiatur Angel. Doctor. *Metaph.* 5. lect. 17. Ideo ibi in rubo erat forma ligni & forma ignis: ignis ardentis & lucentis, ac erumpentis in flammam: ligni floreſcentis, luxuriantis, *quaſi non eſſet rubus incendii materia, ſed ipſe ab igne aleretur, quin etiam conſervabatur, qualis antea fuerat permanens, adeòque nihil amittens, ut niteſceret etiam magis*: ait Philo ubi ſupr. Quo ſanè verificatur quod arderet, & non combureretur. Arderet, perſiſtente forma ignis: non combureretur, permanente formà ligni. Quapropter dicitur viſio magna, v. 3. *Ibi Deus ſpecialem effectum demonſtrabat; ſcilicèt, faciebat ardere rubum, & non conſumi*: infit hìc Abulenſ. q. 4. & Stephanus Act. 7. 31. ait: *Moyſes videns admiratus eſt viſum*: ſiquidem ſingulare, duplex forma ſubſtantialis ſine ulla habitudine inter ſe, imò omnimodà repugnantià, in eàdem numero materià. Ita pariter à Joſepho loc. cit. ſignatur ut *mirabile prodigium*: etenim videbatur quod naturaliter nequibat fieri. Nervosè Septuag. *Rubus urebatur, & non exurebatur.* Perſ. & Targ. Jeroſolym. *Erat rubus ardens in igne.*

Ignis erat in rubo ſupernaturaliter. Ibi completè erat forma rubi & forma ignis. Phil. Abulenſ. Act. 7. Joſeph. Septuag.

Ignibus innocuis flagrans apparuit olim
Non ardens ardore rubus, nec juncta calori
Materies alimenta dabat, nec torrida vivens
Senſit damna frutex, ſed amici fomitis æſtu
Frondea blanditiæ labebant robora flammæ.

Sedul.

Canit Sedulius lib. 1. de *Chriſt. miracul.* v. 127. & Alcim. Avitus *lib.* 5. v. 23.

Jam ſacer innocuas dederat de fomite flammas,
Et rubus in rubeo viridis permanſerat æſtu.

Alc. Avit.

Plura atteſtantia præmiſimus num. 30. quibus addere poſſumus Bonfrerium dicentem hìc: *Illa ipſa flamma ſine alimento perſeverabat*: de quo latè *Taut.* 5. *Didaſc.* 1. à n. 4. Ezechielus in *Comœd. de Eductione Hebræor.* v. 94. ſuccinit:

Age, quodnam mihi ſignum ex rubo iſtud?
Quodnam prodigium hominibus incredibile?
Repentè rubus ardet multo igne,
Ipſius tamen viride manet omne germen.

Ezechiel.

35 Forma ſubſtantialis pendet ad ſui exiſtentiam ex diſpoſitionibus materiæ. Unde mirum eſt, quòd conſtet per actionem contrarii, quo corrumpitur; ut ait Angelicus Magiſt. in 1. *diſt.* 17. *q.* 2. *art.* 3. ad 4. & 1. 2. *q.* 53. *art.* 1. nihilominùs tamen videmus ignem Græcum accendi aquà, & extingui oleo: de quo vide plura apud Joann. Portam loc. cit. *cap.* 2. Libavium *lib.* 3. *cap.* 37. Cardan. ubi ſup. *lib.* 18. Scaliger. *Exercit.* 13. art. 3. Lazium *lib.* 2. *cap.* 52. & Auguſt. lib. 21. *Civ.* cap. 4. 5. & 6. Quinimò Greg. Magnus lib. 1. *Dialog.* refert, aquam arſiſſe in lampadibus templi S. Stephani, quaſi eſſet oleum. Gregor. Turonenſ. de *Gloria Confeſ.* cap. 98. narrat de quodam Eremita, habuiſſe cacabum ligneum, quo utebatur ad coquenda edulia. Aimonius Floriacenſ. de *Miraculis S. Benedicti*, lib. 2. cap. 3. refert tripodem ligneam, ſuper quam Pater ſanctus diſcubuerat, ardentem & intactam, atque illæſam ab igne. Idem Bagata lib. 2. de *Admirand. Orbis Chriſtian.* Tom. 1. cap. 1. n. 47. Euſebius Nieremb. de *Mirac. natur. terræ Promiſ.* cap. 35. ait Terebinthum juxta Bethlehem, cujus umbrà recrebatur Deipara, ſæpe viſam ardere incombuſtam. Significabat abſdubiè ſicut rubus, ignem fœcunditatis non abſumpſiſſe nec in partu florem illibati pudoris, ut diximus n. 10. Hæc poſteriora naturaliter fieri non poſſunt, ſed optimè virtute divinà, qua ut dicitur Sapient. 16. 17. de grandine & igne immiſsis à Deo in obduratos Ægyptios: *Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat*: & cap. ult. v. 19. *Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem: & aqua extinguentis naturæ obliviſcebatur: flammæ econtrariò corruptibilium animalium non vexaverunt carnes.* Quod quidem Catholici confiteri debent: igitur credunt impios in inferno perpetuo arſuros, quin conſumantur à flammis. Conſule de rebus naturalibus Auguſtin. ubi ſupr. Cœl. Rhodig. *lib.* 15. *cap.* 13. Natal. Comitem lib. 6. *Mitholog.* cap. 7. Plin. *lib.* 2. *cap.* 104-105-106-107. & Fortun. Licetum *lib.* 2. *cap.* 25.

Plura exiſtunt per actionem contrarii.

Ignis Græcus cujuſnam prærietatis?

Sapient.

Ignis gelu ardens.

——— *Unda flammas opprimat.*
Et hoc in iſta clade mirandum accidit:
Alit unda flammas, quoque prohibetur magis,
Magis ardet ignis. Ipſa præſidia occupat.

Seneç.

Ac-

Accinit Seneca in *Medea*, Act.5.v.886. in *Hercul. Oetæo* Act. 3. v. 833. de Alcide inflammato ait: *Unda non vincit malum.* Addit Hyginus in *Parerg.* Herculis: *Cùm se in flumen conjecisset, ut ardorem extingueret, major flamma exibat.* Et Nicander, ut diximus n.24. de Spino, seu Thracio lapide (quem etiam describunt Plinius *lib.33.cap.5.* Dioscorides *lib.5.cap.104.* & Aristoteles de *Admirand.audit.*cap. 110.) modulatur in propositum:

Idem. Hygin.

Nicand.

Et tu traicium flammâ succende lapillum,
Quem licèt immergas, mersus tamen ardet in undis:
Ast oleo effuso, protinùs restinguitur.

36 Nec quia forma ignis & forma ligni in rubo, quit inferri ignem esse lignum, nec lignum ignem. Pro quo Exim. Doctor ubi supr. subdit: *Ex illis formis simul existentibus in eadem materia, re verâ non componeretur una essentia, neque una substantia; quia neque una forma esset de essentia compositi ex materia & alia forma, neque econversò. Unde si fingamus unam esse formam auri, & aliam ligni; neque lignum esset aurum, neque aurum lignum, quia formæ essentialiter diversæ non prædicantur de se invicem, etiam in concreto, nisi ratione ejusdem suppositi, in quo conveniunt. Illæ autem formæ non convenirent in eodem supposito, sed tantum in eadem materia, cum qua sicut diversas naturas, ita & diversa composita conficerent. Secludo alia miracula. Unde licèt materia possit dici informata forma ligni & auri; tamen lignum non esset aurum, quia lignum non est materia, neque aurum est materia.* Idem dicendum de rubo & igne in rubo ignito, ubi materia informabatur utriusque formâ, quin rubus esset ignis, nec econtrà; cùm non darentur duæ causæ formales unius effectus, sed unaquæque constitueret proprium in eàdem ipsa materiâ, ortum à propria causa formali.

Suarius.

Non erat rubus ignis, nec ignis rubus, licet materia cum forma rubi & ignis.

37 Quod potentia materiæ sufficienter actuetur unicâ formâ & completè; quin admittere possit dispositiones incompatibles, & opposita ministeria, dubitante ratione quæ tunc forma esset actus primus, aut per quamnam reduceretur ad actum, de quo Philosophi; tantùm probat in naturalibus. Nihilominùs tamen dices: Ergo ignis erat ignis & non erat. Ita de rubo. Erat ignis, quia supponitur: non erat ignis, quia rubus ignitus perseverabat rubus. Adæquatè respondit Suarez, illas formas convenire in eàdem materiâ, nec prædicari invicem, ita ut ignis esset rubus, & rubus ignis; cùm ignis non sit materia rubi, nec rubus ignis. Quid ergo dicemus de igne comburente damnatorum corpora, & de carne damnatorum? Quæ supernaturaliter fiunt, extra naturam sunt, & humanam comprehensionem fugiunt, ac latent: solummodò veneranda, nequaquàm comprehendenda, quippe minimi essent, si à nobis, seclusâ fide, intelligi possent. Quid diceres ad tot fidei argumenta, si præfatum consequens esset verum? Virgo Deipara expressa fuit in rubo flammanti intacto. Ergo Virgo fuit virgo, & non fuit virgo: virgo, quia supponitur; non virgo, quia mater. Etiam Incarnatio Verbi Dei portendebatur in rubo, ut diximus num. 10. Ergo Christus fuit homo & non fuit homo: homo quia filius hominis; non homo, quia filius naturalis Dei & Deus. Christi corpus est in Eucharistia. Ergo est ibi & non est ibi: ibi quia supponimus; non ibi, quia est in cœlo. Meditanter dixit Suarius: *Secludo alia miracula*: igitur in his & aliis, etiam opposita contraria, vel contradictoria sunt vera: quapropter dicimus catholicè: Christus est minor Patre, æqualis, non æqualis, divinus, humanus. Pridem verum erat: *Ego Deus, & non homo.* Etiam, Rex Ægypti *homo & non Deus*, uti videbimus *Tautolog.6.*n.22. post Incarnationem verum; *Ego Deus & homo*, quippe Christus homo-Deus. Similiter dicitur æternus & temporalis: mortalis, & immortalis &c. Sicut de homine prædicatur: est materialis, & spiritualis: est corruptibilis & incorruptibilis, &c. Quomodò possent hujusmodi insignia miracula fieri, si Deus operaretur juxta naturæ seriem & ordinem? Illa præcesserunt, quasi umbra, ut hæccine crederentur in Ecclesia Catholica. Hinc aberrarunt à veritate hæretici & quotidie claudicant in semitis suis; quia satagunt, mysteria fidei construere supra philosophica principia, & cogitationes quæ sunt sine intellectu; quasi Deus operari non posset, ultra id quod intelligerent, ignorantes, superiorem subtilem sapientiam humanam, esse apud Deum stultitiam stultissimam. Eleganter Gregor. Magn. lib. 16. in *Job. cap. 27. Quia plusquàm necesse est de suis sensibus præsumunt, sæpe in fide quam accipiunt, ea quæ non capiunt perscrutari volunt, ut ratione magis in Deo quàm fide teneantur. Quia verò humana mens perscrutari non valet divina secreta; omne quod ratione perscrutari non possunt, credere contemnunt, & per inquisitionem nimiam in erro-*

Hoccine prodigium insigne.

Quæ supernaturaliter fiunt, solum modò veneranda.

Majora in Ecclesia, quàm in Synagoga.

Greg. M.

errorem labuntur. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere; ſed ſapere ad ſobrietatem. Vel Ethnicus dixit in *Supplicib.* v. 734. *O Jupiter! Quidnam miſeros homines dicunt ſapere? Ex te enim pendemus.* Euripid.

38 Ergo emerſit ex euripis tantæ difficultatis novà ſententià (novà, quod ego viderim) ita ut aſtruatur rubus ardens & rubus, juxta literalem germaniorem ſenſum; cùm ex igne flamma neceſſariò ſit, operæ pretium erit exponere, ad quid dicitur *Flamma ignis?* Flammæ variæ acceptiones ſunt. Multoties pro igne. Levit. 13. 52. *Comburetur flammis.* Idem 21. 9. *Judic.* 15. 5. *Eccli.* 21. 10. & plurib. aliis in locis. Homer. *Iliad.* 9. v. 464. *Aſſati extendebantur per flammam ignis.* Euripid. in *Supplicib.* v. 1002. *Ignis flammam occupatura, & ſepulchrum itura.* Martial. lib. 5. *Epigr.* 43. *Rapta flamma*, lib. 11. *Epigr.* 94. *Abſtulit flamma Penates.* Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 2. *Aut flamma, aut imber.* & *Eleg.* 19. *Flamma per ariſtas.* Virgil. lib. 7. *Æneid.* v. 74. *Flammà cremari,* & *lib.* 10. v. 232. *Flammaque premebat.* Aliquando accipitur pro luce, vel ſplendore. Job. 18. 5. & 41. 12. *Flamma de ore ejus egredietur.* Cant. 8. 6. *Lampades ignis atque flammarum.* Idem Iſai. 10. 17. Oſe. 7. 6. *Succenſus quaſi ignis flammæ*: ideſt, quaſi ignis ſplendens. Quo etiam ſenſu Euripid. in *Iphig. Tauric.* verſ. 1208. *A Solis flamma.* Ovidius lib. 2. *Metam.* Fab. 1. *Micante auro, flammaſque imitante pyropo.* Virgilius lib. 10. v. 270. *Criſtiſque à vertice flamma funditur.* Lucanus lib. 9. *Pharſal.* v. 494. *Ætheriæ flammæ*: pro ſtellis. Et verſ. 940. *Bis poſitis Phœbe flammis.* Interdùm pro ira. Eccli. 45. 24. *Conſumpſit illos in flamma ignis*: ideſt, combuſit illos in ira: ideo dicitur cap. 36. 11. *In ira flammæ devoretur.* 2. Theſſal. 1. 8. *In flamma ignis dantis vindictam.* Virgil. lib. 7. v. 462. *Ira ſuper, veluti cum flamma*, &c. Senec. in *Hercul. Oetæo*, Act. ult. v. 1955. *In cœlum furerent flammæ minis.* Sæpe ſumitur pro amore, ut Cant. 8. 6. cit. Apud Prophanos crebrò. Ovid. *lib.* 8. *Fab.* 1. *Meritò Deus arſit in illa.* Propertius *lib.* 3. Eleg. 13. *Et flammæ pectora præbent.* Lucanus ubi ſupr. lib. 6. v. 454. *Flammis arſere ſenes.* Senec. in *Troad.* 2. v. 302. *Flammatum pectus amore.* De quo egi *Tom. priorib.* Pro velocitate interdùm, Iſai. 66. 5. *Increpationem ſuam in flamma ignis.* Thren. 2. 3. *Quaſi ignem flammæ devorantis in gyro.* Senec. ubi ſupr. verſ. 121. *Flamma rapax.* Angelus Politianus Eleg. in *Ovidii obit.* canit: *Abſumpſit rapidæ violentia flammæ.* Joann. Mello de Souſa in cap. 1. *Job.* ſuccinit: *Ego fulminibus cœli ſemjuſtus & igne.* Ideo fulgura dicuntur *Flammæ cœli* à Lucano, lib. 5. verſ. 405. Aliis acceptionibus maximè apud Ethnicos ſuperſedeo, quoniam extra propoſitum noſtrum.

Flamma pro igne. Homer. Euripid. Martial. Propert. Virgil.

Pro ſplendore. Euripid. Ovid. Virgil. Lucan.

Pro ira. Virgil. Senec.

Pro amore. Ovid. Propert. Lucan. Senec.

Pro velocitate. Senec. Ang. Polit. Souſa.

39 In præſenti Tautologia flamma ignis nihil aliud eſt niſi fumus accenſus. Unde apparuit Angelus in fumo lucido, qui dicitur flamma, ex qua trhonum ad legationem conſtituit pro majeſtate: ſiquidem elementum hoccine ſplendore, luce, agilitate, vividè exprimit naturam & conditionem igneam ſpirituum cœleſtium, ut fusè aſtruit Dionyſius ubi ſupr. de *Cœleſt. Hierarch.* imò cùm ignis omnia devoret; ut conſtet, quàm ex merito apparenti exhibenda reverentia, igni ſubſidet: etenim prona debet eſſe in hominibus ſummiſsio pectoris, cùm vel corpus aſſumptitium habentes reveretur ignis. Ideo Daniel 7. 9. dicitur: *Thronus ejus flammæ ignis, rotæ ejus ignis accenſus.* Et 2. Paral. 7. 1. *Ignis deſcendit de cœlo, & majeſtas Domini implevit domum. Majeſtas*, ideſt, flamma ignis, vel nebula lucida. In flamma apparuit Angelus, hoc eſt, in ſplendore effulgurante, vel flammæ acumine, quod ſæpe in igne lucidius, & appellatur ab Iſaia cap. 5. 24. *Lingua ignis* ob ſimilitudinem, & motum velocem. Prudentius in *Cathemer.* v. 594. *Flammis mobilibus.* v. 600. *Conſpicuo lumine flammeum.* Alcim. Avitus lib. 5. v. 542. *Columna flammea.* Hinc apud Profanos flammeum, & igniferum pro ſplendore ſumptum Virgilius lib. 8. *Æneid.* v. 620. de galea ait: *Flammaſque vomente.* Sil. Ital. lib. 2. *Bell. Punic.* v. 582. *Radiabant lumina flammâ.* Lucanus lib. 5. v. 402. *Flammiferâ nocte.* Et lib. 2. v. 720. de ſtellis, Luna & Sole:

Cur Angelus apparuit in flamma? Daniel 7. 2. Paral.

Cur flamma vocetur lingua? Prudent. Alc. Avit. Virgil. Sil. Ital. Lucan.

Non idem Eoi color ætheris, albaque nondum
Lux rubet, & flammas propioribus eripit aſtris.

Idem.

Accinit Ovidius lib. 2. *Metamorph.* Fab. 1.

Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe
Me valet excepto.

Ovid.

Ubi explicatur per flammam & ignem lux flammæ, ſeu nitor; quia aliquando unda dicitur, eò quod quoquo latere aſpiciatur, nutet & ſplendeat. Lucanus lib. 5. v. 100.

Cur unda?

Lucan. ——————*Flammis urgentibus Etnam,*
Undat apex.

40 Celeritatem & efficaciam significabat flamma ignis tam in libertate populi
Psal. 103. 4. electi, quàm in pœnis & plagis Ægypti. Quo intelliges illud David: *Qui facis ministros tuos ignem urentem*; & Pauli: *Ministros suos flammam ignis.* Sanè flammà ne-
Hebr. 1. 7. *Angeli simi les flammę.* quit esse nisi ex igne, & ignis sine ustione; sed ut exprimatur celeritas in minesterio &
efficacia in operatione additur in sacra pagina & effectus & suppositum. Tunc ergo
Cajetan. ignis ardens significat ignem magnum, nimis intensum, & flamma ignis operationem
præpetem, quin ulla resistentia valeat impediri. Cajetan. *Facit Angelos ignem inflammantem.* Sept. *Flagrantem.* Chald. *Fortes sicut ignis ardens.* Aquil. *Ignem vehementem.*
Alii apud Hay. in *In Bibl. Maxim. Impetuosum, splendentem, fulgurantem, incendentem.* Mello de Sousa lib. 5. de *Dom. Incarnat.*

Sanct. ——————*Fulgentibus igneus alis*
Visus adest juvenis.

Utitur phrasi Homerus indicans celeritatem, 18. *Iliad.* v. 1. *Pugnabant instar ignis ardentis*: & v. 164. *Hector similis flammæ fortitudine.* Euripid. in *Androm.* v. 847. *Heu exitium! Ubi flamma ignis?* Ita ergo intelligendus est Psalmographus, dum plagam ignis
Psal. 104. 32. describit Ægyptiis immissam. *Posuit ignem comburentem in terra ipsorum*: sicque alia,
Quid signat geminatio ignis & flammæ? quæ usquequaque in Bibliis: hoc est, ignem vehementissimum, non declinabile, nec
Cant. 8. 6. coërcibile. Quem Hieronymus vocat *Ignem flammantem.* Cajetanus: *Ignem flammarum.* Cujus aviditatem & celeritatem exprimi solet geminatione ignis & flammæ, Isai. 5. 24. Daniel. 7. 9. Joël. 1. 19. & Cantic. *Lampades ejus lampades ignis, atque flammarum.* In qua auctoritate Versiones exponunt nostrum propositum. Septuag. *Alæ ejus alæ ignis.* Besson. *Radii ejus sicut radii, sicut ignis ac flamma.* Symmach. *Lampades ardoris ejus sicut impetus ignis.* Venet. *Flamma magnifica.* Ar. Montan. *Flamma Domini.* Vatabl. *Flamma ardentissima.* Tigur. & Aben-ezr. cum Rab. Salom. *Carbones igniti à flamma Dei.* Denique Maluend. *Prasteteres ejus presteteres ignis, flamma ingens Jah.* Presteteres arbitror præli incurià pro *Presteres*, genere flammæ ignis cœlestis, quæ omnia absumit, ut videris apud Plin. *lib. 2. cap. 48.* & 49. Eodem sensu Ethnici. Homer. 6. *Iliad.* v. 331. *Civitas igne ardenti comburatur.* Ibid. lib. 9. v. 242. *Incensurum igne ardenti.* Etiam
Effectus cum causa sæpe exprimitur vel apud Profanos. *Iliad.* 2. v. 410. *Urere & igne combustivo.* Euripid. in *Troad.* v. 81. *Incendam naves igni.* Ibid. 826. *Troja igne deflagrat.* Sophocl. in *Philoctet.* v. 321. *Igni exuri clam.* Ovidius Epist. *Paridis ad Helen.* v. 47. *Arsurum Ilion igni.* & Epist. 14. *Hypermn.* v. 9. *Igne urat.* Lucan. lib. 7. v. 812. *Si nunc non usserit ignis.* Suetonius in *Calig.* cap. 27. *Igni crematit.* Senec. de *Consolat. ad Mart.* cap. 10. *Ignibus peruret.* Chart. in *Phœb.* fol. 45. *Navem flammis conflagrare.* Ita alia obvia.

41 Sicut de Angelis dicitur hujusmodi in cunctis præstantia signata in ignis flammà, & igne urente; ita de Deo dicitur ab offensis provocato in vindictam criminum,
Deuter. 4. 24. & pœnas malefactorum. *Deus tuus ignis consumens est.* Quod iteratur à Paulo: idest,
Hebr. 12. 29. uti fulgur à nube excussum, quod nemo declinare valet, uti diximus n. 38. Isai. 30.
For r. *Ira Dei confertur igni urenti.* 27. *Labia ejus repleta sunt indignatione, & lingua ejus quasi ignis devorans.* Ubi Fo-
rerius: *Ardens nasus ejus, & gravior, quàm ut sustineatur.* Sept. *Eloquium iræ plenum, & in ira furoris sicut ignis devorabit.* Arabic. *Ira ardebit in majestate verbi labiorum ejus.* Ira igitur pro *Ignis*, Chald. legit: *Deus zelotes.* Vivide Euripid. in *Bacchis* v. 8. iram Junonis vocat *viventem flammam ignis.* Et Æschylus in *Prometh.* v.
Euripid. 252. *Igneum flammeum.* Quapropter in hujusmodi reduplicationibus subintelligenda
In Script. comparatio sine nota illius. est comparationis nota, de quo sæpe egimus. Unde dum dicitur ignis vorans, ardens, consumens, &c. idem est, ac vorat, consumit, urit sicut ignis & efficaciâ & velocitate. Arab. *Supplicium Domini ignis devorans.* Quod vidimus ex lectione præfata Septuag. cum particula distinctiva. Vel adverbium intellige, aut adjectivum pro intensione Q. d. Deus iratus vehementissimè urit, omnino devorat, & cuncta proterit,
Geminatio exposita per adverbium, aut adjectivum. cujus ira magna. Sanè & proclivè testimonia etiam profanorum lucem accipient. Homer. *Iliad.* 6. v. *Ignis vim ardentis*: hoc est, vehementiam ignis. *Iliad.* 13. v. 562. *Igne perustæ*: pariter etiam *Iliad.* 7. v. 429. *Igne combussissent*: & *Iliad.* 10. vers. 12. *Ignes multos, qui ardebant*: scilicèt, magnas pyras, & intensos focos. Nec novum est, uti vidimus, iram conferri flammæ, igni & fulguri. Virgilius. *Georgic.* lib. 3. v. 433. *Flammantia lumina torquens.* Val. Flaccus lib. 2. *Argonaut.* v. 501. *Fulmineus*

qua-

quatit ora fragor. Ovid. lib. 3. *Metam.* Fab. 2. *Igne micant oculi.* Cùm ſicut canit Lucretius lib. 2. de *Rer. nat.* v. 383.

——Fulmineus multò penetralior ignis Lucret.
Quàm noſter fluat, è tedis terreſtribus ortus.

Ut iræ ferventis demonſtretur vehementia, maximè cum poteſtate, aſsimilatur fulmini. Ita intelligendus eſt halitus igneus, aut flammeus, non propriè ut Licetus facit identidem. Virgil. 8. *Æneid.* v. 199. *Ore vomens ignes.* v. 267. *Extinctos faucibus ignes.* Ovidius *Epiſt.* 12. v. 42. *Spiritus ignis erat.* Et Q. Calaber. *lib.* 8. *Equi ignem naribus efflantes.*

42 Hoccine intuitus in Bibl. operatio vel actus ſecundus cum potentia, & effectus cum cauſa interdùm jungitur (patet tot præmiſsis) ad hoc ut oſtendatur effectus, certitudo, & efficacia cauſæ. Ideò dicitur: *In ignem mittent & ardet.* Ubi licèt auctoritas exponi poſsit, accipiendo *Et* pro *Ut* (de quo fusè egi *Tom.* 1. *Tautolog.* 6.) ſicut hìc dicit Moyſes v. 3. *Vadam & videbo viſionem*: ideſt, ut videam. Geneſ. 1. 26. *Faciamus hominem & præſit*, cap. 43. 8. & (ut) *poſsimus vivere*: tamen aliquid magnum indicatur tàm de igne, quàm de palmite homine impio in ignem mittendo. De igne, accipiendo & juxta literam pro relativo: ideſt, in ignem, qui ardet: aliàs, dum profertur *in ignem mittent*, ſi de palmite ſermo; diceretur, *& ardebit*; verùm dicitur *ardet* connotatione ignis gehennæ, præparati diabolo & impiis ab origine mundi, ut dicitur Matth. 25. 42. Deinde, quoniam ignis licèt ſit, habet diſpoſitione Dei proprietates contrarias: nimirùm frigus intenſiſsimum, quo in igne cruciabuntur damnati. Matth. 13. 42. *Mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Stridor igitur dentium ex frigore oritur. Unam eandemque rem, ideſt, maximam tormentorum vim fletu & ſtridore dentium ſignificaſſe, aſſerit Maldonatus in *Matth.* 8. num. 12. Vidimus enim num. 35. grandinem urentem: quare David Pſalm. 77. 48. *Tradidit grandini jumenta eorum, & poſſeſsionem eorum igni.* Et v. 47. ubi: *Occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina*; Simmachus & plures alii: *Aduſsit.* Subſcribit hìc Genebrardus: *Fulminibus grandinantibus, tanquàm ignitis ſagittis.* Quare Pſalm. 104. 32. *Poſuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipſorum.*

Joan. 15. 6 — Et pro Ut. — Pro relativo. — Matth. 13. — Gelu ex igne. — Simmach. — Geneb.

43 Ita intelligitur illud Job. 24. 19. *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium:* de quo nos *Didaſc.* 4. Optimè expreſsit Hieronymus hìc. *Similitudinem quandam ex noſtris corporibus poſſumus invenire, in quibus rufi* (flavæ bilis) *abundantia, quod eſt calidiſsimum, in typicis motibus intolerabilis rigor præcedit ignem febrium ardentiſsimum ſecuturum: & dicuntur à medicis hæc duo, quæ ſibi contraria dignoſcuntur, ex una fellis materia in homine procreari.* Unde ſicut eodem humore ægri, & frigore rigent, & febribus ardent; ita in tormentum damnatorum & frigus urit, & ignis perfrigerat, vel ex igne ſimul provenit & nimius calor & horror. Haud novum uſtionem attribui gelu. Geneſ. 31. 40. *Die noctuque æſtu urebar & gelu.* Pſalm. 120. 6. *Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem.* S. Paulinus *Natal.* v. 221.

Job. 24. — Calor & ardor ex gelu. — Hieron. — Gelu & nivibus tribuitur uſtio.

Cura ſui gregis urit, & adficit: uritur igne
Frigoris, & gelido cœli de rore rigeſcit. Paulin.

Alciatus *Emblem.* 37. imitans priſcos Poëtas, apud quos uberrima ſeges, accinit:

Hunnus inops, Scythicique miſerrimus accola Ponti,
Uſtus perpetuo livida membra gelu. Alciat.

Virgilius lib. 1. *Georgic.* v. 93. & Calphurnius *Eclog.* 5. v. 140.

——Boreæ penetrabile frigus adurat.
——Nec torrida nimbis Virgil.
Inſtet hyems, nimioque gelu, nivibuſque coactis. Calph.

Ovidius 1. *Faſtor.* v. 669. lib. 3. *Triſt.* Eleg. 2. v. 7. & Eleg. 4. v. 47. ex Sophocle, qui in *Oedip. Tyrann.* v. 213. de Luna dixit: *Igniferos Dianæ ſplendores.*

Vos date perpetuas, teneris ſi mentibus auctus: Sophocl.
Ne nova per gelidas uſta ſit herva nives.
Plurima ſed pelago, terraque pericula paſſum
Uſtus ab aſsiduo frigore Pontus habet. Ovid.
Proxima ſideribus tellus Erymanthidos urſæ
Me tenet, aſtricto terra peruſta gelu.

Lucanus lib. 4. *Bell. Pharſal.* v. 52.

Lucan. *Urebant montana nives, campoſque jacentes,*
Non duraturæ conſpecto Sole pruinæ.

Cicer. Tacit. Utuntur etiam hac acceptione Cicer. lib. 2. *Tuſcul. qq.* Tacitus lib. 13. *Annal.* cap. 35. *Ambuſti multorum artus vi frigoris.* Tit. Livius *lib.* 21. & 40. Xenoph. in *Pœdij.* 8. Feſtus Pompejus *lib.* 14. Plinius *lib.* 3. cap. 20-17. 24. & 20. cap. 13. Quomodo ergo intelligendum quòd frigus urat, vide Ariſtotel. 4. *Meteor.* & Magium lib. 1. *Miſcell.* cap. 17. Aptius ſumitur pro nocere, ſeu vexare. 1. Cor. 7. 9. *Melius eſt nubere, quàm uri.* Plautus in *Perſa*, Act. 5. ſcen. 2. verſ. 21. *Uritur cor mihi.* Ovidius lib. 5. *Triſt.* Eleg. 14. v. 5. & lib. 11. *Metam.* Fab. 3. modulatur:

Urere pro nocere.

Ovid. *Perque dies multos lateris cruciatibus uror:*
Sic quoque non modico frigore læſit hyems.
——— Sitis arida guttur urit.

Horatius, Juvenalis & alii videndi apud Joann. Paſſer. in lib. 4. *Propert.* Eleg. 3. v. 23.

Propert. *Dic mihi, num teneros urit lorica lacertos?*

44 Quapropter dum dicitur *ignis urens, ardens*, &c. vis ignis exprimitur per effectum proprium. Non ſolùm quia vexat, ſed quia vexat ardore: qui quidem reprimi poteſt à Deo, ut in igne fornacis, ne noceret tribus pueris, & in calculo ignito labia Iſaiæ mundante. Unde vorare ſignificat aliquando ſuffocare, quippe cùm in aëre puro & ſummè ſicco ac calido, non detur reſpiratio naturaliter; modò hoc fiat igne, tunc de igne dicitur devoratio & uſtio; quoniam ab illo provenit ſuffocatio, expellente aërem proportionatum ambientem, & abſumente vitalem reſpirationem. Iſai. 30. 27. *Quaſi ignis devorans*: ideſt, quaſi ignis ſuffocans. Exod. 15. 12. *Devoravit eos terra.* Idem *Numer.* 16. 32-26. 10. Quo facile exponitur illud de filiis Aäron: *Egreſſus ignis à Domino devoravit eos & mortui ſunt*: ideſt, ſuffocavit eos. Minimè deſcribitur mors illorum ut notabilis, quippe naturale eſt, animal mori extra proprium elementum; ſed modus elementi in illorum morte: igitur cùm ignis paſsio ſit urere, exurere, abſumere quæque obvia; filii Aäron igne affiati ſunt, non uſti, cum illorum integra reliquerit corpora, imò tunicas lineas intactas, ut ibid. v. 4. & 5. dicitur, & accidit in tactis è cœlo fulmine. *Quæ ſicca veniunt* (ait Plinius lib. 2. cap. 51.) *non adurunt, ſed diſſipant. Quæ humida non urunt, ſed infuſcant. Tertium eſt, quod clarum vocant, mirificæ maximè naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nulloque alio veſtigio relicto. Aurum & æs & argentum liquatur intùs, ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis, ac nec confuſo quidem ſigno ceræ.* Vide plura apud Ariſtotel. de *Mundo*, cap. 3. lib. 2. *Meteor.* cap. 1. & *lib.* 3. *cap.* 1. Senec. lib. 2. *Nat. qq.* cap. 31. Cœl. Rhodig. *lib.* 8. *cap.* 13. Muretum lib. 1. *Var. hiſtor.* cap. 2. Cauſin. lib. 1. *Symb.* 19. & Majolum *tom.* 1. *Colloq.* 1. Quod profectò in præſenti articulo veroſimile: etenim ut notat Alapide hìc v. 2. *Ignis ſacer non ferens conſortium ignis alieni profilit, eumque cum offerentibus abſorbuit.* Affiati ergo ſunt igne, reſpiramen auferente. Non uſsit, ſed calore præfocavit. *Examinavit eos*, ſubdit Haye. Rabb. Jonathas cogitationem aſtruit. *Exiit flamma* (inquit) *ignis à facie Domini, & diviſus eſt in quatuor fila, & ingreſſus eſt in medio narium eorum; verùm corpora eorum non aduſta, & ita mortui coram Domino.* Hinc dum dicitur: *ignis devoravit*, à Samarit. *Conſumpſit*, ab Arab. *Comedit*: intelligenda eſt vita illorum: igitur non fuerunt igni devorati, quanvis corpora aptus igni ac flammis cibus.

Pro ſuffocare.

Effectus miri fulminum?

Plin.

Ignis ſacer uſsit ignem profanum.

Alapid.

Haye.

Rab. Jon.

45 Diximus de igne: quid ſi ly *Ardet* intelligendum de palmite? præſenti ſcilicèt pro futuro, quod in Script. novum non eſt. Iſai. 65. 17. *Creo cœlos novos.* 66. 22. *Facio ſtare coram me.* Idem Apoc. 21. 5. & 22. 7. *Venio velociter*: pro *creabo*, *faciam*, *veniam.* Unde Æthiop. *Veniet in ignem*: & Syr. *In ignem, ut comburatur.* Quomodò ignis, qui corporeus, aget in animam ſpiritualem, nihil corporale recipientem, nec ullam habentem ſenſationem? Modò quæſtionem tranſilio, locus erit congruus: interim, ſi deſideratur, videris DD. Scholaſticos cum Magiſtro in 4. *diſt.* 50. & D. Thom. ibid. *diſt.* 44. q. 3. ac Illuſtr. Velloſill. in *Advert. Theolog. ſuper Hieronym. Tom.* 5. quæſit. 3. & in *Greg. Mag.* quæſit. 6. Ignis ille nobis incognitus. Utinam ſemper! Relicto ergo illo igne, qui neque diſſolvit, neque conſumit, hincque magis cruciat; de effectu ignis ad uſus noſtros deſtinati loquemur, ut materia Tautologiarum plenè exponatur.

Fraſens pro futuro.

Ignis inferni urit animas & dæmones.

46 Variè applicatur cauſa harum diverſarum acceptionum juxta varios quos habet effectus, vel hominum uſus conatur habere. Quodcunque corporeum, eſt ignis

ali-

alimentum: sed aliud est cibus ignis, aliud cum igne condire cibum, ut sit coctum, & sic gratum. Ita ergo sine anfractu exponemus legem Exodi de Paschali agno. *Edent carnes nocte illa assas igni.* Plura dicemus *Tautolog.* 8. de ritibus sacrificii. Assas dicit carnes, quoniam aliter mandi nefas erat: proinde subditur: *Non comeditis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ, sed assum tantùm igni.* Hoc est, carnes torrefactas, non tostas, sed assas: nequaquàm super ignem, sed prope; ut mandi possint non crudæ, neque per partes crudæ, & per partes assæ; sed igne, non aquâ coctæ: tunc que erunt assæ, modò igni applicentur proportionaliter. Vividè exprimit Vulgatus: igitur de carnibus agni comedendi dicit: *Assas igni*, in dativo. At verò de reliquiis v. 10. *Igne comburetis*, in ablativo: quo clarè constat discrimen, siquidem *igne comburere* significat igne absumi, sicut ignis alimentum: *igni* autem, est assari, ut alimentum condiatur. Hispan. *No en el fuego, sino al fuego: al amor de la lumbre.* Carbonibus scilicèt ignitis, non flammiferis. *Assas lento igne*: subdit Leonardus Marius. Jacob. Bonfrerius, Pererius & Alapide. Modus & phrasis invenitur etiam apud Profanos. Euripides in *Hercul. Fur.* v. 1151. *Carnem cremans igni.* Martialis lib. 6. *Epigr.* 42. *Flamma tenui.* lib. 13. *Epigr.* 33. *Levi flamma.* Ovidius lib. 1. *Metam.* Fab. 6. *Partem subjecto torruit igni.* lib. 2. *Fastor.* v. 540. *Torret in igne caput.* & lib. 5. v. 328. *Torret in igne bovem.* Accius in *Atreo*, per periphrasim: *Flammam tribuit verubus, lacerta in focos.* Euripides in *Cyclop.* v. 402. *Assabat igne*: idest, juxta ignem, non in igne. Quare 2. Paralip. 35. 13. dicitur: *Assaverunt Phase super ignem, juxta quod in lege scriptum est.* Ita caro sapidior (qui usus inolevit apud Priscos, ut constat 2. Reg. 6. 19. & 1. Paralip. 16. 3. & apud Flav. Vopisc. in *Aurelian.*) minimè in igne assa, quoniam tacta ab igne amarescit uti acerba.

Exod. 12. 8. Vers. 9.

Quodnam discrimen inter uri igni, & igne?

Leon. Mar.

Mart. Ovid.

Accius. Euripid.

47 Etiam cogitare possumus carnes agni Paschalis assas dici igne, q. d. solas. Comedere debebant cum azymis panibus, ac lactucis agrestibus: verùm condire nequibant nisi ad ignem, sine sale, aut alio condimento. *Cùm enim Assum veteres dicerent, quod solum est, unde & Assa vox, quæ ore absque ulla musicorum instrumentorum admixtione funditur; Assa caro dicta est, quæ sola, idest, sine ullo alieni saporis pigmento in obsoniis inferebatur.* Hucusque Serarius lib. 4. in cap. 5. *Josue*, q. 24. Plura exempla profanorum præmisimus: at astruat cogitationem Homerus 2. *Iliad.* à v. 419.

Assum pro Solum.

Serar. *Agnus paschalis sine sale comedendus.*

In ipsis autem crudas carnes posuerunt,
Et hæc quidem lignis scissis sine foliis urebant:
Intestina autem infigentes tenebant super Vulcanum.
Sed ubi crura combusserunt, & intestina ederunt,
Minutimque inciderunt alia, & circum verua fixerunt,
Assaveruntque valdè scienter, traxerunt omnia.

Homer.

Consule Eustachium, & Joann. Spondanum tam hìc, quàm *Iliad.* 12.

48 Demùm *Assas igni* dicit lex, ut clareat, victimam, & agni sacrificium non offerendum in holocaustum, in quo victima tota comburebatur & absumebatur igne, uti diximus *Tom.* 2. *Taut.* 5. n. 30. Ideo holocausta à Septuag. dicuntur *Ignitiones*, quibus totum cedebat Deo per ignem, uti in sacrificio jugi, & septem diebus azymorum, quæ incipiebant à comestione Phase, & de quibus Levit. 23. 8. *Offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus. In igne*, idest, per ignem in holocaustum. Ita *Numer.* 28. à n. 19. Primi verò diei vespere agnus jugulandus in honorem Dei, sed carnes assas igni comedebant Hebræi, in memoriam liberationis à servitute in Ægypto passa; quæ nanque illorum cibus, & non ignis.

Non offerebatur in holocaustum.

Quid est sacrificium in igne?

49 Igni igitur non igne assus erit agnus, hoc est, non comburendus, sicut impiè, omnem humanitatem exuti faciebant filii Israèl, dantes de semine suo idolo Moloch, contra legem latam *Levit.* 18. 21-20. 2. 3. 4. Quod vel in via ad promissam terram fecerunt, ut referunt Amos 5. 26. & Stephanus Act. 7. 43. immolantes filios suos, & filias suas dæmoniis. Hoc idolum vocatur etiam *Melchom*, & *Rempha* ab Amos cap. 1. 15. & Stephano ubi supr. quod pingebatur radiante sidere in fronte, ut videris latè apud Sanctium hìc à n. 86. & in *Amos*, num. 59. Ejus templum erexerunt Reges idololatræ Jerusalem in valle Gehennom, juxta montem Offensionis, ubi Salomon ædificavit fanum Melchom, idolum Ammonitarum, quod est destructum à Josia. Consule Adrichom. in *Jerusalem*, n. 191. Idolum Moloch affabrè ab ipso describitur ibid. n. 186. *Erat autem idolum æneum figurà regis fabrefactum* (ideo Septuag. pro *Moloch*, & *Melchom* verterunt: *Rex eorum*) *intus concavum, cujus caput vituli, pars ve-*

Figura & ornatus idoli Moloch.

Adrich. *verò reliqua hominem exprimens, brachia ad immolandos pueros habebat extensa, qui vehementi idoli calore inter hosce nefarios amplexus comburebantur. Cùm enim ex igne in idoli concavitate subjecto, id totum factum esset ignitum, tunc impiissimi parentes crudelitate incredibili charissima pignora, suos nempè filios & filias detestandis hisce complexibus cremanda tradebant, eaque diabolicà quadam devotione in holocaustum fœtidissimi odoris dæmonio Moloch offerebant. Ne verò in horrendis illis tormentis miserabilis puerorum clamor exauditus parentum viscera posset commovere, tùm etiam ut gratius idolo fieret holocaustum; sacerdotes Moloch, quandiù sacrificium durabat, rauco tubarum clangore, ac ingenti tympanorum strepitu undique æthera & aëra replebant. Unde & locus ille Tophet, quod nomen tympanum sonat.* Eadem Plutarch. de *Superstit.* & Causin. lib. 2. *Symbol.* 75.

Ars & ritus sacrificii.

4. Reg. 17. 31. 50 Patet jam, quid sit, consecrare semen Moloch: igitur 4. Reg. dicitur: *Comburebant filios suos igni.* Unde per Jeremiam Dominus queritur, dicens: *Ædificaverunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filii Ennom, ut initiarent filios suos, & filias suas Moloch.* Hoc idolum erat Saturni, de quo Plato in *Minoe*, dicit: *Nonnulli filios immolant Saturno.* De hoc fingunt Poëtæ filios vorare, uti latè referunt Chartar. in *Saturn. Imag.* fol. 24. & Natal. Comes in *Mytholog.* lib. 1. cap. 19. & lib. 2. cap. 2. Blandiebantur illi, ne solus videretur crudelissimus. Innuit Scriptura, & quia Amos loc. cit. dicitur: *Sidus Dei vestri,* & quia Staphanus referens auctoritatem ex Septuag. qui exposuerunt quodnam sidus, inquit: *Sidus Dei vestri Rempham*: hoc est, Saturni, in cujus fronte erat stella, ut dixi num. antec. & hìc astruit Oecumenius; imaginemque illius venerabantur Hebræi in valle Ennom, vel Gehennom, idest filiorum Ennom. Ab his pœnis pasis à parvulis ibi lento igne, Servator noster juxta Hieronym. in cap. 2. *Jonæ*, infernum vocat gehennam, ubi ignem æternum sustinebunt damnati, diabolus & cæteri Angeli desertores.

Moloch Saturnus.

Plat.

In ejus frõte sidus micabat.

Act. 7. 43.

Cur infernus dicitur Gehenna?

Varietas Lectionum.

51 Nihil circa ignis acceptiones in Scriptura meditatò omisi, igitur dictis exponentur cuncta testimonia, quoniam æquivalentia. Versiones principis auctoritatis præmisi in clariorem sensum. *Apparuit Dominus in flamma ignis.* Stephanus in *Act. Apostol.* ex Septuag. vertit: *In igne flammæ.* Targ. Jerosolym. *Ecce rubus ardens in igne.* Modò verò ex literali ad alios sensus cursum flectamus.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excurs.

1 *Apparuit Dominus in flamma ignis.* In Domini à mortuis resurrectione patuit, quod portentum Moysis oculos curiositate perculit: igitur ex igne mortis, cuncta prosternentis, emanavit illi fulgor immortalitatis.

2 *In flamma ignis.* Si flamma fumus accensus, & vapor niger est fumus; Virginis clarescit integritas, etiam inter legis umbras: siquidem ubi aliæ maculantur fumo corruptionis, oritur duntaxàt fulgor integræ virginitatis.

3 *In flamma ignis.* Patet Custodum Angelorum speculum. Flamma semper sursùm: ignis purificat, flamma illuminat; & quæ sursùm semper, in ima mittitur; ut purus & illuminatus, in cœlo secum perenniter collocetur.

4 *In flamma ignis.* Unde nisi ex igne flamma? In Purgatorio: igitur miris, sed veris modis, igne mirabiliter rigent, atque frigore animæ similiter ardent.

5 *In flamma ignis*: & toto monte flagrante? Mirum utique, ubi imminebat combustio; quòd in flammà videretur duntaxàt illuminatio.

6 *In flamma ignis.* Flammæ fumus proximus: & connotatur vel in flamma fumus; quippe splendor dignitatis si dignum decorat, indignum fœdè coruscatione denigrat.

DIDASCALIA I.

Christus, ex mortuis resurgens, verè Phœnix.

1 JAM ex gelido marmore floret vitalitas, jam igitur ex mortis fœditate venustas; caro decorem induit, quia qui jacuit in sepulchro, in immortalitatem resurrexit. Crucem secuta gloria, mortem vita, sepulchrum carnis renovatio,

Triumphus carnis ex Christi resurrectione.

tio, & corpus undique saucium florida resurrectio. In natura humana hanc Christus insignem obtinuit victoriam, & trophæis mortis humanam illustravit naturam.

——*Fugitiva relinquunt*
Astra polum comitata Deum, cruce territa Christi.
Vult pariter natura pati, quæ pondere mersa triumphi
Plus rapiens, nihil juris habet, divinaque virtus
Rursùs membra ligans, animata cadavera movit.

Arator.

Ad vitam monumenta patent, cinereſque piorum
Natalem post busta novant. Lux tertia surgit:

Et Christi de morte.

Majestas cum carne redit, speciemque coruscam
Umbrarum de sede refert, ut ab exule limo
Intercluſa diu, patriæ repetatur origo.

Modulatur Arator in *Act. Apost.* lib. 1. à vers. 7.

2 Nihil mirabile objicitur nobis, quod inter umbras non patuerit Priscis, vel quia lumen rationis nescius tenderet in felicitatem, vel quia cœlum etsi inter caliginem revelavit communicabile lumen. De Hercule ad inferos descendente, & victore redeunte, ita canit Seneca in *Hercul. Oetæo, Act.* ult. à v. 1943.

Descensus Herculis ad inferos, quid significet?

——*Victum est chaos.*
Fractaque non semel est mors horrida.
Vicisti rursùs noctis loca

Senec.

Puppis & infernæ vada tristia.
Pervius est Acheron jam languidus.
Et remeare licet soli tibi:
Nec te fata tenent post funera.

Prisca fides luceat, quandoquidem victor rediens de barathro, despecto sepulchro in triumphi indicem, ducit captivam captivitatem, & premit pede Servator infernum, dæmonem, mortem. Jam gloriosè floret, qui vulneribus jacuit. Quo solvimur omnes, suppeditat vires. Præbetur origo per finem, & vita per mortem; igitur haud dura legerunt stamina Parcæ, nec vim habuere nocendi.

Triumphus Christi ex inferno, morte & dæmone.

3 De Hectore etiam fictum ab Homero *Iliad.* 24. à v. 413. morte non vidisse corruptionem, ac validis vulneribus confossum in pristinam ab Aurora refloruisse integritatem.

Fabula de forma restituta Hectoris cadaveri.

——*Duodecim autem ei dies*
Jacenti, neque in aliquo ei corpus putrescit:
Certè quidem ipsum circa sepulchrum
Aurora quandoque divina apparet:
Mirareris & ipse superveniens,
Qualiter roscidus jaceat,
Circum autem sanguis ablutus est. Homerus.
Neque alicubi pollutus.
Ac vulnera omnia concluſa sunt.
Sic curant beati Dii filium suum.

Procul este Profani: siquidem Deus glorificavit filium suum Jesum, concluſis ita vulneribus in integritatem carnis, devicto fomite corruptionis; ut de cruce, de morte, de funere, fine natali, glorioſus uti Phœnix apparuerit, & novâ glorià Auroræ Virginis oculos & animam illustrarit. *Apparuit Dominus in flamma ignis:* dicit, portentum rubi ardentis conspiciens Moyses. Incorruptum videtur corpus rubi, igne totum dominante. Flamma est index fulgoris; ignis mortis, cuncta devorantis: & surgente Domino in immortalem vitam apparet demonstrans in igne duntaxàt lucidam flammam; quoniam in igne & ex igne mortis, uti in Phœnice vero fulgor manavit immortalitatis. Exod. 3. 2.

In Christo flamma incorruptionis ex igne mortalitatis.

4 Phœnix avis metaphorica, quippe fictione signabatur inexcogitabilis excellentia; symbolum clarescit Christi resurrectionis, spicimen futuræ nostræ monstrantis. *Sicut palma multiplicabo dies*: ait per os Jobi N. Assertor. Difficilè astruitur, igitur prædixerat: *In nidulo meo moriar.* Palma haud collocatur nido, quo ergo modo ita palmæ erit multiplicatio? Multiplicare est vità florere; in nidulo, mori: quo sanè pacto ubi extinguitur vita, florebit gloria? *Mirum de ea accepimus* (inquit Plinius *lib.* 13. *cap.* 4.) *cum Phœnice ave, quæ putatur ex hujus palmæ argumento nomen accepisse; emori & renasci ex seipsa.* Claret expositio difficultatis ex fide resurrectionis: etenim ex se ipso Christus Dominus renascens, ut palma floret, ut Phœnix vivit, nidulo facto ex sepulchro; quia surrexit in gloriam immortalem, postquàm ut refloreret subivit mortem. Verno tempore renovatur Phœnix, ut canit Lactantius Firmian. Poëmat. de *Phœn.* v. 69. & de *Resurrect. Dom.* v. 33.

Job. 29. 18.

Idem Palma & Phœnix.

Plin.

Palma emortua ex seipsa renascens.

Cur verno tempore resurrectio Christi?

Tunc legit aërio sublimen vertice palmam,
Quæ gratũ Phœnix ex ave nomen habet.
Ecce renascentis testatur gratia mundi,
Omnia cum Domino dona rediisse suo. Lactant.

Tempusque signatur florum, & etiam Phœnicis memoratur sepulchrum; quippe homini expressit flores immortalitatis, ubi ex morte fuit decor glorioſi corporis.

Videtur carnis immortalitas, ubi Christi lucet speciositas.

Ful-

Cant. 2. 5. 5 *Fulcite me floribus* : ait Ecclesia Sponsa obumbrans mysteria Christi. Maluend. Ghisler. Maluend. hic & Ghisler. *Expos.* 2. legunt: *Fulcite me ignibus.* Ni amoris vehementia comprehendat impossibilia, infecta reputat vel majora facta. Flos odore ac pulchritudine etiam fastidium allicit. Ignis vel splendore corpus adurit, quo magis cor exardescit in pectore, ubi cordolium mitigatur flore. Ad quid igitur & florum blandimen, & ignium cruciamen? In documentum maximè Sponsarum Christi: quæ quidem ita addictæ debent esse mortificationi, ut quicquid urit, delectet; quicquid delectat, mortificet.

Sponsis Christi gaudium ex mortificatione, & contrà.

6 Ustio ignis, & venustas blanda floris videntur contraria; & ostendit Sponsa, ut Sponsi demonstret mirabilia. Sine Christi resurrectione semper humana caro subjacèret oppressa mortalitate. Spem fovebat hujusmodi fructus, ubi Christus surgeret è sepulchro gloriosus, ostendens flores incorruptionis, communicandæ corruptioni carnis. Phœnix dum moritur, renovatur ignibus.

Caro spem fovet immortalitati, resurgente Christo à mortuis.

Præstatura novas vires incendia poscit.
Continuò dispersa vigor per membra volutus
Æstuat, & venis redivivus sanguis inundat.
Admonet, ut rerum decus immortale remittat.

Claud. Accinit Claudianus de *Phœn.* 47. & 64. Unde meritò poscuntur flores & flammæ, ut constet gloria Christi, & gloria summa conditionis nostræ. Gloria Christi, quia uti Phœnix ex ignibus vitam moriendo restaurat, & quia mortalis ex morte se immortalem manifestat. Gloria nostra & summa, ex Christi gloria: equidem caro videns in carne immortalitatis florem, ita concepit surrecturam carnem. Flores & ignes ut blandiantur resurgenti, simulque florenti carni: igitur si in vitam immortalem floret ut Phœnix, ut surgat Phœnix, necessarius est ignis.

Surgit ut Phœnix ex igne.

Gloria nostra ex Christi gloria.

7 Floridissimæ sunt palmæ, & magis rutilant florum variatione, ut astruunt Theophrastus lib. 1. *Hist.* cap. 22. & lib. 2. cap. 8. Pliniusque ubi supr. At hic subdit: *Prunis vivaces.* Ad consumptionem lignorum applicantur ignes. Quomodò vivacior florum palmarum species, adhibitis prunis? Solùm verum rutilabit, in illo qui sicut palma floruit: siquidem è sepulchro resurgit gloria, ubi marcescit à Parca: signaturque palma quæ ornatur floribus, ubi magis ac magis vallatur ignibus; ut præ se feratur resurrectio Christi, in palmæ mirabili conditione: igitur caro Christi speciosè refloruit, ubi ex igne uti Phœnix è sepulchro resurrexit.

Plin.

Igne palma floribus plenior.

Primæva cœpit florere juventa.
——Nam sponte crematur
Ut redeat, gaudetque mori festinus in ortu.

Lactant. Claudian. Ita Lactantius ubi supr. v. 115. & Claudian. v. 57.

8 Astruit etiam Regius Psaltes. *Justus* (Salvator scilicèt) *ut palma florebit. Ut Phœnix florebit*: legit Tertull. lib. de *Resurr. carn.* cap. 13. Papæ! Sonat novitatem florere Phœnicem. Florere, proprium est herbarum vel arborum. Unde Eccli. 38. 19. *Florete flores.* Et de Servatore, uti Nazareno, prædixit Oseas: *Germinabit sicut lilium*: cui florere jurè congruit, & luminibus patet. Quomodò floret avis, ut prædicetur florere quasi Phœnix? Si florere est revivisscere, aptiùs conferendus flori, è cujus radice sepultà in superficie telluris, surgit miranda speciositas floris. Minimè Versiones opponuntur, sed gloriæ posteriores Redemptoris explicantur. Ibi ubi percutitur, flos palmarum rutilè oritur. Adisis Theöphrast. *lib.* 2. *cap.* ult. & dum Christi floret glorioſisimè caro ex sterili sepulchro, symbola signantur Phœnix & palma; ut orbi clareat resurgentis gloria: igitur ubi tanquàm Phœnix ex funere splendidè surgit, quinque vulnerum flores orbi glorioſus ostendit.

Psalm. 91. 13.

Ose. 14. 6.

In palma locus est flori, qui patuit vulneri.

Unde Christus resurrectione floret?

9 Insuper. *Germinabit sicut lilium. Sicut Phœnix.* Utrumque vividè in hieroglyphicum resurrectionis, & humanæ restauratæ felicitatis. In terra floresit lilium: igitur non floreret, ni ibi in novam vitam nancisceretur sepulchrum. E sepulchro Phœnix surgit: lilium verò in terræ sepulchro floret, flore Phœnice, sine vitali motu pulchritudine vaga; Phœnice flore, volitante per aëra, varietate colorum visu pulcherrimà. Phœnix renascendo floresit: lilium floresscendo renascitur. Unde Christo resurgente in novam vitam & immarcesibilem gloriam, demonstratur Phœnicis renascentis speciositas, & lilii floresscentis amœna venustas: quippequàm è sepulchro ut lilium pulcherrimè surgit, & adinstar Phœnicis glorià speciosè floresit. *Ut lilium, ut Phœnix.* Appositè quidem. Si Phœnix in vitam novam, immortalem revocatur; flos immortalitatis corruptibili carni satis ostenditur. *Quid expressius, atque signatius in*

Lilium simul & Phœnix symbola resurrectionis.

Flos immortalitatis homini ostenditur, ubi Christus à mortuis revocatur.

hanc

hanc causam? Exclamat Tertul. ubi supr. Profectò nihil. In Phœnicibus includitur aliquid magnum, & insigne documentum, ut gaudeat humana caro, conspiciens Christum reliquisse sepulchrum: etenim quasi Phœnix resurgit, ut gloriâ noviter floreat: tanquàm lilium, ut flores incorruptionis sepulta caro concipiat. Servatur ab Jobo spes optima in sinu, dum prævidet Christum surrecturum de sepulchro. Si nihil expressius cogitatur in hanc causam; aliquatenus nostram rimemur gloriam.

10 Mira næ solicitudo Evangelistarum in descriptione solicitudinis mulierum, quæ adstiterant cruci, patiente & moriente hominum Redemptore. *Emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum*: ait Marcus. Lucas verò: *Venerunt ad monumentum, portantes quæ paraverant aromata.* Etiam virorum cura fuit. *Myshuram myrrhæ & aloës quasi libras centum.* Intuitus etiam describitur. *Ut venientes ungerent Jesum.* Marc. supr. Canit Sedul. de *Christ. miracul.* lib. 5. v.324.

Marc. 16. 1. Luc.24. 1. Joann.19. 39.

Sedul.

— *Aliæ simul cum munere matres*
Messis aromaticæ noctu venere gementes.

Quorsùm igitur hujusmodi apparatus? Corpora speciebus aromaticis olim condiebantur, ne mortua corrumperentur. Constat ex Genes.50. 2. Quid circa Christi sepulchrum? Videtur inane prorsùs officium: siquidem estò susceperit corruptibilem carnem, corporis sacri caro nullam vidit corruptionem. Si è sepulchro in gloriam perpetem surrecturus, quo fine aromatum pondus? Quia surrecturus. De Phœnice ait Plinius *lib.*10. *cap.*2. *Casiâ, thurisque surculis construere nidum, replere odoribus, & superemori.* Ferè eadem Ravis. Text. lib.7. *Officin.* cap.42. Martial. *lib.6. Epigr.*55.

Cadavera aromatibus condita, ut manerent incorrupta.

Plin. *Phœnix odoribus sepelitur, ut surgat.*

Mart.

Quòd semper casiàque, cinnamoque
Et nido niger alitis superbæ.
Flagras.

Ovidius lib.15. *Met.* Fab.38.

Sed thuris lachrymis, & succo vivit amomi.

Ovid.

Quæ simulac casias, & nardi & lenis aristas,
Quasque cum fulva substravit cinnama myrrhâ,
Se superimponit, finitque in odoribus ævum,

Statius lib.2. *Silvar.* v.34. in *Psittac.*

Stat.

—*Assyrio cineris adolentur amomo,*
Et tenues Arabûm respirant germine plumæ.

Claudianus 2. de *Laudib. Stil.* v.419.

—*Ignea lucet*
Ales, odorati redolent cui cinnama busti.

Claudian.

Idem Lucanus lib. 6. *Bell. Phars.* v. 680. Si plura desideras, adi Cornel. Tacit. lib. 6. *Annal.* cap. 28. Ælian. de *Animal.* lib. 6. cap. 58. Pier. Valer. *lib.*20. usque ad *cap.*5. Scalig. in *Cardin.* exercitat. 233. Erasm. *Chiliad.* 11. *Cent.*1. *Adag.* 21. & 57. Adrian. Jun. *Cent.* 5. *Proverb.* 93. Joach. Camer. *Centur.* 3. *Emblem.* 100. Philipp. Picinel. lib. 4. *Mund. Symb.* cap. 56. Gesner. & Ulys. Aldrovand. de *Avib.* Ex Ecclesiasticis, Ambros. de *Resurrect. fid.* Zenon. Serm. de *Resurrect.* Gregor. Nazianz. Serm. 3. ad *Virgines*, & alios plures. Modò ad rem. Phœnix nidum moriens replet odoribus, ut iterum vivat: aromatibus conditur, ut è tumulo resurgat: unde viri sepelientes, & mulieres obsequio charitatis, & blandiminis, sepulchrum Christi exornant speciebus aromaticis; quippe ille gloriosè reflorebit ut Phœnix.

Quomodò Christus revivisit ut Phœnix?

11 Hinc patet, quid Servator indicaret, dum detractores Magdalenæ compescuit. Super caput Christi effudit illa libram nardi spicati pretiosi. Frement aliqui indignè ferentes, ex his qui charitati contradicunt speciem charitatis: tunc-que ille: *Sinite eam. Prævenit ungere corpus meum in sepulturam.* Mortis memoria à Christo recolitur, ubi devotio, quo potest, illi blanditur: siquidem minimè delectarent maximæ voluptates, si memoriam percuteret, proficua cunctis meditatio mortis. *Prævenit* (inquit) *ungere corpus meum in sepulturam*, qua vacua caro reflorebit in gloriam. Si Deus Verbum non dabit corpus sanctum suum, videre corruptionem; quorsùm nardus pistica Magdalenæ? Subodoratur Phœnicem. Hic inter aromata floret, inter cinnama resurgit: & prævenit pro corpore sepeliendo Magdalena; ut illo resurgente videatur veri Phœnicis omnimoda gloria: quandoquidem apparebit è sepulcro gloriosus, qui adinstar Phœnicis fuerat inter cinnama sepultus.

Marc. 14. 8.

Memoriâ mortis non blandiuntur voluptates.

Ungitur corpus Christi aromatibus ut resurgat Phœnix corpus.

12 Nascitur Phœnix, imò renascitur, quippe ponit animam, ut resumat; & mortalitatem, ut gloriosè reflorescat.

Una est quæ reparet seque ipsa reseminet ales.

Ovid.

Canit Ovidius ubi dudùm. Et aptiùs Lactantius v.161.

Hæc fortunatæ sortis, fatique volucris,
Quæ de se nascens præstitit ipse Deus.

Lactant. *Mors illi Venus est, sola est in morte voluptas.*
Ut possit nasci, hæc appetit antè mori.
Ipsa quidem, sed non eadem, quia & ipsa nec ipsa est:
Æternam vitam mortis adepta bono.

Renascendo floret Phœnix, & florens pulchritudine patet miraculum mundi, amœnitas oculorum, dulcis infatuatio sensuum. Hinc ab Ægyptiis simulachrum pingebatur Solis, quasi genitoris venustatis & lucis. *Quo quidem nihil* (infit Pier. Valer. lib. 20. cap. 3.) *admirabile magis intuemur, dum lumen ille suum veluti suprema quadam inundatione diffundit. A multarum scilicèt opulentia dotum, magnitudinève; quia omnia sibi collata latissimè superat & excellit.* Ad unguem describit, ut supr. Plinius: *Auri fulgore* (subdit) *circa colla, cæterò purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumbeo apice honestante.* Plerique AA. magis quàm ex pulchritudine summitatem celebrant ex singularitate. Idem ibid. *Unum in orbe toto, nec visum magnoperè.* Lactant. v.31. & 153. *Unica Phœnix. Et raram volucrem.* Claudian. v.8. *Regna colit solus.* Ovid.2. *Amor.* Eleg.6. v.54. *Phœnix unica semper avis.* Pier. ut supr. in *Præf. Admirabili quadam insignis pulchritudine, visu rarissimus.* Macrobius lib. 1. *Saturnal.* cap.20. *Solus sub cœlo.* Iccircò Phœnix dicitur, in terris Sol pennatus. Non esset Phœnix, ni unicus. *De singularitate famosus* (subdit Tertullian. ubi supr.) *ille semetipsum lubenter funerans renovat, natali fine decedens, atque succedens iterùm Phœnix: ubi jam nemo, iterum ipse; qui non jam alius idem. De morte, de funere, de ignibus quoque*, &c. Insignis, quia singularis. Moriendo vivit, & funere floret, nascitur morte, fine natali, quia tumulus thalamus, atque sepulchrum nidus. Dum perit, apparet. Perit, ut vivat. Perit, ne pereat post fata superstes. Funere gaudet, redivivus ex igne. Crematur spontè. Moriens festinat in ortum, cunas struit, dum sepulchrum. Ipse lucet & alius, de morte, & etiam de igne. Hic est Phœnix? Hoc singulare? Hoccine insigne?

Pulchritudo Phœnicis.

Pier. Val. *Cur dictus in terris Sol?*

Plin.

Idem. Lactant.

Claudian. Ovid. Pier. Val.

Macrob.

Famosior singularitate.

Tertull.

Insignis ornatu, vita, morte, funere, resurrectione.

13 Postquàm Christus surrexit à mortuis, junxit se in Emmaus euntibus, duobus discipulis. Delectatur passione & cruce, factà humani generis redemptione: unde ut referrent, quæ passus; vel relatione complacentiam geminarent, & micaret crucis fructus, ex his quæ fabricavit doloribus odium trux; quasi nesciret, dixit discipulis: *Quæ?* Mirantes, quòd ita notum, fugisset passum; dixit unus: *Tu solus peregrinus es in Jerusalem.* Idest, tu homo sanè singularis, tu solus, tu peregrinus. *Admiratione dixit*: infit hìc Cajetanus. Si in Jerusalem tot advenæ, totque peregrini, cur dicitur Christus & peregrinus & solus? Qui in aliquo singularis est, dicitur Phœnix, & rarus & unicus. Unde David: *Prodigium factus sum multis.* Et Paulus: *Spectaculum facti sumus mundo & Angelis & hominibus.* Christum discipuli videntes non cognoverunt, & aptè definierunt ut peregrinum: igitur nequibat esse non singularis, qui surrexerat ut Phœnix; cujus encomium venustas, verùm magis singularitas. Nesciunt quid dicunt, cùm non agnoscerent; & vera dicunt, dum vocant peregrinum Phœnicem. Peregrinus est: igitur peregrinum vivere ex morte, & florescere ex funere. Peregrinus est: quandoquidem res undique nova, quòd ubi perit, reflorescat vita. Peregrinus est: etenim semper novum, quòd vitalem halitum foveat sepulchrum. Peregrinus est: quippe non visum, quòd appareat, qui perierat. Peregrinus est: quoniam inauditum, corpus è sepulchro splendidum, à multarum scilicèt opulentià dotum. Peregrinus est: siquidem ex devenustate funeris, nihil intuemur admirabile magis. Peregrinus est: quia peregrinum, quòd post fata superstes, & vita sit in triumpho victoria mortis. Peregrinus est.

Luc. 24. 19. Vers. 18.

Cajetan.

Psalm. 70. 7. 1. Cor. 4. 9.

Christus quare plauditur singularis, surgens à mortuis?

Quanta mirabilia in Christi resurrectione!

Nataque de flamma corpora nulla vides. Ovid.

Dixit Ovidius 6. *Fast.* v. 292. de igne: itaque surgit gloria, quo gloriæ flamma sopita: Phœnix sanè plaudendus, qui de ignibus quoque surgit glorioſus. Peregrinus utique solus, singularisque videtur, cujus corpus inter ignes Phœnix renascitur. Habet jam gloriam, qui in cruce amiserat vitam. Signa Phœnicis sunt singularitas pulchritudinis, & novitas amissæ & adeptæ vitalitatis: Christusque ubi apparet glorioſus signatur & solus & peregrinus; quia ipse & alius, reflorescente carne de morte, de funere, de ignibus quoque.

Quia in carne appareret glorioſus, plauditur ut peregrinus.

14 Haud aliam arbitror causam, cur Christus dicatur *Primitiæ dormientium*; & *Primogenitus mortuorum.* Exultent ossa humiliata: sibi gratuletur humana caro, igitur si primitiæ sunt, erit carnis resurrectio. Ossa nostra quasi herba germina-

1. Cor. 15. 20. Apoc. 1. 5.

nabunt, quippe semina immortalitatis sepeliuntur: Christusque mortuorum primogenitus plausus; quia per illum post illum resurgemus: unde in primitiis ejus ostenditur gloria, ut clareat nobis futura. Est sanè primogenitus. Verùm quomodò? Aliorum in Scriptura recolitur resurrectio. Proculdubio: & jurè mortuorum dicitur primogenitus; quoniam singularis, peregrinus & solus, sese ostendens verum Phœnicem, in vitam gloriosè resurrexit immortalem. Alia, quæ de Phœnice restant, dicemus *Tom. 7. Tautolog. 2. Didasc. 1.* Sequamur auctorem vita, si volumus glorià. Ita oportuit Christum pati, & intrare in gloriam suam. Innuit etiam Nazianzenus Serm. 3. ad *Virgin.*

Christus primogenitus ex mortuis, ut signetur futura immortalitas carnis.

Ut Phœnix moriens primos revivisçit ad annos,
In mediis flammis post plurima lustra renascens,
Atque novum veteri surgit de corpore corpus;
Haud secus egregiâ redduntur morte perennes,
Dum pia divinis ardescunt pectora flammis.

Greg. Nazianz.

DIDASC. II.

Ex Purificatione Virginis summitas, & velocitas constat amoris.

1 DE filii resurrectione in vitam incorruptibilitatis, fit decursus in puritatem illibatam genitricis: igitur si aromatibus, phœnicis manet in corrupta caro, & glorioſa rutilat resurrectio, indicantibus pelle & carnibus indumenta corporis florida; odor vestimentorum Virginis aromata multa. Verùm si incorruptio vel in partu exponitur, qua causa purificatur? Adinstar cygni fit munus: abluitur *qui munaus tus*. Ita Paulus Aresius de *Purificat. Virgin.* Non elegit contraria flumina flammis, sed purificatur immaculata inter globos ignis legis. *Flagrat, non conflagrat*: epigraphe appositа rubo Moysis Phœnici, in medio ignis splendore flagranti. Vide Picinellum *Mund. Symb.* lib. 9. cap. 34. n. 438. Aptissimum symbolum purificationis Virginis, ut astruit Gregor. Nazianz. Orat. de *Christ. Nativ.* etenim dum ignis cerminus fulgidam flammam, & ligni fragilis pulchritudinem illæsam, atque in flamma non fumum, sed splendorem; conservatam agnoscimus Deiparæ laudabilem virginitatem. Ita, ut canit Masenius, Virgo-Mater.

Symbolum Virginis in purificatione cygnus.

Paul. Ares.

Picinel.

Et rubus Moysis.

Innocuo qualis rubus incombustus ab igne
Flagrat, & ardenti fit alimenta rogo.

Masen.

2 *Apparuit* ibi *Dominus in flamma ignis.* Cur igitur non apparuit in igne, sed in igne flammæ? Flamma nihil aliud est nisi fumus accensus: fumus vapor niger ex igne halatus: & dum Virgo purificatur, flamma ignis symbolicè ostenditur; ut constet Virginis claritas inter nigerrimas legis puerperarum umbras: quandoquidem unde aliæ sigillantur pollutæ atro fumo corruptionis, oritur in illa fulgor integræ virginitatis. Ideo Purificationis voce signatur munus purgationis ex lege: quippequàm Virgo incorrupta dum legi, quasi non esset, subiicitur; ejus virginitas magis contrariis purificatur. Aptè his diebus cum face exponitur Maria, sicut olim Aurora; ut observat Vinc. Chartar. in *Apollinar. Imag.* fol. 67. An quia Solem nunciat? Diximus alibi. *Lux.* (ait Barth. Anglicus de *Propriet. rerum*, lib. 8. cap. 1.) *summè simplex, summè contraria generans, & concilians.* Purificatio opponitur virginitati, virginitas genitrici: & fax Auroram Deiparam ornat; quia contraria adinstar lucis & generat & conciliat: igitur cùm dignata fulgeret virginitatis ac maternitatis singulari dote; subiicitur sponte, pudori adversæ, purgationis legi.

Exod. 3. 2.

Et flamma ignis.

Purior Virginitas inter legis umbras.

Aurora cum face.

Barth. Angel.

Cur Virgo in purificatione confertur luci?

3 Ex Sole comminiscuntur Ethnici, Auroram, quam vocarunt Creusam, concepisse ac peperisse Jonem, quem puerulum obtulit patri in templo, Delphis Soli sacro; quippe inter alia mira, quæ Sol in illa patraverat; genitrix pueruli sine dolore pepererat.

Auroræ partus fabula.

Rectè Apollo omnia fecit. Primùm
Sine dolore parere te fecit.
Postquàm verè peperisti puerum,
Imposuisti fasciis: & arreptum in ulnas
Jubet (Apollo) *ferre infantem huc:*
Ex hac enim respiratione laborum,
O Phœbe templis hunc aedico tuis.

Eurípid.

Succinuit Euripides in *Jon.* v. 1384. & 1595. Summa nonnunquàm audacia Gentilitatis: verùm deservit nostris sacramentis. Consonat Ecclesia ex Venantio Honor. Fortunato.

Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris.

Natus, orbis conditor;
Atque ventre virginali
Caro factus prodiit.
Venant. *Vagit infans inter arcta*
Conditus præsepia:
Membra pannis involuta
Virgo-Mater alligat;
Et manus, pedesque, & crura
Strictà cingit fasciâ.

Veritas in Virgine Maria, quod mendacium in Aurora.

Nesciens Mater-Virgo virum, peperit sine dolore Salvatorem sæculorum. Ipsum Regem Angelorum sola Virgo lactabat ubere de cœlo pleno. Virgo concepit, virgo peperit, virgo post partum Patri luminum, à quo descendit, in templo Jerosolymis Aurora obtulit. Quorsùm molimina Priscorum cogitationis? Refulgent nobis splendores veritatis.

4 Cæterùm meditanter scrutemur functionem, ut longiùs rutilet accensæ facis delectabile lumen. *Impleti dies purgationis* (Mariæ) *secundùm legem Moysi.* Dies gaudii, & in uno dies multi; quia dies impleti felicitate. At unde? Quoniam *dies purgationis* Mariæ? Implicat argumentum, ubi in Virgine signatur purificationis officium. Si Maria peperit virgo, cujusnam nævi erit purificatio? Fugit legis subauditas maculas immaculata virginitas. Ubi nomen Virginis exprimitur, purificatio repellitur, quippe semper connotat maculam denigrantem, & lex nequit comprehendere incorruptionem. Haud facilè intelligitur purificari puram, mundari immaculatam, quoniam non eget luce, quæ nescit umbram. Qua igitur veritate dicenda Virginis purificatio, si supponitur virgo? Quomodò dies completi in Virginis purificationem? Dicit Evangelista: *Dies purgationis ejus secundùm legem.* Purificatio est, quia non virgo fœmina peperit: non propter legem, quæ nequaquàm comprehendit incorruptam genitricem: & non dicit Lucas dies purgationis Virginis propter virginem, sed duntaxàt purgationis Virginis secundùm legem; quia ni præciperetur latæ legis præscriptione, ipsa puritas nequibat purificari.

Luc. 2. 22.

Quomodò Virginis purificatio, si virgo?

5 Purificatio fit Virginis secundùm decreta legis. Cujusnam legis? Moysis? Virginem non comprehendit: imò excludit. *Mulier* (ait) *si suscepto semine peperit.* Si lege comprehenditur, partus purissimus ipsa lege negatur. Si excludit, non est præceptum in Virginem. Si purificatur Virgo, juxta quamnam ergo legem? Juxta legem amoris.

Levit. 12. 2.

Omnium primùm Amoris artes. Plaut.

Dicit Plautus in *Trinum.* Act. 2. Scen. 1. v. 9. Nemo dat lecem amanti: major lex est amor sibi: quam exercet fax Auroræ, secum in ulnis portantis Solem Justitiæ. Lege amoris regulanda cuncta, ut luceat radiis singularibus Aurora. Exhibet in functione promptitudinem, puritatem, & exemptionem. Promptitudinem in observantia vel liberæ servitutis, puritatem in tenebris legis, & exemptionem in demonstratione subjectionis. Patet ex textu. Promptitudo ex tempore: *Dies impleti.* Puritas ex officiorum munere: *Purgationis.* Denique exemptio in persona *Mariæ.* De hac ultima demonstratione latè egimus hìc *T.* 1. *D.* 1. Modò de cæteris, ut miremur exhibitis leges amoris.

Quot munera & excellentiæ in Virginis purificatione.

6 Notas profectò faciam, ut constet, uti canit Virgilius *Eclog.* 2. v. 68.

Quis enim modus adsit amori. Virgil.

Tempus est sphæra, qua supereminet Amor Mariæ, & cæcitas gravis hujus miseri sæculi. Quanta formido ex hominum placitis pullulat in corde hominis! Quàm addicta pectora falsæ auctoritati! Quàm prona in fallacem honorem sæculi lubrici, procul rationali reflexione, videntibus cunctis Virginem subiici legi purificationis: quasi quæ singularis, esset impura uti reliquæ mulieres! Solummodò superbia inter æquales superioritatem invènit, & excusationem arrogantiæ ex usu temporis insolentis cogitavit: *vitia nostra, quia amamus, defendimus, & malumus excusare illa, quàm excutere.* Infit Seneca *Epist.* 116. Hinc Orbis pingitur calcatus à tempore, cum lemmate: *Sic omnia.* Ita Octavius Strad. *Tom.* 3. *Symb.* 85. Aptius esset, & satius excutere orbem dominationem temporis, ut illi nequam nequaquàm morigerarentur mores: igitur iniquè cordibus dominatur: si non subiicitur. Tempori, & amori Prisci concesserunt pennas. Vide Chart. de *Imagin. Deor.* fol. 26. & 336. Indicatur utriusque velocitas. Nolumus vitia excutere, sed excusare festivè: igitur vanitates sedentes in pennis temporis, fovemus in perniciem alis velocibus affectionis.

Insolentiæ eminet superbiæ sæculi, purificata Virgine.

Senec.

Strad.

Orbis calcatus à tempore.

Amor & tempus cum pennis.

7 Speculum superbiæ mundi, concavum est; etenim præ se fert humilitatem Virginis. Videntur sanè imagines eversæ in speculis concavis. Ubi superbia mundi construit auctoraminis profunditatem; amor Virginis extruit mirificè exaltationem. Uterque in ejus purificatione exprimitur: uterque pennis ornatur: verùm

Contentio amoris Virginis & temporis.

in

in contentione, voluptuoso certamine, jam amoris consumatus rapidissimus cursus, ubi cursus initium aggreditur serò tempus. Lex purificationis implenda prorsus
Levit. 12. 3.4. signato tempore, nimirùm, *quadragesimo die*.
Luc. 2. 22. Tempus etiam in purificationem obstringebat purgatam *secundùm legem*. Cùm minimè teneretur, nec lege, nec tempore, Virgo-Mater tempore congruo subditur purificationi. Verùm digna consideratione verba Lucæ. *Postquam impleti sunt dies*, inquit. Herculis nodus. Lex tempore designato subditos ligat; ultra, non obligat: quomodò Virgo implevit exactissimè legis mandatum, post completionem dierum? Perperàm completis diebus, respondebitur legi; si adimpleri debent mandata legis, antequàm impleantur dies. Mariam adimplevisse opportunè latæ legis mandatum, sanè cunctis inconcussum. Qua ergo via si tempore opportuno munus factum, dicitur tempus tempestivè completum? Si antequàm consummarentur, facta fuit lustratio Virginis-Matris, quo pacto dicitur facta, postquàm impleti sunt dies? Quoniam illa adimplebat in lege legem amoris, in certamine structo à velocitate temporis. Non
Ibid. erat purificatio utcunque fœminæ, sed Mariæ. *Impleti sunt dies* (inquit) *purgationis ejus*. Cum esset adespota, idest immunis à lege, vel legis ipsius tenore; amori incubuit adimplere legem, & æmulari in officio temporis velocitatem. Vis amoris exponenda cum temporis pugna: unde inter pennas, & pennas, tempus dicitur impletum; ut Virginis signetur in obediendo velocitas: siquidem dum tempus inchoavit cursum secundùm præscripta legis, legem impleverat Virgo secundùm cursum amoris.

Adimplevit in decreto legis legem amoris.

Impleverat priùs secundùm amorem, quod implevit post eà secundùm legem.

8 Clariùs. Volabat tempus, volabat etiam in Virgine alatus amor. Die destinato à lege, lex impletur à Virgine; ita præceptis Deitatis esto liberè obediente, ut adveniret velocis temporis cursus, postquàm ab amore impleti dies purgationis ejus. Ni amor antecelleret, non volaret, nec promptitudinem in obedientia exprimeret: & inter velocitatem, & promptitudinem, velocitatem temporis, promptitudinem Virginis, signatur purificatio; ut clareant initium temporis, & temporis plenitudo: quippequàm Virgo jam impleverat legem secundùm amorem, ubi tempus incipiebat instare secundùm legem.

9 Hinc ab Erico Puteano Orat. de *Virg. Purific.* plauditur Deipara, *Speculum filii*. Illum quoad potuit in cunctis repræsentavit. Cùm adveniisset tempus destinatum à lege pro circuncisione masculi, facta dicitur infantis circuncisio, *postquam consummati sunt dies octo*. Haud inest implicatio in terminis, sed expressio obedientiæ lege amoris: igitur cum opportuno tempore, cursibus veloci exhibenda esset legis adimpletio, & amoris in adimpletione demonstratio; signatur temporis initium, & simul dierum in tempore consummatio: siquidem quod opportunè tempus cœperat, jam amor cordis plenissimè consummaverat. *Postquàm consummati*. Appositè. Tempus & amor habent pennas; sed cùm amor aggreditur, tempori non est velocitas: etenim in eodem officio, atque velocitatis ministerio, adveniunt officia temporis post exactam consummationem amoris.

Eric. Put. *Virgo filii speculum.*

Luc. 2. 21.

Amor in operando velocior tempore.

10 *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut facium*: Patri dixit Servator in novissimæ cœnæ consummatione, priusquàm procederet in crucem, salutem totius generis humani. Sanè difficile captu. Opus quod facturus, consummandum profectò, amissa & in cruce vitâ: quo igitur sensu cuncta antequam perfecta, designantur ab illo consummata? Si facturus est, non fecit: quæ non fecit, nequaquàm consummavit. Quomodò consummata perficiet, vel jam facta iterùm faciet? Faciet iterum? Nullo modo. Una enim oblatione consummata fuit cunctorum sanctificatio. Mors illi ultrà non dominabitur. Mortuus est semel. Quid ergo faciet? Quomodò faciet, quod ante factum perfecit? Neutiquàm consummatum, quod futurum. Etiam quod tempore futurum, ab amante potest esse consummatum. Procedunt unà, sed non simul amor, & tempus; quia tempus subest amori: cæterùm amor non subiicitur tempori, cùm vel curriculo ob cordis promptitudinem, temporis antevertat velocitatem. Jussit Pater crucem sustinere, & mortem crucis subire pro hominum lapsorum reparatione. Voluntas Patris à genito perficienda: & ut signetur obedientia promptissima: signatur etiam munus crucis consummatum, ante tempus opportunum: etenim cùm opus amoris probetur exhibitionis velocitate, claudicante in cursu velocissimo tempore; antequàm accederet redemptionis tempus, fecerat amor redemptionis opus. Consummavit re ipsa an-

Joan. 17. 4

Amor consummat pro priâ velocitate, quod consummaturus tempore.

Obedientiæ perfectæ quanta promptitudo!

antequàm faceret : igitur inter alas & alas, pernicitatem amoris, & temporis, quæ in tempore decreverat legis adimplendæ tenor, jam consummaverat amor. Lex fuit Patris tan dira acerbitas mortis. Facere opportunè, est index obedientiæ, sed communis. Summa exhibenda ab amore in tempore per insignem obedientiam: & dicit Christus: *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam*; quia opportunè fecit opus, & amore priùs fecerat, quod opportunè facturus.

Quomodò opus amoris opportunè, & ante tempus?

11 Exponitur perspicuè, qua arte postquàm impleti sunt dies, incubuit Virgo Maria legi purificationis, quæ destinaverat in functionem tempus, extra quod non erat opus. Opus Virgo tempore consummaverat, ut faceret; quoniam amor tempus antecelluit. Fecit juxta ordinem temporis, & etiam postquàm impleti sunt dies: opportunè juxta legem, & post dierum impletionem per amorem, quippequàm consummaverat ejus obedientia amoris velocitate purificationem, quam factura tempore. Speculum filii patet, & in umbra legis clariùs elucet. Purificatur quæ singularis Virgo, tanquàm reliquæ mulieres; quia filius circunciditur, sicut cæteri infantes: vicit amor, & subjecit obedientia; ut facerent ab amore consummata: igitur ita prompta corda in observantiam legum, ut quod faciendum lege, dicatur factum.

Ita in Virgine opus purificationis.

Per obedientiam dicitur factū quod faciendum.

12 Subit mentem expositio decreti facti à tota Trinitate de incarnatione filii, pro generis humani cum Patris obtata reconciliatione. Enunciat Gabriel, audit Virgo, præbet assensum dicens: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Perpende. Totius inæstimabilis ponderis erat factum ad quod Angelus Virginis poscit consensum. Cur igitur tantùm dicitur consensus; & non opus? Divinis enim verbis respondent efficaciter opera: unde frequenter ad *Fiat*, additur: *Et factum est ita.* Quare minime dicitur, quod post assensum facta fuit Verbi divini incarnatio; sed duntaxat, quod Angelo enuncianti consensit Virgo? Quia tanquàm speculum erat obedientia in Virgine. Haud respondet speculum voce, sed actione. Crystallus præstat Maria, quà legum exemplar. *Fiat* sufficit, ut factum constet: igitur si in cæteris ab actionibus inferuntur leges; à legibus inferuntur Virginis operationes. Iccircò *Mihi* addit, dum dicit: *Fiat. Mihi*, & propriè. Voce explicat, qnicquid amor in obedientiam dictat: siquidem si in reliquis actiones comprobant: responderi legi; profectò legem esse, sufficit mihi.

Luc. 1. 38.

Genes. 1. 3 7. 9. 11. 15 24.

Cur Virginis obedientia confertur speculo?

13 In ejus purificatione, summitatis obedientiæ patet insigne. Diligenter observa. *Postquam impleti sunt dies purgationis ejus.* Quid? Ubi cætera? Post verò, quid factum est? Nihil dicitur ab Evangelista de purificatione Virginis, & signat præscripta legis. Adhuc in effectus necessitate signat idem operationes naturæ. *Elisabeth* (ait) *impletum est tempus pariendi, & peperit filium.* Curnàm si impletum est tempus purificandi Virginem, ipso in munere non astruit Virginem-Matrem adimplesse legem? Quia erat purificatio Mariæ: *Purgationis ejus*: & non exprimit Evangelista, in ipso facto quæ facta; quoniam sufficiebat præscriptum à lege, ut lex intelligeretur exactè adimpleta à Virgine. Idem stylus observatur in circunci-sione Filii: *Postquam consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer; vocatum est nomen ejus Jesus.* Non est facta circunci-sio? Utique facta, & lex impleta: & impletionem Evangelista tacet; quippè lex sufficiebat, ut adimpleret. Sufficit lex obedientiæ Mariæ, amoris lege: igitur exhibitione actionum, pulcherrimum obiicitur oculis speculum legum, amore cordis præeunte, etiam tempore volante.

Ubi supr.

Ib. cap. 1. 57.

Sufficit Virgini lex lata, ut ab illa supponatur impleta.

Ib. cap. 2. 21.

Ex lege amoris & amore legis.

14 Ni dicas, & jure, tacuisse Evangelistam, expressà lege, Deiparæ purificationem, quia solùm purificabatur secundùm legem. Deturpatur Bethsabeë, & purificatione intendit corporis legalem immunditiam detergere, verùm oblita devenustatis animæ. *Statim* (dicitur) *sanctificata est ab immunditia sua.* Idem lex puerperæ præscribit: *Sic mundabitur.* In illis immunditiæ dicuntur & purificationes. In Virgine tempus purificationis, & non amplius. Haud quia aliis sufficiebat esse pollutionem, & Virgini legem; sed quia ubi nulla macula, purificatio nulla. Unde de aliis fœminis factum dicitur, & in Virginis purificatione purificatio tacetur; quia nulla nisi secundùm legem esse poterat purificatio, si concepit, ac peperit singulariter Virgo. Solùm tempus describitur purificationis & non amplius, quia adinstar cygni, semper.

2. Reg. 11. 4. Levit. 12. 7.

Cur in Virginis purificatione non dicitur purificatio?

Illi candor illæsus.

Uti canit Valer. Flaccus lib. 2. *Argonaut.* Val. Flac.

v. 307. Cætera respondentia Didascaliæ vide *Tautolog.1.Didasc.1.*

DIDASC. III.

Custos Angelus nonnunquam in homines luminibus apertis, vel hominum oculis clausis.

Cur Angeli similes flammæ ignis?

1 UBI sermo de ignis flamma, necessariò occurrit Angelorum custodia: igitur & illuminant clientum mentes, & ut purificent, amburunt imperfectiones. Cunctis in singulis hominibus datur Angelorum auxilium, quo videtur studium Angelorum.

Qui est imperator Divùm, at hominum Jupiter
Is nos per gentis alium alia disparat,
Hominum qui facta, mores pietatem, & fidem.
Noscamus.

Plaut.

Canit de Geniis, seu potiùs Eugeniis Plautus in *Prolog.Rudent.*v.9. de quo Nos suo loco latè. Proposito custodiæ Joannes Stigelius in Hymn. de *Angel.*

——Illis sapientis ignem
Mentis adflavit, voluitque recti
Esse ministros.
Ergo versantur vigiles parentis
Ante conspectum, capiuntque lati
Jussa mandantis, Dominoque toto
Æthere plaudunt.

Joan.Stig.

Act.7. 30. Exod.3. 2.

2 Verùm quorsùm Angelorum custodia cum ignis flamma? *Apparuit Angelus in igne flammæ rubi*: dicit Stephanus. Angelus, ubi apparuit Dominus? Utique: puritate sunt speculum, ubi videtur Auctor: in illorum perfectione relucet Conditor: diciturque Dominus, dum apparet Angelus; quoniam illorum excelentià perfectionis, ducimur in cognitionem Deitatis. In flamma ostenduntur Angeli Custodis Israël vigilantiæ specimina, & custodiæ ministeria. Flamma semper sursùm: contrahitur ut illuminet, contactum purificans in se convertit; ut sola in æthera non ascendat, si sola descendit, conferturque jurè custodia Angeli, flammæ semper in cœlum tendenti; quippequàm de cœlo descendit, ut hominem illuminet, purificet, tendatque sursùm, ut secum ducat in cœlum. Facit Deus *ministros suos flammam ignis,* ut secùm ducant sursùm ad æthera homines. Hebr.1. 7.

In Angelis perfectio cognoscitur Conditoris.

Cur eorum custodia signatur flamma?

3 Perfectus Princeps describitur à Solorzano veste regià oculis, auribus, atque manibus ornatà.

En tibi plura gerit, quàm lumina præbuit Argos.
Rex, aures totidem, quin totidemque manus.

Solorz.

Principis munera quæ lia?

Ita *Emblem.*54. Principes Angeli sunt: cohæredes homines, mittunturque à Deo, ut collocet eos cum Principibus, quorum insignia, ut à dignatis tangatur cœlorum scopus; sunt aures, oculi, & manus. Oculi in aspectum molestiarum: aures in exauditionem precum: manusque in auxilium afflictorum. Omnia vident, omnia audiunt, & operantur cuncta, insopita custodia: igitur labores aspectu levant: exaudientes simul cum clamantibus clamant; & coronam à se partam hominibus præbent, igitur sine auxilio Angelorum nihil facerent.

In quibus relucet Angelorum custodia?

4 Expresit illorum ministerium, qui destinavit in hujusmodi officium. *Custodiet in via: introducet in locum, quem paravi ::: non dimittet cùm peccaveris.* Terra promissionis gloria est: peregrini quippe sumus hìc: illuc tendimus, & benè, si tendimus illuc. Cæspitamus, offendimus, cadimus: sed sunt manus, ut non offendamus cæspitantes, non cadamus offendentes, & erigamur vel cadentes, in pristinam gratiam, quia ne lapsu collidamus, supponit Dominus per Angelos manum suam. Iter in terram promissionis periculis plenum, imò totum periculum. Mare amaritudinum, & tribulationum procedentibus obstat, infestus Pharao à tergo persecutione molestat. Bella ingruunt gigantum, via deserta, sed plena dipsadum, atque serpentium: verùm Angelus *custodiet in via*, fidà, & invigili tutela: equidem auxilio Custodis, cuncti anfractus superabuntur itineris. Quasi amasius sequetur dilecti vestigia: & licèt malitia adoret idola, pronus in dæmonum simulachra, detrahat regimini cœlesti, Moysique Principi; atque cogitet reverti in Ægyptum, fallaci expositione voluptatum, à custodia non recedet: *Nec dimittet cum peccaveris.* Ita comes individuus in iter eundum, ita enixè intendet in propositum; ut quanvis advocet patria & sedes propria, haud dimittet socium quousque perveniat in cœlum, & secum ovans *introducat in locum.* Quia custos Argos, cen- Exod. 20. 21.

Auxilio Custodis, anfractus superantur itineris.

Custodit hominem vel peccantem.

Intendit secum ducere in beatitudinem.

centum luminibus caput ornat.

Centum luminibus cinctum caput Argos habebat.

Ovid. *Inde suis vicibus capiebant bina quietem.*

Cætera servabant, atque statione manebant

Constiterat quocunque loco spectabat:

Similis & dissimilis Argo. Canit Ovidius lib. 1. fab. 11. *Metam.* Ecce eximia custodia: sed centum oculos nox occupat una. In custodia Angelorum aliter

Psal. 120. 4. omninò fit: *Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel.* Quocunque loco constiterit, spectat, nunquam dormitat: igitur haud esset cælestis custos, si semel claudere oculos.

5 De cœlo micat stella, ut perducat Magos in Patriam Salvatoris, & visione Dei-hominis perfruantur ita Religiosi

Matt. 2. 2. Principes. *Vidimus stellam in Oriente.* Angelum fuisse, asserit Suarius in 3. p. *D. Th.* disp. 14. sect. 5. Ministerium sanè cogitationem astruit. Oritur illuminat, illuminatos ducit, quousque venirent in Dei conspectum, & adorarent in carne assumpta Salvatorem Dominum, gloriæ regem; trabeà carnis inter ubera matris commorantem. Fulget in ministerio Angeli claritas, sed major est in benefaciendo summitas. *Per cœlum sic cursum dirigit, sic moderatur incessum, sic viam temperat, ut Magorum serviat, & mittatur ad gressum: nam ambulante Mago, stella ambulat: sedente Mago, stat stella: mago dormiente, excubat stella.* Hucusque Chrysolog.

Chrysol. *serm.* 156. Si in obsequio promptus sideris splendor, ut cuilibet ductorum placito aptetur fulgor, & Angelus cum euntibus it, cum stantibus stat; cur non dormit; dum sopor occupat Magos? Quia Angelus Custos. In cunctis homini obsequetur, & ministerio indulgebit: cæterùm nunquam & nusquàm Angelus dormiet: quippe cùm custodia constet ex Angeli vigilantià, modò dormire posset, amorem in tutelà non ostenderet.

Semper vigilat Angelus Custos.

6 Semper circundant & usquequaquè pericula: si dormiret, inimicus superseminaret zizania: & dormiente homine vigilat Angelus, ne quiescentem affligat inimicus: etenim vigil observaret opportunitatem noxæ, si Angelus in tutelà quiret oculos claudere. Majus malum imminet hominibus incuriosis, & somno deditis: ubi majora mala, ibi Custodis vigilantior custodia: & Angelus non dormit, dormientibus Magis, ut ejus pateat vehementia dilectionis; igitur ibi fortius auxilium promptum, ubi urget majus periculum. Gravat naturam necessarius somnus, & dormientem aggreditur vigil diabolus, qui observat occasionem in ruinam, movens quiescentis phantasiam: ni haberet in custodiam Angelum, non esset somnus, sed bellum: & Angelus homine dormiente invigilat, ut alumnus in somno securè quiescat. Ecce Custodis solicitudo: comes datur & vigil, ut quiescat homo. *Ipsi sunt sanctissimi spiritus, qui nobis dormientibus, custodes adsunt*: inquit Augustinus serm. 46. *ad Fratr. in erem.* Vigilare debebat homo in propriam salutem, quippe perpetim discrimen: & Angelus minimè dormit, dum ille quiescit; ut erga illum exprimat demonstrationem amoris: equidem Custos semper luminibus adstat apertis, vel dum homo vivit clausis. Haud ab illo removebit lumina, quousquè secum qui socius potiatur gloriâ.

Auxilium promptum, ubi periculum.

Augustin.

Semper luminibus apertis, etiam hominis clausis.

7 Terra promissionis, quasi paradisus Adamo, data fuit filiis israël pro patria à Domino Deo: sed ab illa expulsi & exules jure, iniquitatum gravitate, ut extra patriam discerent subeuntes tyrannidis jugum, quàm amarum dereliquisse Dominum. Sub hujusmodi tempestatem, insignem Ezechielus spectavit visionem. Currus & thronus oculis fuerunt objecti, ut animus vacaret ab ambitione, visis dignitatis exitu, & elevationis fulcro. Currus constat rotis: rota volubilis: & ubi obiicitur thronus, signatur currus; quippe elevatio maximè indignorum indignitatis thronum, ut rotet in præcipitium.

Indignè elevatio in thronum, aptatur in præcipitium.

8 *Sonus erat castrorum*: ideſt Chaldæorum militum, ut observat Sanctius hic. Forma rotarum, *quasi rota in medio rotæ*: ideſt intertexta sphærulis, & in orbibus orbes: ex quibus corpus rotarum, *oculis plenum.* Artificium profectò cœleste. Verùm quid inde? *Signabat Israelitarum exilium & reditus in patriam*: infit Theodoretus hìc. *Oculi, Angeli Custodes Israel*: subdit, ubi supr. Sanctius. Intelligitur plenè visio, & Israëlitarum liberatio ex inimicorum persecutione, Custodum solicitudine. Unica rota signabat perpetuum exilium: rota in rota postliminiò ad patriam reditum. Sola designat peregrinationem: bina, in patria post reditum quietem: & in medio rotæ inseritur rota, & utraque oculis vigilantibus plena; ut clareat

Ezech. 11. 24. v. 16. & 18.

Theodor.

Sanct.

Angelus comitatur socium, quousque intromittat in cœlum.

custo-

custodia Angeli ex exposita visione : igitur non solùm affuit in exilio propriam relinquentibus terram, verùm astitit, quousque peregrini tutò redirent in patriam. Cura Angelica propendit in quietem hominis, sed magis in locum, ubi omnimoda quies. Exigua sanè, modo tantùm comes in peregrinatione, in exilio, in utriusque cruciamine : & ad hominem spectat, illumque ducit ; quousque veniat, & perveniat in patriam quam exul perdidit.

9 Indicabimus ampliùs dubio incidenti. Hujusmodi visio eadem cum Joannis visione, uti notat Alapide in *Exod.* 24. 10. At illicò occurrit discrimen magnum, maximè ergo ministerium Angelorum. De spiritibus Joannes dicit: *Plena oculis ante & retrò.* De rotis in medio rotarum, ait Ezechiel: *Totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor.* Per rotas, uti vidimus, homines describuntur : per oculos Angeli Custodes designantur ; qui vehementiâ amoris, ut exactè custodiant, figunt oculos in clientes. Cur ergo sibi lumina habent in cœlestibus, dum pridem collocabant in rotis hominibus? In Joannis visione homines exponuntur patriâ gaudentes: in Ezechielis visione, exilio peregrinantes. Gaudenres, quia sedebant in gloria : peregrinantes, quia adinstar rotarum volvebantur in terra : hìc periclitantur, ibi peccare non possùnt: & aspectus Angelorum subtrahitur, ubi nullum hominibus periculum statuitur; quoniam neutiquàm removebunt oculos ab hominibus, quousque collocent sine peccato in cœlestibus. Arbitrari poterant Israëlitæ ab Angelis destitutos, ubi tot laboribus sese plorabant oppressos, versà fortunæ rotà de malis prorsùs in majora mala: verùm tunc erant vigilantiores oculi in rotas studio fixi. Captivi ibant & gementes, attamen ibant Angeli cum captivis, ducentes in quietem, sublevantes exilii cruciamen : & in cœlo supervacuà custodia, removent à clientibus lumina ; quippe non removerent ab hominibus aspectum, si aliquomodò esset necessarium auxilium.

Apoc.4.6. Ezech. 1. 18.

Ubi periculum ibi vigilantia Angelorum.

10 Vidit Isaias Dominum super solium excelsum & elevatum, cui adstabant Seraphim senis pennis insigniti, pro ministerii promptitudine, atque throni majestate. Per pennas signatur favor ex auctoritate Principis, & senis alis diminutio etiam signatur auctoritatis : igitur languet Principis excelentia, ubi penes ministros universa beneficia. Freti deditâ auctoritate frequenter in sæculi senaculis insolescunt, dum nimis alis ornantur : igitur ibi oppressiones & violentiæ, ubi plures sunt alæ, quibus utuntur, ut in altius ferant, & ferantur, dum confugientes ad alas, alis ipsis opprimuntur. Alis Seraphim ornantur in decorem ; sed senis non utuntur, ob Principis majestatem : siquidem in solio moderamen claret potestatis, non volare omnimodà gratià Principis. In ministris omnia posse, detrahit potestati. In favore senarum alarum innuitur generositas Domini, in uso tantum duarum discretio prudens ministri : equidem ut volent quo valent, & tutò volent ; volare debent juxta ministerii metam, non juxta Principis gratiam. *Duabus velabant faciem ejus, duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.* O ministri insignes, exempla recti regiminis, & moderationis! Non alis capitis volant, dum causas indicant: etenim pervertitur ministrorum judicium, & in inferiorum nocumentum; ubi fulti alis superioris capitis, ad nutum atque libitum retorquent leges. Non infimis alis volant, maximè quùm subditi oppressi clamant. Pennæ illis ministerii crediti condecoratio ; sed in illis subditorum præpes protectio : minimèque ministris licitum, convertere in fastus luxum, & decoris ornatum, quod debent in protectionem expendere subditorum. Solummodò volant alis duabus & stantes in throno. Verùm si stant, ad quid volatus exhibita demonstratio ? Uti ministri, in solio ostendunt potestatem ; uti Seraphim, subditorum dilectionem: & duabus pectoris pennis stantes volant, dum subditi anxii præ dolore clamant; quoniam citiùs subditi moventur, atque dolentes levantur potestate suavi amoris, quàm pennis validis dominantis potestatis.

Languet Principis excellentia, ubi penes ministros redfidet gratia.

Fit subditorum oppressio, in illos favore nimio.

Illorum moderatio utilis.

Isai. 6. 2.

Ni Principis gratia, ministrorum insolentia.

Abusus potestatis in quo?

Subditi moventur amore non potestate.

11 Ad rem ergo. *Duabus velabant faciem, ne viderent* (subdit Haye in *Bibl. Maxim.*) *duabus pedes, ne viderentur; duabus vero ministrabant.* Expositio auctoritatis impellit intellectum in glomeratum implicitumque nodum. Quo intuitu hi spiritus Angelici (fuerunt utique Angeli, ut astruit D. Thom. 1. p. q. 112. art. 2. ad 2.) ita ministrant, & ministrando volant ; ut nec videant, nec videantur, dum adimplent ministerium? Erant in choro canentes ; & removetur

Bibl.Max.

Removenda in choro curiositatis occasio.

omninò occasio curiositatis: igitur dum festum agunt cogitationum reliquiæ, cor sedentis in throno vulneratur ictu oculi. Vulnus sanè exprimit altum, qui queritur de vulnere *in uno* duntaxàt *oculorum*. Ibi sedent, ut videant; inde volant, ut faveant. Consulunt gratiæ & volantes & stantes in thronis. Ni viderint, gratia cæca: ni visi, gratia ingrata; quippe in recipiente deficit gratitudo, & in conferente discretio: quorsum igitur, si vacant gratiæ, nec videre studeant nec videri? De ultimo hìc agemus *T.* 8. *D.* 3. modò de primo.

Cant. 4. 9.

12 Erat ibi propheta afflictus respiciens thronum, & qui pollutus, ut mundaretur, clamans in cœlum. Implorabat gratiam & munditiem, admirabilem spectans gloriæ felicitatem. Intendebat in auxilium Angelorum, verùm se auxilii fatebatur indignum. *Pollutus labiis.* Videt Angelus egentem, & binis alis non videt. Aspectu perspicaci oculos claudit, textu exprimente implicatione harum metaphoricarum sensationum, singulare Angelorum auxilium: igitur oculos habet Angelus ut conferat indigenti favorem; & oculos pennis claudit, ne videat indignitatem. Ulteriùs. Volavit unus de Seraphim ut volatu prophetæ faveret: attamen faciem, dum medetur, abscondit. Patêre coram prophetà, videbatur obstrictio beneficii collatà gratià: & se subtrahit aspectui prophetæ, dum incumbit medicamini; quippe non intendit in propriam gloriam, sed in subditi crediti copiosam gratiam.

Vers. 5.

Videt Angelus in favorem hominem, verum non indignitatem.

Studet solummodò gratiæ.

13 Denique. Aspectus Angeli & est honor hominis, & levamen amaritudinis pectoris: igitur dum patet nobilis naturæ venustas & decor, non est luctus, neque clamor, neque ullus dolor. Quo ergo pacto nec vident, nec sinunt videri: quando in illorum aspectu micat ampliùs singularitas gratiæ? Quia ministrabant, & ministerio à Deo creditos custodiebant. Ostendebant gloriam propriam stantes in throno, & etiam consulentes ministerio; quippe etsi fragilis naturæ custodes, *semper vident faciem Patris.* Sunt in gloria & in hominum tutela; quoniam illis gloriosum, hominum custodia clientum: verùm in tutelæ ministerio obsequioso non visi, ostendunt modum singularis custodiæ. Homo dum benefacit, ostendit faciem, & in gratia collata à recipiente extorquet gratitudinem. Ubi subodoratur demeritum, retrahit beneficam manum. In gratia Custodis Angeli, fas non est videri & videre, pro excellentia gratiæ & modi: non videri, ne deturpet aspectus aliquo nutu pectoris generositatem dantis: non videre, ne retrahat gratiam indignitas recipientis.

Quomodo stant in gloriæ throno & assistunt ministerio? Matth. 18. 10.

Quomodò illorum gratia summè plena?

14 Hinc Angelorum amor innotescit. Vates sacer facies spirituum non vidit; verùm Angelos Seraphim cognovit. *Seraphim stabat.* Egimus *Tom.* 1. *T.* 5. *D.* 20. à n. 18. Angelorum ordo inter cœlestes hierarchias est infimus: Seraphim verò supremus: quomodò ergo Seraphim cognovit, si velatam pennis faciem Angelorum non vidit? Ex ministerio & beneficio inferuntur intellectio & notitia in Vate sacro. Non vidit conferentem, verùm vidit charitatem. Non cognovit naturam, attamen expertus est gratiam: & Angelos Seraphim cognovit, quorum faciem plumis velatam non vidit; quippequàm designabat charitatem benefacientis summam, homini indigno ac polluto actutùm conferre gratiam. Beneficium profectò ostendebat conferentis liberalitatem, sed modus gratiæ dilectionis plenitudinem. Alia vide loc. cit. n. 1. Clamavit Vates, auxilium expoposcit, & statim Angelus in patrocinium volavit, ut clareret summitas beneficii etiam in gratiæ velocitate. Clamet dignatus hujusmodi auxilio, igitur illicò descendet de cœlo. Succinit Alcimus Avitus lib. 4. *Genes.* v. 413.

Ubi sup. v. 2.

Angelorum charitatis demonstratio, favere indigno.

Summitas gratiæ in favoris promptitudine.

Subitò per liquidum levibus circundatus auris
Vibrataque movens ignito corpore pennas,
Nulli conspectis ad terram motibus ibit.

Alc. Avit.

DIDASC. IV.

Gravissimum in purgatorio expiamen animarum.

1 COgnoverunt vel Ethnici. Hinc instituta Februa, de quibus agemus in *Ephemer.* 15. *Februar.* n. 24. & 15. 19. à n. Canit. Ovidius lib. 2. *Fast.* v. 33.

Aut quia placatis sunt tempora pura sepulchris:
Tunc cùm ferales præteriere dies.
Omne nefas, omnemque mali purgamine causam.
Credebant nostri tollere posse senes.

Ovid.

Si credebant Ethnici, qua ratione inficiantur heterodoxi? Vide Bellarmin. *tom.*

Animæ ardent, & non absumuntur.

Tom. 1. controvers. 6. Miris, tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos posse pœnâ corporalis ignis affligi (ait Augustinus lib. 21. *de Civ. Dei*, cap. 10.) *si spiritus hominum, etiam ipsi profectò incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris.* Hinc Moyses, videns rubum ardentem & non combustum, *admiratus est visum*: quippe singularis visio, & mirabilis profectò, obiici oculis, quod posset igne ardere, & non posse igne consumi. Quid expressius pro pœna purgatorii gravissimâ, qua detinetur expiando ignibus fidelis anima? Veris prorsùm ardet modis, sed modis miris; igitur verè patitur ignem, & non absumitur ardens in majus cruciamen.

August.

Act. 7. 31.

Rubus Moysis symbolum animarum ardentium.

Exod. 3. 2.

2 Aptè dicitur *flamma ignis*, & ubi sedet Dominus, vel Domini Angelus; pro symbolo animarum purgatorii dum exponitur rubus: in igne dolor, in flammâ notatur splendor: & in igne signatur etiam flamma; quoniam animæ patiuntur, ut collocentur in gloria. Non conflagrant, dum flagrant: ardent, ut luceant: siquidem patiuntur, ut potiantur; quoniam cruciamina subtinent ardentis ignis, ut fulgeant in perpetuas æternitates. Verùm de hoc alias. Latet aliquid magnum in ignis hujusmodi flammâ, ut à nobis adhibeantur animabus refrigeria. Ad quid igitur flamma ignis, si non aliunde nisi ex igne oritur flamma? Notatur utique summa calamitas luentium in purgatorio culparum meritò pœnas, etenim miris modis, tamen veris, si in hoc mundo flamma ex igne; ibi gelu ex igne flammæ: quandoquidem pro expiamine noxæ, igne mirabiliter rigent, atque gelu animæ similiter ardent.

Patiuntur in flamma, ut collocentur in gloria.

Unde illis acrius tormentum?

3 Modus expiationis animarum, ut puræ transirent in quietem & optabilem hominibus beatitudinem, describitur à Virgilio lib. 6. *Æneid.* à v. 735.

Quin & supremo cùm lumine vita reliquit
Non tamen omne malum miseris, nec funditùs omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitùsque necesse est.
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplitia expenduut ::: aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
——— Exinde per amplum
Mittimur Elysium.

Virgil.

Vel in aqua, vel in igne purgantur animæ. Simul fit in purgatorio, ut doloribus miris fiat scelerum mundatio: equidem si incendium ignis proprietas, aquæ verò frigiditas; frigore intentissimo ardent, atque ardore nimio frigent. Aptè Alcimus Avitus lib. 4. *Geneseos*, v. 184.

Rigent, & ardent.

Vallatumque ferens sanctum non ureret ignis
Et motus servans nesciret flamma calorem.

Alc. Avit.

4 Astruit Servator N. igitur obiiciens (ut compesceret, & frangeret peccatorum animos & audaciam) damnatorum pœnnam, quantusque tremor futurus, dum veniret judicare vivos & mortuos, de damnatis ait: *Angeli separabunt malos de medio justorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.* Pœnas inferni demonstrat, & in pœnis inferni piaculares flammas animarum obumbrat: siquidem ita gravia cruciamina purgatorii, ut speculum duntaxàt habeant in pœnis inferni; quippequàm jure dicitur temporale infernum, animarum purgatorium. Ibunt damnati in ignis stagnum, ex quo in patientibus stridor inerit dentium. Stridor? Utique. Stridor dentium oritur ex algore: qua ergò conditione emanabit ab igne? Mutat flamma proprietatem in acriorem peccatorum dolorem. In mundo sunt ignis & frigoris contrariorum discretæ proprietates; in purgatorio sociantur pro intensioribus culparum pœnis: molesta sanè pœna ex ignis incendio, magna ex frigoris cruciatu: cæterùm excessivum tormentum societas amicabilis in cruciamen contrariorum: equidem animæ sustinent vim activam frigore ignis ardentis, & vivacem molestiam ex ardore flammæ nivis.

Matth. 13. 49. 50.

Pœnnæ gehennæ speculum purgatorii.

Frigus ex ardore, ardor ex frigore.

5 Acre profectò tormentum, quòd anima ardeat igne corporeo, quòd uratur ignis ustione, quòd rigeat frigore. Cæterùm ardere & rigere eodem in momento, & ab eadem causà, sanè patent tormentorum extrema. Affligit dum ab illa corripitur homo, tertiana febris, rigore frigoris, & accessione caloris; verùm tempore quo languens frigescit, minimè ardet, imo gelu frigore riget, & calore exardescit, non simul cruciatur & igne & gelu. Secus verò in purgatorio. Ibi frigus incendit, calorque frigore urit. Oppositâ in eodem subjecto pari intensione, faciunt extrema pati; quoniam patitur contraria, & illa proculdubiò passum destruent pro victoria: unde in purgatorio tormentum summum, quoniam

Est tormentorum extremum.

Frigus flagrat, calor perfrigerat.

semper idem ipsum subjectum, quin destruatur frigore flammæ exurentis, & ardore diro molestissimi frigoris.

6 Passio Servatoris nostri crudelissima omninò, cujus collatione cunctorum nulla dici potest passio: ille sanè vir dolorum, universi peripsema: igitur in illum declinaverunt hominum mala. Umbra crucis fuit habitus in die transfigurationis, quoniam coram tribus assectis, *resplenduit facies ejus sicut Sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.*

Matth. 17. 3.

Sedul.

Velut igneus ardor
Solis in æthereum versus splendore figuram.
Vicerat ore diem, vestemq; tuentibus ipsam,
Candida forma nivis Domini de tegmine fulsit.

Succinuit Sedulius lib. 3. *Carm.* v. 279. Christus Dominus speciosus apparuit Solis luce, & nivis candore. Hujusmodi apparatus forma spectatur gloriæ, minimè pœnæ. Unde igitur micabat quasi sub velamine passio crudelis? Specie ardoris & nivis. De morte in cruce loquebantur mutuò, & præ se fertur nivis & ignis imago: igitur duntaxàt exprimi quibat acerbitas mortis crucis, unitis in cruciamina contrariis. Passio ex frigore acerba, passio ex ustione est ingrata: verùm terribilis valdè, quæ provenit ex ustione simul & frigore: unde ut demonstret acerbissimæ mortis passionem, nivis & ignis exhibuit tegmine speciem; quippe nulla acerbior, quàm pati nivem ignis ardentis, & ignem nivis.

Acerbior pœna, ardere nive, & algere flammâ.

Luc. 9. 31.

7 Nota stylùm. *Dicebant excessum, quem completurus erat in Jerusalem* Christus Dominus, qui adstabant synedri, à discipulis visi in majestate. De morte, de cruce colloquuntur: curnam mortem estò acerbam vocant excessùm? Quoniam in morte latebat summa cruciaminum: igitur patet aspectui summum tormentum, ex unione contrariorum. Unde cùm mors non esset sola, sed mors acerba; exponitur vividè in nivis & ignis forma, tanquàm insigni pœnarum: quippequàm apex dolorum, ardere frigore, & frigescere Sole. Excessus sanè pœnæ vel in acuta pœna, dum mutuò sibi obsequuntur contraria: etenim pati ignem, nivemvè, patet cruciatus; sed simul, proculdubiò est tormentorum excessus. Mors est ultimum malorum: sed erit excessus mortis, ubi mortis malum non est ultimum. Mortis excessum in vestitu gloriæ demonstravit, quem mox opere complevit. Complevit moriens in cruce, ostendit in gloriosâ palàm transfiguratione: & qui videtur gloriæ apparatus, & majestatis thronus, est cruciaminum excessus; quoniam nequibat aptiùs exprimi crucis summum tormentum, quàm tormento coalescente ex unione non visâ contrariorum.

Flagrare frigore, & frigescere Sole.

8 In purgatorio alii dicunt, pati animas ignis ustionem; alii autem gelu intentissimi frigiditatem. Benè omnes; igitur & uruntur & frigescunt. Haud frigus ex nive, neque ustio ab ignis ustione. Intensior est pœna, & graviora cruciamina: siquidem igne rigent, & rigore simul ardent. Ætnæ adinstar cooperiuntur nive, & flagrant. Naturale est, ignem urere, frigus in contraria agere: excessus utique erit facultatum agentium, effectus mirabilis in contrarium: exponunturque frigoris incendia, & ignis frigidissima flamma; ut astruantur excessiva tormenta: etenim societas præ tormentis agentium oppositorum, semper designat acrem excessum pœnarum.

Animæ & uruntur & frigescunt.

9 Plura testimonia acumini astipulantia, habes in *Exposit. Liter.* n. 35. 42. & 43. Nota modò verba Psalmographi: *Ignis grando, nix, glacies.* Nihil mirum: ista pars calicis peccatorum: *Pluet super peccatores laqueos ignis* (ita Bibl. Antiqua) *sulphur & spiritus procellarum*, idest, tempestates grandinum & nivium. Hi sunt miri modi, nimirùm ignis & grandinis laquei; siquidem nexus novus, quòd grando, nix, glacieque inveniantur in igne. In septima plagâ Ægypti, *grando & ignis mista pariter ferebantur.* Hebr. *Ignis receptus in grandine.* A diversis referuntur eadem mirabilia, quanvis à causa diversa. A Davide exponitur grando in igne: à Moyse verò ignis receptus in grandine. Observa in utroque quàm invitè ob ingenitam benignitatem Dominus accedat ad punitionem; igitur ut plectantur vel citra merita, peccata hominum, pro supplicio pervertit conditionem rerum.

Psal. 148. 8.

Psal. 10. 6.

Exod. 9. 24.

Quàm invite Deus ad supplicia accedit!

10 Ergo proposito. Ignis ustione mortificat. Grando verò frigiditate aggravat: minimèque in pœnas Dominus immittit frigiditatem grandinis, nec combustionem ignis, ut crescat ex contrariorum concordiâ, meritò afflictorum gravissima pœna: quippequàm profectò acerbior, & intensissimus dolor, ubi peccatores exuruntur flammis grandinis, & algent dolentes ex novo frigore ignis. Mutuò pugnant ignis & grando, constatque opposita causa ab oppositi effectu: qua

Ex contrariorum cruciaminum concordiâ oritur gravissima pœna.

qua ergo lege gelu orietur ab igne, & ignis ardor invenietur in grandine? Ut patiantur peccatores dira ex pœnis cruciamina, ob dira crimina: etenim cùm ex contrariis affectibus, insit magnitudo doloribus; ignis talis erat conditionis, ut urendo corpora congelaret; & grando ita sibi opposita, ut frigiditate incenderet. Longè distant proprietates ignis, & grandinis, igitur pro refrigerio parcè utuntur homines hujusmodi officiis. Contraria contrariis pro levamine adhibentur: & hìc ut debitas expendant criminosi pœnas, contraria non opponuntur, ut experiantur noxia, quæ arbitrabantur cruciaminibus remedia: etenim in tormentum afflictorum ita glacies & ignis amicè uniuntur; ut igne quasi in puteo nivis algeant, & grandine quasi in ignis fornace flammas concipiant.

Dolor summus ex fornace grandinis & puteo ignis.

11 Utrumque amplectitur Regius Psaltes: *Posuit* (ait) *pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.* Plura sanè discutienda. Si dicit grandinem, quomodò grandinem ignem? Si ignem, ad quid comburentem? Denique: si ignis exprimit urentem flammam, quare non signat etiam grandinem frigidam? Sic rigor proprietas grandinis, sicut calor conditio innotescit ignis: curnam subticetur grandinis epithethon, vel mutatur in contrarium? Dicit ibidem, dum notat factum *in terra ipsorum.* Pugnat orbis terrarum contra insensatos, & undique tela vibrantur in scelestos. Juxtà magnitudinem iniquitatum expediuntur decreta suppliciorum, ut constet inordinatus animus offendentis, ex contrarietate illati jure cruciaminis: & dum signat Vates in plagam grandinem, grandinem signat appositè ignem urentem; quoniam pro iniquitatum supplicio, non erat grando grando, sed ignis ustio: etenim in terra ipsorum cumburebat frigiditas grandinis, quasi mitteretur in cruciamina ignis.

Psal. 104. 32.

Ex frigiditate flamma, & grandinis summo calore.

12 Habet sibi innatam conditionem quodlibet elementum, sed commutatur præ dolore *in terra ipsorum*: dicitque grandinem urentem flammam, minimèque signat grandinam frigidam; quippequàm ustio, non frigiditas à grandine, sicut flamma urens à grandine, & non ab igne: etenim in graviorem dolorem, in molestius cruciamen, grandinis patiebantur flammam, & ignis in igne conditionem oppositam: unde vocat gradinem ignem urentem, & ignem grandinem; quia in pœnam ampliorem, & igne tanquàm frigore algebant, & etiam grandine quasi cum igne flagrabant. Hinc intelligitur, cur in Sacra pagina sæpe occurrit: *Ignis vorans, consumens, urens, ardens* &c. *Ignis combusit eos*: etenim ita singularitas ignis; ut illo patiantur intensissimum frigus peccatores. *In ignem mittent, & ardet*: asserit Christus, ut vidimus in *Liter. Expos.* n. 2. quippe ut crescat cruciatus, oritur mirabiliter ex igne frigus.

Ubi simul ignis & glacies?

Isai. 47. 14

Joan. 15. 6

13 Econtrà verò, ut asserit Sapiens: *Nix & glacies sustinebant vim ignis:::: ignis ardens in grandine.* Unde igitut ita immutatio naturæ, ut refrigeat quo passum exardescit: & ardeat quo riget, introductà glacie pro calore, & flamma pro igne? *Creatura* (subdit) *tibi factori deserviens exardescit in tormentum adversus injustos.* Sicut pro justis oblivisciturproprietatis, ita pro peccatoribus suæ & oppositæ micat conditionis. Haud valet eligere contraria flumina flammis, etiam in refrigerio grandinis inest vis ignis: quandoquidem pro pœnarum acerbitate in prævaricatores legum, sibi mutuò serviunt instrumenta creaturarum; ut nix & glacies summà virtute inveniantur in igne, & ignis ardens collocetur in grandine. Videmus scriptum, ignem conversum in aquam, & etiam aquam conversam in ignem. Cuncta in vindictam criminis famulantur Auctori, ut cognoscatur ejus majestas etiam illatione pœnæ: siquidem si justi inveniunt vel in igne refrigerium, injusti accipiunt ex refrigerio cruciatum. Canit etsi alió Lucretius lib. 6. de *Rer. natur.* à v. 873.

Sapien. 16. 22.

Vers. 24.

Uniuntur ut torqueant quæ insociabilia.

2. Mach. 1. 20. 22.

Peccatores inveniunt in refrigerio cruciatum.

Frigidus est etiâ fons, supra quem sita sæpe
Stuppa jacit flâmas, concepto protinùs igni
Tedaque consimili ratione accensa per undas
Conlucet, quocunque natans impellitur auris.

Ignis ex aqua.

Lucret.

14 Innuit Jobus describens inferni tormenta, ut à cordibus hìc arceantur celerrimè crimina. Terra miseriæ est & tenebrarum, locus damnatorum: & sanè constat, quippe ibi *nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Cogita horrorem, & non sempiternum, tuncque cogitabis purgatorium. Verùm dignum inquisitione, quo pacto ibi nullus ordo, si ibi justitia & ordinata à Deo? Vide Angel. Mag. in 2. *Sent.* dist. 6. art. 4. Est utique ordo in criminum punitione, sed non in rerum proprietate, quoniam cuncta non utcunque instrumenta divinæ justiciæ: hinc quæ spi-

Job. 10. 22.

Pœna inferni quàm gravis!

spiriatualia corporeo exestuant igne, & non agit nisi in addictos ob crimina pœnæ. Ordo est, quòd ignis urat, grando frigefaciat: quòd flammà quidlibet exardescat, niveque algeat, respondentibus doloribus instrumentorum congenitis proprietatibus. Algere calore, & ardere nive, extra ordinem rerum est, quippe ignis non ignis, nec nix nix, deficientibus proprietatibus, ignis & nivis comitibus: astruiturque in purgatorio nullus ordo, sicut nullus ordo describitur in inferno; quoniam ibi incendium trucidat à nive frigidà, & algor summus etiam à calida flammà. Mittit Deus pro expiatione criminum grandinem comburentem in terra ipsorum. Profectò extra naturalem ordinem, infert ignem, & grandinem, ut ordinis mutatione, acerbitas summè inolescat tormenti: ordineque justitiæ, & sine ordine instrumenti patiuntur animæ; siquidem algent frigiditate ignis, & simul ardent combustione grandinis.

Æqualis esto temporalis purgatorii, ex nive calida, & flamma frigida.

Ib. cap. 24. 19.

15 Idem exponit: *Ad nimium calorem transeat ab aquis nivum*, subdit. Unde aliqui autumant, duplicem esse gehennam, frigoris intolerabilis, & ignis inextinguibilis. Consule hìc D. Thom. Hieronym. in cap. 10. *Matth.* & August. lib. de *Triplici habitacul.* Alii econtrà asserunt unam tantùm esse gehennam & hanc ignis. Vide Maldon. in cap. 8. *Matth.* Attamen considerandum, quomodò animæ traducentur de extremo in extremum contrarium, idest ad ignem ex frigiditate nivium? Si ibi non nix, frigiditas unde? Ab igne. Ab igne? Sanè mutatur ordo affligentium instrumentorum pro piacularibus doloribus animarum: nixque exponitur flagrans, & ignis simul perfrigerans; siquidem nivis frigore uruntur, atque ignis flammis similiter congelantur.

An duplex infernus frigoris & caloris?

Animæ ibi frigore urùntur, & ardore congelantur.

16 Doctis. Sanctius hìc n. 41. testimonium intelligit de pœnis peccatorum in hac vita, minimè de pœna futura. *Ut vitam agerent ferinæ similem, & omnem subirent cœlorum, ac temporum inclementiam, æstum videlicèt & frigus, à quibus gravia patiuntur incommoda, qui in silvis agunt; lociſque desertis.* Quare de pœnis urgentibus in hoc mundo intelligitur auctoritas, cum vividè inferni, in igne & frigore designetur acerbitas? Dicit contextus, *Transeat*: igitur in inferno est pœna quæ magis urgeat. In mundo homo modò patitur algorem, modò ignem: quantunvis sit tormentum, transit ad nimium calorem ab aquis nivium. In inferno, aut purgatorio non est transitus, ex quo dolor constat summus: equidem simul animæ patiuntur nivium frigiditatem & ignem vividè urentem. Transeunt in mundo, & nequaquàm in inferno, ubi pervertitur ordo & frigoris & caloris, pro incremento destinati cruciaminis; etenim sine remissione ullà, & gelu pungit & flamma: sentitur ergo singulari modo ex nive flammæ cruciatus, ex igne verò intensissimum gelu.

Sanct.

Ex quo summum tormentum animarum.

17 Observa vocem Servatoris, de gehenna differentis. Haud memorat ignem gehennæ, sed gehennam ignis. *Reus erit gehennæ ignis*:: dicit apud Matth. 5. 22. 18. 9. & apud Marc. 9. 44. 46. Literaliter accipienda sunt verba per Hypallagen, de qua egimus *Tom.* prioribus & hìc *Tautol.* 8. n. 63. ut Psalm. 30. 23. *A facie oculorum tuorum*: ideſt ab oculis faciei tuæ. Pariter in præsenti: *In gehennam ignis*; hoc est, in ignem gehennæ. Nostro igitur instituto, ut sonat, exponendum testimonium. Non ignis proponitur gehennæ, sed *gehenna ignis*: haud quia etiam infernus frigoris; sed quia modus singularis. Uri sine igne, novum. Algere sine frigore, peregrinum. Magnum utique uri & rigere: majus uri frigoris activà virtute, & tremere ustione flammæ. Ultra etiam procedunt cruciamina pro damnatorum pœnà: & Christus signat non ignem gehennæ sed gehennam ignis, ut exprimat acerbitatis modum in tormentis: igitur instrumentorum agentium in contrarium singularis modus, est damnatis in gehennam alter infernus. Hisp. *Què infierno de fuego es este? Un fuego que causa frio, viene a ser mayor infierno.* Ibi sentitur gehenna ignis, & ignis gehennæ. Ignis gehennæ in ustione: gehenna ignis in frigiditate; igitur in igne inferni ex gelu ignis pro acerbitate doloris, est etiam infernus ignis.

Matth. 5. 22.

Hypaliage in Scriptura.

Modus ignis in inferno, & purgatorio, singularis.

Alter infernus.

18 Jurè quælibet in purgatorio anima quit dicere: *Dolores inferni circumdederunt me*: etenim modò expellatur æternum, eadem qualitas, atque modus tormentorum. Est ignis gehennæ & gehenna ignis. Ignis inferni cujus modus conficit alium ignis infernum, & ampliorem amaritudinem dolorum. Ignis gehennæ, qui infligat ustionem, & gehenna ignis, quo sentiat anima frigiditatem, patiaturque incendium, & in incendio aquas nivium; quin sit transitus nisi in acerbius cruciamen: quippe sentit simul & calorem & nivem. Pœna sanè gravissima frigidus ignis; maximum næ tormentum calida

Psalm. 17. 6.

Quare cruciamina inferni in pœnis purgatorii?

gla-

glacies. Juventur: igitur eleëmosynis, & jejuniis juvari possunt. Juventur ut juvemur, & amicus sciat viam (uti canit Joannes Mellius de Sousa in *Metrica Jobi expositi*. cap. 24. v. 19.)

Sous.

——Quæ ducit ab hortos:
Ne sit ad ardentes ignes translatus ab alta
Montis Hyperborei glacie, nec cöditus Orco,
Perpetuasque luat fœdo pro crimine pœnas.

DIDASC. V.

Mysticus mirabilisque flammeus rubus Thomas Apostolus.

1 CUNCTA quæ à Moyse in rubo visa, rutilant præclara miracula, & etiam nitent portenta: equidem prodigiis designantur alia prodigia, & admiratio undecumquè singularis; quippe omnia in figura contingebant illis. Hinc *Moyses videns admiratus est visum*, etenim singularitas impellebat curiositatem, ut videret cominùs rubi flagrantis illæsi admirabilem visionem. Per ignem signatur divinitas: per rubum humanitas: & aliud vidit, atque aliud credidit, quippequàm discretis naturis in una eademque persona, minimè mistis, nec mutuò destructis, videns rubum illæsum & innoxium ignem; credidit Christum, verè Deum-hominem. Videsis in *Liter. Expositi*. n. 10. Vidit rubum aridum floreſcentem, & per desiccantem ignem; ignemque rutilare flamma, quin videretur rubo illæso materia: & credidit per visa alia; quoniam amplissima profectò in lege nova.

Act. 7. 31.

In rubo signata insignia portenta.

Rubus Moysis Thomæ Apostoli typus.

2 Ecce magna visio in qua Thomæ Apostoli omnimoda imago, igitur *aliud vidit, aliud credidit*, ut ait Gregor. Mag. Homil. 26. in *Evangel. A mortali enim homine divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, & Deum confessus est, dicens: Dominus meus, & Deus meus.* Hinc ut observat Bagata Tom. 1. lib. 1. de *Admirandis Orbis Christian.* cap. 1. in Append. n. 2. *In summitate turris Ecclesiæ mirabiles faces, splendentiaque lumina apparent, vel Apostolus in imagine, formavè ignis ad arcendas tempestates descendit.* Non aliam præ se fert, nisi ignis formam, ut indicet advenientis notitiam: quippequàm quæ in flamma ignis rubi emicuere mirabilia, in operationibus Thomæ visa

Greg. M.

Bagat.

Quare?

sunt nova. *In flamma ignis* apparuit Dominus Moysi. Aliud vidit, aliud credidit. Vidit rubum senticosum & flammeum. A spinis vulnera, à flammà gloria. Unde Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 154. succinit:

Exod. 3. 2.

Vos æterni ignes.

Virgil.

Et aliud videndo credidit, quia fidei oculis vidit Christi humanitatem glorioſam, post mortem vulneribus acerbissimam. Vulnera opposita gloriæ, & non credit nisi viderit: quare vel objecto miraculo coram oculis ob fidem dubiam, *Vadam* (inquit) *& videbo visionem hanc magnam.* Quomodò credit nisi viderit, cùm non credantur quæ videntur, quia cognoscuntur? Ipse dicit: *Videbo.* Fidei tribuit Paulus: *Fidæ invisibilem tamquam videns sustinuit.* Quo pacto fides & oculorum sensatio? Magno sanè Sacramento, igitur credidit, contra quæ vidit.

Fides Magna, credere contra visa.

Verſ. 3.

Hebr. 11. 27.

3 Preme contextum. Vidit rubum spinis, mucronibusque vallatum, ardentem, & non combustum, quod quidem singulare miraculum; & curiositatem excitans, fidei oppositam, cogitat videre propiùs *Visionem hanc magnam.* Visio pertinet ad oculos aspicientis, miraculum erat in præservatione rubi igne flammantis: curnam intendit videre minimè miraculi singularitatem, sed miraculi duntaxàt visionem? Quia in visione amplius miraculum, quamvis objectum oculis rarum prodigium. De fide canit Guillelmus Hesius lib. 1. Emblem. 2.

Ibid.

Videt quæ non videt.
Spectare cœlum siquis optat & Solem,
Spectare motus siquis optat astrorum,
Adversus umbram spectet. Hac fides gaudet.
Oculis abuti nescit ille, vel falli,
Oculis nec uti, nec videre, qui curat
Nisi lucis umbras; his fidelis agnoscit,
Qua parte cœli Sol æternus incedat.

Fides cæca.

Hesius.

Fides communis sine visione fit: præclara autem contra visa est: & dicit visionem & minimè miraculi magnitudinem; quippe fides eximia, undique magna, qua miraculum creditur & contra visa. Si videret miraculum non esset fides, quoniam nulla fides cum evidentia cognitionis: visio oculorum astruit certitudinem; & dum credit, intendit explorare visionem; ut eximia, visione comprobetur, qua fides sanè destruitur: igitur fidei singulariter patebat, assensum præbens visis, contra quæ viderat. Patet in symbolo. Fulgore micat rubus, estò mucronibus plenus.

Fides quæ oculata?

Ful-

Gloria in pœna.

Fulgor indicat gloriam, mucrones pœnam. Ita rubus portendebat resurrectionem Christi immortalitate donati, & nequaquàm intendit in miraculi singularitatem: sed in singularem visionem, propter singularem fidem: etenim credidit immortalem & glorioſum, quem videbat vulneribus fulgidis insignitum.

Joann. 20. 25.

4 Miremur in Apostoli Thomæ inclyta fide, quod celebramus in Moyse. *Vidimus Dominum*: ei dixerunt alii condiscipuli: *Non credam*, respondit ipse. An cogitat condiscipulos asseveratione falli? Unde? *Non erat cum illis, quando venit Jesus.* Erant alii congregati; & sæpe vel eximia consilia detrahuntur prudentiæ, ab his qui non sunt de congregatione. Contra illos audacter profertur sententia labilis, si modò non sint cum illis. Detestabilis erat congregatio Adoniæ, & cùm illam Bethsabeë fugillatione coram Regè exprimeret, causam tantùm signat: *Salomonem non vocavit.* Haud alia est ratio, qua perstringatur ambitio? Est, sed ambitus ambitione premitur, & impulsivum refragationis exprimitur: etenim suffragaretur vel consiliis imprudentibus, modò fuisset ex vocalibus. De Echeneide seu Remorà, à Rondeletio lib. 13. de *Piscibus*, cap. 12. dicitur, naves, etsi plenas vento, retineri: minime autem, modò in navem inducatur. Tarditatis, vel hæsitationis causa est, esse extrà: eadem in ambitiosis latitat causa: siquidem minimè impedirent cursus ordinatam seriem, ni essent ambitiosi extra congregationem. Remoram, seu Remeliginem ex Mutiano Plinius vocat muricem *lib. 9. cap. 25.* Hic cujus color purpureus, quo imbutæ lacernæ, symbolum constat dignitatis senatoriæ: de quo vide Pierium & Baifium. Pro dignitate notantur suffragia, & reprobationis ab ambitione malitia: equidem impediunt prudentiæ cursum, & placitum cunctis decretum, despicientes, aut fugillantes senatusconsultum; modò sint extra senatum.

Carpitur prudentia ab invidia.

3. Reg. 1. 19.

Nil detrahit, si subscribit.

Cur confertur Remoræ?

Plin.

Æmulatio fere inter ambitiosos.

5 *Non credam*: respondit Thomas. Negat illorum fidem, interveniente cunctorum utilitate, negatà sibi Christi apparitione. Philautia pervertit vel prudentioris consilium, quia fovet amorem proprium: igitur si Thomas sui cognitionem haberet, causam utique gratiæ denegationis inveniret: verum cùm circa collationem meritorum pertinacem inducat cæcitatem; amor proprius nunquàm conspicit digniorem. *Non credam.* Præsentià gloriosà Christus Dominus lætificavit alios ex condiscipulis, cùm ille præ cæteris, & urgente periculo, in Magistrum expresserit vim amoris, dicens: *Eamus & nos & moriamur cum eo.* Hujusmodi demonstratio utique favore digna, digna sanè cæteris collatà gratià: & dum audit sese excluso reliquis communicatam, dicit & ex arrupto, *Non credam*: quippe impossibile arbitratur, in gratiam admitti parem, atque excludi digniorem. *Non credam*: quoniam servata justitià, debita profectò gratia, ut consors sit dignitatis, collatis meritis, qui particeps fuit laboris. Hinc intendit Didymus, manus, id est operationes, mitti *in latus ejus.* Christus Princeps erat, Thomam cæteris dignatis aufugerat, hic causam nescit favoris denegati, cùm philautia excitaret memoriam operationis exhibitæ, & intendit subsidere in latera Principis, ubi residet vigil affectus cordis; quoniam vel exigua merita gratiæ fungentur officio, modò sint in corde, ac discernantur affectu. Humana sapit Thomas, & claret voto: quàm abrupta ambitionis aviditas! Vulnus erat ingens in Christi latere: ni Christi corpus glorioſum, tangere vulnus, sensibile: & latus saucium optat, dum gratiam, collatam cæteris studioſe desiderat; etenim modò possit ambitiosus manum mittere in Principis latus, abdicit prorsus refricare vulnus. Quiescat ergo Thomas. Quædam profectò gratiæ dilatantur, ut congruo tempore dentur.

Joann. 11. 16.

Obliquum regimen, in gratiam admitti parem & excludi digniorem.

Joann. 20. 25.

Affectus dignitatis, & ad præmia pondus.

Ambitiosus propter gratiam Principis, haud cogitat vulnera aperire dantis.

6 *Non credam* (ait) *nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus.* Hæc ad fidem glorioſi corporis necessaria? Arbitror omninò oppoſita. Corpus glorioſum incapax sanè passionum nocivarum. Quo ergo intuitu, ut Christi corpus credat donatum gloria, exoptat videre vulnera, dum corpus glorioſum vulneris etiam excludat vestigium? Ut credat speciali fide Corpus Christi esse particeps gloriæ. Vulnera demonstrant corpus corruptibile, quippe glorioſum nequaquàm est vulnerabile: visione mysteria fidei non comprobantur, quia fides contrariatur visioni: fides est rerum argumentum non apparentium, & vulnera Thomas intendit videre, & simul corpus glorioſum; equidem ejus fides non esset ita præclara, ni crederet contra visa. Credere non visis, est fidei commune: aliquid à Thoma operandum speciale. In non visis non est con-

Ibid.

Fides Thomæ singularis.

Contra visa ex visis.

Amor proprius pervertit judicium.

Digniorem non invenit.

contrarii certitudo, imò fovet assensum fidei ratio: in visis ratio excludit oppositi fidem, quia infallibilem habet sensationem. Unde Thomas videre cupit, quod credit, & rationem fidei singulari subjicit; quoniam non esset fides gloriæ Christi singularis, ni crederet visis vulneribus oppositis gloriæ corporis.

7 Perpende hujus fidei summitatem, & contextum ejus momenta exprimentem. Apparuit Dominus N. glorioso corpore, cùm essent reliqui discipuli congregati, & post datam cunctis pacem, & prolatam pro pace salutationem: *Ostendit eis manus & latus.* Si discipulis appareret, ut credant corporis resurrectionem, & debitam immortalitatem, sine vulneribus corporis est manifestanda gloria: quorsùm igitur manuum & lateris vulnera? Ut fides illorum rutilaret singularis contra visa de non visis. Vulnera gloriæ corporis opponuntur: & in fidem gloriæ corporis ostendit vulnera, quæ videntur; ut fides illorum esset contra communem fidem fides magna, dum gloriam credebant corporis; & contra vulnera visa. Protraherem longiùs argumentum, ni factum, *Tom. 1. Taut. 3. D. 4.* & *Tom. 2. T. 4. D. 10.* à n. 14. Hinc Thomæ fides mira, oculis signantibus ex fide gloriam. *Nisi videro non credam*: igitur eximia fides, ubi creditur etiam visis oppositis. Alii visa non credunt: Thomas verò ait è contrario: *Non credam: nisi videro:* etenim fides magna, Thomæ propria, est credere contra visa. Ergo ad alia rubi mira transeamus.

Vers. 20.

Quare Christus ostendit vulnera dum micat corporis gloria?

Vers. 25.

8 *In Ortona* (inquit Ughellus in *Italia sacr.* Tom. 6. & Bagata ubi supr. *lib. 2. cap. 2. num. 18.*) *ubi Thomæ reliquiæ requiescebant, capta à Turcis, templo cathedrali flagrante; simul cum arca, in qua asservabantur, reliquiæ intactæ ab igne.* Idem ausa est fingere Antiquitas de simulachro Jovis Ithomatæ, flagrante silvâ, in qua imago collocata, ut observat Pausanias in *Laconic.* ac de effigie Dianæ correpto ab igne ejus templo: uti qui dudùm refert in *Attic.* & ex illo Caussin. in *Symbol.* lib. 2. 20. & lib. 12. 52. Hæc facta vel efficta à dæmone, ut homines stupidi stupefacti insuetis; propensiùs incumberent studio superstitionis. Reliquiæ Thomæ appositè conferuntur rubo ardenti, Moysi ostento pro singulari miraculo. In Horeb ignis, quo flagrabat rubus corripuit arbusta montis, ut vidimus ex Cyrillo Alexandr. in *Liter.* n. 30.

Ughel.

Reliquiæ Thomæ intactæ ab igne.

Imagines etiam Jovis & Dianæ. Pausan.

Hinc *visio magna* & insueta: igitur plura in unico videntur mirabilia, ubi toto flagrante monte, reliquiæ montis servabantur illesæ. *In flamma ignis* apparuit Dominus, loco quo cultus, & miraculo insignitus: siquidem fas non erat, quod non revereretur audacia ignis, ubi sederat quasi in solio pulchra imago Deitatis.

Exod. 3. 2.

9 *In flamma ignis.* Fuit ignis, & solummodo ignis subsedit mirabilis flamma, ut plausu celebraret illud usque non visa: etenim dum reliquiis ignis vorantis imminebat combustio, in flamma tantùm reliquiarum apparuit illuminatio. Pueros fornacis Babylonicæ non tetigit ignis, repressa vi validæ potestatis. Non comburebantur, quia non ardebant corpora: fracta fuit ignis potentia, sed ignis trophæum haud evulgavit miraculum, quoniam fugit virtus ignis, & simul flamma splendoris, corporibus illæsis, in reliquiis Thomæ ignis dedit splendorem, ubi repressit tanquàm in rubo virtutem; illuminatione confirmata miraculo, vel ab igne prorsùs victo: etenim in signum subjectionis dedidit flammam, ut in reliquias Thomæ victrices exprimeret reverentiam. Unde rubi & Thomæ victoria? Eadem patet, & diversa causa. *Apparuit Dominus in corde rubi*: legit Hebr. *Mitte manum tuam in latus meum*: Thomæ dicit Christus Dominus: & pro miraculi nota in igne ignis tantùm fulget flamma; quonam Thomas in corde Christi Domini, si olim Dominus erat in corde rubi.

Thomas thronus Deitatis.

Daniel. 3. 50.

Reliquiæ ejus venerantur ignis.

Ibid. Heb. ubi supr. v. 2.

Quare?

10 Hinc insigne Thomæ miraculum. *Ab ardenti fornace exivit illæsus* (ait Bagata ubi supr. *Tom. 1. lib. 3. cap. 8. n. 1.*) *& laminæ ignitæ super quas jussus est ambulare, fonte divinitùs impetrato, extinctæ sunt.* Ampliore miraculum astruitur. *In Dissa Syriæ requiescit corpus ejus, translatum ab India; sed in loco, unde deportatum, die, noctuque divino nutu resplendet ibi positus & accensus lychnus à nullo fotus; qui nec vento extinguitur, nec jactu dilabitur, nec ardendo minuitur.* Ita Gregor. Turonens. lib. 1. de *Glor. Martyr.* cap. 32. Insignia sanè miracula. Quæ facta à Deo in exitu Israël de Ægypto; dicuntur *Signa & ostenta.* Si miracula ostenta, ad quid vel quorsùm appellantur signa? Mira & majora repræsentabant alia.

Thomas in fornace illæsus. Bagat.

Lampas inextinguibilis in ejus sepulchro. Greg. Tur.

Exod. 7. 3.

11 Eadem videmus in rubo, qui quidem lychnus ita mirabilis divino nutu

resplenduit, ut non minueretur ardendo, nec dilaberetur jactu, nec extingueretur vento. *In qua supra virtutem ignis exardescebat: mansuetabatur ignis*: dicit Sapiens: duo exponuntur mira: ignis sine virtute circa læsibilia corpora, & virtus potentior ignis in contraria materiâ. Jurè hujusmodi miracula dicuntur miracula & signa: igitur mansuetudo ignis videtur in corpore Thomæ ab igne illæso; & potentior virtus ignis in mirabili lychno: quandoquidem sine fomite splendoris, in aqua supra virtutem propriam fulgebat ignis.

Sapient. 16 18. 19.

Ab aqua fovetur.

12 Innuit illicò Salomon: *Quod enim* (inquit) *mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit plus ignis valebat.* Mirabilis ignis potentia ex materia igni contraria, dato fomite ex & in opposita elementi virtute. Profectò mirum, quòd fulgeret in aqua, quæ ignem extinguit: verùm mirabilius, quòd lychnus Thomæ tot sæculis pateat luci, & perenniter luceat sine fomite. Olim in sepulchris pro dignitate humati, collocabantur perpetuæ perpetesque lucernæ, uti vidimus in *Exposit. Liter.* à n. 22. Ita pro signo miraculorum in Thomæ sepulchro, videtur hujusmodi illuminatio: etenim ne ardeat, ignis reprimit virtutem; & ut luceat continuum præstat pro dignitate splendorem.

Vers. 17.

Et lucet sine fomite.

Unde ignis obsequium in Thomæ sepulchrum?

13 Adhuc ampliùs rutilant miracula signa, ut Thomæ clareant miracula. *In Paraguay videtur petra, referens vestigia Thomæ, una cum effigie crucis, quam S. Apostolus digito petræ impressit, dum illis in regionibus Evangelium prædicaret*: subdit Bagata, ubi supr. *Tom. 1. lib. 5. cap. 1. num. 26.* Ad quid igitur hujusmodi vestigia Thomæ? Ut indicent, quod ab igne ejus intactæ reliquiæ, constetque quàm æqua collatio inter miracula Thomæ & miracula rubi. Vidit Moyses flammantem, & vocat *magnam visionem.* Unde novitas? An quia in cæteris vidit ignes, & in rubo tantùm flammas?

Bagat.

Manent ejus vestigia saxis impressa.

Exod. 3. 3.

——— *Excidit ignis*
Robora comprendit, frondesque elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit: inde secutus
Per ramos victor, perque alta cacumina regnat
Et totum involvit flammis nemus.

Virgil.

Aliò cecinit Virgilius lib. 2. *Georg.* v. 303. Alia rimor. *Omnes lapides illius montis apparent deformatis rosis*: ait Rabb. David, & alii Hebræi. Ignem venerari reliquias montis exusti, in rubo ammasinte, splendoris blandimine, magna sanè visio: verùm soli Moysi clareret insignis illuminatio, ni permaneret futuris aliquod signum mansuetatis ignis: & in duris saxis remanent sacra vestigia; ut tanti miraculi cunctis maneret memoria. Magnum miraculum, quòd Thomas illæsus exiret ab ardenti fornace: sed tantùm spectatoribus prodigii: manetque lychni in sepulchro lumen æternum, ut qui non viderunt, videant miraculum. Magnum, quòd reliquiæ intactæ vel ardente reliquiarum thecà; sed videntibus tantùm, ni permanerent futuris vestigia: hujusmodi visio magna est: cæterùm maxima fit; quippe impressit supra petram, ut innoxii ignis vestigium relinqueret in memoriam.

Rab. Dav.

Cur rosæ forma saxis Sinai post rubum servatum, ab igne impressa?

Quare Thomę vestigia.

14 Demùm collatio fiat. Igne depascente universum arbustorum viridium ambitum, estò correptum ad intima usque, prætermisit illæsum aridum rubum. Qua de causa Philo lib. 1. de *Vit. Moys.* inquit: *Flamma in morem fontis scatente, rubus manebat integer & illæsus, quasi non esset incendii materia, sed ipse ab igne aleretur.* Vide Tom. 5. T. 3. D. 1. n. 2. Favent alii Rabb. arbitrantes igne aridum lignum protulisse rosas, quas futuri saxis viderent impressas. Ergo aridum germinat, & rosa venustat. Mirabiliora perpenderis. *Olim in pervigilio D. Thomæ* (inquit Petrus de Natalib. *lib. 6. cap. 43.* quem sequitur Bagat. ubi supr. *Tom. 1. lib. 6. cap. 1. n. 65.*) *brumæ tempore, Episcopus aperta urna sepulchrali, aridum vitis palmitem inter manus Apostoli collocabat: postridiè verò cùm dilucularet, invenie-batur palmes non virere modò cum pampinis, sed turgescere cum botris velut in vindemiam: ex quibus tantum vini exprimebatur, quantum erat satis pro libamine ad solemne sacrificium, ut Antistes cum plebe communicaret.*

Phil.

Rubus aridus floruit, & formam florum cautibus impressit.

Pet. de Natal.

Palmes aridus flores, & potitur fructu in Thomę manu.

15 Subit & volupè, mentem, virga insignis, quæ florescens illustravit Aäronem. Orta est contentio, an Aäron & filii ejus deberent servire Tabernaculo: tuncque Deus, ut jurgium dirimeret, Moysem jussit, duodecim virgas legi, & aridas in tabernaculo poni: *Quas cùm posuisset Moyses coram Domino* (Cajetan. *Coram Arca*) *in tabernaculo testimonii; sequenti die regressus invenit germinasse virgam Aäron, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Claret sanè insigne miraculum: sed mentem pulsat, cur

Num. 17. 7. 8.

Instar virgæ Aaron.

Do-

Vers. 10. Dominus jubet virgam Aäronicam servari *in signum*? Cujusnam prodigii signum? Futuri, ni fallor, per Apostolum, ut clarescceret Thomæ singulare meritum: quandoquidem aridus palmes quotannis in arca Thomæ collocatus, & vivit in folia, & erumpit in flores & turget in fructus, ut liquor deserviat libamini pro sacrificio corporis & sanguinis Christi. *Triplex miraculum* (subdit hìc Leonard. Marius n. 7.) *primum, quòd virga Aäronis arida germinaverit baccas: secundum, quòd eodem tempore baccæ subitò conversæ in flores: tertium, quòd eidem flores subitò conversi sint in fructus.* Aptè in signum reconditur Aäronica virga, ut pateat totidem Thomæ miracula.

Tria miracula in virga Aaronica.

Leon. Mar.

Symbolum Eucharistia

Strat. 16 Alia rimemur. Apud Octav. Stratam. Tom. 1. Symb. de *Cruce & Eucharistia*, pingitur corpus Christi ex cujus lateris vulnere palmes, qui aridus, floreścens, imò fructiferus, termes speciosus egrediebatur, unde lachryma vini electi, quasi è botro Cypri: epigraphe verò: *Ego quasi vitis fructificavi.* Ingeniosè: cæterum non signat vitem, ut intelligamus comparationem: cur igitur vitis non dicitur ubi, aut unde, sicut dicitur & plauditur *Botrus Cypri*, cùm ly *Quasi* demonstret vel collationem, vel similitudinem? Arbitror miraculum Thomæ exprimi, dum dicitur *Quasi*: igitur sarmentum aridum inter manus Thomæ vireścit in fructum. Quasi vitis fructificat è pectore Christi & sanguine lignum aridum humanæ naturæ: & dicitur *Quasi*, ut notetur miraculum aridi palmitis florentis ex manu Thomæ: equidem si botrus è vite lateris Christi in sanguinis Eucharistici fructum uberrimum: botrus è palmite sicco Thomæ in idipsum exprimitur sacrificium.

Eccli. 24. 23.

Cant. 1. 14.

Vitis arida fructificat.

17 Patula igitur sint arcana. In sepulchro Thomæ fiunt hujusmodi mirabilia, ut constet floreścente sicco sarmento, quantum fructum in fide, Thomæ reportavit prædicatio. Vitis mystice exponitur: *Se dicit Dominus vitem, & discipulos suos palmites* (ait Augustin. Tract. 80. in *Joann.*) *Unius quippe naturæ sunt vitis & palmites: propter quod cùm esset Deus, cujus naturæ non sumus, factus est homo, ut in illo esset vitis humana natura, cujus & nos homines palmites esse possemus.* Hinc Christus: *Sicut palmes* (ait) *non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.* Haud mansit in illo, vite cœlesti, Thomas deficiens à fide: imò missus est foràs sicut palmes, & aruit; quia vitem Christum reflorentem in gloriam minimè credidit. Quid faciendum, ut palmes aridus afferat multum fructum? Collocandus in Christi latere, cordis vulnere, cujus sanguine palmes fructificat sicut vitis. Unde Dominus glorioſus ostendens lateris vulnus, Thomam jubet manum mittere in latus, ut fidei Thomæ in nationes Indiarum constaret fructus: equidem dum ita à vita & à vite pendet; palmes, quantunvis aridus, multum fructum virens affert.

Multus fructus fidei per Thomam

August.

Joan. 15. 4.

Unde fructificavit?

18 Ex fructu sarmenti inter manus Thomæ floreścentis, patet quomodò reflоruit in vulnere Salvatoris. Haud aliter palmes aridus Thomas in latere Christi, quàm palmes in manibus Thomæ. Ex illo palmes floruit, qui quasi vitis sanguine fructificavit: & postquàm sanguine vulnerum manuum, Thomas perticcus palmes floruit in fructum, jubetur quòd etiam vulnus lateris attingat, ut fructificans sanguine fructum plus afferat. Quid mirum, si tam vasta regna reciperent fidem, ubi palmes à vite sacra susćepit sanguinem? Congruit infidelitas Thomæ, ut magis Catholici firmaremur in fide, & ille sanguinem vitis & agricolæ palmes occasione tangeret, ut multum fidei fructum afferre posset. Patet miraculis, quàm magna fides. Ut palmes in fructum floruit, & in manu ejus palmes aridus floreścit; ut fructus fidei uberrimus Indiæ clarescat ex fide Thomæ. Celebremus miraculum, & miremur ut miraculum Thomam, plus quàm, ut canit Ovidius lib. 15. *Metam.* Fab. 48.

Thomas floruit in vulnere Salvatoris.

Dubiis Thomę firmamur in fide.

Cum subitò vidit frondescere Romulus hastam. Ovid.

DIDASC. VI.

Loco ignominiæ est apud indignum dignitas.

1 QUicquid in altum Fortuna tulit, ruina levat. Tollit in alta, sese ruiturà; equidem proprium despicit lapsum, modò præcipitem mittat assumptum. Canit Seneca in *Agamemn.* Act. 1. v. 85.

Quicquid fortuna levat, levat ut cadat.

Quas in planum quælibet hora
Tulit ex alto, licèt arma vacent,

Senec. *Cessentque doli; fidunt ipso*
Pondere magna, ceditque oneri
Fortuna suo.

Dignitatis fastigium in præruptum.

Hinc *Epist.* 84. infit idem: *Confragosa in fastigium dignitatis via est.* Si dignos ita demittit, quid cum indignis faciet, quos in ludibrium assumpsit? *Officia bonos facilius recipiunt, quam faciunt*: ait Bernard. lib. 4. de *Consid. ad Eugen.* cap. 5. Parvæ & pravæ sanè est mentis, quisquis bonus egreditur sine dote probitatis.

Bern.

2 Nescio sanè, qua arte ædificant turres vanitatum ex ruderibus dolorum. Ignorant profectò creditam dignitatem in peccatorum pœnam, qui ex dolore captant gloriam. Quo ergo æstuant, ubi nec culmina fumant? Proiteor lamentabile, inflationem exhauriri ex fonte resipiscentiæ: fierique crimina, quo compescuntur peccata. Qui boni ingrediuntur, & ut ingressi non exeunt, minimè potestate infatuantur, sed ad potestatem propriâ cogitatione, & alienati à mente: igitur in dignitatis ministerio, plus habent, quo perficiantur in bono, quàm quo implicentur à vitio. Perperam vocatur mulcimen excusabilis humanæ fragilitatis, cùm sit evacuatio mentis. Haud intellectum habuit, qui pro munere lusit, & amisit.

Indignus evacuatur mente.

Unde? *Fortunatus, sicut pauper cum opibus,*
Insolens est, & insolens perit. O stulti
Euripid. *Extendentes arcum ultra quam convenit!*
Et justè mala multa passi,
Amicis non obtemperatis, sed rebus ipsis.

Ita lamentatur Euripid. in *Supplic.* v. 741.

Felix qui æqualis in dignitate.

Felix sanè qui non mutatur honore.

Exod. 3. 2. *Luceat subditis.*

3 *In flamma ignis* Moysis oculis objicitur specimen dignitatis. Non in igne, sed in ignis flamma, quippe non dantur munera, ut Superior in cunctos excandescat, sed ut luceat. *In flamma ignis.* Quare? *Flamma fumo proxima*: ait Plautus in *Curcul.* Act. 1. Scen. 1. v. 53. & pro studio prudentiæ in dignitate præstità, symbolum exponitur flamma: equidem splendor muneris dignum decorat, sed indignum teterrime luce denigrat. Ex flamma, ex qua decor undique nitidus, non exit cinis, sed fumus: innotescit in digno muneris claritas, & quàm ignominiosa apud indignum ambita & credita dignitas: equidem qui censentur flammæ muneris coruscantes splendores, sunt dignatis indignis fusci fuligines. Per cinerem designatur trophæum mortis, quæ validè redigit corpora in nihilum pulveris: igitur modò haberetur coram oculis mortis imago, & regiminis coram Deo objiceretur districtio; evanesceret titillans infatuato splendore potestas, & dignitatis fumus nequaquàm converteretur in flammas. *Vacuum repleri desiderat*: inquit Clemens Alexandr. *Pædagog.* lib. 2. cap. 10. Hinc cor excitat ambitionem, sed ambitio demonstrat cerebri vacuitatem: etenim ni vacuum meritis sese ambitiosus cognosceret, repleri muneribus nequaquàm cuperet: cupit se in ruinam vanitate inflatus, & rumpitur, quia repletus. Minimè periculum agnoscit, quousque perit. Iccircò pro resipiscentia objicitur ignis flamma, fumo proxima: igitur dum lucere intendit demeritus in dignitate, nihil obtinet nisi fumum, quo plorent oculi.

Mors considerandæ pro consiliorum prudentia.

Clem. Al.

Unde exitus lamentabilis?

Infatuatio indigni Præfidis.

Culmina fumant.

4 *Occidentem versus* (ait Plinius *lib. 7. cap. 2.*) *quosdam sine cervice, oculos in humeris habentes.* Quod uti monstrum, ut ludat, format natura; uti æmulabile debet observare prudentia. Major virtus debet esse in ferente, quàm in onere, ne succumbat. Ambitiosus modo portet (aptiùs dicam, portetur) casum minimè considerat: unde dum satagit exaltari cacumine, succumbit oneri; quippe sine cervice, quæ superflua sine capite. Fatui luce flammæ dignitatis nutantis, ibi figunt oculos, cùm deberent in humeris. Humeri ponderi destinantur: oculi verò considerationi tribuuntur: caduntque miseri denigrati fumo in ruinam, rutilare conantes per dignitatis flammam; quoniam minimè respexerunt, an humeros haberent, ut onus importabile portarent.

Plin.

Unde indigno importabile munus?

5 Thronus visus est à Daniele, de quo sæpe egimus, cujus formà compescitur ambitiosus, quantunvis sitiat insatiabilis animus. *Thronus flammæ ignis, rotæ ejus ignis accensus.* Rotæ in throno? Est ne solium Fortunæ?

Sublevatur ut ruat.

Dan. 7. 9.

Malè geritur, quicquid fortunæ fide.
Fortuna vitrea est, quæ cùm splendet frangitur.

P. Syr.

Succinit Publ. Syrus v. 39. Nocivæ profectò cogitationes. Quæ fortunæ, non est fides. Ex flamma coalescit thronus: & quiescit pectus? Infernus videtur delectabilis, ubi vivere placet inter ignes. *Denigrata est super carbones facies eorum*: quippe flammas quærentes in splendorem, invenerunt in flammà fœdam fuliginem. Thronus, qui in splendorem formatur, rotis volubilibus nititur. Thronus præparatur in gloriam, rota in ruinam:

Fortuna lubrica.

Thren. 4. 8.

Munus dignum decorat, indignum denigrat.

nam: & describitur thronus volubilis, ut ignis compescatur ambitionis: etenim gloriæ ambitæ delectabile exordium desinit in præcipitium. Dignitatis cogitatur gloria magna, sed subsistit in rota. In puncto vertitur elevatio, & declinat in puncto. Thronus & rota, in quibus flamma pro regiminis prudentia & imprudentia: igitur thronus, qui splendor digno, præcipitium erit ambitioso. Benemerito gloria, indigno ruina: siquidem præcipitantur, dum extolluntur. Gloria addicto legibus; ruina declinanti à regiminis obligationibus: & imponitur super rotam lucida flamma, ut in indigno pateat dignitas ignominiosa: quandoquidem ubi benemeritus splendore lucet, inde præceps indignus propudiosè cadit. Vernaculè: *Si à el digno el merito eleva à la gloria de el dosel; al indigno la gloria le echa à rodar.*

Benemerito quæ gloria, indigno ruina.

6 Speculemur singularem Joannis visionem. Super bestiam vidit fœminam. Absque notæ periculo, fœminam in bestia arbitror fortunam. *Levis est Dea*: ait Seneca in *Octav.* Act. 2. v. 446. Levis est fœmina: unde orta quæstio: An fœmina levior Fortuna? Vel levis Fortuna, quia fingitur fœmina? *Sacramentum mulieris & bestiæ quæ portat eam*: optima sanè descriptio, & rationalis confusio. Indignus non portatur à fortuna, fortunam portat, quia fortuna gravat, & muneribus suffocat. *Bestia* (infit Angelus alloquens Joannem) *quam vidisti, fuit & non est, & ascensura est de abyssо, & in interitum ibit.* Cuncta discutienda.

Senec.

Apoc. 17. 7.

Cur in fœmina describitur fortuna?

Vers. 8.

7 Bestia vocatur, qui moderatur imperium. O miserum mundi statum! Fugisset omninò fortuna, ni assumeretur in regimen bestia. *Bestia dæmon est*, ait Viegas hìc *sect.* 3. n. 4. Indignitatis patet electi signum, ac in vexationem subditorum: indignitatis, quoniam cupientes throni gloriam, & elati discretionem prudentissimam, pro diremptione litium inveniunt bestiam. Vide Achill. Bocch. *Symbol.* 90. & Solorz. *Embl.* 52. n. 18. In vexationem subditorum, quippe quærentes placidum Superiorem, offendunt tristes infulatum dæmonem. Ideo de bestia dicitur, & *ascensura de abyssо*: siquidem hujusmodi homines, duntaxat prodire poterant ex inferno. *Ascensura*: & *bestia*? Quia bestia, ascensura: juvat, quod obstat: & pro demerito operationis & indolis, disponuntur ascensus ad cacumen dignitatis, collocanturque sine refragatione in throno, qui jacere debebant in inferno: quoniam quoad speciem videntur inter dæmones homines, verùm apparent inter homines dæmones.

Qua imperium per bestiam?

Vieg.

Malus Præses dæmon specie hominis.

8 Ulterius. *Bestia, quam vidisti.* Enallage: *Vidisti*, pro *Vides*. Si vidit, & videt, quare objicitur, quasi non videret? Exponitur odium, dum vident subditi pro Superiore diabolum, insidiantem, accusantem, provocantem, decipientem: quem jurè ita aversantur, ut vident; quòd videntes placidè videre non possint. *Bestia fuit, & non est.* Potiore jure est, quam fuit: & in throno jam non est; quia plausu & blandimine stolidissimæ bestiæ, à subditis extolluntur uti docti. *Fuit & non est.* Arab. *Est & non est.* Notatur subditorum affectus, dum vel à diabolo regiminis exercetur munus: siquidem si bestia placet, non est bestia. *Est & non est*, quoniam pessimos oportet, quod bestia sit. *Est non est.* An à dignitate? Suggerit profectò vesaniam, fugatque sapientiam: modo non habeat ex se, est planè bestia, quod fuit. *Est & non est.* Quo pacto? Quia dignitas in indigno: & dum in throno est, dicitur *Non est*, sed *fuit*; quippe erat in throno quasi non esset, cùm indignè in dignitate sedisset. Thronus non destinatur sedenti, sed sedenti dignè: & dum est, dicitur fuit; equidem esto infulis haberet munera, ad illa prorsùs deficiebant merita.

Aversantur subditi.

Bestiæ in regimine plaudunter docti.

Arab.

Sunt Prælati, & non sunt.

9 Innuit Angelus. *Fuit & non est, & in interitum ibit.* Malum electionis prognosticon, ubi aliquis elevatur in interitum. *In interitum ibit*: idest, in ignis puteum. Reprehenditur ambitionis audacia pro meditata phantasticè gloriâ; quin ex aliorum ruina confletur resipiscentia: etenim per fas, aut nefas modò eligantur ad thronum, pessundant, quòd posteà detrudantur in infernum. Ubi ambitiosi concipiunt in gloriam fomitem, ibi quo illuminentur latitat lumen. Arbitrantur in cacumine honoris eminentiam, & excitantur in ruinam. Cogitant superbi gloriosum ascensum, & præparant cogitationibus lapsum. Satagunt gloriæ, & patent ignominiæ, quia dignitas nisi in digno non est dignitas, quanvis honoret indignum tota dignitatis majestas: & dum bestia in throno est, in interitum, atque in ignominiam it; quoniam ex inferno ascendit in thronum, ut mitteretur ex illo in immane præcipitium.

Ascendunt, ut cadant.

Et illos dignitates decorant.

10 Cecidit è throno Dagon, & ictu electi ad altare digni; & lapsu, factà dig-

digni & indigni collatione. Fit capitis alta fractio hujusmodi contrapositio. Unde Dagon sine capite ; quod quidem lapsu elongatum usque ad limen templi. *Dagon truncus?* Utique. Idem est, & ita sicut erat in altari. Idem & ita, ejusdem figurâ, & formâ? Quibus igitur oculis, si hìc jacet turpissimus truncus, & in throno fulgebat elevatus ? Sæpesæpius auctoritas ex majestate dignitatum, est velamen defectus Superiorum : igitur nævi pulchri, atque decoræ notæ,æmulabilia vitiâ,quoniam studiosè deaurata & intuitu ambitionis, & industriâ blandiminis, quæ quidem vafra in adorantibus commodum, pervertunt nugatoriè jam infatuati judicium. Unde cum modò Dagon excidisset à throno, ut truncum despicit ratio; quoniam patuit, extra thronum expulsum à dignitate, truncum subsistere, & caput in regimen vel in throno non habere. Vigilanter Nostrates : *Cayendo dignamente de la altura, se conociò, que no tenia cabeza.*

1. Reg. 5. 5.

Extra dignitatum munera cognoscuntur indignorum demerita.

Quænam statua Dagonis?

11 Deinde. Hujusmodi idolum, indignissimè cultum, jacens extra dignitatem ad templi limen, sine capite obtruncatum ; carebat ornatu necessario pedis, quoniam *extrema in similitudinem piscis*, uti observat Serarius in *Judic.* 19. q. 27. Sanctius, Alap. Mendoz. Abulensis, Lyra, & Maluend. in 1. *Reg.*cap.5. & etiam Profani, quos recolui 2. *Tom. T.* 4. *D.* 5. n. 20.Sine pedibus stat, & in throno perseverat : sed extrà minimè stat, sicut stabat in throno; quippe misere jacet in pulvere, & sine capite, risus ludibrium, & à ratione decretum. *Jacebat pronus in terra.* Vivida imago elucet illius qui in dignitate sine dignitate sedet,subsistens majestate dignitatis, defectu pedis : igitur cùm per se non sint, & in dignitate stent, & subsistant dignitate ; hujusmodi vana idola nequeunt sine dignitate vel ad momentum subsistere. Nostro idiomate : *No subsistiendo por sì, sin la dignidad no pueden tenerse en pie.*

Serar.

Vers. 3. *Indigni non subsistunt sine dignitate.*

12 Quo igitur nitebatur idolum? *Fasciculo virgarum, quas sagittas arbitror, quoniam Veneris simulachrum* : ait Cicero lib. 3. de *Natur. Deor.* Nitebatur arte cubitus fasciculo virgarum, quæ sagittæ, Veneris insignia, cujus Dagon effigies elaborata. Quod splendet uti venustatis signum, patet dignitatis imperium, tanquàm index severitatis, ubi eminere congruit virtus amoris. Demonstrat in throno virgarum ornatus truncum electum esse,& stare sine capite. Construit apprimè in throno majestatem,non austeritas, sed dilectionis mulcimen ; quo tanquàm philtro fascinantur corda, & conciliatur subditorum amicitia : apparetque trunca Veneris deformis imago,sicut erat, etsi latebat in throno ; quoniam intendebat, se subsistere & imperium,atque reverentiam subditorum, nitendo tantùm in fasciculo virgarum.

Cicer.

Subsistentia Præsidis in amore, & non in severitate.

13 Apud Romanos insigne Magistratuum secures & fasciculus virgarum ligatarum vimine vitium, ut observat Barnab. Brisson. de *Formul.* lib. 3. cap.14. ex Petron. Arbitr. in *Satyr.* Unde Plinius *lib. 16. cap.* 18. subdit : *Arbor mirabili candore, atque tenuitate, terribilis Magistratuum virgis.* In flagellationem à lictoribus portabantur virgæ, sed ligatæ : igitur si virgæ pro scelerum cautione, & in judices circumspectione rationalis reverentiæ, oportebat collocari in alia manu, etiam in justo supplicio: etenim distortè astrueretur majestatis imperium, si nonnumquàm virgæ haberentur ad manum. *In manu Centurionum* erat virga, ut ait idem *lib.* 14. *cap.* 1. Longè à manu Magistratuum : siquidem propudium superis, quod insigne ministris inferioris ordinis. Habeant ergo Magistratus virgas ut habeant, non ut percutiant. Habeant virgas,quibus signatur potestas ; sed ligatas : igitur minimè retrahit à malo subditorum corda, si potestas dissoluta. Terribilis virga dicitur, & candore mirabilis : exprimitur vel in supplicio intentio judicis : quippequàm cùm justè inferatur, ubi affectione nulla pectus tenetur; evanescit entitas criminis, si assumitur virga duntaxàt candore pectoris. Secures habent & virgas, quibus nititur auctoritas,ut cuncta sint in ordine legum, ac inferatur, ubi congruit, supplicium: & virgis ligatis cum securibus, plauditur potestas mirabilis, quantunvis terribilis ; siquidem ita, subditum potestas non obtruncat, sed crimen emendat. Virga præ se fertur sed ligata pro dignitatis reverentiâ ; quippe non colitur dignitas, si abest potestas. Virga ad manum facit superiorem amentem : si ligatam non habuerit exercendo potestatem ; non virga tunc ex potestate dissolvitur à superiore, sed superior dissolvitur potestate. Vulgò : *No es desatar el azote, sino desatarse.*

Insignia Magistratus qualia?

Plin.

Perperum imperii signum, virgæ ad manum.

Idem.

Æstimatur vel pœna, si intentio punientis bona.

14 Tyrannum est hujusmodi regimen. Unde Legislator N. Benedictus

Quando Prælati furiosi?

Re-

S. Bened. *Regul. Sanct.* cap. 27. ait: *Magnoperè enim debet solicitudinem gerere Abbas circa delinquentes fratres* (quàm prudens esset in infligendis pœnis, & quàm longè esset vel umbra criminis; si fratres fratres agnosceret delinquentes!) *& omni sagacitate & industriâ curare, ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat.* Perpende: Non dicit: *Ne aliqua pereat*, sed *Ne aliquam perdat*: etenim sæpe pravâ affectione, & obliquitate consilii, ovis pereundo ruit, quoniam pastor crudelitate perdit, & in præcipitium mittit. Non, ut ille subdit, errantem portat in gregem, sed impellit præcipitem. Infirmitati non compatitur, neque eam in humeris dignatur imponere, & sic in caulam studiosè reportare. Debet portare, & severitate aggravat: debet deducere, & ruinam excogitat: frangit crura, ne ambulet; & ut cadat, ne surgat, humerum subtrahit. Hæc est industria, & sagacitas in animas acquirendas? Aptiùs vocanda callidi lupi malignitas.

Cognoscant delinquentes esse fratres.

Ibid.

Malitia Præsidum quanta!

15 Sanguineas virgas describit Plinius. Nymphas in virgas mutatas describit Virgilius, lib. 3. *Æneid.* à v. 26.

Horrendum & dictu video mirabile monstrum.
Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ.

Virgil.

Insequor, & causas penitùs tentare latentes:
Ater & alterius sequitur de cortice sanguis.

Virgæ sanguineæ sunt: at ut ait Plinius *lib.* 24. *cap.* 10. *Nec virga sanguinea felicior habetur.* Quomodò felix, ubi cum sanguine signum tyrannidis? Virga stemma potestatis, & præ se ferentia honoris. Hinc Deorum insigne.

Plin.

Virga signum potestatis.

Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat.

Virgil.

Accinit qui supr. *lib.* 7. v. 173. Si potestas in virga, potestas felix sine nota cruoris: equidem signum perversæ tyrannidis, virgam non posse movere, nec potestate fungi, seu abuti sine sanguine. O Præsides! O moriones, stupidi, vecordes, abderetici! Exiguam exprimit auctoritatem, ubi in potentia flagellorum nititur regimen. Potestas sanè lubrica, quæ nititur virgâ. *Quæ est ista quæ ascendit, sicut virgula fumi?* Tantùm potest esse Præsidis infatuati phantasia, infulis quasi veneno turpiter læsa: quandoquidem delirat in dignitatis regulam, quia posidet virgulam. *Quæ est ista, quæ ascendit, sicut truncus fumi?* Legunt Septuag. Truncus pro virga: notatur hujus farinæ Præsidum insipientia: equidem solummodò truncus & incapitatus, quia virgam habet, quit exhalari in hujusmodi fumos. Vapores sunt, sibi de potestate congratulantis, & potestate dignitatis abutentis, sine dotium dignitate, volentis experiri quid possit, & patulam ostendere ignominiam, quam reputat gloriam; propriam construens cogitationibus ruinam: igitur adinstar statuæ incapitatæ Dagonis cadet è dignitatis cacumine fulcro virgæ deficiente; quoniam status hujuscemodi idolorum nititur solùm in fasciculo virgarum.

Mala, si virga sanguinea.

Cant. 3. 6. *Indignus infatuatur vir gà.*

Sept.

Qui nititur tantùm vir gâ, facilè corruet, si fracta.

16 Sic jacebat Dagon, & congruit, quòd sic jacêret: cæterùm cùm propter affectus haud absint pietates crudeles, impiæ commiserationes, ut non discat justitiam, qui in terra Sanctorum iniqua egit, & quia fecit, speravit ut surgeret; illique sint idola adorantia, hominum pro voluptate ludibria, figurulæ, atque puppulæ puelares, servandæ crystallinis in scriniis, simulachra pretio digna, quia monstrosa; minimè defuit manus, quæ iterùm idoli solicitaret ascensus, & exequens cogitatum propositum, Dagon anxiè restitueret in gradum pristinum. Sensit, quæ dignè in solio præsidebat Arca Domini, & incapitatum ictu dejecit humi; quoniam ausa est statua inutilis expetere sublimia loca, ubi fulgebant digniſsima merita. Dejecit in pavimentum, uti in locum proprium: etenim ubi merita fulgent, qui trunci, jacere debent. Jacuit Dagon & denuò, etiam adorantium illotunc fugit compassio: nemo profectò voluit, neque intendit porrigere manum, ut revocaret in thronum. Ubi affectus, ubi plausus? An quia extra thronum viderunt, vel adorantes reliquerunt solum? *Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* Nec istis respiscent, qui quærunt adorationem, larvatà colentium utilitate, adorationis specie: igitur ubi tandem tandem qui colitur ruit è throno; solus ab amicis habetur pro derelicto. *Solus truncus.* Patet causa, cur vel ab amicis non assumitur suprà. Necesse profectò erat, quòd relinquerent solum, quem videbant truncum.

Ubi elevantur digni, jacent qui debent jacere.

Ubi sup. v. 5.

Qui amici dignitatis & non Præsidis?

Truncus semper solus.

17 Hinc SS. P. N. Benedictus, ubi conatur Monachos allicere in obedientiam, & utilem Regulæ Sanctæ observantiam, ita incipit: *Ausculta ò fili præcepta Ma-*

S. Bened.

Intolerabile rationem subjicere insipientiæ.

Magistri. Sese magistrum vocat, dum nos ad legum adimpletionem invitat, ut subjiciatur rationi, quisquis vult subjici: vel subjiciatur gratiâ, quem subjicit, quia rationalis, natura: equidem rationi intolerabile, subjici rationem insipientiæ. Virtus eximia est, & illius tantùm qui proDeo jumentum fit. Hinc eximia, quoniam in contrarium rationalis violentia: etenim ægrè feret documentum, dum cognoscit pro magistro dari truncum. Dagon despicitur, qui pridem adorabatur: truncus cognoscitur; & dum jacet truncus relinquitur solus; quippequàm nemo adorat tanquàm sapientiæ imaginem, quem cognoscit inferiorem. Elevatione in thronum solidantur fracturæ, deaurantur nævi: siquidem si lignum aliquatenùs agnoscunt, etiam in solio nullus venerabitur truncum. Homo subditur, ut ducatur: perperàm à ducendo ducetur: quapropter magisterium Benedictus ostendit, dum homines Monachos rationaliter instituit; quoniam difficilis obedientia, ubi ratio suggerit, quod malesuada philautia; equidem non videt homo subditum ultrò obedientem, qui non agnoscat Præsidem plus quàm dignitate, dotibus superiorem.

Nemo reveretur quem cognoscit inferiorem.

Et econtrà Superiorem plus quàm dignitatibus dotibus.

18 Denique principali quæstioni. Primò jacentem vel affecti, vel dignati elevarunt Dagonem. Iterùm prostratum reliquerunt. An quia labor summus, quotidiè elevare incapitatum? Profectò grave, vel conjunctis arctà necessitudine, usquequàque desipienti manum prorrigere. Lapsum vident. Sæpe lapsus à sorte læva, & aliquando à fortuna; equidem miseratio construit pectorum, quod negaret exiguitas meritorum. Noluit vel amicitia manus extendere. Quare? Plura dixi alibi, sed manet specialis expositio, pro declarando indigni demerito, & rationis suffragio. Dagon non habebat pedes, quoniam statua in similitudinem piscis. Extra thronum posteà sine capite truncus remanserat: & dum cognoscunt despicabile venerationis objectum, vel qui adorarunt, relinquunt in terra & solum; quoniam dedecus erat judicii, studere trunci miserrimæ exaltationi. Priùs instabat propositum voluntatis, modò propositum propudium erat rationis; quia jus non erat, restituere in honorem dignitatis, quem agnoscebant ignominiam honoris, nec posse per leve tempus subsistere, sine pede & sine capite. Vigilantissimè dialecto Hispanà, qua signatur impossibile, vel ineptia: *Còmo le avian de volver à la altura, quando no llevaba ni pies, ni cabeza?* Ecce trunci auctoritas, & ignominiosa dignitas. Dicam jurè ex Lucano lib. 10. *Phars. Bell.* v. 146.

Grave continuò cadentem erigere.

Propudium studere indigni exaltationi.

—*Proh cæcus & amens*
Ambitione furor! Lucan.



TAU-

TAUTOLOGIA QUINTA.

SOLVE CALCEAMENTUM DE PEDIBUS TUIS.
Exod. 3. verſ. 14.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 NI præcedentibus Tautologiis de claudicatione pedis ac de viſu oculorum, plura præfata jacêrent; longè protraheretur hujuſmodi Pleonaſmus. Ab iteratis abhorreo, ſed neceſſaria exponenda; ut Tautologiarum avido palato ſuppeditetur medulla. Frequens in Bibliis hujuſmodi phraſis, cùm de habitu & cultu proporcionato pedibus memoria fit. Exod. 12. 11. dicitur: Sic autem comedetis agnum: *Calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus.* Ezech. 24. 17. *Calceamenta tua erunt in pedibus tuis* v. 23. *Coronas habebitis in capitibus veſtris, & calceamenta in pedibus.* Iſai. 20. 2. *Calceamenta tua tolle de pedibus tuis.* Act. 7. 33. *Solve calceamentum pedum tuorum.* 3. Reg. 2. 5. *Poſuit cruorem prælii in calceamento ſuo, quod erat in pedibus ejus.* Sic alia. *Tautologia affines.*

2 Haud novum in Scriptura per Exergaſiam, Emphaſim, aut ob clariorem ſententiæ expreſsionem, animique inflexibile conamen promere ſuppoſitum, inſtrumentum, quo aliquid agitur, aut ſubjectum in quo, vel materiam, ut vidimus *Tautolog.* 1. num. 9. & 11. & *Tautolog.* 2. num. 8. Quod uſitatum etiam apud Profanos. Ovidius lib. 2. *Faſtor.* verſ. 282. *Nuda ferant poſita corpora veſte.* Virgil. lib. 11. *Æneid.* v. 74. *Interdùm ſignatur res uſus, materia, inſtrumentum, & ſuppoſitum.* Virgil.

Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreverat auro.

Homerus & Euripides ſcatent hujuſmodi phraſibus. Ille 1. *Iliad.* verſ. 189. *Enſem extrahens à coxa.* verſ. 101. *Vulcanus elaboravit fabricans.* verſ. 217. *Claudus autem altero pede.* verſ. 266. *Humida lachryma.* Hic in *Hecub.* verſ. 64. *Tardigradum greſſum.* verſ. 835. *Pedum ingreſſu.* verſ. 1050. *Cæco euntem errabundo pede.* verſ. 1196. *Verbis reſpondebo.* In *Phœniſ.* verſ. 105. *Veſtigium pedis.* verſ. 140. *Veſtigium ſoleæ.* In *Oreſt.* verſ. 915. *Te occidi lapidibus debere conjectis.* verſ. 41. *Cibum per collum accepit.* Plaut. in *Rudent.* Act. 1. ſcen. 3. v. 3. *Hoc ornatu ornatam.* In *Pœnul.* Act. 3. ſcen. 1. v. 57. *Peregrinum, aliunde, ex alio oppido.* Et Act. 2. v. 27. *Manibus occidi meis.* In *Aulul.* Act. 3. ſcen. 5. v. 20. *Vehicula quibus vehar.* In *Milite*, Act. 5. v. 2. *Inter terram atque cœlum, ut medius ſit.* In *Aſinar.* Act. 1. ſcen. 1. verſ. 80. *Pennis vola.* Et in *Captiv.* Act. 2. ſcen. 3. verſ. 6. *Jejunioſiorem, effertum fame.* Ita dicitur Exod. ubi ſupr. *Baculos in manibus.* Iſai. 20. 2. *Saccum de lumbis tuis.* 3. Reg. 2. 5. *In baltheo ſuo, qui erat circa lumbos ejus.* Et Ezech. ubi ſupr. *Coronas habebitis in capitibus veſtris, & calceamenta in pedibus.* Cujus auctoritatis genuinus ſenſus eſt: Pedes calceatos habebitis & capita coronata. Plaut. Ezech. 24. 23.

3 Pro quo nota morem Hebræorum in funeribus, vel in aliqua gravi calamitate. Cultus illorum erat inſignis & elegans tam ex materia, quàm ab arte maximè in principibus (de fœminarum cultu ornatuque diximus *Tautolog.* 1. & *Tom.* 2. *Tautolog.* 11. à num. 20.) igitur Aſſertor N. extremum comparationis decoris liliorum retulit in Salomonis pretioſum ornatum: *Nec Salomon* (dixit Matth. 6. 29.) *in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unum ex iſtis.* Materia, byſſus, purpura, ſericum, coccus & *Materia & forma habitus Hebræorum pretioſa & elegans.*

villi caprarum & arietum bis tincti vel janthini. *Eſth.*8.15. *Prov.*31.22. *Ezech.*27.17. *Apoc.*18.11. Ex his arte concinnabantur veſtes polymitæ, opere plumario, Cherubico (deſt vario, uti videbimus *Taut.*13.n.3.) eleganti, venuſto, multicolori, verſicolori, diſcolori, ut dicitur *Exod.* 26. 1. 27.6-28.39-35. 35-38. 18. 23. 39. 28. & patet ex Verſionibus. Tigur. *Opere textorio.* Vatabl. *Opere artificis.* Septuag. *Recamaturâ.* Oleaſt. *Opere excogitato.* Et Pagn. *Opere Phrygionico.* Quarum color vividior, ut Puniceus, vermiculatus, coccineus, purpureus. Vulg. *Carmeſi, color de grana, eſcarlata.* Frequentiores apud illos veſtes tunica & pallium. Tunica duplex, interior, quæ vocatur *Poderis* Græc. in Sacra pagina Podêris, cum manicis crura pertingens: Hiſp. *Camiſſa.* Alia exterior, quæ dicitur ſtola, uſque ad talos. De pallio ita præſcribitur Deut.22. 12. *Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallii tui, quo operieris.* Quadripartitum erat, ante, retrò, & per latera (apud Ethnicos dicebatur *Recinium*: unde *Jupiter reciniatus*, apud Arnob. *lib.*2. *cap.*1. eò quòd lacinia retrorsùm ejici quibat.) & in cujuslibet orâ erat vitta, ſeu funiculus hyacinthinus pendens, quo ſinguli colligi quibant ad pectus, dum expeditiores eſſe volebant portantes. *Num.*15.38. Hujuſmodi vittæ erant quaſi memoriale legis, quibus, ut refert Hieronymus in *Matth.*23. inſerebant ſpinas, ut icti recordarentur. Quando illi puncti? Nec icti ſubulâ ſentiunt. Diſſipati ſunt, nec compuncti.

Tigur. Pagn. — Quid Poderis? — Forma pallii. — Spinis ornabant. — Hieron.

4 His addebatur ſplendor in cæſarie & in calceamentis, de quibus egimus *Tautolog.* 1. & conſtat Daniel. 3. 21. *Et confeſtim viri illi vincti cum tiaris & calceamentis, & veſtibus miſſi ſunt in medium fornacis.* Crines non ſolùm fœminæ, ut vidimus loc. cit. ſed etiam viri & non molles in cirros & plexus retorquebant, vittiſque ornabant & auro, quæ comptio dicitur tiara, ſicut in fœminis mitra, ut latè tractavimus loc. cit. à n.23. aſtruitque Euripides in *Phœniſ.* v. 793. *Coronas puellæ cincinnum pandens.* Igitur ſublevabant in nodum, nè vultum obumbrarent, & elegantiores apparerent. Apud alias nationes etiam in uſu. Virgil. lib. 4. *Æneid.* v. 147. de Apolline cantat: & de Tyberi lib. 8. v. 33.

Daniel. — Tiara in viris ſæcularibus ex capillitio, ſicut in fœminis mitra. — Virgil.

Ipſe jugis Cynthi graditur, mollique fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro.
——Eum tenuis glauco velabat amictu
Carbaſus, & crines umbroſa tegebat arundo.

Unde Propertius *lib.* 1. *Eleg.* 3. in ſignum lætitiæ poſt animi mœrentis punctionem ſuccinit:

Propert.

Et modò ſolvebam noſtra de fronte corollas,
Et modò gaudebam lapſos formare capillos.

Conteſtatur etiam Tibullus *lib.* 3. *Eleg.* 4. qui ex Homero lib. 17. *Iliad.* v.52. de Menelao interficiente Euphorbum, idem dicente, canit:

Tibull. Homer.

Hic invenis caſta redimitum tempora lauro,
Eſt viſus noſtrâ ponere ſede pedem,
Sanguine madefactæ ſunt comæ Gratiis ſimiles,
Capillique, qui auroque & argento revincti erant.

Præ cunctis Seneca *Epiſt. ultima*, inquit: *Quid capillum ingenti diligentia comis? Cùm illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum nodo vinxeris, vel ut Scythæ ſolent, ſparſeris.* — Senec.

5 Haud aliter Hebræi in plocamos efformabant, atque in nodum religabant comam, in cujus cacumine aut apice vittis & curioſis laqueolis quaſi tiaram, cidarim, aut coronulas ſtruebant calamiſtrato crine, de quo eſt illuſtre teſtimonium apud Joſephum lib. 1. *Contr. Apionem*, ubi priſcus Poëta de Judæis ſub Xerxe adversùs Græcos militantibus, canit:

Charill.

Hujus miranda ſpecie gens caſtra ſecuta,
Phœniſſam ignoto linguam mittebat ab ore.
Sedes huic Solymæ montes ſtagnum prope vaſtum:
Tonſa caput circum, ſqualenti vertice equini
Exuvias capitis duratas igne gerebat.

Quo ſenſu intelligendus eſt locus Exod. 32. 25. ubi dicitur: *Videns ergo Moyſes populum quòd eſſet nudatus (ſpoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis*, Idoli ſcilicèt) *ſtans*, &c. *Nudatus*, ideſt, cæſarie incomptâ, deciduo crine, & ablatis vittis, cum quibus & capillitio poſt acceptam legem efformaverat diadema, quam-

Nudus pro pilo incompto.

que

que deponere jusserat Aäron ad celebritatem erectionis vituli. Optimè Prado in loc. cit. Ezechielis pro *Nudatus*, legit: *Ecæsariatus*: quem quidem ornatum iterùm filii Israël pro adventu Moysis resumpserunt, & ille deponere jusit, cap. seq. Favet Chaldæus vertens pro ornatu, aureas coronulas, ex filis nimirùm aureis cæsariei insertis, in signum libertatis, quippe coma ingenuitatis insigne, sicut caput nudum & rasum servitutis, ut sæpe diximus, & dicemus *Tom.* seq. *Tautolog.* 1. Hinc de Nazaræo *Numer.* 6. 5. dicitur: *Sanctus erit, crescente cæsarie capitis ejus.* Hebr. *durante libertate capitis.* Chald. *Corolla capitis.* Quod necessariò accipiendum de corona efformata fasciis, vittis, crinibus, vel utrisque: etenim ibid. dicitur, *Omni tempore separationis suæ novacula non transibit super caput ejus.* Quare dum inter laicos Hebræos invenitur corona, intelligenda sunt libertatis insignia, nimirùm coronæ è capillatura, vel ex alia materia implexa diademata, sicut in fœminis mitra, ut ibid. observat Prado. Quapropter de Aärone Eccli. 45. 14. dicitur: *Coronam auream super mitram ejus*: idest, super cæsariem ejus. Quod amplius liquet ex Chald. in Ezech. loc. de quo sermo: siquidem pro *Coronas habebitis in capitibus*; legit: *Frontalia in capite.* Et Syr. *Pilus vester minimè radetur.* Vide n. 8. Etiam apud Gentes Euripid. in *Hecub.* v. 910. *Corona tibi detonsa est.* Quo sine dubio corona pro capillamento compto. Unde Virgil. lib. 5. *Æneid.* v. 556.

Omnibus in morem tonsa coma, pressa corona.

Prad. *Capillatura signum libertatis.* Num. *Corona pro cæsarie.* Virgil.

6 Proclivè modò intelligetur testimonium: nimirùm, *Coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamenta in pedibus.* Portentum futuræ cladis in medio captivorum exponitur Prophetæ, subitâ morte uxoris, & inhibito apparatu funeris. Mos erat Hebræorum in suorum inferiis, plangere, plorare, lugere (idem in aliqua plaga gravi) faciem velare, incompto capite esse, pedes nudare, & lauta non comedere. Oppositа dicuntur, vel mortua uxore, Prophetæ. *Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis; nec cibos lugentium comedes.* De hujusmodi ritibus, abundè egimus *Tom.* 2. *Tautolog.* 7. Sicut Propheta in luctu uxoris ingemiscebat tacitè, illi qui ista stupore irregularia meditabantur in sacro Vate, ita auditâ Jerosolymitanâ strage proculdubiò facturi: siquidem quanvis dolerent, gemitus nequaquàm in medio inimicorum erant expressuri, dolore vorato, corde tabescente, ne etiam in illis acueretur furor, flagellum patientes, & osculantes, viscеribus amaritudine plenis, sed quoad exteriora in cultu & hilaritate, quin vel leve signum mœroris hostibus indicarent, imò festivè de sensibili victoria complacerent. *Ora amictu non velabitis, cibos lugentium non comedetis*: imò etiam in signum fucatæ hilaritatis, *coronas habebitis in capitibus vestris & calceamenta in pedibus*: quasi invitati ad plausum, quantunvis corda amara urgeant lachrymas in luctum.

Ezech. 24. 23. *Usus Hebræorum in luctu.* *Summa calamitas non posse in doloribus dolores exprimere.*

Jura sui mœrens inconsolabile vulnus
Mente gerit tacita, lachrymaque absumitur omnis;

Ovid.

Canit Ovidius lib. 5. *Metam.* fab. 6. & Sophocles in *Trachin.* v. 1220.

Luctus nulla ingrediatur lachryma,
Sed sine luctu: & illachrymis fiat.

Sophocl.

Etiam de fœminis captivis Q. Calaber lib. 14. infit: *Clam Græcis animo luctum prementes, magno animi vulnere affectæ respectabant ad Ilium.*

7 De hujusmodi doloris signis frequens in Scriptura memoria. Jerem. 41. 5. de viris Sichem & Silo, auditâ clade Jerusalem dicitur: *Venerunt rasi, barbâ, & scissis vestibus, & squalentes.* De David profugo à filii facie, & populo comitante 2. Reg. 15. 30. *Ascendebat clivum olivarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, sed & omnis populus qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans.* Jerem. 14. 4. *Operuerunt capita sua.* Idem 3. Reg. 19. 13. *Job.* 23. 17. *Psalm.* 68. 8. & *Mich.* 3. 7. De Pompejo vulnerato dicit Plutarch. in ejus vit. *Vultum texit togâ.* Et de Julio Cæsare Suetonius cap. 82. *Toga caput obvolvit.* Quare morti obnoxii frequenter faciem velati procedebant. Sil. Ital. lib. 11. *Bell. Punic.* vers. 258. *Obnubitur atrâ veste caput.* Euripid. in *Orest.* v. 280. *Plorans caput ponens intra vestem.* v. 958. *Obductum vultum tuum in terram demittens muta.* In *Hercul. Fur.* v. 1198. *Cur verò tegit miserum caput veste?* Etiam Dio *lib.* 42. fol. 187. Tit. Liv. *lib.* 1. *Decad.* 1. &

Radere cæsariem & barbam frequens Hebræis in afflictione constitutis. *Caput & faciem obnubere etiam, apud Ethnicos.*

Cicero *Orat.* 18. pro *Rabir.* & plures ad illud Gomeri *Odyſ.* 8. verſ. 92. *Capite obvoluto lugebat.* De pedum nuditate diximus *Tautolog.* 1. num. 41. & dicemus à n. 17. De ſciſsis capillis, & comâ ſine ordine, Tibullus *lib.* 3. *Eleg.* 4. & Martialis. *lib.* 2. *Epigram.* 11.

Tibull. Martial.
Intonſi crines longa cervice fluebant.
Dextra pectus pulſat, & comam vellit.

Propertius *lib.* 4. *Eleg.* 5. & Statius lib. 6. *Thebaid.* v. 191.

Propert.
Exequiæ fuerint rari furtiva capilli
Munera, & immundo pallida mitra ſinu.

Statius.
At genitor ſceptrique decus, cultuſque Tonantis
Injicit ipſe rogis, tergoque & pectore fuſam
Cæſariem ferro minuit, ſectiſque jacentis
Obnubit tenuia ora comis.

Injectio capillorum in ſepulchra. Ovid.
Apud Ovidium recolitur ritus ſæpè. In *Epiſt. Canaces* verſ. 115. & ad *Liviam*, v. 97. & lib. 3. *Triſt.* Eleg. 3. v. 52.

Non mihi te licuit lachrymis perfundere juſtis
In tua non tonſas ferre ſepulchra comas.
Non animam appoſito fugientem excepit hiatu
Nec traxit cæſas per tua membra comas.

Etiam lib. 3. *Faſtor.* v. 539. de Anna Didoni ſorori parentanti, ſuccinit:

Idem.
Miſta bibunt molles lachrymis unguenta favillæ,
Vertice libatas accipiuntque comas.

Valerius Flaccus lib. 6. *Argonaut.* v. 275. & Seneca in *Hippol.* Act. 5. v. 1176. & in *Troad.* v. 110.

Val. Flacc.
——Natorum in funere matres
In cinerem canos ſolvant à vertice crines,

Senec.
Placemus umbras: capitis exuvias cape,
Laceræque frontis accipe abſciſſam comam.
Solvimus omnes lacerum multo
Funere crinem.

Idem iterat verſ. 805. & Virgilius lib. 11. *Æneid.* v. 77.

Virgil.
——Supremum mœſtus honorem
Induit, arſuraſque comas obnubit amictu.

Reliquos ritus refert *lib.* 2. v. 277. & *lib.* 3. v. 405.

Idem.
Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines,
Purpureo velare comas adapertus amictu,
Nequa inter ſanctos ignes, in honore Deorum,
Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet.

Mos Ethnicorum. Apud Homerum in funere Patrocli lib. 23. *Iliad.* v. 135. & lib. 24. verſ. 642. de Hectoris exequiis:

Capillis autem totum mortuum tegebant, quos ejiciebant
Homer.
Tondentes: ponè autem caput tenebat Divus Achilles,
Stans ſeorſum à pyra flavam abſcidit comam,
Quam Sperchio fluvio nutriebat floreſcentem,
Primæ ſuper hoc uxorque dilecta & veneranda mater
Laniabant crines: flens autem circunſtabat multitudo.

Cicero 3. *Tuſcul.* qq. de Priamo ex veteri vate inquit:

Cicer.
Scindens dolore identidem intonſam comam.

Euripid.
Euripides, in *Oreſt.* v. 95. & 113. alibique ſæpe, ingeniosè refert, Electram ab Helena imploratam, ut annueret per Hermionem filiam crines flavos ſuos deferri in Clytæmneſtræ tumulum ad Manium placationem. Unde illa tacitè, quia averſa vafre dicit, v. 128.

Videte quomodò præcidit extremos pilos,
Servans formæ dignitatem, & eſt vetula.

Apud Pauſaniam in *Achaicis* Hercules comam mittit inferias Soſaſtro puero. Apud Suetonium in *Caligula* cap. 5. legitur ob mœrorem mortis Germanici, *Regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe.* Petroniuſque in *Satyr.* ſubtexit:

La-

Laceravit vehementiùs pectus, ruptosque crines super pectus jacentis imposuit. Plinius *lib.8.cap.46.*de Sacerdotibus Ægypti quærentibus Apim, quousque invenerint, lugent, *mœrent derasis etiam capitibus.* Vide Lucianum Dialog.de *Luctu.* Turneb.lib. 19. *Adverſ.*cap.5.& latè Carol.Neapol.*lib.3.cap.7.* Pauſan. Sueton. Petron. Plin.

8 Conſtat ergo tam ex Profanis, quàm ex Sacris ſigna mœroris eſſe faciem operire, barbam radere, cæſariem devenuſtare (quod in Bibliis dicitur, facere calvitium, de quo *Tom. ſeq. Tautol.*1.) ſeu capillos habere intonſos, productos, ſeu promiſſos, qui mos apud Gentes maximè in ſacris. Hinc Statius lib. 4. *Thebaid.* v. 193. *Incultos aris advertere crines.* Unde dum dicitur captivis: *Coronas habebitis in capitibus veſtris*; idem eſt, ac comam habebitis comptam, & pro uſu pexam: ſiquidem ex capillis formabatur cidaris ad modum coronæ, quæ teniis & vittis, flocciſque aureis criſpabatur in cultum, hilaritatiſque ſignum, ſicut radebatur, vel ſummittebatur in calamitatibus. Quare *Septuag.* hìc v.17. pro *Corona tua circumligata ſit tibi*, legunt: *Erunt crines tui ligati ſuper te.* Ubi Hieronym. *Habebis comam, quæ tondetur in luctu*:: *Nos autem juxta Septuaginta coronam capillorum intelligamus cæſariem.* Quo ſenſu Statius lib. *6.Thebaid.* v.366. *Deturbare crines indicium doloris.* Septuag. Hieron.

Dumque chelym lauro, textumque illuſtre coronæ
Subligat, & picto diſtinguit tempora limbo. Statius.

Idem ergo dicendum eſt de depoſitione calceamentorum: etenim ut ait ubi ſupr. Hieronymus: *Habebis calceamenta in pedibus, quæ lugentes ſolent abjicere.* Hieron.

9 Priuſquàm enodemus Pleonaſmum, ridendæ ſunt nugæ Rabbinorum. Hi enim dicunt Joàb timuiſſe Abner, quapropter dolo potiùs quàm virtute voluit opprimere: itaque *petivit* (ait Abulenſis in 2.*Reg.*3.v.27.) *quomodò diſcalceabatur ſotular in eo qui nolebat accipere uxorem fratris ſui mortui: nam uxor illius diſcalceabat fratrem viri ſui coram toto populo, & expuebat in faciem ejus, & vocabatur domus illius domus diſcalceati, in opprobrium, ut apparet Deuter. 25. & cùm ſe inclinaret Abner, ut diſcalcearet ſe, tunc percuſſit eum Joäb.* Quod aſtruunt ex eo quod dicitur 3. *Reg.* 2. 5. *Poſuit cruorem prælii in baltheo ſuo, qui erat circa lumbos ejus, & in calceamento ſuo, quod erat in pedibus ejus.* Deſipiunt hujuſmodi DD.& ſine ſcopo, igitur vel conceſsà hujuſmodi fatuitate, ſanguis tunc caderet in calceo Abner & non Joàb: verùm aſperſa ſunt hujus & non illius calceamenta, & baltheus; quia Abner petitus dolo in inguine, ut ait Lyra: vel ultra quintam coſtam, ut cogitat Sanctius. Abul. *Nugæ Rabbinorum de nece Abner.*

10 Cur autem additur *Pedum*, dum exprimuntur calceamenta, quæ non niſi pedibus aptantur, diximus ſuprà n.2.ſiquidem frequenter in Scriptura explicatur veſtis, & pars veſtita. Iſai.20. 2. *Solve ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis.* 3. Reg. 3. 2. *In baltheo ſuo, qui erat circa lumbos ejus* &c.Exod. 12. 11. *Baculos in manibus*, &c.uti num. 1. Sic dicitur: *Capilli capitis*, Matth. 10. 30. & Iſai. 11. 5. *Juſtitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus.* Etiam exprimitur collocatio congrua rei, ut baculus in manu, corona in capite, gladius in femore: quod uſitatum maximè apud Græcos. Unde Homer.lib.2.*Iliad.*v. 44. *Veſtis & pars veſtita ſæpe in Bib* Iſai. 20. 2. *Expoſ.prim.*

Pedibus autem ſub teneris ligavit pulchra calceamenta. Homer.

Iterat 10. *Iliad.* v. 22.& 131. 5. *Odyſ.* v.57.& 24. v.2. *Virgam in manibus*: & v. 227. *Chirothecas in manibus.* Hinc Hebraiſmus,& Helleniſmus clarent, exponunturque per æquivalentiam; ita ut tunc indumenta pedum ſunt calcei, vel vincula pedum, tegumen, pellis, cothurnus, ſoccus, ſolea, ſandalia, pero, faſcia &c. Quare Chald.de Joäb inquit: *Conculcavit talaribus, quæ erant in pedibus ſuis*: ideſt, ſocculis; de quibus vide Iſidor.lib.19. *Etym.* cap.24. Ita etiam Arab.ad Iſai.20. 2. ubi *Calceamenta tolle*, legit, *Soleas ſolve.* Et Prudent. in *Enchirid.* v. 30. ſuccinit: *Calceamentum pro tegimine pedis.*

Solvit vincla pedum, properatque Pharaönis ad arcem. Prudent.

Sic SS. Legislator Monachor. Benedictus *Regulæ Sanctæ* cap. 55. ait: *Indumenta pedum*: ideſt, corium ad tegendos pedes. Hieronym. *Epiſt.6. Si pes laxà pelle non folleat.* Aul. Gell. lib.13. *Noct. Attic.* cap.20. *Lacernis indutos, gallicis calceatos*: ideſt, ſoleis, & crepidulis. Sidon Apoll. Paneg. *Urb. Narbon.* v. 110. & Salisberienſ. in *Euthetico*; cum Manil. lib.5.v.528. & Ovid.lib.1.de *Art.* v. 222. S. Bened.

Et pedibus niveis fulſerunt aurea vincla. Manil.
Laxo pes natet altus in cothurno. Sidon.
Trita tegebant frontem pilea, pero pedem. Salisb.
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. Ovid.

Fri-

Frider. Taubm. in Plauti *Trucul.* Act. 4. ſcen. 2. v. 52. *Calceus hærebat in pede.* Denique Iſaäc Caſaub. in cap. 82. *Auguſt. Suetonii* ſubdit pro calceis, *faſcias pedum.* Quo conſtat à Latinis verti Pleonaſmos per æquivalentiam, uti diximus hìc *Taut.* 1. à n. 11. Ita igitur facilè expones illud Iſai. 25. 11. *Extendet manus ſuas ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum*: nimirùm, ſicut qui eſt in aqua, ut natet; vel ſicut extendit manus qui natat, ne ſummergatur, aut ſummerſus ſuffocetur. Unde Claudian. de 4. *Conſul. Honor.* v. 448. *Liquidos tu ſcinde natatu.* Et Homer. 14. *Odyſ.* v. 356. *Manibus navigavi ambabus natans.* Cuncta teſtimonia poſſunt intelligi per Hypallagen, de quo ſchemate egimus *Tom.* priorib. & agemus *Tautol.* 8. n. 58. Quare virga, baculus, chirotheca in manibus, calceamenta in pedibus, ſaccus vel baltheus in lumbis &c. nihil aliud ſignant, quàm non nudas manus, ſed cum virga, baculo, chirothecis; non nudos pedes, ſed ornatos calceis; lumbos cum ſacco vel baltheo. Vide loc. cit. teſtimonia atteſtantia.

Expoſit. ſecunda. Iſai. 25. 11. Homerus.

11 Serò veteres calceamentis aſſueverunt: igitur per longa ſæcula nudis pedibus, ni neceſsitas cogeret, incedebant. Quare Clemens Alex. lib. 2. *Pædag.* cap. 11. inſit: *Calceorum enim uſus eſt alius ad tegendos pedes, alius ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus plantam pedis conſervans. Sunt itaque mulieribus albi concedendi calcei, niſi iter ineant: alioqui mulieri tener eſt ſenſus, ut facilè lædatur. Viro autem pulchrè convenit nullos habere calceos præterquam ſi militet.* Primò perone uſi ſunt ex corio crudo contra imbres, nives, & frigora, vel ad opera agreſtia, uti canit Juvenal. *Satyr.* 14. v. 187. & Perſ. *Satyr.* 5. v. 102.

Clem. Ale. *Olim nudipedes viri.* *Quid ſint Perones?* Juvenal. Perſ.

Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi.
Navem ſi poſcat ſibi peronatus arator.

His etiam potiti Romani in bello, ſed dextro pede (quos Gotthi imitati ſunt & tenaciter) nè facilè vulneraretur præ ſe latus: *Quorum pedes primi perone ſetoſo talos aduſque vinciebatur*: ait Sidon. Apollinar. lib. 4. *Epiſt.* 20. & *Carm.* 7.

——— Nec tangere poſſunt
Altatæ ſuram pelles, & poplite nudo
Peronem pauper nodus ſuſpendit equinum.

Apollinar.

Erant igitur ſicut modò ſunt caligæ ruſticæ per ſuram & tibiam extenſæ. *Tibiale argenteum*, vocat Q. Calab. *lib.* 1. Virgil. lib. 7. *Æneid.* v. 687. de Cæculo & ſociis militantibus accinit:

——— Pars ſpicula geſtat
Bina manu, fulvoſque lupi de pelle galeros
Tegmen habent capitis: veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero.

Virgil.

12 Ex hujuſmodi habitu tandem fœminæ ſibi extruxerunt, ut foràs incederent, follicatos, aureos, divites perones (Hiſpan. *Botines de gala*) quibus hac ætate duntaxat in ſcenâ utuntur pantomimi. Unde Tertullianus (uti vidimus latè de hujuſmodi ornatu *Tautol.* 1. à n. 27.) de *Habit. muliebr.* cap. 7. ait: *In peronibus uniones emergere de luto cupiunt.* Domi verò ſolummodò utebantur ſoleis (Vernaculè *Chinelas*) crepidis, ſeu mulleis. Hinc Phorneſ. apud Plautum in *Trucul.* Act. 2. ſcen. 8. v. 1. *Date ſoleas.* Horat. lib. 2. *Satyr.* 8. v. 77. *Et ſoleas poſcit.* Propert. lib. 2. *Eleg.* 29. *Proſilit in laxa nixa pede ſolea.* Martial. lib. 3. *Epigr.* 50. *Depoſui ſoleas*: ideſt, ſocculos. Et Catullus *Epigr.* 69. ad *Manl.*

Perones & ſoleæ fœminarum. Plaut.

Quo mea ſe molli candida Diva pede
Intulit, & trito fulgentem in limine plantam
Innixa arguta conſtitit in ſolea.

Catull.

Iſidor. *Circumſpectio Rom. extra limina propria.* Cicer.

Unde Iſidor. lib. 19. *Etymol.* cap. 34. *Soleæ ſunt* (ait) *quibus tantùm pedum plantæ teguntur.* Vide plura apud Feſtum & Jull. Polluc. Etiam viri intra limina pro commodo mulleis uſi ſunt, maximè ſi proceres; ſed ad manus calceamenta, ut circumſpecti occurrerent advenientibus non domeſticis, uti Suetonius obſervavit de Auguſto cap. 73. *Forenſia* (ideſt, togam) *& calceos nunquam non intra cubiculum habuit ad ſubitos repentinoſque caſus parata.* Indecorum ſanè apud illos palàm apparere cum habitu domeſtico: quapropter Cicero 3. in *Verrem*, inquit: *Stetit ſoleatus Prætor Pop. Rom. cum pallio purpureo, & tunica talari.* Seneca 2. de *Benef.* cap. 12. & 3. de *Ira* cap. 18. quaſi turpe arguit Caligulam, *ſoccatum & ſoleatum*, Senatores audire,

&

occidi jubere. Tunc igitur dicebantur nudipedes vel discalceati, non quia crepidas non haberent, sed quia inhonestum soleis foràs exire. *Circa cultum, habitumque adeo pudendus* (subdit Sueton. in *Nerone* cap. 51.) *ut prodierit in publicum sine cinctu, & discalceatus.* Sueton. In Ægypto, vel apud Magistratus frequenter usurpatum: quare de Germanico Tacitus lib. 2. *Annal.* cap. 59. in blandimen civium Alexandriæ, *Multa* (inquit) *in vulgus grata usurpavit, sine milite incedere, pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu.* Tacit. Ubi pedes intectos intellige cum soleis duntaxat, quasi non calceatus Romanorum more.

13 Diversa olim genera calceamenti & in formà, & in materià; tam pro cultu, quàm pro commodo. *Diversitas calceorum.* Aliqua vide apud Isidor. loc. cit. cap. 24. Erant calcei lintei, ut ait Herodian. lib. 5. in *Heliogab.* Erant papyracei ex papyro textili. Herod. *lib.* 1. Et Martian. Capell. lib. 2. de *Naptiis.* Erant lignei (sicut modò in montanis videmus) Petron. in *Satyr.* fol. 49. Erant ex arborum corticibus, maximè suberis. Philostr. in *Vit.* Apollon. *lib.* 2. *cap.* 9. Erant ex aluta, ut videbimus. Elegantes, aurei, Micenæi. Euripid. in *Orest.* v. 1470-1472. Et erant rustici, qui dicebantur *Barbari*, sed falsò ac sine fulcro. Idem v. 1372. Rusticorum olim mos non fuit uti calceis, sed sculponeis (Nos dicimus: *Zapatos de fieltro*) quibus Moysen arbitror usum in labore pastoritio. *Quid sculponeæ?* His exui jubetur, ut accedat propiùs, & cominùs audiat. Mancipia nudis pedibus olim incessisse diximus fusè *Tautolog.* 1. à n. 41. Unde illud Jeremiæ ad cives Jerusalem impendente Urbi Babyloniorum strage, cap. 13. 22. *Propter multitudinem iniquitatis tuæ revelata sunt verecundiora tua, & pollutæ sunt plantæ tuæ*: quasi ab immunditiis soli pollutæ, & ministeriis ignominiosis, ut dixit Andromache apud Virgil. lib. 3. *Æneid.* v. 325. *Felix*

> *——— Quæ sortitus non pertulit ullos,*
> *Nec victoris heri tetigit captiva cubile.*
> *Nos patriâ incensâ, diversa per æquora vectæ*
> *Stirpis Achilææ fastus, juvenemque superbum*
> *Servitio enixè tulimus: qui deinde secutus*
> *Me famulam, famuloque Heleno transmisit habendam.* Virgil.

Præcipit (ait Cyrillus Alexand. in *Isai.* cap. 20.) *Deus Prophetæ, ut habitum captivis convenientem, & consuetum sumat, idest, nuditatem, & excalceationem.* Cyr. Alex. *Tertia Expos.* Moysès habitum captivorum sumere jubetur, quia ita filii Israël premebantur in Ægypto: verùm cum dux destinatur ad illorum libertatem, incedere per vepres & abrupta jussum censeo, ut disceret, quantum discrimen ex pedum laceratione ad vulnus, & amaritudinem animi: attamen spe libertatis conceptâ, ante exitum captivis dixit calceatos comesturos Phasè, tanquam libertatis insigne, uti diximus *Tautol.* 1. à n. 41. & Prudentius in *Cathemer.* v. 603. *Calceamentum insigne libertatis.*

> *Jussus nexa pedum vincula solvere,*
> *Nec sanctum involucris pollueret locum,*
> *Suetus sub dominis vivere barbaris,*
> *Jam liber sequitur, longa per avia.* Prudent.

14 Vel in depositione calceamentorum nota, signari tempus advenisse, quo possidendam terram, quam Abrahæ promiserat, traderet filiis Israël: igitur dominium signari per calceum diximus ubi sup. n. 41. & Psal. 59. 10-107. 10. *In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt*: ut notat Genebr. hìc, & pridem expressum Deuter. 11. 24. & Josue 1. 3. *Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit.* Quapropter projectio calceamentorum, dum assumitur in ducem, haud distortè signat telluris promissæ possessionem, & possidentium libertatem, quas quidem nè sibi vendicaret Moysès, removet Deus, ubi discalceatum vult; igitur libertas filiorum verè Abraham, non Moysis erat, sed illius qui mittendus, Christi scilicèt; ut eos qui sub lege erant, redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus. Proinde nè sibi jus aliquod servaret, solvere calceamenta jubetur juxta ritum præscriptum *Deuter.* 25. 9. & *Ruth.* 4. 7. *Ideo Moysès jubetur* (ait Ambrosius libell. de *Benedictionib. Patriarch.* cap. 4.) *calceos relinquere, nè ipse Sponsus Ecclesiæ crederetur, qui dux populi eligebatur. Ideo solvit calceamentum suum Jesus Nave, ut venturo* (Jesu, filio Dei, Homini-Deo) *tanti muneris gratiam & ipse servaret. Ideo dicit Joannes: Post me venit vir cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus; & quia ille sponsus est, ego amicus sponsi.* Eadem Cyprianus lib. 2. *adverss.* *Signatur etiam dominium.* *Et jus.* *Quinta Expos.* Ambros.

Ju-

Judæos. Igitur illis in umbra contingebant omnia, & qui vocati, libèri ſumus, quâ libertate, non Moyſes, ſed Chriſtus nos liberavit.

Sexta Expoſit.

15 Haud minus arridet, quod idem Doctor lumen Eccleſiæ innuit lib. 7. in *Luc.* cap. 10. *Mortale igitur atque terrenum calceamentum jubetur ſolvere, cum mitteretur ad populum liberandum. Hujus enim miniſter muneris timere nihil debet, nec à ſuſcepto officio mortis periculo retardari. Ipſe enim cùm defenſionem fratrum, hoc eſt, Judæorum, voluntarius recepiſſet, calumniæ terrore revocatus eſt ab incepto, & fugit ex Ægypto: & ideo cùm Dominus affectum ejus probaſſet, conditionem autem vidiſſet infirmam, animi ejus, mentiſque veſtigium mortalibus vinculis cenſuit exuendum.*

Idem. *Et mors.*

Nil glorioſum adoritur à quo mors uti funeſta timetur. Alii attentionem ad res proferendas à Numine autumant in depoſitione calceorum inſtitutorum ad iter agendum, quaſi non tranſeunter audienda quæ tanti momenti & ponderis. Hinc Lippomanus in *Caten.* ſubdit: *Attendens quid ipſi mandetur, res nempè ſanctiſſima liberationis populi, & eductionis ad eum locum, in quo legem ſanctam ipſe daturus.* Alii, ut ſolicitudines ſæculares abjiceret; & alii ut curioſitatem erga ſuperiora divina compeſceret. Conſule Theodoretum hìc *quæſt.* 7. & Bernardum ſerm. in cap. 12. *Apocal.* Hæc omninò non placent, quippe etſi bona & omni acceptione digna, ſunt allegorica, non literalia.

Sept. Expoſ.

Et mens vaga.

Lippom.

Solicitudo & curioſitas.

Octava Expoſit.

16 Arbitror hìc juxta literam intendi ſpecialem cultum & reverentiam tam ratione loci, quàm præſentiæ Numinis: ideo poſt juſſam calceorum depoſitionem dicitur & hìc & Joſue 5. 15. *Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Atteſtatur Theodoretus ubi ſupr. *Duo igitur arbitror* (inquit) *per hoc ſignificari: primum quidem, ut religioſiorem hac ratione illum redderet: deinde verò ut prædoceretur, qua ratione oporteat ſacerdotes in tabernaculo deſervire. Nudis enim pedibus illi ſacrificia divina peragebant.* Locus ſanctus dicitur à Theologis ſanctitate morali, ubi quidpiam ſanctum eſt, aliquod ſanctum agitur, vel actum eſt, aut ubi aliquod dictum eſt Deo; quæ ultima acceptio frequentior in ſacrà pagina. Luc. 2. 23. *Omne maſculum adaperiens vulvam ſanctum Domino vocabitur*: ideſt, Deo dicabitur: quippe Exod. 13. 2. Moyſi dicitur: *Sanctificà mihi omne primogenitum quod aperit vulvam.* Levit. 10. 13-14. 13. & 16. 24. *In loco ſancto*, cap. 23. 3. *Vocabitur ſanctus.* Numer. 6. 5. 8. *Vocabitur ſanctus.* Deuter. 7. 6. *Populus ſanctus es.* Sic alia: quo intelliges illud Jerem. 1. 5. *Antequàm exires de vulva ſanctificavi te*: nimirùm, mihi deſtinavi: & plura quæ genuinè interpretaberis hujuſmodi ſenſu. Ita terra illa ſancta dicta, & Domini, quia lex ibi danda, ſicut locus in agro Urbis Jericho, ubi diſcalceari jubetur Joſue: ſiquidem ibi ſors Benjamin, in cujus tribu erigendum templum à Salomone, amplius miraculum miraculis mundi. *Cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum.* Prævenit illum igitur Dominus miris incognitis toti terræ Madian. *Vulgato rumore* (ait Joſephus lib. 2. *Antiq.* cap. 5. & Idem Philo lib. 1. de *Vit. Moyſis.*) *Numen illic habitare, paſtoribus hactenùs inacceſſus ob religionem loci fuerat. In eo monte mirabile vidit prodigium.* Ita locus ubi crucifixus eſt Dominus, tot retrò ſæculis fuit miris nobilitatus, ſcilicèt calvariâ Adami, ſacrificio Iſaàc, columnà illuminatrice, ut diximus *Tom.* 1. T. 5. D. 9. n. 1. & *Tom.* 2. T. 5. E. n. 14. & 29. Sic etiam dæmon ſimia Dei, locum, in quo pòſt Roma, ſtuduit reverentiâ & religione quadam eſtò ſuperſtitioſè prævenire. Virgilius lib. 8. *Æneid.* v. 349.

Theodor.

Quænam dicatur locorum ſanctitas?

Jerem. 1. 5

Sina illuſtratus miraculis.

Joſeph.

Superſtitio obſervata quò Roma condenda.

Jam tunc religio pavidos terrebat agreſtes
Dira loci, jam tunc ſilvam ſaxumque tremebant.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoſo vertice collem
(Quis Deus, incertum eſt) habitat Deus: Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Jovem, cùm ſæpè nigrantem
Ægida concuteret dextrà, nimboſque cieret.

Virgil.

Ideo Silius Italicus lib. 11. v. 135. *Quirini ſacratas ſedes*, & lib. 3. v. 676.

Has umbras nemorum, & convexa tacumina cœlo
Calcatoſque Jovi lucos prece Boſtar adora.

Sil. Ital.

Succinuit etiam Ovidius lib. 3. Faſt. in *Saliis* v. 5. & 27. dicens:

Vallis Aricinæ ſilva procinctus opaca.
Eſt locus antiqua religione ſacer.
Lucus Aventino ſuberat niger ilicis umbra:
Quo poſſis viſo, dicere: Numen ineſt.

Ovid.

Hu-

17 Hujusmodi ritus inter Judæos pro veneratione Numinis floruisse asserunt Rabbini, maximè ædificato templo, religione loci, vel pro aliqua calamitate, in signum humiliationis & servitutis. Sacerdotes nudis pedibus ministrabant in Sanctuario; ut vidimus ex Theodoreto, & constat *Exod.* 30. 19. Apud Hebræos ita in usu, cum aliquid à potente exigeretur vel si à fœmina, nudis pedibus poscebatur. De Berenice Agrippæ regis sorore dicit Josephus lib. 2. *Belli Jud.* cap. 15. cùm populus Jerosolymitanus absente fratre affligeretur ab impio avaro rapaci Floro: *Venerat autem Jerosolymam, ut vota Deo solveret. His ergo qui morbo vel aliis necessitatibus implicantur, mos est orare per triginta dies, antequàm immolent hostias, abstinere quoque vino, & capillos radere. Quem morem Berenice regina illis exercens diebus, nudipes etiam ante tribunal stetit, deprecans Florum.* Idem Ægesippus lib. 2. cap. 8. *Nec obsecranti deferendam* (gratiam scilicèt) *arbitratus, cùm inservientem religioni, nudis pedibus adstantem cerneret.* In calamitatibus procedere pede nudo, diximus n. 7. Quod etiam observarunt Ethnici de Judaico populo. Juvenal. *Satyr.* 6. v. 158.

Nudipedalia sæpe ap. Hebræos. Joseph. Ægesipp.

——Dedit hunc Agrippa sorori,
Observant ubi festa mero pede sabbata reges,
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Juvenal.

Habebant enim vespere Expiationis quotannis Nudipedalia, ut ait Leo Pap. serm. 4. de *Jejunio.* Et Alapid. in *Levitic.* 16. vers. 29. ex Abulens. & Paulum Jerosolymis celebrasse nudipedalia, affirmant aliqui ex Hieronymo in cap. 4. *Epist. ad Galat.* verùm nec verbum ibi inveni.

Celebriora vespere Expiationis.

18 Inter Christicolas inolevit ritus maximè inter Orientales, qui aliquo speciali cultu Deo se mancipabant, uti Monachi, de quibus Bonaventura Opusc. de *Sandaliis*, infit: *Monachi Indiæ calceamentis non utuntur, nudis pedibus incedentes.* Clariùs expressit Bonfrerius hìc de Christianis Æthiopiæ: *Sic enim legatus Æthiopiæ dixit Goæ: Nobis non datur potestas adeundi in templum, nisi nudis pedibus, neque nobis licet in ipso ridere, loqui, ambulare, quia templa similia sunt monti Sinai, ubi Dominus Moysi dixit: Solve calceamenta de pedibus tuis.* Vide Hieronymum in cap. 6. *Epist. ad Ephes.* & S. Birgittam lib. 2. *Revelat.* cap. 10. Ogganiat Calvinus, qui hìc fol. 23. subdit: *Quod jubetur sanctus vir calceos sibi detrahere, hac cæremonia Deus obsignat præsentiæ suæ fidem & plus ponderis addit visioni, non quòd pedum nuditas per se censeatur in Dei cultu.* Quicquid reverentiæ in Deum, & subjectionem sonat, hæreticis semper odiosum. Fuerunt etiam hæretici qui discalceationem necessariam ad salutem esse protulerunt, ut ait D. August. *Hæres.* 68. Non ideo hæretici quia pedum nuditate corpus affligi volebant; sed quia præceptum esse affirmabant. Reverentia locorum, maximè à Christo lustratorum, vel apud infideles in summa observantiâ est. *In ingressu* (cœnaculi scilicèt, ubi Christus tot mira gesit, ait Dux OliKens. *Epist.* 2.) *statim calceos abjicere coacti sumus, qua etiam cæremoniâ Turcæ Moscheas ingredientes, uti consuerunt. Nam Turcæ locum hunc in maxima habent veneratione, asserentes Christum in hoc cœnaculo magnam quandam cum Apostolis cæremoniam peregisse, qui posteà singulari quodam miraculo linguas igneas super capita impositas portabant.*

Inter Christicolas. Bonav. Bonfrer. *Reverentia in templis quanta!* Calvin. *Hæretici Discalceati, qui? Reverentia sacrorum locorum in terra sancta, etiam habetur ab infidelibus.*

19 Apud Gentiles etiam usitatum, quod quidem sumpserunt ex Pythagoræ præcepto dicenti s: *Nudis pedibus sacrificandum*: & hìc juxta Ambrosium *Epist.* 6. Justin. *Apolog.* 2. & Girald. Tom. 2. de *Pythagor. symbol.* ex cæremonia Judæorum, unde illius genus. Tertullian. in *Apolog.* cap. 40. ait: *Cùm ab imbribus æstiva hyberna suspendunt, & annus in cura est:. Aquilicia Jovi immolatis, Nudipedalia populo denunciatis, cœlum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis.* Sophocles in *Oedip. in Colon.* vers. 360. *Jejuna, nudisque pedibus errans.* Ovidius lib. 1. *Fastor.* in *Agonal.* vers. 413.

Pythag. *Nudipedalia Ethnicorum.* Tertul.

Exerit hæc humerum, vestes trahit illa per herbas:
Impediunt teneros vincula nuda pedes.

Ovid.

Juvenalis *Satyr.* 6. v. 221. de humiliationibus fœminarum in campo Martio, succinit:

Vorticibus timidum caput abluet, inde superbi
Totum regis agrum nuda ac tremebunda cruentis
Ereptet genibus.

Juven.

Ovidius lib. 3. *Fastor.* vers. 213. in *Matronal.*

Ovid. *Ut medium campi scissis tetigere capillis,*
In terram posito procubuere genu.

Flor. Nonius. Florus lib. 1. de *Bell. Gallic.* cap. 14. *Pontifices & Flamines::. Virgines simul ex sacerdotio Vestæ nudo pede fugientia sacra comitabantur.* Nonius fol. 504. *Cum Apollinis templum inibant, excalceabantur se.* In funere Augusti factum, diximus *Tautolog.* 1. num. 41. Hinc, qui loca sacra ingrediebantur, depositos calceos tradebant pueris, qui sandaligeruli dicebantur, uti observat Justus Lipsius lib. 3. *Antiq. lect.* cap. 7. Turnebus lib. 29. *Adverss.* cap. 8. Petr. Victor. *lib.* 14. *cap.* 15. Plautus in *Trinum.* Act. 2. scen. 1. vers. 22. ait: *Sandaligerulæ.* Et in *Truculent.* Act. 2. scen. 4. v. 12. *Cedo soleas mihi.* Sicut habebant servos ad vestes, qui *Vestispiti*; ad monita salutis, qui *Salutigeruli*; ita servi erant à *pedibus*, vel *ad pedes*, quorum cura solvere calceos, & servare vel in ingressu templi, vel in convivio: quo intelliges illud Baptistæ apud Marc. 1. 7. & Luc. 3. 16. *Cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus.* In conviviis detrahi soleas, quia cubantes comedebant, claret ex multis, uti vidimus num. 12. Consule ibi citatos AA. & Martialem *lib.* 5. *Epigr.* 57. *lib.* 8. 58. *lib.* 12. 88. Cyrill. Alexandr. lib. 2. de *Adorat. in spir. & verit.* Lorin. in cap. 7. *Act. Apost.* vers. 33. Hinc de esu Agni dictum Hebræis: *Calceamenta habebitis in pedibus.* Per Hypallagen: idest, pedes in calceamentis: & pro illo tunc & non ampliùs: equidem ut placet Serario in *Josue* 5. lib. 4. q. 24. quæstiunc. 6. post comedebant agnum cum ritu præscripto *Exod.* 12. verùm minimè calceati, neque baculos tenentes, sed more Hebræo recumbentes & extractis calceis, uti ultimæ cœnæ Christi cum discipulis iconem potes videre apud Villalpand. in *Ezechiel.* 23. num. 51. & etiam cœnæ Pharisæi, ubi recumbentis Christi commodè Magdalena potuit lavare lachrymis, & tergere comâ vestigia.

Sandaligeruli servi & servæ. Plaut.

In accubitu convivæ deponebant calceamenta.

Usus assumptionis illorum ad esum Agni semel in Ægypto.

Æram. 20 De Judæorum nudipedaliis non est dubium, igitur patet etiam facta utroque nudo pede, licèt Rabb. Isaäc Ærameus libell. de *Colligatione Isaäc*, magnum discrimen notet inter Moysen & Josue, ex eo quòd illi dicitur ex Versione Syriaca: *Solve calceamenta*: & huic, *Calceamentum* tantùm. Cogitatio insignis! Parùm interesset, si uti solet, esset ludicrà; verùm latet virulenta: siquidem apud Gentes nudipedalia fiebant uno pedum nudo, altero tecto. Silius Italicus lib. 3. *Bell. Punic.* v. 25. infit;

Nudipedalia Ethnicorum unico pede tecto.

Sil. Ital. *Discinctis mos thura dare, atque è lege parentum*
Sacrificam lato vestem distinguere clavo,
Pes nudus, tonsæque comæ.

Ovidius lib. 6. *Fastor.* vers. 395. de *Vestal.* & lib. 7. *Metam.* fab. 2;

Ovid. *Huc pede matronam nudo descendere vidi.*
Egreditur tectis vestes induta recinctas,
Nuda pedem, nudis humeris infusa capillos.

Seneca in *Medea*, Act. 4. v. 752. & Tibullus *lib.* 1. *Eleg.* 5.

Senec. *Tibi more gentis vinculo solvens comam,*

Tibull. *Secreta nudo nemora lustravi pede.*
Vinclaque de niveo detrahet ipsa pede.

Virgilius & loc. cit. num. 11. & lib. 4. *Æneid.* v. 517. expressit perspicujùs;

Virgil. *Ipsa mola, manibusque piis altaria juxta*
Unum exuta pedem vinclis, in veste recinctâ,
Testatur moritura Deos.

Artemid. Artemidorus, quia hujusmodi habitus erat Deorum, vocat Bacchum *lib.* 4. *cap.* 65. *Monocrepidem.* Euripides in *Antigon.* v. 1148. *Puro pede.* & Pindarus Od. 6. *Pythior.* unum tantùm calceum dextro pedi tribui duci Jasoni. Astruiturque auctoritatibus n. 16. & 17. & ritu, maximè Regum Persarum (illos imitatus est Caligula, uti vidimus *Tautolog.* 1. n. 29. & 44.) quorum accedentes sinistrum pedem nudum osculabantur. Meminit Ammianus Marcel. *lib.* 18. igitur de Antonino transfuga ad Saporem, ait: *Curvatis membris, humum vultu penè contingens & osculato pede, salutavit.* Ridet Martialis *lib.* 10. *Epigr.* 72.

Ritus adorationis Persarum.

Ammian.

Martial. *Frustrà blanditiæ venitis ad me,*
Attritis miserabiles labellis.
Jam non est locus hac in urbe vobis,
Ad Parthos procul ite pileatos

Et

Et turpes ſuppliceſque, humileſque
Pictorum ſola baſiate regum.

21 Hæc ſanè mihi in cogitationis aſſenſum minimè adducerent; quandoquidem ſynecdochicè pes pro pedibus ſumitur, ut cùm dicimus, *pes immotus*: *Pes rectus*; Propertius ubi dudùm: *Singulare pro plurali.*

Preſſaque veloci candida muſta pede. Propert.

Terentius in *Phormion.* Act. 1. ſcen. 2. verſ. 56. *Nudus pes.* Horat. lib. 1. *Epiſt.* 19. v. 12. *Pede nudo*: & alii ſexcentis locis; verùm quia deſipiunt Rabbini, concedentes Hebræis antiquis ſuperſtitioſa, adinſtar Gentilium, nudipedalia, eorum ſopiendæ cogitationes inſanæ, utpotè ipſorum cerebelli. Si Scriptura dicit: *Calceamentum de pedibus*, intelligendum eſt duntaxàt de unico calceo, aut perone? Si pedes dicit, perperàm, ut vulgò dicitur, duo teguntur uno calceo. *Calceamentum de pedibus*, idem eſt, ac *calceamenta pedum*, ſeu calceamentum utriuſque pedis. In hujuſmodi inſaniam, quaſi magnum aliquid excogitaſſet, ductus eſt Rabb. Emmanuel exponens illud Pſalmi 59. 10. *In Idumæam extendam calceamentum meum*: ubi ille vertit *chirothecam*, ſubdens: *Mos erat Regum, cùm aliquam obſidebant urbem fortem, ut chirothecam projiceret rex intra urbem, ſignificans, nunquàm ſe ab urbe receſſurum, niſi illà captà.* Præclariſsimum ratiocinium! Hoccine videtur ſignum monomachiæ priſcorum Hiſpanorum. Fulcra profectò nitidæ ſententiæ inter noſtrates inveniſſet, modò libros Heroum volaticorum legeret. Ad rem ergo. Terent. Horat. *Calceamentum pro chiroteca.* Rab. Emman.

22 Depoſitio calceamentorum ob reverentiam loquentis, & loci, facta eſt à Moyſe & Joſue, ut promptitudinem animi in obedientiam, & cordis humilitatem præ ſe ferent illo ſigno. Diſcalceati tam illi, quàm Ethnici accedebant in ſtrata, ne ſpurcitiis pedum polluerentur, nec in levibus faſtidioſi fierent, & oculos faventis offenderent. Haud ſecùs hi populi duces omnia ſubjiciunt, & in cunctis obtemperaturi, quin vel in parvo à divina recedant voluntate. Adde, quòd ſicut diximus *Tautolog.* 1. faſtus deſignabatur per calceum, opulentia, nobilitas, & auctoritas: hinc Dominus calceatos Iſraëlitas juſsit ex Ægypto exire; dicitque Ezechiel. 16. 10. *Calceavi te janthino.* Ut honeſtetur prodigus, ſtatim juſsit patet calceari: *Luc.* 15. 22. Dignitatis inſigne fuiſſe aſſerit Roſinus lib. 5. *Antiq. Rom.* cap. 36. Unde Paulus Æmilius (ut ait Plutarchus in ejus vit.) cujus calceus laudabatur, qui ejus auctoritatis emblema, dixit & prudenter: *Pulcher eſt, ſed neſcitur ab ambitioſis & invidis, qua parte pedem retorqueat.* Qui inter Romanos nobilitate præſtabant, lunulas in calceis gerebant, qui quidem calcei dicebantur mullei, à rubro colore mulli, ut obſervat Turnebus lib. 10. *Adverſ.* cap. 2. & lib. 28. cap. 21. Calcei Patricii, & Magiſtratus Curulis, allucinati, aut lunati, à primis Albanorum rigibus, vel ab Evandro Arcadum Rege, qui ſe dicebant priores Lunà. Vide Plutarch. *qq. Rom.* 79. & Juſtum Lipſ. lib. 1. *Elector.* cap. 13. Vide quæ diximus *Tautolog.* 1. à n. 27. Cuncta ergo proterenda, faſtus, nobilitas, auctoritas & opulentia à ſequentibus Dominum vel in aſpera vocantem: quoniam vel qui Rex & inclytus elegit abjectus eſſe in domo Dei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. *Ultim. Exp.* *Detractio calcei reverentiæ ſignum & obedientiæ.* *Calceus index nobilitatis, dignitatis, & opulentiæ.* Plutarch. *Inſignia Romanorum calceamenta.*

23 Ut autem Tautologia plenè exponatur, quæſtio incidens diſſolvetur: nimirùm: An fuerit uſus femoralium apud Priſcos? Ex Scriptura contrarium conſtat, etenim præcipitur Exod. 28. 42. *Facies & feminalia linea* (nota, non *femoralia*, ſed *feminalia* dici: vernaculè *Calzoncillos*) *ut operiant carnem turpitudinis ſuæ à renibus uſque ad femora.* Obſerva etiam, non dici *uſque ad genua*, vel *crura*, ſed *uſque ad femora*: ſiquidem ita dicebantur panni, vel linteum honeſtatis ſubligaculaque. His feminalibus munia Sacerdotes miniſterii obibant, ingredientes Tabernaculum teſtimonii: *Levitic.* 6. 10-16. 4. quæ deponere jubentur functo officio, tam *Levitic.* 6. 11. quàm *Ezech.* 44. 18. Si igitur horum frequens eſſet uſus, non præciperetur ſumi & deponi. Patet ex caſu Noë *Geneſ.* 9. 21. & fœminæ, cui propter audaciam abſcindi jubetur manus. *Deuteron.* 25. 11. Apud Siracidem cap. 45. 10. inveniuntur *Femoralia*: attamen cùm ſint ſacerdotis, pro feminalibus ſumenda ſunt, ut patet ex dictis. Daniel. 3. 21. dicitur de tribus pueris damnatis à Nabucho: *Viri illi vincti cum braccis ſuis, & tiaris & calceamentis & veſtibus miſsi ſunt in medium fornacis.* Quod quidem inconcuſſum etſi in Hebræis more Medorum, qui braccis utebantur, de quorum effigie videris Alapid. in fronte *Comment. in Daniel.* Braccæ dicuntur propriè *femoralia*: Græcè, *feminalia*: Chaldaicè, ut ibid. verſ. 94. *Saraballa.* Unde Iſidorus *An inter Hebræos feminalium uſus?* Dan. 3. 21. *Diſcrimen femoralium & feminalium.*

Iſidor. lib. 19. *Etymolog.* cap. 23. *Fluxa & ſinuoſa veſtimenta* vocat: & cap. 22. *Femoralia appellata eò quòd femora tegant; ipſa & braccæ, quòd ſint breves, & verecunda corporis iis velentur.*

24 Sicut olim, uti ait Clemens Alexand. lib. 2. *Pædag.* cap. 11. calceorum uſus tantùm ad iter agendum, ita femoralium uſus: quapropter, ut habemus in *Regul. Sanct.* S. Bened. cap. 55. S. P. N. Benedictus præſcribit: *Femoralia hi, qui in via diriguntur, de veſtiario accipiant; qui revertentes lota ibi reſtituant.* Ita interpretantur Sancta Hildegardis, Cardin. Turrecremata, Anton. Perezz. hìc, Benedict. Heften. *Diſq. Monaſt.* lib. 5. tract. 4. diſq. 5. & Bivarius de *Veter. Manach.* lib. 2. cap. 11. §. 2. n. 35. Intra clauſtra utebantur bracili, ideſt, ſubligaculo, brevioribus feminalibus, ut notat Manrique in *Annal. Ciſterc.* ann. 1101. cap. 2. n. 8. *Bracileque* dicitur tanquàm brevis bracca, quæ omnibus ab Abbate concedenda, ut jubet Legislator N. cap. quo ſupr. imò ut cogitat S. Hieronymus (qui Epiſt. 128. ad *Fabiol.* deſcribit Hebræor. Sacerdotum feminalia, *quorum ſuperior pars ſub umbilico adſtringatur*, iteratque Comm. *in Ezech.* 44. 18.) his ſubligaculis præcepto Chriſti uſos Apoſtolos fuiſſe: hinc addit: *Quibus feminalibus accingi vult Salvator Apoſtolos, dicens: Sint lumbi veſtri accincti.* Conſtat inter Hebræos nullum fuiſſe femoralium uſum, ex eo quod regnante Antiocho Epiphane, plurimi ex Judæis apoſtatæ, ut dicitur 1. Mach. 1. 16. *Fecerunt ſibi præputia.* Cauſam verò ſignat Joſeph. lib. 12. *Antiq.* cap. 6. dicens: *Ut nudi quoque non eſſent Græcis diſſimiles*: Etenim cùm Græci exercerentur in gymnaſiis, quin luctà & pugilatu, cura illis ineſſet honeſtatis, & Judæi æmularentur exercitia, ad quorum plauſum & uſum *ædificaverunt gymnaſium in Hieroſolymis ſecundùm leges nationum*, poſtque Herodes magnus etiam extruxit, ut dicit idem *lib.* 15. *cap.* 11. ne circunciſſione, diſcoöpertis quæ velari debent, agnoſcerentur, præputia nova ſibi fecerunt: quod ſanè inutile eſſet, ſi femoralibus, vel ſaltem feminalibus uterentur. Conſulesis Clementem Alexandr. 3. *Pædag.* cap. 3. & Joann. Braunium de *Sacerdot. veſtitu* lib. 2. cap. 1. Si deſideratur principium hujuſce renovationis præputiorum, & qua arte fiebat, videndus Epiphan. lib. de *Ponderib.* Galen. lib. 14. *Method.* cap. 16. Dioſcor. *lib. 2. cap.* 75. & *lib. 4. cap.* 151. Cornel. Celſus lib. 7. de *Re medica* cap. 25. Paul. Ægineta *lib. 6. cap.* 35. Ex Expoſitoribus Sanctius hìc & Redanus, Bolduc. in 1. *Job.* 1. §. 13. Maſius in 5. *Joſue*, & Maluend. de *Antichriſt.* lib. 1. cap. 14. Aliqui arbitrantur impoſsibile, ut Hieronym. in *Iſai.* cap. 52. Origen. lib. 4. *Periarch.* cap. 4. Rupert. lib. 9. de *Vict. Verb. Dei* cap. 18. & denique Hippocrates ſect. 6. *Aphor.* 17.

Quid ſit Bracile? Manriq. Hieron.

25 Pro ampliore intelligentia audiendus eſt Caſaubonus in Sueton. *Auguſt.* cap. 82. ad illud: *Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo & feminalibus, & tibialibus muniebatur. Illis vocibus* (ait) *non intelligunt veteres Latini id quod hodie appellamus femoralia & tibialia, ſed faſcias quibus Antiqui pedes, tibias, crura, & femora, ſive femina involvebant: Noſtras enim braccas non fuiſſe Græcis, Latiniſque in uſu, eò probamus, quòd in cultu Græcorum & Romanorum, breviore veſte amicti, eas partes oſtenderent, quæ honeſtè nominari non poſſunt. Braccarum uſum ita averſati ſunt Græci, Romanique, ut non ſine indignatione referat Ovidius, Ponti accolas quoſdam braccas geſtaſſe, cùm eſſent Græcis oriundi. Non tamen dubitamus, paulò poſt Auguſti tempora, braccis cœpiſſe aſſueſcere Romanos, qui bella cum Germanis, aliiſque Septentrionalibus populis gerebant.* Planè Ambroſius lib. 1. *Offic. cap.* 18. aſſerit, hujuſmodi perizomata, ſeu Græc. *Anatryeida*, ſuo tempore apud aliquos in uſu non fuiſſe: etenim tam Græcorum, quàm veterum Romanorum habitus erat pallium & tunica, tunica & toga uti videmus in Armenis. Ulyſſes, ut ait Homerus *Iliad.* 2. v. 259. objurgans Tharſitem, minatur:

Nec gentiles priſci Græci & Rom. femoralibus uſi. Caſaub. Ambroſ.

Ne poſthàc Ulyſſi caput humeris adſit,
Si non ego te comprehendens charis veſtibus exuam,
Pallioque & tunica, quæque pudenda contegunt.

Homer.

Et Q. Calaber *lib.* 4. de athletis coram Thetide pugnaturis infit: *Præcinxerunt veſtes circa verenda, & omnia quæ infernè, ut decet, velabant, veriti Pelei uxorem.* Videtur tractu illo auctionis captivorum coram Philippo Macedoniæ rege, cui dixit ſuggerens unus ex illis, referente Plutarch. in *Apophtheg. Lacon*, ſedenti non pudicè: *Dimitte veſtem ut honeſtiùs ſedeas, nam ſic quidem quæ conſpici non vis, ab aliis videntur.* De Julio Cæſare moribundo, inquit Sueton. cap. 82. *Simul ſiniſtrà manu ſinum, ad ima crura deduxit, quo honeſtius caderet, inferiore etiam corporis parte velata.*

Plutarch. Sueton.

Quæ-

Quæ sanè cura supervacanea, modò uterentur anaxyridibus: igitur eadem referuntur eodem articulo de pudiciori sexu. Seneca. in *Troadib.* Act. ult. & Ovid. lib. 13. *Metam.* fab. 2. de Polyxena:

Illa super terram defecto poplite labens
Pertulit intrepidos ad fata novissima vultus. Senec.
Tunc quoque cura fuit, partes velare tegendas,
Cùm caderet, castique decus servare pudoris. Ovid.

Euripides in *Hecuba* v. 568. *Hæc verò etiam moriens, magnam solicitudinem habuit, decenter ut caderet*, &c. & Q. Calaber. lib. 1. *Paralip. Hom.* de Penthesilea ab Achille vulnerata lethaliter, ait: *Honestè admodùm ad terram fluens, ne dedecore præstans corpus afficeretur.* Plura videris apud Plutarch. in *Cleomen.* in fin. Euripid.

26 Aliis nationibus affuit studium. Ovidius lib. 4. *Trist.* Eleg. 6. *Vulgus adest Scythicum, braccataque turba Getarum.* lib. 3. Eleg. 10. & lib. 5. Eleg. 11. *Verùm frequens usus apud Persas & alias nationes.*

Pellibus & sutis arcent mala frigora braccis.
Hos quoque qui geniti Graja creduntur ab urbe,
Pro patrio cultu Persica bracca tegit. Ovid.

Propertius *lib.* 3. *Eleg.* 4. & *lib.* 4. *Eleg.* 11.

Tela fugatis equi, & braccati militis arcus.
Et subter captos arma sedere duces.
Illi virgatis jaculantis ab agmine braccis,
Torquis ab incisſa decidit unca gula: Propert.

Persius *Satyr.* 3. v. 53. Medos vocat braccatos. Ita addictæ peregrinæ nationes hujusmodi usui, ut depositio relaxatio vocetur à Juvenale, *Satyr.* 2. v. 169.

Mittentur braccæ cultelli, fræna, flagellum. Juvenal.

Peculiaris Gallorum priscorum habitus fuit, à quibus Gallia Narbonensis *Gallia braccata* dicta, ut notat Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. Lazar. Baifius de *Re vestiar.* Diodor. lib. 5. & 6. unde objectum Cæsari, ait Suetonius in ejusd. vit. cap. 80. Perſ. Plin. Baif.

Gallos Cæsar in triumphum ducit: iidem in curia
Galli bracchas deposuerunt, latum clavum sumpserunt. Sueton.

Eundem habitum Sarmatis attribuit Pompon. Mella *lib.* 1. *cap.* 1. verùm Romanis ita novus fuit, ut Plutarchus in *Othon.* de Cæcina dixerit: *Molestus peregrino apparatu, qui braccas & manicas indutus Gallico more legiones alloquebatur.* Unde Tacitus, lib. 2. *Histor.* cap. 20. *Cæcinæ in superbiam vertebant quòd ornatus versicolore sagulo, braccas, barbarum tegmen indutus, togatos alloqueretur.* De Alexandro Severo ait Lamprid. in ejus vit. *Donavit & ocreas & braccas & calceamenta inter vestimenta militaria.* Jam usus inolescebat: etenim priùs, ut infit Beroald. in *Sueton. Galb.* cap. ult. *Scipio Æmilianus pro maximo probro objectavit Sulpicio Gallo, quòd feminibus subvulsis, hoc est, femoribus depilatis, ambularet.* Videsis Schild. hìc, & plura apud Dempst. in *Rosin.* lib. 5. cap. 36. Alex. ab Alex. *Dier. Genial.* lib. 5. cap. 18. & hìc Tiraquell. Vopisc. in *Aurelian.* Strabon lib. 4. *Geograph.* fol. 132. Joann. Britan. Comm. in *Satyr.* 2. & penult. & *Satyr.* 8. v. 234. Cœlium Rhodig. *Antiq. lect.* lib. 18. cap. 21. La-Zerd. in *Sacr. adverſ.* cap. 67. cap. 2. & Commentatores in *Martial.* lib. 11. Epigr. 22. Plutarch. Tacit. Lamprid. Beroald.

27 De Tibialibus adhuc est dubium. Inter Hebræos inficiatur Doctiſs. Sanctius in *Cantic.* 5. n. 102. *Quo constat* (ait) *quomodo à Solymitanis puellis ex crurum candore Sponsus internosci potuerit.* Dicit enim: *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas.* Haud aliter impugnabo, quàm queis ab illo didici. Crura non pro cruribus sumenda sunt, sed pro crurum ornatu, uti diximus, & astruximus pluribus testimoniis, ac exterorum auctoritatibus *Tautolog.* 1. à num. 35. Imò ipse loc. cit. docet, n. 99. & summo jure, *bases aureas*, super quas columnæ crurum fundatæ, esse calceamenta pretiosa. Quapropter sicut hìc non pedes, sed calcei politi describuntur, ita ibi non crura, sed tibialia. Addo in Scripturâ mentionem fieri perisscelidum, *Isai.* 3. 19. quæ Græc. *Crurum integumentum.* Ita Pollux lib. 7. *Onomast.* cap. 13. & Lambinus in *Epist.* 17. lib. 1. *Horatii*, v. 56. ubi: *Sæpè perisscelidem raptam sibi flentis.* Chabotius hìc vocat *Tibialia*, & tibialium *ligulas*: de quibus faxò. Vide Cœl. Rhodig. *lib.* 4. *cap.* 11. Eodem modo vidimus loqui Suetonium de tibialibus Augusti, n. 25. Dicuntur etiam *Caligæ*, Genes. 11. 23. & Actor. 12. 8. siquidem habitus frequens militum, & rusticorum. Nos dicimus: *Botines.* De Achil- Sanct. Cant. 5. 15 *Res vestita pro veste.* *An tibialia inter Hebræos?*

le

le & Ajace Telamonio Q. Calaber lib. 1. ait : *Argenteum tibiale*, ut dixi, n. 11. & ibid. de Pentheſilea : *Tibiis addidit aurea tibialia.* Addit etiam de Eurypilo & Neoptolemo *lib.* 8. *Interdùm autem vulnerabant tibialia, aut altas galeas.* A S. Benedicto ubi ſupr. *Pedulis & caligæ* : hoc eſt, indumentum pedum, quod Clementina *Ne in agro*, dicit : *Bottis altis pro calceamentis utantur.* Iccircò Boërius Comment. in *Regul.* ibid. ſubdit : *Bottæ ſunt compagi, ſive ligæ, aut pedules, quorum altitudo ſuper cavillam circiter unam palmam attingit : latitudine ſua pedi & tibiæ coäptantur.* Habitus Romanorum fuit. Plinius lib. 7. cap. 43. *Juventam inopem in caliga militari toleraſſe.* Cicer. 1. *Philipp. Cum caligis & lacerna cucurriſti.* Juvenalis *Satyr.* 3. v. ult.

Auditor gelidos veniam caligatus in agros.

Vide Turneb. in *Adverſ.* lib. 26. cap. 34. Apud Græcos tibialia dicebantur Ocreæ, de quibus Homerus loquitur uſque ad tædium. Quare Iſidorus ubi ſupr. cap. 24. infit : *Ocreæ, tibialia ſunt calceamenta, dicta ſic, quòd crura tegant.* Et Varro de *ling. latin. Ocrea, quod apponebatur ob crus.* Vulgò : *Botas* : quod eximiè laudat in Achivis Homer. plurib. in loc. lib. 2. v. 331.

Manete omnes benè ocreati Achivi.

His patet uſus apud omnes tibialium, ſeu tibiarum ornamenti.

28 In his varia forma, dictæ ſunt caligæ in quarum ornatu ſplendebat auctoritas pro cujuslibet dignitate. Quo intelligitur Juvenalis *Satyr.* 16. v. 14. & 26. & plura loca Homeri, 11. *Iliad.* v. 29.

Calceus & grandes magna ad ſubſellia ſuræ.
Cùm duo crura habeas offendere tot caligatos
Millia clavorum.

Caligati pro omni genere militum, in quorum caligis erat differentia clavorum. Alii ferreos, alii æreos, argenteos, aureoſque geſtabant, præut unuſquiſque dignitate pollebat, aut diffluebat luxu & faſtu : de quo Iſidorus ubi ſupr. *lib.* 16. *cap.* 20. & Plinius *lib.* 22. *cap.* 22. & 24. *cap.* 19. Vide latè tractantem Fortun. Licet. de *Lucern. Antiq.* lib. 6. cap. 28. Sic etiam intelligitur, cur lunati dicantur calcei Romanorum: etenim non formam ſideris in caligis geſtabant, ſed notulam, qua cauſa dicebantur *caligæ lunatæ*, quippe ſciſſuræ alutæ nigræ, albæ, vel purpureæ erant adinſtar lunæ decreſcentis, quaſi lunulæ undique ſpargerentur. Juvenal. *Satyr.* 7. v. 191. & Martialis *lib.* 2. *Epigr.* 29.

Felix & ſapiens, & nobilis, & generoſus
Adpoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.
Non extrema ſedet lunata ligula planta,
Coccina non læſum cingit aluta pedem.

Pariformiter dicebantur *Mullei folleati*, vel *follicati ad mediam tibiam*, ut ait Joſeph. Scaliger in lib. 7. *Origin.* Caton. *Caligæ clavatæ*, uti obſervat Lævin. Torrent. in illud Horatii lib. 1. *Satyr.* 6. v. 27.

Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus, & latum dimiſit pectore clavum.

Etiam *Caligæ picturatæ*, à Georg. Codin. fol. 55. de *Off. Cur. conſt.* Item *Caligæ follicatæ, virgatæ, trabeatæ, palmatæ*, à Paſſeratio in lib. 4. *Propert.* Eleg. 11. v. 44. & Delr. in Senec. *Hercul. fur.* Act. 1. v. 145. *Effigiatæ* etiam, ſicut enſes, pugiones &c. in quibus, ut diximus *Tautolog.* 1. n. 28. ad effigiem animalium tæniis & laqueolis concinnabantur capuli, & chlamydum fibulæ, & caligarum faſtigia ſub genibus, uti patet in ſtatuis veteribus & illarum ornamentis. De Michaële Palæologo dicit Nicephorus Gregoras, *lib.* 4. *Soceri illuſtre diſcrimen in cæruleis caligis aquilæ intextæ conſtituebant.* & Corippus *lib.* 2. n. 4.

Purpureo ſuræ reſonant fulgente cothurno
Cruraque puniceis induxit regia vinclis
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco,
Qui ſolet edomitos victor calcare tyrannos
Romanos Princeps, & barbara colla domare:
Sanguineis prælata roſis laudata rubore
Lectaque pro ſacris tactum molliſsima plantis.
Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti.

29 Quod autem nexibus jungerentur, & disjungerentur, liquet ex eo quòd ne-

S. Bened.

Quid ſint pedules? Boer. Plin.

Caliga habitus Roman. Juvenal.

Et Græcorum. Iſidor.

Homer.

Forma illarum.

Homer.

Milites ferè caligati.

Quid Luna in caligis Romanorum?

Juvenal. Martial.

Scalig.

Horat.

Diverſa caligarum formæ.

In eis etiam imagines. Niceph.

Coripp.

xus vincula dicuntur. Achill. Tatius de *Amor. Clitoph. & Leucipp.* lib. 1. ait: *Pedes vinculis exuti, crura vestibus, zonàque genu tenùs succinctis nudata.* Petronius in *Satyr.* *Alius tunicam lacerat, alius vincula calceamentorum resolvit.* Plaut. in *Captiv.* Act. 2. scen. 1. v. 14. *Compedes adimere.* Et Homerus 3. *Iliad.* v. 330. de Paride dixit; *Ligulis junxebantur.*

Ocreas quidem primùm circa tibias posuit
Pulchras, argenteis fibulis adaptatas. Homerus.

Hæc quidem ingeminat sæpe, *Iliad*, 11. v. 27-14. v. 186-16. 132-18. 469. & 19. 368. Euripid. in *Hippol.* v. 1189. & in *Cyclop.* v. 181. Virgil. lib. 7. *Æneid.* v. 634. 8. 624-12. 430. & Plutarch. in *Paul. Æmil.* Cui cogitationi favent, quæ diximus de ornatu caligarum & cothurnorum *Tautol.* 1. cit. à n. 27. Consule quoque Petr. Victor. lib. 14. *Var. lect.* cap. 15. & Turneb. ubi supr. *lib. 29. cap.* 8. & *lib.* 30. *cap.* 38. Sufficiant ergo dicta de calceamentorum usu tùm sacrorum, cùm ethnicorum.

30 *Solve calceamentum de pedibus tuis.* Alii: *Pedum tuorum.* Arabic. *Exue caligis pedem tuum.* Persic. *Extrahe calceos tuos desuper pedes tuos.* Pagnin. *Exue calceum tuum è pedibus tuis.* Abulens. *Auferas sotulares è pedibus.* Ar. Montan. *Desuper pedibus tuis.* Idem Rabb. Jonath. Alii: *Soleas excute.* Hæccine servierunt expositioni: modò morum compositioni deserviant. *Varietas lectionum.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus Excurs.

1 *Solve calceamentum de pedibus* in visionem. Præceptum commendat fidem. Cognitio sensuum ex notitia exponitur, & in visionem detrahitur: igitur nulla inerit cœlestium cognitio, modò sensualis duntaxàt accesserit cogitatio.

2 *Solve calceamentum de pedibus tuis* in signum servitutis, & charitatis in captivos fratres: etenim magnum, amplexari servitutem: ut alii, voluntariâ servitute, nanciscantur libertatem.

3 *Solve calceamenta*, quibus signatur libertas, ut nudo pede in dignitate plus fulgeas: equidem excellentia virtutis differri excellentiâ ab aliis, & esse in munere, sicut unum è cæteris.

4 *Solve calceamenta de pedibus*, cæterùm memoria minimè dedicat à cogitationibus, ut possit vivere, unde cogitat mori: quippe mortis cogitatio est mortalitatis depositio.

5 *Solve*, quia stas in terra sancta, pedum *calceamenta.* Denudare pedem, indicat venerationem: jusque erat quod accederet ad sacra, cum omni humilitate & reverentia.

6 *Solve calceamenta de pedibus tuis.* Ducitur in desertum, ut perfectiùs obliviscatur Ægyptum. Pede signatur despectus bonorum: calceamentis, bona temporalia, quæ vel usu teruntur: & deponere jubetur calceamenta; quoniam hujusmodi bona aptiùs prosunt derelicta, quàm calcata.

DIDASCALIA I.

Quò magis languet ratio, eò viget in Eucharistico Sacramento.

1 AMPLIUS videt in tenebris, quisquis ad videndum non utitur oculis. Aptè penes fidem depositum, ut cognitione amplissima anima obtineat thesaurum. *Amittit fidem, videre qui vult. Curiosus obtutu, quod capere, quod tenere gestit, amittit*: ait Guilielmus Hesius lib. 1. de *Fide*, Embl. 21. Hinc signatur Sacramentum in avicula inclusa pyxide, minimè illustranda curiositate, ne avolet, & possidentem amissione opum eludat vel lachrymantem.

Qui videt in tenebris, non utitur oculis.

Fidei symbolum.

Hospes erat mundo cœli Deus: ille paternis
Ædibus exceptus cùm renovaret iter,
Dona tibi puero, sed non spectanda reliquit:
Da fuere sacrà gratia nexa fide.
Mens tua pyxis erat; sed erat malè condita pyxis: Guil. Hes.
Ut patuit profugam perdidit illa fidem.
Nunc levis & vacuus, nunc plenus inanibus umbris,
Quas agit ambiguâ luce recepta dies.

Canit idem ibid. Ecce articulus rerum non apparentium, & obscuritate cognita-

tarum. Unde Paulus Corinthiis alloquens dixit: *Nolite pueri effici sensibus: sensibus autem perfecti estote.* Sensuum perfectio stat in imperfectione, ut dixi *Tom. 2. T. 10. D. 2.* n. 7. igitur summa cordis obcæcatio, abundare in suo sensu; cùm aliud sit quod cognoscitur, & longè aliud quod aspicitur: quandoquidem aberrabit cognitio vigilantioris mentis, si nititur ad videndum claritate cognitionis. Pueri sensibus ad intelligenda ducuntur: non intelliguntur fide, quæ videntur: jubetque Paulus, ne pueri sensibus fiant; ut arcana ritè credant: etenim à cordibus puerilibus evanescet avis fides, modò rimentur arcana obtutu curiositatis.

1. Cor. 14. 20.

Ad fidem sensuum perfectio, imperfectio.

2 Subit mentem pertrita & prætermissa sententia emphatica Salvatoris. *Si oculus tuus* (inquit) *scandalizat te, ejice eum.* Utile sanè: cæterùm cur non utrumque? Unus ex oculis in catholico est fides: alter ratio naturalis: tuncque perspicuè videntur fidei arcana, si ratio naturalis omninò cæca. Non uterque abjiciendus, ut fides locum habeat, & fidelis cæcè videat: solummodò, qui scandalizaverit, abjiciat procùl, nè malignè infatuetur obtutu. Visio in fidem maligna est, pervertit fidelium cor; quoniam cognitionem astruit ex his quæ videt: Christusque præcipit oculi scandalizantis extingui lumen; ut cognitio valeat contra cognitionem: igitur lumen rationis non est oculus ad videndum, sed solummodò fidei præcipitationi scandalum. Extinguendus est nitor oculi carnis, ut videat oculus cordis. Ratio naturalis contra credita clamat: verùm voce scandalizat: abjiciendusque est oculus, ut vincat fidei aspectus: etenim tunc catholicus perfectè cognoscit, si tradita credit, in id quod ratio naturalis dixerit.

Marc. 9. 46.

In fidei arcana ratio naturalis sit cæca.

Necessarius oculus cordis non carnis.

3 Apparuit Dominus Moysi rubo flagranti cujus visio videntis pupugit curiositatem, ut objecti mirabilis exploraret magnitudinem. *Vadam* (ait) *& videbo visionem hanc magnam.* Unde magna? An quia ibi, uti vidimus ex Philone *Tautolog.* 4. n. 8. *è medio prominebat forma quædam pulcherrima nulli visibili similis, divinum planè simulachrum, luce fulgens clarissimâ?* Præ se fert Eucharistiæ mysterium, & admirabilius prodigium: igitur in forma panis pulcherrimâ, sine panis formâ, latet Christi corporis substantia, nulli visibilis, quia invisibili modo: qua arte conversatur nobiscum Dei imago. Rubi sanè visio magna; major autem pulchritudo in Eucharistia. Ibi species Deitatis rubo illæsâ, & flagrante: hìc Deitas in aliena specie. Deus non videbatur, ignis flamma videbatur. Unde credidit? Deus dixit: *Ego sum*: viditque quod non videbat, credens quod visus sensatione non cognoverat: igitur vidit ibi adesse substantiam Deitatis, quanvis appareret ad oculum forma tantummodò ignis. Patet visio magna, dum Deus oculis objicitur alienâ forma. Patet visio magna, atque nota magnitudinis, videre & visa non credere oculis. Astruit Paulus: *Fide invisibilem tanquàm videns sustinuit.* Syriac. *Ac si vidisset Deum invisibilem.* Si invisibilis Deus, quomodò quasi visus? Ubi oculis non credidit, fide perspicuiore vidit: unde fugiens rationem atque cognitionem naturalem, Deum aspexit invisibilem; quia credidit in specie alienâ, quasi vidisset in propriâ.

Exod. 3. 3.

Phil.

Rubus visus à Moyse quo modo symbolum Eucharistiæ?

Vers. 2.

Hebr. 11. 27.

Syriac.

Fidei magnitudo est visis non credere, & non visa intelligere.

4 Alia cogito ex Jacobo Bonfrerio hìc. *Flamma* (inquit) *sine alimento perseverabat.* Flamma, ut latè vidimus *Tautolog.* 4. est splendor ignis in aëre. Splendor verò est accidens ignis: unde cùm sine alimento rutilaret splendor, longè latèque micaret mirabilis fulgor; nil mirum, quòd sapientis Moysis pulsaret animum, miraculum nunquàm visum: etenim visionis singularis magnitudo, speculari non cognitum accidens sine subjecto. Aliter. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis.* Ad quid ergo ignis: si dicitur flamma? Ut designetur accidentis inhærentia, igitur per se subsistere nequit, dum subsistit. Si diceret tantùm *Flamma*, quæ accidens ignis, signaret accidens sine statu naturalis inhæsionis: diciturque *Flamma ignis* in visione magna; quia in lege gratiæ operandâ majora: quandoquidem subsistent accidentia, Sacramento Eucharistiæ instituto, sine proprio, apto, connaturali subjecto; quoniam corpus Christi sine vino & sine pane, sub speciebus sacris panis & vini. Ibi insigne miraculum: hìc maximum mirabilium. Ibi flamma in ignis forma, & substantia; hìc accidentium solummodò forma sine connaturali materia: majorque visio Eucharistiæ exponitur luminibus mentis; dum corpus apparet aliud sub speciebus, signis alterius corporis: etenim Christi adest natura humana & divina, nobis videntibus panis & vini accidentia.

Bonfr.

Mirabile accidens sine subjecto.

Vers. 2.

Corpus Christi sine vino & sine pane sub speciebus sacris panis & vini.

5 Visio jurè mirabilis & insignis: unde ductus Moyses stimulo novitatis, perscrutari conatur arcana; sed jubetur projice-

Vers. 5. jicere calceamenta. *Solve calceamentum de pedibus tuis.* Quid & quorsùm hujusmodi ritus? Ut visione magna videntis captivetur intellectus. *Meritò quidem* (ait Bernardus serm. in cap. 12. *Apocal.*) *admiraris Moyses sancte, & curiosius desideras intueri: veruntamen solve calceamenta de pedibus tuis, & involucra pone carnalium cogitationum, si accedere concupiscis.* Carnis cogitationes abjiciendæ in cognitionem hujusce visionis magnæ? Profectò. Ibi exponebatur Eucharistiæ imago, qua rutilat maximum Christi miraculorum, ubi corpus & sanguis Christi sub aliarum velamine specierum. Sensus testificantur ibi esse vinum & panem, siquidem panis & vini tantùm cognoscunt speciem. Per species ducitur intellectus in cognitionem rerum, aliquando rationis in divina tendentis in volucrum: jubeturque Moyses deponere ratiocinia carnalium cogitationum; quoniam nulla erit cœlestium rerum cognitio, si sensualis solummodò accesserit cogitatio: igitur dum ratio vigil intelligere satagit, mysterium intelligendum evanescit.

Bernard.

Ubi ratio videre satagit, creditum mysterium evanescit.

6 Pluit Dominus in delitias Israël cœlesti Manna, inopinà suavitate, ac omne delectamentum in se habente. Extra castra cœlum diviti, delicatissimo cibo cuncta irrorabat; verùm collecto necessario ad vescendum, cùm Sol incalêret, *liquefiebat.* Unde Sapiens: *Quod enim* (infit) *ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio Solis calefactum tabescebat.* Causas naturales vide apud Abulens. in *Exod.* 16. q. 8. & 11. & etiam Cajetan. cum Hay. & Alap. Nos igitur in allegoricum sensum collimamus uti in scopum. Manna à cunctis astruitur, Eucharistici panis fuisse typum. Cur ergo si deserviebat victui (præut unicuique placebat, ignis calori resistens) non fiebat calore ignis, quod fiebat calore Solis; maximè cùm Solis virtus non ita efficax in sublunaria sicut ignis in subjecta? Omnia in figura contingebant illis. Per Manna præsignabatur Euchraristicus cibus: per Solem humanus vigilans intellectus: unde dicebant pessimi lassati in via iniquitatis: *Sol intelligentiæ non est ortus nobis*: exiguoque radio Solis evanescit, quod virtuti ignis permanendo resistit; quoniam nihil invenietur in Sacramento, quod cognoscere intendit humana ratio.

Exod. 16. 21.

Sapient. 16 27.

Superat Eucharistia humanam intelligentiam

Sapient. 5. 6.

7 Prætereà. Intellectus hominis quantunvis perspicax, est humanus, & per species sensus in intelligentiam ductus. Cognoscit, si videt aliquid supra quod videt: si cognoscit quod videt, non cognoscit: exiguoque Solis radio designatur evanidum Sacramenti Eucharistici signum; quippe vel maxima, miracula nulla, si accedit intellectioni carnalis intelligentia: etenim cùm hujusmodi visio non oriatur à visione, sed à fide, qua gaudet intellectus speciali cognitione; Sol naturalis intellectionis destruit, quicquid contra visa fides infallibilis astruit: igitur evanescit permansura fides, ubi accesserit vel radius exiguus cognitionis naturalis. Hinc Paulus ait: *In captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*: etenim tunc per fidem amplior habetur cognitio Eucharistici mysterii, ubi intellectus in intelligentiam adsit sine intellectione: quippequàm plus habet luminis, quò minus habet rationis.

Intellectus intelligendo non intelligit.

2. Cor. 10. 5.

Neque ratione naturali cognoscit.

8 Ulteriùs. Sol rationis assensu fidei intelligens, cœlicum objectivè Manna conficit: modò probet oculis, confectum destruit: etenim evanescit citiùs, si cognoscitur per sensus. Sol ratio est in solio capitis, sensus verò radii Solis: exiguoque Solis radio non videtur, quod sine radiis aptiùs cæcè cognoscitur, quoniam intellectionis tenebrescet obtutus, si in cognitionem fidei ducatur sensibus. Quare intellectus jurè captivitati addicitur, ubi contra visa mysterium fidei proponitur: dum aliud aspicit, & aliud credit: dum credit quod non cognoscit, & credita videt: dum contra visa, non visis assentit, flectitque rationem adversùs intelligentiam, atque cognitionem contra oculorum notitiam: igitur si fide astruitur, & rationis radiis non cognoscitur; ubi intellectus pro obsequio patitur captivitatem, sine intelligentia ampliorem nanciscetur cognitionem.

Tenebrescit intellectionis oculus, si in fidem ducitur sensibus.

9 Profert in umbra luminosa Sapiens. *Manna exiguo Solis radio calefactum tabescebat; ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire Solem ad benedictionem tuam.* Lorinus hìc: *Oportet prævenire Solem ad bonam gratiam.* Bona gratia Græcè dicitur Eucharistia: congruitque Solem prævenire in sumptione Eucharistici Sacramenti? Utique. Cognoscendum exhibetur, quin lux naturalis in illius examen interponatur: siquidem propriè arcani cognitio, ubi ad cognitionem exactam deficit ratio. Dum Sol prævenitur, luce illius nihil profectò videtur: cognitioque fidei prævenire de-

Ubi sup. v. 28. Lorin.

Propria cognitio ubi ad cognitionem deficit ratio.

bet Solis ortum, ut lumen illustret in veram cognitionem intellectum: equidem, cum abscondatur perscrutanti, atque pateat cæcutienti; evanescit ab oculis, si videtur lumine cognitionis naturalis. Oculi asserunt panem. Non habent mysterii cognitionem. Videntur accidentia sibi nota, queis cognoscitur substantia; atque in fidem tantùm accidentia videnda. Ingerunt exteriorem accidentium speciem: tuncque oportet prævenire Solem; quoniam si oculis videretur arcanum, fidei prorsùs evanesceret mysterium.

Scala Jacob Eucharistiæ typus.

10 Reclinatio Dei in scala, quam Jacobus vidit in somnis, cœlos pertingentem, juxta Bonaventuram in *Bibl. Seraphic.* significat cœlestem panem, quo Christus latet, instruens fidelibus mirabilem scalam, ut è terra possint elevari in gloriam. Jacobus *vidit in somnis.* In somnis vidit? Profectò. Patet fideli Eucharistici miraculi visio, ubi sepelitur ratio. Non curiositate investigandum, fidei luminibus creditum: ideò dormienti exhibitum spectaculum; ut si videre cupiat, oculos claudat: igitur visis frustrabitur intellectus, si in cognitionem aperuerit oculos. Vulgare textus acumen: erigatur in latentem cognitionem. Hic demonstratur discrimen catholici & hæretici erga Sacramentum Eucharistiæ. Hæreticus est in cognitione insanus, quia impos rationis, ubi ducitur per sensus. Videre vult oriente Sole, quod tantùm videtur oculis clausis à fide; quippe si vigil ratio, non est visio: unde catholico revelatur arcanum; quoniam per fidem dormiente ratione, nullus ineat usus sensuum. Hæreticus ignorat, quippe ratio non dormitat. Catholicus cognoscit, accedens quasi dormiret. Ratione perfidus conatur astruere, quod non astruitur nisi dormiente ratione: nihilque percipit intellectus obtusus, quoniam in cognitionem vigiles sensus. Econtrà catholicus cuncta intelligit; vel dum contraria intellectioni videt: igitur sine sensuum usu sopitorum à fide, tutò quiescit & requiescit in mysterii intellectione.

Genes. 28. 12.

Eucharistiæ visio, ubi sepelitur ratio

Ubi vigil ratio, non est visio.

11 Plura de cæco à nativitate diximus, & alia cogitat animus. Collyrium Christus pro illuminatione fecit: ille perfecit, quæque medicus jussit. Vidit, sed oculis auctorem miraculi non cognovit, quousque illi ex proposito obviavit; dixitque: *Tu credis in filium Dei? Respondit ille & dixit: Quis est Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Jesus: & vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est.* Plura

Joan. 9. 37

investigatione digna. Cur non dicit, ubi cum illo loquitur & post aceptam illuminationem, *Vides eum?* Videbat itaque, si cum illo loquebatur. Deinde. Perspicuum est, quod loquentem videt, sed minimè quod priùs vidisset, cùm lumen oculorum non haberet: quo igitur intuitu præsentem non asserit videre, & astruit cæcum vidisse? De fide fit sermo, & quo modo per illam obtinetur cognitio: quapropter obvianti dicit: *Tu credis in filium Dei?* Et dum qui fuerat cæcus videt, non dicitur videre, sed cæcum vidisse; quoniam quæ revelantur primæ assertione veritatis, solummodò videntur clausis oculis. Unde cæcus proponitur, qui videt; ut fide videat, qui mysterium audit: quandoquidem nequaquàm videbit fide, ni videat cæcè. Quia dixit Christus, cæcus qui fuerat credidit, & procidens adoravit. O magnam insignem fidem! In homine cognovit inesse divinitatem. Aliud vidit, aliud credidit, & utrumque cognovit. Credit Deum quem etiam vidit hominem: vidit carnem: & cognovit mysterium, dum clausis oculis adoravit Verbum hominem factum.

A Deo revelationes, solummodò videmus oculis clausis.

Magna hominis cognitio, Verbum caro.

12 Verbum Dei sicut in substantia humanitatis, obtento corporis integumento, latebat; ita Deitas, & humanitas Christi sub speciebus panis & vini latet in Eucharistia: & dum videt qui fuerat cæcus, non asseritur visus; quoniam non videntur mysteria à fide hominis revelata, ubi ad videndum habet lumina aperta. Aperire oculos pro intellectione mysteriorum, est velle rationem intelligere per sensus. Unde cùm tantùm detur notitia, & neutiquàm evidentia; visus cæci excluditur à fidei oculis, quoniam aspectu oculorum prorsùm evanescit fides. Dum cæcus visu cognoscit: videns quem credit, non videt: igitur ut ratio vigil adipiscatur obtutus; necessarium omninò, quod dormiant sensus: vel ita habeat in cognitionem per fidem, quasi minimè haberet in cognitionem. Hinc in templo *fenestræ obliquæ*, tam à Salomone perfectæ, quàm ab Ezechiele signatæ. Fenestræ in templo rationali corporis hominum, sunt organa sensuum: quo intuitu Jeremias inquit: *Ascendit mors per fenestras.* Lux per illas ingreditur, ut illustret interiora: cæterùm debet esse fenestra obliqua; quoniam in fidei mysterium arcanum, non est recta, si recta cognitio sensuum. Aberraret ratio, modò intelligeret sensuum testimonio; quippe tunc non intelligentiæ fulgur aret cla-

Fides nulla si lumina carnis aperta.

Dormiant sensus.

3. Reg. 3. 4. Ezech. 40. 16. 41. 16. Jerem. 9. 21.

Non recta cognoscitur fidei arcanum si recta cognitio sensuum.

claritas, sed clarissima obscuritas: obliquæque efformantur fenestræ ad ingressum lucis; quia debet flecti lux rationis naturalis. Credere juxta visa, mors est. Nulla fides concedenda sensibus ut fides sit: quippe si visa credere, & non credere, mori; ubi in sensum rationis sensuum claritas, ascendet mors per fenestras. Hinc fenestris obliquis junguntur palmæ signa perspicua victoriæ. *Super quę fenestrę obliquę, & similitudo palmarum hinc atque inde*: subdit Ezechiel: igitur fidei ovatio, mysteriorum intellectio, ex eò quod ex sensuum notitiâ non fiat cognitio.

Ex eorum subjectione triumphus fidei.

Ezech. 41. 26.

13 Hæc est navis, qua expertes naufragii liberantur navigantes catholici. Quod fictum à Priscis, videmus in sacris. Ut Alcides mare trajiceret ad capessenda poma aurea Hesperidum, Sol illi elargitus est poculum aureum; ut refert Natal. Comes lib. 7. *Mytholog.* cap. 1. conditione pacta, ut semper respiceret in cœlum, quanvis ab occeano immineret naufragium. Etiam ignoravit, quod finxit; nec obtinuit quod fictione exoptavit: igitur nos feliciores potimur in augusto Sacramento, quod tantùm fictio potuit concipere voto. Mundus est mare magnum & spatiosum, quo navigamus in cœlum, ubi optabilis patria, & aurea pretiosa poma. Procellis verberat transeuntes mare tumidum, & Sol justitiæ in transitum aureum donavit poculum; ut transvehamur in pace calice admirabili Eucharistiæ, quo remiges sensus, fides gubernatrix; verùm iter felix, modò respiciatur cœlum à possidentibus poculum: etenim in portum non pervenitur, nec aurea poma videntur, si propter sensuum intumescentes fluctus, ratio ducatur non per fidem, sed per sensus: quippequàm ut fiat cognitio, lux intellectui humano debet venire de cœlo.

Calix Herculis in navem.

Natal. Com.

Cujus symbolum?

In Eucharistia aurea poma, qua arte obtinenda?

14 Singulari artificio elaborata describitur Arca, quæ navis, Noëmi; ubi toto procella universalis intonuit orbi. Fenestrâ & portâ ornabatur, sed discrimine: etenim ostium fabrefactum à latere, & fenestra ex perspicua pellucidè crystallo, collocata fuit in tecto (Vide dicta *Tom.* 1. *Tautolog.* 5. *D.* 3. à n. 3. & hic *D.* 6. *n.* 16.) *Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summitatem ejus: ostium autem arcæ pones ex latere.* Cur igitur fenestra non in latere, si in latere porta? Si lux è fenestra illustrabat illuminatione interiora navis, etiam è latere poterant introduci radii lucis: quo igitur intuitu, porta ad latus & fenestella in tecto? Astruit Paulus: *Fide Noe responso accepto de his quæ adhuc non videbantur, aptavit arcam in salutem domus suæ, per quam damnavit mundum, & justitiæ, quæ per fidem est, hæres est institutus.* Fidei mysteria præsignabantur mirabili artificio, ut instrueretur in cœlestia hominis ratio. Fides porta est, per quam ingrediendum; igitur sine illa proculdubiò naufragium. Lux fidei fenestra, qua illuminatur in assensum anima: porta fidei clausà, non est ullum lumen, hominem ducens in cœlestium cognitionem. Introrsùs datur crystallus, ut lux transeat, & quæ obscura intellectus cognoscat: verùm fenestella crystallina versus cœlum in tecto navis, ut inde adveniat illuminatio mentis: quandoquidem nulla intellectui inerit illuminatio, ni lux mysterii menti descendat è cœlo. Naufragium timendum vel in navi, quoniam periculum in luce & sine luce: in luce cum claritate rationis, & sine luce fidei in lumine obscuritatis: ingressoque fidei ostio, lux solummodò participatur è tecto; quoniam ni fidelis in cœlum respexerit, in mari magno suffocatus peribit.

Genes. 6. 16.

Hebr. 11. 7.

Sine fide certum homini naufragium

Nulla mentis illuminatio, ni luce fidei participetur è cœlo.

15 Aliter delicabo. Hujusmodi navis symbolum est Eucharistici Sacramenti, cujus regimen à fide. Porta sensus sunt, per quos ingrediuntur species ad rationis examen: fenestra lux fidei rationi tribuens infallibile lumen: & ubi lux accipienda in cognotionem augustissimi mysterii, solummodò venit lumen ab arcæ testudine; quippequàm luce introductà per latus, ad testimonium fidei valerent sensus, cùm fidei testificatio tantùm proveniat à cœlo. Hinc navis Noëtica in salutem & portum, per quam fidelis clausus mundum damnavit naufragum, & modò Ecclesia meritò damnat hæreticum; quoniam lucem in fidei arcana expectat à porta, & nequaquàm à fenestrâ, quasi sufficeret in cognitionem ratio naturalis, quæ omninò vacua, dum decernit fides. Lux è fenestra participanda à fideli, ut potiatur mysteriorum cognitione. Unde collocatur crystallus in tecto arcæ versùs cœlum, ut fidei infallibilis proferatur testimonium: quippe ni à cœlis lumen oriatur, proprio lumine intellectus neutiquàm adipiscetur. Vernaculè. *Es preciso que venga la luz de arriba, porque el entendimiento con la luz natural de la razon no lo alcanza.*

Navis Noë typus quomodò Eucharistici mysterii?

Nulla ratio naturalis, ubi decernit fides.

16 Innuit Dominus, ubi cunctis per ostium introductis, *clausit ostium à foris;*

Gen. 7. 16. ut legit Hebr. ad illud: *Incluſit eum Dominus de foris.* Ut lux è cœlo tranſmitteretur fidelibus per cryſtallum: Dominus meditanter clauſit patulum oſtium: igitur ſi porta ſenſus, & feneſtra fidei oculus; ni ſenſus in fidem clauderet, lumen fidei è cœlo non veniret. Aperitur cryſtallina feneſtra, dum clauditur navis porta. Lumen per portam & feneſtram poterat introduci; ſed indefectibilis à fide illuminante tenebras arcæ: clauditurque oſtium, ubi Euchariſtiæ exponitur nobile ſignum; quia ratio luce naturali penitùs cæca, interveniente ſenſuum fallacium notitia: etenim ut fulgore fidei quieſcat intellectus illuminatus, præcludi debent arctè lumina ſenſus. Quod patet ſenſibus, removendum, in fidei inconcuſſum teſtimonium: igitur non eſſet mirabile myſterium fidei, ſine ſenſuum excluſione. *Hoc ergo* (ait Auguſtinus tract. 24. *in Joann.*) *admotum eſt ſenſibus, ut erigeretur mens: & exhibitum oculis, ut exerceretur intellectus.* Species ſenſuum pugnant intellectioni ſpecierum: contendunt notitiæ evidentia informationum: intellectuſque exercetur, ubi notum non agnitum oculis à fide exponitur; ut erectus à fide habeat agnitionem, quam acquirere non poteſt per rationem naturalem. Modò ineſt myſteriorum obſcuritas, & internè refulget fidei claritas. Ambulamus per fidem, non per ſpeciem: occuliturque amantis præſentia & non notitia, ut fide creſcant dilecti ſimulque diligentis deſideria. Revelabitur: gaudebit poſſeſsione ſaucium cupidine cor: ſiquidem cùm apparuerit, videbimus eum, ſicuti eſt. Revelabitur *Quod latet, eximium eſt* (ſubdit ubi ſupr. Heſius.)

Ni claudatur ſenſuum porta, fidei eſt clauſa feneſtra.

Auguſt.

Erigitur fidei cognitio ubi naturalis cęcutit ratio.

Heſius.

——Veniet quoque tempus, ut ipſum
Quod latet, his manibus, his oculiſque feras.

DIDASC. II.

Amor Chriſti magnus in Circunſione.

Phœbus infant purpuratus.

1 NOnnumquàm haurimus gratias de fontibus Salvatoris; ſed copioſiores ex liberalitate infantis: etenim uberes recipimus gratias, dum pro nobis rumpit & tenerrimè venas. De Latona fictum Phœbum induiſſe purpurà, illicò ut peperit, ad hoc ut ſerpentem Pythonem interficeret.

Qualis purpureas præbebat candida veſtes
Numinibus Latona ſuis.
Phœbus adhuc nigris rorantia tela venenis
Extincto Pythone ferens. Claudian.

Accinit Claudianus in Paneg. *Probin. & Olibr.* v. 183. Poſtravit aſſumptà carne Verbum Divinum ſerpentem diabolum: viſus eſt mundo, byſſo & purpurà indumento: igitur cum candore accepto ex Virginis puriſsimà carne, ſociavit purpuram, ex venis ſanguinem in lata Circunciſione: apparuitque candidus & rubicundus, dum hominibus, qui Deus-homo verus apparuit: quandoquidem emiſſo ſanguine aſtruxit corporis carnem, qua antiquum debellaverat debellaturus draconem.

Sanguine Chriſti infantis vincitur antiquus ſerpens.

2 Sanguis ejus in noſtrorum medicamina vulnerum, pretioſiſsimum balſamum. *Sunt autem balſama arbuſculæ* (ait Adrichomius in *Juda*, num. 116.) *quarum frutices, ſi acuto vitro, lapide, oſſeiſvè cultellis incidantur, ſtillant ſuccum pretioſiſsimum* :::. *Hinc balſami pretioſiſsimus liquor vitreis vaſis colligitur, minimè fluxurus, niſi ad ortum Solis fiat ruptura.* Vinea Engaddi Virgo-Mater eſt, tulit balſamum hortus deliciarum, benedictum ventris fructum, cujus ſanguis (ut in humana à ſerpente vulnera, vulnera fierent balſama) fit ad ortum Solis ruptura: quandoquidem ejus peracta circunciſio, poſtquàm infantis impleti ſunt dies octo. Fluit abundè factà ſciſſurà tam à vitro, quàm à lapide: etenim effundit infans Sol Juſtitiæ ſanguinem, ut guttis ſolidet carnis fragilitatem, atque pectoris frangat virtutis duritiem. Dirus videtur ictus in infante, ſed exornatur purpurà à genitrice, propter ſubjectionem ſerpentis, & antidotum præſtantiſsimam in obſequium hominis: ita profectò oportet Solem prævenire, & ad ortum lucis adorare.

Balſama nobis.

Adric.

Ad ortum Solis ut fluat, ſciſſura facienda.

Cur vitro, ac lapide fluit.

3 Plura ſanè digna contemplatione, quæ inveniuntur in verbis Evangeliſtæ: *Dies* (ait) *ut circuncideretur puer.* Ecce theatrum amoris: indicat enim & ætas & tempus, & vulnus. Vulnus in circunciſione, tempus in octavo die, ætas in infante, de quibus egimus, & adhuc agemus. Egimus *T.* 1. *D.* 1. *T.* 4. *D.* 2. & agemus *T.* 11. *D.* 1. Paulus autem ſummitatem indicat amoris propter ſubjectionem voluntariam in præſcriptum legis. *Ubi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus. Sub lege*: ideſt, cir-

Circunciſio theatrum amoris.

Galat. 4. 4. 5.

Cajet. *Circuncisus octavo die*: subdit Cajetanus. Ergo circuncisus, ut redimeretur homo servus. Sui erant, à libertate deviaverant homines, quia excusserant jugum legis, durissimum diaboli amplectentes jugum, venundati sub peccato: filiique Dei exponitur circuncisio; ut per effusum in pretium sacrum cruorem, redirent, qui servi, in pristinam libertatem. Hinc ille: *Circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi.* Circuncisio est signaculum justitiæ: & vocamur circuncisi in Christi circuncisione; quia excussimus servitutem, ex quo ille subditus pro nobis legi, amisit ingenitam libertatem, constante summitate amoris ex libertate captiva, ut servi non essent servi, quia liber, servus servitute voluntarià.

Homo liberatur servitute Christi.

Coloss. 2. 11.

4 Ita apparet puer, clamatque vulnere:

Servitiumque triste datur, teneorque catenis
Et nunquam misero vincla remittit amor.
Et seu quid merui, sed quid peccavimus? Uror.

Tibull.

Circunciditur, ut ignis pectoris hominibus ostendatur.

Sumpsi ex Tibul. *lib.*2. *Eleg.*4. v.2. Sanè uritur propriis flammis, ut possit infans tales sentire dolores. In proscriptione Triunvirati plura capita obnoxia morti. Quidam detinebatur catenis, & in latumiis carceris jamjam moriturus: accurrit servus, ut observat Valer. Maximus lib.6. cap.8. de *Serv. fid.* & induit herum habitum proprium, quo custodum fugit manum, illeque mansit habitu herili, suffectus pro incarcerato, quin mortis diritas revocaret à proposito; imò vulneribus exprimens fidem, voluntariam pro domino tolerans mortem. Longè aliter accidit universorum Domino, Dei Filio, ut fidei eximiæ amoris cordis rutilaret demonstratio. Servi homines erant, detrusi in carcerem, capite damnati, quia vafri serpentis deditii secuti sunt partes, neque erat, qui redimeret. Libertas servorum cœlo placuit, quanvis rebellio displicuit. Quid faciendum? Mittere in servitutem liberum filium, ut constet amoris demonstratio, dum ille liber habitu invenitur ut homo: igitur liber erit homo servus, si liber in similitudinem hominum factus. Jacêret homo, ni qui Deus fieret homo. Subjectus plorabat morti, ni sufficeretur qui pateret vulneri: habitus servorum sumendus, ne periret vulneribus mancipatus. In hujusmodi cardine vertebatur summa fides, simulque fulciebatur excessus amoris: unde liber formam servi accepit, ut servum hominem à mortis lege, factus sub lege redimeret. Servitium grave, triste-que datur. Vinculis amor tenetur. Amor? Liber est. Hinc specimen intensissimi amoris. Liber est, verùm in servitute claret exhibitio voluntatis. Amor? Planè: dicit, Uror. Quid meruit? Quid peccavit? Non est sub lege, qui non subjicitur prævaricationis servituti. Est sub lege qui servus, non sub lege, qui filius: & fit ultrò sub lege, induta, servitutis notà, hominis carne; ut dum filii liberi servi pateret in similitudinem hominum habitus, adoptionem filiorum reciperemus. Aptè Augustin. serm.13. de *Tempor.* ait: *Dominus suscepit circuncisionem ablaturus eam.* Substulit, dum pertulit, & amorem novo modo demonstravit: etenim ne homines paterentur vulnus; vulnus est passus.

Eximior fides Christi erga servos.

Incarnatio Verbi Dei hominis captivi redemptio.

Fides servi in herum eximia.

Val. Max.

Vulnus insons est passus, ne homo servus pateretur vulnus.

Augustin.

5 Jussu Nabuchi tres pueri missi sunt in ignis fornacem, quippe apud aulicos uti maximum plectitur crimen, non adorare si à Principe somnia, deaurata plausu inania phantasiæ delirantis simulachra, totius regni meritissimè ludibria. Ergo missi in fornacem ignis, qui magis flatu crevit furoris, quàm activitate elementi voracis. Ibi Domini fuit objecta majestas, quippe vivebant salamandræ rationales inter flammas. Sese servum ignis obtulit, ubi servis Dei nullam læsionem intulit. *Tunc Nabuchodonosor obstupuit.* An quia virtus ignis repressa? Summa sanè clarent miracula, & pro fugienda occasione criminis documenta: igitur novum, & proximà occasione inter ignes non comburi. Obiter nota: *Viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis.* Non flagrant, qui in medio ignis, & amburuntur è proximo stantes? Profectò. Quæsita est ab illis occasio: & non nocet ignis, ubi occasio invenit vel carnem fragilem, sed duntaxàt imprudenter quærentibus occasionem.

Dan. 3. 91

Occasio fugienda.

Vers. 22.

Qui periculi sat agit, statim perit.

6 Obstupuit Nabuchus, quia tres viros in fornacem candentem projecit, & quatuor vidit. At perpende: *Species quarti* (ait) *similis Filio Dei.* Unde barbarus nutriens ab infantia solummodò feritatem, filii Dei habuit speciem? Non cognoverat, neque viderat; sed tantùm digna Dei filio, quam sentiebat, demonstratio. Erant alii missi in incendia corripientis ignis; sed juxta præscripta, estò tyrannicæ, legis. Quartus erat inter ignem, minimè juxta legem, nec quia Rex immisit, sed quia in igne adesse voluit.

Vers. 92.

Ni filius Dei è cœlo descenderet, homo periret.

luit. Ni ille descenderet, perirent illi: & miratur jurè, liberum subjici legi, ne alii pereant in accensa fornace. Illi tres obstricti lege, sunt missi in ignem: quartus erat in igne, sed ultra legem. Illi juxta imperium Regis, ille juxta imperium voluntatis, quæ nulli subdebatur imperio, quoniam sine legis jugo: & dicit quartum similem Dei filio; quippe filius Dei adespotus solus subivit legem circuncisionis, ut reliquos liberaret à captivitate legis. Nescius dixit Nabuchus primo oculorum jactu, quod nos præ amoris magnitudine veneramur intuitu. Est Christus in numero puerorum tanquàm unus ex illis, ut illos à sanguine redimeret pretio sanguinis: dicitque Nabuchus Dei filio quartum omninò similem; quoniam hujusmodi demonstrationis in Angelo fornacis vidit speciem.

Quantus amor Christi in circunciſione!

Luc.2.21. 7 Innuit Lucas: *Postquàm consummati sunt dies octo, ut circunciderur puer, vocatum est nomen ejus Jesus. Quid sibi vult ista conexio? Circuncisio nempè* (ait Bernardus serm. 1. de *Circuncis.*) *magis salvandi, quàm Salvatoris esse videtur, & Salvatorem circuncidere potiùs decet, quàm circuncidi.* Quo igitur pacto si Salvator, circunciditur? Ut ejus erga hominem clarescat amor. Quia Salvator immunis erat à lege, estò humana indutus carne. Sub jugo gemebant homines, Salvatorem expectantes: & ubi circunciditur tanquàm legi subditus, appellatur Salvator, omninò exemptus; ut hominibus patêret ex vulnere medicamen, & circuncisio indicaret amoris demonstrationem: equidem summa, amplecti ultrò pro libertate servorum, servitutem, amittendo, qui ultra legem, Salvatoris libertatem. Vid. *Didasc. seq.* à n. 10.

Bernard.

Ut præstet libertatem, legis patitur servitutem.

8 Dum Moyses vidit, & perspicujùs videre intendit ignem inter vepres, idest, incendium amoris inter spinas legis, quippequàm Dominus nequaquàm laceraretur à lege, ni priùs sauciaretur ab amore; dicitur illi: *Solve calciamentum de pedibus.* Hujusmodi ritus designabat subjectionem, seu amissam libertatem, uti diximus in *Liter.* n. 13. Quorsùm ergo calceamenti depositio, ut visionis mirabilis clarior insereretur intellectio? Ille liber in deserto degebat, dum aliorum corda Pharao servitute gravabat: & habitum servi servos educturus è carcere, Moysen Dominus jubet assumere; ut excessum demostraret amoris pro fratribus & captivis: quandoquidem propriam amittebat libertatem, ut alii molestam excuterent servitutem. Haud depositio haberetur pluris, ni esset cum honore libertatis. Vadit in Ægyptum & in subjectionem tyranni, quia liber non obstringebatur lege. Deponi jubetur quod expers servitutis habebat, ut benevolentiæ obsequiis charitas luceat: igitur mittitur ultrò in Ægyptum munere liberæ servitutis, ut cæterorum frangat catenas captivitatis. Hæc est amoris gloria, & charitatis insignia.

Exod.3.5.

Magna amoris demonstratio, liberum pro servis mancipari servitio.

Electrum symbolum Verbi Incarnati.

Ezech.2.1. 9 *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini*: ait Ezechiel videns currum, quo Salvator Israël procedebat educturus servos è captivitate Babylonica, ut postliminiò fruerentur patriâ. Per ly *Domini* intelligitur Verbum Divinum in carne, unde objecta in illa visione quasi species electri, ut notat hìc Gregor. Magn. & meritò: equidem si electrum nihil aliud, quam ex auro & argento constitutio; ex auro, naturâ divinâ, atque ex argento, humanâ, constat in divina hypostasi Deus-homo. Hìc ejus videtur summa gloria, dum in curru triumphali oculis objiciuntur animalia? Etiam. Erant ibi Aquila, Vitulus, Homo & Leo, qui quidem currum trahebant, verùm ultrò. Vitulus trahebat, sed sine jugo: Homo etiam in vinculis, sed sine vinculo: Aquila quoque subdita, verùm procul retinaculo: Leo subjectus sine subjectione, & sub lege sine lege, juxta quam currum trahebant. Appositè Verbi incarnati præ se ferunt claram gloriam, & demonstrationem amoris, pro libertate hominum à duritie servitutis: etenim ut illi servitute voluntariâ acquirerent libertatem, sine lege spontaneè subivit legem.

Plin.lib.9. cap.40.

Gloria illius pro servis voluntaria servitus.

Octavus jam luce dies illuxerat orbi,
Gaudia cùm tenuit Virgo permixta dolori,
Pignora chara suo cernens inspersa cruore
Legis in obsequium. Lapis ergo incidit acutus.
Immunem vitii carnem, solvitque dolorum
Primitias agnus, legem servare parentis
Plurimus æterni.

Souf.

Et pati legis jugum propter legis obsequium.

Succinic Joann. Mellius de Sousa, lib. 6. de *Christ. Nativit.* Haud legi subjicitur notâ servitutis; sed legi, in obsequium legis: ejusque dicitur subjectio dilectionis gloria; quoniam amoris summa, quòd sine jugo in legis latæ præscriptum, vellet pati legis jugum.

Joan.1.14 10 Delicat Joannes. *Verbum* (ait) *caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus.* Plura mysteria claudun-

duntur in clausula. Incarnatio Verbi Dei, ubi *caro factum*: munus nativitatis, dum *habitavit in nobis*, etiam addit circuncisionis circunstantiam, qua *vidimus ejus gloriam*. Cæterùm qua lege ejus dicetur gloria, quæ potiùs dicenda pœna? An quia pati pro hominibus sunt deliciæ saucii pectoris, ut per vulnera vulnera ostendat amoris?

Pœna amantis gloria cordis.

Virgil. *Et labor sine labore.*

Vulnus alit venis.

Canit Virgilius lib. 4. *Æneid.* v. 2. etenim ut observat Achill. Bocchius *Symb.* 123. ubi amor exæstuat.

Achill. Bocch.

Absque labore labor.

Aliam gloriam in specimen incendii habet, quo flamma pectoris fornacis lucet.

Oth. Væn.

Quid metuis puerile jugum? Quid fræna recusas?
Te nè resistendo vincere posse putas?
Falleris, immiti obluctans pugnabis amori,
Injicere invitis nam solet ille jugum.

Accinit Oth. Vænius *Embl. Amor.* 45. Gloria est, jugum subire vel invitum in amoris obsequium. Alia & amplior, jugum pati sine jugo, quippe demonstrationem non construit violentia, sed electio, qua fit lex ex lege voluntatis, extra jugum latæ legis, maxime si ob aliorum obsequium, amor amplectitur jugum. Unde Joannes asserit, Christi qui servi vidisse gloriam, ubi passus est pro servis circuncisionem, vulnerisque dirissimam pœnam; quippequàm dilectionis insignia, & amantis summa gloria, ultrò subire pro dilectis servitutem, ut illi amissam recuperent libertatem: siquidem cùm amplior demonstratio sit ex jugo sine jugo; haud servus quibat cogitare majorem, quàm sine lege immunem pro servis subire legem. Redamationem exposcit hujusmodi demonstratio: ergo respondeant corda præstantissimo obsequio. Modulatur Sedulius lib. 1. *Evang. Histor.* v. 334.

Circuncisio est Christo glorificatio.

Sedul.

At puer obsequiis aptè prædulcibus omnes
Ad proprium semper cogens nectebat amorem.

DIDASC. III.

Principis est perfecta majestas, cum excellentia inter subditos æqualitas.

Senec.

1 APPOSITE Seneca *Epist.* 20. *Maximum* (infit) *hoc est officium sapientiæ, ut & ipse ubique par sibi, idemque sit. Est difficile hoc: nec dico sapientem semper uno iturum gradu, sed una via.* Pauci qui prudentiâ pervenerunt in dignitatis fastigium, intulerunt secum: multi dimiserun ad ostium. Dicit Menelaus Agamemnoni fratri apud Euripid. in *Iphigen. in Aulid v.* 388.

Honores mutant mores.

Speciè quidem non volens, voluntate verò cupiens,
Quàm eras humilis, omnem dextram prehensans,
Moribus quærens imperium.
Deinde postquàm potitus,
Amicis non amplius fuisti amicus,
Difficilis aditu, & rarus intra claustra.
Virum non decet probum,
Imperio mores mutare.

Euripid.

Hinc Æschylus in *Prometh.* v. 212. inquit: *Arte vivendi superiores.* Debebant esse virtute, & fiunt superiores arte: unde sibi respondentes, & non expectationi, jam non ipsi.

Æschyl. *Qui Superiores arte, & non virtute?*

2 Illicò ut Dominus gloriosè resurrexit, discipulis in unum congregatis apparuit, & *stetit in medio*, tamquàm in throno. Si medium juxta phrasim Hebraicam, dicitur cor (etenim ubi Vulg. Exod. 3. 2. *De medio rubi*, legit Hebr. *De corde rubi.*) notatur majestas, & acceptionis claritas: quippe nullus thronus æstimabilior in majestatem principum quàm stare in corde subditorum. In medio constitit, & ideo stetit: quælibet principis inclinatio est declinatio à throno. Non est affectus, sed lapsus. Inclinabit se, & cadet, cùm dominatus fuerit: patetque coram discipulis Domini glorificatio, qùia stetit in medio. Post luctam cum Angelo de Jacobo dicitur: *Ipse autem claudicabat pede.* Oleaster: *Laterizabat.* Appositè: Princeps nanque qui in medio debet esse, & laterizat; usquequaquè claudicat. *Ipse* dicitur. Mirum, quod claudicans esset ipse, cùm qui privatus rectè processit, post triumphum coram filiis claudicaret. Quia *ipse* claudicabat pede: si idem & alius claudicaret capite. Non tunc esset defectus corporis, sed claudicatio regiminis: siquidem à recto tramite deviat, ubi princeps sese inclinat. Vidit Ozas Arcam, in qua Domini majestas, inclinatam; & suspicatus est ruinam. Ita connexa ruina majestatis cum levissimo motu inclinationis. Nequit esse firmiter thronus, qui vergit in latus. Stat, ubi in medio est: statque majestas in throno, quia princeps in medio. Plectitur actutùm Ozas, & audaciæ luit meritissimas

Joann. 20. 19.

Corda subditorũ sint thronus Præsidum.

Quilibet affectus in illis est lapsus.

Genes. 32. 31. Oleast.

Princeps à rectitudine deviat, ubi se inclinat.

Stat, ubi in medio est.

pœ-

2.Reg.6.7 pœnas. *Dominus percussit eum super temeritate.* Temeritas sanè, arbitrari de Domini solio, quod viderat sæpe factum humano affectu: quo næ è throno sedentes præcipitantur, ubi inclinata majestas relinquit medium.

Aliter deprimitur majestas.

3 Stetit in medio Christus Dominus coram discipulis, & dixit illis: *Pax vobis. Ego sum. Nolite timere.* Ex principis florentis aptissimo ad regimen situ, constat sententiarum intellectio. *Pax vobis.* In medio residens complectitur omnia: & pacis primùm exponit pretiosa momenta; quoniam pax nequit esse inter subditos, ubi in non omnes Superioris inclinatur affectus. Semper enim obex pacis, inæqualitas Præsidis. *Nescitis quid petatis:* dixit Servator N. latera ipsius ambientibus sine delectu in electione discipulis. Intendebant in propriam majestatem, dum sibi proximiorem optabant Præsidem; sed nesciebant quantum emanabat incommodi, ex cupito solii latere: equidem inter alios appetentes excellentiam, simul nescientes disseminabant discordiam. Patuit. *Audientes decem cœperunt indignari de Jacobo & Joanne.* Concordes erant, & ægrè ferunt quòd fratres ambiunt, sibi arrogantes latera Præsidis, pro deturpatione pacis: etenim inæqualem videre Præsidem, vel asseclarum sanctorum commovet indignationem.

Luc. 24. 36.

Non est pax inter subditos, ubi Superioris inclinatur affectus.

Matth. 20. 22.

Dum solicitatur ab illo speciali gratia, disseminatur discordia.

Marc. 10. 14.

Qua excitatur ira.

4 *Ego sum*: infit. Jam in gloriam crucе pervenerat, jam mortalitatem vicerat: & vocatur ipse, ut gloria rutilet cum ampliore majestate: quippequàm princeps magis glorioſus, ubi cum gloria non alius. Stat in medio, & dicit: *Ego sum.* Solus ille præbet documenta principibus, ut sint uti debent omnibus: quoniam minimè sunt principes, ni sint omnibus æquales. Apparet Simoni, Magdalenæ, aliis mulieribus, & nequaquam dicit: *Ego sum*: gratia Superioris cùm omnibus non sit, videtur alius à se: seque dicit esse & ipsum, quia modò stabat glorioſus in medio discipulorum. *Ego sum*, & qui ante passionem fui. Passio haud pervertit affectum, neque gloria immutavit officium: etenim dedecus esset gloriæ, modò princeps non esset idem ipse.

Præses glorioſus, si in gloria dignitatis ipse & non alius

Si æqualis non sit, est alius à se.

5 *Nolite* (infit) *timere.* Procul est causa, fugitque timor, ubi regnat amor. Jam cum illis & in medio illorum stabat. Quid pectus, principis æqualitate formidat? Semper enim pungit, si princeps non omnibus favet; quoniam quæ aliis gratia, cæteris vulnera; & excutere jubet formidinem, dum se cunctis ostendit æqualem; quippe semper malum imminet subditis ex inæqualitate Superioris. In medio viderunt fulgentem singulari majestate, & *existimabant, se spiritum videre.* Si virtus per spiritum indicatur; virtus sanè, & eximia videtur: siquidem virtutis Superioris eminet celsitas, dum eminentia dotùm cum inferioribus Præsidis fulget æqualitas. Verùm hoc infra.

Fugit à subditis timor, si Præsidis regnat amor

6 *Existimabant se spiritum videre*, seu visum imaginem phantasmatis adinstar eludere. Larvam arbitrantur sistentem in medio illorum? Sensu humano ex more intelligunt; etenim homines dum ascendunt in gloriam dignitatis, ita fovent partiales pectoris inclinationes, dignatis aliis, spretis cæteris; ut censerent præstigias, atque phantasiæ illusionem, videre Præsidem cunctis majestate tantà æqualem. Sunt in sæculo ascensiones fomites vanitatum, radices factionum, subditorum despectus, atque inflationes spiritus; quippe paucorum moderatio bibit ex Euphrate, ut potiatur in cursu rectitudine: & dum discipuli vident gloriosum residere in medio throni, tanquàm novum, existimant spiritum videre; quoniam illuduſque invisum, videre Præsidem, & videri æqualem. *Mirum est* (subdit Saa ex Chrysostomo hìc) *illos non putasse phantasma.* Unde hujusmodi cogitatio? Ex Præsidis situ: siquidem non credunt quod vident, videntes in medio subditorum superiorem: qui quidem frequenter dum in gloriam assumuntur, loco sessionis propendunt. Nonnumquàm sedentes sese inclinant, & pro majestate sedis dedecus portant. Æqualitas illorum est majestatis majestas, atque honoris speciosa venustas: qua procul in gloria gloria, & quæ fulget ut gloria, terret phantasma.

Luc. 24. 37.

Quę aliquibus gratia, cæteris vulnera.

Videtur illusio imaginationis, æqualitas Præsidis.

Saa.

Hinc pro throni gloria occurrit phantasma.

7 Reprobatur accipiter, & arcetur à sacris. *Accipitrem juxta genus suum*: ideſt, cunctum genus accipitris. Legaliter amandantur hujusmodi aves: moraliter in hominibus accipitrum mores: quippe grave, quærere hominem & offendere accipitrem. Eliminandus à regimine, qui in modum accipitris, gaudet potestate dignitatis; igitur eligitur in subditorum subsidium, & utitur potestate in aucupium subditorum. *Accipitres avium non edunt corda*: observat Plinius *lib.* 10. *cap.* 8. ex quo Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 42. Sequuntur mores, qui officio præstant accipitris. Ex præda oritur regiminis odium, quip-

Levit. 11. 16.

Mali Præsides, qui in dignitate accipitres.

Plin.

Accipiter corda non edit.

quippe non in prædam subditi dantur, sed in præsidium. Amor nectit corda, estò aversa, & conciliat in unionem: verùm qui accipitres, parvipendunt ex amore majestatem: siquidem abdicunt esse vel non esse corda, modò ex subjectis conficiatur præda. Proprium solicitant commodum, & nequaquàm subditorum amorem, ex quo ullam non captant utilitatem: & corda non edunt, quippe cordibus non edunt (Hisp. *No comen con corazones.*) siquidem intendunt haudquaquàm corda habere, sed subditos devorare.

Non intenditur corda habere, sed subditos devorare.

8 Alia etiam latet causa. Accipitrem, qui & ubi suprà, claudum describit altero pede. Ravis. etiam ait: *Altero claudicans pede.* Ecce imago furum, ut prædentur ascendentium in regiminis fastigium. Flectunt non pedes, sed pedem, captantes dignitatem per inclinationem; expositâ reverentiâ, pro potestate cupitâ; quin ab electoribus foveatur consilium, cùm non rectè in reverentia procedunt: & dum altero pede claudicant, à dignitate præscripta legis eliminant; quoniam si accipitrum fit electio, non æquè sedent in solio: unde ex inæqualitate processûs tam pedis, quàm capitis, tam cordis, quàm affectionis, non apparent in dignitate Præsides, sed potestate avidissimi accipitres. *Solve calceamentum*: dicit Angelus Moysi accepturo imperium; ut post regeret, quem educturus è captivitate populum. Ad quid igitur hujusmodi depositio? Intendere jubet in excellentiam collato imperio. Nudipedes erant in Ægypto quasi servi Israëlitæ: & qui rectus jubetur incedere sine ornatu calceamenti; ut sciat assumptus in dignitatem, imperium nil aliud esse, quàm nobilem servitutem.

Ravis.

Accipiter claudus altero pede.

Præsides qui inæquales, unt accipires.

Exod. 3. 5.

Nil aliud thronus, quàm nobilis servitus.

9 Alia cogito. Unico pede fiebant nudipedalia, ut diximus in *Liter.* n. 20. idest, uno pede tecto, altero nudo: Moyses tunc destinabatur imperio, & denudari indicitur utrumque pedem, ne claudicando perveniat ad dignitatem: igitur si inæqualis progressûs, dum potestate fultus; nequaquàm erit munus Præsidis, sed rapacissimi accipitris. Nudi pede erant fratres, qui gemebant Pharaönica servitute: Moyses excusso fugà dirissimo jugo, fruebatur libertate: & imponitur calceamenti depositio, ut virtus ejus coruscet imperio: equidem excellentia virtutis, differri ab aliis & esse sicut unum è cæteris. *Se omnibus conformet & aptet*: ait de Præside Doctor Monachorum Legislator N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 2. Ad quid ista Superioris conformitas? Ut illius rutilet in elevatione humilitas. Dicit vel Ethnicus in *Panegyr. Probin. & Olibr.* v. 38.

Precedat æqualis, cui munus Præsidis.

Et cæteris similis.

S. Bened.

——*Virtutibus ille*
Fortunam domuit, nunquàmque levantibus altè
Intumuit rebus: sed mens circunflua luxu
Noverat intactum vitio servare pudorem.

Claudian.

Cognitio dignitatis & honoris sæpe nocet Prælatis. Excellentia necessaria profectò dotium, in excellentia munerum: & ut Superior superiùs emineat, sese conformet cæteris, non excedat: etenim perfectionis majestas est Superioris æqualitas. Ratio suppetit. *Moyses grandis factus* (inquit Doctor Gentium) *negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo.* Sceptrum aversari ut spectrum, cognitio est; verùm sic esse, quasi non cognovisset! Calcare mundum, uti animæ immundum, honores, & vanitates, virtus est: at hujus magnitudinem virtutis arbitrari quasi esset scena vanitatis! Obliviscì gratiam Principum, mutuatà spe pro fastidio utilitatum, videtur summa virtutum: verùm, quia propria, hujus perfectionis cognitio, non cognoscetur perfectio! Sanè, ut constet admiratio: deponitque Moyses calceos, quanvis Princeps, uti servus; quoniam excellentia quæ astruit ampliorem gloriam, est cognitio nullam haberi excellentiam.

Perfectionis majestas est Superioris æqualitas. Hebr. 11. 24. 25.

Excellentia quæ astruit Superioris gloriam, est cognitio, nullam haberi excellentiam.

10 Postquàm Dominus N. Jesus-Christus discipulos super omnem terram constituit Principes, instruxit in hujusmodi studium perfectionis. *Vos* (inquit) *similis hominibus.* Periodus utique devia videtur à Philosophiâ. Quantunvis efferamini uti Principes in eletas dignitates, vos prorsùm omninò similes. Quid hoc? Si Apostoli homines, erunt homines; & non hominibus similes. Non est similitudo in eâdem essentia; dicerentque in essentia distinctionem, si in esse humano specificè dicerent similitudinem. Quorsùm ergo hominibus similes, qui sunt homines? Ut incumbant studio perfectionis virtutis. Quo modo si cum aliis est similitudo, obtinebitur perfectio? Longè perfectio à mundanis, quibus congruit esse similes. Apostoli omnia reliquerunt: sæculares omnia inquirunt. Illi renunciant propriis: isti etiam adhærent alienis, ut saltem obtineat vacuà possessione aviditas, à quo fraudatur potestas. Illi stu-

Luc. 12. 36.

Diversitas morum Monachorum, & sæculârium.

dent despectui, hi inhiant studiose vanæ gloriæ. Cogitant illi vel in mundo cœlum: mundani non cogitant nisi mundum. Collocant assectæ Christi magnitudinem in virtute: sæculares virtutem in magnitudinis arroganti ostentatione: si ità diversæ uti aversæ operationes, quidùm Apostoli hominibus hisce similes?

11 Inconcussum, proposita singularia formare perfectionem intra sphæram virtutis, qua homines distinguuntur à cæteris: & dum pollent hujusmodi singularitate, debent studere aliorum similitudini; quia virtus perfectior formatur, & claret; ubi formatur, quasi nihil fieret. Virtus est, quia non sunt sicut cæteri homines: & in perfectionem virtutis esse debent cæteris hominibus similes; equidem stat in perfectionem summa virtutum, in non esse, & videri, sicut cæteri hominum. Aliter promam. Si non sunt sicut cæteri homines; illorum non tantùm erunt virtutes, sed virtutes singulares. Si sunt sicut cæteri homines; sunt singulares, verùm mundus non cognoscit, adhuc perfectas, esse virtutes. In hujusmodi generalitate præstat, & perstat singularitas, igitur inæqua æquitas: rutilante virtute, atque apice perfectionis, in eo quòd mundo appareat, qui alius jam, tanquàm unus è cæteris. Sapiens, ut vidimus ex Seneca *n.* 1. semper non uno iturus gradu, sed unâ via; ut virtus fulgeat perfecta. Innuitur, *non uno gradu*, singularitatis perfectio: *unà viâ*, cum aliis similitudo. Cognoscunt proprium studium perfectioni incumbere, & cæteros non cognoscere. Cognoscunt: at in virtute, quam in perfectionem eligunt, similes debent esse cæteris, qui virtutem non cognoscunt: igitur cum virtus, perfectioque virtutis sit, cognoscere perfectionem in aliis, sed non in se; major perfectio signatur, cùm perfectio non cognoscitur: similesque cæteris esse jubet, dum dissimiles intendit; quippe nullam perfectionis propriæ queunt habere cognitionem, modò cogitent cum imperfectis aliis habere similitudinem.

Virtus occulta.

Virtus eminet, si non eminet.

Major perfectio virtutis, non cognoscere perfectionem.

12 Patet hujusmodi doctrina in publicano justificato, & Pharisæo glorioso. Hic intendebat in hypocrisim, non in virtutem, dum virtutis habebat cognitionem: pejorque erat cæteris mortalium; quia cognoscebat se non esse, *sicut cæteri hominum*. Publicanus sese cognoscebat indignum misericordia, ob tanta patrata crimina. Virtutem in aliis noverat, sed in se non cognoscebat. Stat perfectio virtutis, in nescientia perfectionis: perfectionemque adipiscitur, dum pœnitudine teritur, cognoscens in virtute non virtutem, sed tantùm iniquitatem; ut tutò haberet, quod felicem faceret: etenim apicem adeptus est perfectionis: quoniam se cognoscebat non solum similem, sed pejorem cæteris.

Aliter ruina.

Luc. 18. 11.

Vers. 14.

Virtus est in se non cognoscere virtutem.

Seque magis tutum debilitate docet. Ruf. Fest.

Ait Festus Avianus *Fab.* 16. Hic itur ad astra, & trità via: igitur simili & dissimili gradu, obtinetur in perfectione perfectio.

13 Similes aliis hominibus debent esse qui fulgent Apostolicà perfectione. Hinc Elias dicitur *similis nobis*: & Lystris de Paulo & Barnaba: *Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos.* Similes Diis homines debebant dicere, ut indicarent majestatem, & cœlicorum speciem: invertiturque locutio, ut designetur perfectio: quippequàm major inest splendor perfectioni, si aliis similes, licèt è cœlo delapsi. Iccircò Apostoli responderunt: *Nos mortales sumus, similes vobis homines.* Illis sacrificare conabantur Gentiles, quia non homines; & Apostoli sese signant hominibus similes, ob perfectionis documentum, in viam currendam virtutum: equidem exprimit in virtute præstantiam, habere similitudinem cum aliis & differentiam. Causa subest. Non cognoscunt, ubi virtute pervenerint: & magis virtutibus florent; quia nititur virtutis fabrica, in cognitionis perfectionis carentia. Non cognoscunt, operari miracula, patrare insignia prodigia, signa perfectionis, & specula virtutis? Norunt, & nesciunt: igitur subsidet apex hujusmodi ædificii, in eo quòd sint, & non videantur perfecti. Minimè debent esse similes aliis in morum substantia; sed in apparentia; etenim decus excellentiæ virtutis, quòd essent cæteris similes, qui dotibus & gratiis nimis superabant omnes. Servi vocantur, & inutiles vocantur, quanvis egerint, quæque à lege præcipiuntur. Sciunt perfectionem esse, non in se, cùm major perfectio sit: igitur decorant animam perfectà magnitudine virtutis, modò ignoraverint pervenisse in cacumen perfectionis.

Ruf. Fest.

Jacob. 5. 7. Act. 14. 11

Ubi major perfectio, humilitas profundior.

Vers. 14.

Perfectionis eminentia in virtutis propriæ ignorantia.

Qui alios superat virtute, sciat subesse.

14 Inter sententias quæ vagabantur de persona Christi, Servatoris N. qui minus explicat, magis ex diminutione laudat. Alii dicebant *Joannem Baptistam, alii Eliam, alii verò unum quasi de Prophe-*

Marc. 8. 28.

phetis. In modificatione eminet singularis excellentia, & amplissima gloria. *Unum* significat unicum, solum, singularem, & etiam qui inter cæteros nullam habet distinctionem: de quo nos *Tom. 5. T. 3.* ad illud 1. Reg. 1. 1. *Fuit vir unus.* Q. d. Unum è multis, & unicum inter omnes. Quisquis ita expresit, majestatem ignoravit: defecit sane ab æstimatione, sed deficiendo vacavit perfectionis, ac magnitudinis indici: igitur quanvis non esset cunctis major, major utique esset; quia cùm esset singularis inter omnes, solummodò videbatur quasi unus è multis. *Quasi.* Non unus ex illis cogitatur, qui inter illos unicus; sed quasi gregarius, qui nullam habebat excellentiam, qua vulgus ejus divinam præsentiret personam: tuncque major apparuit: cùm vulgi cogitatio diminuit: siquidem quasi unus judicabatur è cæteris, cui nullus similis. Claruit ampliùs excellentia personæ ex difinitione Petri. *Tu es Christus filius Dei vivi*: illicò præconizavit. Verbum Dei, caro factum, exhibuit amoris artificium, ut homo perduci posset in cœlum: expenditurque structura satagentis amoris, pro redamatione humani obliviosi pectoris: igitur quis cogitaret tantam majestatem posse detrahi in humanum pulverem? Filiusque Dei vivi dicitur, ubi quasi unus è filiis hominum inter illos conversatur; quoniam mirum quòd unus, unicus, plenitudine Deitatis inter nos singularis & insignis, nobis adesset tanquàm unus ex nobis. Excellentia latet, & eminet in hujusmodi moderatione, quin dignitate fraudetur, qui humilis & modestus in dignitate. Similis fiat subditis, qui vult similes. Innuit Statius lib. 8. *Thebaid.* v. 280. canens:

Major est, qui singularis, videtur in virtute quasi unus è cæteris.

Matth. 16. 16.

Summa intellectus admiratio, Deus-homo.

Similis sit subditis, qui vult similes

Stat.

——*Cùm ipse arcana Deorum*
Partiri, & visas uni sociare solebat;
Gaudebat duci similem, juxtaque secundum.

DIDASC. IV.

Mori ante mortem non mors, sed vita dicenda.

1 NUlla res magis prodest homini in immortalitatem, quàm cogitatio mortalitatis. Huc tendit toto annisu tamquàm in scopum robur virtutis; igitur ubi ardua, ibi moliminis excellentia, & major formido ex mortis specie, quàm ex morte; tùm quia ex specie non unica mors, sed plures, cùm quia species est ictus rationis, cogitatioque construit multoties & multipliciter, quod mors molimine semel: unde non potest esse ita materia virtutis; dum mortem patiuntur & infantes, & amentes, illamque non excipiant, sed suscipiant, auferentem sensum: quippe non invenit animum: ad quam etiam properando non properat, cujus animum, priusquàm sensum præviis doloribus turbat: igitur venientem nemo hilariter excipit, nisi qui se diu ad ejus exceptionem composuit. Denique quia ex morte, quæ non timenda, oritur mors formidanda, nimirùm quid post mortem erit, an contingat vivere, vel post mortem semper mori? Quid non cogitabit Catholicus, dum cogitat Ethnicus? *Quis exitus est melior* (ait Seneca *Epist. 26.*) *quàm in finem suum naturà solvente dilabi? Ego certè velut appropinquet experimentum, & ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies venerit, ita obsecro & alloquor: Nihil est, inquam, adhuc, quod aut rebus, aut verbis exhibuimus. Levia sunt ista & fallacia pignora animi, multisque involuta lenocinitis; quid profecerim, morti crediturus sum::. Meditare utrum commodius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam. Hic patet sensus. Egregia res est, mortem condiscere. Supervacuum forsitàn putas, id discere, quo semel utendum est? Hoc est ipsum, quare meditari debeamus: semper discendum est, quod an sciamus, experiri non possumus. Meditare mortem.* Succinit etiam Lucretius lib. 3. de *Rer. natur.* à v. 1083.

Major formido ex mortis specie, quàm ex morte.

Quænam mors mortis?

Senec.

Quid mori ante mortem?

Hoc se modo quisque fugit: at quem scilicèt, ut fit.
Effugere haud potis est: ingratis hæret, & angit.
Propterea morbi, quia causam non tenet æger.
Quàm benè si videat, jam rebus quisque relictis,
Naturam primùm studeat cognoscere rerum Lucret.
Temporis æterni, quoniam non unius horæ
Ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis
Ætas post mortem, quæ restat cunque manenda.

Quid cogitandum?

2 Hæc Profani. Non cogitabuntur ab imbutis fide? Videre intendit Moyses visionem magnam, & procedit, ut ænigmatis visi respiciat formam. Tunc illi dicitur; *Solve calceamentum de pedibus* Exod. 3. 5.

tuis. Ad quid pedes designantur, dum dicitur calceamentum? Per hoc mors præmonstratur, ut vidimus in *Liter.* n. 15. & exprimuntur pedes, dum recolitur imago tetrica mortis; quoniam mortis memoria removenda à pede, sed non à capite: equidem cum in capite sit cogitatio, in pedibus versùs mortem naturalis profectio; ne morte corruat mortalis natura, mors est semper cogitanda. Memoria mortis, estò utilis, ingrata hominibus: & calceamenta signa mortis deponuntur è pedibus; ut vivat homo unde cogitat mori: equidem vivet, si habuerit mortem in cogitatione, cujus imaginem uti ingratam otiosè premebat pede. Non induere jubetur calceamenta, sed deponere. Intendit nesciens in immortalitatem, dum meditatur mortem: etenim mortis cogitatio est mortalitatis depositio: quandoquidem mortem cogitando proterit, qui se mortalem intelligit. Ratio suppetit. Veniet mors cùm ignoratur. *Nescitis qua hora*. Ergo ne veniat, semper cogitanda: pro cujus proposito præcipitur Moysi calceamenti depositio; quippe necesse est, quòd vivat, qui mori vivendo cogitat. Aptiùs delicabo. Mors calceamento præsignatur, & mors expellitur. Quomodò si contraria? In morte vita? Utique. Mortis præ se fertur imago, & vita in mortis speculo: mors in morte invenitur, vita in imagine mortis; quippe mortis pulchritudo ex turpitudine imaginis: & processus in mortem non mors dicitur, sed vita; quia mori ante mortem, non mors, sed vita vocanda.

Mors cogitanda.

Mortis cogitatio est mortalitatis depositio.

Matth. 24. 42.

3 Magnum sanè ita vivere, seu potiùs, ita mori: igitur inter necessitatem finis, & voluntarietatem cogitationis mortis; utilius & commodius nos ad mortem transire, quàm ad nos mortem. Si illa transit, necessitas est: si nos ad illam, non mors: equidem fine prævento mortis, non terret in morte finis.

Quodnam discrimen inter transitum nostrum ad mortem, & econtrà?

Auson. *Vita perit, mortis gloria non moritur.*
Crux est, quòd metuas, vincere quòd nequeas.

Dixit Thales Milesius apud Ausonium in *Lud. Sept. Sapient.* Impossibile est declinare fatum, verùm quia perit vita, unicum restat remedium: nos, scilicèt, cogitatione accedere, antequàm ad nos possit illa ictu transire: equidem tunc emoritur vita, attamen mortis non moritur gloria. Gloria mortis in morte non est; sed in eo quod mors quæ finis, non mors: unde qui moritur cum gloria, in morte non habet finem; quia cogitavit finem ante mortem.

Quænam gloria mortis?

4 Sicut aqua mortales dilabimur, & nescimus, quod usu cognoscimus; igitur inter frequentiam mortis, ignoramus nos esse mortales. Vincitur Arphaxad (ideſt, *sanans & laxans sicut dæmon*, uti interpretatur Hieronym. de *Nomin. Hebr.*) à Nabuchodonosor (hoc est *à gemitu seu planctu judicii*, ut idem ibid. astruit) *in campo magno Ragau* (*malitiâ* scilicèt, *vel confractione*) *circa Euphratem & Tigrin*. Quorsùm ergo horum fluminum notitia, ut Nabuchidonosor celebretur victoria? Lucem accipiemus ex Vatibus Profano, & Sacro.

Unde homines ignorant esse mortales?

Judith 1. 6.

——*Caput rapido tollit cum Tigride magnus*
Euphrates: quos non diversis fontibus edit.
Ad Tigrin subitò tellus absorbet hiatu,
Occultosque tegit cursus, rususque renatum
Fonte novo flumen pelagi non abnegat undis.

Lucan.

Canit Lucanus lib. 3. *Pharsal. Bell.* v. 256. & Mar. Victor. lib. 1. *Geneseos*, v. 293.

Sed Tigris nigro tanquam indignatus averno,
Prosilit ætherias motu majore sub auras,
Et rursum spelæa subit, mersusque cavernis,
Intus agit fremitus, & fortior obice factus
Multiplicatur aquis, arctoque citatior antro
Exit, & Assyrios celeri secat agmine campos.
Justior Euphrates :: nomen quoque prodigus ipsum
Consumat terris, pelagi quòd debuit undis.

Mar. Vict.

Euphrates & Tigris sepeliuntur, antequàm moriantur.

Unde in campo magno mundi, pleno & malitiâ & confractione animi, vincit dæmonem, relaxantem in mortis oblivionem, qui gemit cogitando judicium, juxta flumina qui sepeliuntur, antequàm moriantur: igitur, cùm ex memoria mortis surgat abolitio criminis; victoriam in morte nanciscitur, qui in vita moritur, moriens antequàm moriatur: siquidem addicta est in mortem victoria, ubi vel florens sepelitur vita. Si post vitam inseritur judicium, & præsens cogitatur, quod futurum, ad votum cadet Judicis sententia; quippe si non bona, potest immutari causa, delerique gemitibus, quod scriptum sceleribus. Unde necessariò egredietur, quod voluntariè peragitur; quia post mortem, si judicium rectum; aptantur in vita mores juxta judicium, quin aliquid mundi amplexari possit pectùs, dum

Victoriam in morte nanciscitur, qui in vita moritur.

Judicium optimum ante judicium.

dum qui vivit in mundo, vivit ut mortuus.

Joann. 16. 28. 5 *Exivi à Patre & veni in mundum, iterùm relinquo mundum & vado ad Patrem*: dixit discipulis Dom. N. Jesus-Christus, de ejus proxima morte jurè mœrentibus. Difficilis sanè sententia, & expositio difficultatis arcana. Intelligitur, & proclivè, exire à Patre, & in mundum descendere: è mundo egredi, & ascendere in cœlum, relinquendo mundum; sed nequit intelligi, quomodò *Iterùm*? Iterùm reliquit? Quando? Eo momento, quo in mundum descendit è cœlo. Difficilior expositio. Dum à Patre in mundum missus descendit, mundum præsentià illustravit, cum hominibus conversatus, estò ignoraverit mundus: qua suppositione, ubi ascendit in cœlum, dicit relinquere mundum. Si à mundo abest, ergo erat in mundo: qua ergo lege, si erat ibi, deserere poterat, ubi erat orbis terrestris locum; ut intelligatur mundum relinquere iterùm?

Haud pendet habitatio in mundo ab habitatione corporis, sed ab inhæsione mentis.

6 Haud pendet stantia hominis in hoc misero mundo, ab habitatione in illo; sed ab amore adhærentis cordis, & inflammatione pectoris, diligentis orbis vanitatem, atque ex fugitivis instabilitatem permanentem. Juxta amorem vel debitum odium, sumus in mundo, vel fugimus mundum. Sumus, dum blandè aspicimus: non sumus, ubi torvè despicimus. Egreditur homo è mundo, quem calcat; si calcat mundum. Si exequitur corde, quod facit pede. Potest homo relinquere mundum, vel per mortem corporis, vel per mundi despectum: vel quia vita deficit, vel quia cuncta evanescere cognoscit: & dum Christus à mundo abest præsentia corporali, astruit illum iterùm relinquere: quippequàm ita reliquit primò vanissimum mundum per vanitatis despectum, vel vellicante glorià, & titillante ad scenam apparentià; ut habitationem cùm mensuraret per voluntatem affectus, æstimationi ejus quasi nullus esset mundus. Non statuitur mundi entitas ab entitate, sed à judicio de entitate mundi: ubi illius æstimatur vanitas, floret entitas. Cum cognitione entitatis, ejus amplissima papilionibus gloria, judicatur terræ gloria, vel terra & terra: iterùmque dum aberat, mundum Assertor reliquerat; quia pridem gloriam ejus, despectu utpotè terram calcaverat. Bis mundum reliquit; & cùm abfuit, & cùm in mundum venit; quia potest relinqui bracteata vanitas, & etiam potest labilis judicari futilissima entitas: venit Christus in mundum; & reliquendo mundum, ascendit in cœlum. Reliquit dum reliquit, & dum venit; quippe iterùm reliquit orbem, qui priùs dum venit, reliquerat vanitatem.

Quomodò viventi in mundo, nihil mundus?

7 Perscrutemur auctoritatis arcana. *Exivi* (ait) *à Patre, & veni in mundum*: *iterùm* (idest, *modo*) *relinquo mundum & vado ad Patrem.* Mirabilis clausula: at non apparet contrapositio recta. Si relinquit mundum, & redit ad Patrem; ergo reliquit Patrem veniens in mundum. Consequens omninò falsum: etenim *Deus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Joann. 1. Quare igitur in venustatem contrapositionis, haud asserit pro mundo Patrem reliquisse in cœlis, uti relinquit terrestrem orbem, ut vadat ad Patrem? Ut exprimat, dum modò relinquit mundum, relinquere iterùm. Iterùm? Sanè. Est homo in mundo, ubi est, si propter mundum obliviscitur cœlum. Est extra mundum, vel in mundo vivens; dum corpus est in mundo, & in cœlis conversatio: ubi in terra, nil cogitat terræ; sed fulget vita, quasi non esset in terra. Est homo extra mundum, & dum est in mundo, & mundum relinquendo: Christusque astruit, quo in mundum venit instanti, primùm reliquisse mundum; quoniam vel in mundo stans, semper erat apud Deum. Vernaculè: *Aun habitando en el mundo, nunca se apartò de Dios.* Non est in mundo, qui non est de hoc mundo. Non est in mundo, cujus à mundo aliena cogitatio. Non est in mundo, qui non est mundi, igitur, in mundo præsentia notatur æstimatione, qua homo separatur à Deo. Unde vel hìc non erat in mundo, quia etiam descendens in mundum, semper erat apud Deum.

Non est in mundo cujus in cœlestibus conversatio.

Non est in mundo, qui non est mundi.

8 Deinde. Non dicit Christus: *Reliqui Patrem & veni in mundum*; sicut astruxit: *Iterùm relinquo mundum & vado ad Patrem.* An quia ita à Patre exivit, ut cum Patre semper esset? Arbitratur Augustinus (Tract. 102. in *Joann.*) sicut Patrem non reliquisse cùm in mundum venit, parimodo mundum non relinquere, ubi ad Patrem vadit. *Planè* (infit) *credidimus. Neque enim propterea debet incredibile videri, quia sic ad mundum veniens exiit à Patre, ut non desereret Patrem: & sic vadit ad Patrem relicto mundo, ut non deserat mundum. Exiit enim à Patre, quia de Patre est; & in mundum venit, quia mun-* Augusti.

do suum corpus ostendit, quod de Virgine assumpsit. Reliquit mundum corporali discessione, perrexit ad Patrem hominis ascensione, nec mundum deseruit præsentiæ gubernatione. Hinc originem ducit difficultas magna, quandoquidem occurrit præsentialis absentia, dum signatur Assertor N. præsens & absens. Augustinus ait: *Mundum non deseruit.* Christus verò: Non tantùm relinquere mundum, sed *iterùm.* Quo pacto intelligendum contradictorium? Deserere illum, & non deserere, est impossibile. Quomodò potest esse in mundo, & à mundo abesse? Apprimè. Nequit Christus, dum in mundo est, exire à mundo; & mundum relinquit, ut absentiam insignem vel in præsentià demonstret: igitur insigne omninò, mundum deserere, quin posset à mundo exire.

Insigne, mundum ab homine deseri, quin posset à mundo exire.

9 Ratio constet præsentis absentiæ, ut permaneat altè in corde, & ne habeat in hominis pectore mundus, quem locum debet occupare despectus. Mundus nonnunquàm fallàx, sed magis ubi cordis in fallaciam viget aviditas. Quàm obsequiosus patet mundus fugienti! Quàm floridus arenti fastidio cordi! Expandit siparium (aptiùs, quia vanitatum, flabellum) cunctarum illecebrarum, sub specie bonorum, an per vellicantem speciem, ab animo etiam per incuriam, aliquam surripiat cogitationem. Verùm stupet ad tædium, & miratur erga voluptates cordis fastidium; quippe vel floridus mundus relinquitur, antequàm necessariò relinquatur. In quolibet cordis despectu, mundus relinquitur iterùm. Iterùm? Sanè. Ubi primùm? quando relinquitur odio. Ubi in illo est homo, quasi non esset in illo. Ubi in illo vivit corpus, & animus longè à familiaritate illius. Ubi cor fallaciam subodorans, ita pessundat mundum; ut vel minimum vanitas nequeat surripere affectum. Unde voluntarius despectus mundi, est prima derelictio latentis doli; quia animus per æternitatem, quam perpetim cogitat, egreditur è mundo, antequàm exeat. Haud adsciscit admirationem, quicquid secum non habet novitatem. Non novum, mundum relinquere derelictum à mundo: non novum, non esse in mundo extra mundum: cæterùm novum, mundum hominem deserere, quin posset à mundo exire. Novum, & planè mirabile, quod nec semel factum, relinquere iterùm; & cogitatione prævenire, quod faciendum mortis tempore: quandoquidem vel in centro vanitatis, in illecebrarum intimis, animus non erat in mundo, quoniam nec levi momento separatus à Deo.

Mundus evnaescit despectu.

10 Hinc propositio Didascaliæ. *Iterùm relinquo mundum*: dicit Dominus. Patet mors voluntaria, ut in morte pateat vita. Mundus relinquitur morte, & antequàm Christus moriatur, dicitur mundus relictus; quia vivebat mundo mortuus. Iterùm mundus relinquitur, dum Christus in cruce moritur. Statutum est hominibus semel mori, & in mortis tempore: sed est alia fructifera, quæ ante mortem fit mortis cogitatione. Unde vel Seneca *Epist.* 24. subdit: *Hanc quam timemus mortem, extremam esse, non solam.* & Petron. Arbiter in *Satyr.* metr. 11.

Et continuat in mortem ultimam.

Mors ante tempus mortis, amaritudine dulcis.

Senec.

Petron.

Quapropter *iterùm* Christus dicit, reliquisse terram; ut exponat utilem ante mortem mortis memoriam: siquidem denuò mundus relinquitur, ubi quisque antequàm moriatur, in corde moritur. Relinquitur in morte vita, & simul vitæ gloria, in sepulchrum deportato cadavere: non relinquitur vita in cogitata morte; sed relinquitur mundus, & floret arenti mundo singulariter virtutibus animus: etenim semper virtutibus emicat vitæ gloria; ubi pro cadavere sepelitur vita.

Utile, mors corde.

Et vita sepulta.

11 Iccircò in documentum voluntariè morientium, & à cogitatione mortificatorum, dicit idem Dominus: *Venit Princeps hujus mundi, & in me non habet quicquam.* Unde nos miseri, ac in peccato concepti possumus hujusmodi beatitudinem adipisci? Ipse dedit normam, ut præut possimus imitemur vitam. Qui sæpe moritur, emendat in tempore, quicquid nequit corrigere morte. Judicium in morte fit. Ibi cunctorum ratio exigenda est: palmàque, vel objectis criminibus, victor à judicio exibit, qui se antequàm judicetur, judicaverit: etenim nil habebit princeps mundi, quod objiciat in morte; ubi qui de mundo est, constat non esse mundi. Habet princeps mundi, quo possit jus in hominem exercere tyrannicum, modò moriens semel reliquerit mundum: & minimè quicquam habet, si in morte relinquit iterùm: siquidem cùm ultima mors astruat vitalitatem, ubi vita moritur ante mortem; non cadet, in judicio etiam terribili, causà, cujus ita ante mortem moritur vita: igitur nihil habet criminator adversum, ubi moriens per mortem iterùm relinquit mundum. Planiùs

Joann. 14. 30.

Victor à judicio exibit, qui se ante judicium judicaverit.

di-

dicam. Habet diabolus, quod criminetur, ubi mundus, quia derelinquit, derelinquitur. Non habet, ubi relinquitur, antequàm relinquatur: etenim si ex mundo accusator sumit causam, ut objiciat, quia habet quicquam; in morte jam nec mundi memoria, ubi memoria mortis in vita, sepulta vità.

Nec mundi memoria ubi vita sepulta.

12 Hoc est judicium, quo vincitur diabolus, & triumphat in judicium adductus. *Si nosmetipsos dijudicaremus* (ait Paulus) *non utique judicaremur*: hoc est, damnaremur. Judicio enim damnatur, quod damnandum: & pervertitur prævio judicio judicium; quia cùm cogitantur in judicio proferenda crimina, inveniuntur gemitibus ante judicium abolita. Judicatur à semetipso homo, antequàm judicetur, ut salvus evadat per judicis recti sententiam, quia princeps mundi in judicio non habet quicquam, & consideratio strictæ rationis revocat animum à peccatis, quibus in morte damnatur impœnitens. Quapropter judicatus ante judicium salvus egreditur, quoniam ante judicium quotidiè moritur. Est in mundo & non est; dum præsens mundus, uti præteritus fit, quia animi alienatio præsentem astruit præsentiam à sæculo: igitur habitatio haud comprobatur possessione corporis, sed voluntarià retentione mentis: quoniam ubi mundi in corde non regnat affectus, in mundo stanti quasi non esset mundus.

1.Cor. 11. 31.

Crimina priùs judicata, ante judicium, abolita.

13 *Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilavit*: dicit Jobus. In singulis verbis latent documenta, ut in morte floreat vita. *In sepulchra.* Homini quota? Profectò virtutibus diviti multiplicia, quippe multoties se viventem numerat inter cadavera. Plura sepulchra necessaria sunt, ubi mors quæ una, non unica est. Physicè, ut canit Horatius lib.1. *Od.*28.v.15.

Job.21.32

Quo pacto una mors, non unica?

Horat. ——— *Omneis una manet mors,*
Et calcanda semel via lethi.

Moraliter, ut canit Virgil. lib.10. *Æneid.* v.201.

Virgil. *Non genus omnibus unum.*

Igitur mortes plures & multoties. Sepelitur homo dum fato cedit: verùm in hujusmodi funere nulla novitas. Si sepeliatur, dum vivit, est singularitas: & multiplicantur sepulchra, juxta mortis geminatæ cruciamina, & expressionem virtutis, non semel fractis jaculis perpetis mortis: quandoquidem gloria esset, sed non nova; nisi ut morte viveret, moreretur in vita. Formatur sepulchrum respirationis defectui. Etiam effingitur studio vivo cadaveri, ut quasi cadaver in vitia nec respirare audeat, & uti vivum in perfectionem sine obicibus tendat. Interficitur vivens mortificatione, ne vivant sensitivi appetitus, nisi ordinati: duplexque justo sepulchrum meditanter signatur; quia sibi, & mundo antequàm moriatur moritur.

Est hominis gloria, mori vità.

14 Ulteriùs. De mundo quique moritur, egreditur; sepulchrum verò cadaveri datur: & justo vel viventi duplex designatur feretrum, quoniam vivit, dum vivit, extra mundum. Quoniam extra mundum erat, qui à Christo in vitam restituitur, uti *defunctus* in foveam *efferebatur*. Aliter moritur justus, quin fato fungatur: sepulchrumque alterum ipsi in vita conceditur; quippequàm ne moriatur, in vita moritur. Hinc in vita in sepulchrum à se ducitur: defunctus autem ab aliis ducetur, geminatis sepulchris diverso genere mortis, quin sit novum, à mundo designari feretrum, si qui vivit, cadaver erga mundum. Ille quia fato functus efferebatur, Jobus ducetur, non ducitur. Nequit duci ubi jam est. Ducetur corpore, ubi habitabat mente, ut viveret ipsa morte, & clareret virtus, dum jacebat vivus, & vivebat mortuus: igitur eximia singularisque perfectio, ut ipse à se duceretur, & ab aliis collocaretur sepulchro.

Luc.7.12.

Mori ante mortem affert in morte vitalitatem.

Jacet vivus vivens mortuus.

15 Dicit textus. *Ipse in sepulchra. Ipse?* Si non ipse in sepulchro, in sepulchris erit ipse? Notatur vita ex morte præmeditatà: igitur si moreretur morte, non esset ipse. *Ipse.* Etiam dum in sepulchrum ingreditur, & ubi ducitur. Ubi ducitur, quia minimè mutatione sæpiùs passà mutatur: dum in sepulchrum ingreditur, igitur vitam habet, qui sepulchrum per se petit. *Ipse.* Et cadaver? Utique. Ipse in diversis sepulchris. Nihil magnum, ni esset ipse. Verùm quo pacto? Cadaver non est homo. Si homo, est animal, quia homo vivus. Si cadaver homo mortuus: & dum Jobus ab aliis in foveam ducitur, ac jacet alius à se, in immutante morte, dicitur ipse; quia mundo sibique ita mortuus respiratione vixit, quasi in sepulchro jacêret. *Defunctus efferebatur*: dicit Lucas, uti vidimus. Unde inquirit Novarinus, cur in hujusmodi miraculo, quasi esset singulare, ab illo indicatur demonstrativè. *Ecce, inquit, defunctus.* Ecce *particula admirationis est, novum aliquod indicat*: ita subdit hìc n.379. Quid ergo?

Felix qui ita vivit, quasi in sepulchro jaceret.

Luc. ubi supr.

Novar.

Mag-

Magnum profectò, quo resultat admiratio. Sanè magnum, dum exponitur novum. Magnum næ quod oculis constat, majus quod indicat. Majus? Utique, quippe minus, quod factum in cadavere. Novum, hominem mortuum revocari in vitam; sed admirabilius, hominem vivere mortuum. Singulare morte restitui in vitalem auram, verùm mirabilius, cadaver habere vitam. Insigne, mortem vivere: at insignius, vitam mori. Magnum, sepulchra vomere mortuos: majus mundum expellere vivos. Novum, in sepulchris mors undique viva: sed in mundo mirabilius vita mortua.

Magnum, hominē vivere mortuum.

16 Astruit contextus. Ecce defunctus efferebatur in sepulchrum: ad vocem Redemptoris, qui portabant steterunt, tetigit loculum, & ait: *Adolescens tibi dico, surge. Adolescens?* Nonne qui jacebat erat cadaver? Cadaver autem nec vir nec fœmina, nec senex, nec juvenis. Quare igitur vocat adolescentem, indicans vitæ hominis floridissimam ætatem? Literaliter exponitur & aptè, quippe frequens in Scriptura usus retinendi nomen conditionis prioris & status. Invenies plura testimonia *Tom.2. T.6.n.24.* Tropologicè igitur modò sumenda vox, ut viventibus exemplo quandoque sit. Qui dicit adolescentem, signat halitum vitalem, quippe mensura ætatis solummodò vitæ congruit: & vocatur adolescens qui mortuus jacet, ob vitæ perfectionem, & adæquatam virtutem: igitur virtus magna, dum adolescentis sepelitur vita. Dissona vox videretur, ni posset homo mori antequàm moriatur, quod quidem à justis fit, ut aliquando sit illis vitalis mors, & rideant, ubi alii plorant: & cadaver vocat Christus adolescentem, propter hujusmodi vitæ perfectionem: etenim æstimabilis, si pro cadavere in sepulchrum ducitur adolescens. Per adolescentem, notatur non solùm vita, sed vita florida: per cadaver, vita extincta: & in obsequium, signumque virtutis, designatur adolescens cadaver in flore ætatis; quippe insigne, quod adolescens in sepulchrum ducatur, quasi cadaver in loculum duceretur. *Adolescens.* Vita patet, & in vita Christus perfectionem innuit, quia singulare in vitæ curriculo iter, quòd qui vivit designetur ut cadaver. Cadaver jacet. Adolescens ita vivit: & cadaver Christus vocat adolescentem, ut sepulturam exprimat nobiliorem: igitur nobilior à virtute construitur loculus, ubi adolescens sepelitur vivus.

Vers. 15.

Inscriptura frequens nomen antecedentis status

Virtus magna dum vita sepelitur florida.

Nobilior à virtute loculus, ubi sepelitur vivus.

17 Observemus singula. *Adolescens surge.* Nihil singulare, quòd surgeret adolescens. Aliquid latet, quod admirationi serviat: novum aliquod indicat: & sanè novum, cùm surgere jubetur, qui habebat vitam, in mortificationis, seu mortis voluntariæ perfectissimam normam; quia sepeliuntur sensus, & prosternuntur corporis appetitus: siquidem revocatur in lucem, quasi vitam adolescens non haberet. *Et resedit qui erat mortuus.* Qui erat, vel qui fuerat? Ecce discrimen inter amissam vitalitatem & voluntariam mortem: etenim si ad mundum & ad vitia quæritur, *ecce defunctus efferebatur.* Si clamat appetitus, adolescens *erat mortuus*: astructis & vitâ & morte, perfectione mortuæ vitæ: quandoquidem mortuus erat vitiis mundi fallacis; sed vivus ut responderet vocibus Salvatoris. Ideo *resedit qui erat mortuus.* Ergo dum mortuus sedit, si vivus resedit. Cur in loculo non jacuit? Quia qui vivus sepelitur, minimè jacet, sed sedet. Sedet, ut surdescat mundo: residet, ut respondeat vocanti Domino: nequaquàmque jacet, quicunque jacet mortuus in terrena, ac in haccine morte vivit ad bona. *Erat mortuus.* Jam non erat. Ex his quæ fuerat, deducitur vitæ perfectio, ut viveret, ita in mundo: equidem dum vita cadaveri conceditur, & à mortuis revocatur, patebit adolescenti despicabilis mundus, si viveret quasi mortuus, & esset in vita, cui modò restituitur, haud aliter quàm cùm defunctus in foveam efferebatur.

Ac in vita sensus.

Ibid.

Vivit Deo, mortuus mundo.

Patebit despiciabilis mundus, si qui vivit, vivit mortuus.

18 Denique. *Et resedit qui erat mortuus.* Hujusmodi corporis erectio vitam demonstrat. Qua lege, si mortuus erat? Quia mori ante mortem, non mors sed vita vocanda est. Unde qui erat mortuus, operationes exercet vitalitatis; quoniam per hujusmodi mortis memoriam, homo nanciscitur vitam. In isthanc cæteris recordationem, ut vitæ juxta leges sit adæquatio, dum suscitavit adolescentem, dixit Christus: *Tibi dico: surge.* Ille surrexit, ut nos surgamus. Illi dixit: *Surge*, & nobiscum est locutus. Surrexit ille, quia cadaver de morte ad vitam, ut nos qui vivimus, vitam habeamus cupiditatibus mortuam: etenim subsidebit cordibus nostris virtutis perfectio, modò ut jus est, vivamus mortui peccato. *Consepulti sumus cum Christo in mortem, ut quomodo*

Mori ante mortem vita est.

Ubi supr.

Vita vitæ, peccato mori.

Rom.6.4.

Christ-

Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Hæc est enim in mundo gloria, ut viventium sepeliatur vita, jaceatque vitiis & sæculo, quasi esset in Christi Redemptoris sepulchro: equidem minimè prævalebunt sæculi lubrica, modò nos exhibeamus viva cadavera, ut mortui mundo, vita nostra abscondita sit cum Christo in Deo. Aptè à Paulo dicitur novitas vitæ vita in hujusmodi morte: quippe novum, mori autem mortem, & habere mortuam vitalitatem, qua homo dùm jacet, resurgit: habetque gloriam, quoniam sæculo vivit emortuam vitam; discitque mori, ubi patet recursus, qui sanè præcluditur dum moritur corpus.

Novitas vitæ in hujusmodi morte.

19 Momenta hujusmodi cogitationis librantur à Protoparente N. Benedicto, cap.4. *Regul. Sanct.* ubi *Instr.* 44. 45. 46. 47. & 48. Cuncta in vitam immortalem amplectitur per mortis cogitationem: etenim actus vitæ suæ Monachus omni hora custodiet, diem judicii timebit, gehennam expaveſcet, gloriam desiderabit; modò mortem quotidiè ante oculos; suspectam habuerit. *Hominis duas asserit Plato mortes* (ait Macrobius lib. 1. de *Somn. Scip.* cap. 13.) *quarum unam natura, virtutes alteram præstant. Homo enim moritur, cum anima corpus relinquit solutum lege naturæ; mori etiam dicitur, cùm anima, adhuc in corpore constituta corporeas illecebras philosophià docente, contemnit, & cupiditatum dulces insidias, reliquasque omnes exuitur passiones.* Floridè quidem: quippequàm quæ mors vita cœlestis, ubi in vita sepeliuntur cupiditates carnis.

Mortis cogitatio Monachi perfectio S. Bened.

Macrob.

Vita cœlestis, sepultis cupiditatibus carnis.

20 Nova hinc fax elucet in præfatam auctoritatem Pauli. *Consepulti sumus cum Christo*: verùm non dicit in vitalitatem, sed *in mortem.* Si ibi abscondita vita hominis, ut sepulti in novitate vitæ ambulemus, cur non in vitam, sed in mortem cum Christo consepulti sumus? Ut clareat vita vera veri Monachi, sumpta ex sepulchro Christi. Triduo illo, quo jacuit in sepulchro Dominus, plagis & vulneribus plenus; corpus licet ab anima separatum, à divinitate non erat sejunctum, sed tam corpus, quàm anima erant divinitati unita: regulaque exponitur in Christi sepulchro, ut Monachi in claustro ita moriantur sæculo, ut per hujusmodi mortem habeant vitam, quasi caro nequaquàm haberet animam: etenim emortui vitiis, atque carnis illecebris, à mundo debent esse, etsi in mundo sint; alieni; sed corpore & animà uniti divinitati, quoniam qui in hoc mundo odit animam suam, in vitam æternam custodit eam. Cuncta modulatur Gabriel Bugnotius loc.cit. *Regul.* S. Benedicti.

Ubi supr.

Quomodò sepulchrum Christi typus vitæ Monasticæ?

Vita Monachi singularis.

Judicis adventum timidusque humilisque maneto,
Ne gemat æternis mens agitata malis.
Nec mora, Tartareus quin te perterreat ignis,
Et sitis & vermis, quicquid & Orcus habet.
Delicioſa premens æterni gaudia sæcli
Speret inexhaustæ mens tua sedis opes.
Scilicèt incertæ est natura obnoxia morti,
Longaque vel claris vita negata viris.
Ergo cuncta tuæ vitæ momenta repende,
Præsentemque animo semper habeto Deum.

Gabr. Bugn.

DIDASC. V.

Maxima Deo injuria ex templorum sacrorum irreverentia.

1 TEmpla sumus Dei. Verùm ut canit Arator lib.2. in *Act. Apost.* v. 744.

——Templa sumus, si crimina cuncta recedant.

Arat.

Hinc Dominus apud Prudentium in *Symmach.* lib.2. v.258. inquit:

Templum mentis amo, non marmoris; aurea in illo
Fundamenta manent fidei, structura nivali
Consurgit pietate nitens, tegit ardua culmen
Justitia, interiùs spargit sola picta rubenti
Flore pudicitiæ pudor almus, & atria servat.
Hæc domus apta mihi est, hæc me pulcherrima sedes
Accipit, æterno cœlestique hospite digna.

Corda quomodo Dei templa?

Prudent.

Ecce modus structuræ ut pectus sit Deo virtutibus sacrum, quod pridem erat in iniquitate pollutum: equidem etsi templum cordis semper grata debet esse habitatio, & in omni loco, maximè in templo. *Sic certè vivendum est* (ait Seneca *Epist.* 83.) *tanquàm in conspectu vivamus. Sic cogitandum, tanquàm aliquis in pectus intimum inspicere possit, & potest. Quid prodest ab homine aliquid esse secretum?*

Sen.

Nihil Deo clusum est. Interest animis nostris, & cogitationibus mediis intervenit. Sic intervenit, dico, tanquàm aliquando discedat. Optimè, quippe si corda templa, sine ornatu patebunt templa mortua, rudera & lapides, signa sed non insignia virtutis, ob cujus ornatum fit ipsi in cordibus templum vivum, à quo mortuo quanvis non præsentià, potest recedere gratià, sine qua quod Deo sacrum, abominabile prorsùm.

Unde mortua?

2 Hinc Legislator Monachorum S. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instr.* 49. subdit: *In omni loco Deum se respicere pro certo scire.* Perpende reciprocum *Se*, quod quidem æquivocum, & adjungi potest tam Deo, quàm præsentem contemplanti: unde & sensus obvius, Monachus, scilicèt, sciat se respici à Deo in omni loco; & singularis, sciat, videlicet, Deum se respicere, ejusque majestatem in omni loco. Utrumque amplector pro reverentia tantæ majestatis, & circumspectione cordis colentis, ab illo cogitatà præsentià, ne quid indecorum meditetur audacia; ut recedat à templo, corde, qui potest fastiditus recedere; etenim quis consensus templo Dei cum idolis, vel participatio justitiæ cum abominatione iniquitatis, aut tenebrarum ex fulgore lucis? Nulla prorsùs: cunctisque præsens cogitandus Deus, ne Monachus vel levi cogitatione expellat è templo, quem divina dignatione suscepit hospitio, astruens per cogitationis etiam circunspectionem, Dominum habere præsentem: aliàs dum coram illo peccat, Deum se respicere pro certo sciat, qui quidem dedignatione offensus, injuria commotus, dum videt crimen, læsam actutùm vindicabit majestatem, astruetque suppliciis audacis violati integritatem honoris.

S. Bened.

Cuncta rectè fiunt, si Deus præsens cogitatur.

Plectit actutùm, si ejus præsentiam Religiosus non veretur.

3 Post nuptias in Cana, quibus tot miraculis convivæ dignati, transivit Assertor N. in atrium exterius templi, ex quo cum ibi invenisset vendentes columbas, oves & boves; flagello expulit negotia sæcularia specie sacrà exercentes. In convivis signabatur Gentilitas Christum receptura: in negotiantibus circa abdita templi, audax ac perfida fauta Synagoga: hancque flagellat, ac pertulit, dum Gentilitati favet: quoniam majora, quæ ingratæ Synagogæ præstiterat, Gentilitati munera studiosè servabat. Hinc illicò ut Gentilitas illum cognovit, & obsequiosè recepit, Synagogam incessanter flagellavit. *Cùm feciſſet flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo*; & ut causa pateret delinquentibus dixit: *Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* Plura historia contemplationi dictat, ut audaciam, ubi reverentia procul, saltem supplicium compescat.

Surripuit Gentilitas à Synagoga, quæ habebat munera.

Joann. 2. 15. Vers. 16.

4 Delicta ubertim florebant in Israëlis republica, & solummodò pro domus sacræ contemptu Domini excandescit ira. Templum est, quò quia specialiter residet, specialiter colitur divina majestas, cujus præ se fertur cœlestis auctoritas, astructa sacrificiis, in signum humanæ debitæ venerationis, exprimentis ritibus dependentiam, ac expectantis pro muneribus gratiam. Lucra Dominus aversatur, quia dolis plena; & invehitur in cupidos, tametsi dissimulet aliquando peccata. Semper commovent bilem. Exacerbant etiam placidi cordis benignitatem; sed aliquando indulgentur, an transgressores indulgentià convertantur: efferbetque Christus stomacho, lucra respectans in templo; quoniam percutit vel mitissimum animum videre sacrilegium, ubi debebat Dominus habere cultum. *Auferte ista hinc*, ne expellam fulmine, quod suavitate flagelli. *Auferte.* Observa, hæc solummodò, *his qui columbas vendebant*, dixisse. Alia flagellatim ejecit è templo: æs effudit (quia tantùm effusione, maximè in pauperes prodest) mensas evertit, ut removeret occasionem peccati, & discerent, quantùm animam onera criminis, si ita corpus gravabant deportandi pondera æris. Omnia expulit, sed columbas auferri jussit. Quare? An quia innocentia, peccatorum victima? Nonnunquàm innocentes habentur, ut traducantur. Alia intendit, dum columbas auferri mandavit: non solùm quia fas non erat, ut luerent innocentes: quod debebant peccatores; sed quia etiam his simpliciſsimis avibus, polluebatur sacra domus. Nihil acceptabilius coram oculis majestatis divinæ, corde, columbinà ornato simplicitate, verùm latet anguis sub herba, fallitque venenum specie pulcrà. Unde auferri jussit, quas in sacrificia columbas præscriptione destinavit; ne templum fieret domus iniquitatis, titulo virtutis, & occasione candoris.

Commovet in ultionem animum, pro cultu respicere sacrilegium.

Vers. 16.

Pecunia pro fusa prodest.

Innocentia iniquitatis victima.

Major iniquitas titulo virtutis, & occasione candoris.

5 Deinde. *Invenit in templo vendentes*, & flagello omnes ejecit ab atrio. Cur non ejecit ementes, cùm videantur conscii criminis? Ipsi ementes, ut ait Abulens.

Vers. 14. & 15.

Abominabilis Domino ocasio peccati in templo.

lens. in cap. 21. *Matth.* q. 71. quia in loco sacro, peccabant; sed venditores occasionem præbebant: irascitur que Dominus & usque ad vindictam, præteriens ementium, ac vendentium plectens acceptam offensam; quippequàm altè uti indelebile vulnus sedet in divino pectore, proximo præbere in templo vel occasionem peccati. *Auferte ista hinc.* Nonne vos pudet sacrum templum esse speluncam latronum? Hispan. vividè: *Apartad estas ventas de mi casa, que no es razon, que mi casa sea venta. Auferte ista hinc.* Ista sacrificiis sunt destinata; sed hìc vel ista abominabilia: igitur quorum sanguis interiùs pro remissione peccati, exteriùs pretium exæstuat in fomitem avaritiæ. *Auferte ista hinc.* Hic Deitas sacrificiis honoratur; non despiciendus honoribus, considerationi objicitur, sicut modò lucri gratiâ, multiplicatur victima: & quanvis cunctum aversatur crimen, ob profanatum templum flagellat hominem; quia pungit intimè pectus, in gratiam pronum, ac proclive in pietatem ingenium, quòd specie ac larva honoris, honor divinæ despiciatur majestatis: quandoquidem non solùm videt contemptum, sed ubi expectabat cultum.

Avaritia cuncta proterit.

Gravior de spectus majestatis, specie honoris.

6 Bis Dominus excanduit in hujusmodi vitium intuens sanctuarium speluncam latronum: primò incipiens prædicationi incumbere; denuò, proximus passioni, ut observat Chrysostom. Homil. 22. in *Joann.* & Abulens. ubi sup. *quæst.* 43. Intendunt peccatores divinam exacerbare clementiam, ac impellere in scelerum vindictam, audaces in iniquitatem, quantunvis Deum contemplentur præsentem: & arripit etsi invitus flagellum, in ultionem ac vindictam malefactorum; quippe vel in summa pietate non est patientia, ut in ejus præsentia iterentur peccata. Jam zelum pro domo expresserat, jam flagris delinquentes è templo expulerat. Nihilominus tamen revertuntur in lucra, quanvis avaritiæ experiantur flagella, quorum vibices sanabantur medicamine negotiationis. Unde Dominus ut hujus vitii extirparet radices; ad flagella manum extendit, & rigore, quàm altè radicatam avaritiam, stravit: igitur ita animos fallaciter mulcent, ut nec flagellis relinquere lucra vellent.

Matt. 21. 12.

Summa, sed multata, malitia in Dei præsentia iterare peccata.

Haud corrigunt flagella, quos indurat avaritia.

7 Subinde. *Inter omnia signa hoc mirabilius*: subdit Hieronymus in cap. 21. *Matth.* Sanè novum miraculum, sumi à pietate flagellum; verùm patet sceleris gravitas, dùm irâ fervet vel divina pietas. Patet (quia non tulit) quàm ægrè ferat, in templo pessundare homines objectam imaginem majestatis: etenim cùm uti peregrinum & novum, sumi celebretur à pietate flagellum; haud respicit pietatem, videns in templo proculcatum honorem, propellens flagris etiam à limine delinquentes, studentes lucris specie honoris: quippe summum demonstratur flagitium in honore Dei non honorem solicitare, sed commodum. Haud mirabilis, si punitionis modus esset communis. Supplicium à justitia est; & à pietate fit, dum Christus lora sumit, & negotiatores plectit: igitur ita gravis culpa in sanctuario, ita offendunt iniquitates in templo; ut visa audacia, flagellum arripiatur à clementia.

Hier.

Summum miraculum sumi à pietate flagellum.

Ubi templi violati intercedit audacia, flagellum arripitur à clementia.

8 Perpende clementiam Salvatoris. *Fecit quasi flagellum de funiculis.* Unde igitur subitò promptissimè lora, ut conficeret flagella? Negotiantes in templo deserebant, & ipsi conficiebant, dum peccabant; ignorantes se criminibus præbere flagella, quibus plecteretur culpa: etenim manus Domini flagellùm in ultionem non haberent, ni ipsi instrumenta in peccatis ministrarent. Lyræ placuit Christum flagellum efformasse è cingulo proprio, ut ejiceret mercatores è templo. Habebat in sinu etiam peccatores, ut amore ac mansuetudine removeret à vitiis: & se præcingit virtute, soluto cinctorio, quo alligabantur à pietate; ut iram ex violato templo proderet, & delinquentes flagellationibus plecteret: igitur ita excanduit volatione sanctuarii, ut quos fovebat, propulsaret è pectore: quandoquidem intuebatur plenum iniquitatibus, quod sacrum venerationibus.

Præbent peccatores instrumentum in supplicium.

Lyr.

Ægrè fert amor, quod Dei proculcetur honor.

9 Cæterò. Non flagellum fecit, sed *quasi flagellum.* Modificatio indicat pietatem etiam dum corripit crimen, monens quàm terribile & efficax erit judicium, ubi judicii solummodò vibrabat quasi flagellum. Flagellum fuit & quasi flagellum. Percussis *Quasi*, at *Flagellum* percurienti: non tantùm quia grave Superiori, quòd, ut subditi respondeant obligationibus, egerent verberibus (prævalente relaxatione, aut abusu, flagello è manu projecto; pollutis in templo institutis religionis, si tergora sine plagis) sed quia ita propendet in clementiam, etiam vocante causa justitiam; ita invitus accedit ad supplicium, vel urgente iniquitate flagellum; ut sentiat ipse dolores, de quibus

Vulneratur pietas, dum urgetur in plagas.

bus dolent dolentes: igitur vulnerat & intimiùs pietatem, quòd plectendi præbeant in supplicium occasionem. Haud frugi pectora subditorum dantur, ubi plus periculi à medico, quàm à morbo, quippe non tendit Superioris animus in exterminium criminis, sed in vulnus delinquentis: & ubi subditorum describuntur in ictibus quasi verbera, vera in Christo patent vulnera; ut indicetur modus correptionis in correptione: igitur crimina faciliùs expelluntur à pectore, dum plus dolet Superioris pectus, quàm subditus flagellatus.

Plus doleat de dolore Superioris pectus, quàm subditus flagellatus.

Syr. 10 Lectio Syra clarè innuit. *Fecitque sibi flagellum à fune, ac omnes ejecit de templo.* De sensu literali egimus tam in *Prolog. Gal.* §. 4. num. 14. quàm *Tom. præced.* T. 5. num. 9. Ly *sibi*, quod videtur paragogicum, & sonat Græcissimum, mysteriis arbitror plenum. Sacrilegis verber conficitur, non judici flagellanti: flagellumque dum Christus flagellat, facit sibi; quia tolerat amor ut propria, verberonum impingenda flagella: siquidem amor dolet pro correctione criminum, sumere in manu flagellum: magisque gravat; necessariò sumendum, quantunvis doleat. Ecce norma rectissimi Præsidis pro integritate divini honoris, causà justitiæ sine rubore pietatis, correcto crimine cum legis satisfactione: etenim subditi crimina emendarent, modò Superiores amore percuterent, & de dolore dolerent. Hinc non auditur flagellatorum murmur, nec querimonia, etiam illorum deturbatà substantiâ, & effusà pecunia. Quis enim poterat queri de dolente amore? Quis de illato medicamine? Furor esset, querulam exprimere vocem, in conferentem salutem; igitur nemo vel improbus queritur tolerans pœnam, dum illam non cogitat datam ab amore in pœnam, sed in morbi medicinam.

Patitur amor Christi ut propria, peccatorum flagella.

Dolet pro correctione criminum, sumere in manu flagellum.

Non pœna, quæ medicina.

11 Preme *Quasi flagellum.* Peccatores illo vapulant. Quare igitur dicitur *Quasi*, dum flagelli vibrati vibices tolerant? In medico per scissionem vulneris medicatio, perperàm dicetur scissio, estò rumpat intimè carnem; quoniam ictus in salutem: unde quòd flagellum in templo quærentibus lucrum, dicitur quasi flagellum; quippequàm minimè Christus delinquentes percusit, ut percuteret, sed ut flagris in mentem revocaret. Ut flagellum excutit ictibus pellem; quasi flagellum, tulit flagelli dolorem. Clariùs loquar. De correctione loquens Petron. Arbiter in *Satyric.* subdit: *Omnem scabitudinem animo, tamquàm bonarum artium magister, deleret sine cicatrice.* Flagellum est, ex quo dolor; at dolor non est in flagello, sed in honore correctione percusso, remanente dedecoris cicatrice, etiam absente dolore: Christusque dum flagella arripit in crimina, arripit quasi flagella; quoniam servat delinquentis honorem, etiam dum verberibus plectit commissum crimen. Qui verberat, ut verberet; sumit in correptionem flagellum: qui in emendationem arripit, solummodò quasi sumit: daturque Christo in audacium supplicium, non flagellum, sed quasi flagellum; quoniam in punitione non flagellat, ut vulneret; sed ut corrigat.

Præses non puniat delinquentem, sed crimen.

Petron.

Intendat etiam in honorem.

12 In eâdem voce micat circumspectio judicis, erga momenta æstimabilia honoris. Non glaudium, non virgam, sed flagellum accipit, in ultionem injuriæ, quam accepit. Gladii ictus vulnerat saucium, sine vulnere torquet flagellum: quod quidem fulminat pro specimine Præsidum: etenim pro correctione flagellat, verùm flagellatione non vulnerat. Insuper. Virga contusione cicatricem in percusso relinquit. Flagelli vibices luridas vel tempus delet: sumitque Christus flagellum & non virgam, ut ulciscatur offensam: etenim in punitione infert plagam sine cicatrice: quippe vel flagellando consulit correpti honori. Iccircò dicitur quasi flagellum, ideſt, flagelli species, quod verè flagellum in manu Salvatoris. Si verum est in plagas instrumentum, ly *Quasi* quorsùm? Longè sunt à cognitione veritatis dolentes, qui supplicia cognoscunt in divinis suppliciis: & non dicitur flagellum, sed quasi flagellum, quo peccatores Christus ejicit ultra sanctuarium; quia dum illos removet vel verberibus à culpa, non sunt vocanda flagella, sed gratia.

Incorreptione non vulneret.

Quibus removemur à culpa, non vocanda flagella, sed gratia.

13 Præterea. Flagrum quatit in vendentes bestias. Quare non utitur erga vendentes columbas? *Auferte* (inquit) *ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Alios alloquitur, alios flagello persequitur? Utique. Intendit in remedium, non in supplicium; docilesque adinstar columbarum, noluit dirigere in instituta verberibus, cùm efficere posset bonos sermonibus. Etiam hìc præ se fertur prudentia Præsidis ducti sanctitatis zelo, ne omnia, etsi devia, ducat acerbitatis stomacho: igitur ad quid verbera, novacula potestatis, dum vulnera potest suavibus sanare verbis? *Honestiores*

Vers. 16.

Præses intendat in remedium, non in supplicium.

qui-

quidem; atque intelligibiles animos primà vel secundà admonitione verbis corripiat: improbos autem, & duros corde, ac superbos, vel inobedientes, verberum vel corporis castigatione in ipso initio peccati coerceat; sciens scriptum: Stultus verbis non corrigitur. S. Bened. Hactenùs S. Benedictus Dux Monachorum *Regul. Sanct.* cap. 2. Respexit in Domini zelum, dum diverso modo idem represit peccatum: etenim verbis retraxit à profanatione templi vendentes columbas, cæterùm flagris, qui exponebant bestias.

14 Ex consequentibus oritur dubium, cujus delicatio haud erit extra propositum. Viso hujusmodi miraculo, profanis, scilicèt, expulsis à templo: *Multi* (subdit Evangelista) *crediderunt in nomine ejus::: Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes.* Si fides fidei respondet, quare credentibus ipse non credit? *Eò quòd ipse nosset omnes*: ideòst, omnes credentes, quorum animi estò crederent defecturi à fide, ut observat Maldonatus hìc num. 24. Unde primum *Credere* est credere, secundum verò confidere. Q.d. Quantunvis in illum crederent, nullam expectabat à credentibus fidem. Ita res se habuit, verùm quibus credentibus ipse non credidit? Arbitror pro meo captu, illos fuisse, quos flagellatim ejecit à templo. Verùm unde hujusmodi cogitatio? Sæpe qui mali mali, & qui flagellis moventur magis improbi. Verbere illos percutiendo expulit, & adhuc illo prodigio credentibus minimè fidit; quia si frugi tantùm verbere, nihil boni ab illis poterat expectare. Vigilanter Nostrates: *A los que son buenos à palos, no ay que creerlos.* Denuò sanè adorientur flagitium, modò abscondatur flagellum; quippe haud aversantur crimen, aut legem, sed propter pœnæ formidinem. Quapropter Præsides semper sint suspicioni de hujusmodi prava indole: etenim non fugient peccatum, quia peccatum; sed quia facere non possunt, & si fecerint, imminet tergo flagellum.

Vers. 23. & 24.

Nihil boni potest expectari ab his, qui verberibus solummodo boni.

Quare?

15 Ergo Didascaliæ primario instituto. *Non credebat semetipsum eis.* Quod tunc factum inter Judæos, contingit inter catholicos. Si credebant, ergo habebant fidem, maximè videntes tot mirabilia patrantem. Quare igitur semetipsum non credit credentibus? Quia in fide quam habebant, erant perfidi Sanctuarii profanationibus. Ad fidem spectat credere, & juxta credita in religione operari: Christusque non credit nec fidei, nec fidem illorum, etiam dum credunt; quia credi nequibat animum esse catholicum, quorum negotia funestabant templum. Credere Deum & violare sacra, est violatio fidem destruens, vel amentiam astruens; quod quidem nequibant facere nisi perfidi, aut amentes, irreligiosè demonstrantes religionem; & Christus credentium etiam inficiatur fidem; quippe perperàm possumus signare fidei assensum cum violatione sacrorum.

Violatio sacrorum astruit non fidem credentium.

16 Rursùs. Non credere credentibus, est credentes reprobare. Reprobat damnando fideles? Næ. Sunt cum hujusmodi operibus infideli deteriores: negatque fidem quam habent, ubi perfidè operantur, contra quæ credunt; igitur dubiam ejus poterant habere fidem, cujus in templo criminibus proterebant majestatem. Non credere credentibus, est credentes ignorare. Quo pacto nescit credentes, dum non credit, *eò quòd ipse nosset omnes*? Quia fidem cognoscit, credentes nescit: etenim minimè poterat esse fides, ubi destruebatur structura pulcherrima religionis, etiam cognitione Deitatis. Negat fidem, ut minuat iniquitatem, quæ credi non potest in credentibus, proterentibus veram religionem, estò habeant catholicam firmatam cœlitùs fidem: placetque fidei cognitionem inficiari, ubi sacrorum credentes student conspurcationi; quippequàm perfrictà fronte summa impudentia, cognoscere Dominum, & ejus tot criminibus incestare Sanctuarium. Præsens aderat, & quem Dominum venerabantur, majestate tunc fulgebat: *Igneum enim quiddam, atque sidereum radiabat ex oculis ejus* (ait ubi supr. Hieronymus) *& divinitatis majestas lucebat in facie.* Audaciam nullo modo compescuit, quousque contemptores verberibus flagellavit: illorum vel credentium non credens fidem, qui non solùm majestatem violabant, sed præsentem.

Sacra pessundantes infidelibus deteriores.

Negat fidem, cognoscere veritatem, & destruere religionem.

Hieron. *Et coram Deo.*

17 Ulteriùs. Fides viva à Christo creditur: fides verò mortua, qua Christus creditur solummodò, ab illo non æstimatur. Opera & per charitatem informant & vivificant fidem, quam conciliatam per Christi Servatoris miracula negabant opera. Unde credentium fidei nullus assensus annuitur; quoniam non facilè creditur, hominem cum divinæ præsentis cognitione majestatis, posse audere

Quæ fides mortua?

Avaritia cæca.

dere & in Sanctuario violationem religionis. O dira cupido! Quò non mortalia pectora cogis detestanda fames!

Ovid. *Ei nihil est, quod non effræno captus amore*
Ausit: nec capiunt inclusas pectore flammas.

Canit vel Ethnicus lib. 6. *Metam.* fab. 7. Nihil igitur cogitat, nisi quæ expectat. Debent Catholici cognosci ut oves, ubi cognoscunt fide, ad hoc ut tanquàm oves cognoscantur. Sese de salute securos credunt in perniciem, quia credunt quod Judæi, Ethnici, vel hæretici non credunt, fugientes de cœlo illuminationem, thesaurizantes sibi iram in die vindictæ, operantes, quæ aversantur etiam à fide remoti. Hæc est fides? Utique, sed sine forma. Terret fides cadaverica. Fides est qua homo credit, sed non qua creditur homo, nec hominis fides, virtuti operationibus adversis: quandoquidem deturpatur religio, & in templo, quo residet divina majestas, tanquàm in throno.

Templi violatio longè est à fidei assensu.

18 Denique. Templum est, in quo Domini imploramus pro criminibus clementiam, & precibus obtinemus ab illo misericordiam; igitur ibi specialiter adstat divina majestas, ut dispergat largissimè conceptas gratias. Etsi nihil aliud intueremur nisi nostrum commodum, jus erat, circumspectè ingredi cum veneratione in templum: igitur vel stolido dissonat adoriri crimen, ubi criminum pectus præstolatur pietatem: & ita improspectè salutamus limina, & ex prærupto colustramus abdita, emissitiis oculis, auribus ad vana patulis, linguâ effræni, sensuum libertate, audaci fronte; ut Dei meritò commotâ bile, ubi imploranda, & potiunda divina misericordia, ibi inveniamus flagella, atque ex throno inexhaustæ pietatis, pro gratiis descendant implacabiles rigores. Hinc facto sacrilegorum supplicio, dicit in facinus esse motum à zelo. *Zelus domus tuæ comedit me.* Zelus est nimia dilectio, vel summa indignatio: & sumpto verbere pro honore sanctuarii, dicit ductum in supplicium fervore zeli; quoniam vel summus amor recrudescens indignatur, dum majestas divina in sanctuariis proteritur: etenim plectitur uti maxima injuria, templorum irreverentia.

Miserum est, quærere flagella, ubi invenitur à cunctis misericordia.

Vers. 17. *Et indignationem, ubi indulgentia*

Exod. 3. 5. 19 *Solve calceamentum de pedibus tuis*: dicit Dominus Moysi, dum illi in flagranti rubo apparuit. Ad quid ergo? Ut loci ritu pateat religio, uti latè diximus in *Lit.* expositione num. 18. igitur jus erat, quod accederet ad sacra cum summâ humilitate & reverentiâ. Premantur etiam quæ vagæ cogitationes: quandoquidem vel ut Profanus ad *Liviam* vers. 187. canit:

In sanctuario summa fit circumspectio.

Ovid. *Ditque latent templis, neque iniqua ad funera vultus*
Præbent.

DIDASC. VI.

Intra Monasteria sæculi derelicti nec fovenda memoria.

Vita Monachi in claustro felicissima.

1 JUxta collata cœlitùs dona, debent esse grati pectoris obsequia: nullumque majus, quàm esse in littore, dum alii, atque alii summerguntur in mortem absorpti à mari. Dicit vel Ethnicus lib. 2. de *Natur. rer.* à v. 1.

Suave, mari magno, turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem.
Non quia vexari quemquam si jucunda voluptas,
Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suave est.
Suave etiam belli certamina magna tueri, Lucret.
Per campos instructa, tua sine parte pericli.
Sed nihil dulcius est, benè quàm munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena;
Despicere unde queas alios, passimque videre *Et suavissima pœna.*
Errare; atque viam palantis quærere vitæ,
Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctes atque dies niti, præstante labore,
Ad summas emergere opes, rerumque potiri.

En status Religionis: etenim adinstar Christi, in littore stamus, dum discipuli remigant, ut perveniant in littus; in portuque degimus tuti à fluctibus maris sæculi, potientes concepto voto, ubi alii laborant in remigando, turbantibus æquora ventis, atque turbinibus agitatis aquis; è terra aliorum magnum spectantes laborem, & sine sui periculo aspicientes certamen; quippe si aliqui non summersi ab avido pelago, apparent rari nantes in gurgite vasto. Hinc templa possidemus quieta, sapientum constructa doctrinâ: & ut canit, tametsi aliò Virgilius *Eclog.* 4. vers. 26.

Felicitas sæculi laboriosa.

At

Virgil. *At simul heroum laudes, & facta parentis*
Jam legere, & quę sit, poteris cognoscere virtus.

Patula est via, & qua itur ad astra, ac in mundo beatitudine plena: etenim perpetim improbo sed felici labore, debemus ad summas & cœlestes opes emergere, simulque rerum felicitate potiri.

2 Hæc ita, sed si non ita, quid hæc? *Remoti à strepitu populari, à turbis inquietis, à magnis fluctibus sæculi, tanquàm in portu sunt* (inquit Augustinus in *Expos. Psalm. 99.*) *Jam ergo ibi gaudium illud? Jam ibi jubilatio illa, quæ promittitur? Nondum, sed adhuc gemitus, adhuc solicitudo tentationum. Habet enim aliunde & portus aditum. Si nulla ex parte haberet, nulla in eo navis intraret. Oportet ergo, ut ex aliqua parte pateat. Aliquando autem per eam partem, qua patet, ventus irruit, & ubi scopuli non sunt, naves se invicem collisæ confringunt. Ubi ergo securitas, si nec in portu?* Lamentabile prorsùm, concuti in portu, qui immunis in pelago. Verùm quinam hi? Dicit idem de *oper. Monachor.* cap. 22. *Hæc itaque pia ac sancta cogitatio facit, ut etiam tales admittantur, qui nullum afferant mutatæ in melius vitæ documentum. Neque enim apparet, utrum ex proposito servitutis Dei venerint, an vitam inopem & laboriosam fugientes, vacuit pasci, atque vestiri voluerint, & insuper honorari à quibus contemni, conterique consueverant.* Hi sunt scopuli in portu, quippe hìc naves se conterunt mutuò, quoniam non adventant, nisi ut fiant; fugientes illius imitationem, qui semetipsum exinanivit, formam servi accipiens: igitur in portu stant, ut stent, retrahentes corpus à sæculo, & cordibus summersis in profundo mari magno. *Hæc nos fratres charissimi* (dicam ex Gregor. Magn. *Homil.* 1. in *Evang.*) *iccircò dicimus, ut ad cautelæ studium vestræ mentes evigilent, ne securitate torpeant, ne ignorantiâ langueścant; sed semper eas & timor solicitet, & in bono opere solicitudo confirmet.*

3 Per calceamenta, uti vidimus in *Exposit. lit.* num. 14. indicantur bona temporalia: jubeturque Moyses, dum ingreditur desertum, postquàm fugit Ægyptum, deponere calceamenta; quippe hujusmodi bona meliùs relinquuntur deposita, quàm calcata. Calcata ferebat secum: & deponere jubetur, quod ferebat; ut conceptum visionis Dei obtineret propositum: igitur in institutum vitæ novæ atque cœlestis, nihil estò calcatum, ferendum ex temporalibus bonis. Relinquenda sunt omnia in Monastica vita. Renuncian-tur, & nisi deposita, calcata à despectu, nequaquàm derelinquuntur; siquidem bonis calcatis, secum affert, qui relinquit memoriam renunciationis: & quæ victoria, est illecebra; quia vincitur à victoria. Omnia igitur relinquenda, ut perveniat in portum, & collisæ naves in ipso non confringantur. In portu? Utique. *Suscitantur invidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes dissensiones, & inordinationes*: infit Gloriosus Legislator N. Benedictus cap. 65. *Regul. Sanct.* Nil mirum, quòd naves rationales conterantur, dùm in portu hujusmodi invicem ictibus colliduntur. Canit hic Bugnotius:

Istinc invidiæ, lites & jurgia nasci.
Dum grex diversis partibus inde studet.
Hinc animas ad tot syrtes, tot naufraga saxa
Vidimus allidi.

4 Alius etiam est euripus. Aliæ in portu naves patent vacuæ, & aliæ plenæ. Bellum utique oritur necessariò, quippe diversæ in hujusmodi instituto. Periclitantur plenæ, quia in portu implentur, quæ in sæculi pelago erant omninò vacuæ: magis evacuantur, dum implentur; patetque æmulationis causa, quoniam in portu navis inflatur plena, & ubi evacuanda cuncta. Aliæ vacuæ, sed plenæ inæstimabili merce, solùm quia mercibus vacuæ, cæterùm etiam periclitantur, si bona calcata in pelago non deponunt: etenim cùm deprimat renunciationis memoria, quæ non deponitur; navis etiam in portu summergitur: quippe non plenè tuta, ni omninò vacua. In navi Jonæ claret hujusmodi articulus, ut ex somno periculo excitetur Monachus. In illa igitur erant & qui dediti mundo, & qui vocatus à Deo: pavetque pectus, ubi videt quòd hìc, & à Deo vocatus, quæreret navem, non qua in jussa tenderet, sed qua *fugeret*.

5 Innuitur causa recessus, & cordis in fuga intuitus. *Jonas descendit ad interiora navis, & dormiebat sopore gravi.* Perperùm profectò, quòd in interiora recederet, ut dormiret. Debebat ille in recessu Deum orare, vel coadjuvare laborantes in summo vitæ discrimine: ab Ethnicisque reprehenditur, dum ita defes Dei cultor invenitur; quoniam propudiosum, quòd religiosus dormiret in utramque aurem, ubi sæculares laborabant

Augusſt.

Monasterium portus navigantium.

Unde vel hìc periculum?

Idem.

Scopuli in portu qui?

Gregor. M.

Exod. 3. 5.

Bona temporalia meliùs relinquuntur deposita, quàm calcata.

S. Bened.

Gabr. Bug.

Vel sæculi memoria nocet.

Paupertas voluntariæ Monachis commoda.

Anima plena dum vacua, & econtrà?

Jon. 1. 3.

Ibid. v. 5.

Unde constet Monachi vocatio irrita?

bant propter dormientis salutem. Etiam sunt multi vitæ sæcularis, qui habent aliquid de actione virtutis, ut dum ita floret sæcularis inclyta virtus, de oscitantiâ erubescat meritò Monachus: igitur pudere debet, quòd, quia in navi, dormiens quiescat, ubi morte imminente vel sæcularis vigilat. *Miserunt vasa, quæ erant in navi in mare, ut alleviaretur ab eis.* Ibid. Aliqui apud Salinas hìc: *Pretiosiora in mare.* Salin. Etiam pretiosiora? Quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Carpitur negligentia Monachi, à Deo in aliorum prædicationem electi, ubi ethnici cuncta estò pretiosiora in mare projiciunt pro salute animæ. Nota: *ut alleviaretur.* Securior in tempestate navis, si plus habuerit ponderis. Cur ergo exonerant? Haud educunt quæ in reconditis navis erant, sarcinas; sed tantùm saccos impedientes suprà officia, facultatem rudentium, usumque velorum. Quæque erant intrà, omninò necessaria, quæ suprà prorsùs superflua: projiciuntque quantunvis pretiosa in mare; ut discat Jonas, qui religiosus, pericula fugere: quandoquidem inevitabile naufragium, si portatur aliquid à religioso superfluum.

Cuncta post habenda saluti animæ.

Saluti imminet periculum, ubi aliquid portatur à religioso superfluum.

6 Arca Noëmicæ symbolum claret religiosi status, per cujus mores reprehensibilis mundus: huic ergo quod ex aquis naufragium, navi præstabile obsequium; quippe sepulta terrenà machinà, *elevaverunt arcam in sublime à terra.* Genes. 7. 17. Nihil sublime, collocatum in tellure. Nihil magnum, quandiu à Deo vocati, ac in navem admissi, subsidebant ubi cæteri. Patuit: quousque se à terra sejunxit; nec motum habuit, nec versùs cœlum ascendit. Sequuntur inclusi navem, ut ex illorum diligentia cæteri discant anhelare in perfectionem: etenim haud tollerentur in alta, ni tandem tandem removerentur à terra. Ecce in terra manentium & à terra segregatorum discrimen: equidem quod illis naufragium, his juvamen. Haud queratur de persecutionibus natura humana, in malum ex conceptione prona: quippe ex afflictione verberum, ac per fluctus irruentes persecutionum, elevamur in cœlum; & etiam dum ducimur, liberamur à malis, osculatis, quia è cœlo, flagellis: quandoquidem quibus peccatores summerguntur, qui justi in navi elevantur. Ni in aquis multis, periclitantur naves, quoniam aliter exponuntur collisionibus, obviis scopulis, acutis cautibus; faciliùsque paritur victoria ex fluctibus: quos quidem cum ferre non possint sæculares habitantes tellurem, quia fugiunt religionis navem; patiuntur sub aquis pœnas, ubi alii extolluntur super aquas. Illi infrà; qui in navem recluſi, suprà, quia remoti à terra; nacto triumpho, irruente fluctibus cœlo, gravido æthere, ac æquore nube: siquidem dum cogitantur simul cum aliis & summersi & suffocati, à terra sepulta elevantur in sublime.

Navis Noëmica religiosi status.

Genes. 7. 17.

Nulla in illo perfectionis nota, quando non removetur à terra.

Persecutio elevat animam.

Quæ sæculares opprimuntur, Monachi super levantur.

7 Hoc in articulo immorandum, ne Monachi in naufragium ignoremus periculum. Priusquam hi à Deo vocati ingrederentur in concava navis (Religiosi recessus vividi emblematis) dicit Dominus futuro præsidi: *Fac arcam de lignis levigatis: mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecùs, & extrinsecùs.* Cap. 6. 14. Cur autem navis dicitur arca, exponam posteà. Modò disquirendum, ad quid mansiunculæ? Ni fallor, inclusorum consulitur paci. Ibi erant animalia cuncta; sed ibi estò aversa non opposita; & unumquodque in cubile recluditur proprium, ne ex obvio, vel etiam meditato occursu, aliqua detur perturbationis occasio: equidem semper in Monasteriis fructus vigerent pacis, si in propriis singuli remanerent cellulis. Erant ibi volucres, erant serpentes, animalia innoxia homini, erant etiam malæ bestiæ; in quibus omnibus signatur varia hominum indoles, & præsignantur diversissimi mores, quippe Monasterium simile sagenæ in mare missæ, & ex omni genere piscium congreganti. Haud nocet congregationi inæqualitas, etiam in collegio Apostolico fuit Judas. Videsis Augustin. locis præfatis. Unde pro bono pacis, singulis singulæ designantur mansiones; quoniam vagatio promiscua minimè esset diversorum ordo, sed universi deploranda conturbatio.

Si finguli in cellulis, perpet esset in claustro fructus pacis.

Si non ita, quod ordo, ordinis conturbatio.

8 Deinde. Sicut ibi ex omni genere, ita homines intra septa sacri claustri, distributis locis, pro diversis ministeriis, quibus singuli exercentur, ut salutem in navi consequantur; ne pereant qui jam salvi, vulneribus intestinæ discordiæ flatu ambitionis, suggestione æmuli aut lividi pectoris, veneno curiositatis, quo Monachi nullum habent officium, ni inquirere, ac nunciare quid alii faciunt: quapropter in navi, Religionis typo, fiunt man-

Cella erit cœlum, modò unusquisque in ministerium proprium.

mansiunculæ, ut ibi extra chorum pro salute animarum recedant Monachi: igitur cuncta erunt consona, convenientia cuncta, pax plena, & in cella cœlum, si nullus egredi intendit extra ministerium proprium. Vulgò: *No avrá discordia, si no que alguno quiera salir de su esfera.*

9 Ibi ex universo universæ animantes. Unde necesse habitare etiam cum feris, serpentibus virulentis, quasi hominibus pestiferis: quod quidem vel stupidis vel hypocritis, qui se ipsos commendant, est, potiùs videtur esse, incalcabilis anfractus, ne tali consortio crescat ipsorum apparens futilis virtus: igitur etsi perperàm dicere posse cogitant: *Venit princeps hujus mundi & in me non habet quicquam*: cùm Pauli sententia sit: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum.* Quasi illis inesset Martini gratia, qua jurè dicerent diabolo: *Quid adstas cruenta bestia? Nihil in me funestè reperies.* Hi nimirùm sunt falso zelo nubes sine gratiæ aqua, quæ à ventis circunferuntur, & à philautia in perfectionis somniata cacumina elevantur: frequenter in epulis, convivantes sine timore alienis expensis, semetipsos pascentes, parcentes nemini, observatores popinæ, arbores autumnales infructuosæ, sine charitatis radice, bis emortuæ, sibi, quia indulgent, aliis, quia mordent, verbis & verbis feri fluctus effutientes maris, ac despumantes suas in alienis confusiones; quibus in exemplum & supplicium, procella tenebrarum servata est in æternum.

Zelus apparens unde pateat?

Joann. 14. 30. 1. Cor. 4. 4.

Unde spiritus inflati?

Quinam?

10 Modus igitur signatur prudentiæ à Plinio *lib.* 8. *Epist.* 22. *Omnium* (ait) *libidinum servi, sic aliorum vitiis irascuntur, quasi invideant, & gravissimè puniunt, quos maximè imitantur. Ego optimum & emendatissimum existimo, qui cæteris ita ignoscit, tanquàm ipse quotidie peccet; ita peccatis abstinet (tanquàm nemo ei ignoscat.* Ita à Lævin. Torrent. in lib. 1. *Satyr.* 3. *Horatii* vers. 23.) *tanquàm nemini ignoscat. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni vitæ genere teneamus; ut nobiles implacabiles simus, exorabiles istis, etiam qui dare veniam nisi sibi nesciunt: mandemusque memoriæ, quod vir mitissimus, & ob hoc quoque maximus, Thrasea, crebrò dicere solebat: Qui vitia odit, homines odit.*

Qui modus in zelo bono?

Plin.

Detractio specie virtutis.

Cùm tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? Horat.
Evenit, inquirant vitia ut tua rursus & illi.

Qui pridem canit ibid. à vers. 25. Taxet ergo Augustinus audaciam, & det supercilios in humilitatem normam. *Non habes quod in te alius sustineat? Miror, si non est. Sed ecce non sit: eò robustior es, ad cæteros sustinendos, quòd jam non habes, quod in te alii sustineant. Non sustineris, sustine cæteros. Non possum, inquis. Ergo habes quod in te alii sustineant. Sustinentes invicem in dilectione: ait Paulus. Tu deseris res humanas, & segregas te, ut nemo te videat. Cui proderis? Tu ad hoc pervenisses, si nullus tibi profuisset? An quia veloces pedes tibi videris habuisse ad transeundum, præcisurus es pontem? Sustinete invicem in dilectione.* Hæc aurea Augustini verba in *Exposit. Psalm.* 99. Ita igitur cuncta in pacem tenderent, atque in beatitudinem Monachi navigarent, manentibus singulis in cubiculis, expulsis periculis curiositatis, mutato serpentium veneno, ex volantium virtutis alexipharmacho. Videretur hujusmodi dilectione viror calami & junci virtutis, in cubilibus in quibus priùs habitabant dracones: quandoquidem in religionis arca habitat lupus cum agno, pardus cum hœdo, ursus cum vitulo, ut bonorum exercitio pateat æquitas, ferorum fatigetur vel mutetur improbitas; igitur tandem tandem leo sicut bos comedet paleas. Innuit Marius Victor in sua *Genes.* lib. 2. v. 412.

Quæ videtur observantia, est detestanda superbia.

Ephes. 4. 2.

August.

Mala toleranda in sociis.

Cumque triplex spatium discreverit area duplex,
Sic discernantur propriis animantia nidis, Mar. Vict.
Ne videant permista genus, commissaque pugnent.

11 Ulteriùs. Arca, quæ navis, bitumine linietur *intrinsecùs & extrinsecùs.* Uttinde? Sanè, ne summergantur in navigatione. Ubi supr.

——*Calidum bibula spirans compage bitumen*
Exploret, tenues & vestiat undique rimas Idem.
Fusum more cutis.

Succinit idem ibid. vers. 407. Ut aquæ non intrent in interiora navis, sufficit exterius bitumen inhærens adinstar cutis. Curnam introrsùm etiam præcluditur glutine rima? Elucet, quàm aptè navis Religionis, atque Monasterii emblema: igitur tuta in arca navigatio, & exacta in

institutis religio, ubi nil influit sæculi in occlusa Monasteria, & nihil effluit Monachorum extra claustra. Utique notum (utinam præclusum!) Monachos habere exitum, quò sæculares nanciscuntur introitum: non enim alio intuitu claustra ingrediuntur, quàm ut inclusi egrediantur. Mansiunculæ fiunt in hujusmodi arca, ut singuli inclusorum maneant perpetuò in destinatà cellulà. Cæteris non datur locus: & intrinsecùs atque extrinsecùs præcluduntur introitus & exitus; quoniam illicò ut sæculares Monasterii attingunt valvas, necessarium, quòd clausi egrediantur, imò projiciantur foràs. Artes videbimus infrà. Haud aliud intendunt sæculares ingredientes Monasterium, nisi Monachorum exitium: quin hi fatui intelligant pietatis specie, ut supplantent, insidiari.

Nil sæculi claustra, & nil à claustris egredi-atur extra.

Sæculares Monacho-rum sunt in sidiatores.

12 Aliud documentum involvit solicitudo, signatum à Legislatore N. ut Monachi caveant à periculo. *Ne præsumat quisquam* (subdit ubi supr. *cap.* 67.) *aliis referre quæcumque foris Monasterium viderit aut audierit, quia plurima destructio est.* Quid hoc? *Periculum fratrum videntur amare, qui in navim Religionis aquam maris hujus mundi volunt ponere:* inst proposito nostro Humbertus lib. 4. *Instit.* p. 3. cap. 6. Aquam maris vocat & meritò hujusmodi vanum rumorem, quoniam cum notitia infert loquens pectoris amaritudinem. *Per omnia probatur absurdum* (inquit zelo percitus N. Damianus *Opusc.* 49. *cap.* 10.) *ut quod in tabernis consuevit quis eructare caponum, quod passim versatur inter gynæcea textricum, in sanctorum choro locum invenire valeat.* Hi sequuntur aves volantes, obliquis curiositatis desideriis, apertà ab ignavia navis rimulà, ut illam absorbeat aqua: linirique jubetur intrinsecùs & extrinsecùs, ut in arca à naufragio illæsum servetur pectus: igitur paris periculi est, quæ mundi, patere in claustro; ac quæ claustris condita ut abdita, patere mundo; quoniam si intra claustra fœtent facta sæcularium, pejus olent sæculares inter, qui defectus Monachorum. Hæc obiter. Igitur instituto.

S. Bened.

Humb.

Notitia sæcularium Religionis exitium.

Petr. Damian.

Curiositas, observantiæ devenustas.

13 Defenditur navis tam extrà, quàm intrà à lubricitate aquæ, quoniam ab illius integritate pendebant momenta vitæ. Super aquas erat arca, & periclitaretur, modò esset aliquid intrà. Aquæ multæ populi multi, qui sicut aquæ dilabuntur: si non in navim ingrediuntur, illius pondus sustinebunt. Unde si Monachi volunt vehi in sublime super omnia, aquæ inundantis nec guttula: etenim navis Religionis salvabitur, si nihil sæculi in claustra tectis rimulis ingreditur. Etiam guttula nocet, quos à mundo Deus in navim vocatione secluserit. Guttula? Etiam. Quà prima, ingredietur secunda, sicque continuò stillabit; igitur quod semel ingreditur, nunquàm egreditur: quo intuitu intrinsecùs & extrinsecùs arca linitur; quoniam si guttatim levi rimulà influit, tandem tandem cunctos, qui in arca, summerget.

Ut salva sit observantia arca nil fit ex sæculo intrà.

Non subitò, sed paulatim irrepit relaxatio.

14 Quod modò usuvenit in cordibus viventium stabilitate virtutum, ac fluxu pariterque refluxu vitiorum; ut ratio in salutem tenderet, universi cataclysmus præ se tulit. Sæculares in hoc mari magno mundi, instabilis adinstar aquæ, & amaritudinibus ac acore repletæ, nec cymbam habent, qua vel ad horam naufragia vitent. Tabulà fatiscentis corporis per æquora errant, quò fluctus crebris tempestatibus jactant, sensim flante halitu, potiùs, gemitu, aut suspirio miseræ vitę; quantumvis appareant vela turgida mobili flatu fortunæ: igitur sepulchra inveniunt tendentes in portum; quippe in exitu descendunt quasi lapis in profundum. Terram, terreasque voluptates habent pro polo, sidere cœli devio, cujus procul auxilio, fluctibus opprimuntur: seipsos, ne emergant, demergunt; quandoquidem demulsi flatibus prosperitatis, syrtibus in malum victis, infatuati haud tenent cursum, quoniam ipsa tranquilitate propelluntur in naufragium. In Religionis nave aliter cursus dirigitur, & semita in aquis multis ostenditur; quoniam scopus est gloria, & acu nauticà legum indeficiens cynosura, quin vel immineat discrimen proximum, quanvis fluctus turgescant in olympum, aëre vel procellis sereno, mari commotionibus tranquillo, ac ventorum flatu vel ipso typhone prospero.

Sæculares naufragi in profundum descendunt inferni.

Felicitate suffocantur.

Cur securitas in navi religionis etiam commotis procellis?

Navigat interea claustro commissus eunti
Fons vitæ, servatque furens super omnia pontus
Orbis depositum, fido quod tegmine promat,
Cùm pax terrarum reddi sibi debita poscet.

Alc. Avit.

Accinit Avitus in *Genes.* lib. 4. à vers. 510. Navigant igitur mare mundum, ingressi in claustra, sine mundo, & sine mundi memoria; respicientes in cœlo superiorem

rem Helicem inclusos illuminantem, navigantium ductricem, ut perveniant in astra, tellure per procellas oblita. Sine memoria sæculi, quà Numen vocat, quà lumen micat: igitur in hujusmodi navigatione respicientibus cœlum, vel pereuntibus cunctis non est naufragium.

Nulla est procella, ubi gloria cynosura.

15 Scrutemur navis Noëmicæ fabricam, in cordis custodiam & structuram. *Fac* (dicitur illi) *arcam.* Quare dicitur arca, si navis, qua vehendum seminarium totius renovandi orbis? Navis superiùs patet, quia sine tegmine. Arcæ concavum latet, ni aperiatur, quia quod in illa reponitur, studiosè custoditur. Navis ducitur vento: in navi Noë fuit expressa religio: & quæ navis inclusorum efformatur ut arca; ut nil vanitatis sæculi ingrediatur Monasteria. Aliqua arbitror facta foramina, ut halitum reciprocarent pectora; sed in parte superiore, ut vitæ genus ex forma ac loco ibi discerent recluſi. Foramina, & in altum posita: igitur si in refrigerium spiritus efformantur, & angustè halitus per foramina mittuntur; haud ibi habitant, ut respirent intra claustra, sed respiratione difficili ut suspirent in cœlestia: imò in tanta calamitate si refrigerium aliquod, tantùm habeant versùs cœlum. Nequaquàm utique vocationi respondent, qui in cellulas secedunt, ut respirent.

Ubi supr.

Ventus vanitatis nocet navigantibus in cœlum.

Haud secessio in monasterio pro sede, sed pro labore.

16 *Fac arcam.* An tenebricosam? Nullo modo. *Fenestram in arca facies, & in cubitum consummabis summitatem ejus: ostium autem arcæ pones ex latere.* Fenestra quæ ex ingenti mirabili crystalo collocata fuit in tecto, ut astruximus *Tom.* 1. *T.* 5. *D.* 3. *num.* 3. *& in præf. T. D.* 1. *num.* 14. In latere porta, quæ quidem à Domino clausa, sed non fenestra. Ecce in lucem navis forma: sed inquirendum, quare non clauditur fenestra, dum clauditur, imò præcluditur janua? Deinde. Si fenestra elaboratur pro inclusorum illuminatione, etiam lux intromitti quibat è latere: cur igitur si latera proximiora situ, fenestra navis collocatur in tecto? Libitò exponam quæstiones, ut tendamus ultrò in perfectionem virtutis. Clauditur in navi porta, & non clauditur fenestra. Fenestra erat versus cœlum, porta verò versus mundum & naufragum. Vorticibus aquarum inter cunctorum pœnas, erat navis fluctibus vecta, sed elata super aquas: ac in tanta procella, quæ ad sæculum meditanter clauditur porta; quoniam auxilium non

Ibid. v. 16.

Ibid. cap. 7. 16.

Cur in arca ex latere porta, & in tecto fenestra?

Monachi respiciant cœlum, non mundum.

sperandum à sæculo, quod despeximus, sed à cœlo, ob cujus amorem tempestates toleramus.

17 Prætereà. Sicut navim tunc fluctus cataclysmi universalis, ita animam quatiunt insanæ cogitationes.

Non secùs ac navis medio circum æquore, venti
Quam rapiunt, salsis jamque fatiscit aquis.

Alciat.

Canit Alciatus *Embl.* 43. Deprimunt fluitantem crebris turbinibus, concutiunt fluctuum verberibus, quibus tabescit anima continuà furiosà procellà; igitur vita hominis perpes militia, laborante navi cordis in remigando, proximo exitio: quandoquidem ventis solutis per æquora vagis, homines jactati modò ascendunt usque ad cœlos, modò descendunt usque ad abyssos. Unde navis jam in imo fluctu pendet, jam fluctus ad sidera tollit. Modò anchorà spei haud in vagum movetur, fidei cæco pondere vel in lubricis firmatur; modò aliquando vento vanitatis erigitur, & denique vanitas humilitatis saburrà conteritur, & ut fragilis facilè vacillando ducitur & perducitur, quin cognoscat quo ducatur. En humana vita; sed Monachorum tanquàm in præfata arca, in qua patula clara fenestra versus cœlum, modò claudatur porta quæ versus mundum: etenim dum hic in navim mittit fluctibus procellam, versus cœlum & perviam habemus portam.

Vita in claustro quomodò continua contentio?

Aperitur cœliporta, dum mundo claditur janua.

18 Ulteriùs. Mundus navim insequitur & verberibus, fatuus ex more ipsis cogitationibus: igitur si anima dolum cognoscens blandimentis non ducitur; perperàm flagellis in illecebras flectetur. Quid sperandum salutis à mundo, dum ipse totus non immunis à naufragio? Quænam inclusis in navi à naufragis exhibenda; nisi, qua summergeretur protinùs, aqua? Cuncta quæ ex mundi vaferrimi obsequiis, sunt sub obsequii specie persecutiones. Quare dum mundus navigantes persequitur, ostium ad illum, meditanter clauditur; quoniam quandiù mundo claudimus Monachi ostium, versus cœlum habemus undique patulum. Patens videmus æthera, si terram non videmus, quia sepulta. Ex confusione despectus, quia patet dolus, latet mundus sepultus. Hoc sidus Monachus debet prospicere in cursum, si velit declinare naufragium: etenim ostium ubi clauditur, æthera versus ampla fenestra aperitur; quippequàm vel inter procellas in portum perve-

Quàm fallax mundus!

Navigatio fiet prosperè modò Monachus nihil respexerit mundi.

niet quiete, si nil respexerit mundi.

19 Alius latet scopulus, ut collidatur navis, quem enixim vellem patere oculis. Propinqui, amici, parentes, illorum necessitates sunt æstuantis maris pericula, quæ Monachos exturbant ab arca; quin cogitent esse Sirenes, demulcentes corda, ac aures, voce pietatis, simulato dolo, fraudulento artificio. Ubi hujusmodi artes, necessarius Ulysses. Canit Claudius Minos in *Emblem.* 115. Alciat.

Quænam Sirenes in navigatione vocationis?

Illevit cerâ sociorum callidus aures,
Atque suas vinclis præbuit ipse manus.
Transiluit scopulos, & inhospita littora classis:
Illæ præcipites desiluere freto.
Sic blandas vocisque notas, & carmina vicit:
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

Claudius Min.

Vide, si lubet, ampliora apud Homer. *Odyss.* 12. Ovid. lib. 5. *Metam.* fab. 9. Virgil. lib. 5. *Æneid.* Appollon. lib. 4. *Argonaut.* Macrob. lib. 2. in *Somn. Scipionis*, & Natal. Comit. lib. 7. cap. 13. *Mytholog.*

20 Claret, qua sutelà mundus tendit insidias, & etiam quà à fraude patet libertas: igitur prævalet stellionatus, ni vigil pectus, ut minimè vertat cordis lumina in ostium, quod luci clausum. Arcam versùs mundus anxiè vociferabatur, ut in extrema necessitate, ab incluforum necessitudine subveniretur, implorans pietates, exprimens suffocationes, dolorum tot millia cum morte certantium: verùm in arca occluditur etiam pietatis ostium; quoniam idem in auxilium esset aperire portam, ac amittere crudeli pietate vitam. Ad quid igitur fabricata arca, ni clauderetur porta? Pateret simul recluforum naufragium, modò proximorum necessitati pateret ostium. Sinendum est, mortuos sepelire mortuos suos, ne lædant salvos. Ne noceant vocibus Sirenes, obturandæ sunt aures. Melius est, quòd suffocentur, quàm quòd suffocent. Ita parentes, ita amici, ita proximi jacent. Ita aliqui morientes vivunt in necessitate extrema. Verùm à nullo incluforum aperitur navis porta. Nec vertere lumina! Nec posse, ostio clauso, vertere! Summa videtur calamitas. Nequaquàm. Summa est felicitas. Et inter tot labores? Et inter tot anxietates? Utique. Ubi recessus in claustra, quibus sepelitur vita; summa felicitas Monachorum, etiam in summa necessitate parentes, estò afflictos non videre, nec posse, quinimò è navi aversari. Totum brevius dialecto Hispana: *Aun entre tantos ahogos, à los parientes ni verlos.*

Nec parentes in via Dei adversarii, à Monachis videndi.

Nec posse.

21 Liquet, cur clausa porta, restat investigare, cur pervia fenestra, & in tecto collocata?

Desuper ac lateri servetur janua, qua se
Collecta obliquo fastiget machina tecto.

Mar. Vict.

Infit ubi supr. Marius Victor, vers. 405. Quicquid contigit habitantibus in arca, est Monachis clausis æstimabilis doctrina. Quandiu in hujusmodi statu felicitatis vixerimus, minimè spem nostram jus est, hærere mundanis. Mens advolabit fervida in fruitionem cœlestium bonorum, ne anima perpetiatur obruta fluctu naufragium. Si fenestra collocaretur in latere navis, vel incurià vel curiosè perspicuitate crystalli, & transmissione lucis (estò viderint, vel ut viderent reliquorum naufragium) intenderent sanè in mundum: & mundus illorum oculos latet, quia visus etiam transitu nocet. In cœlo collocanda sunt lumina, ut navigatio sit prospera: & fenestra erigitur versus navis fastigium, ut qui in arca vehuntur, respiciant cœlum.

Mundus nocet vel in transitu visus.

22 Aptior videretur collocatio fenestræ à latere arcæ, ut inde viderent mundum, criminum pœnam luentem, Deum etiam supplicio purificantem, & naufragum orbem; ac in pœnis observarent, quomodò plecteret dignatorum tantis charismatibus scelera, qui ita sæcularium puniebat commissa crimina. Ergo crystallus apponatur è latere, ut videant exitium mundi. Nullo modo. Resipiscentia supponit dolum: pœnitentia utique comitatur malum. Felicior navigatio sine criminum cognitione: quoniam in clausura arcæ, cùm æstimabilior, pretiosiorque sit innocens vita, quàm pœnitentia; pulchriùs vivitur, dum peccata ignorantur, quàm ubi flentur. Adinstar crocodili solent esse crimina, quorum nocet vel memoria: igitur aliquando, ut ait August. lib. 2. de *Serm. Domin. in mont*, cap. 12. *Sub nomine servitutis Dei decipiunt*; quoniam interficit fictio lachrymarum, quæ ab oculis & non à corde; maximè amoris proprii, vel artificio, vel fraude, sine discretione, an revocentur in memoriam à pœnitentia, an admittat pœnitentia propter memoriæ blandimina. O Patres spirituales! Quantum virus amore fovet pectus, ni sitis lynces!

Melior est innocens vita, quàm pœnitentia.

Lachrymæ fictæ.

August.

Satiùs est, in religionem vocatos vitia ignorare, quàm flere.

Tractibus anguis inexplicitis

Vi-

Prudent. *Virus inerme pĺger revomit,*
Gramine concolor in viridi.

Adhuc in mundo jacenti inest periculum animæ.

Modulatur Prudentius in *Cathemer.* vers. 411. Unde aptiùs disponitur fenestra crystallina versùs navis cœlum ; quia nec in pœnitentiam inclusi debent respicere in mundum.

Dum vivit Monachus, versus cœlum duntaxàt sit illi exitus.

23 Demùm. Arca est Monasterium quo vehimur in astra, ubi nostra fixa gloria. In claustro collocamur Dei auxilio, dum alii laborant impellentes navem velis & remo. Omnia in arca teguntur, cuncta obturantur : & fenestra tantummodò designatur in tecto arcæ, ut sciamus duntaxàt versùs cœlum exitum habere posse. Jam ostium versùs mundum, voluntati omninò clausum. Respicienda est crystallus, in quam figi debent lumina (quippe nunc videmus per ænigma) igitur per illam à cœlo lux, in eos duntaxàt qui convertuntur ad cor. Nullus respectus in mundum : patefit cœlum. Ad quid alia rima in ambitu navis, quos *incluſit* Dominus, ne egrederentur, *de foris* ? Ergo *pergamus itinera ejus* (inquit Glorioſus Benedictus in *Regul. Sanct. prolog.*) *ut mereamur eum, qui nos vocavit, in regno ſuo videre.* Pergamus itinera, quia meta gloria. Lux habetur in claustro à cœlo, & cœlo propitio. Nihil mundi surrepat, nec memoriâ corda inficiat : igitur dum Monachis in navi religionis, seu cœlo aperitur fenestra, mundo ac ejus memoriæ clauditur janua.

Genes. 7. 16.

S. Bened.

Claudatur mundo janua, dum habetur cœli pervia.

24 O Monache ! Quò respiciunt oculi ? Ubi cor ? *Interroget ſe unuſquiſque, & intelliget, unde ſit* : ait Greg. Magn. Homil. 18. in *Evang.* Ubi desideria ? Sursùm ne corda ? Ubi scopus ? In cœlo, an in mundo ? In gloriam intendunt vanam, vel in gloriam ? Dicent exercitia, ubi hærent lumina. Operibus est credendum : signant ubique propositum. Num simul in claustro, & sæculo ? Num aspectus in arcæ porta, & fenestra ? Num in mari, & in littore cellæ ? Num in littore est periculum, quia voluntarium ? Est exitus in terram, vel in gloriam ? Periclitatur anima ? Minimum nec erit periculum, si in mundo mundi naufragatur memoria. Nil sciat, nisi Deum, quem in pectore portet. Excutiat illicò quod aliunde premit. Audiatur Joan. Paschalius:

Greg. M.

Examen Monachi, ut respondeat observantiæ.

Nil portet mundi.

Præter Alexandrum cum dorſo inſidere tentat
Alter ; Bucephalus reſpuit, atque fremit.
Nec ſua qui ſacris devovit tempora clauſtris,
Excepto, nulli ſerviat ipſe, Deo.

Joan. Pasc.



TAU-

TAUTOLOGIA SEXTA.

EGO SUM QUI SUM.

Exod. 3. vers. 14.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 UID ergo dicemus ad hæc? Sententia plana, sed intelligentia abscondita. Optimè Augustinus in libell. super hæc verba ad calcem *Tom. 6.* inquit: *Magna quidem sunt tanquàm involucra mysteriorum Dei: quæ si congruenter, & sufficienter conemur evolvere, nec vires, nec tempus sufficient. Quod ergo breviter possumus dicere, non frustrà, non inaniter, non sine alicujus significatione secreti in rubo flamma erat, & rubus non cremabatur.* Ideo signum præmisit ignis in insigne majestatis, ut diximus *Tautolog.* 4. n. 1. Emphatica est hujusmodi propositio; hinc profundissima, mysteriis fœta, qua Deus incognitus suum esse Moysi expresit, & perspicujùs, quàm aliis in locis, ubi, uti videbimus, de se dicit: *Ego ego: ego ipse:* & alii de illo: *Tu autem idem ipse es.*

August.

2 Quod primò occurrit discutiendum, est; Cur qui dixerat v. *6. Ego sum Deus patris tui Deus Abraham, Deus Isaäc, & Deus Jacob*; profert modò: *Ego sum quì sum*? Plenè Augustinus ubi dudùm respondet: *Cùm ergo sit hoc nomen æternitatis; plus est, quòd dignatus est habere nomen misericordiæ. Ego sum Deus Abraham* &c. *Illud in se, hoc ad nos. Si enim hoc solùm esse vellet, quod est in se; quid essemus nos? Si intellexit, imò quia intellexit Moyses, cùm ei diceretur: Ego sum qui sum: Qui est, misit me: multum hoc credidit esse ad homines: multùm hoc vidit distare ab hominibus::. Ego sum Deus Abraham, Isaäc, & Jacob. Sic sum, quod sum, sic sum ipsum esse; sic sum cum ipso esse, ut nolim hominibus deesse. Si quo modo possumus Dominum quærere, & investigare eum, qui est, & quidem non longè positum ab unoquoque nostrum: In ipso vivimus, & movemur & sumus; laudemus ergo ineffabiliter ejus essentiam, & amemus misericordiam.* Hæc Augustinus, quo magistro & duce è profundo emergemus Tautologiæ.

Quare Deus qui per se est, diffinitur per ordinem ad creaturas?

Idem.

3 Aliqui arbitrati sunt, cùm v. 15. dicatur: *Hoc nomen mihi est in æternum*: scilicèt *Dominus Deus*: Hebr. *Jehova Elohim*; expressam fuisse unitatem essentiæ, & trinitatem personarum: igitur *Jehova* nomen est naturæ; & *Elohim* pluralitatem signat, q. d. *Dominus-Judices. Non enim facilè nomen, quod tantæ excellentiæ conveniat, potest inveniri, nisi quòd melius ita dicitur: Trinitas hæc, unus Deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ita Pater & Filius & Spiritus Sanctus, & singulus quisque horum Deus, & simul omnes unus Deus, & singulus quisque horum plena substantia, & simul omnes una substantia. Pater nec Filius est, neque Spiritus-Sanctus: Filius nec Pater est, neque Spiritus-Sanctus: Spiritus-Sanctus nec Pater est, nec Filius; sed Pater tantùm Pater, & Filius tantùm Filius, & Spiritus-Sanctus tantùm Spiritus-Sanctus. Eadem tribus æternitas, eadem incommutabilitas, eadem majestas, eadem potestas::. Si illud est ineffabile, quod dici non potest, non est inneffabile, quod ineffabile dici potest* &c. inquit Augustinus lib. 1. de *Doctr. Christian.* cap. 5. & 6. N. Hildebertus in Poëmate de *Trinit.* eleganter accinit:

Umbra SS. Trinitatis.

Idem.

Pater alter, sed gignendo. Natus alter, sed nascendo.
Flamen, ab his procedendo. Tres in unum subsistendo.
Quisquis horum plenè Theus: cæterùm non Dii, sed Deus.

In

In Deo vero quod amamus, unum & tres adoramus,
Et usiæ comitatem, personarum trinitatem,
Unaquæque semper ipsa: sic est constans atque fixa;
Ut nec in se varietur, neque in ullam transmutetur. Hildebert.

Ægyptii per Sphæram alatam serpentinam, quam dicebant *Hemphtham* Numen, Athanasiusque Kircherus lib. 5. *Obelisc. Pamph.* cap. 3. *hierogrammatism.* 1 *Ali-sphæro-serpentiformem* appellat, signabant in Deo hipostaseon trinitatem, de quo vide ipsum ibid. & cap. seqq. etiam Cyrillum Alex. lib. 1. *Contr. Julian.* *Symbolum ejus apud Ægyptios.*

4 Difficile sanè dicere, quid sit Deus; cùm ut canit Manilius lib. 4. *Astron.* v. 439. *Ostendisse Deum nimis est.* Ideo Moyses, audiens Deum ibi adesse, abscondit faciem suam, & deponere calceamenta jubetur, quasi involucra futilium curiosarum cogitationum hominis, & exui ratiuncularum & argumentorum modulis, figuris, & formulis, quibus è terrâ, lutoque sumptis cœlestia, divinaque calcere conamur. *Difficile dicere, quid sit Deus.* Manil.

Quisve valet verbis tantùm, qui fundere laudes
Pro meritis ejus possit, qui talia nobis
Pectore parta suo, quæsitaque præmia liquit?
Nemo (ut opinor) erit mortali corpore cretus. Lucret.
Nam si, ut ipsa petit majestas cognita rerum,
Dicendum est; Deus ipse fuit: Deus, inclute Memmi,
Qui princeps vitæ rationem invenit eam, quæ
Nunc appellatur sapientia &c.

Accinit Lucretius lib. 5. de *Rer. natur.* à v. 3. Hinc Ægyptii Conditorem mundi, Jovem humanâ figurâ pingebant, pennam in vertice habentem, eò quòd inventu esset difficilis, maximè à cogitationibus humanis. In templo Ægypti magni Ammonis vel Amun (idest, absconditi) pingebatur Minerva (idest, Sapientia) cum hac epigraphe: *Ego lux lucis, splendor Solis, sum quod fuit, quod est, quod futurum est, velum meum nemo unquàm revelavit*: igitur peplo, seu flammeo obvoluta facies, ut asserunt Lil. Girald. *Syntagm.* 11. Plutarch. de *Isid.* Eugubinus lib. 3. de *Perenn. Philosoph.* Etiam in introitu templi erat Harpocratis imago loto insidentis, & labra prementis. *Harpocrates mundum notat divinitate plenum (Jovis enim omnia plena, teste poëta) labra premendo, silentium indicit; ut monstret, arcana hujus emphychoseos* (immutabilitatis) *sacramenta altò silentio supprimenda*: subdit Kircher. ubi supr. *Caput Jovis pennatum, ad quid? Imago Minervæ.* Girald. Plutarch. Eugubin. *Harpocratis* Kircher. *Deus silentio signatur*

5 Unde, ubi Act. 7. 43. *Sidus Dei vestri Rempham*, de quo locuti sumus *Tautolog.* 4. n. 50. à Theodotione dicitur: *Obscuritatem.* Ab Oecumen. *Obscuritatem & tenebras*: siquidem Deus ad comprehensionem humanam amicitur lumine, sicut vestimento, cujus sub pedibus immensa caligo: originem habent tenebræ subtilitatis hominis à copia luminis divinitatis. Habitat lucem inaccessibilem. Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus. Vel Paulus illuminatus cognoscit ex parte, & asserit vidisse, quæ non licet homini loqui. Etiam Ethnicus astruit Deum Judæorum esse incertum, idest, ineffabilem. *Dedita sacris incerti Judæa Dei*: canit Lucanus lib. 7. *Phars. bell.* v. 593. & de Athenienses dicitur Act. 17. 23. aram struxisse *Ignoto Deo.* Deo scilicèt, Hebræorum: de quo consule P. Comest. Lorinum, Sanctium & Alapid. hìc. Jurè Simonides interrogatus à Hierone tyranno, quid esset Deus, postquàm petiit in deliberationem biduum, quatriduum; pòst, duplicatum numerum, quousque tyrannum tæderet moræ; respondit: *Quòd quantò inquisitio tardior, tantò veritas obscurior.* Ita Minutius Felix in *Octavio*, & Alapid. in illud *Eccli.* 18. 6. *Cùm consummaverit homo, tunc incipiet.* Eodem intuitu à Græcis figurabatur in circulo: eò quòd seipsum intelligens, in orbem quodammodò torqueretur semper idem, ut dicit Vincent. Chartarius in *Jove*, fol. 99. & Q. Calaber lib. 2. *Homer. paralip.* ait: *In divino circulo, quem indefesso Soli, Jupiter cursum præbuit, in quo omnia & vivunt & moriuntur, ævo indesinenter per dies circumacto.* Indicat ipse cùm dicit: *Qui est, misit* &c. ubi Bernardus de *Consid. ad Eugen.* lib. 5. cap. 6. infit: *QUI EST. Hoc ipse de se voluit responderi, hoc docuit, dicente Moyse ad populum QUI EST misit me ad vos. Meritò quidem. Nil competentius æternitati, quæ Deus est. Si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quicquid tale de Deo dixeris; in hoc verbo instauratur, quòd est, EST. Nempè, hoc est ei esse, quòd hæc omnia esse. Si & centum alia addas, non recessisti ab esse. Si ea dixeris, nihil addidisti: si non dixeris, nihil minuisti. Si vidisti hoc tam singulare, tam summum esse; nonne in comparatione hujus, quicquid hoc non est, judi-* Theodor. Oecum. Lucan. *Deus ineffabilis, & ignotus.* *Quò clarior obscurior.* Minut. *Figuratus in circulo.* Chartar. Bernard.

dicas potiùs non eſſe, quàm eſſe? Quid Deus? Sine quo nihil eſt. Tam nihil eſſe ſine ipſo, quàm nec ipſe ſine ſe poteſt.

6 Aſtipulantur congeneres Tautologiæ, ut cùm dicitur Iſai.48.15-51.12. & Oſe. 5. 14. *Ego ego.* Ibid. 11. 9. *Deus ego, & non homo.* Iſai.31. 3. *Ægyptus homo, & non Deus.* Ezech. 28. 2. & 9. de Principe Tyri: *Cùm ſis homo & non Deus.* Eccli.2.22.*In manus Domini & non in manus hominum.* Hebr.8. 2.*Tabernaculi veri, quod fixit Dominus & non homo.* Denique 1. Joann.1.5. *Deus lux eſt & tenebræ in eo non ſunt ullæ.* Quid ergo his modis loquendi exprimi intendatur, expoſitâ principali auctoritate, clarebit.

Pleonaſmi affines.

Prima expoſit.

7 *Ego ſum qui ſum.* Nihil eſt præter me. *Ipſe ſolus eſt*: ait Jobus 23. 13. Creatura nihil. *Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei*: ait Iſaias 40. 17. Modificatio exprimit eſſe, à quo omne eſſe, & eſſe creaturarum reſpectivè. Rhetoricè omnia poſſunt dici perfecta in imperfectâ ſubſtantiâ: igitur exiſtunt & non ſunt, quia ſemper ſunt in fieri propter intimam neceſſariam dependentiam. Deus non fit, ſed eſt, eſſentia eſt, & eſſe quod eſt. Unde idem 41. 24. *Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non eſt.* Vel Ethnici cognoverunt. Plautus in *Perſa*, Act. 3. ſcen. 1. v. 26. *Non ſum, neque me eſſe arbitror.* In *Rudent.* Act. 1. ſcen. 2. v. 66. *Homunculi quanti eſtis!* Euripid. in *Hecuba*, v. 971. *Cùm ſim, ubi nunc ſum*: clauditque fulcrum cogitationis in *Alceſt.* v. 528. *Non amplius eſt. Aliquid intereſſe exiſtimatur inter eſſe, & non eſſe.* Aptè cuncta vel dum ſunt, non ſunt. Ideo Medea apud ipſum, v. 889. dixit: *Sumus quod ſumus*: hoc eſt, nihil ſumus. Nulla ſimplex exiſtere valet creatura. Cunctarum collectio unico nequit indigitari termino: increata verò quidditas, utpotè ipſa ſimplicitas, ſignatur ab ipſo unico indiviſibili ſimpliciſsimo prædicato, cæteris rebus incommunicabili, ex quo omnimoda perfectio. Unde hoc eſſe eſt eſſe, ſeu eſſentia, non tantùm exiſtere, ſed eſſe; quia eſſe habet à ſe. *Dominus Deus*: dicit. Priùs *Deus* v.6. modò Tetragrammaton: *Jehova Elohenu*, ideſt Dominus Deus. Expreſsit per nomen, quod priùs per verbum. *Priùs reſponderat quoad rem ſignificatam, nunc reſpondet quoad ipſum nomen*: inquit hìc Cajetanus. *Ipſe ſolus eſt, qui ſuum ipſius eſt* (ſubdit Bernardus ubi ſupr. cap.6. n. 1.) *& omnium eſſe. Principium eſt. Multa in rebus dicuntur principia, ſed reſpectu poſteriorum. Quamobrem ſi quæras, verum ſimplexque principium; invenias, oportet, quod principium non habuerit:.. Verum ergo principium nequaquàm cœpit, ſed totum ab ipſo cœpit.* Audias Ovven. *lib.* 3. *Epigr.* 1.

Quomodò quę creata non eſſe dicuntur.

Iſai.

Secund. expoſit.

Verſ. 15.

Cajet.

Bernard.

Deus ſolus eſt.

Principium Deus ipſum: in principio Deus ipſo,
Et poſt principium, principioque prius.
Principium ſine principio eſt: à principio iſto.
Principium capiunt omnia principia.

Ovven.

Tertia expoſit.

Principium eſt ſine principio, ſine fine finis, ſine qualitate bonus, ſine quantitate magnus, qui eſt ubique ſine loco, ſine tempore ſemper vel in tempore, immobilis abſque ſtatu, velox ſine motu, ſine partibus totus, immutabilis mutans cuncta, ſine labore regens, ſine diſpendio creator, dies ſine nocte, ſol ſine occaſu, cujus velle potentia, cujus poſſe voluntas. Mens, lux, vis, & voluptas immenſa, intra omnia omnis, extra omnia omnis: intra omnia, non incluſus in illis: extra omnia non excluſus ab illis. Aptiùs floridiùſque modulatur Hildebertus ubi ſupr.

Cujus virtus totum poſſe, cujus ſenſus totum noſſe,
Cujus eſſe ſummum bonum, cujus opus quicquid bonum,
Super cuncta, ſubter cuncta, extra cuncta & intra cuncta,
Subter cuncta haud humiliatus, ſuper cuncta nec elatus,
Intra cuncta nec incluſus, extra cuncta nec excluſus:
Super totus præſidendo, ſubter totus ſuſtinendo,
Extra totus complectendo, intra totus perficiendo:
Intra nuſquàm coärctaris, extra nuſquàm dilataris,
Subter nullo fatigaris, ſuper nullo ſuſtentaris:
Mundum movens non moveris, locum tenens non teneris,
Cuncta mutans non mutaris, locum habens non locaris,
Vis externa vel neceſſe non alternat tuum eſſe,
Heri noſtrum, cras & pridem, ſemper tibi nunc & idem.

Hildebert.

Quarta expoſit.

8 Hìc demonſtratur quid ſit, quod verè eſt; quod natura ſua, ſcilicèt, eſt. Claret

etiam

etiam quid, cùm sit, non sit, & esse per existentiam videtur; igitur per se vel per naturam suam minimè subsistere valet, cùm nihil sit absque participatione veri entis, scilicèt, increati, quod profectò semper se habet, utpotè à se. *Ipse enim est necessitas sua*: dixit vel Ethnicus lib. 1. *qq. natur.* in *Præf.* Nunquàm augetur, nec minuitur, æqualis ad omnem mutationem tam in bono, quàm in malo; tam ad pejus, quàm ad melius. Pejus ibi non est, quoniam ad illum non accedit malum. Melius verò inveniri non potest. Solus est, qui nullo indiget, & à quo bona cuncta procedunt. Meritò per umbram in templo Delphico duæ inscriptiones erant, queis cognosceretur, quid Deus, & quid homines. Prima de Deo *Tu es*: Secunda ad hominem, *Nosce teipsum*, uti refert Plutarchus in *Iside*, & *Osirid.* & ex illo Eusebius de *Præpar. Evang.* lib. 11. cap. 7. De secunda agemus *Tautolog.* 9. n. 15. interim vide, si placet, Claudium Minoën in *Embl.* 187. Alciat. De primâ modò, esto brevi. *Tu es*, Deo verè & jurè dicitur, cui plena & soli divinitatis possessio. *Nosce te* ad hominem dirigitur, ut pateat discrimen inter Deum & hominem, qui quidem vel existendo non est, sed existentiâ mutatur, fluit, & defluit. In imagine pertransit homo, Deus autem immutabilis. *Tu autem idem ipse es*: de quo infra n. 22. Comprehendit totum Petrus illâ emphasi, dum se cognoscens, & eum qui ejus conabatur lavare pedes; exclamavit: *Tu mihi!* Joan. 13. 6. q. d. Quis ego? Quis tu & quantus? Tu mihi! Tu? Aliqua diximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 3. D. 2. n. 9.

Est necessitas sua. Senec. Plutarch. *Inscriptiones de cognitione Dei & hominis.* *Humilitas Petri ex humilitate Christi.* Joann.

9 Deus est, cui esse necessariò & essentialiter competit, & in quo tanquàm in principio essendi, & pelago essentiæ immenso & illimitato omne aliarum esse continetur. Cætera sunt participatio entis, ens verò verè ens nullius est participatio. Consule Dionysium de *Div. nominib.* cap. 5. & audi Bernard. ubi supr. num. 2. *Quid est Deus? Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ex quo omnia: creabiliter, non seminaliter. Per quem omnia: ne alium auctorem, atque alium opificem arbitreris. In quo omnia: non quasi in loco, sed quasi in virtute. Ex quo omnia, tanquàm uno principio auctore omnium. Per quem omnia, ne alterum inducatur principium artifex. In quo omnia, ne tertium inducatur, locus. Ex quo omnia, non de quo, quia non est materia Deus. Ipse per se. Omnis creatura* (ait Gregorius Magnus lib. 5. *Moral.* cap. 25.) *quia ex nihilo facta est, & per semetipsam ad nihilum tendit, non stare debet, sed defluere::. Stare ergo solius Creatoris est, per quem cuncta non transeuntem transeunt, & in quo aliqua, ne transeant, retinentur.* Quomodò autem cuncta in ipso vel transeuntia vel æterna, & ipse in cunctis sine mutabilitate, argutè, egregiè, germanè, comptè atque feliciter innuit ibid. lib. 2. cap. 8. *Ipse manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse super omnia, ipse infra omnia, & superior est per potentiam, & inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem: sursum regens, deorsùm continens, extrà circundans, interiùs penetrans. Nec alia ex parte superior, alia inferior, aut aliâ ex parte exterior, atque aliâ manet interior; sed unus, idemque totus ubique præsidendo sustinens, sustinendo præsidens, circundando penetrans, penetrando circundans: unde superiùs præsidens, inde inferiùs sustinens, & unde exteriùs ambiens, inde interiùs replens, sine inquietudine superiùs regens, sine labore inferiùs sustinens, interiùs sine extenuatione penetrans, exteriùs sine extensione circundans. Est itaque inferior & superior sine loco, est amplior sine latitudine, est subtilior sine extenuatioue.* Veræ aureæ gnomæ. Accinit Mantuanus in *Carm.* de Deo:

Quinta expositio. Bernard. Greg. M. *Quomodò cuncta in Deo, & Deus in cunctis?* Idem.

Cuncta Deus replet, Deus est suprà, Deus est infrà,
Ætherios orbes habitat sub sole, sub aura,
Sub tellure latens, sub Dite, sub æquoris unda:
Omnia plena Deo.

Mantuan.

10 Sicut Dei esse est immutabile & æternum, ita quæ non sunt ille (siquidem ex se nil sunt, & sine illo nunquàm & nusquàm essent, & cùm esse acciperent, ni conservaret Deus, in esse non permanerent) potiùs dicenda non esse, quàm esse: etenim licèt sit, tamen non habent omne esse, sed aliquod tantùm valde exile, flaccidum, & crebris, imò instantaneis mutationibus obnoxium. *Corrumpitur enim juvenis in virum, vir in senem, puer in juvenem, infans in puerum; & qui heri fuit, in eum qui est hodie, quique hodie est, in crastinum. Manet autem nullus idem*: ait Eusebius ubi supr. *Deus* verò, ut Dionysius cap. 5. de *Div. nomin.* ait, *est ævum ævorum, rex sæculorum, quia ipse est esse existentibus, & ipsum esse existentium, & existens ante*

Sexta expositio. *Homo nunquàm in eodem statu permanet.* Euseb. Dionys.

sæcula. Unde Joann. Apoc. 1. 8. dicit: *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis: dicit*
Apoc. 1. 8. *Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est.* Involucrum totius entis, de quo quasi de fonte inexhausto, quicquid est, fluit: est enim pelagus essentiæ immensum & sine limite, etiam fingente cogitatione, cui præteritum non abit, nec futurum subit. Ipse ante omnia, post omnia, totus, unus, ipse. Ideo juxta lectionem
Cajetan. Hebræam, Leonardi Marii, Cajetani & aliorum, pro *Ego sum, qui sum*: *Qui est misit me*, promitur: *Ego ero, qui ero*: *Qui ero misit me*. Nulla igitur creatura potest dicere, *Ero*: solus Deus potest, quia perseverat in esse, & quia ex se illi convenit in esse persistere. Jurè sanè dicitur 2. Reg. 7. 22. *Non est Deus extra te.*

1. Joan. 1. 5. 11 Intelliges modò celebre Joannis testimonium. *Deus* (ait) *lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.* Variè & syncerè delicabo. Quomodò Deus sit lux formalis,
Sept. expos. idealis, causalis & supernaturalis, vide apud Dionys. de *Div. nomin.* cap. 2. 4. & 7. Deus enim vocatur lux, sicut vocatur ens: etenim licèt cuncta sint ens, quia creata diminuta & limitata, non dicuntur entia. Pariter Deus dicitur lux, haud quia alii non sint lux, cùm de Angelis proferatur, *Job.* 38. 7. & de Apostolis, *Matth.* 5. 14. sed quia cùm participent lucem, respectu lucis increatæ nec lucis nomen merentur.
Joan. 1. De Baptistâ dicit Assertor N. Joan. 5. 35. *Ille erat lucerna ardens & lucens*: & cap. 1. 8. Evangelista de illo verè dicit: *Non erat ille lux.* Haud quia non esset, sed quoniam respectu Verbi Dei (vel hominis facti, luminis de lumine, Dei veri de Deo Patre)
Quomodò justi filii & non filii Dei; lux & non lux? quod quidem erat lux per essentiam, sicut ens, igitur essentiale esse, æternum, immensum, interminabile, & fons entitatis, à quo esse exhauriunt cuncta; nec nomen lucis sortiri quibat. Erat Christus prima & unica lux increata essentialiter: longè Baptista; quia fuit homo, estò missus à Deo. Hinc Christus dicitur *Lux vera*: Joann. 1. 9. nequaquàm, quia falsa cætera lumina, ut diximus. Ita Matth. 27. 57. *Verè filius Dei erat iste*: non quia, qui per adoptionem filii Dei sumus, ficti filii Dei aut fictè simus; sed quia Christus unicus filius naturalis Dei. Deus ergo est lux per essentiam, quia actus purus, simplicissimus, & sine commistione tenebrarum: idest, absque ulla imperfectione, compositione, aut potentialitate.

12 *Tenebræ in eo non sunt ullæ.* Nullà caret perfectione, totus purissimus simpliciter actus. Nulla in esse est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Est qui ab
Cur dum significantur lumina, non significantur sine tenebris? æterno fuit: est qui est, & erit; & erit qui erit, quod de nulla re creata, tametsi perfectissimâ, verificari potest. Res quæ actus quidem sunt, sed non purus, lucent tantùm, non etiam lux sunt: divina autem essentia, cùm actus purus sit, lux est. Vide Angeli-
D. Thom. cum Magistr. in *Tim.* 6. vers. 7. & 8. in *Joann.* 1. 23. & nervosè ibid. in cap. 8. 12. Hinc cùm de aliis dicitur, quod lux sint, non additur: *tenebræ in eis non sunt*; vel quia aliquà sorde maculantur, vel quia naturali imperfectione subsistunt, utpotè res creatæ. De hoc nobis sermo *Tom.* 5. *Tautol.* 11. Frequens est in Scriptura hujusmodi stylus, & antitheses lucis & tenebrarum. Præter testimonia Tautologias componentia, de quibus suo loco *Tom.* 6. *Tautolog.* 9. Job. 38. 19. dicitur: *In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit.* Isai. 9. 2. *Qui ambulabat in tenebris, vidit lucem.* Joan. 8. 12. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris.* Ephes. 5. 8. *Eratis tenebræ, nunc autem lux in Domino.* 1. Thessal. 5. 5. *Filii lucis estis & filii diei: non sumus noctis neque tenebrarum.* 2. Cor. 6. 14. *Quæ societas luci ad tenebras?* Act. 26. 18. *Ut convertantur à tenebris ad lucem.* Sic alia.

Lux pro veritate, tenebræ pro errore. 13 Ista profectò exhibui, quia in his fulcrum sequentis expositionis. Lux in Scriptura usurpatur crebrò pro veritate, & tenebræ pro falsitate & errore. Intentum Evangelistæ erat conversio hominum ad Deum, qui filium suum misit, ut illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc prædicabat, & ita scribit: *Hæc est annunciatio, quam audivimus ab eo, & anunciamus vobis: Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.* Lux est: idest, verax est, & prima veritas, non potest fallere, nec falli; at homines, quia homines, utriusque capaces sunt, ut videtur (proh dolor!) usquequaque, uti ait Apostolus ad *Ephes.* 4. 17. 18. & latè ad *Rom.* 1. Unde, quia fides vera (uti mysteria revelata à Deo) expulsis erroribus, ait Paulus ibid. cap. 13. 12. *Nox præcessit, dies autem appropinquavit: abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Ita Joannes ejusdem Epistolæ cap. 2. 8. *Tenebræ transierunt* (idest, errores, falsitates) *& verum lumen* (fides Christi) *jam lucet.*

Tenebræ pro peccato. 14 Aliter accipe usurpatione tenebrarum pro peccato, & lucis pro veritate, quo sensu exponenda testimonia præfata num. 12. Unde *Deus lux est*: hoc est, non Deus

vo-

volens iniquitatem. Haud *Deus non volens iniquitatem*: ſed præpoſitâ negatione, *Non Deus volens iniquitatem*: quia Deus non eſſet, nec lux, nec verax, modo iniquitatem poſſet velle. Quare Joannes poſt expoſita ſubdit v.6. *Si dixerimus, quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris* (peccatorum) *ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus*: hoc eſt, lucem non habemus. Non poſſumus eſſe in Deo, qui lux eſt, cum peccatis, qui tenebræ ſunt. Cogitationi germanæ ſenſui aſtipulatur cap. 2. 6. dicens: *Qui dicit ſe in ipſo manere; debet ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare.* Et à v. 9. *Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt uſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet: qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat, quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus.* Vide perſpicuè, tenebras accipi pro peccatis. Proinde quia Chriſtus erat in carne peccati, de illo dicit Joannes cap. 1. 5. *Lux in tenebris lucet*: at quia in carne peccati peccatum non novit, ſubdit: *& tenebræ eam non comprehenderunt.*

Pſal. 5. 5.

Lux pro gratia juſtificante.

1. Joan. 2.

15 Vel poteſt dici, Deum eſſe lucem ſine tenebris, quia omnimodà gaudet felicitate, & in quo plena beatitudo noſtra. Per carentiam lucis, ſeu tenebras infelicitas deſcribitur, ut crebrò in Bibl. *Iſai. 9. 2. Luc. 1. 79. & Tob. 5. 12. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video?* Etiam apud Profanos. Euripides in *Hecub.* verſ. 1213. *Veniſti ad nos, ſed non ampliùs eramus in luce.* Sophocles in *Electr.* verſ. 380. *Ubi nunquàm Solis lumen intueberis, vivens autem in tenebroſo tecto, terram hanc extra cantabis mala.* Quod ſæpe iterat in aliis Tragœd. Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 92. & Ovidius lib. 2. *Metamorph.* fab. 5.

Lux pro felicitate, tenebræ contrà.

Euripid.

Sophocl.

Afflictus vitam in tenebris, luctuque trahebam.
Tali dicentem circumſtant omnia ſolem
Numina, nevè velit tenebras indicere terris,
Ipſe ſui decoris (expers) *quales cum deficit orbi*
Eſſe ſolet, lucemque odit, ſeque ipſe, diemque.

Virgil.
Ovid.

Deus pelagus eſt gaudii. Speculativè cogitamus, & per fidem cognoſcimus; quoniam nec oculus vidit, nec auris audivit, & Deum nemo vidit unquàm. Sicut tenebræ impediunt viſum, ita noſtra conditio ſine lumine gloriæ, quo illuſtretur intellectus, ut torrente voluptatis potetur anima. Poſuit Deus tenebras latibulum ſuum, & dicitur ab Iſai. 45. 15. *Verè tu es Deus abſconditus.* Unde Dionyſius lucem inacceſsibilem vocat *Caliginem divinam*, Epiſt. 5. & 3. *Reg.* 8. 11. gloria Domini vocatur nebula. *Deus ſummum & inacceſsibile lumen eſt, quod nec mente percipi, nec verbis explicari poteſt, naturam omnem, ratione præditam, illuminans: hoc in intelligibilibus, quod Sol in ſenſibilibus*, &c. ait Gregor. Nazianz. *Orat.* 40. Hæccine cogitavi, elige quod volueris: mihi næ magis arridet acceptio lucis pro eſſe perfectiſsimo, quia reliqua lucida poſſunt dici, ſed non lux; quoniam in illis (quia illa, & non ille, à quo & per quem illa) inſunt tenebræ, uti in corporibus lucidis videntur quædam opaca, nimirùm in cœlo, aſtris, cryſtallo, aëre & aquâ: quin etiam aliquibus placet, Chriſtum ſecundùm animam & lumen gloriæ finitum, non ſine tenebris eſſe, hoc eſt, non ſine limitatione atque obſcuritate: quod profectò nequit imperfectio cenſeri, quoniam ſequitur neceſſariò rei creatæ naturalem conditionem. Non ita Deus qui eſſentialiter lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ.

Lux pro gaudio & gloriâ.

Iſai. 45.

Lux Dei caligo nobis.

Dionyſ.

Greg. Nazianz.

Lux ſine tenebris pro eſſe ſine imperfectione.

16 Hoc eſt Deus, & ab æterno eſt quod eſt, & erit; ita ut vel cogitando ſeorſim noſtro modo æternitatem & Deum (qui eſt ipſa æternitas) Deus eſt ante æternitatem, ut dicitur Michææ 5. 2. *Egreſſus ejus ab initio, à diebus æternitatis.* Et Eccli. 24. 14. *Ab initio, & ante ſæcula*: & ſimiliter à parte poſt, Exod. 15. 18. dicitur: *Dominus regnabit in æternum & ultrà.* Nota eſt amplificationis, cùm aliquid additur ultrà ſummum. Æternitas eſt menſura infiniti eſſe, per ſe permanentis: *Eſſe autem quod menſurat æternitas, nec eſt mutabile, nec mutabilitati adjunctum. Sic ergo tempus habet prius & poſterius, ævum autem non habet in ſe prius & poſterius; ſed ei conjungi poſſunt: æternitas autem non habet prius neque poſterius, neque ea compatitur.* Ita Angel. Doct. 1. p. q. 10. art. 5. in corp. Propterea Auguſtinus libell. ſuper hæc verba, jam cit. ſubdit: *Eſſe nomen eſt incommutabilitatis. Omnia quæ mutantur deſinunt eſſe, quod erant, & incipiunt eſſe quod non erant. Eſſe verum, eſſe ſyncerum, eſſe germanum non habet niſi qui non mutatur. Ille habet eſſe cui dicitur: Mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es. Quid eſt, Ego ſum qui ſum, niſi mutari non poſſum? Nul-*

Octav. exi poſit.

Diſcrimen temporis, ævi & æternitatis.

D. Thom.

Auguſtin.

la creatura, non cœlum, non terra, non Angelus, non Virtus, non Sedes (ideſt Throni) *non Dominationes, non Poteſtates.*

Zarrag. Rab. Haccad. & Moſes.

17 Hoc eſſe exprimitur per nomen tetragrammaton, ſeu quadriliterum *Jehova*. Haud quod ſit nomen (ut delirat Franc. Ignatius de Zarraga in *Splendor. matut. ſcintil.* 4. & Rab. Haccados in lib. de *Revelatore. arcanor.* quem ſequitur Rab. Moſes in *More*) quod proprium ſit Dei, ipſiſsimum increatæ ſubſtantiæ conſtitutivum imbibens, cùm non ſit nomen utpotè quid creatum, quod naturam Dei perfectè explicet, nec poſsit eſſe quod exprimat, non ſolùm quoad ſe, ſed nec quoad nos, uti aſtruit Nazianzenus *Orat.* 4. de *Theŏlog.* Ideo ſolicitanti Jacob Geneſ. 32. 29. reſpondetur: *Cur quæris nomen meum?* Bibl. Antiq. *Quod eſt ineffabile*: ideſt, *cùm incomprehenſibilis ſim*, nec ſit nec eſſe poſsit nomen adæquans. Nomen ad hoc eſt, ut noſter humanus explicetur conceptus circa rem intellectam vel intelligendam. Quomodò igitur nomen erit proprium, ſi creata ſublimior intelligentia ens illud nec comprehendit, nec comprehendere poteſt? Audi Auguſtinum lib. 1. de *Doct. Chriſt.* cap. 6. ingeniosè, ut aſſolet, diſſerentem. *Sonuimus aliquid dignum Deo? Imò verò me nihil aliud, quàm dicere voluiſſe ſentio. Si autem dixi, non eſt hoc quod dicere volui. Hoc unde ſcio, niſi quia Deus ineffabilis eſt? Quod autem à me dictum eſt, ſi ineffabile eſſet, dictum non eſſet: ac per hoc ne ineffabilis quidem dicendus eſt Deus; quia & hoc cùm dicitur, aliquid dicitur. Fit neſcio quæ pugna verborum: quoniam ſi illud eſt ineffabile, quod dici non poteſt; non eſt ineffabile, quod vel ineffabile dici poteſt. Tamen Deus, cùm de illo nihil dignè dici poteſt, admiſit humanæ vocis obſequium, & verbis ſuis in laude ſua gaudere nos voluit. Nam & inde eſt, quòd & dicitur Deus. Non enim reverà in ſtrepitu iſtarum duarum ſyllabarum ipſe cognoſcitur, ſed tamen omnes Latinæ linguæ ſocios, cùm aures eorum ſonus iſte tetigerit, movet ad cogitandam excellentiſsimam quandam, immortalemque naturam.* Hæc Aquila Eccleſiæ Catholicæ. Poteſt ne excogitari aliquid ſubtilius?

Quo pacto ineffabile nomen Dei, & dicibile?

Auguſtin.

18 Dicitur enim nomen Dei ineffabile *Jehova*, non quia conſtet quatuor conſonantibus ſine ulla vocali, ut nugantur Rabbini, aſtruentes Moyſen ſubſtituiſſe nomen *Adonai* pro *Jehova*, quod ineffabile, ut indicaret nomen Dei ipſum ad eos & Pharaonem mittentis; ſed quoniam *Jehova* nomen colendiſsimum, & ſacratiſsimum, quo crebrò non utebantur Hebræi, ſed tantùm nomine æquivalente, nimirùm, *Adonai Iſraël achad*: ideſt, Deus Iſraël unus: *Adonai Elohenu achad*: hoc eſt, Dominus Deus noſter unus. Fecit etiam Vulgat. quandoquidem Exod. 6. 3. ubi: *Nomen meum Adonai non indicavi eis.* In Hebr. non eſt *Adonai*, ſed *Jehova*. Patetque ſubſtitutio, igitur *Adonai* eſt triſylabum, quoniam *ai* ultimum diphtongus clara: *Jehova* verò tetragrammaton: *Jod, He, Vau*, & *He*. Non intelligas, ſicut aſſolet imperitis, nomen Dei eſſe *Tetragrammaton*, ſed *Jehova*, quod tetragrammato, ſed quatuor ſyllabis conſtat. Hebræi jurabant per nomen quatuor ſyllabarum, non audentes præ reverentia proferre *Jehova*: quod quidem nomen jurè dicitur ineffabile, quoniam à Deo indicatum, tanquàm nomen Dei primarium, utpotè indicans ens à ſe, & radix aliorum nominum Dei, quo exprimitur immenſa eſſentia & majeſtas Dei à nobis incomprehenſibilis. Nullum aliud nomen eſt, cùm per nomen Dei intelligamus (dum Deum non intelligimus) quo nihil admirabilius, nihil melius, nihilque ſuprà, quàm *Jehova*: quippequàm ſignanter nobis indicat naturam Dei, cujus eſſe eſt eſſe neceſſarium, incommutabile, invariabile, æternum, ſine ullo ad criaturas reſpectu; cùm cætera quæ Deo attribuuntur nomina vel perfectionem aliquam Deo adſcribant per modum alicujus qualitatis, vel adjacentis, vel per connotationem creaturarum, ut obſervat Nazianz. ubi ſupr. & videſis apud Galatin. de *Arcan.* lib. 2. cap. 10. Angel. Caninium de *Loc. Hebraicis*, fusè Leonar. Mar. in *Digreſſ.* de *Nominib. Dei* per 14. capita poſt v. 3. cap. 15. *Exod.* & Barthol. Anglic. de *Propriet. rerum*, tot. lib. 1.

Adonai pro Jehova.

Exod. 6. 3.

Cur Jehova dicatur nomen Dei?

Quid intelligatur per nomen Dei?

Nona expoſit.

19 Sæpe Deus à nobis exponitur per ejus perfectiones, & attributa. Unde Bernardus ubi ſupr. cap. 11. ait: *Quid ergo eſt Deus? Quod ad univerſum ſpectat, finis. Quod ad electionem, ſolus. Quod ad ſe, ipſe novit. Quid eſt Deus? Voluntas omnipotens, benevolentiſsima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, ſumma beatitudo, creans mentes ad ſe participandum, vivificans ad ſentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, juſtificans ad promerendum, accendens ad zelum, fœcundans ad fructum, dirigens ad æquitatem, formans ad benevolentiam, moderans ad ſapientiam,*

Deus expoſitus hominibus per attributa.

Bernard.

ro-

roborans ad virtutem, visitans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circundans ad securitatem. Hæc quo ad nos: audiatur ergo quid quo ad se de Deo dicat Augustinus in *qq. veter & nov. Test. q.* 1. *Deus est* (inquit) *sicut hominibus videtur spiritus natura simplex, lux inaccessibilis, invisibilis, inæstimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens, æternus, immortalis omnimodò, à quo omnia initium consecuta sunt, venerandus, diligendus, metuendus, extra quem nihil est, imò in quo sunt quæcunque sunt sursùm & deorsum summa & ima; omnipotens, omnitenens, verè in omnibus dives*, &c. Augustin. Decim. exposit.

20 Hæc utique vera sunt, sed minimè adæquant, quoniam Deus ultrà. *Deus*, subdit Dionysius ubi supr. *est omni sermone ineffabilis*, quippe nisi à seipso non potest comprehendi. Bernard. serm. 1. de *Resurrect.* subdit: *Liber ipse dignus aperire seipsum.* Indicibilis est, innominabilis est. *Nullum Deo inditum est nomen* (ait Plato in *Parmenide*) *Deus enim non potest definiri, non scientiâ capi, non in sensus nostros incurrere, nulla certa de eo opinio: quocircà neque nominari, neque dici, neque cogitatione comprehendi, neque cognosci, neque ab ullo ente sentiri potest.* Ratio sub manum: Deus non cadit sub apodisi, ideſt, sub demonstratione. Ipse se solus potest nominare, quia ipse solus se cognoscit. Ideo dixit: *Jehova: Ego sum qui sum*, quoniam Dei proprium est esse. Qua de causa ipse sæpe de se dixit: *Ego ego. Ego ipse. Ego solus & non alius Deus præter me.* Deuter. 32. 39. & alii ut imitarentur locutionis formam, per esse essentiale signant. Psalm. 101. 28. & ad Hebr. 1. 12. *Tu autem idem ipse es.* Psal. 54. 24. *Tu verò Deus.* 82. 19. *Tu solus Altissimus.* 85. 10. *Tu es Deus solus.* Idem Esther 14. 3. Ideo loc. cit. Joann. 1. *Erat lux vera*: Græc. legit: *Illa lux, illa vera*, igitur idem valet *Erat*, quàm *illa*; & *illa* quàm *vera*: verum itaque esse, est esse illud, & est, quia verum. Quapropter absolutè positus antonomasticè intelligitur Deus. Psal. 148. 5. *Ipse dixit: ipse mandavit.* Frequens emphasis in Scriptura, maximè dum agitur de Sacramento altaris. Joann. 6. 58. *Hic est panis, qui de cœlo descendit.* 1. Cor. 11. 26. *Quotiescunque manducabitis panem hunc.* v. 28. *Sic de pane illo edat.* Et apud Profanos identidem, *ille ille.* Propertius lib. 1. *Eleg.* 15. & 17. Ovidius *Epist.* 5. v. 140. Virgilius 4. *Æneid.* v. 28. Homerus vividè 20. *Iliad.* v. 107. *Æneas ille armatus ivit.* Præ omnibus in propositum cecinit vernaculè Gongora, ex *Oedipo in Colon.* apud Sophocl. v. 1700. dicente: *Deus ò tu, tu!* Isai. 48. 15. 51. 12. Ose. 5. 14. *Undecim. ex posit.* Græc. Ille *vox emphatica.* Propert. Ovid. Sophocl. Virgil.

O Jupiter! O tu! Mil veces tu.

Plautus excogitavit stylum per palilogiam in *Menæchm.* Act. 4. scen. 2. v. 90. & 91. *Tu, tu. Tu tu usque dicat tibi.* Euripides priùs in *Iphigen. Taur.* v. 1068. *Te, & te & te te.* Ita ergo validum exprimitur esse, majestas, potestasque, quo sensu Burgensis exponit: *Ego ero qui ero*, q.d. exitus acta probabit. Contrario sensu accipitur sententia de hominibus. Unde apud Sophoclem in *Aiac.* v. 1110. Teucer dicit Menelao: *Ut sis qualis quidem es*, & in *Antigon.* v. 1200. describens quantum distent promissa ab hominibus ab efficacia potestatis Dei, infit: *Non erat Jupiter hæc qui prædicaverat.* Deus enim semper est. Ar. Montan. in *Præf.* ad libell. de *Arcano sermone*, canit: Gongor. Plaut. Euripid. Sophocl. Ar. Mont.

Summe Deus, qui semper eras æternus, & usque
Maximus immensa simplicitate boni;
Qui notus satis ipse tibi, felixque, nec ullà,
Quæ sit ab immenso numine, parte minor;
Idem etiam, rebus mundi jam extantibus, isto
Dispositis nutu, qui Deus ante manes.

Suo stylo ethnico Sophocles in *Philoct.* v. 1014. *Jupiter est Jupiter: Jupiter.*

21 Proclivè modò intelligentur subintrantes Tautologiæ. Deus solus est, ideo verus & vivus. De falsis Diis dicitur non esse, quippe quod sunt, opponitur veritati. Quod contrarium veritati, potiùs non est, quàm est, ut astruit Hieronym. in cap. 1. ad *Galat.* & in illud cap. 4. 8. *Ignorantes Deum, iis qui natura non sunt Dii, serviebatis.* Eodem sensu Jeremias 5. 7. *Jurant in his qui non sunt Dii.* Et qui non sunt Dii, non sunt: imò nec essent, si fuissent Dii. Isai. 41. 24. *Opus vestrum ex eo quod non est*: scilicèt, idola vestra nihil repræsentant. Consule Basilium lib. 2. *contra Eunomium*, & Riber. in *Osee* 1. n. 77. Hinc crebrò qui sequuntur idola, dicuntur non esse, vel quia infelices sunt ignorantes Deum, cùm stet vita vera in ejus cognitione, ut dicit Servator N. Joan. 17. 3. vel quia similes fiunt his idolis, quæ venerantur: quo sanè intuitu Esther. 14. 11. dicit: *Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt*: & quia te non cognos- *Idola quo sensu nihil?* Esth. 14.

noſcunt, & quia convertuntur in ea quæ colunt, quæ quidem minimè ſunt. Unde David Pſal. 118. 37. *Averte oculos meos, ne videam vanitatem*: ideſt, ſimulachra gentium. Et Paulus 1. Cor. 8. 4. *Scimus, quia nihil eſt idolum in mundo, & quod nullus eſt Deus niſi unus*. Contraponit falſam veræ Deitati. Idolum nihil eſt: materialiter lignum, aurum, vel argentum, formaliter nihil: repræſentat itaque quod non eſt. Imago profectò falſitatis nihil eſt, niſi vera falſitatis imago, & ideo falſa, quia quod non eſt, non habet imaginem. Simulachra nec tenues ſunt ſine corpore vitæ, verùm ſunt cavæ ſub imagine formæ. Dixit vel Ethnicus Sophocles. Carmina refert Cyrillus Alex. lib. 1. *contr. Julian.*

Sophocl.

Unus verò duntaxàt, unus eſt Deus:
Mortales autem multi, animo vagi
Ereximus erroris & cladis cognitione
Deorum ſimulachra ex lapidibus, materieque,
Sive conſtructa auro, vel ebore.
His ſacrificia, feſtoſque celebravimus dies.
Sic pietatem retinere credimus.

Homo non ens.

22 Aliter cogito: ita ut *Non ſunt*, idem ſit ac *Nihil poſſunt, ad nihilum valent*, igitur virtus eorum quaſi nec nomine exiſterent, & homines quaſi non eſſent, ut dicit Abdias v. 16. Homo eſtò potens eſt homo, ideſt, nullius virtutis & totius futilitatis.

Plato.

Homo (dixi *Tom. 1. T. 4. D. 8.* ex Platone) *plus habet non entis, quàm entis: habet unum eſſe & innumera non eſſe*. Econtrà verò Deus, qui eſſentialiter eſt, vel cujus eſſe eſt eſſe. Proin dicit Iſraëlitis: *Ægyptus homo & non Deus*: ideſt, rex Ægypti vanidus

Iſai. 31. 3.

uti homo: ad auxilium quantum fulcrum? Secùs verò Deus, cujus poteſtas in omnia,

Duodecima expoſit. Hebr.

indeficiens. *Ægyptus Adam & non El.* Hebr. per antitheſim. Homo *Adam* terreus, carneus, non *El*: ideſt, fortis. Vide num. 8. Aptè Propheta verſ. 1. ait: *Væ qui deſcenditis in Ægyptum ad auxilium* &c. ponunt carnem brachium ſuum, cùm nemo niſi Deus, uti

Ezech. 28. 2. 9.

fortis, poſſit dicere: *Salvabit mihi brachium meum*. Idem cap. 63. 5. Non aliter judicandum de Rege Tyrio, in quem ſuperbiâ inflatum dicit Ezechiel: *Cùm ſis homo & non Deus*. Nullius ſubſiſtentiæ, & ſtabilitatis es, ſed mera inanitas, ventus & ventus. *Homo inutilis, & cogitaſti, quòd ſis terribilis*: ſubdit Hay. hìc. *Res mortalium non nunc primùm arbitror umbram*: ait Euripid. in *Medea*, v. 1224. *Qui habuit exiſtimationem fortitudinis, cùm nihil eſſet*: in *Hercul. Fur.* v. 157. & 635. *Præſtantiſsimi mortalium, & qui nihil ſunt.* In *Troad.* v. 411. *Sed præſtantes nihilo ſunt potiores, qui nihil ſunt.* In *Electr.* v. 370. *Vidi virum generoſi patris, qui nihil erat*: ideſt, ad nihil erat, invalidus. Quapropter, ubi in calamitate ſunt, ſe ſe non eſſe dicunt. Idem in *Alceſt.* v. 390. *Nil amplius ſum.* Id iterat in *Helen.* v. 1210. Sophocl. in *Philoct.* v. 973. & 1057. *Nihil ſunt infelix.* Aptiùs prompſit dicens in *Aiac.* v. 125. collatâ potentiâ hominum & Divûm:

Hay.

Video enim nos nihil exiſtentes aliud, quàm
Idola, quicumque vivimus, vel levem umbram.

Quapropter Jamblic. in *Myſteriis*, ex quo Chartar. in *Jove*, fol. 88. ſubdit: *Hæc ſuperemi-net omnia: immaterialis ipſe, indiviſus, immobilis, & ingenitus, totuſque ex ſeipſo, & in ſe ipſo totus.* Conſuleſis Kircher. in *Obeliſc. Pamph.* lib. 2. cap. 5. Longè herclè Deus: ideo dicit: *Ego Deus & non homo*, firmans quod cogitavi, decrevi, aut promiſi tam ex

Oſe. 11. 9.

jure, quàm ex pietate: tam de gloria, quàm de pœna. *Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. In manus Domini*, qui probat

Eccli. 2. 22

renes & corda, tribuens unicuique ſecundùm opera ſua: non *in manus hominum*, qui juſtificant impium, judicantes per affectum, non juxta acta & probata, ſed juxta volita. Deus non ita, cuncta nanque firmat in juſtitia & æquitate. Quare Paulus Chriſtum Dominum proponens Pontificem ſummum, ſedentem in dextra ſedis magnitudinis in cœlis, deſignat ut miniſtrum ſanctorum, ideſt, rerum ſanctarum, vel ſacrarum tabernaculi veri, *quod fixit Dominus, & non homo*. Illud ſynagogæ umbra tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei; ſed verè tabernaculum, uti non ſubſiſtens. In cœlo eſt verè mirabile, quia firmum, veræ gloriæ & veræ felicitatis, ubi interminabilis vitæ tota ſimul & æterna poſſeſsio.

Cur Deus dicitur Non homo; & homo, Non Deus?

Hebr. 8. 2.

Qualis paradiſus Alaodini?

23 Non erit iſte paradiſus, quem electis plantavit Dominus à principio æternitatis, ſicut paradiſus Mahumeti, vel ſicut Alaödini Perſæ tyranni, qui ſubditos hac arte decipiebat. *In valle amœniſsima* (ait Paulus Venetus lib. 1. *Hiſt. Oriental.* cap. 28.)

&

& præruptis cincta montibus, paradisum omni deliciarum genere, qualem suis Mahumetes promittebat, instruxit. In faucibus per quas solus patebat aditus, arcem extruxit munitissimam, ne cui accedenti potestas esset præterquàm conscii. Jactabat interim se claves habere Mahumetici paradisi, & potione soporifera clam oblata, dormientes in eum locum deferendos curabat. Experrecti cùm omnibus deliciis affatim fruerentur, revera se in paradiso esse credebant: at præstigiator ille, captà opportunitate, medicato poculo sopitos rursùs extra paradisum efferebat, eos ad omnia, quæ imperaret, patranda, paratissimos posteà habebat, quippe de paradiso, si principi obedirent, securissimos. Hac arte non paucos Christianorum principum insidiis circumventos oppressit. Paul. Venet. Hoc tabernaculum finxit homo, non fixit Deus, quippe tandem Allaus rex Tartarorum Alaödinum, ann. 1262. in suo paradiso triennali obsidione, ad deditionem fame compulit, jussitque locum aboleri, & assectas Alaödini gladio transfodi.

24 Ergo in principalem pleonasmum. Cùm Dei essentia in hac vita à nobis cognosci non possit, nisi obscurissimè (sicuti ambulantibus per fidem, non per speciem) per creaturas, perfectiones divinas participantes (hoc est non posse Moysen videre faciem, sed posteriora) consonum fuit, ut nomen Dei per illam perfectionem exprimeretur, quæ à cunctis creaturis participatur, scilicèt per esse: igitur sensus, vita, intelligentia & alia non sunt in omnibus, de quo vide Dionysium toties allegatum de *Div. nom.* cap. 5. Damascenum lib. 1. de *Fid. orthodox.* cap. 12. & D. Thom. 1. p. q. 13. maximè art. 11. Plura plures dixere Ethnici, ducti naturali lumine (si fortè attrectent) at ut optimè observat Imperfectus homil. 28. in *Matth.* tot dixerunt, quoniam nihil intelligebant, & aptè, si perfectionum aliquam promerent, in Deo caderet. *Antiqui Philosophi & Oratores naturali sapientià literarum, exercitatione exacuminati, de Dei natura quærere contendebant, non Deum invenire desiderantes, sed altissima differere cupientes, victi sunt ingenio, defecerunt sermone: in ultimo nihil se ampliùs invenire potuisse confessi sunt, nisi quia Deus incognoscibilis est.* Vide num. 5. Unde Seneca lib. 4. de *Benefic.* cap. 8. ait: *Hunc & Liberum patrem, & Herculem & Mercurium nostri putant. Liberum, quia omnium parens: Herculem, quia vis ejus invicta: Mercurium, quia ratio penes illum est, numerusque, & ordo, & scientia. Quòcunque te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi: nihil ab illo vacat: opus suum ipse implet.* Vide quæ dicemus *Tautolog.* 14. num. 20. Hic Philosophus aliquando arroganter, aliquando timidè, interdùm pulchrè, interdùm fatuè de Deo differit. Adisis *Epist.* 9-16-59-60-67-84-93-124. de *Benef.* 6. 21. lib. 7. cap. 3-4-31. lib. 2. *qq. nat.* q. 42. & lib. 3. q. 45. ibid. cap. 31. ita loquitur. *Multa præterea cognata Numini summo, & vicinam sortita potentiam obscura sunt, aut fortasse, quod magis mireris, oculos nostros & implent & effugiunt: sive illis tanta subtilitas est, quantum consequi acies humana non possit, sive in sanctiore secessu majestas tanta deliteat, & regnum suum, idest, se regit: neque ullum aditum dat sine animo. Quid sit hoc, sine quo nihil est, scire non possumus.*

Cur Deus per esse tantùm sese expressit Moysi?

• *Terciadecima exposit.*

Imperf.

Ethnici de Deo cognoverunt, non posse cognoscere, nec cognosci.

Senec.

Idem.

25 Si scire desideras quid cogitaverint, vel excogitaverint Prisci, consule Plutarchum de *Placit. Philosoph.* lib. 1. cap. 6. Ravis. Textor. in *Offic.* lib. 1. cap. 11. Platon. in *Sophista*, Aristol. de *Mundo* cap. 7. ex Patrib. & Comment. Clem. Alex. tot. lib. 5. *Strom.* Cyrill. Alex. tot. lib. 1. contr. *Julian. Apost.* Arnobium *contr. Gentes* lib. 1. Leonard. Marium, *Proleg. in Scriptur.* q. 1. sect. 3. Alapid. in *Eccli.* 43. v. 29. in *Joann.* 4. v. 24. & in *Act. Apost.* 17. à v. 23. usque ad 29. hìc etiam fusè & doctè Sanctium & Lorinum. Aliqua seligam. Plinius lib. 2. cap. 7. ait: *Quisquis est Deus, & quacunque in parte, totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui.* Senec. in *Præf.* lib. 1. *qq. nat.* infit: *Quid est Deus? Mens universi. Quid est Deus? Quod vides totum, & quod non vides totum. Sic demùm magnitudo sua illi redditur, qua nihil majus excogitari potest, si solus est omnia, opus suum & extrà & intrà tenet.* Quantæ falsitates inter tot vera! *Anima* Deus vocatur *universi*, ut hic etiam dicit mistis erroribus & veritatibus ad *Alvin.* seu *Helviam*, cap. 8. & lib. 3. *qq. nat.* q. 45. Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 726. & Eurìpid. in *Troädib.* à v. 884.

Quid dixerint?

Plin.

Senec.

Spiritus intùs alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
O terræ vehiculum, & in terra habens sedem,
Quicunque tandem es, imperveſtigabilis animis nostris
Jupiter, sive es necessitas naturæ, sive mens.

Virgil.

Euripid.

Non intelligendum est more Platonico, quatenùs Deus esset forma mundi; sed quate-

Quo ſenſu Deus mens, & anima univerſi Eugubin. tenùs cuncta ab eo,& eſt in cunctis: quo ſenſu dicitur, ut refert Eugub. lib.3. de *Perenn. Philoſoph.* inſcriptum in templo Delphico, numen verum,

Cunctorum flos, exiſtens forma in omnibus formis,
Et anima & ſpiritus, & concentus & numerus.

Virtus eſt cuncta regens: igitur omnia complet, movet, agit, & ſine illo nihil, ſicut homo ſine animâ à quâ totum quod in homine, ſenſu quo expoſui n. 7. & 8. in vero oſtendit Manilius *lib.* 4. v.307.

Manil. *Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi,*
Membraque naturæ diverſa condita forma
Aëris, atque ignis, terræ, pelagique jacentis
Vis animæ divina regit, ſacroque meatu
Conſpirat Deus, & tacita ratione gubernat.

26 Idem hoc, ac illud Orphei in *Hymn.* & Platonis lib. 10. de *Legib.* quod illuſtrat Cœl. Rhodig. *lib.* 2. cap. 10. refert Girald. lib. 1. *Syntagm.* 1. & Natal. Comit. lib.2. *Mytholog.* cap. 1. *Jove plena omnia: unus perfectus per ſe, ex quo omnia.* Aratus: *Fora ſunt Jovis omnia plena.* Horatius lib. 1. *Carm.* Od. 12. v. 14.

Orph. Arator. Horat. *—Qui res hominum, atque Deorum,*
Qui mare & terras, variiſque mundum
Temperat horis.

Valerius Soranus, quem citat Auguſtinus lib.7. de *Civ.* cap.9. de Jove dixit:

Val.Soran. *Jupiter omnipotens rerum, regumque, Deùmque*
Progenitor, genitrixque Deum, Deus unus & omnis.

Vide ibi circa hujuſmodi phraſem S. Doctorem, & de cognominibus Jovis variis cap. 11. ac Joann.Roſin.de *Antiq. Rom.* lib.2.cap.5.& Dempſt.hìc.Pulchrè Boëtius lib.3. de *Conſol. Philoſoph.* Metr.9. ſuccinuit:

Boet. *O qui perpetua mundum ratione gubernas;*
Terrarum cœlique ſator, qui tempus ab ævo
Ire jubes, ſtabiliſque manens das cuncta moveri.

Dixit priùs Parmenides, ut ſcribit Plato ubi ſupr. in *Sophiſta*:

Parmen. *Eſt is & ingenitus, nec in hunc unquàm cadit ullus*
Interitus, totuſque unigena, firmus, & ortus expers.

27 Jurè vocabatur ab Ethnicis Iſis,quod nomen apud Ægyptios ſonat *EST EST*; quia omnia, quæ perfecta prædicabantur, erat: *Bacchus, Sol, Orcus, & Jupiter unus & idem*: dicit ubi ſuprà Orpheus; ſignatque ordinem Sophocles apud Clem. Alex. lib.5. *Strom. Principium nam & finis in illo eſt.* Et Æſchylus ibid. *Omnia Jupiter, & ſi quid ſupra*, ideo à ferè cunctis dicebatur *Pan*, ſcilicèt, *Omnia*, uti notat Auguſtin. lib.14. de *Civ.* cap. 11. & Græc. ad illud Eccli. 43. 29. *Multa dicemus, & deficiemus in verbis: ipſe eſt in omnibus*, legit: *Autor eſtito Pan*: nimirùm, *ipſe eſt omnia.* Si imagines vis videre, adi Vincent. Chart. de *Jove*, fol. 89. & 94. ipſe eſt omnia, quia ſolus eſt, & in omnibus eſt, & cuncta ſine ipſo non ſunt, neque eſſent. Eſt ens primum & primarium, à quo omnia habent eſſe, ut diximus. Hinc prima veritas, prima bonitas, prima lux, prima ſuavitas, voluptas, vita, ratio, mens, ſapientia &c.quia hæc & alia in creaturis ab illo pendent in eſſe & conſervari; quo conſtat, quàm aptè, verèque dixerit: *Ego ſum, qui ſum.*

Orph. Sophocl. Æſchyl. Græc. *Cur apud Gentiles Deus dicebatur Iſis, & Pan?*

28 Verſionum pleræque ſparſæ in litera, ſed ſubſcribam collectionem. *Ego ſum qui ſum.* Hebr. *Ero qui ero.* Arias Mont. *Ego qui ero.* Arab. *Æternus qui non præterit.* S. Juſtinus: *Ego ſum ille ens.* Rab. Jonat. *Ego ſum qui ſum & futurus ſum.* Auguſtin. *Ego ſum eſſe.* VerſionesPerſ.Syr.in proprio idiomate vide apud Haye in *Bibl.Maxim.* Dum igitur niſi per fidem non cognoſcimus: accedamus ad illum, ut illuminemur.

Varietas lectionum.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excurſ.

1 EGO *ſum, qui ſum*, dicit Dominus de ſe. Notatur trinitas in Deo, & unitas: igitur quælibet perſona, cùm Deus ſit, ut alia eſt; ut alia non eſt: quippe ſinguli, perſonarum ad invicem proprietate diſcreti, nequaquàm ſunt eſſentiæ aut naturæ diverſitate diſtincti.

2 *Ego ſum qui ſum.* Deus amor eſt: & vel inter ſentes exprimit immutabilitatem, oſtendens hominibus perfectum amorem; quippequàm amor perfectus, quan-

quantunvis spinis injuriarum vulneretur, nullo tempore mutatur.

3. *Ego sum, qui sum.* Et inter spinas pungentes? Utique. Patet quanta in homine virtus pœnitudinis : proprium inter sentes Deus exprimit immutabile esse; quia homo per pœnitentiam alter & ipse.

4. *Ego sum, qui sum.* Quis ergo non est, quod est, estò ab alio, quod est, sit? Hypocrita splendenti virtutis larvâ : igitur illius tenebrescit lux, dum fulget aliter, ac est in se.

5. *Ego sum, qui sum.* Sapientiam indicat veram, quâ entitativè splendet, dum homo scientiâ vanissimè lucet: & dicitur *sum quod sum*, quoniam homo lux non est : etenim inflatus luce scientiæ, fulgore non est in luce : quippequàm habens ex scientia fulgorem; scientiæ lux nullam habet entitatem.

6. *Ego sum, qui sum.* Deus est, qui est, quia omnia est. Scioli autem nequaquàm sunt id quod sunt: etenim nulla illis in scientiis scientia, quoniam illis videtur scire omnia.

DIDASCALIA I.

Summa Deitatis majestas, naturæ unitas & personarum trinitas.

1 Estò plura in *Exposit. lit.* à numer. 2. dixerimus; nihilominùs quod firmiter credimus, præut possimus, illustrabimus. *Inquirere de Trinitate, perversa curiositas est. Credere & tenere, sicut Sancta Ecclesia tenet, fides & securitas est. Videre autem eam sicuti est, perfecta & summa felicitas est* : inquit Bernard. Serm. 1. in *Separat.* Idem astruit Augustin. de *Tempor.* serm. 198. in summa Trinitate tantùm est una persona, quantum tres simul sunt. Ita & singula sunt in singulis, & etiam omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum omnia. Unde Nazianzenus *Orat.* 32. infit: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Pater, Filius, & Paraclitus. Erat, erat, & erat, sed unum erat. Lux & lux, & lux; sed lux una, Deus unus. Atque hoc illud quod David dixit : In lumine tuo videbimus lumen. Ex luce, nimirùm, ideſt, Patre, lucem: hoc est Filium: in lumine, hoc est, in Spiritu Sancto.* Canit & Billius in *Antolog. sacris.* Vel Prosp. Aquitan. *Epigram.* 102.

Bern. — *Quælibet persona Trinitatis est Deus.* — *Et tres, Deus & unus Deus.* — Nazianz.

Splendet enim verum vero de lumine lumen
Ut genitum agnoscens noverit ingenitum.

Jacob. Bib.

Una trium Deitas, una est sententia, ab uno
Idem est, & Verbi Spiritus atque Patris.
Unus enim amborum motus, ratio una volenti,
Par virtus, idem Spiritus, unus amor.

Hinc D. Thomas *Tom.* 16. Serm. 1. de *Fest. SS. Trinit.* subdit: *Tria notantur in Deo, divinitas, unitas, trinitas: Vel sic: Divinitas, & in divinitate trinitas, & in trinitate unitas. Divinitas majestatis, trinitas personarum, unitas essentiæ.* Hæc est maxima majestas divinitatis, quæ quidem licèt involuta, omninò certa, atque firma.

D. Thom. — *Quid in Trinitate insigne?*

2 *Ego sum, qui sum* : dicit Dominus. Si Dominus est, & est qui est. Ad quid ergo dicit: *sum qui sum*? Ut notet identitatem & distinctionem : equidem quanvis unus sint Deus, unus sint Dominus, nequaquàm in unius singularitate personæ, sed in unius trinitate substantiæ. Exod. 23. 14. — *Unus & trinus.*

Quòd Pater & Natus, & quòd Sanctus Spiritus unus
Sint Deus, & numerum triplicet substantia simplex.

Arator.

Modulatur Arator lib. 2. in *Act. Apost.* v. 899. Ipse etiam astruit: *Videte* (dicit filiis Israël) *quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me.* Ego, prima persona est. Si prima, ergo secunda, & tertia. Si tres sunt, solus non est. Cur igitur si simul Filius, & Spiritus Sanctus, dicitur solus; maximè cùm Filius dicat: *Solus non sum, sed ego & qui misit me Pater?* Qua ergo lege Pater solus est, cùm Filius solus non sit, unumque sint Pater & Filius? Deinde. Filius Deus est, Deus etiam Spiritus Sanctus. Et non est alius Deus? Utique. Vel est alius, vel non est solus. Neutrum. Et est solus & non est alius. Solus est, quia in hypostasi trina Deitas una: & non est alius, licèt Filius ac Spiritus Sanctus ùnà sint Deus; quia quanvis Deus unus sint, distinctæ personæ sunt. Solus est Pater, & non est solus. Non solus, quia etiam aliæ duæ trinitatis personæ re-

Deut. 32. 39. — Joan. 8. 16. — *Deus solus & non solus.*

latione distinctæ: & solus, quia estò Deus Filius & Spiritus Sanctus, non alius Deus: igitur estò personarum singularitate discreti, in tribus minimè differentia substantiæ.

3 Hinc Assertor N. priusquàm ascenderet in cœlum, post triumphum de morte & inferno partum, discipulis dixit: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti.* Si nomen genitoris ingeniti est Pater, nomen geniti Verbum Patris, seu Filius; nomenque ab utroque procedentis, Spiritus Sanctus; quare nomen trium, diversa nomina habentium, & non nomina exprimenda, dum confertur pro fidei professione baptisma? Canit Sedulius lib. 1. de *Christ. miracul.* v. 296.

Matth. 28. 19.

Semper ut una manens Deitatis forma perennis,
Quod simplex triplicet, quodque est triplicabile simplex.
Hæc est vera fides.

Sedul.

Si diceret: *In nominibus*; triplicem exponeret Deitatem, sicut trinam exponebat hypostasim, differentiamque substantiæ trium, cùm tantùm esset differentia personarum. Forma fidei exhibetur, ut Deus unus in trinitate Hypostaseön credatur, quanvis singuli sint Deus. *Deus*, & *Sint*; quippe mysterii celsitas eò rutilat, quòd essentiæ constat unitas, & proprietatum pluralitas: dicitque Christus pro forma fidei, baptismum conferendum in trium Divinarum personarum non nominibus, sed nomine; ut in confessione Deitatis, in personis proprietas, in essentia unitas & in majestate triunius cognoscatur æqualitas: igitur fides collocat mysterii celsitudinem, in eo quòd unum sint, & non iidem.

Non est trina Deitas, sed trium in essentia unitas.

4 *Semel locutus est Deus* (inquit Psaltes Regius) *duo hæc audivi.* Hebr. *Unum locutus est Dii. Locutus* quid singulare exprimit: *Dii* pluralitatem astruit: pluralitatis nomen potest signare unionem, cæterùm non unitatem. Quorsùm igitur dum Dei dicitur majestas, promitur & unitas & pluralitas? Ut pateat tanti mysterii forma; aptissima est hujusmodi concordantia: equidem summa mysterii, quòd Deus sit unus, & in personis trinus. Si dicetet: *Locuti*; tot essent Dii, quot personæ. Si tantùm *Deus*, hypostases non exprimerentur in arcani fidem; quippe nil erat, quo exprimeret personarum trinitatem: dicitque aptè *Locutus*, & *Dii*: ut in ineffabili, infallibili mysterio, quo stupet hominis ratio, esset personarum pluralitas, & Deitatis unitas: etenim cùm mirabile sit, tres & unus, tres personæ, & unus Deus; micat maximum mysterium fidei, quòd tres subsistant personæ divinæ, in unitate divinæ substantiæ.

Psalm. 61. 12. Hebr.

Quomodò unitas & pluralitas?

Tres personæ divinæ in unitate substantiæ.

5 Plura in Scriptura pariformiter invenies. Alia exposui *Tom.* 1. *T.* 2. *n.* 19. *T.* 4. *D.* 14. *n.* 16. Accipe alia. Psalm. 149. *Lætetur Israël in eo, qui fecit eum.* Hebr. *Lætetur in factoribus suis.* Qui quidem stylus invenitur sæpesæpius in Veter. Testament. Job. 33. 6. *Ecce me, sicut & te fecit Deus.* Hebr. *Deus, factores mei*, &c. Isai. 44. *Hæc dicit Dominus faciens.* Hebr. *Dominus factores tui*, & v. 6. idem. Etiam iterat cap. 54. *Dominabitur tui, qui fecit te.* Hebr. *Dominabuntur tui factores tui, Dominus exercituum.* Claret etiam cap. 6. ubi Dominus ait: *Quem mittam? Et quis ibit nobis?* In numeri mutatione, ut observat Hieronym. *Epist.* 143. indicatur personarum diversitas, atque trinitatis in essentia unitas. Item Abraham cùm invenisset, & adorasset tres viros, dixit illis: *Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas.* Idem v. 16. & 17. & cap. 20. 13. *Eduxit me Deus de domo patris mei.* Hebr. *Eduxit me dii.* cap. 26. pro *Apparuit ei Dominus*, legit: *Apparuerunt illi Deus.* Josue quoque 24. *Non poteritis servire Domino, Deus enim sanctus, & fortis æmulator est.* Hebr. *Quia Dii sancti ipse.* Sic enim alia. Videsis Basilium Homil. 9. in *Genes.* Nil enim mirum, si plurale & singulare in trinitatis arcano: quandoquidem constat fide substantiæ divinæ unitas & trium personarum incommunicabilis diversitas.

Psal. 149. 2.

Job. 33. 6. Isai. 44. 1. 6-54-5. Ibid. c. 6. 8.

Indicata Trinitas in vet. testam.

Genes. 18. 3. 16. 17-20. 13-26. 2.

Josue. 24. 19.

Quo pacto pluralitas, & naturæ simplicitas?

6 Modò in præfatam auctoritatem. *Unum locutus est Deus, duo hæc audivi.* Nodus implexus. Si unum locutum, quo pacto non unum tantùm auditum? Inficiatur suppositum locutionis duplicatis verbis in organo auris. Si duo audita, duo prorsùs locuta; quippe ab aure solùm auditur, quod os loquitur. Si duo asserit; duo, qui locutus est, protulit: si unicum verbum, unum tantùm: quomodò igitur humana percipiet ratio, quòd bina ex unico simplici eloquio? Deinde. Unum locutum, subditurque: *Duo hæc. Hæc* est nota demonstrativæ identitatis: *Duo* verò discretivæ distinctionis: qua ergo ratione non cæspitabit ratio, ubi objiciuntur identitas & distinctio? Optarem potiùs audire, quàm exponere.

Quomodò dum Unum exprimitur Hæc demonstratur?

Eru-

7 Eructavit cor Patris ingeniti verbum bonum: unde locutus est semel unum & unicum Divinum Verbum, æquale Genitori, & consubstantiale Patri: & dum unum Pater loquitur, duo audiuntur; quoniam estò una sit filii & genitoris natura, est utriusque diversissima persona. Si unum loqueretur, & audiretur unum; nihil esset in utroque discretum. Non essent duo, si quemadmodùm illis inest una substantia, esset una persona: stat excellentia in distinctione & unitate: dicunturque unum & duo; ut pateat essentiæ utriusque unitas, & personarum constitutiva proprietas: etenim non esset mysterium singulare; ni essent diversi & unum, ac in unum unus, & non uniti. *Unum* & *duo*. Si exponitur trinitas, quomodò tria non audiuntur, dum Pater unicum locutione loquitur Verbum? Quia loquitur. Locutio signat rationem & intellectus divinam fœcunditatem: & dum unum Pater loquitur, solummodò ex locutione duo, Pater & Filius audiuntur; quia solummodò Filius uti sigillum rationis, ex intellectu procedit fœcundissimo Patris. Hinc Eliu dicit Jobo: *Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit.* Quod locutum à Patre, est verbum mentis; & semel unum; quippe non est aliud ex Verbo Verbum: dicunturque, duo & non tres, estò tres divinæ personæ sint; quippe Spiritus Sanctus à solo Patre non procedit, nec per intellectum originem habet.

Patris & Filii eadem natura, sed distincta persona.

Quomodò in locutione genitoris duo tantùm percipit auris?

Job. 33. 14

8 Claret jam expositio dubii posterioris: nimirùm, cur Psalmista designat *Hæc* & *duo*, ex Patris semel locuto verbo? Unum Verbum est. Unus Pater. Alter ad trinitatem (estò tres unus) est Spiritus Sanctus. Cur ergo demonstrat solummodò *duo*? Ut constet tertiæ personæ divinæ processio: igitur ad amoris processionem, priùs originis prioritate, duæ personæ intelligendæ. Ex locutione Patris tantùm Verbum, rationis genitoris consubstantiale signaculum. Alia tertia persona, verùm non à facultate intellectiva, nec à solo Filio, neque à Patre solo: & postquam expressa est Verbi ex locutione genitoris origo, dicit Psaltes *Hæc* & *duo*; ut observetur in relationibus ordo: igitur licèt à Filio & à Patre procedat Spiritus Sanctus; non procedit ex duobus tanquàm à duobus, sed à duobus, tanquàm ab uno principio. *Duo* & *hæc*: quia hæc processio ex duobus fit. *Duo* & *hæc*. A Patre solo coæternus filius, attamen nec à solo Filio, nec à Patre solo Spiritus Sanctus: igitur ejus processio est à Patre & simul filio. Est specialis ex unitate notionis communis: diciturque *Duo* & *hæc*, quoniam hæc processio à duobus, sed non ut duobus, verùm à duobus per modum principii unius. Vid. D. Thom. 1. *p. q.* 35. *art.* 2. *q.* 36. *art.* 4. & 1. *dist.* 11. *art.* 4. ad 3.

Spiritus Sancti processio, à Patre & Verbo tanquàm ab uno principio.

9 Deinde. *Hæc* aliquid singulare in processione divini Spiritus indicat, quandoquidem certum est, quòd ab utroque procedat. Operationes ad intra propriæ personarum sunt, igitur habent terminum, qui sit Deus, ut Filii generatio, & Spiritus Sancti processio, in quibus exprimitur actio notionalis, seu relatio, quæ non omnibus communis, quia notionalis: & dum à Patris locutione astruitur, procedere Filium Verbum, à duobus Spiritum Sanctum; propter hujus processionem, demonstratur *Hæc* & *duo*; ut clareat ex duobus hæc: igitur operatio omninò singulariter magna, quæ in relationibus sit communis ad intra. Singulariter magna, igitur operatio ad intra, quæ in ordine relationis, nullatenùs est in ordine proprietatis personalis.

Quid singulare in processione tertiæ Trinitatis personæ?

10 Clariùs promam. *Unum locutus est Deus, duo hæc audivi. Unum* proponitur à Psalte Regio & *duo*. Mysterium est, quod videtur implicatio: & ad unum, ex quo duo, addit *Hæc*; ut clareant duo in Deitate unum, æquales à quo procedunt, sed cum differentia personarum, & distinctione relationis, & proprietatis: igitur ab uno procedit Filius per Patris intellectionem, & à duobus Spiritus Sanctus per utriusque voluntatem. Ingeniosè Maluendæ versio: *Unam* (inquit) *locutus fuit Elohim* (ideſt, *Dii*, vel *Judices* ut *Genes.* 1. 1. Simul plurale & singulare, ut signentur tres personæ in unius divinitate substantiæ.) *duas istud audivi*. Pater prima trinitatis persona locutus est, dein Filius, ex utroque tertia Spiritus Sanctus: & suppositâ primâ, duas dicit, non ab uno principio, quippe duorum discretissima processio: Filii processio duntaxàt à Patris intellectione, Spiritus Sancti verò à voluntate, & ab amore utriusque.

Filii à Patre processio per intellectionem, Spiritus Sancti per utriusque voluntatem.

Maluend.

11 Perpende modò *Unam, duas istud audivi*. Una & duæ tres sunt. Quomodò *istud*, quod unum duntaxàt est? Quia trina persona in individua substantia. Non trina, quasi sit ter una, vel triplex in unitate essentiæ; sed trina, quia tres personæ in unitate naturæ.

Quomodò personæ tres & non trina essentia?

Cano te unitas:

Synes. *Cano te trinitas.*
Unitas es, trinitas cùm sis:
Trinitas es, unitas cùm sis.

Canit Synesius *Hymn.* 3. Trinitas vera non esset, ni essent in eâdem substantiæ unitate tres personæ: & non essent tres personæ Deus unus; si esset substantia distincta, sicut est cujuslibet in trinitate persona. Unde verum est *unam, duas*, tres scilicèt, & *istud*; quoniam tres in Deitate non aliud. *Tres* & *istud*; quia in Deitate non tres. *Tres* & *istud*; quoniam portentum & magnum, humanam superans intellectionem, quòd qui non iidem, sint idem. *Tres* & *istud*; quia istud tantùm sunt hi tres: etenim ex vi relationis, singuli sunt trinitatis aliquis, & nulla persona est aliquid trinitatis. Adi Angel. Magist. 1. *dist.* 19. *q.* 4. *art.* 1. ad 3.

Quælibet persona est aliquis Trinitatis, sed non aliquid.

12 *Tres* & *istud*: ut mirabile pateat istud, quod sunt isti tres: igitur mirabilis una substantia subsistens, & tres in illa relationes subsistentes. Subsistentia sequitur naturam, & simul habet incommunicabilitatem: diciturque *Tres*, & *istud*, ut mysterii trinitatis clareat magnitudo, & in hominibus excitetur admiratio: quandoquidem mirum, quòd tres sint subsistentes personæ, unà tantùm trium natura subsistente. Vide eundem 4. contr. *Gent.* cap. 14. *Tres* & *istud*; quoniam idem, & discretum. Idem in communitate essentiæ trium; discretum in incommunicabilitate personarum. Non singularis natura, quæ alteri communicata: diciturque verè *Istud* & *tres*, ut in divinis unitas & simul trinitas sit; objecto fidei miraculo, atque maximo mysterio: igitur creduntur, uti sunt tres distinctæ singulares proprietatibus hypostases, in simplicissimę communione Deitatis.

Tres hypostases in simplicis communione Deitatis.

13 Restat aliquod in Trinitate divina speciale. *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus*: etiam succinit David. In hujusmodi auctoritate mysterium sacrosanctæ Triados sunt subodorati Rabbini, ut videris apud Leonard. Marium in *Exod.* 15. *digress.* de *Deo ejusque nominibus*, cap. 2. n. 64. Dixi *subodorati*, quia sicut astruit Epiphanius in *Ancorat.* aliique Patres: *Una Deitas à Moyse præcipuè annunciata est: personarum dualitas à Prophetis vehementer prædicata est: trinitas verò personarum in Evangeliis manifesta facta est.* Modò in textum. *Deus, Deus, Deus*: ait Psalmographus, sicut Isaias *Sanctus, Sanctus Sanctus Dominus Deus.* Deus nempè Pater, Deus Filius, & etiam Deus Spiritus Sanctus. Omninò firmum. Verùm si Pater Deus, & noster est; quia alium non habemus, nec potest haberi, siquidem non est alius: pariterque Deus noster est Spiritus Divinus; cur noster estò sit, non dicitur Pater & Spiritus Sanctus; sed solummodò Filius? Unde nobis mira secundæ personæ divinæ possessio? Quia Filius futurus homo: igitur cùm noster sit, quisquis ex nostra natura est; noster tantùm dicitur Deus secunda Trinitatis persona, quia Filius tantùm in nostra humana natura.

Psal. 66. 7. 8.

Trinitas manifestata in lege nova.

Epiphan.

Isai. 6. 3.

Quare secunda Trinitatis persona dicitur Deus noster?

14 *Innova signa, & immuta mirabilia, quoniam non est Deus præter te Domine*: dicit Siracides. Quia præter Deum Deus non est, Deus immutabit mirabilia, novaque ostendet miracula? Utique. Novum fecit Dominus, dum Filium suum misit à se genitum, factum ex muliere, in similitudinem carnis peccati. Caro peccati nostra est. Non novum, Deus in natura divina. Non novum, homo in conditione carnis humana: fiuntque in Verbi Incarnatione nova; quoniam ut esset noster uti filius hominis, qui erat tantùm Filius Patris, apparuit in carne: & ex Virgine homo fit, ut natura humana subsisteret in persona Filii Dei. Nostrum est quicquid est hominis: nostrum est, quicquid est carnis: & Dei nostri in Incarnatione Verbi larga effusa benedictio; quippe apparuit in terra Deus-homo.

Eccli. 36. 5. 6.

Incarnatio miraculum inter miracula novum

15 Nota *Innova* & *immuta*. Quomodò innovabit miracula? Miraculum sanè filius coæternus Patri distinctus hypostasse, & ejusdem naturæ. Extra divinæ naturæ excellentiam erat, quicquid ultra divinam naturam: unde gloriabatur dicens: *Ego Deus & non homo*: & signans quàm longè humana natura à majestate hujusmodi status, loquitur sæpe: *Cùm sis homo, & non sis Deus*: & innovantur miracula, ubi Filii Dei exponitur Incarnatio, quippe per illam filius simul Deus & simul homo. Simul in unum dives & pauper: omnia simul, quo innovatur miraculum: etenim novum, quòd qui ex substantia Patris ante sæcula genitus, esset homo ex Virgine in mundo natus. Novum, quòd qui coæternus Patri esset posterior, & qui æqualis esset minor. Coæternus & æqualis, quia unum sunt, secundum naturam divinam, posterior, & minor juxta humanam substantiam. Hinc dum tres divinæ personæ exprimuntur per ly *Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Jacob*: dixerat: *Ego sum qui sum.* Claret unum, qui personæ tres.

Ose. 11. 9.

Isai. 31. 3.

Ezech. 28. 2. 9.

Cur miraculum & novum?

Exod. 3. 15. Hebr.

Hebr.

Rab Jonat. Hebr. *Sum, qui ero.* Rab. Jonath. *Ego sum qui sum, & futurus sum.* Quid futurus? Est quod futurus est, modò non aliud futurus. Aliud filius futurus, licèt non futurus alius: equidem futurus est quod est, & in alia, scilicèt humana natura, sine conditione humanitatis, in conditione hominis: quippequàm subsistet in humana natura sine subsistentia humana. Cur, jam patet, dicat Verbum Patris: *Ego ego.* Ego Deus, ego homo, ego theandros, Deus-homo, & semper ego, & quod sum Deus, & quod futurus: igitur licèt futurus in humana altera natura, persona duarum naturarum non est alia.

Secund. persona non alia etsi in alia natura.

Isai. 48. 15

16 Modò claret per miraculorum innovationem, quid immutandum connotatione operis faciundi in Trinitatem. *Quoniam non est Deus præter te, immuta mirabilia.* Nodus sanè Gordius. Tres personæ Trinitatis sunt, & unus Deus: & quia unus est, licèt tres, qui Deus, personæ sint, miracula non facienda, sed mirabilia immutanda? Utique. Quomodò & quando? Dum filius Dei, qui Deus, Deus & homo. In profundiorem foveam incidimus. Filius Dei per incarnationem, id quod fuit permansit, & quod non erat assumpsit, unus omninò non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum, non confusione substantiæ, sed unitate personæ. Magnum in trinitate miraculum, verùm in incarnatione Verbi immutatur alio miraculo singulare prodigium: igitur si ibi tres personæ in eâdem una natura, hìc duæ naturæ in eâdem una persona.

In Trinitate cum eadem natura tres personæ: in Incarnatione, in eadem persona duę naturæ.

Psal. 66. 8.

17 Hinc colligitur, quare *Deus*, signanter dicitur *noster*, qui filius Patris: siquidem illius substantiæ perfectissima imago; descendens de cœlo, apparuit hominibus homo, ejusdem speciei infimæ nobiscum, quippe factus licèt Deus in similitudinem hominum. Quid magis nostrum, si filius hominis, qui proprius est filius Patris? Quid magis proprium, si tradidit semetipsum pro nobis? Pater misit, ille admisit, ut nobis daret. *Pater eligit, Filius diligit, Spiritus Sanctus conjungit & unit*: ait Cyprianus de *Baptism. Christ.* Pater diligit: sic enim dilexit, ut filium suum unigenitum daret; sed se nisi in filio non dedit. Spiritus Sanctus diligit, quia ut reformaretur microcosmus, Christus ex Virgine de Spiritu Sancto conceptus. *Tota invisibiliter Trinitas conceptionem operabitur in te* (ait Gabriel Mariæ, ut scribit Ildephonsus lib. de *Virginit. B. Mar.*) *sola persona Filii Dei, in corpore tuo nascitura, carnem assumet de te*: planèque dilectio attribuitur filio, quoniam si non esset homo, non liberaretur homo. Probatio dilectionis exhibitio est operis: nosterque dicitur, dum homo qui filius Dei hominibus exhibetur; quoniam per ejus in carne adventum conquassatæ naturæ ipsa natura reparavit lapsum.

Cyprian.

Si Filius Dei Deus non esset homo, nil esset homo.

Ildephons.

18 Observemus apud Hebræos formam benedictionis. Omnia in figura contingebant illis. *Sic benedicetis filiis Israël: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Ecce quod nos dicimus: *Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.* Tres personæ divinæ signantur, quarum quæque Dominus, quin sint Domini; quia trinitas est personarum in unitate divinæ substantiæ. Modò inquirendum, cur si misericordia quid tribus personis commune, attribuitur tantùm Filio, secundæ personæ? Ut Deus noster dignoscatur, dum in nostram salutem è cœlo mittitur. De Augusto inquit Seneca de *Brevit. vitæ*, cap. 5. *Qui omnia videbat ex se uno pendentia, qui hominibus, gentibusque fortunam dabat, illum diem lætissimus cogitabat, quo magnitudinem suam exueret.* O mundi vanitas, & ficta majestas! Ab uno misero homine pendebant omnia, & etiam fortuna! Quàm aptè moriens amicis dixit: *Valete & Plaudite.* Universi dominium fuit embolium: Vulgò, *Tramoya*: imò diludium: Vernaculè, *Entremès.* Evanuit vanitatis fortuna, quia finita scena. Diem lætissimum Verbum Dei cogitavit, majestatem suam exuit: igitur in incarnatione semetipsum exinanivit.

Numer. 6. à v. 23.

In Incarnatione, Verbum Dei omnem majestatem exuit.

Senec. *Et diem lætum cogitavit.*

Mundi amplior majestas, vanitas.

19 Ergo proposito. Misertus est nobis, ut noster esset. Misericordia supponit miseriam: & illi tantùm benedictio attribuit misericordiam; quia ille tantùm de cœlo descendit, ut homo hominem liberaret. Miseriæ hominum sunt, & dum homo, Deus noster specialiter est; igitur propter nos infirmitates nostras libenter tulit, & dolores nostros ipse portavit. Jacebat in malis humana natura, devoluta malis in mala, atque præceps in peiora. Illa Filius Dei prospexit de cœlo, atque ex visu emanavit miseratio: nosterque dicitur Deus ex Virgine factus homo; quippe naturam nostram sibi assumpsit, ut hominum naturam usque ad cœlos elevaret.

De cœlo Filius Dei descendit, ut hominem liberaret.

Ap-

Et in cœlum attolleret.

Appositè nanquè dicitur: *Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui.* Faciem ostendit, dum homo apparuit: nosterque dicitur, propter nostram conditionem; quia noster tantùm, qui in mundo ostenderit faciem. *Tibi* subditur: dum hominibus sacerdos loquitur. Ut sit vestri, apparebit in carne: ostendetque faciem in sæculo vobis, quam in cœlo gloriosè ostendit Angelis. Ostensio faciei in carne præmittitur, ut nostri Deus Dei filius, homo factus misereatur, datus nobis à patre, ut noster esset conditione carnis, & non solùm ex humana conditione: unde conjunguntur miseratio, & faciei desiderabilis ostensio; quippe homo apertè visurus miserationem, quando in carne filius Dei homini ostenderet faciem.

Dum faciem ostendit, hominem elevavit.

Christus Deus & homo.

20 Hic est Deus noster, homo & Deus. Deus ex substantia Dei ingeniti, & homo ex Virginis carne: qui quidem estò in essentia humanæ conditionis, est Deus, secunda persona sanctissimæ Trinitatis.

Boet. *Verum possis dicere Solem.*

Verus justitiæ Sol.

Canit Boërius de *Consolat. Philosoph.* lib. 5. Metr. 2. v. ult. Verùm quare? Succinit Aurel. Prudentius in *Hamartigen.* v. 131. ubi:

——Posuit spectabile nostris
Exemplumque oculis, nequis duo Numina credat.

Prudent. *Præbet flamma dies, regit Sol unicus annum.*

Sol symbolum Trinitatis.

Triplex ille tamen nullo discrimine, trina
Subnixus ratione viget, splendet, volat, ardet.
Motu agitur, fervore cremat, tum lumine fulget.
Sunt tria nempè simul, lux & calor & vegetamen,
Una eademque tamen rota sideris.

Sol triplici facie.

21 Sol etiam apud Ægyptios triplici facie pingebatur, ut observat Pierius *lib.* 32. *cap.* 27. Chartar. in *Apollin. imag.* fol. 55. & 79. Etiam dum apud Indos nota mysteria fidei, apparuerunt in unum simul tres Soles, ut videsis 5. part. *Icon. Indiæ Oriental.* Sæpius visos asserit Plinius *lib.* 2. *cap.* 31. Quod ille Soles, virgas splendidas vocamus, quod quidem non Soles, sed specula Solis lucidæ nubes. Unde Prudentius ubi supr. v. 149.

Tres aliquando visi Soles.

Prudent. *Nemo duos Soles nisi sub glaucomate vidit:*
Aut si fusca polum suffundit palla serenum,
Oppositus quoties radiorum spicula nimbus
Igne repercusso mentitos spargit in orbes.

Quomodò?

Mentiti in meteöris Soles apparent. In trinitate tres Soles in unica luce lucent. Si licet in magnis, exemplis brevibus uti, tres Soles in mundo apparent, quia oppositi. In trinitate una lux, & triplex in una Sol, quoniam in cunctis unum, ubi nulla oppositio relationum. Unus & unicus Sol, sed triplici facie ostenditur. *Per faciem quippe unusquisque cognoscitur*: infit Gregor. Magn. Homil. 3. in *Ezech.* Cognoscitur Pater per innascibilitatem, & paternitatem. Filius per filiationem. Spiritus Sanctus per passivum spiramen. Solus Pater, pater & ingenitus est. Solus Filius, filius & genitus est. Solus Spiritus Sanctus spiratus & Spiritus Sanctus est. Pater à nullo procedit. Filius procedit à Patre. Spiritus Sanctus ab utroque. Pater per intellectum producit Filium. Filius per intellectum productus dicitur & est imago Patris, & Verbum. Spiritus Sanctus per utriusque voluntatem spiratus, est utriusque amor, & donum. Pater est principium sine principio. Filius est principium & à principio. Spiritus Sanctus à principio, Patre & Filio, sed nullius personæ principium. Hæc sunt facies: hæc est lux: hi sunt in unica luce Soles: hæc est Romana Catholica fides. Alibi de hoc mysterio alia. Ad illa & hæc profero ex Ausonio *Ephemer.* v. 38.

Quarè Trinitatis typus? Greg. M.

Exprimitur Trinitatis mysterium.

Deus precandus est mihi,
Ac Filius summi Dei,
Majestas uniusmodi
Sociata sacro Spiritui.

Auson.

DIDASC. II.

Amor Christi in hominem quantus!

1 SI tacuerint homines, dicent & lapides.

Nullus unquam amator
Facundus, ut possit loqui.

Plaut.

Ait Plautus in *Mercat.* Act. 1. Scen. 1. v. 35. Jurè: magnitudo concepti in pectore ignis, superat longè magnitudinem vocis.

Acer amor Deus est.

Christi amor summus erga humanum genus.

Succinit Cornel. Gall. Quid Christus qui totus amor? In ultima cœna plus flamma pectoris micuit, ignis cordis exarsit; quippe hominibus divitias amoris velut effudit, igitur illos cum dilexisset ultra finem dilexit, exprimens summæ demonstrationis excellentiam, causà amoris in amoris causam.

Corn. Gal.

Unde summus?

2 Ni superstitiosa esset Antiquitas, plus

plus floreret literarum speciositas: verùm umbraticè studiosè signavit, quod lumen fidei veritas inter tenebras invenit. Corona celebris olim mysticè consecrata Jovi. *In capite Jovis insignis corona, cujus circulo inciſſæ arte mirabili effigies Parcarum, Gratiarum & Horarum, atque in dextra aurea Victoria*: ait Pausanias in *Eliacis*, ex quo Vincentius Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 107-108. & 354. insignis profectò cogitatio, ut præclarè Princeps sese gerat in throno. In capite, rationis sede collocatur corona, & optimè, ut cadat ad unguem gratia: igitur gratia propriissimè est, quæ cum ratione & opportunè fit. Tempus in Horis coronam illustravit, & secum Gratias in decorem dignitatis adduxit. Præclarum sanè judicium pro majestate Regum, ut splendeat majestas inter Horas & Gratias: etenim pernicitas in velocitate favoris, nitor fulget venerandæ majestatis: quippequàm cum causæ subditorum clament ad Principem; ut tempore opportuno pœnæ pungentes nanciscantur levamen; Principis coronæ rutilæ augetur majestas, ubi habuerit ad gratias horis cunctis benignus patulas portas. Denique mors in Parcis, cum pernicitate temporis jungitur graphicè Gratiis: vel quia mors est propriissimè hora, qua cordis æstuantis cognoscitur gratia; vel quia Principis est nobilius auctoramen, gratias largiri ultra mortem. Mors utique tempore venit, verùm ad gratias etiam post mortem

Mens immota manet.

Uti canit Virgilius lib. 4. *Æneid.* v. 449. & Propertius *lib.* 1. *Eleg.* 19. in sensum altiorem:

Quare dum licet inter nos lætemur amantes:
Non satis est ullo tempore longus amor.
Illic quicquid ero, semper tua dicar imago:
Trajicit & fati littora magnus amor.

Hæc enim formæ diadematis possunt esse proposita; cæterùm in victoriam Christi quaquà versùs elevanda.

3 Victus jacet mundus, simulac visus Christus sub discipulorum pedibus. Cuncta cesserunt amori in hujusmodi triumpho, igitur victoriam de cunctis cordibus reportavit dilectio; apparuitque verus Salomon in diademate insigniore, Parcarum, Horarum, & Gratiarum imagine. Verùm ambigitur, quodnam illustrius stemma in coronà, an Gratia, an Hora, an Parca? Ni fallor omnia simul in unum, ut constet amoris Christi trophæum. Tempus ab Evangelista notatur, dum exprimit: *Hora ejus.* Parca, dum subditur: *Ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Denique Gratia, cum dicitur: *Omnia dedit.* Joann. 13. 1. Benè & ad unguem omnia, quoniam cuncta amoris magni fastigia. Parca & Hora, mors scilicèt, & tempus; quoniam tempus mortis hora ejus: siquidem tempus, etsi commune, privativum cordi æstuanti, ubi nanciscitur pro dilecto mori. Hora & Gratia, quippe tantùm amans vivit, quandiù gratias inter dilectos dispergit. Demùm Gratiæ & Mors, ut mors inter gratias sit; & tempus beneficiorum, quo magis vulnerabatur pondere criminum. Ubi abundavit malitia, superabundavit & gratia; etenim in morte Christus studuit gratiis vel in gratitudinibus obviis; ita ut moreretur vita, verùm superstite gratiâ: quippequàm ut transiret ex hoc mundo in amoris elevatum cacumen, plenè beneficus gratias duxit ultra mortem. En amoris magni perfectissimum signum: hinc festum habuit *ante diem festum.*

Solus amans novit, quando periturus, & à qua Morte.

Propert.

Canit vel Ethnicus *lib.* 2. *Eleg.* 27. Solus amans novit, quod quis sine amore nescit: verùm ingeniosius amoris studium in dilectorum obsequium: igitur continuò cogitat, quomodò & quando pro illis amans pereat, & amor in morte & ultra mortem vivat.

4 *Ego sum, qui sum*: dicit Dominus Moysi, cùm sederet in throno, senticoso scilicèt rubo. Inter spinas de essentia immutabili gloriatur? Utique. Per sentes exprimitur ingratitudo fauti, dignatique pectoris; per flammas vehementia amoris: suumque esse signat, ubi amorem ita explicat; quoniam verus amor non extinguitur, estò ingratitudinis sentibus usque ad intima pungatur. Sustinet flammam flammæ fomes. In Horeb sine fomite flamma; verùm amoris stemma, & ingratitudinis stigma; quippe estò ignis ardebat, rubus non comburebatur. *Ecce pectus totius generis humani*, ut ait Augustin. libel. super *Ego sum, qui sum.* Spinis, qui de cœlo descendit, ut oppressos liberaret, coronandus erat: inter spinas amoris ignis exarsit, & cœlitùs coruscabat. Rubus in cujus corde apparuit, ignem concepit. Nec folium quidem combusit. Ita? Siccine: sed ita amoris magni effulguravit flam-

Exod. 3. 14.

Augustin.

Quænam Jovis corona? Pausan.

Chartar.

Cur in corona effigies Victoriæ Gratiarum tem poris & Parcarum?

Virgil. *Mortem ultra verus amor.*

Propert.

In ultima cœna signa amoris insigniora.

Quanta & eximia!

Moritur vita, superstite gratiâ.

Amoris mors nequaquàm terminus.

Non extinguitur, estò extinguatur

Fulget ampliore luce, quia sine redamationis fomite.

flamma: etenim fulsit sine ulla pectoris redamatione, imò aculeata iniquitatum cuspide.

Senec. *Nec perit amor flammis.*

Canit Seneca in *Troad.* Act. 3. v. 802. Imò ampliore fulget luce, quia sine fomite. *Si cruci affigatur, si igni comburatur, semper amat, qui verè amans est*: infit Otho Vænius Emblem. 93. *Amor.* Magis ignis splendet, ubi cruci amorem ingratitudo figit. Hinc in throno spinoso coruscè sedet: & etiam ibi naturam indicit: quippe verus amor quantunvis injuriis stimuletur, non immutatur. Deus amor est. Amor est amor: & constat amor quod est; quia nec punctione pungitur, nec vulnere spinarum vulneratur. Est quod est, ut amor perfectus sit: igitur in dilectos non per illos, sed à se.

Oth. Væn. *Amor verus, quanvis vulneretur, non immutatur.*

Ose. 11. 9. 5 *Deus ego & non homo.* Quorsùm hæc? *Non faciam furorem* (præmisit) *iræ meæ: non convertar, ut disperdam Ephraim.* Dignus sanè, quòd dispergeretur jurè traditus dedecori, ubi ab illo in Dei arctè diligentis injuriam, elevati sunt vituli. Obæratus tot beneficiis, dignatus tot gratiis, recessit ab amasio, offensionis idolo, ab ingratitudine erecto: dicitque injuria violatus, quòd est Deus & non est homo; igitur dum ille gratiis superat ingratitudinem, homo percitus irà procederet in furorem. Homo Ephraim exterminaret, quoniam fide fluxà læsus amor, ex cujus vulnere furor. Deus contendit, vincere hominum voluntatem, fide amoris illæsà, vel post fractam ingratitudine fidem: diciturque Deus & non homo, ubi amorem in odium impellit ingratitudo; igitur firmiùs Dei amor stabilitur, ubi injuriis amor hominis commotà bile mutatur.

Ducitur in gratiam impulsus in vindictam.

6 Amor humanus crescit dilecti integerrimà fide, subsistit redamatione, fovetur obsequiis, flagrat flammis inescati cordis; quibus deficientibus, mutatur in odium, atque vergit in fastidium. Divinus verò crescit, dum pectus hominis ignem non concipit, ubi demonstrationes eximiæ teruntur, ubi obsequia pessundantur, ubi nec signum redamationis adinstar rubi non combusti, sed splendore flagrantis, quin exhiberet in materia materiam in lucidas flammas; sed quibus pungeretur amor validissimè, spinas. Unde amor non immutatur, fulgens quo extinguitur; igitur coruscat ampliùs fractà à dilectis redamationis fide, quoniam mirabilis prorsùm tanta flamma sine fomite. Hinc patet furore oppresso, quòd sit Deus in dilectione, & non homo: siquidem rescissis punitionis decretis, ob obsequium & blandimen amoris, ultrò procedit in gratias, ubi homo furiosus amore fracto commovetur in pœnas.

Et compescitur in lucidiorem flammam.

7 *Deus ego, & non homo.* Deus est immutabilis, homo flexibilis: & dum exponit erga homines dilectionem, signat tantùm deitatem; quoniam non instar hominis in charitate mutatur, quanvis spinis peccatorum vulneretur. Pridem non erat homo, sed Deus, quia immutabile pectus. Modò Verbo caro facto, est Deus homo: sed vel in carne immutabilis perseverans, etiam accipiendo injurias: quandoquidem qui verè homo, vel videns improbitatem, & incredibilem hominum ingratitudinem, amore eximio transilivit ultra mortem. *Propter me propter me faciam*: ait. Et etiam subdit: *Ego ego.* Quia ille ille est, diligit sic: equidem quis nisi ille esset, sic pervicaces diligeret? Propter se facit, quicquid facit. Quo intuitu hominibus benefaceret, si nos & se non respiceret? Quomodò si non respiceret se, nisi in furorem respiceret nos? Ipse est, & in amore constat, quòd sit ipse: quandoquidem quò magis injuriis hominum punctus, eò in gratias obsequiosè propensus. Unde Dracontius de *Oper. sex dier.* v. 222. succinit:

Non compungitur, estò pungatur.

Isai. 48. 11. 15.

Quò magis offensus, eò offendentibus gratus.

Et nisi subveniat, sucurrens non erit ullus.
Inde malo bonus est homini Deus, omnibus auctor,
Continuâ bonitate pius, virtute modestus.

Dracont.

8 Dixi alibi occursum mortis & amoris, verùm modò nova luce. Errabat quondàm Amor, & Mors errabat simul. Malis avibus utriusque lamentabilis error, quippe vel amantis vel morientis præceps furor: sæpe igitur errat in morte, qui errat cupidine: cujus nota, ut canit Prophetа: *Hi errant corde*: declinat cor, vel claudicat in semitis mortis, ubi aberrat à scopo voluntatis: siquidem vitæ in morte patet error, quoniam in vita flexus & claudus aberravit amor. Non cognoscit mortis placidæ vias, quisquis amoris pervertit ductrices semitas: etenim non amoris iter, sed mortis est laqueus, ubi amor à fine devius. O infatuatas mentes! O corda insensibilia etiam vuleribus mortis! Nesciunt utique cadere in mortem, quiqui tendunt in cupidinem. Canit Bellacius in *Epigramm.*

Psalm. 94. 10.

Quid signet permutatio telorum Mortis & Cupidinis?

Mu-

Mutarunt arma inter se Mors atque Cupido:
Hic falcem gestat, gestat at illa facem.
Afficit hæc animum, corpus sed conficit ille:
Sic moritur amor, sic moribundus amat.
Joach. Bellac. *Ut secat hic jugulos, oculos excæcat & illa:*
Illa ut amare docet, sic jubet iste mori.
Disce hinc humanæ quæ sint ludibria vitæ:
Mors thalamum sternit, sternit Amor tumulum.

9 Aptemus ergo hujusmodi ingeniosam cogitationem in amoris Christi integerrimam fidem. Non error est amoris, sed eximia demonstratio; ut mortem insidiantem declinaret homo: igitur vel ingratus allicietur, ducetur, ut incalescat in amoris fornacem, si cogitaverit Redemptoris mortem: vel quis ultrò tormenta, ipsamque mortem durissimam non subibit, modò amorem ita impensum in homines, cogitaverit? Sanè Mors, Amorque permutarunt in articulo tela, ut subigerentur durissima corda: etenim dum pervenit per duram mortem in finem, magis demonstravit amorem. Appositè pharetræ commutatæ dicuntur, ut pectora in redamationem permutentur: equidem quæ in Christo mortis acerbissimæ vulnera, tela patent, queis humana blandè sagittantur corda. Hæc vulnera vulneribus medicamina, & medicamina lethifera vulnera, ubi homines non recogitant corde, quàm medice ejaculantur è cruce sagittæ: igitur in mortem miserabiliter incidunt, qui tantum amorem incogitatò prætereunt.

Mors Christi est sagitta cordi.

Ibi coruscavit ejus præstabilis amor.

Quomodò vulnera medicina, & econtra?

10 Deinde. Nunquàm vividiùs quàm in hujusmodi emblemate præsignatur amor Christi. Semper dilexit, verùm amoris incendium in morte plus demonstravit. *Suos* enim dicit, *qui erant in hoc mundo.* O summi amoris dilectio! Quis pendeat in cruce, pende meditanter, & pro quibus. A quibus crucifigitur, sui sunt? Quid facerent non sui? Quia sui erant, ità saucìè vulnerabant; ut vulnera essent altiora, non à vulneribus, sed ab amicitia: & ille amanter etiam vulnerantes vocat suos, quoniam amor summus vel ingratissimos non cognoscit alienos: imò ut fulgeat charitas, haud refugit ejaculatas sagittas, mulcetque in amorem inimicorum odium, dum pectus nudat, estò lanceis vulnerandum. E mari amorem duxisse originem, asserunt Apulejus lib. 2. *Metam.* Vincent. Chartar. in *Vener. imag.* fol. 343. & Natal. Comes in *Mytholog.* lib. 4. cap. 14. Aptè cor Veneris dicitur aula maris, vel quia naufragatur amor in corde, si procellis agitatur; vel quia vento etiam placido movetur; vel quia frigiditate suffocatur; vel quia amaritudinibus repletur; vel denique quia ingenitæ amaritudines ortum indicant amoris: igitur astruitur pectoris æstuantis amor, ubi in probationem infertur usque ad intima dolor, medicatis vulneribus cordis, dolore vulneris: quandoquidem plagarum medicina rutilat amoris plaga.

Joan. 13. 1.

Vulnera ab amicitia graviora.

Christus pectus nudat, etiam dum ingratitudo tela vibrat.

Cur amoris ortus destinatur amarum pelagus?

11 Ulteriùs. Centrum frigiditatis dicitur mare, quod quidem videtur, confusiones despumante, hominum in pravo corde: hincque amor Servatoris habet ortum, ubi dilectio habet frequenter naufragium: igitur aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, quæ superavit cunctorum ingratitudinem: patuitque incendium, & flagrans undique pectus, ubi aliorum amor, ut sepeliretur, apparebat suffocatus. Mors arripit sagittas è manu amantis, quoniam ibi amoris finis: & in morte Christi permutantur tela, ut clareant ejus amoris singularia signa: equidem si amor arcetur à cordibus per mortis finem, in corde Christi perseverat ultra mortem:

Amoris Christi vel in mortis umbra rutilabat flamma.

Quid manibus mortis tela refracta geris? Alciat.

Dicam ex Alciato *Emblem.* 44. Fregit mortis jacula, quia tulit jacula mortis; igitur in mortis umbra, adhuc amoris splendebat flamma.

12 Amorem occulere intendebat Jeremias, ac silentio ampliores concepit flammas. Nunquàm amor sine voce, sicut radius sine luce. Quis poterit habitare cum igne devorante? *Non recordabor ejus, neque ultra loquar*: fidenter profitebatur. Verùm quid? *Factus est* (infit) *in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens.* Si diceret alius, haud videretur inextricabilis nodus. Si quia ignem non tulit, defecit; quo ergo modo defecisse dicit? Loqui nequit, cui deficit vita: qua lege in mortuo collocabitur loquela? Si dixit, non defecit: si defecit, dicere non potuit. Signat verbum vitalitatem: ignis pectoris amorem: & ut singularis dignoscatur, ob vehemens incendium sese defecisse loquitur; quippe licèt langueſceret amore origo vitalitatis, non evanuit vitalitas flagrantis amoris: equidem vel deficiente vita, prævaluit amoris flamma. Vitæ enim amor confertur, & modò morti studiosè assimilatur, visa, in morte vità amoris, ut incendium clareat pectoris: equidem magnum & singulare, quòd vivit etiam in morte.

Amor nunquàm sine voce.

Jerem. 20. 9.

In verè amante languet origo vitalitatis, non vitalitas amoris.

Cur amor verus confertur morti?

Est mors cuncta destruens, quæ destruitur sine destructione cunctorum. Ubi aliquid vivens manet in mortuo, morti adimitur dominatio, quoniam jacet parto triumpho. Unde qui deficit amore, defeciſſe se dicit: etenim etsi à morte absorpta vita amantis, vita nequaquàm amoris.

13 Demùm. Si deficiens igne exæstuante, taceret; moreretur amor, simulàc vita deficeret. Magnum, novumque videndum, dum à vita deficeret pectus saucium, igitur jungebatur vel mors vitalis, vel vita in regione mortis: auditurque vox amoris, amantis extinctà vità, ut rutilet in amore nova gloria: etenim cor intra quod ignis clausus, attingens in morte finem; vocibus indicat transiliiſſe mortem. Mortem superat, qui igne amoris vitalitatem exhalat. Intra & extra est; intra, quia jacet; extra, quia deficiendo non deficit: equidem non moritur mortis vulnere quisquis moritur amore.

Gloria amoris attingere finem & transire.

14 Quanta in homines conferrentur beneficia, si corda grata; ubi tot ebulliunt etiam cervice protervà? *Vulneraſti cor meum ſoror mea Sponſa in uno oculorùm tuorum & in uno crine colli tui*: exclamat Sacer Amasius. Allicitur sanè proclivè, cujus cor non tantùm allicitur, sed vulneratur obtutu levi, & parvà cogitatione. *Vulneraſti cor.* Quare sic? *Cor Sponſi à Sponſa vulneratum* (ait Sanctius in *Cantic.* 8. num. 37.) *quia cor geſtabat, ideſt laminam ſupra cor ſcriptam*: de quo Nos latè egimus *Tom. 2. Expoſit. lit.* à num. 18. Sponsa tradiderat cor, cujus effigiem Sponsus gestabat ob oblectamen. Cur igitur dum ostendit cordis vulnera, objicitur oculis ærea cordis vellicati lamina? Si dilectus Sponsæ est, & illa illius; cor carneum tradidit illa. Quorsùm ergo pro fide lamina ænea? Ut constet hominibus, quàm pronus in amorem, modò in hominibus reperiret fidem: igitur quid non faceret redamatio ex corde facili Sponsi, ubi unico aspectu, & levi cogitatione vulneratum cor ex ære? Vulgò: *Què no haria del corazon del Eſpoſo, ſiendo tan docil, y facil; ſi una leve correſpondencia ablanda un corazon hecho de bronce?* Qui dedit semetipsum pro nobis, supersedebit gratiis? Nobis ergo consulamus ut ditemur. Percutiamus amore dilectum, siquidem gaudet vulneribus hujusmodi sagittarum. Nunquàm enim dicet, uti canit hìc Mariana:

Cant. 4. 9.

Sanct.

Trahitur Chriſtus vel levi cogitatione.

Anima diligens vel æra frangit.

Marian.

Vela oculum, nec me crudeli vulnere perdas.

DIDASC. III.

Pœnitentiâ evaneſcunt prorsùm peccata.

Floret Dei amor, dum viget hominis furor.

1 CReſcit Conditoris æstimabilis amor, quo magis gliscit in propria damna arreptitii hominis furor, insaniente in medicum ratione læsà, quoniam specie doloris exhibetur medicina.

O Troja infelix! Propter facta infecta Peris, & ſuſtines miſera mala

Eurip.

Ait Euripides in *Helen.* v. 365. Aptiùs dicerem de perditione hominum, pœnitentiam aversantium: etenim cùm sceleſtos neget, quos scelerum piget; quantunvis animam gravarent crimina, facerent quæ facta infecta, quoniam fugiunt uti nulla ultricem, vigilemque justitiam, quæ transeunt in pœnitentiam.

Pœnitentia negat patrata crimina.

O Pater! O hominum, rerumque æterne Creator!
Quot gradibus parcit pietas tua! Quis pater unquàm
Suſtinet erranti toties ignoſcere nato?
Das genti ſenſum, quo vel bona, vel mala, noſcant,

Paulin.

Proponiſque malis pœnas, & præmia juſtis.
Hæc quoque quis ſprevit? Redeat quandoque licebit.

Quanta Dei misericordia!

In promptu venia eſt, Sanctum patet eſſe lavacrum,
Quo renovet vitam, vetereſque obliteret actus,
Quodque novos homines faciat. Quid quærimus ultra?

Canit Paulinus Consularis in *Carmin. Baptiſtæ*, v. 277. Quid quærimus ultrà? Novos homines facit pœnitentia.

2 *Ego ſum qui ſum*: dicit Dominus Moysi, dum specie ignis thronum collocavit inter vepres. Discrimen sui & hominum esse signat, ubi naturam immutabilem explicat. Quo ergo intuitu inter spinas naturæ exprimit ingenitam immutabilitatem? Ut clarescat, quid operetur pœnitentia erga hominis conditionem. Vepres symbola patent pœnitentiæ, quæ infigit spinas dolenti cordi, ut virus vulnere exeat (quippe medetur, dum saucìat) & stimulet pungendo, ut ex spinis rosarum prodeat floridè pulchritudo: Deusque inter spinas proprium exprimit immutabile esse: quia homo per pœnitentiam alter & ipse. Ipse, qui fecit inconsideratò crimina:

Exod. 3. 14.

Homo per pœnitentiã alter & ipſe.

na: alter, quoniam pœnitentiâ quæ facta fecit infecta. *Ego sum qui sum*: homo vero est & non est. *Tu autem idem ipse es*: astruit David. Homo autem non est ipse, si non idem: & non idem ipse, dum ducitur pœnitudine; quoniam per arreptam pœnitentiam, commutat in pulchriorem participatam naturam.

Psal. 101. 28. *Pulchrior humana natura.*

3 Modò intelliges textum difficilem, & simul pœnitentiæ potestatem. Scissurà regalis pallii, scinditur tanquàm signo Israëliticum imperium à Saule. Perculsus indice avolantis diadematis, protulit facies speciem libelli supplicis: pertæsusque Samuel larvam humiliationis, audacter ita in Regem, seu tyrannum fulminavit: *Triumphator in Israel* (Deus scilicèt) *pœnituaine non flectetur, neque enim homo est, ut agat pœnitentiam.* Ut signet decreti divini immutabilitatem, asserit in Deum non cadere pœnitudinem? Dicat, quod sæpe in Scriptura, ut vidimus: *Deus Deus, & non homo: Homo homo, & non Deus.* Verùm pro contrapositione esse divini invariabilis, quorsùm emblema hominis pœnitentis? in expressionem hujus validissimæ virtutis. Nullum utique perspicujus speculum, quo magis eluceat pœnitentiæ miraculum. Transfert peccatores in aliam, quam habebant conditionem, ubi amplectebantur crimen, cujus detestatione recipiunt naturam novam, translati de morte ad vitam: & ubi Dei profertur immutabilis natura, adversa exponitur hominis pœnitentia; quoniam homo criminum pœnitudine ductus, in se reversus, nequaquàm ipse, sed alius.

1. Reg. 15. 29.

In quo insignius pœnitentiæ miraculum?

4 Deinde. Ipse homo est, dum delinquit ut homo, verùm dum resipiscit, non est ipse: perperàm ipse statuetur, si mutatur: jurèque discriminatur uti inviolabilis sententia divina, & hominis pœnitentia; quippequàm pœnitentia iniquitates plorantem convertit in alium hominem, ita ut ipse non sit idem. Novus homo homo est: exprimitque suumpsius & à se clarè discrimen, dum in se homine statuit hominis novitatem. Qui peccator, mortuus planè, criminis lethali vulnere. Non idem, sed alius à se homo mortuus & vivus. Aliqui Philosophi astruentes resolutionem defectu formæ usque ad materiam primam, hominem alium à se prorsùm, dicunt, propter animæ absentiam, vel propter amissam gratiam, vitam vitæ animæ, tanquàm formam veræ vitæ: quo sensu de prodigo patet protulit: *Mortuus erat, & revixit*: etenim sicut peccatum est in homine cadavere, pœnitentia illum redimit à morte, qua non ille, qui ille: igitur qui non fui, ipse non est, & patet ipse alius, in se reversus, quippe alterius conditionis. Unde Deus idem est, & non ut homo, qui pœnitentiam agit, ubi aliquid absolutè decernit; quoniam homo qui agit pœnitentiam, non idem, habens novam vitæ rationalis formam.

Illà homo novus homo

Cum nova vita.

Luc. 15. 24.

Cum nova forma.

5 *Venit Joannes* (ait Lucas) *in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum.* Ly *Peccatorum*, & potest intelligi de peccatis & peccatoribus, igitur utriusque vocis casus patrius: ambiguèque in latinitate describitur; ut miraculum resipiscentiæ pœnitudine signetur: igitur peccatis per pœnitentiam remissis, jam non ipsi qui fuerunt peccatores. Canit Juvencus lib. 1. *Histor. Evang.* v. 367.

Luc. 3. 3.

Et definitio

Nunc ego præteritas maculas in flumine puro
Abluere instituit.

Juvenc.

Præteritas? Ad quid ablutio, si præteritorum? Lavacrum fit pro puritate macularum præsentium: & quod præsens describitur, quasi præteritum meditanter designatur: igitur dum accedit pœnitentia, jam non est macula. Præteritas maculas abluere in flumine intendit Joannes, coràm habens peccatores. Per deturpationem præsentium macularum, demonstratur cor pollutum. Quia peccatores pœnitentiæ accedunt: & qui præsentes nequaquàm sunt, qui accesserunt peccatores; quoniam maculæ criminum non sunt præsentes. Sunt peccatores per præsentiam macularum, ac nigredinem criminum: unde qui lavacro accesserunt maculati, non sunt illi; quoniam pœnitudine jam maculæ sunt præteritæ.

Dum accedit pœnitentia evanescit criminis macula.

6 Quod fiebat in Jordane, meritis Christi experimur in corde. Peccamus, verùm peccata flemus, conscientiâ pungimur, rubore compungimur, dolore terimur, pœnitudine affligimur, & accedimus pœnitentiæ, ut renovemur corde: culpæque dicuntur præteritæ, ubi irruunt lachrymæ; quia in pœnitentiæ præsentia, semper præterita peccatorum macula. *Baptismus* dicitur *pœnitentiæ*. Ideò, pœnitentia pro pœnitentia facta. Quænam ergo pœnitudo indiget pœnitentia? Improborum audacia, arbitrantium irritâ confessione peccata dilui, etiam cum proxima occasione peccati: siquidem cùm pectore foveant & amplexentur quæ abo-

Nunquàm peccatorum macula, & pœnitentiæ præsentia.

Quæ ficta?

minari dicunt; aliâ pœnitentiâ indiget pœnitentia ficta, & illius specie etiam commissa peccata; etenim non tantùm debent deplorare peccatum, sed additum sacrilegium.

7 Ulteriùs. *Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum*: Igitur modò non remittantur peccata, erit sanè inutilis pœnitentia. Baptisma Joannis tantum dispositivum, quia non conferebat remissionem peccatorum; sed inducebat in pœnitentiam, per quam Christus remissurus culpam. Modò inquirendum, cur non dicitur, prædicasse pœnitentiam in puritatem baptismi, sed baptismum in signum pœnitentiæ? Theologicè respondetur, Joannem prædicasse pœnitentiam virtutem, dispositivam in pœnitentiam, per Christum sacramentalem: unde in puritatem conscientiæ dirigitur ablutorum operatio, quæ signatur aptè illo typico baptismo: etenim sicut aquâ sordes abstergunturcorporis, ita pœnitentia verà delentur maculæ mentis.

Spongiâ doloris tergunturmaculæ mentis.

8 Scrutemur abdita. Baptismus à Joanne, ut signum proponitur pœnitentiæ. Quare igitur pœnitentia præsignatur in baptismate? An quia pœnitentia, est naufrago peccatori secunda tabula? Utique: utrobique salus, si punctum pectus: vocaturque jure baptisma, puncta, ac contritâ pœnitudine conscientia; igitur si baptismate in peccatore nullum remanet peccatum, etiam pœnitentia, criminis omne evanescit vestigium. Abluitur Naaman in Jordane, & mundatur à lepra. Hic clarescit præsignatum baptisma. Magdalena etiam abluitur, & prorsùm mundatur, quippe cuncta illi *remittuntur peccata*. Quomodò vel quando abluta? Unde efficacia virtusque baptismatis? Ex effusis à corde fervidis lachrymis: ablutaque exiit, dum pœnitens introivit; quia nullum pristinæ lepræ apparuit leve vestigium, emergente animâ purâ è flumine lachrymarum

Pœnitentia naufragotabula.

4. Reg. 5. 14.

Luc. 7. 48.

Lachrymæ purificant.

9 Hinc delicabitur, cur crimina dicantur vulnera, & etiam lepra? Longe distat lepra à vulnere: etenim illa, estò ab internis, tantùm macula cutis: vulnus autem separatio carnis à carne in integritate corporis. Qua igitur proprietate, vel similitudine conferentur crimina plagæ, & pariformiter lepræ? Dicam. Peccata sunt vulnera, antequàm accedat pœnitentia, quoniam vel non curantur, vel medici sine cicatrice non medentur. Quin etiam quæ levia peccata, minimè negligenda; ne corruat negligens in majora: etenim ex lepra fiunt vulnera magna & lethifera, ubi non curat animus, estò leve infigi vulnus. Transeunt peccata in lepræ similitudinem, ubi cogitatur pœnitentiæ medicamen, ita efficax in criminum curatione; ut vel vulnera magna pateant sine cicatrice: arteque mirabili quæ vulnera jam sunt lepra; quoniam pœnitentia, vulneris tanti nec apparet macula.

Cur crimina dicantur vulnera & lepra?

Peccatum veniale etiâ vitandum.

10 Antequàm procedamus in principale institutum, proferam Ecclesiæ auctoritatem, & subtilem in propositum. *Peccata mea* (canit in *Dominic. post Epiphan.*) *tanquam sagittæ infixæ sunt in me: sed antequàm vulnera generent in me, sana me Domine medicamento pœnitentiæ Deus.* Ecce crimina vulnera, & ecce lepra. Necesse est, quòd vulnera sint, si adinstar sagittarum illis acutè traductum cor. Quomodò antequàm vulnera generent, scissuræ medicandæ; si sagittæ sunt infixæ, nullaque sine vulnere sagitta figatur carni? Quid si cordi? Deinde. Pœnitentia utique vulneribus peccatorum est medicina, & arte singulari præsentanea: verùm haud facilè intelligitur, quo pacto pœnitentiæ medicina adhibenda, antequàm generent vulnera, si vulnera fiunt per fixionem sagittarum? Profectò peccata sunt in animam tela fortiter missa, queis formantur in corde lethalia vulnera: sed vulnera facta à sagittis non vulnera medicamine doloris; quoniam dum accedit pœnitentiæ medicina, quæ fuerunt vulnera, apparent ad cutem lepra: quæ quidem ita mundatur ablutione lachrymarum; ut quantunvis hæreant cuspides jaculorum, in tanta strage, qua saucia lethaliter anima, nec ulla appareat inflicti vulneris umbra. Vulnera sunt à fixis consensu jaculis, & non vulnera medicamine efficacis pœnitudinis. Vulnera facta, sed infecta vulnera, adhibito medicamento à pœnitentia. Vulnera sine cicatrice non sunt: & vulnera non sunt vulnera ob applicatum pœnitentiæ medicamen, quia quæ à pœnitentia inspecta nullam habent cicatricem: igitur etiam in corde ex cumulo sagittarum, cunctorum vulnerum evanescit vestigium.

Ex Psal. 37 3. & 40. 5.

Cum pœnitentia nulla peccatorum vulnera.

11 Clariùs igitur. *Ut maximè sanaretur vulnus* (ait Plutarchus in *Alexand.*) *quod effet illatum, cicatricem tamen quoquo modo manere.* Haud secùs sunt à diabolo tela: hinc à Paulo dicuntur: *Tela nequissimi ignea*, igitur ut homines perseverent in peccatis, virtute ignis remo-

Plutarch.

Ephes. 6. 16.

ven-

ventur ab ulceribus dolores, manetque cicatrix, qua vulneris nota, & immedicabilis plaga: siquidem si dolore curantur, sine dolore vulnerum non est remedium. Aliter vulnera pœnitentiæ non ignea, sed blanda, estò infundat vinum acre, est oleum lene, igitur quemadmodum Pelias hasta, qua dolorem infert, dolorem tollit. Unde Ovidius lib. 13. *Metam.* fab. 1. infit.

Dolor illorum dolore tollitur.

Ovid. —*Non onerosa, gravisque*
Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.

Petron. Etiam industria ostenditur à Petronio in *Satyric. O facinus! Et in hoc pectore* (inquit) *cùm vulnus ingens fuerit, cicatrix non est.* Per cicatricem devenitur in notitiam vulneris, deformitate læsæ patente carnis: & quæ vulnera non vulnera à medicatrice pœnitentia: quippequàm intimi medicamento doloris, nec apparet in læsis vestigium vulneris.

Evanescente vestigio vulneris.

Jerem. 50. 20. 12 *In diebus illis, & in tempore illo quæretur iniquitas Israel, & non erit* (dicitur per Jeremiam) *& peccatum Juda & non invenietur.* Cur ergo si peccatum est, & studiosè inquisitum, factum peccatum non invenietur? Quia peccatum factum jam infectum. Signis quærenda peccata, uti quæruntur & inveniuntur per cicatrices illata vulnera. Fuisse peccata, constat: & etiam quæsita quæ fuerunt, non iri inventum, seriò Vates affirmat; quia in vulnerum peccatorum cognitionem, non reliquit pœnitudo vel minimam cicatricem. Perpende æquivocum. *Quæretur iniquitas Israel, & non erit.* Ille, vel illa? Neutrum. Illa deletà virtute pœnitentia, nec invenietur ille. Ille vulneratus jacebat criminibus, & saucius sagittis iniquitatibus. Constrinxit pœnitentia hiantia pectoris ora, rursùm per dolorem sciissa: & ille vulneratus jam non ille; quoniam dum quæritur saucius, invenitur sine vulnere.

In vulnerum cognitionem non relinquit pœnitentia cicatricem.

Ovid. *Non sum, quod fueram,*
Dicit Ovidius lib. 3. *Trist.* Eleg. 11. Patet, quid faciat afflictio: igitur constante ad vitam naturà, est alia vivendi forma. Hinc Magdalena uti Phœnix avicula inter ignes amoris ipsa & alia. O mors inclyta, qua vita floret, dulcisque dolor, qui mortem sepelit!

Magdalena Phœnix inter ignes amoris.

Securus moritur, qui scit, se morte renasci:
Non ea mors dici, sed nova vita potest.

Rom. 6. 4. *In quo ejus pœnitentiæ miraculum?* *In novitate vitæ* ambulandum, quia effulgurat pœnitentiæ prodigium: siquidem non mirum, quòd sit altera, sed quòd sit altera & ipsa, & floreat ad instar surculi novitas, ubi è radice pessima extirpatur iniquitas. Et uti canit Poëta lib. 2. *Georgio.* v. 80. Succos oblita priores,

Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos,
Miraturque novas frondes, & non sua poma. Virgil.

13 Non invenietur iniquitas, quanvis exploret curiositas. Unde igitur hujusmodi oculorum deliquium, ut non videant, quæ vel cæcis crimina uti vulnera patebant? Aliqui dicunt pœnas peccatorum per peccata hìc intelligi, quæ non sunt expiata pectoris contritione: optimèque junguntur supplicia, & peccatum suppliciorum causa; equidem nullos pateremur dolores, ni corde foveremus iniquitates. Alii intelligunt idola, cum quibus etiam sunt æquivoca supplicia, quod vel Ethnici sectatores indicant, ut ab illecebris voluptatum pectora caveant: igitur habent, qui fugiunt; & potiuntur, dum spernunt. *Vera voluptas est voluptatum contemptio*: ait Senecta in *Sentent.*

Iniquitas doloris origo.

Senec. *Est in ipsa voluptate.* *Labor est etiam ipsa voluptas.*

Manil. Canit Manilius *lib. 4. cap. 1. v. 155.* & Claudianus lib. 2. de *Laud. Stilicon.* v. 133.

Luxuriæ prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitriis, hebetat caligine sensus, Claudian.
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior ulla
Interiùs.

Acrior in luxuria.

Meritò igitur infibulantur supplicia, & tormenta, dum objiciuntur amatoribus idola; quippe cuncta nostrorum dolorum dirissima seges, pullulat uberrimè ex idolis voluptatis: nullaque essent in cordibus pungentia mordicùs acerbitate supplicia, modò proscinderentur culta tot annis voluptatis idola.

14 Rursùs quæstioni. Peccata vulnera sunt animæ, juxta illud David: *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Petit ab archiatro cœlesti, vulneri & promptum remedium; quoniam hærebat intimè cordis penetralibus peccati jaculum: qua igitur arte nec iniquitas, neque vulnus, neque signum invenietur, maximè ubi à justitia divina vigilanter inquiritur? *Nullæ apparebunt antiquæ calamitatis reliquiæ*: infit Sanctius hìc num. 42. Nullæ? Nullæ: imò nec reliquiæ artificio mirabili pœnitentiæ. Unde cùm negari non possint vulnera à peccatis facta; ita dolore & contritione cordis fiunt infecta, ut pro vestigio inflicti vulneris cordi, non remaneat justitiæ exploratrici cicatrix. Quærit justitia peccatorem, & non invenit quem quærit, quoniam pœnitentem invenit. Alius à se

Psal. 40. 5.

Sanct.

Quomodò peccata divinam fugiant justitiam?

est,

est, quippe minimè est, quòd fuit, mutatà conditione, pœnitentiæ medicaminè, rationali natura resumptà, cum gratiæ forma, quam profectò declinat ultrix justitia. Unde iniquitas non est, nec est qui prius cum iniquitatis vulnere; quoniam ille non est ille, non inventa iniquitate.

15 Restat investigandum, quando hujusmodi per pœnitentiam transmutatio, quia dicitur: *In diebus illis & in tempore illo*? Idest, per Hendiadym, *in tempore illorum dierum*. Quando igitur? Ubi non solùm prædicetur baptismus pœnitentiæ, sed Sacramentnm pœnitentiæ floreat ad instar baptismi. Patet expositio dubii n. 7. Unde igitur propria Sacramentorum horum collatio? Ex pœnitentiæ artificio. Sacramentum baptismatis est regeneratio hominis. Regeneratio supponit esse, sed pollutum originaria labe. Sine generatione nequit esse regeneratio, ubi esse, seu coinquinatæ naturæ confertur eximia pulchritudo, cujus splendore in esse hominis rutilat nova creatura, novus homo. Si esset generatio, fieret transitus de non esse ad esse: in regeneratione est esse, verùm aliud esse in ipsa hominis conditione. Magnum, esse ex non esse conditionis: majus alterum esse in qualitate ejusdem entitatis; quippe ipse homo perseverat & alter statuto miraculo, ex eo quod sit alter & sit ipse. Unde sacra criminum pœnitentia signatur tanquàm baptisma, quoniam negat pœnitentem ipsum fuisse peccatorem: etenim ille qui ducitur pœnitudine, ac peccati contritione, sine peccatis non ille. Quæritur saucius, & invenitur illæsus. Quæritur leprosus & invenitur mundus. Quæritur insanus, & signatur in bonam mentem receptus. Ille esset, si lepræ, insaniæ, aut ulceris pateret nota: & negat jurè illum illum, qui quæritur, pœnitentia; quoniam inflictorum vulnerum nulla remanent vestigia. Appositè igitur scelerum pœnitudo confertur sacro lavacro, rutilante pœnitentiæ ingenio: quandoquidem & cœlo patet mirabile, quod peccator resipiscens non sit ipse.

16 Astruit & Paulus. Apparente humanitate Dom. N. Jesu-Christi, apparuit etiam salus humano generi, quoniam *salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis*. Regenerationis per baptismum, & renovationis per pœnitentiam sacramentum. Per baptisma, de esse ad verum esse, in sanctificante gratia. Per pœnitentiam, de non esse peccati ad esse gratiæ, contrito corde, & effusis lachrymis in signum veri doloris inficiante pœnitentia peccatorem esse; quippe jam est in non esse peccati, siquidem non est ipse, qui jam est alter. Licèt pœnitentia possit dici lavacrum regenerationis, mortuis, animà suscitatà, peccatis; aptiùsque regeneratio lavacri, quoniam facit pœnitentia, quidquid quoad statum gratiæ fecerat etiam baptisma, deletis nigris tetrisque maculis peccatorum, per lavacrum lachrymarum, liquefacto attrito corde in detestationem peccati; dignum arbitror disquisitione, cur Paulus baptismum, regenerationis lavacrum appellat; & pœnitentiam, lavacrum renovationis designat? An quia in baptismate esse recipitur novum & in pœnitentia renovatum? Utique. Cæterùm quid magni in hujusmodi discrimine? Excellentia pœnitentiæ. Novum esse est nunquàm habitum: renovatum, partum sanè quod amissum: in baptismate acquiritur gratia, verùm restituitur in pœnitentia: majorisque habetur possessa amissa felicitas, quàm bonorum universitas. Inventa est margarita gratia: ergo amissa: quippini pro illa homo daret cuncta cætera bona?

17 Hæc igitur exponuntur pro recommendatione pœnitentiæ. Unde S. Patriarcha N. Benedictus, nos alloquens, monet: *Corpus castigare, delicias non amplecti, jejunium amare*. Ita *Regul. Sancti*. cap. 4. instrum. 11. 12. 13. equidem per hujusmodi voluntarios dolores, acquiruntur cœlestes voluptates. Semper lugubris Monachorum vita: & in vita aspera horum latitat gloria; quippe deliciæ Monachorum incumbentiæ, sunt, delicias non amare: imò redigere corpus in servitutem, ut pœnis anima obtineat felicitatem. Sub larva igitur doloris, absconditur nostræ structura beatitudinis: imò ut canit Paulinus ubi supr. v. 273.

Diluit infusis credentium crimina lymphis,
Absolvitque metus hominum, pœnasque remittit,
Atque ignem restinguit aquis, oblivia suadet
Errorum, præstatque novæ nova corpora vitæ.

Ubi supr.

Cur pœnitentia dolentis baptisma?

Homo qui pœnitet non est ille, qui peccavit.

Qua metamorphosi?

Tit. 3. 5.

Non est ipse qui jam alter.

Cur pœnitentia dicitur renovatio, & baptismus regeneratio?

Habetur magni possessio felicitatis amissæ.

S. Bened.

Miracula pœnitentiæ

Paulin.

DIDASC. IV.

Tinea virtutis execranda hypocrisis.

Quanta hypocrisis mala!

1 ITA & aliis coloribus pingit Chrysologus *Serm.* 7. *Hypocrisis subtile malum* (ait) *secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis. Adversa omnia nituntur viribus suis, armis suis pugnant: impugnant palàm: unde & caventur tam facilè, quàm videntur.*

Chrysolog. *Hypocrisis secura simulat, fallit prospera; curiosa menti mentitur, & crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum. Jejunium jejunio perimit, oratione orationem evacuat, misericordiam miseratione prosternit. Quod corporibus hydrops, hypocrisis animabus.*

Juvenal. *Fallit enim vitium specie virtutis, & umbra.*

Denigrat ostentatio virtutis.

Canit Juvenalis *Satyr.* 14. v.110. Floridè umbram signat hypocrisim, dum vafer animus virtutis ostendit speciem; igitur denigrat virtus tantùm in ostentationem, & qua fulgere intenditur, tenebrosè deturpatur.

O vita fallax! Abditos sensus geris
Animisque pulchram turbidis faciem induis

Senec. *Pudor impudentem celat, audacem quies,*
Pietas nefandum: vera fallaces probant,
Simulantque molles dura.

Succinit Seneca in *Hyppol.* Act. 3. v. 915.

Exod. 3. 14.

2 *Ego sum qui sum*: dicit Dominus Moysi. Quis ergo non est, quod est, estò ab alio, quod est, sit? Hypocrita, fulgens extrà, virtutis larvâ: igitur intùs horror, quod ad oculum fulgor: statuiturque fulgore tenebræ potiùs, quàm lux; quoniam studiosè fulget aliter ac est in se. Videamus collationem. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ*: dicit de Deo Joannes, uti vidimus latè in *Expositi. liter.* à n. 11. Ita Deus. Nota modò monitionem Christi: *Vide* (inquit) *ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.* Difficilis utique propositio. Lux non potest non esse lux: tenebræ carentia lucis: quo ergo pacto inveniri possunt simul contradictoriè? Si lumen tenebræ, erit & non erit lumen; erunt tenebræ & non erunt. Non erunt, quoniam in eis supponitur luminis fulgor: erunt, quia nullus in tenebris invenitur splendor. Unde igitur erit tenebricosa lux? Dicit textus: *Vide, ne lumen, quod in te est*, &c. Non ex lumine offusio, sed ex subjecto; quod cùm aliis fulgeat, sibi caliginem aptat ostentatione virtutis, ob finem ostentationis: lux virtus est, quùm splendidum effectum, aliorum oculis gratum, subjecto participat: tenebræ, ubi hoc nec minimum habet radiorum, queis virtutis splendor intuentes illuminat. Lux, ubi inerit virtus, ex qua lucis delectabilis radius: tenebræ, ubi virtutis splendor, & non virtus: diciturque hypocritarum lumen aliis lumen, sibi tenebræ; quia in illis fulget virtus sine virtute: igitur alios amœno fulgore illuminant, & ipsi cum splendore virtutum tenebras palpant.

1. Joan. 1. 5.

Luc. 11. 36

Fulgor hypocritæ tenebræ.

Alios illuminat & in tenebris ambulat.

3 Ulteriùs. Hypocritæ virtutes destruunt virtutibus, & idola deaurant veritatis speciebus, ut appareant; minimè ut virtutes fulgeant, sed ut fulgeant in virtutis fucatâ imagine: aptèque dicitur illorum fulgor palpabiles tenebræ; siquidem miserrimè tenebrescunt, quo fulgore videntes illuminantur. Grata illis non virtus, sed virtutis æstimatio: & hujusmodi æstimatione lux virtutis fit caligo; quippequàm evanidi prospicientes coruscam radiis virtutem, non sequuntur virtutem, sed splendorem. *Impegimus meridie quasi in tenebris.* Jurè apud Isaiam dicunt hypocritæ. Haud inusitatum palpare tenebras in tenebris, absentiâ lucis: novum autem, attrectare coruscante luce Solis: & ita miseri sunt studio virtutum vano; ut corruant, ubi currunt cæteri sine periculo. *Impingere* dicit, & propriè. Hisp. *Quebrarse la cabeza*: *Darse de cabezadas*. Lucem optant, ut appareant; & meridiem, ut alii videant in eis virtutum fulgurantium splendorem: cæspitantque in meridie tanquàm in tenebris, quia in obscuris collocantur Sole virtutis: etenim cùm lux ex virtute sit, & nequaquàm virtus ex splendore, quo conciliatur hominum honor, & inanis auctoritas; appetentibus tantùm honorem, Sol convertitur in tenebras; quibus vel meridie impingunt: quippe pro acquisitione æstimationis, caput usquequaquè frangunt. Vernaculè: *Por esta vana gloria se estàn siempre quebrando la cabeza.*

Non intendit virtutem fulgere, sed fulgere specie virtutis.

Isai. 59. 10

Collocatur in tenebris sole virtutis

4 Ratio sub manum. Qui in circuitu ambulat, caputque rotat, amittit sensum, nequitque consistere pedibus, deficientibus, quia turbatæ, facultatibus; & denique impingit in plano, nec obice, nec periculo. Haud secùs hypocritæ, etiam ambulantes in meridie, igitur haud reputant objecta ut objecta, sed præut resident

in

in læsa phantasia, arbitrantes, ut canit Ovidius, lib. 11. *Metam.* fab. 8.

Ovid. *Candida de nigris, & de candentibus atra.*

In meridie sunt, in conspectu Solis, in fervore lucis: ac in luce impingunt tanquàm in tenebris; quia splendore allucinantur, & ut corruant evanescunt. Movet virtus, excitatque animos, ut cor possideat, quæ amœnat pulchritudine vel lippos oculos. In odorem unguentorum currunt contemplantes venustatem; sed hypocritæ non in illam intendunt, sed tantùm in splendorem, quo cæcutiunt, quin ponant in via gressum, dum alii in acquisitionem excitantur. Qui in tenebris est, quia nescit quò vadit, non audet ob pericula pedem ducere in ampliora: & hypocritæ viventes coram lumine virtutis, jacent miseri, deplorabiles in tenebris; quoniam vel mirantes illius venustatis perfectionem, in amplexum virtutis nec movere volunt pedem, falsò decernentes in virtutibus lapsum, ubi cogitant anxiè per splendorem ascensum.

Splendore allucinatur.

Nec pes in virtutem movetur.

Ubi supr. 5 Modò patet, Cur *Deus* dicitur *lux*, & quòd in illius luce nec ullæ tenebræ sint; & etiam quo modo in hominis lumine, quæ lux fulget, pateant tenebræ. Deus perfectissimus est, & verax; homo autem imperfectissimus, mendax & falax, eò magis deterioris nugacitatis, quò dolus micat indumento virtutis. Ostendit Deus perfectiones, verùm nobiliores habet, quas non ostendit: hypocrita verò pro fastu perfectiones ostendit, quas non habet: unde tenebræ in luce Deitatis non sunt, & in luce hypocritæ non est aliud nisi tenebræ; quoniam Deus est, quicquid videri oculis hominum, vult: hypocrita autem videri vult, quod non est. Apparentiæ solummodò studet, cæterùm sibi & perfectioni non consulit: igitur patet nullam habere virtutem, dum illam quærit tantùm in ostentationem. Miserabiliter se cruciant, & vias difficiles ambulant; equidem ubi alii portum, hi vento ducti inveniunt turpe naufragium.

Videri vult, quod non est.

Matth. 4. 1. 6 Ducitur Jesus *in desertum* à Spiritu divino *ut* ibi *tentaretur à diabolo. A diabolo*: ecce hypocritarum distinctio. A seipsis tentantur in ruinam, quærentes exterius gloriam; & à diabolo etiam: equidem specie virtutis apparent in cachinnos larvati dæmones. *A diabolo*, hominibus prorsùm infesto, quorum gaudet præcipitio. Virtutes juvant, ne homines in vitia corruant; quæ vitia sunt mortalibus decipulæ; adeoque infelices hypocritæ; ut cæspitent in virtute. Quid non in occultis vitiis, ubi etiam virtutes obices? Arbitror depingi teterrima ludicrà speciosà formà; ut foveantur tutiùs in pectore vitia. Appositè conferuntur equo Trojano, cunctæ eversori virtutis, sub specie Religionis, ut notat Saavedra in *Idea Princip.* Symbol. 27. Unde Picinell. lib. 5. cap. 20. num. 357. subscribit epigraphem: *Interiora ejus plena sunt dolo*: quandoquidem ubi magis corruscat sanctitatis fulgor, intùs latet error, quo molitur pectus in observantiam insidias,

Hypocritæ dæmon larvatus.

Obex ille virtus.

Equo Trojano similis.

Occultas continens hastas. Euripid.

Succinuit Euripides in *Troadib.* v. 137. Hic latet omne nefas, fugiunt fides & frons venusta pudoris, sufficiunturque doli, insidiæ, fraudes, quæ cuncta bracteantur in speciem virtutis, cujus fallax gratia & vana extrinseca pulchritudo; quoniam interiora equi plena sunt dolo. Perperàm ergo hypocrisis obtinebit cupitam auctoritatem, etenim licèt phaleratus, fallax equus ad salutem.

Interiora cujus plena dolo.

7 Ergo textui. *Accessit tentator*, Christoque dixit: *Dic ut lapides isti panes fiant.* Ad miraculum invitat, ut sanctitas è perfectionis cacumine corruat, callens hypocritarum fomitem, miraculorum esse cupiditatem; arbitransque fieri in Christo posse, quicquid sæpe peperit in hypocritarum pectore: igitur horum pruritus vellicat stulta præcordia; ut homines censeant, posse patrare miracula. Esuriunt, & dapes respuunt; quasi non dentur in escam, nisi panes ex lapidibus fiant. Panes sunt hominibus alimentum, ex lapidibus verò inusitatum miraculum: porrigitque diabolus callidè, quod nequit nutrire; ut cognoscat an virtus foveatur corde, vel facie: etenim cùm virtus solidè sequatur vera, fucata verò exteriora; exponit diabolus in alimentum miraculum, ut notetur miraculum alimentum: quippequàm non alia hypocritarum intentio; quàm quòd alii credant, vel degere miraculo, vel refici sine cibo. Dialecto nostrà: *Todo su estudio es, persuadir que se passan de milagro.* Conditionem vendunt Spirituum cœlestium in conditione hominum, quasi fictis virtutibus spectaculum facti & Angelis & hominibus viventes in carne extra carnem, & in Angelicam transferentes conditionem, decantatrice famà, in illis esse, vel miraculum, comedere; vel sine miraculo pasci: tentatioque patet diaboli hujusmodi studium, sæpesæpiùs illecebra hypocritarum: siquidem fatuitas, cre-

Vers. 3. *Cupiditas hypocritarum, fictæ patratio miraculorum.*

Et degere solà virtute.

credere ex lapidibus panes facere, vel posse è cœlo in refectionem descendere.

8 Disrumpatur subtile siparium, ut in scena nugantium denudetur embolium. *Tunc* (irrito ictu) *assumpsit* victorem Christum *diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi.* Non ut collocaret, sed ut præcipitem mitteret: crebrò assumptiones per diabolum, desinunt in animarum præcipitium. A diabolo in ruinam assumitur, in qua assumptione, abrupta hypocritarum aviditas præsignatur: igitur modò nanciscantur, quæ isto velamine consequi cupiunt collocati in solio, parvipendunt omninò, quod deportentur à diabolo. Verùm hoc aliàs. Tentator assumpsit: etenim assumi sæpe & à dæmone in fastigia dignitatis, decursu temporis apparent incursus & tentationes. Verùm observa, tentationem dici, assumi in templi pinnaculum: cur ergo tentatio non dicitur, ubi restituitur, unde assumptus, in locum? Quoniam assumi in alta, indicat exaltationem, descendere unde assumptus, humilitatem: & tentatio est tolli & à diabolo in alta, ut extendatur fastus cupiti superbia: minimeque dum descendit, unde extrahere diabolus concupivit; quoniam qui stat sui conscius in humiliore sede, tametsi impellat dœmon, non potest cadere. Nota ergo infelicitatem hypocritarum, & horum cæcitatem tenebrionum. Cui nam tentatio humilitas? His tantùm, qui virtutis induunt larvas: igitur inter opera & exercitia humilitatis, offendunt, & inducuntur in tentationes; quoniam fastosissimè superbiunt, ex eo quòd humiles cognoscantur. Ficti colores illis quasi iridi insunt. *Non est propria substantia, nec corpus, sed mendacium, & sine re similitudo*: ait Senec. lib. 1. *Nat. quæst.* cap. 6. etenim in humilitate, quærentes speciem, amittunt humilitatem, fiuntque scelesti virtutum grassatores, eisdem exercitiis quibus alii commendabiles.

Assumptio per diabolũ pst homini ercipitium.

Humilis nõ potest cadere.

Exercitia humilitatis hypocritæ tentationes.

Senec.

Iridi confertur.

9 In tertia tentatione Christi à diabolo objecta, videtur fallacia hypocritarum stolida. *Ostendit* itaque sutelator cunctorum Creatori (& ut perhibet Lucas: *In momento temporis*) *omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Ambigitur jurè, an dœmon figura hypocritæ, vel hic simulachrum diaboli? Equidem cùm diabolus nihil habeat ex his quæ ostendit, & ostendat quod non habet; hypocrita fit ultrò mancipium dœmonis, pro momento evanido levissimæ ostentationis. Omnia sanè in figura continguunt illis. Penetremus abdita. Despexit Christus, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus; equidem obtinebit sempiterna, qui bona spreverit temporalia; quoniam stat virtutis forma & glotia cœli in despectu gloriæ mundi: & qui ascendere cupiunt in perfectionis cacumen; universam mundi gloriam, ne videant, vident uti vanitatem. Hypocritæ, hujus perfectioni simiæ, studeni bonorum renunciationi; sed neutiquàm sunt perfecti. Unde ubi aliorum firmatur virtus, illorum construitur lapsus; quoniam licèt ostendant despicere mundum, haud intendunt despicere mundi despectum: etenim nec mundum despicerent, ni ex despectu gloriam quærerent.

Vers. 8.

Luc. 4. 5.

An dœmon imago hypocritæ, vel econtrà

Stat gloria cœli in despectu gloriæ mundi.

Quod aliis virtus, hypocritæ lapsus.

10 Preme: *Regna mundi & gloriam eorum.* Mundus habet gloriam, vel non habet? Non habere, patet; quoniam nemo hucusque invênit. Quam ergo gloriam Salvatori N. ostendit diabolus, ut è monte mundus appareret glorioſus? Non ostentatio visa fuit gloriæ evanidæ majestatis; sed solummodò picturata majestas ostentationis: etenim nullum cordi avido mundi gloriæ inesset irritamentum, ni rutilaret in delicias & ludibrium oculorum. Mundus reverà gloriam non habet; ut appareret, opus fuit, quod dœmon saltem ad speciem picturatè supponeret. Gloria mundi non in mundo, sed in mundi despectu: constatque avida hypocritæ ambitio: quippe mundus profundiùs radicatur in corde, ubi apparet gloriatio ex despectu gloriæ mundi: equidem gloriam habent, sed non apud Deum, non Dei, sed quærentes suam, relinquentes gloriam mundi, ob majorem mundi gloriam. Hinc diabolus, quanvis mundus fatuos per figuram trahat, & corda imagine alliciat; gloriam mundi oculis expandit, & simul mundum ostendit: utrumque enim illecebra in animarum ancupium, ni cognoscatur exponentis propositum: equidem parùm interest, mundi vanitati renunciare, ac ex renunciatione vanitatem amplecti: quandoquidem haud missum facientes quod in mundo ex despectu ipsi mundo glorioſum, minimè relinquunt mundum.

Gloria mundi vana.

In ludibrium oculorum.

Parum interest mundum relinquere, & gloriationem ex renunciatione amplecti.

11 Utrumque in Christi tertia tentatione objicitur, ut animus hypocritæ ab omnibus cognoscatur. Hic innititur in plausum, Christus in verum mundi fallacis despectum. Hypocrita inhiat hominum laudi, Christus intendit, quo modo sit calcanda gloria mundi: & expositis lumini-

Quænam perfecta renunciatio

bus mundo & ejus futili gloria, erga utrumque demonstravit cordis fastidia, & veræ renunciationis exempla: etenim despexit mundum, gloriam, & utriusque vanitatem; quoniam gloriæ despectæ despexit ostentationem. Hinc intelliges, quo intuitu Gregor. Magnus lib. 2. *Dialog.* in Præfat. de Duce Monachorum S. Benedicto dixerit: *Despexit jam quasi aridum mundum cum flore.* Patet cunctis mundi arditas. Floret quoties ejus decerpitur vanitas, objecta pro mundo calcato renunciationis gloriâ, qua aridissimus floret in relinquentis phantasia: unde Benedictus mundum cum flore despexit, dum gloriam & mundum fugit; quoniam nulla ingesta vanitas ostentationis, ex fastidio despectæ vanitatis. Cæterùm de hoc alibi.

Greg. M.

Nulla in S. Benedicto vanitas ostentationis ex despectu vanitatis.

Vers. 9. 12 Ex locutione diaboli liquet intentum hypocritæ. *Hæc omnia* (ait) *tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Compescuit Christus audaciam, ostendens quam jurè quærendam gloriam, subdens: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Patet, uti in Christi passione, reverentia adorantium meditatum ludibrium, ubi distat ab adoratione adoratoris obsequium: etenim perperàm conveniunt servitus Diabolo, & adoratio Domino. Sibi serviunt hypocritæ, sese adorant, dum sanctitatem simulant: siquidem Dei effingunt, & ostendunt servitutem, ut ex fucata servitute veram sibi concilient adorationem. Adinstar Sacerdotum Bel sibi quærunt emolumenta, sanctitatis & obsequii vafri pulcherrima larvâ: igitur ostio clauso adorant ventrem, & extrinsecùs ostendunt fictam pœnitentium faciem. Non secùs ac dœmon in tentatione moliuntur operationes virtutis, ut adipiscantur famam sanctitatis, & emolumenta honoris: igitur cuncta in apparentia ostendunt, ut sibi adorationem nanciscantur. Accinit vel Ethnicus *Satyr.* 2. v. 17.

Vers. 10.

Hypocrita fingit Dei servitutem in propriam adorationem?

Dan. 14. 12.

Quare diabolo similis?

—*Qui morbum vultu, incessuque fatetur,*
Horum simplicitas miserabilis his: furor ipse
Dat veniam; sed pejores qui talia verbis
Herculis invadunt, & de virtute locuti.

Juven.

In illo larvata religio

13 Appositè in manduco pallentis hiatus describitur horum Lycantroporum (vulgò: *Tarascas*) intentio, cum lemmate: *Larvata Religio*: etenim dum hæc quæritur, quia pulchra, non invenitur Religionis nisi larva.

Quæ proprius prospecta, statim se ludicra produnt.
Illaque pòst tantum pertimuisse pudet.

Ita Dionysius Lebeus-Batill. *Embl.* 61. Depingit S. P. Legislator Monachorum Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 1. *In plumbi natura molliti, adhuc operibus servantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur.* Idola sanè intùs vacua, vel lutea, aut serpentibus plena, extrinsecùs deaurata; stelliones virus fulgore foventes, poma Sodomæ speciositate pulvis & cinis: igitur seipsos fallentes seducunt mundum, quoniam cuncta in proprium dirigunt fastum. *Sicut mulieres ob venustatem invenustæ, atque ob fœditatem deformiores, ad colores confugiunt*; ita hujusmodi sanctitatis idola: ait Gregor. Nazianzen. *Orat.* 2. *Non enim in veste* (de vera sanctitate genitoris loquitur) *sed in animi constantia humilitas ipsa sita est* (Perpende, *Ipsa*, quippe in his larvis non humilitas, sed humilitatis species, cujus symbolum piscis Physalus inter crocodilos frequens, de quo Joann. Ravis. lib. 7. *Offic.* cap. 41. inquit: *Est colore smaragdi venenatus, qui si capiatur, intumescit.* Intumescunt enim, dum capiuntur, equidem colore mutato apparent nigri, qui rutilabant uti lapides pretiosi.) *Nec collis depressio, aut vocis demissio, aut vultus inclinatio, aut certus incedendi modus humilitatem effingebat* (*quæ ut ad breve quoddam tempus exprimi possunt, ita quam celerrimè sese produnt, nihil enim simulatum diuturnum est*) *quin potius idem & vita maximè sublimis, & animà humilis.* Liquet vita & anima specie virtutis non florere pectus; quandoquidem omnis gloria filiæ regis ab intus.

Dion. Leb.

Emblemata illius fictionum.

S. Bened.

Greg. Naz.

Quis piscis Physalus?

Rav. Text.

Cur hypocritæ symbolum?

Signa hypocritæ.

14 Plura itaque dicta in hoccine vitium abominandum; sed mihi videor videre in hypocrisi Trojanorum & Argivorum verum pro imagine prælium. Species Helenæ seminarium discordiæ fuit, non Helena, quippe embolio Junonis toto tempore decenni certaminis in Ægypto latuit abscondita. Unde Euripides in *Helen.* à v. 30. ita ipsam introducit loquentem:

Ejus studia futilia.

Juno molestè ferens, quòd non vicisset Deas,
Irritum fecit meum conjugium Alexandro.
Dedit enim non me, sed assimilatam mihi
Imaginem vivam, sub cœlo compactam.
Putavit enim se habere me,
Falsa opinione deceptus.

Eurip.

Helena à Paride non rapta, sed ejus spectrum Hypocritæ symbolum.

Idem astruunt Plato de *Republ.* dialog. 9. Herodotus lib. 7. Zerda in *Virgil.* 10. *Æneid.* v. 633. ac Petrus Mambrunus de *Cultur. anim.* lib. 4. Non aliter hujusmodi hi-

histriones sese marcerant, affligunt ac mortificant, solummodò ut hominibus plusquàm homines appareant, haud in publicum decertantes pro virtute, sed pro virtutis imagine. Virtus pulcherrima est, vel exteros allicit, vel barbaros in dilectionem flectit. Illam assequitur, qui cupiditatibus subtrahitur, & mortificatione sensuum, & morte illecebrarum sensibilium, quibus victis hostibus, pulchrior Helena micat circundata varietatibus. Verùm quid in seductoribus? Purumputùm spectrum, atque Helenæ simulachrum, extrinsecùs pro foribus ornato templo imagine zeli flagrantis, intùs verò reptilium cunctorum pessimæ abominationes. Ecce pro Divis habiti, Divorum mimi. Ecce Ægyptiorum Numina, post lustrata splendida augustè templa. *Cum veli* (ait Clemens Alexand. lib. 3. *Pædag.* cap. 2.) *aliquantulum* Sacerdos *contraxerit, tanquam Deum ostensurus, abundè nobis suppeditat occasionem ridendi numinis: neque enim intùs invenitur Deus qui quærebatur, ad quem festinabamus; sed felis, vel crocodilus, vel serpens indigena, vel aliqua hujusmodi bellua, quæ templo quidem est indigna; sed antro, spelunca, ac cœno magis congruit.* Fronti illorum nulla fides, equidem sanctitatis sunt inimici sub ovina pelle sanctitatis. Ergo pellantur (dicam ex Satyrico 3. v. 30.) ne

Etiam idolum zeli.

Ezech. 8. 5. 10.

Clem. Al.

Et Dii Ægypti.

Juvenal. ——*Maneant, qui nigrum in candida vertunt.*

DIDASC. V.

Stultissimus, qui sibi videtur doctus.

Quis doctus stultus?

1 MOrbus est stoliditatis cordis nocentissimus flatus vanitatis: etenim pro Minerva literarum genitrice vel magistra, apparet vacui cerebri læsa phantasia. Dicam ex Juvenal. *Satyr. 6.* v. 46.

Juvenal. ——*O medici mediam pertundite venam.*

Plin. *Etiam morbus est aliquis per sapientiam mori*: ait Plinius *lib. 7. cap.* 50. infitque seq. capite: *Jam signa lethalia: in furoris morbo risum, sapientiæ agritudine*: Ubi Dalecampius ex Celso *lib. 2. cap.* 10. subdit: *Sapientiæ morbum vocat, non in quo ægri sapiunt, & mente constant; sed in quo lædítur & offenditur eorum sapientia, in quo desipiunt phrenitim.* Sapientia quibusnam morbus? Sanè insipientibus: etenim sapientiâ qua cæteri in mentem redeunt, stultissimè desipiunt. Insipientia, illorum sapientia est: ægrotant enim quo valent, & nescíunt ægritudinem; quoniam phantasiâ percelluntur in furorem: indicatque sinciput morbidum, mentis emotæ ictu philautiæ deliquium. Furentem sapientia revocat, ut mens immota erga conceptus persistat; ne dicant prolatæ in ventum cogitationes, esse phantasiæ & non mentis: unde sapientiæ ægritudine commoventur in furorem, & amplectuntur phrenitim; quoniam se non cognoscunt esse amentes, dum effutiunt pro lubidine spectra nova phantasmatis: quinimò hujusmodi vacuitatis studiosa deliria, altissimè commendantur, uti sapientiæ inaudibilis oracula. Ægritudine sapientiæ exprimunt sapientissimè stulti furorem, morbum, & risum. Rident alii quia illi rident. igitur horum sapientia ridenda uti stultitia furiosa; quandoquidem de aliis excutientes risum, invidiæ & mentis læsæ demonstrant morbum, quo perciti in insaniam, phrenesim explicant. Hoc est enim quod dicitur mori sapientiæ ægritudine; mori scilicèt livore, & sardonicè concuti in risum, dum studiosi commoventur in plausum. *Obtrectatione alienæ scientiæ famam sibi aucupantur*: ait Plinius in *Panegyr. Trajan.* Quapropter ubi in commendationem singularis eruditionis vellicat honor, pungit livor, cujus plaga fervet capitis furor.

Infeliciter per sapientiam moritur.

Dalemcap.

Delirat.

Et risus deliríum comprobat.

Unde dirior furor?

Plin.

2 Floridè depingit Daniel Bartoli 2. p. *Homin. liter. character.* §. *de Præfidentia erudition.* ubi infit: *Non est hominis tàm augustum caput, quin ut uter Ulysis plures claudat ventos, fastu omnes & præsidentiâ tumidos: paresque tùm turbinibus, ad miscenda cum terris maria; tùm subterraneis vaporum fumis, ad succutiendam terræ molem. Norunt hoc literati quidam, seipsis dicam pleni, an vacui? Quorum illud sibi præ aliis eruditio arrogat:*

Bartol.

Descriptio hujus amentiæ.

Aft ego quæ Divùm incedo regina.
Quique se triumphali curru circunferunt,
& eminent cæteris ab humero & sursum.
His montes reliqui velut Olympo cedunt,
& reconditioris cujusque magistros scientiæ, vix ad oscula pedum, aut genuum dignantur admittere. Soli ipsi mundi Soles, illuminandis obscuris nati, & obtenebrandis sua nimiâ luce splendidis. Istos difficile statuo, an esset miserabilius defleturus Heraclitus, an risu liberaliori lusurus Democritus:. Arrogantiæ est, minimè fe-

Virgil.

Fastus.

rendę, ubi magnus inter multos, velle esse de majoribus unum, & inter majores maximum. Quam olim Pompeii superbiam damnabat odio suo Roma (teste Vellejo Patercul. *lib.* 2.) *Qui ut primum Rempublicam aggressus est, quemquam animo parem non tulit: & in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat. Excellas quamlibèt in omni genere literarum, Phœnix non es. Sed estò sis doctrinarum medulla, & inter summos literatorum summus: non pudet tui prædicatione deprimere cæteros, & adeò vili es animo, ut putidà tui dilaudatione, aliorum luminibus contendas officere?* Haud aliis coloribus eget horum ventositatis imago, atque sapientiæ ægritudo. O fortunata ingenia! In foro Boärio horum collocanda simulachra. *Corrupti & abominabiles facti sunt in studiis suis.* An quia linguis suis dolose agunt, *& venenum aspidum sub labiis eorum?* Studia sanè vacua, & capita vento plena. Quænam ergo scientia majore abominatione digna, quàm de aliorum studiis ridere, & propriis ubique furere?

Ambitio. Vellei.

Impudentia & philautia.

Psal. 13. 1.

Quàm stolida studia!

3 Hippocrates lib. 6. *Aphorism.* 53. statuit propositum. *Desipientia* (Canhoner. hìc, *Deliratio*) *quæ cum risu fit securior, quæ verò cum studio periculosior.* Unde, ut clareat textus, Nicolaus Leonicenus addit: *Nulla quidem desipientia secura est: minùs enim periculosæ sunt, quæ cum risu fiunt: sicuti temerarię omnium periculosissimæ: in medio autem sunt, quę cum studio fiunt, fiunt autem omnes patiente cerebro.* Securior utique deliratio, quæ fit cum risu; quippe ex risu dognoscitur deliratio, patente desipientiâ ex crisi exhibita: siquidem pro sententia approbante, seu reprobante sensum, auditur desipientia & barda, quæ desinit in cachinnum. Contrahunt conditiones hominum qualitates ægritudinum; igitur rident quo fremunt, ac rictu in signum hilaritatis ostendunt dentes: qui quidem risus jurè dicitur deliratio, patiente cerebro: quandoquidem risu dignum, quòd tabescente præ doloribus animâ, excitentur in risum læsa præcordia. *Vana sunt opera, & risu digna:* inquit Jeremias de cogitationibus sine intellectu, confecto philautiæ idolo: etenim minimè quærunt studia in veritatis rectam enucleationem, sed duntaxàt in deviis popularem vanitatem. *Filii hominum usquequo gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Scitote.* Ut sciatis, non gravi corde discendum: etenim vanum studium, in veritatis quæstione, studere vanitati; cujus bracteis deauratur mendacium, & exponitur cum risu audientium delirium: quod utique in propudium effutientis indicat gravitatem cordis, ac læso cerebro facilitatem niniam lubricæ mentis. Taxat vel Persius *Satyr.* 3. à v. 82.

Quibus pro doctrina exhibetur desipientia.

Nic. Leon.

Hippoc.

Jerem. 51. 18.

Psal. 4. 3. 4.

—*Exporrecto trutinantur verba labello,*
Ægroti veteris meditantes somnia, gigni
De nihilo nihilum, in nihilum nil posse reverti.
Hoc est quod palles? Cur quis non prandeat, hoc est?
His populus ridet, multumque torosa juventus
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

Pers.

Ridentur.

4 Omnes ejusmodi maniæ, & aberrationes à scopo, sive studio, sive risu, sive fletu, sive incogitatò, patent cunctis patiente cerebro. Verùm inquires, unde hujusmodi passio? Ex aëre intra folliculos cerebri incluso, antumat Celsus ubi suprà: vel ex debilitate capitis, turbatis organis, quæ humores superflui gravant, veluti, cùm tametsi non crepitent, crotala sonant. Hic num morbus per sapientiam mori? Quisquis ita laborat, moritur fatuè. Caput confortetur, humor extinguatur. Si adhuc bombilant sistra, est medicina prompta. Haud delirabit insanus, modò puctione ventis laxetur. *In insulis Fortunatis* (ait Caussin. lib. 1. Symb. 47. ex Pompon. Mela) *singularis duorum fontium natura: ex altero qui gustaverit risu solvitur in mortem, at verò affectis remedium est, ex altero bibere.* Pro Symbolis erroris & veritatis ab eodem Caussino cogitatur apodosis. In nullos alios aptiùs ad unguem cadunt hujusmodi proprietates, quàm in literarùm fumigeros bambaliones. Error respondet risui, fletus autem veritati. Si per aquam indicatur sapientia, risu cognoscitur stultitia: equidem errat qui ridet, & in mortem sapientiæ sapientia tendit; quippequàm totum meditatum studium struitur arte in risus emolumentum. Fonti doctrinæ accedit curiosus, ut formetur animus, & simul illustretur intellectus: bibitque è mœroris fonte, dum auctodidactus furens promit arcana somniata sapientiæ: equidem ex risu subodoratur errorem, dum cupiebat sitibundus exhaurire veritatem. Ridiculum argumentum, si doctrina excitat risum: dignumque claret fletu, expectare in gymnasio de cœlo descensuram

Patitur cerebrum vanitate literarum.

Medicina.

Caus.

Fontes risus & fletus.

Literæ vanę ludicra.

Cur error per risum. fignatur?

ram Palladem, & desipientiâ vellicare splenem. In risum concitatur, qui ex erroris fonte bibit. Si literarum eruditionem aquæ symbolum ostendit; propriè ex errore gignitur risus, & crepat cachinno nasus: etenim ludicræ eruditionis vanum studium, nonnunquàm patet risus profusi argumentum. Vernacule: *Algunas letras parecen cosa de risa.* Ni ad alium fontem accedat, risu, quisquis de errore gustavit, peribit. Quid si se ita ridentem videret? Bibit ferè audiens è fonte, quem fugit docens: igitur meritò lamentatur scrutatis notitiis, evolutis adversariis, evoluto & potiùs terebrato capite, adorari ut veritates; quæ vel à pueris cognoscuntur errores: simulque è cerebro, vento pleno, literis omninò vacuo, oriri meditatam desipientiam, quasi eruditionis inimitabilis formam.

Intolerabile expectare veritatem & occurrere errorem.

5 Stylus Scripturæ notandus, quo describuntur scientia & ventus. *Deus ponit in thesauris abyssos.* Scioli autem in abyssis thesauros; quoniam illis cuncta rudis indigestaque moles: & uti canit Ovidius lib. 1. *Metam.* Fab. 1.

Psal. 32. 7.

Ovid.

Nec quicquam nisi pondus iners, congestaque eodem
Non benè junctarum discordia semina rerum.

Non thesauri sapientiæ & scientiæ, sed petulcæ demonstrantur ignorantiæ, dicacis linguæ ut ventositas pateat: tuncque abyssus abyssum invocat; equidem pro explanatione confusionis abyssus oppletæ tenebris, alia apponitur abyssus involutæ, glomératæ confusionis. Hinc germana expositio & nexus textuum adversantium. *Deus* (ait Paulus) *dixit, de tenebris lumen splendescere. Tunc dixisti* (inquit Esdras) *de thesauris tuis proferri lumen.* Ille incunabula lucis tribuit tenebris; hic thesauris: abdita signant omnipotentiæ Dei, qui quidem vocat quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt, ut fiant: verùm exprimitur in vocibus, quicquid usuvenit supercilios is, scientiarum quoad speciem principibus: etenim pro apodixi assertionum radiorum lucis fulgentium, invenitur mentis caligo, & thesaurus tenebrarum.

Confusionis abyssum.

2. Cor. 4. 6.

4. Esdr. 6. 40.

Et thesaurum tenebrarum.

6 Perscrutemur & alia. De thesauris tenebrarum oritur lumen & splendidum, qua de causa subdit Esdras: *lumen luminosum*: equidem ni illuminet tenebras in cognitionem veritatis, erit lumen sine luce in præcipitium erroris; quippe confidentiâ vanæ scientiæ majoris utique cadent de montibus umbræ. Erit lumen, sed non luminosum, quoniam productum aut factum in mentis illustrationem, solummodò ostendit illuminatum aërem. Lux in tenebris lucet, quoniam tenebras illuminat; non lux, quæ tenebras splendore deaurat. Lux, quæ oculos dirigit; non lux quæ lumen percellit. Lux in aliorum directionem, ponens tenebras coràm eis in lucem: non lux, quæ recta disponit in pravitatem. *Vide*, ait Christus, *ne lumen quod in te est, tenebræ sint.* Erit enim lumen sed non luminosum, ob depravatum studium: igitur lux non lux, quæ dirigenda in veritatis commendationem, pravè torquetur in docentis vanitatem.

Ibid.

Quænam Lux doctrinæ sine luce?

Luc. 11. 36.

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? Horat.

Expectatio cunctorum inquirit cum Horatio, de *Art.* vers. 138. Dicet & textus.

7 Jussit Deus de *thesauris suis proferri lumen.* David verò dicit: *Producit ventos de thesauris suis.* Lumen & ventos? Quantum inter utrumque discrimen! In eodem prato asinus cinaram, bos herbam, canis leporem, apis florem, aranea toxicum, serpens venenum, ciconia lacertam, & homo avium quærit & nanciscitur harmoniam, oculis amœnitatem, ac reliquis sensibus diversionem. In sapientiæ hortis solummodò datur locus lumini & ventis: igitur cùm caput sit, ubi thesauri residunt facultatum, in proprium & aliorum documentum; sale infatuato à dicace sciolo fit mirifica conversio: quippe producit ventos de thesauris suis, loco luminis sapientiæ in tenebris fulgurantis: siquidem expectantibus oculis lucis fulgorem, duntaxàt profert obscura in umbrosam vanitatem.

Ffdr. ubi supr. Psal. 134. 8.

Malum omen, caput literarum excercicio, repleri vento.

8 Prætereà. Ventos & lumen. Lumen ex sapientia oritur, ventus à capite gignitur: & patet rationis ignominia, quod caput appareat, uti cucurbita inflata, sine sapientia. Patet. Ventus hinc inde ducitur in vacuum, scientia ducit mentem in veritatis scopum. Hæc ad vera, & ille ad vana, ut pateat tibi ventus, qui promitur altæ cogitationis enthusiasmus: ventus enim ubi vult spirat, & vocem ejus audis; sed nescis unde veniat, aut quò vadat. Haud aliter qui loquitur fatua, & inflatur sine scientia: igitur dum disquisitionem agitat, aërem verberat, ostendens pro parergis splendores luminum, onustissimum thesaurum vanitatum.

Cur scientia inflatus confertur vento?

9 Deinde. Est thesaurus ventorum, & thesaurus scientiarum. Iccircò apud Pri-

Cur Aurora mater luminum & ventorum?

Priscos Aurora plauditur ventorum & lucis genitrix, quippe in sphæra aëris intimiùs hæret speciositas lucis : infellixque diceretur aurora gemina prole; verùm infelicior simplici: quandoquidem minimè rutilaret vacua lucis, & gravida tantùm ventis. Simul nasci, malum est. Malum, lucem fundari in aëre; sed pessimum, ventos inveniri sine luce: equidem cùm aliquid utilitatis concipiat ratio, separato in partu auroræ vili à pretioso; oritur vel in modesto fastidium, pro luce in lucem addi ventum & ventum. Vide Ravis. in *Epith.* verb. *Aurora*, & Natal. Comit. in *Mythолog.* lib.6.cap.2.

Scioli partus ventus & ventus.

Rav. Text.

Indicat vanitatè scientiæ, studere vanitati.

10 In luce designatur scientiæ inæstimabilis fulgor, in vento abominabilis vanitatis splendor : & fit discrimen penes scientiæ lucem, & vanitatis tumorem; ne judicentur docti, omnes qui inflati: igitur tantùm apparet scientia vanitatis, in scientia ostentationis; quoniam indicat vanitatem scientiæ, sine scientia studere vanitati. Hinc lux & ventus ab eodem principio, quo frustratur studiosi cogitatio, tendentis avidè in doctum, ut ejus scientia saturetur desiderium. Audit, seipsum urget, si non intelligit. Cogitat dici altissima, & laborat, ut comprehendat; sed in vanum laborat, quoniam laboris scopus gurgustiæ, putamina, protrepticus somnus petigine cordis, prurigine pectoris, vertigine capitis, sursùm, deorsùm, infrà & suprà sine entitate & substantia : danturque jure eadem incunabula lumini scientiæ, & aëris ventosæ fluitati; quippequàm phantasticæ hujus lucis altitudo tantùm fundatur in vento.

Cujus altitudo construitur ex vento in vento.

Horat.

——Velut ægri somnia, vanæ
Finguntur species, ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ.

Uti canit qui supr. ibid. v.7.

Phantasiâ ludunt, & illuduntur scioli.

11 Ulteriùs. Ventos & lumen sapientiæ ambit idem natale; idemque videtur in idiota præfidenti, vel ratione muneris, vel segete vanitatis, pingentis in tabula phantasiæ variegatâ ineptiarum pulchritudine, pro eruditionum colore, secùm literas natas, & secum morituras, tradendasque in excessu, terræ oblivionis, translato illo super pennas ventorum in templa immortalitatis, fractâ tubâ Famæ ob flatus indigentiam, quin pro aliis possit assumere buccinam; igitur secum deferet meritò plausum, haudquaquàm rediturum in mundum, ni descendat de cœlo nobilis Cato, ut sibi arroget usurpatum ip. O caput præclarum! O insigne cerebri terebrati ratiocinium! Pingit Martialis in personaAttali nihil agendo agentis,& magna ostentatione jactantis, lib.2. *Epigr.*7.

Descriptio.

Declamas bellè, causas agis Attale bellè,
Historias bellas, carmina bella facis:
Componis bellè mimos, epigrammata bellè,
Bellus grammaticus, bellus es Astrologus.
Nil bellè cùm facias, facis attamen omnia bellè,
Vis dicam quis sis? Magnus es ardelio.

Martial.

Hispan. *Todo es belleza el cernicalo.* Appositè igitur lux doctrinæ morologi collocatur in vento, ubi pro doctrina sufficiuntur præsumptio & vana ostentatio: etenim studiosè quærentes hominem doctrinâ fulgentem, offendunt statuam buccis sonorè crepantem.

In stulto nil videtur, nisi sapientiæ ostentatio.

12 *Scientia*, juxta Paulum, *inflat.* Inflatio sanè germinatur à scientia. Hic simul oriuntur venti vanitatis, & lumen eruditionis; quoniam quicquid influere quibat in luminis ortum, turbine capitis commutatur in ventum. Non lux est., sed flamma, quæ quidem aër lucidus, & fumus accensus, inversà naturà, vel pro genio compacta : siquidem ex fumo in lucem transit in natura ventus, & in stolido lux vana transit in fumos. Lux flammæ non esset ni esset in aëre : patetque levitas, dum appareat claritas; ita futilis, ita inanis, ut flatu extinguatur, quæ leviter flatu accenditur, *Cometem non esse ordinarium sidus, sed falsam sideris faciem* : ait Seneca lib.7. *qq. natur.* cap. 30. Hinc oritur in cladem & hominum infortunium, vapor qui lucidus elevatur versùs cœlum : equidem nullo modo habet in aëre sideris entitatem, sed ad tempus splendorem. Parùm permanet, sed vel brevi permanentia cunctis sublunaribus nocet; quippe levissimæ flammæ & gravissimæ pœnæ, vel lumen verum collocatum in aëre. *Si stella esset in aeris Regione, mundum destrueret* : infit Cresolius lib.3. *Mystagog.* cap.9. Ex splendore tantùm malum? Arbitror. Esset nocuus, qui videbatur splendor : fitque in animis illuminandis luce doctrinæ, quod in perniciem aliquando imminet orbi : equidem nullum majus hominibus nocumentum, quàm specie fulgoris lucere stolidum: quoniam pro splendore verò fixi in firmamento sideris, in aëre micat ventus lucis errantis.

1. Cor. 8. 1.

Flatu accenditur, & flatu extinguitur.

Senec.

Cur cometæ similis?

Cresol.

Splendore nocet.

13 Denique. Cum vento invenitur lux, ut clareat quid natum à vanitate, vel à luce : igitur literæ superficiales quæ vento exarantur, uti in tabulis lapideis ab

ipso

Vanæ literæ ludibrium venti.

ipso rapiuntur vento. Vide quæ diximus *Tom.* 1. *Taut.* 3. *Did.* 6. *num.* 11. Ludibrium fiunt venti quæ vanissimæ literæ: patentque leves, si feruntur ab aëre. Ventus & lux scientiæ: equidem aër lucidior, quò magis participat lucem; & lux scientiæ futilior, quo magis participat aërem. Ventus, & lumen. Vanitas & scientia.

Et nocui.

Scientia fulgore lucet: ventus acerbitate ac intemperie nocet: ventoque associatur radius jucundæ delectabilis lucis, splendore scientiæ gratissimæ oculis; quia cerebro vacuo, & cranio tumido, haud lucere illiterati putant, ni ventositate noceant.

Exod. 3. 14.

14 *Ego sum qui sum*: dixit Dominus Moysi è rubo, dum fulgebat in flamma quasi majestatis throno. Quidlibet est quod est. Deus est lux, Deus est sapientia: quare igitur seipsum à se & per se notat, dum fulgorem, sapientiæ entitativè designat? Ut scientiæ divinæ & humanæ ostendatur discrimen: igitur humana quantunvis habeat fulgorem, nullam habet entitatem. Ista non est, illa est, quoniam vera lux: veraque cognoscitur illuminans mentem & illa falsa, estò micans, quia sequitur vanitatem. Causam delicabo Didascaliâ sequenti. Pudeat igitur sequi aves volantes propter leviculam gloriam vanidæ cogitationis; quippe sapiens, si fuerit, sibi cumulabit bonum, si autem illusor, ipse gustabit malum. Stolidè namque cupidine famæ in sua fata ruet, carpeturque à pueris pro levitate capitis. Magnum periculum est, Palladem in certamen provocare, & quà vocat ira pœnas audaciæ luëre. Tibi sanè derogas, multum quod arrogas dicens cum Arachne apud Ovidium, lib. 6. *Metam.* Fab. 1.

Stultus dum scientiæ ostendit fulgorem, scientiæ nullam habet entitatem.

Ovid.

Consilii satis est in me mihi.

Satis siquidem esset, ni esset satis, & ni, ut dicit Horat. ubi supr. v. 444.

Horat.

Teque & tua solus amares.

DIDASC. VI.

Literarum præsumptio est literatorum infatuatio.

Doctus præsumptione fit fatuus.

1 IN monte Olympo literæ vel in cinere digito exaratæ dicuntur diuturnis temporibus permanere. Haud ventus tollit, nec character evanescit, quoniam ibi non est ventus: & ubi turbo non accedit vanitatis, sunt literæ permanentes; probat enim eminentiam facultatum, si impressione literarum non evanescunt. *Nec miserius quicquam homine, aut superbius*: ait Plinius *lib.* 2. *cap.* 7. Superbia nascitur crebrò ex gloria, miseria verò ex lamentabili ruina, eò utique acrior, quò diuturnior, miseriaque jungitur superbiæ tantum in homine, quoniam in malum propriæ oblivisci tur naturæ: igitur inde fovet fastosam evanidam arrogantiam, unde innatam potest cogitare miseriam. *Stultus factus est omnis homo à scientia*: Profert Jeremias. A scientia relegatur stultitia, minimèque potest oriri effectus à contraria causa. Stultitiâ infatuatur rationalis conditionis cerebrum: scientiâ cognoscitur & illustratur sensum intellectivum, nec aptè sedent mentis hebetatio, & hominis intellectio. Unde igitur quia scientia ornatus, erit stultitiâ plenus? Dicit Paulus: *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt*. Non erant sapientes, sed se sapientes dicebant; & quia dicebant, sese sophos judicabant, arbitrantes implere utramque paginam, quoniam pallio & barbâ doctorum habebant formam: stultique facti sunt studiorum multitudine gradu phantasiæ; quia se cogitare doctos sola cogitatione sine scientia, est plenissima stultitia. *Stulti facti sunt*: idest, ex stultis stultissimi, quia sibi videbantur docti arrogantiâ intolerabili: qui quiden quanvis essent, in dementationem ruerent; quoniam scientiarum glorioſa præsumptio, est vel sapientium hominum infatuatio. Audi Senecam *Epist.* 94. *Inter insaniam publicam, & hanc quæ medicis traditur, nihil interest, nisi quòd hæc morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex valetudine, altera animi mala valetudo est.*

Cui literæ permanentes?

Plin.

Fovet arrogantiam, unde cognoscit miseriam.

Jerem. 10. 14.

Sapientiâ desipit, & desipientium non noscit.

Rom. 1. 22.

Sapientem judicat esse, sola cogitatione.

Senec.

2 Suppetat causa. Mens hominis est Olympus, in cujus vertice disciplinis variis, quibus politur animus, collocantur literæ; sed in cinere, ut altiùs hæreant mortis recordatione: etenim haud homo superbiet, modò cognoverit in vertice non esse literas, sed solummodò futili cinere literarum notas. Ibi sedent, quandiù ventus non efflaverit, quippe si per ventum arrogantia, & fatua superbiloquentia, cerebro Olympi concusso per ventum, nec apparet vestigium literarum. Indelebiles persistent, & dignissimè colentur, quoniam eminentes; ni accedant fastus tenebrosi turbinis, quo vertuntur & invertuntur cum literis capita: unde homines stulti fiunt à scientia; equidem in cerebro neutiquàm est locus lite-

Cognitio propria futilitatis scientiæ, hæret mortis recordatione.

Conditio literarum in monte Olympo.

literis, cum inflatur, & repletur stultissimæ vento vanitatis. *Saulus superbus* dicitur ab Augustino in *Psalm.* 72. *Paulus humilis* vel *pusillus*: à Benzonio *lib.* 1. *disp.* 1. *q.* 2. ex nomine mutata literà tantum discrimen! Conversio literæ fecit doctorem, perculsà hominum intelligentià, eò quòd ex unius literulæ nota, tanta arrogantia. Hieronymus in *Nomin. Hebr.* interpretatur *Paulum*, *Mirabilem*. Quis plenum literis humilem non applaudet excellentem? *Saulum* verò *Infernum*, seu *Sepulchrum*. Ecce ex literis vel potiùs ex literarum sonis differentia: igitur dum vento fumant literatorum culmina; literæ sepeliuntur in fastu, vel prodire videntur ex inferno. Tetigit ventus efformatas literas (& evanuerunt) relinquens cerebrum vacuum: stultique fiunt scientificis disciplinis, dicentes homines se esse sapientes; quoniam mente infatuata, & tumida sensus medullà, pro specimine singularis eruditionis, spumat turgidè lingua flatus pectoris, & cerebri vacuitates. Vernaculè. *Cien vaciedades*. Ludicrum hujusmodi malum: pejus lethiferum: de quo Horatius in *Art.* vers. 365.

Hæc placuit semel? Hæc decies repetita placebit?
O major juvenum, quanvis & voce paterna
Fingeris ad rectum? Et per te sapis? Hoc tibi dictum
Tolle memor.
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
Vesanum tetigisse timent, fugiuntque poetã.
Qui sapiunt: agitant pueri, incautique sequuntur.

3 *In Areopago ara erat Minervæ, & monumentum Dementiæ*: ait Pausanias in *Attic.* ex quo Causin. in *Parab. Symb.* 23. lib. 12. Floridè cogitatum, ut per effectum eluceat scientiarum studium: equidem ubi floret, & colitur scientia; jure sepelitur stultitia. Hic rectus ordo in acquisitione bonarum artium: verùm extra consuetudinem hominum, erigi Stultitiam, ubi alii collocant & venerantur Minervam. Monumentum ne Minervæ, & erecta ara Stultitiæ? Utique. *At benas petunt studiorum causà plures, ut philosophi fiant; obtinent, sed idiotæ exeunt*: ajebat Menedemus apud Plutarch. in *Apophthegm.* & de *Profectu in virtut.* Ex indoctis docti fiunt, & doctrina idiotæ exeunt? Saperent sanè, si ex his quæ sciunt, scirent quantum restabat sciendum. Ex ipsa etenim scientia, qui cupit scire, in se cognoscit, quanta turpis ignorantia. Vita brevis ad legendum: quota ad studium? Major profecto ex scientia hujus ignorantiæ hauritur scientia; quandoquidem in his idiotis sapientibus ignorantia etiam lucet scientifica. Sapiunt alii, & sapientia desipiunt, arbitrantes sine studio, Minervæ totum exhausisse poculum, tetigisse Palladis arcem, calcasse verticem; ita ut nulla sint altiora, & nihil ultra: in se habere fontem scientiarum, & si fortè aliis concesso, & gratis, titulo rivulorum, se esse literarum oceanum, acumini ingenii, geniique grandioris inesse aquilinam aciem in scientiis, cæteros autem noctuas comites Minervæ; ad summum, templi illius audaces vespertiliones, vel adinstar Lazari ulceribus ignorantiæ plenos, cupientes saturari de micis cogitatò ex oscitantia cadentibus, quas nemo dat obscuris studiò sermonibus; quoniam non bonum, panem filiorum mittere canibus.

Hinc oblita modi millesima pagina surgit
Omnibus, & crescit multa damnosa papyro.
Sic ingens rerum numeros jubet, atque operum lex.

Quæ tamen inde seges?

Canit Juvenalis *Satyr.* 7. v. 100. Quid inde? Exprimit Ausonius in descriptione Echus, *Epigram.* 11.

Aeris & linguæ sum filia, mater inanis
Judicii, vocem quæ sine mente gero.

Unde istiuscemodi sapientium infatuatio? Literæ uti inanes tolluntur à vento: patentque idiotæ mentis impotes, dum disputant ut sapientes; quoniam arrogantia fascinatione pervertit judicium, & pro literis vento replevit cranium. Hi sepeliunt Minervam in monumento Dementiæ, quippe sapientià debacchantur insani, cogitantes scire omnia: & patet cunctis amentia; quoniam dum quæstionibus exquisitissimis ostendunt, in modum Pharisæorum, habere clavem scientiæ, aperiunt amplissima gymnasia latitantis stultitiæ.

4 *Ego sum qui sum*: ait Moysi Dominus, cum flagraret rubus. Longè ab hujusmodi assertione sunt vel in qualitate facultatum participatà scioli. Deus est quod est, quia omnia est: & hujusmodi scientiarum dicacissimi præcones, non sunt vel id quod sunt in scientia; quoniam illis videtur scire omnia. Homines insignes præcogitantur, sed homines nequaquàm inveniuntur; siquidem scientiæ præsumptione ita evanescunt, ut homines sint duntaxàt apparentià, in venti ebullientis deridicula substantia. Sibi blandiuntur, ut ille qui trecentis denariis emit Epicteti lucernam, quasi sapientiæ reconditæ divitem arcam, ar-

Augustin. Benzon.

Sæpe arrogantia ex unica litera

Hieron.

Literatus mirabilis, si humilis.

Quàm odiosus fastus?

Horat.

Pausan.

Imago Minervæ, & Insaniæ.

Ab inflatis colitur Stultitia pro Minerva?

Plutarch.

A sapiente ex scientia, proprta cognoscitur ignorantia.

Quanta infatuati præsumptio!

Juvenal.

Auson.

Demonstrat occultã stultitiam dum ostendit scientiam.

Exod. 3: 14.

Nulla ejus scientia, dum credit scire omnia.

Non qui onerati libris sunt sapientes.

arbitrantes idem esse habere in voluminibus Philosophi lychnum, ac Philosophi cerebrum, de titulis multiloquides, aliquando effutientes rancidas crises, computanteque ubertatem doctrinæ per exquisita volumina bibliotecæ. Aptè per

Zachar. 5. 2. *Volumen volans*, Hebræi interpretantur *falcem volantem*: si hæc in vulnus, & illud in illustrationem intellectus; intellectus vulneratur multitudine librorum in aëre phantasticè volitantium: igitur tot ignorantiæ vulneris sunt immutabiles indices, quod jacent voluminum ignotà materià selectissimi auctores. Centent haud alia prælo mandata, nisi à se possessa, & quia habent scripta insigniorum doctorum, etiam habere intellectum. Unde cùm ex

Unde arrogantia illorum, & ignorantiæ signum.

his & ex illis delibentur selecta, quasi recondita, singularissima, & nova; patescit doctoris fastosissimi ignorantia; quippe constat hosce omniscios non legisse, vel non intellexisse, quæ legêre.

5 Videatur bombalobombacium, oramedonte altiorum, embolium ludicrum

Eccli. 47. 27. *in stultitia gentis.* Ita indigitatur Roboàmus filius Salomonis. Obiter nota, Salomonem plenum scientià se vocare stultissimum virorum, filium verò fatuum gloriari, uti sapientissimum. *Stultissimus sum*

Prov. 30. 2. 3. *virorum, & sapientia hominum non est mecum.* Ita Salomon? Ita. *Non didici sapientiam, & non novi scientiam sanctorum*, subdit: plenus sapientià sapientiam ignoravit; quoniam sanctorum scientiam non cognovit: igitur sapientia, cujus argutiis damnatur anima, est plenissima stultitia. Datur sapientia, ut dirigat voluntatem, obsservatione legum, in Dei amorem. Et juxta cognita per intellectum, fiat volitum, quod præcognitum: unde se stultissimum vocat, qui sapientià sapientes antecellebat; quia ita insensatè ac turpissimè vixit, quasi Deum atque leges non cognosceret. Iccircò S. P. N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. instrum. 1. ait: *In primis Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute.* In his omnibus totum, quippe ni totum, est nihilum: & ubi virtus abest, nec est dilectio cordis, nec mica mentis. Apud Marcum dicitur: *Toto corde, totà animà, totà mente.* Quomodò ergo erit mentis, officium cordis? Ubi Dei non est dilectio, nulla est in sapiente ratio, quonam sapientia humana sine cœlo est stultitia: dicitque Salomon in insipientia vivere, sine Dei cogitatione; etenim faciebat mente perspicuà & cognitione legum, quod faceret minimè stultissimus omnium. Cæterùm

Scientia qua perit anima est stultitia.

Marc. 12. 30.

Ubi Dei non est dilectio, nulla est in sapiente ratio.

hoc fusiùs *Tom.* 5. *Taut.* 9. ad illud 1. *Reg.* 28. 1. *Sciens scito.* Modò satis, quod astruit Seneca *Epist.* 88. *Magno* (infit) *impendio temporum, magnà alienarum aurium molestià laudatio hæc constat: O hominem literatum! Simus hoc titulo rusticiore contenti: O virum bonum!* Senec.

6 Deinde: Salomon sapiens se judicat insipientem: filius stultus se arbitratur Salomonem. Unde igitur in utroque falsum judicium? Filii profectò falsum, sed Salomonis verum. Verum, cui cœlitus concessa sapientia? Ita. Salomon sapientià sciebat, quid sciendum restabat. Filius arbitrabatur nihil nescire, quod sciri quibat: & stultus non solùm dicitur, sed stultitia; quoniam summa patet insipientia, hominem hebetem, stolidum, ignorantem, somniare scientià & consiliis superare Salomonem. Subditur meritò: *Imminutum a prudentia.* Maluend. *Diminatum intellectu, publicam stultitiam.* Salomon asserit, quantum ex hujusmodi stoliditate nocumentum, quin excogitari possit maximè in fastigatos aliquod pharmacum: *In via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* Ecce superbia, stoliditas & vecordia: alios, scilicèt, judicare mentis inopes, ex inopia propriæ mentis: igitur sufficit hujusmodi de cunctis judicium, ut ipse judicetur stultissimus omnium: perperàm ni mens læsa, percelleretur istiusce-modi stultitià: etenim tantùm diminutus capite, cogitare poterat, alios præter se nihil scire, imò neque scire posse; & amittere penitùs intellectum, quisquis stultitiæ tantæ non excitaverit plausum.

Solùm stolidus potest concipere fatuus.

Vers. 28.

Eccle. 10. 3.

Et alios insensatos censere plenus stoliditate.

7 *Publicam* jurè *stultitiam.* Stultus erat, sed nondùm ascenderat in solium, ut mentis copiam vel inopiam exprimeret assumpti in thronum consilium. Petitur, datur, sed præfidentià stultitiæ, arrogantia inseparabili comite, cùm sibi videretur dicta per incogitantiam, vigilem excellere Salomonis sapientiam. *Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.* Si diceret, *Intellectus*, figeretur scopus. In istiusmodi vivo simulachro vecordiæ, majores sunt digiti, quàm pleræque statuæ, ut dixit Plinius de Colosso Rhodi, Solis effigie, *lib.* 34. *cap.* 7. Hujusmodi cogitatio solùm cadere quibat in insipientem, & ob insipientiam grossiorem, audacem: sed ductus, vel seductus munere; dum altissima & superiora conatur loqui, reconditam, scilicèt, quæ fugerat Salomonem, sapientiam, propriam protulit cunctis audientibus stultitiam.

Nota est baditatis.

3. Reg. 12. 1.

Et obtusæ mentis.

8 Extento collo, signo insolentiæ &

ignorantiæ, solicitabat audire Roboan: *Ecce plusquàm Salomon hic*: propriam quærebat celsitudinem proterens patrem: quam nactam arbitrabatur, modò inferiores viderent respectu regnantis inferiorem Salomonem. Verùm si non solus stultus, sed stultitia, unde in stupido morione tanta insolentia? Sedebat in throno Salomonis, cathedrà, ex qua audita tot excellentia, victà miris eruditionibus famà, mirantibus terris tanquàm miraculum orbis, & pondus multiplicium sententiarum, & obscurorum ænigmatum prudens acutum judicium. Filio igitur videbatur, & ratione muneris & auctoritate dignitatis, sicut throni sapientiæ cathedræ, etiam hęredem esse sapientię: & vocatur stultitia gentium; quoniam solùm cadere poterat in stupidum indoctum & asinum infulatum, credere, Salomonis adipisci sapientiam, quippe habebat jure hæreditario famosam cathedram. Famam hi balatrones destruunt, mediis quibus aucupantur, notatà sapientia, & insipientia calculo eruditionis, vel titulo dignitatis. Non qui in supremo culmine, sunt supremi. Erunt supremi literis, minimè fastigio honoris: etenim cùm merita vel calcata emineant, & demerita, vel elevata cadant; per cathedram ascendere in thronum, designabit sapientiam; sed cathedram facere thronum, insolentem stultitiã.

Sapientia non à cathedra.

Non qui in supremo culmine sunt supremi.

9 Innuit Plinius ubi dudùm loquens de Rhodio Colosso. *Hoc simulachrum terræmotu prostratum; sed jacens quoque miraculo est.* Quid jactura? Firmitas, ubi sapientia, & Sol intelligentiæ sit. Sapiens permanet ut Sol: metiturque stultus solum; quia per elationem, sapientię tantummodò simulachrum, & puerorum spectrum. Hic si jacet, miraculo non est; quippequàm non jacere, miraculum: nec cadit terræmotu ex culmine æstimationis, sed tantùm cassę attonatione mentis; quoniam sibi gratulatur, esse miraculum orbis. Somniant (& somnia referunt) feliciter totum mundum post illos abire, & ad unguem congruèque ad se spectare illud Hieronymi de Tito Liv. *Epist.* ad Paulin. *Habuit illa ætas inauditum omnibus sæculis, celebrandumque miraculum: ut urbem tantam* (Romam, nimirùm) *ingressi, aliud extra urbem quærerent.* Hæccine intentio, & sensuum infatuatio; igitur famæ conflanda solicitatur auctoritas, per insipidas ineptias, patente arcano stultitiæ in oraculo sapientiæ. Ridet Seneca & jurè, *Epist.* 48. *Mus syllaba est: Syllaba caseum non rodit: mus ergo caseum non rodit. Pueriles ineptias! In hoc supercilia subduximus? In hoc barbam dimisimus? Hoc est, quod tristes docemus & pallidi?* Debemus tempus redimere, & studiis intendimus oleum & operam perdere? Huc concertatio diuturna & assidui clamores, ventilatio capitis, sudor improbus labor, & noctes irrequietæ? Satis esset dormire, ut somno refrigerato cerebro, haud aberraret vigile & sopita ratione, multivaga imaginatio. Quorsùm frivola altercatio frivolarum quæstionum? *Quasi effodientes thesaurum: gaudentque vehementer, cùm invenerint sepulchrum.* Sepelitur næ sapientia in hujusmodi thesauro inanium cogitationum: & gaudent vehementer quasi invenerint thesaurum; quin cogitent inventum thesaurum stultitię, in sepulchro quo reconditur apta materia sapientiæ, plaudentes in blandimen studiosis hyperbolis, levissimam gravitatem lubrici aëris.

Plin.

Simulachrum sapientis est spectrum discipulis.

Sese judicat mundi miraculum, cum sit ludibrium.

Ineptię summæ.

Job. 3. 21. 22.

Et cogitationes stultissimæ.

10 Quod Deo excellentia, igitur facit, quod facere nemo potest; his ignominia, quoniam etiam vulgus ridet. *Fecit ventis pondus*: ait Jobus. Non secùs sciolus, maximè auctoratus, arbitrans ex concha dentium proferre margaritas, & loqui rosas. Proponit, exponit, arguit, diluit, secernit, dividit, astruit, circumspicit, aures pellicit quæstione novà (quanta in uno capite sunt deliria!) movetur, commovetur, sed ridetur; igitur quæ profert proprię admirationis pondere, in statera judicii nullius momenti. Facit pondus ventis, qui carent pondere. Expectatur quorsùm apparatus, & classis, ex portu imaginationis? Quò ibit, quò non ibit? Quid ex quo? Nescitur quid. Tantùm scitur, quod depromptum momentis ponderationis, esse nullius vel levissimæ entitatis.

Cap. 28. 25.

Quæ in judicio stulti ponderis magni, in judicii pondere nullius momenti.

11 Ventum ponderare nequit, nisi qui condidit: & facit ventis pondus etiam studiis stultus; siquidem quæ censet admiratione digna, illusæ phantasiæ sunt gravissima pondera. Si videtur, nunquàm sic locutum hominem, & appositiùs judicaret nunquàm tantam in homine vanitatem: facitque ventis pondus & gravissimum, cùm graviter duntaxàt ponderaverit in cogitatione ventum. Ventus est & non amplius, foliorum crepitantium deridiculus cultus, sine sententiarum forma, & sæpe sine materia, pro cujus corpore vel entitate stimulatur curiositas; & pudet tantùm invenisse paleas, quia ponderatione operiebatur divitias: conferturque ventis ponderatis, quod ponderatione desiderium erat publicæ expectationis; quippequàm adinstar

Pondus tantum ab imaginatione in statera phantasiæ.

tar venti ubi pondus quærit intellectus, tanta moles structa non habet pondus. Ad quid exageratio? Hoc opus? Hoc labor. Siccine quæ digna cedro locutus? Jam videtur invisibilis ventus. Hoc non est opus, sed chaös. Describit Ovidius lib. 1. *Metam.* Fab. 1.

Quàque erat & tellus, illic & pontus & aër,
Sic erat instabilis tellus, innabilis unda,
Ovid. *Lucis egens aër: nulli sua forma manebat:*
Obstabatque alii aliud, quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Patetque chaös, ubi præsidentia scioli ponderat ventos: quoniam quæ dicta pondere; pondere Nemesis, nullius clarent in ratione poderis.

12 Denique pondus habet argumentum, dum urget in assensum rationem pondus cum momentis sententiarum: igitur scientia solùm libratur rationum pondere, & minimè aëre. Si ex se non habet, hinc & illinc circuncunquè & circuncircà demissa, aut elevata non habebit: pondusque à generosa elargitrice phantasia solicitabit, cujus arte levissima ponderantur: unde qui audit, solùm audit sine pondere sonum, & molestum tintinnabulum, quo percutitur & repercutitur ventus, quoniam pondus phantasiæ non est pondus. Longè aliter appendit ratio, in qua judicii exactissima amussis, quam phantasia stultitiâ insipidâ delirantis, sese commendantis, & non scientias; effutientis ubertim pro scientia bollatas nugas, verba & verba, mira dictantis de musca, quo patet vel insipientium ludibrio, siquidem scientia nisi à stolido non ponderabitur vento. Quapropter si vento ac strepitui verborum pompaticè dantur pondera, justo pondere ponderatur stultitia. Facit pondus ventis ventis pro mensurâ ponderis. Ventus est aër agitatus: & dum agitatur omniscia strus aëre vanitatis, dat pondus ventis; igitur ventus perpes in cuspide linguæ, signat caput stupidum refertum aëre. Aliis ergo supersedeo, opportuniori loco.

Scientia libratur rationum pondere, non aere.

Cur ponderatur ventis, scientia prædicata bambalionis.

13 Vellem in mentem venire qui mente capti, ut scientia sit, uti pulcherrima, lux, in eos qui convertuntur ad cor. *Ubi se animus cogitationis magnitudine levavit* (infit Seneca de *Tranquill. vit.* cap. 1.) *ambitiosus in verba est, altiusque, ut spirare, ita eloqui gestit, & ad dignitatem rerum exit oratio, oblitus tunc legis, prætoriique judicii:... Hæc me sequitur bonæ mentis infirmitas. Puto multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putassent, se pervenisse. Non est enim quod nos magis aliena judices adulatione perire, quàm nostra.* Bonæ mentis vocat infirmitatem; neque ferre ut laudem, quæ ostendit ægrotam mentem: igitur à mente læsa, nil oriri poterit nisi stultitia. *Sapientia non eripitur* (ait idem *Epist.* 76.) *Sapientia in stultitiam non revolvitur*: Liquet igitur ostendentes specie scientiarum stultitiam, nunquàm possediisse sapientiam. Erant, verùm non cogniti, & tractus occasionis ostendit esse, atque fuisse insipientes, ægrè ferentes, ni per verba rumperet, gravitatem inclusi viscеribus aëris. Multa quidem levitate gravant, & dum videntur attollere, inflant: siquidem plures in sapientiam pervenirent, ni perveniisse, imò transilire cogitarent, sensibus infatuatis vanitate præsumptionis. O miseri, & indocti! Quæ divisa beatos efficiunt, collecta tenetis? Haud indulgebitis eisdem opibus cæteros esse divites? Dicam ex Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 2. v. 21.

Senec.

Essent multi docti ni judicarent esse.

Idem.

A mente ægrota nil aliud nisi stultitia.

Opportuna nulla est cunctis natura figuris. Propert.



TAUTOLOGIA SEPTIMA.

VISITANS VISITAVI VOS.

Exod. 3. vers. 16.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 IN Ægypto laborabat Israël, & graviter premebatur. Verùm Deus qui non absistit ab afflicto, imò cum illo & illi adest in tribulatione, ut eriperet populum suum de fornace ferrea Ægypti, & glorificaret portentis manus validæ, cervicibus liberis à servitute; misit Angelum qui cum Moyse ageret de libertate.

Alc. Avit.

Sustinuit duros externa in sede labores,
Cùm Pelusiacæ serviret subdita genti
Plebs oppressa diu, densi quam pondere cœni,
Et laterum numeris, operis mensura diurni,
Afflictam, sævi vexabat fraude tyranni.
Oppressos cophinis humeros, attritaque colla,
Quasque opus assiduum fecit durescere palmas
Laxandi jam tempus adest.

Ita Alcimi Aviti dulcis camœna *lib.* 5. à v. 6. Quare Moysi electo in ducem dicitur: *Vade congrega seniores Israël, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob dicens: Visitans visitavi vos.* Implevit opere, quod promiserat, Genes. 15. à v. 13. *Scito prænoscens* (dicitur Abrahæ) *quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua* (de hujusmodi Pleonasmo egimus latè *Tom. 2. Tautolog. 8.*) *& subjicient eos servituti, & affligent quadringentis annis:::. generatione autem quarta revertentur huc.*

Genes. 15. à v. 13.

1 Ex his verbis oritur quæstio valdè implexa, nimirùm quot annis accola fuit Israël in terra Cham? Ex textu præfato constat fuisse quadringentos. Favet sententia Achior, Judith. 5. 9. *Illic per quadringentos annos sic multiplicati sunt.* Idem dicitur à Stephano *Act.* 7. 6. à Paulo cap. 3. ad *Galat.* 17. *Post quadringentos & triginta annos facta est lex.* Et denique Exod. 12. 40. expressiùs: *Habitatio filiorum Israël qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum.* Nec cæspites, quia his ultimis locis adduntur triginta, quippe apud Hebræos frequens omissio parvi numeri & imperfecti, de quo alibi. Vide interim August. lib. 16. de *Civ.* cap. 24. Celebrior & sanior sententia asserit, filios Israël solummodò per ducentos & quindecim annos habitasse Ægyptum. Multis & præclaris rationibus astruitur placitum. Vide fusè (quippe nos obiter) Pererium in *Genes.* 15. disp. 6. & in *Exod.* 12. num. 104. Lorin. in loc. cit. *Act.* 7. Alapid. & plures alios apud Exim. Suarez *Tom.* 1. in 3. part. *D. Thom.* q. 1. art. 5. disp. 6. sect. 1. Expromam igitur brevi, calculatione Biblica. Promissio facta est Abrahæ anno ætatis suæ septuagesimo quinto, uti videbimus num. 5. constat ex cap. 12. *Genes.* v. 4. Usque ad nativitatem Isaac, in quo vocatum est semen, intervenerunt viginti quinque anni, quoniam centenario Abraham peperit Sara: patet *Genes.* 25. 5. Isaac cum esset sexaginta annorum genuit Jacob. *Ibid.* cap. 25. 26. Jacob autem cùm esset centum triginta annorum ingressus est ad Pharaonem. *Ibid.* cap. 47. 9. Ergo ante ingressum in Ægyptum interceserunt ducenti & quindecim anni: hanc enim summam faciunt 25-60. & 130. Duntaxat igitur in Ægypto fuerunt aliis ducentis quindecim annis, qui restant usque ad quadringentos & triginta, qui numerantur à Paulo, & Moyse.

Quot annis Israel habitavit in Ægypto?

In Scriptura sæpe omittitur parvus numerus vel imperfectus.

In Ægypto duntaxat fuerunt Hebræi 215. annis.

3 Cur autem dicatur tota hujusmodi summa habitationis Israëlis in Ægypto; animum Lectoris forsàn pulsabit. Respondet Augustinus lib. 16. *Civ.* cap. 24. *Non quod*

in

in eadem servitute sub Ægyptiis affligentibus, quadringentos annos ille populus fuerat peracturus, sed in ipsis quadringentis annis prænunciatum est, hoc futurum: ideſt, quia in Ægypto completum tempus illud peregrinationis & ſervitutis. Quare ſubdit: *Quemadmodum ſcriptum eſt de Thara patre Abraham* (Geneſ. 11. 32. ex verſione Septuag. Interpret.) *& fuerunt dies Tharæ in Carra quinque & ducenti anni: non quia ibi omninò acti ſunt, ſed quia ibi completi.* Ita de Judith dicitur cap. ult. v. 28. *Manſit in domo viri ſui annos centum quinque.* Non quia poſt conjugium tot annos vixerit, ſed quia 105. ibi complevit. Hinc Septuag. legunt in Exod. 12. 40. *Habitatio qua filii Iſraël habitaverunt in Ægypto & in terra Chanaam ipſi & patres eorum, anni quadringenti & triginta.* Quod roborat Joſephus lib. 2. *Antiq.* cap. 6. *Reliquerunt autem Ægyptum menſe Xanthico, lunâ quintâ decimâ, anno quadringenteſimo trigeſimo, poſtquàm Abraham pater noſter in Cananæam venit*: ideſt, *in terram Chanaän.* Addam aliquid in robur genuinæ expoſitionis ex contextu. Ita profectò Geneſ. 15. 13. dicitur. *Scies prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua* (in terra, ſcilicèt Chanaän, & in terra Ægypti: ſed hìc) *ſubjicient eos ſervituti, & affligent* (quod totum continget) *quadringentis annis.* Non ſunt conjungenda vaticinata, ſed exponenda diſtributione accommodâ. *Erit ſemen* (ait Stephanus Act. 7. 6.) *accola in terra aliena, & ſervituti eos ſubjicient, & malè tractabunt eos annis quadringentis.* Hujuſmodi auctoritates facilè exponuntur & in ſenſum ac cogitationem prædictam, modò uſu Scripturæ, de quò latè *Tautol.* 8. n. 64. *T.* 14. n. 7. particula poſterior, vel ſententia intelligatur prior. Vide ibi exempla profana, & ſacra. Unde ſenſus erit: Annis quadringentis & peregrini erunt, ſed liberi, pòſt ſubjicientur ſervituti, pòſtque ſubjecti affligentur.

Auguſt.

Cur dicitur habitatio 430. annorum?

Idem.

Judith.

Exod.

Joſeph.

Intelligendi 430. omnes cum diſtributione accommodâ.

Act. 7.

Particula aliquando conjungenda cum remotiore, non cum immediata.

4 A vocatione Abrahæ incipienda eſt calculatio: verùm quando hujuſmodi vocatio? In Haran factam fuiſſe dicitur Geneſ. 12. 4. ubi: *Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran.* Ex quo oritur difficilis quæſtio, quoniam de Haran exivit patre mortuo, ut dicit Stephanus Act. 7. 4. *Et inde poſtquàm mortuus eſt pater ejus*: qui quidem vixit ducentis quinque annis, ut conſtat *Geneſ.* 11. 32. cùm anno ætatis ſeptuageſimo genuiſſet Abraham. *Ibid.* verſ. 26. Quare ſi mortuo patre exivit, Abraham agebat annum centeſimum trigeſimum quintum, qui ſanè numerus junctus ſeptuageſimo, quo genitus, conficit 205. annos, periodum vitæ patris. Si verò Abraham egreſſus eſt ſeptuageſimo vitæ ſuæ anno, pater agebat annum 145. Quo pacto exivit mortuo patre, ſi vixit ultrà, ſexaginta annis? Facillimè enodatur Antilogia à Doctiſs. Sanctio hìc num. 10. dicente, vel Abraham genitum non fuiſſe ſeptuageſimo anno Tharæ, ſed centeſimo trigeſimo, ut mortuo patre exiret de Haran anno ſeptuageſimo quinto: quam ſententiam ſequuntur Lyranus, Cajetan. & Theodor. in *Geneſ.* 11. & 12. vel Abraham bis vocatum fuiſſe in Ur Chaldæorum, & in Haran, ut conſtat *Gen.* 11. 31. & 12. 4. In prima vocatione annum agebat 75. in ſecunda 135. quibus additis 70. quos vixit Thare priuſquàm genuiſſet Abraham, conficitur ſumma annorum vitæ Thare, nimirùm, 205. ann.

Geneſ. 12. Act. 7.

Quomodò Abraham exivit de Haran 75. ann. & mortuo patre?

Sanct.

5 Prima ſolutio hiſcit, ex eo quòd minimè haberemus fixam in Scriptura numerandi rationem, modò aliter quàm ſignat Moyſes exponeremus annos. Secunda, ex eo quòd Iſaäc non fuiſſet genitus in terra Chanaam (habetur oppoſitum *Geneſ.* 21.) ſed in Haran in domo avi: quandoquidem illum habuit anno centeſimo, ut *ibid.* dicitur verſ. 5. & non eſt egreſſus ex Haran, quouſque fato functus Thare. Relictis ergo ſine Scripturæ fulcro dictis, faciliùs exponitur Antilogia, & concordant Sacræ paginæ teſtimonia mutuò pugnantia, ſi dixerimus cum Auguſtino loc. cit. *cap.* 15. & in *qq. ſuper Geneſ. quæſt.* 25. Abulenſ. & Pererio in *Geneſ.* 12. 4. Abraham ſemel vocatum, ſed bis in Chanaäm veniſſe. Primò eodem anno (qui ætatis Abrahæ ſeptuageſimus quintus, & Thare patris centeſimus quadrageſimus quintus) quo hic ex Ur Chaldæorum migravit in Aran, vel Haran cum omni familia, ibique vixit, & mortuus eſt, uti dicitur *Geneſ.* 11. 32. Secundò, cùm ut avita haberet, & patri juſta faceret (cùm eſſet in Chanaän) rediit in Haran. De prima profectione loquitur Moyſes, dicens: *Septuaginta quinque annorum erat Abram, cùm egrederetur de Haran.* De poſteriore loquitur Stephanus dicens: *Inde poſtquàm mortuus eſt pater ejus* &c. Ita ergo cuncta ad unguem quadrant. Vide Lorinum hìc. *Computantur ergo* (infit Auguſt. cap. 24. cit.) *ab anno ſeptuageſimo & quinto Abrahæ, quando ad eum facta eſt prima promiſsio uſque ad exitum Iſraël ex Ægypto quadringenti & triginta anni. Quorum Apoſtolus ad Galat.*

Bis Abraham venit in Chanaan

Augusſt. *lat.* 3.17. *ita meminit: Hoc autem dico, inquit, testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non infirmat ad evacuandam promissionem.* Pro hujusmodi promissione anno signato dicit Dominus per Angelum: *Visitans visitavi.*

Visitationis acceptiones. Pro judicio & supplicio

6 *Visitare* bifariàm sumitur in sacris Bibliis,& pro punire & pro benefacere. Apud Profanos inauditæ acceptiones: igitur illi si aliquando utuntur hoc verbo,semper pro simul convenire,vel crebrò videre, aut visere.Suetonius in *Tiber.*cap.11. & in *Claud.* cap. 35. Plaut. in *Epidic.* Act. 4. scen. 1. v. 12. Taubm. hìc Apulej. lib. 6. *Metam.* & alii. Pro judicio & supplicio, Exod. 20. 5. *Visitans iniquitatem patrum in filios.* Unde ibid. cap. 34. 7. & Jerem. 32. 18. *Qui reddis iniquitatem patrum filiis.* Etiam cap. 32. 34. *Ego in die ultionis visitabo & hoc peccatum.*Numer. 16. 29. *Si visitaverit eos plaga.* Item Judith.16.20.& plurimis aliis in locis, sicut in sensu contrario pro favore & Dei clementiâ,Genes.21.1. *Visitavit Dominus Saram.* cap.50. 24. *Deus visitabit vos.* Psal. 8. 5. *Quid est homo::: quoniam visitas eum?* 2.Machab.3.39.*Ipse qui habet in cœlis habitationem visitator & adjutor est loci illius.* Luc.1. 78. *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos.* Et denique cap.19.44. *Eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ.* Eodem igitur sensu præsens locus exponendus est.Q. d. Favens,& auxilians, protegens favebo vobis.

Pro favore & auxilio.

Prima exposit.

7 Quare hìc *Visitavi* sumendum est pro futuro per Enallagen,quasi *Visitans visitabo vos.* Psalm. 67. 10. *Pluviam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ; & infirmata est, tu verò perfecisti eam:* idest,perficies,medeberis. Alia vide *Tautol.* 1. n. 19. quia ibi ex professo. Unde additur geminatio, ut infallibilitas effectus, auxilii nempè, afflictis significetur. Quapropter sensus est: *Sanè visitabo*, participio sumpto pro adverbio, de quo sæpe egimus & hìc *Tautol.*2. num.9. & ibi citat. Similiter dicitur v. 7. *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto.* Hebr. *Videns vidi.* Quod etiam Helenismo exprimit Lucas Act.7. 34. *Videns vidi*: Ita igitur auxilium promptum, & animus in illud pronus, veloxque in exhibitione exprimitur. Ideo Chrysostomus hìc legit: *Statim vidi.* Syr. *Videndo vidi.* Arabic. *Videns jam vidi.*Haye in *Bibl.Maxim.*per adverbium: *Attentè vidi.* Novum utique non est geminare quæ optamus aut asserimus, ut propositum & conatus animi in verbis pateſiant. Euripides in *Troad.* v. 153. *Quid calamitas? Calamitas?* v. 804. *Venisti, venisti.* v. 840. *O Amor! Amor!* v. 192. *Clamat: clamat.* v.1216. *Tetigisti, tetigisti.* Et Virgilius vividè lib.4. *Æneid.* v. 408.

Præteritum pro futuro.

Participium pro adverbio.

Secunda exposit.

Chrysost. Syr. Arab. & Hay.

Euripid.

Geminatio in expressionem conatus.

Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?
Quosve dabas gemitus, cùm littora fervere latè
Prospiceres arce ex summa, totumque videres,
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor?

Virgil.

Perpenderis *Cernenti, prospiceres, videres, & ante oculos*, ut unum tantùm exprimeret. Ita etiam in sacris. Psalm. 79. 15. *Respice de cœlo, & vide & visita vineam istam.* Thren. 5. 1. *Intuere & respice.* Joann. 11. 34.*Veni & vide.* Et denique Anna mater Samuelis: *Si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ.*

1. Reg. 1. 11.

Geminatio pro adverbio.

8 Hujusmodi geminationes per adverbia, uti diximus, exponuntur, & effectum portendunt, quo intuitu idem diversis vocibus, affirmativè & negativè profertur.*Videns vidi*: idest, ipsemet vidi: non internunciis scivi, sed memet teste. Uti Euripides ubi dudùm vers. 482.

Euripid.

His oculis vidi ipsa trucidatum.

Et Alcimus Avitus ubi supr. v.21. de hujusmodi legatione loquens, succinit:

Alc. Avit.

Viderat intereà genitor de sede superna,
Afflictamque manum placido prospexerat ore.

Videre pro auxiliari.

Videre, ut dixi *Tautol.*2. num. 5. sumitur pro auxiliari, sicut misereri, tam apud Sacros, quàm apud Profanos, uti ostendemus *Tautol.* 14. num. 20.Qua de causâ sensus voti Annæ est: *Si benignè respexeris. Si fausté videris. Si faveris. Si misertus fueris afflictionis famulæ tuæ.* Syr. *Si respicias omninò subjectionem.* Maluend. *Si videbis in afflictione ancillæ tuæ.* Septuag. *Si respiciens respexeris.* Chald. *Si revelare revelabitur coram te.* Homer. 4. *Odyss.* v. 364. *Si respexisset, & mei misserta esset.* Virgil. 5. *Æneid.* v.688. *Pietas labores respicit humanos.* Et v. 727.*Et cœlo tandem miseratus ab alto.* Clariùs constabit ex dicendis pro secundâ periodo: de visu & aspectu, atque miseratione locis cit.

Syr. Maluend. Septuag. Chald.

Huic

9 Huic ergo sententiæ, addit & aliam Tautologicam, nimirùm: *Recordatus mei fueris, nec oblitus.* Idem dicit in utrâque, exergasicèque iterat pro conatu liberationis ab infamiâ, & æmulâ, quod sibi obscurè videbatur expressum primâ sententiâ. Conjunctio harum locutionum crebrò invenitur in Bibliis: orituque ex eo quòd *Pachat* verbum non solùm significat visitare, sed potiùs recordari, & memorari, uti observat Oleaster in *Exod.* 20. 5. Psalm. 105. 4. *Memento nostri Domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo.* Et Chaldæus pro *Visitans visitavi*, legit: *Recordans recordatus sum vestri.* Et in loc. cit. Annæ: *Si intrabit memoria mea ante te, & non elongabis ancillam tuam.* Ideo memoria rei pro re ipsa, & recordari pro rem facere, usurpatur. Luc. 1. 54. *Recordatus misericordiæ suæ*: ideſt, misertus, Habac. 3. 2. *Cùm iratus fueris misericordiæ recordaberis*, hoc est, misereberis. Act. 10. 4. *Eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Helleniſmus frequens. Homerus *Iliad.* 12. v. 203-393. 14. v. 436. *Recordari pugnæ*, pro pugnare: *Iliad.* 19. v. 231. *Meminisse cœnæ*, pro cœnare *Iliad.* 18. v. 400. *Recordari excubiarum*, pro excubias agere. Ita plura: *Custodiæ*, 10. 99. *Fugæ*, 11. v. 71. & 16. v. 350. *Fortitudinis*, & *Roboris*, 11. v. 287-313. 13. v. 48-268-832. & 16. v. 595. *Virtutis*, 15. v. 719. *Dolorum*, ib. v. 60. *Consiliorum*, 12. v. 235. *Dimicationis*, 19. v. 148. Euripid. in *Bacch.* v. 182. & in *Jon.* v. 361. Virgil. lib. 9. *Æneid.* v. 480. *Telorumque memor*: ideſt, vulnerum. Et lib. 10. v. 280.

Ubi supr.

Chald. *Visitatio pro recordatione.*

Tertia expositi.

Homer.

Quisque suæ, tectique memor.

Memoria & oblivio pro effectibus utriusque.

Virgil.

10 Quapropter recordari & oblivisci in eodem sensu usurpanda, quo visitare: nimirùm, de supplicio & beneficio. Genes. 40. 14. *Tantùm memento mei, dum benè tibi fuerit*: ideſt, fave, protege, quia hìc innocens in lacum missus sum. Idem latro in cruce Luc. 23. 42. *Domine memento mei, cùm veneris in regnum tuum.* Psalm. 73. 2. *Memor esto congregationis tuæ.* Jerem. 2. 2. *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam.* Et Virgilius lib. 9. *Æneid.* v. 256.

Memoria & oblivio pro favore, & abjectione.

——*Meritique tanti non immemor unquàm.*

Virgil.

In contrariâ acceptione usurpanda est oblivio. Psalm. 15. 4. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea*: hoc est, omninò abjiciam. Ita alia, & in sacrâ paginâ videmus fieri per affirmationem, per negationem, & utramque simul. Thren. 3. *Memoria memor ero.* Osee. 1. 6. *Oblivione obliviscar eorum.* Isai. 17. 10. *Oblita es Dei salvatoris tui, & fortis adjutoris tui non es recordata*: & 57. 11. *Mei non es recordata*: *& mei oblita es.* Eccli. 38. *Memento novissimorum*: *noli obliviscì.* Quo igitur stylo sæpe intentum commendamus. In affirmatione & negatione per adverbium: q. d. *Memor ero indelebiliter*: *profectò, prorsusve obliviscar.* In affirmatione & negatione simul aliquid subintelligitur dignum observatione: v. g. *Oblita es, non es recordata*: ideſt, non solùm me non metuisti, imò despexisti. *Memento novissimorum, noli obliviscì*: nimirùm: Multùm interest memoria novissimorum: ne evanescant tot momenta turpi oblivione. Semper igitur aliquid & non obscurum Tautologiâ commendatur. S. P. & Legisl. N. Benedictus cap. 7. *Regul. Sanct.* Grad. *Humil.* 1. subdit: *Oblivionem omninò fugiat, & semper sit memor*: nunquàm, scilicèt, obliviscatur. Venantius in *Exerpt.* ex lib. 8. de *Gaudiis vit. atern.* v. 173.

Quid signet geminatio affirmativa cum negatione?

S. Bened.

Corpore despecto recubabat in aggere nudo,
Seque obita jacens, nec memor ipsa fuit.

Venant.

Homerus 3. *Iliad.* v. 33. *Te tuis habe mentibus, neque te oblivio capiat.* Memoria hìc, sicut oblivio, pro tenaci conamine accipitur, & pro animo & animi applicatione efficaci, servato in pectore intento, vel omninò ex corde expulso, ut susque deque faciat & negligat. Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 148.

Homer.

Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Grajos.

Et pro solicitudine accepta memoria Euripides in *Reſſ.* v. 647. *Curæ est mihi, nec sum immemor.* Et Ovidius lib. 15. *Metam.* Fab. 43. *Mente memor refero.* Plautus in *Captiv.* Act. 1. scen. 2. v. 88. *Memorem mones.* Et Act. 2. scen. 1. v. 51.

Virgil.

Memoria pro diligentia.

Qui fueris, qui nunc sis, meminisse ut memineris.
Scio me te esse nunc, & te esse me. Istud si potes
Memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutia.

Plaut.

Seneca *Epist.* 50. *Valde enim* (inquit) *bonæ memoriæ est si meminit.* Utrumque complexus est Cicero pro *Planc.* dicens: *Memini enim, memini; nec unquàm obliviscar noctis illius.* Et Homer. 5. *Iliad.* v. 825. *Recordabor mandatorum.*

Senec. Cicer. Homer.

In-

11 Interdùm recordari sumitur pro cognoscere vel scire,& obliviscì pro ignorare. Psalm.44. 11. *Obliviscere populum tuum.* Eccl.2. 16. *Non erit memoria sapientis.* Et 6. 4. *Oblivione delebitur nomen ejus.* Quare quos non videmus, vel habemus in odium, in terram oblivionis expulsos cogitamus. Hinc in anathema oblivionis tradita dicuntur, quibus uti fas non est, quasi non essent, semel Deo sacrata. Judith.16.23.dicitur: *Universa vasa bellica Holofernis quæ dedit illi populus,& conopæum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema oblivionis.* Solebant igitur Hebræi spolia hostium omninò igne absumere,vel sacrare Deo,ut contigit in vastatione Jericho, cunctis igni traditis præter aurum, argentum & alia metalla in Thesaurum Dei recondenda. *Josue 6. 19. & 2. Reg. 8. 11.* Quin obstet, quod à Græco vertatur *Anathima* (idest,donum) & non *Anathema*(idest,separatio)ut observat Doctiss.Perezz.Basil.in *Tract.Theologico-Bibl.* dub.7.§.8. num.16. quia dona illa, uti dicata Deo, separata erant ab usu hominum, ideoque oblita, vel tradita in oblivionem. Serarius hic *Anathema oblivionis* intelligit per Antiphrasim, in memoriam beneficii & oblivionem calamitatis;quod quidem plurimis exemplis roborat Doctiss. Sanctius num.27. & Delr. *Tom.1. Adag. 228.* Quos tu videris. In quâlibet significatione nanciscimur propositum.Si oblivionem significat,expulsam denotat calamitatem & tribulationem: si memoriam,beneficium aut felicitatem. Quod sanè ampliùs astruetur dicendis.

Oblivio pro ignorantia.

Quid Anathema oblivionis?

Perezz.

Serar.

Sanctius.

12 Cognitionem sanè notat memoria. Plaut. in *Captiv.* Act.5. scen.3. v. 8. ait:

Cur ergo te non novi? Mors est oblivisci hominibus,
Neque nosse, cujus nihil sit facienda gratia.

In *Amphitr.*Act.1.scen.1.v.261. *Memorat memoriter*: idest, dextrè scit: In *Asinar.* Act. 2.scen.2.v.67-& 75. *Meministine? Memor es probè.* Et Seneca in *Oedip.* Act. 4. v. 820.

Fortasse nosco: sæpe jam spatio obrutam
Levis exoletam memoriam revocat nota.

Memoria pro cognitione in gratiam.

Plaut.

Senec.

In Scriptura per *Anthropopathon*,dicitur de Deo recordari & obliviscì, quando cognitionis vel oblivionis signum exhibet. Quanvis Deus semper cuncta cognoscat, & præsentia habeat,recordari,vel obliviscì nostro modo,pro humano captu dicitur dum signa præbet, vel cum benefacit,vel dum punit.Esth.14. 12. *Memento Domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis.* Hinc sæpe cogitamus oblitum, cum indulget pati innocentem, & sceleratum vivere impunem. Psalm. 12.2. *Usquequò Domine obliviscëris?* idest, quousque patiar? Thren. 5. 1. *Recordare Domine quid acciderit nobis*: hoc est, cessà à supplicio. Isai.64.9. *Ne ultrà memineris iniquitatis nostræ*: scilicèt, signum clementiæ ostende. Sicut econtrà Psalm. 108. 14. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini.* Et Psalm. 136. 7. *Memor esto Domine filiorum Edom.* Puni, nimirùm. Sic alia. Patet acceptio in cognitione. Exod. 2. 25. *Respexit Dominus filios Israël, & cognovit eos.* Bibl. Antiq. *Et liberavit eos.* Psalm. 1. 6. *Novit Dominus viam justorum.* Psalm. 36. 18. *Novit Dominus dies immaculatorum.* Amos 3. 2. *Tantummodò vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ.* Matth. 25. 12. *Nescio vos.* Denique Exod. 1. 8. *Rex novus, qui ignorabat Joseph.* Et Act. 7. 18. *Qui non sciebat Joseph.*

Quo sensu recordari & obliviscì dicantur de Deo?

Bib.Antiq.

13 Juxta hujusmodi acceptionem clarebit syncerè quid avêret desideranter Anna. Affligebatur defectu prolis ab æmulà,& cùm sciret penes Deum esse clavem vulvæ, ita vovit: *Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ,& recordatus mei fueris, nec oblitus, & dederis servæ tuæ sexum virilem,dabo eum* &c. Q. d. Si in me respiciens, videris etiam afflictionem meam,& mihi faveris, citòque faveris (ut quantocyùs liberer ab infamiâ sterilitatis) prole masculâ, dabo &c. Gratiam prolis poscit, & gratam gratiam, scilicèt,properam,ut quamprimùm emergat è probro,& dicteriis, quibus lacessebatur à Phenennâ. Nec novum est,quod memoria,vel non oblivio usurpetur pro promptitudine beneficii. Jerem. 31. 20. *Filius honoratus Ephraim. Ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor ejus.* Daniel. 14. 37. *Recordatus es enim mei Deus, & non dereliquisti.* Psalm.41.10. *Quare oblitus es mei?* idest, cur statim non misisti manum, ut ab inimico eriperes? Amos 7. 8. *Si oblitus fuero usque ad finem.* Apud Profanos etiam itidem. Terentius in *Andr.* Act.4.scen.3.v. 7.

1. Reg. 1. 11.

Memoria & non oblivio pro favore, & favoris promptitudine.

Nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem expromptâ memoriâ, atque astutiâ.

Terent.

Memoria, idest, diligentia & promptitudine. Plautus ubi supr. *Meminisse, ut memineris*: scilicèt, ut promptè facias. In *Casin.* Act. 3. scen. 6. vers. 13. *Memento, memento.*

Plaut.

Me-

Memento, nimirùm, ut citò perficias. Quod expreſsit in *Pſeudol.* Act. 4. ſcen. 1. verſ. 29.

Dabo, & faciam: memorem immemorem facit,
Qui monet quod memor meminit. Teneo omnia. Idem.

Seneca in *Medea*, Act. 3. v. 554. ſuccinit noſtro propoſito, & cogitationi;

Maneant in animo verba, ſed melior tibi
Memoria noſtri ſubeat: hæc iræ data
Obliterentur. Vadis oblitus mei. Senec.

Juvenalis *Satyr.* 11. v. 28. & Virgilius lib. 10. *Æneid.* v. 491. accinunt;

Figendum & memori tractandum pectore. Juvenal.
Arcades hæc (inquit) memores mea dicta referte. Virgil.

Hìc *Memor* pro diligenti, ſicut apud eundem lib. 21. v. 244. *Inſtamus tamen immemores.* Et lib. 9. v. 374. *Prodidit immemorem*: ideſt, indiligentem, ſocordem, & deſidem. Beneficium fœcunditatis, & extemplò appetit afflicta fœmina, ut plena ſit gratia: ideo intendit, quòd Deus videat, quòd videns recordetur, & quòd memor nequaquàm obliviſcatur: igitur animo benigno, benevolo, ut ait Seneca in *Oedip.* Act. 4. v. 768.

Redit memoria tenue per veſtigium. Senec.

Quare dum ineſt oſcitatio in peragendis rebus, dicitur *Memoria obliviſci.* Plautus in *Milite*, Act. 3. ſcen. 3. v. 15.

Ea ſibi immortalis memoria eſt meminiſſe, & ſempiterna:
Sin benè quid, aut fideliter faciendum eſt, eò deveniunt, Plaut.
Oblivioſæ extemplò uti fiant; meminiſſe nequeunt.

14 Pro cogitationis fulcro, & hujus ac aliarum auctoritatum examine & genuino ſenſu, obſervatu dignum arbitror, in Scriptura ſæpe dici aliquod fieri, ubi factum demonſtratur, de quo agemus Tautol. 11. num. 15. Quod magis liquet in verbis *Memini* & *Obliviſcor*, quoniam opus ſignatur quàſi fœtus haud oſcitantis & hæſitantis memoriæ, ſed practicæ vividæ ac vivacis. Unde oblivio dicitur pauperis, ubi ſine ſubſidio jacet aſpicientis, oblitaque merita, ubi minimè præmiis dignata: quo ſenſu Geneſ. 40. v. 23. dicitur: *Et tamen ſuccedentibus proſperè, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.* Sicut econtrà meminiſſe afflictorum, & benemerentium, auxilia ſignat. Geneſ. 50. 15. *Nè fortè memor ſit injuriæ*: ideſt, ne fortè puniat. verſ. 17. *Obliviſcaris ſceleris.* Ne corripias. Iſai. 43. 25. *Peccatorum tuorum non recordabor.* Pro peccatis non immittam debitas pœnas. *Vide Domine.* Thren. 1. 11. *Exaudi Domine.* Pſal. 54. & 63. 2. hoc eſt, oſtende auxilio te videre & exaudire. Ita alia teſtimonia præfata à num. 6. & ſeqq. Id ergo quod non cognoſcimus, aut nos fugit, licèt ſit, nobis ſanè quaſi non eſſet, aut fuiſſet. Ideo ergo Judæi vocantur ſurdi & cæci, non quia oculos & aures non habebant; ſed quia habebant, quaſi non haberent. Similiter de Melchiſedech, ait Paulus ad Hebr. 7. 3. *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia: neque initium dierum, neque finem vitæ habens*: non aliâ de causâ niſi quia cuncta incognita. Pariter olim nothi ſignabantur per *S. P.* ideſt, ſine patre (unde Spurii) quia pater incognitus. Juxta hujuſmodi regulam liquet ampliùs expoſitio voti Annæ dudùm tradita: nimirùm, ſi reſpiciens, mihi faveris concedendo prolem, & in collatione illius oſtenderis mei afflictæ propter illam meminiſſe, imò in promptâ conceſsione demonſtraveris te mei nequaquàm oblitum, tibi dicabo in tuum miniſterium mancipando prolem, ſi fuerit maſcula.

Memoria & oblivio pro re memoranda & obliviſcenda.

Id nobis dicitur non eſſe quod nos fugit.

15 Obliviſci igitur idem eſt ac ante viſum non habere, nec cogitare; ſicut fingitur de aqua Lethes. Unde Ovidius lib. 2. de *Remed.* v. 153. canit:

Templum Amoris obliviosi.

Eſt prope Collinam templum venerabile portam,
Impoſuit templo nomina celſus Eryx.
Eſt illic Lethæus amor, qui pectora ſanat,
Inque ſuas gelidam lampadas addit aquam.
Illic & juvenes votis oblivia poſcunt,
Et ſiqua eſt duro capta puella viro.
Is mihi ſic dixit: dubito verus ne Cupido,
An ſomnus fuerit? Sed puto, ſomnus erat. Ovid.

Idem item lib. 4. *Triſt.* Eleg. 9. verſ. 2. Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 7. verſ. 10. & 92. Virgilius lib. 6. *Æneid.* v. 705. & 749. Præ cunctis Lucanus fuſè *Bell. Civil.* lib. 3. à verſ. 28-5. verſ. 221-6. verſ. 769-9. verſ. 755. Priſci olim dum aliqua occultare conaban-

Aqua Lethes in oblivionem.

tur, vel volebant in oblivionem tradere, in profundum maris præcipitabant. Horatius in *Epod.* Od. 16. vers. 25.

Horat.

Sed juremus in hæc, simul imis saxa renarint
Vadis levata, ne redire sit nefas, &c.

Alludit ad Phocœnsium juramentum patriâ relicta, ut Massiliam conderent, de quo Herodotus lib. 1. in *Clio*. *Postquàm autem* hoc (inquit) *ab his confectum est, magnis & validis execrationibus classis suæ reliquias devinxerunt. Præterea verò etiam massam ferream in mare demerserunt, & jurarunt, non priùs se in Phocœam reversuros, quàm hæc massa è fundo maris emergeret, atque in summa aqua staret.* Unde qui supr. vers. 17. accinit:

Herod.

Quæ olim immemorabilia in mare submergebant.

Horat.

Nulla sit hac potior sententia: Phocœorum
Velut profugit execrata civitas,
Agros, atque lareis patrios, habitandaque fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis.

Plutarch. Plutarch. in *Aristid.* astruit. *Græcos sacramento adegit: utque rectum fœdus firmaret, ignitos ferreos orbes in mare conjecit.* Ad hunccine morem respexit Menelaus factâ pace cum Helena casu inventa in Ægypto, apud Euripidem in *Helen.* vers. 1249. & in *Bacch.* vers. 349.

Euripid.

———Priora oblivisscantur.
Remitto indignationem. Avolet autem in aërem.
Sursùm & deorsùm omnia confundens simul,
Ventis & procellis dimitte.

Idem in *Troad.* vers. 419. & 454. *Ventis ferenda concedo. Do celeribus auris ferenda hæc.* & in *Iphigen. in Tauric.* vers. 43. *Dicam aërem, si quod est remedium.* Quapropter Rabb. Thalmudistæ, ut refert Ar. Montanus in *Mich.* 7. asserunt, dira & abominabilia deportari ab Hebræis in Mare salsissimum, idest, in lacum Asphaltitis, idest, vituminis, seu mare mortuum, quo submergebant, ita ut emergere è fundo nequirent: & ita inteligendus Propheta dicens de Domino jam propitio & propitiato v. 19. *Revertetur & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* Obessà sanè Minerva.

Hebræi deportabant in mare mortuum.

16 De Indis refertur à Josepho Acosta *lib. 5. cap. 25. & lib. 6. cap. 12.* peccata scripta in profunda aquarum submergi, vel peccatorum symbola jactari in flumina, ut in mare deferantur, quasi in oblivionis inscrutabilem abyssum. Hinc à Græcis vocatur vividè *Amnestia* (quæ vox usurpatur à Ciceron. 1. *Philipp.*) lex oblivionis seu in perpetuum oblivio. Quod quidem haud arbitror, nisi ab hujusmodi more deferendi per amnes obliviscenda in mare. Canit Tibullus *lib. 1. Eleg. 4. v. 21.*

Indi peccata scripta in mare projiciunt.

Tibull.

Nec jurare time. Veneris perjuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.

Quod fit aquâ lachrymarum & compunctione cordium, simia Dei, diabolus fugesit infidelitate cæcis, quasi quodam sacramento in aqua fieri. Mirum sanè quod habetur inter Japones. *De eorum confessione hoc tantùm addam. Est apud Ozacham urbem inter frequentes rupes una eminentior cæteris, cujus summum fastigium ad CC. passus assurgere creditur, incurva & extremâ suâ parte pendula. In hanc aciem destituta est statera, cujus utraque lanx hominis capax est arte mirabili. Trabs verò ferrea, à qua bilans dependet, beneficio rotæ dentatæ protunditur cum eo qui ingressus lance trutinandus est. Ex primo quidem lanx illa homine plena, ut necesse est, ima petit, vacua contrà altè ascendente: Orditur ille peccatorum suorum confessionem: unde ad quodvis delictum lanx cum illo aliquantulùm ascendit, idque tandiù, donec enarratis omnibus sceleribus, lances in æquilibrio constitutæ pares fiant. Præest toti illi actioni Goquius, idest, cacodæmon, quidam, qui humana indutus specie perfunctum ex ordine confessione sua, à delictis absolvit: confiteri nolentem verbis, minisque increpat; obstinatum verò & pernegantem eversa statera in subjectas rupes præcipitat. Narravit Japonensis quidam, qui horrendum istud examen septies subiverat, & deinde ad Christi fidem conversus fuerat, tam horribilem esse ab rupe illa subjecta præcipitia despectum, ut vix quisquàm inveniatur, qui quantumvis atrox delictum neget, aut dissimulet. Locus hic ab Japonibus Rupes confessionis appellatur.* Hæc invenies in part. 12. *Indiæ Oriental.* cap. 35.

Versipelli Satanæ astutia pr. imitatione confessionis peccatorum.

17 Pro purgatione peccatorum & paradisi acquisitione, ut aquâ deleantur peccata, & simul cum illis pereant corpora, dicitur ibid. num. anteced. *Hi quidem consti-*

ti-

tituto atque fatali die adveniente, postquam largiter eleemosynas distribuerunt ad mare proficiscitur: ibi exhausto charitatis poculo, navigium intrant, depositoque usitato habitu, alium largis manicis induunt, quas lapidibus explent, deinde collo funem innectunt, ad cujus extremitatem saxum ponderosum alligatum est, ut facilius mergantur, sicque in profundum se præcipitantes, altà hauriuntur voragine, expeditissimam hanc ad futura gaudia cœli viam arbitrantes, paradisum in fundo maris quærunt. O miseri, & infelices! Non vult Deus mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat: verùm propter scelera tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt. Ergo ad Propheticæ auctoritatis intelligentiam. *Modus Japonum in purgatione peccatorum & acquisitione paradisi.*

18 Loquitur de Deo per *Anthropopathon*, uti suprà diximus, num. 12. humano modo & ad humanum sensum. Unde sicut abdicimus quæ in profundo maris jacent, nec timemus, nec curæ nobis sunt, quia omninò pessundata, nihili habita, & tradita oblivioni; ita sub hujusmodi metaphora exprimitur Deum remisisse peccatorum pœnas, & obliviscì, quasi nulla fuissent, unde peccatores luerent, vel chirographum (unde delicta constabant) conderetur in maris fundo, & inde in lucem educi nequiret. Alludit morem Priscorum, qui villos victimæ, & sæpe totam victimam, ubi sopitâ animorum discordià inter se hostes, profundum maris abjiciebant. Canit Homerus jam animo concordibus Achille, & Agamemnone, 19. *Iliad.* à v. 254. Mich. 7. 19.

Suis setas delibans, jugulum suis abscidit ferro sævo.
Hunc Talthybius cani maris in magnum fluctum
Fecit rotans escam piscibus. Homer.

Vide hìc Spondanum, & Eustach. Nescio an hinc adagium nostrum, pace pro stabilienda: *Pelillos à la mar.* Haud alià causa, nisi in signum reconciliationis caper emissarius, super quem summus Sacerdos manus & peccata totius populi imponebat, mittebatur in desertum. *Levit.* 16. à vers. 20. Ita signabatur oblivio, & abolitio criminum Israël, & hujus apud Deum reconciliatio. Homo dum peccat, subscribit debitum mortis & inferni. *Isai.* 28. 15. Etiam Deus signat & condit in thesauris suis, ut constituto tempore puniat, ut fecit cum Amalec, 1. Reg. 15. 2. dicens: *Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli, quomodò restitit ei in via, cum ascenderet de Ægypto. Nunc ergo vade & percute Amalec, non parcas ei.* Hæc peccator delet, ubi de crimine dolet, & Deus obliviscitur, quasi non fuissent, quia non servat in vindictam & ultionem, utpotè submersà misericordià Dei per pœnitentiam in fundum maris lachrymarum. Vide Origenem Homil. 13. in cap. 26. *Genes.* prope fin. ubi dicit quid homo peccando scribat, & Deus misericors deleat. Ita intelligenda sunt testimonia oblivionis & memoriæ. Ezech. 18. 22. *Omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor*: ideſt, indulgebo: minimè puniam. Tob. 3. 3. *Nunc Domine memor estò mei &* (ideſt) *ne vindictam sumas de peccatis meis: neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum*: hoc est, ne punias, sed oblivione taceas, remittens pœnitentibus & scelera & supplicia. Quo sensu Seneca *Epist.* 21. inquit: *Profunda super nos altitudo temporis veniet, & in idem quandoque silentium abitura, oblivioni resistent, ac se diu vindicabunt.* Euripid. in *Helen.* v. 818. *An igitur tacens* (ideſt, sine vindicta injuriæ) *meas manus ligandas præbebo?* Catullus *Epigram.* 84. *Quid est projicere in mare peccata?* Seneca. Euripid.

——Si nostri oblita taceret,
Sana esset: quod nunc gannit & obloquitur,
Non solùm meminit, sed quæ multò acrior est res,
Irata est, hoc est, uritur & loquitur. Catull.

Quare tacere sumitur pro non irasci, vel quiescere. 2. Reg. 13. 20. *Soror tace.* Psalm. 41. 21. *Hæc feci, & tacui.* Isai. 41. 14. *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar.* & denique Marc. 4. 39. *Dixi mari: Tace, obmutesce*: ideſt, quiesce; de quo nos favente Deo, *Tom. 6. Tautolog.* 7. *Tacere pro dissimulare vel quiescere.*

19 Etiam obliviscì sumitur in Scriptura pro mutatione sortis ex bona in malum, & ex infelici in prosperam. Quapropter Hieronymus Comment. in *Isai.* cap. 65. 16. *Oblivioni traditæ sunt angustiæ priores*: subdit: *Obliviscentur pristina mala, non oblivione memoriæ, sed bonorum successione juxta id quod scriptum est: in die bona oblivio malorum.* Unde optimè Euripid. in *Helen.* v. 671. quem Seneca imitatus est in *Herc. furent.* Act. 3. v. 655. dixit: *Oblivio pro mutatione bonorum, & malorum.* Hieron.

Jucundum enim est præteritos labores audire.
Quod fuit durum pati, meminisse dulce est. Euripid. Senec.

Genes. 41. 51. de primogenito Joseph dicitur: *Vocavit Manasses dicens: Oblivisci me fecit Deus omnium laborum.* Et v.30. post septem fertilitatis prænunciatos annos: *Sequentur septem alii anni tantæ sterilitatis, ut oblivioni tradatur cuncta retrò abundantia.* In hoccine sensu à Doctiss. Sanctio exponitur illud Judith. de quo supr. n.11. *Anathema oblivionis*: quatenùs donum illud, nimirùm, spolia Holofernis inducerent corda in tantum gaudium, ut malorum, quibus circundata civitas oblivisceretur. De vice bona in infaustam versâ dicitur Eccli. 11. 29. *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ*: idest, luxus & gloriæ, & 1. Petr. 1. 9. *Cui non præstò sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum.* Facetè & eleganter Ovvenus *lib. 2. Epigram. 3.*

Sanct.

Ovven.

Unum hoc est, quod tu non oblivisceris unquàm:
Unum illud, nunquam quod meminisse soles.

Memoria & oblivio cum gemina tione, quid signent?

20 Longè aliter sumenda est memoria & etiam oblivio, cum geminantur in sententiâ. Tunc enim per memoriam notatur tenacitas animi in retentionem injuriæ, vindictæ, doloris, ex quibus oriuntur despectus, tædium, & odium, propositumque ultionis, quousque pœnis satietur animus; quoniam probrum vellicat viscera, mordet pectus & intimè pungit. Euripides in *Medea*, v. 1246.

Neque memineris liberorum: oblivisearis filiorum tuorum.

Euripid. Q. Calab. Q. Calaber lib. 2. *Non delet oblivio memoriam amici mortui*, & lib. 14. *Ne mihi hujus rei memoriam refrices, sed expungamus animo, & hæc omnia nigra oblivionis domus in suis penetralibus servet.* Hinc Virgilius de Junone lib. 1. *Æneid.* v. 29.

Virgil.

Necdum etiam causæ irarum, sevique dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum
Judicium Paridis, spretæque injuria formæ,
Et genus invisum, & rapti Ganymedis honores.

Quo intelligitur Oseas, ubi Dominus: *Voca nomen ejus* Lo-rachama, idest, *Absque misericordia, quia non addam ultrà misereri domui Israël; sed oblivione oblivisear eorum*: hoc est, penitùs oblivisear, ut contigit sub Salmanasar Rege Assyriorum, qui hucusque transtulit Israël, cujus nequaquàm misertus est Dominus, sicut Judà misertus, igitur post septuagesimum captivitatis annum à captivitate Babylonicâ rediit in propria. Qua propter tot monitis non conversis ab idololatriâ, sed œstro furioso in illam pronis, & abdictis pœnis suaviter illatis, dixit Dominus, quasi æternum servans sub pectore vulnus: *Oblivione oblivisear.* Pagnin. *Oblivisendo oblivisear.* Iccircò ut notetur quid sit obliviò omnimoda, etsi pridem notata per *Absque misericordia*, & ut legit Hieronym. *Vacuitate misericordiæ*, vel in corde clementiæ pleno; exilium & calamitates in oblivione includit. *Oblivione oblivisear*: idest, haud aderit memoria nisi in supplicium. Syr. *Elevando elevabo eos*: in terram scilicèt alienam. Cui sententiæ subscribit Ar. Montanus, legens: *Tollendo tollam eos.* Arabic. *Amovens amovebo eos.* Chald. *Dimittendo dimittam eos.* Et Septuag. *Aversans aversabo eos.* Hinc Jeremias videns etiam Jerusalem captam & igne correptam, lamentatur querulus Thren. 2. 6. *Oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem & sabbatum, & in opprobrium & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem.*

Effectus oblivionis notantur in oblivione geminata.

Ose. 1. 6.

Pagnin.

Hieron.

Syr.

Ar. Mont.

Arabic.

Chald. & Septuag.

21 Similiter dicendum est de memoria. Proinde, ut observat Donatus in illud *Terent. Andr.* Act. 1. scen. 1. v. 13. *In memoria habeo*: plus est, in memoria habere, quàm scire. *Nam quæ scimus* (insit) *possumus oblivisci: quæ verò memoriæ commendamus, nunquàm amittimus.* Et Creusa apud Euripid. in *Jon.* vers. 250. *Memoriam remensa sum.* Quod quidem expressit Cassiodorus *lib. 2. Epist. 39. Delectat miminisse potentiam; ut intelligas, quo desiderio cupimus reficere, quod de memoria nostra nescit exire.* Liquet igitur epitasis Jeremiæ dicentis: *Memoria memor ero*: idest, semper hærebit memoriæ hujusmodi clades. Hebr. *Recordabitur anima recordando*; quasi nullius rei fiet memoria sine haccine calamitate comite. Quod adverbio juxta supr. dict. num. 8. exponendum. Unde Sanctius hìc num. 34. *Recordabitur anima mea recordando* (subdit) *idest, assiduè & vividè.* Ita David Psalm. 136. 5. *Si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea.* Quæ expositio & cogitatio astruuntur ex ipso Jeremiâ, qui modò per adverbium, ut cap. 23. 40. *Dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ nunquam oblivione delebitur*: modò per nomen, ut cap. 50. 5. *Nulla oblivione delebitur.* Unde, ut vides, designatur ita memoria, ut nullâ rerum, aut temporis vicissitudine ac variatione deleatur. Signavit mordacem retentionem Plautus in *Captiv.*

Terent. Donat. Euripid. Cassiod.

Thren. 3. 20. Hebr.

Geminatio expositæ per adverbium.

Act.

Act.2. scen.3.v.33. *Memoriâ memini tamen.* Et Euripid.in *Alcest.* v.196. *Dolorem, cujus nunquàm oblivisçetur.* Plaut. Eurip.

22 Haud Jeremiæ memoriam poterat fugere tanta clades, cùm non solùm recordatus fuerit, sed memoriâ tenaciter memor: ideſt,non dolore fictitio,sed vero,qua de causà qui sine fallaciâ dolet, memoriter dolere dicitur. *Memoria pro veritate*

——Priamum non ab aliis
Audiens deflevi; sed his oculis vidi Eurip.
Ipsa trucidatum ad Herceam Jovis aram,
Urbemque captam vidi.

Clamat Hecuba apud Euripid. in *Troädib.* v. 481. Non fingam dolorem. Ut vidi, ut sensi, exprimam sine fictione : cùm ordine dicam, quippe vidi & dolui. *Memoria oblivisçitur*, uti ait Plautus in *Trinum.* Act.4.scen.3. v.11. qui præsente objecto dolet,& tempore dolentem vel intimè punctum dolor celeriter fugit.Adinstar Lyncis, animus pollet acuitate visus,sed mira ab eisdem rei semotæ oculis hæret oblivio. De lupo cervario refert Plinius lib.8. cap. 22. *Huic quanvis in fame mandenti, si respexerit, oblivionem cibi surripere ajunt, digressumque quærere aliud.* Metricè verò Alciatus *Emblem. 66.* Plaut. *Quid est, obliviſci memoriâ?* Plin.

Cùm lupus esuriens mandit cervarius escam,
Præque fame captum devorat hinnuleum, *Mira lupi cervalis oblivio.*
Respiciat si fortè aliò, vel lumina vertat,
Præsentem oblitus, quem tenet ore cibum,
Quæritat incertam (tanta est oblivio) prædam,
Qui sua neglexit, stultè aliena petit. Alciat.

Aliò retorquemus emblema,nimirùm in illos,quorum quod oculus non videt,cor non dolet, igitur vel visæ calamitatis species volatilis evanescit. Aliter Jeremias. Memoriâ meminit, quoniam indelebilis imago vastationis urbis & regni. In memoria æterna (ita impressâ in anima clades quam describit in Threnis) memoris sane erit, quandiù vixerit. Quod profectò exprimi solet, ut vidimus num. 10. affirmatione & negatione oppositi expositi in prima sententia : uti *Memento, ne oblivisçaris* : ideſt, in memoria ita sint tuà, ut nulla possit irrepere oblivio. *Memores sitis, nec oblivioni tradatis*: legit Rabb. Jonath. Syr. *Revoca in memoriam, ne oblivisçaris.* Denique Persic. *Memento, ut memineris.* Deut. 9.7. Rab. Jon. Syr. & Pers.

23 Claret igitur acceptio memoriæ memorantis, & immemoris oblivisçentis : siquidem ut expromatur intensio in conatu proposito, juxta Scripturæ stylum,frequenter potentiæ conjungitur actio.Hinc oritur alia expositio Tautologiarum præfatarum: nimirùm, *Si recordatus mei fueris,nec oblitus*: 1.Reg.1. 11.ideſt,si recordatione recordatus. *Oblita es Salvatoris tui, & non recordata* : Isai. 17. 10. hoc est, oblivione oblita, uti dicitur Thren. loc. cit. *Memoria memor*: & Osee, *Oblivione oblivisçar.* Pariter illud Act. *Videns vidi*:& Thren.*Intuere & respice.*Q.d.Visione,seu visu vide,& intuitu respice. *Visitans visitavi*: ideſt, visitatione visitavi: tum ex intentione meditatâ pectoris, cùm ex proposito cogitato operationis. *In Script. interdùm jungitur actio cum potentia actionis.* *Ult. expos.*

24 Versiones sparsæ in Litera. *Visitans visitavi.*Stephanus Act.7. 34. *Videns vidi.* Chald. *Videns recordatus sum vestri.* Oleaster: *Recordando recordatus sum vestri.*Rabb. Jonath. *Visitans liberabo vos.* Syr. *Memor afflictionis vestræ visitabo vos.* Arabic. *Visitans recordabor vestri.* Samarit. *Protegens visitabo vos.* Septuagint. *Visitatione visitavi vos.* Alapid. *Visitans respexi vos.* Nihil dissonum, uti exposuimus, pro conatu libertatis filiorum Israël à dira, & dura Ægyptiorum servitute. Modò aliqua exhibeamus, ut Deus nos visitet in malis sæculi,liberandos à dæmonis servitute. *Varietas lectionis.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog.Excurs.

1 *Visitans visitavi.* Amplior gratia portenditur, ubi visitatio geminatur : igitur libertas quæ obtinebatur à jugo gravissimo Pharaönis ; nativitate Christi, futura plenè à tyrannide dæmonis.

2 *Visitans visitavi.* Norma exponitur Præsidi, ut præclarè se gerat uti Angelus in visitatione : equidem visitatio in visitatione nulla,ubi ratio affectionibus omninò cæca.

3 *Visitans visitavi.* Patet vera visitatio, & congrua Angelico officio : etenim cassam exerceret visitationem,ni opprimen-

mentium expelleret è dignitate tyrannidem.

4 *Visitans visitavi.* Stante Angelo in infimi mundi loco, mirifica ex visitatione demonstratur operatio: quippequàm in mundo non est ut sedeat; sed ut visitando transeat.

5 *Visitans visitavi*: Geminatur visitatio: ut Angeli præsentia duplici clarescat beneficio: siquidem ab afflictis removet malum, & perducit in bonum.

6 *Visitans visitavi.* Supponit visitationem, dum ostendit modò faciem, ut clareat afflictorum felicitas, & gratiæ Angelicæ summitas: quandoquidem etsi tanta, levis videtur gratia, ni afflictos dulci consolaretur præsentia.

DIDASCALIA I.

Gratiâ nati Salvatoris, quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo.

1 ITA statuit Leo Magn. serm. 1. de *Jejun. decim. mens.* Quæ rectissima in conditione apparuit miraculum orbis, spontè in arcum pravum conversa, fuit ludibrium inimicis. Totas vires natura non pro se, sed contra se stolidè concitavit; undè à se impulsa, invidi desertoris supplantatione in barathrum corruit. Felicitas in homine, cui vicissitudo placet, & firmitatem fastidit, ut notat Seneca *Epist.* 23. *Vanas suggerit voluptates, breves, pœnitendas, ac nisi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Ita dico: In præcipiti est voluptas, ad dolorem vergit, nisi modum teneat: modum autem tenere in eo, difficile est, quod bonum esse credideris.* Bonum esse credidit falsum, verè depictum; & in bono quod habebat, perdidit modum: igitur nullo modo à tanta felicitate descenderet, ni ascendere, quò non poterat, voluisset; obnoxius morti, qui donatus gratis immortalitate.

Voluptas vergit in dolorem. Senec.

In illa difficilis est prudentia.

Volat ambiguis
Mobilis alis hora, nec ulli
Præstat velox fortuna fidem.
Qui clara vidit sidera mundi
Nitidumque diem, morte relictâ,
Luget mœstos tristis reditus,
Ipsoque magis flebile Averno,
Sedis patriæ videt hospitium.

Idem.

Canit etsi aliò, nostro proposito Seneca in *Hippolyt.* Act. 4. à 1138. Cecidit in terram è terra sumptus, parens hominum; sedis patriæ videns hospitium, qui habitabat voluptatis hortum: cecidit ex alto culmine curvus in terrena, quin oculos posset pondere criminis elevare in superiora. Reparandus nè casus? Profectò. Verùm quando? Dum videatur homo, qui fecit hominem: dum assumat Deus despectam atque afflictam Adami carnem: igitur si videtur in carne homo novus, erigetur in cœlum homo primus.

Erigitur curvus homo, dum Verbum visum factum caro.

2 Speculum lapsæ naturæ protoparentis Adam, degebant in Ægypto amari filii Israël: speciem sanequàm tyrannidis exactoris dæmonis elucebat in imperio durissimo Pharaönis: siquidem dirum imperium, dum etiam vita fastidium. Vidit Deus immeritò mancipatos labori, usque in amaritudinem animæ; & de cœlo descendit, ut afflictis subveniret: igitur si duri Superioris in subditos grassatur odium; necesse est, quòd de cœlo Deus descendat in subsidium. *Visitans* (ait) *visitavi vos.* Ad quid geminatio, & dum exprimitur gratia in libertatem, descendentis de cœlo? Quoniam erat visitatio, & futura visitatio. Erat visitatio in libertatem subacti populi, & futura visitatio pro libertate totius generis humani. Innuit versio Jonathæ: *Visitans visitabo vos*: igitur in plenam è captiverio tyrannico libertatem; subsequi visitatio debebat visitationem. Modò pro liberatione à jugo tribulantis Pharaönis: deinde pro fractione vinculorum subigentis dæmonis: & dum descendit de cœlo, additur visitationi visitatio; quoniam quæ tunc incipiebat, acceptura plenitudinem, dum Verbum Dei de cœlo descendens assumeret sibi carnem.

Solus Deus potest reprimere, odium Prælati. Exod. 3. 16.

Rab. Jon. *Nato Christo, homo liberatur à diabolo.*

3 Contemplemur Dei & Moysis colloquium, & clarebit institutum. Ut liberaret populum suum, postquàm laborem vidit, de cœlo in terram descendit, dixitque Moysi: *Veni, mittam te ad Pharaönem, ut educas populum meum filios Israël de Ægypto.* Renuit electus, qui insignis populi libertate futurus: sæpe nanque qui recedit à dignitatis splendore, splendidè respondet dignitati. Præcedunt signa & no-

Vers. 10. *Dignus muneris, qui renuit.*

nova, verùm non quiescit, nec acquiescit. Pericula dignitatum cautè cognovit, suspicans vel in datà de cœlo, hominis fragilitatem; ne virga directionis verteretur in serpentem. Deus instat, ille recusat, exclamatque: *Mitte quem missurus es.* Nonne habet Deum de cœlo descendentem, ad tot mala excutienda auspicatorem? Habet, sed in umbrà tantùm, dum Moyses totius generis implorabat patrocinium. Mittendus erat magni consilii Angelus, Filius Dei in carne; ut hominem lapsum educeret à dæmonis servitute. In hoc totum eleutherium, ut genus humanum capesseret, quod amissum; siquidem natura èadem erigenda in præsepio, quæ supplantata ad lapsum in paradiso: Moysesque vehementer effiagitat, quòd mittatur, qui aliquando mittendus; ut homo glorietur ejus adventu à vinculis expeditus: igitur licèt ibi è cœlo descenderet; non descendebat in carne, qua liberandus à dæmone: instatque ut mittatur Deus-homo; ut homo vindicetur plenè à jugo: quippequàm quousque Verbum Divinum susciperet carnem jacentem, nequibat homo restitui in priscam felicitatem. In terras, dicam ex Seneca in *Hercul. Furent.* Act. 2. v. 263.

Pericula dignitatum.

Cap. 4. 13.

Erigitur in præsepio natura supplantata in paradiso.

Senec.

Non semel Divùm parens
Cœlo relicto venit.

At non veniebat, ut venturus erat, quantunvis sese aptabat fingens assumptitium corpus, ut poneret in via gressus suos: rogatque Moyses, ut huic visitationi addat visitationem in carne, pro humani generis à tanta ruina erectione: igitur liberabitur homo, si Verbum videtur propter hominem caro.

Verbo Patris in natura hominis.

4 Romæ die 25. Decembris, famigerata celebrabatur festivitas Magnæ Matri, seu Opi Divûm genitrici à servis, titulo *Publicæ libertatis*; cujus effigies *in culmine templi* (ut infit Vinc. Chart. de *Imag.* fol. 150.) *erat virgo, quæ ulnis infantem continebat. Jupiter enim à Vesta nutritus ferebatur.* In reliquis haud moror, quoniam ex professo in *Ephemerid.* die præfat. Patet celebritas annualis ex nostris desumpta sacramentis: igitur Mater-Dei virgo immaculata in ulnis habet infantem; ita factum propter hominem: cui sanè portento, pectore servorum gaudibundo, publica annectitur libertas; ut signum illustre vera nostra sequeretur festivitas: siquidem potitus est plena libertate miser dedititius homo, dum Verbum apparuit caro, & Mater infantis virgo. Vide dignationem, ut amissam homo obtineret dignitatem. *Ibi agnoscitur* (ait Mellifluus Doctor Homil. 2. sup. *Missus est* num. 9.) *lux non lucens, verbum infans, aqua sitiens, panis esuriens. Videas, si attendas, potentiam tegi, sapientiam instrui, virtutem sustentari: Deum lactentem, sed Angelos reficientem: vagientem, sed miseros consolantem. Videas, tristari lætitiam, pavere fiduciam, salutem pati, vitam mori, fortitudinem infirmari: sed quod non minùs mirandum est, ipsa ibi cernitur tristitia lætificans, pavor confortans, passio salvans, mors vivificans, infirmitas roborans.* Hucusquè Bernard. & ferè eadem Augustinus serm. de *Natal. Dom.* ubi exponit factum hominem factorem hominis; sugentem ubera, regentem sidera; dormientem vigilem, obscuram lucem, esurientem panem, sitientem fontem, redemptorem captivum, dominum servum, mœstum gaudium, cœlum terreum, Solem tremiscentem, sine luce splendorem, sine lumine de lumine lumen, sine specimine de numine numen, sine fulgore radium, sine radio majestatis speculum, subditum portantem orbem, pupum gigantem; quod quidem brevi verbo, *Verbum caro*; sed in libertatem hominis, carnis adstrictum vinculis: siquidem ni Filius Dei in carnis conditionis veniret vincula, non liberaretur homo à transgressionis primæ ferrea catena.

Bernard.

Quot mira visa in præsepio, nato Domino?

Joan. 1. 14

Nisi Deus fieret homo, non liberaretur homo.

5 Recessit, & puncto profundè artificis corde, fovens fatuè partes factiosi utriusque inimici. Plura cogitavit, ut ad se Deus è lapsu reduceret carnem, propter inimicum, seductionis & auctorem & ultorem. Quò magis hominem alliciebat, jugum suave gratiarum hic detrectabat; vidensque irritos tot amoris cogitationum conatus: *In funiculis Adam* (protulit) *traham eos. Funiculis*: idest, vinculis, ut subditur: *In vinculis charitatis.* Vincula queis tractus Adamus, sunt funiculi carnis, quibus raptabatur in præceps; quin in filiis inveniret aliquam rectitudinis semitam, quoniam omnis caro corruperat viam suam. His funiculis lapsus homo, & his obtinebitur reductio? Profectò. Quanquàm aliter (quomodolibèt) perficere Deus posset; ei tamen placuit, sibi hominem reconciliare, eo modo, arte & ordine, queis noverat cecidisse; ut studium pietatis malitiæ fraudis illuderet, & maligni calliditatem fortiùs contereret, ut fortiter, quia suaviter, cuncta disponeret: dicitque funiculis seu vinculis carnis Adami

Ose. 11. 4.

Festum libertatis.

Vinc. Ch.

Nativitate Christi & partu Virginis libertas publica humani generis.

Homo surrexit quo corruit.

Liberatur à carnis vinculis, quia Verbum Dei intra vincula carnis.

mi trahendos, in diaboli factionem eisdem funiculis tractos; quoniam vincula quibus detinebatur homo, ne in Deum iret, & Creatorem quæreret, confringenda omninò, libertate cuncti generis, modò Deus ipse videretur intra vincula carnis. Hinc trahitur, quo seducitur, & ars diaboli arte Conditoris repellitur: plaudunturque in Verbo Dei funiculi carnis, vincula dulcis amoris; quoniam nulla amplior dilectionis demonstratio, neque fidei in dilectum exhibitio, quàm trahi amore in carnis gravissimum carcerem, ut homines trahantur ad Deum, atque carnis redemptionem.

Templa Fortunæ & Pacis.

6 Erectum fuit templum Romæ in honorem Fortunæ. Petrus de Natalib. *lib.* 2. *cap.* 1. & Bagat. lib. 5. de *Admir. Orbis Christ.* cap. 5. num. 1. arbitrantur sacrum Paci, cecidisseque, data homini pace de cœlo, & per filium Dei in carne reconciliato mundo, ut caderet pax ficta, descendente de cœlo pace verâ, hancque possideret cor, non quomodò mundus dat. Verùm non Paci, sed Fortunæ sacratum refert tam Plutarchus libell. de *Fortun. Roman.* quàm Chartar. de *Imag.* f. 307. Dicemus *in Ephemer.* plura loco cit. *April.* 25. *Maii*, 10. & 24. *Jun.* 14. *Jul.* 12. *Octobr.* & 1. *Decembr.* Festivitates plurimæ, sed celebrior *Fortunæ reduci*, de qua egimus *Tautolog.* 2. num. 5. Culta fuit etiam Fortuna à Judæis: unde queritur Isaias dicens:

Corruerunt die nativitatis Christi.

Isai. 65. 11 *Ponitis Fortunæ mensam*: uti videbimus in *Expos. Liter. Tautolog.* 8. à num. 24. De permanentia hujus templi interrogatum ab auguribus oraculum, respondit: *Quousquè Virgo pariat.* Æternum arbitrati sunt, & templum corruit eo die, quo Maria Verbum Divinum indutum carne peperit. Aptè dicitur Fortuna redux, dum apparet fœcunditate & tali decorata insigniter virgo: igitur si homo aliquando erigendus, liberandus à dura opprimente catena; claret jam redux Fortuna: igitur victo inimico, vinculo fracto, restituitur in priscum primum honorem, per Virginem matrem.

Fortuna redux.

Homini per Virginem.

7 Judæi ponebant Fortunæ mensam, veram ignorantes fortunam. Ecce fatuitas mortalium: fortunam arbitrantur, quod exterminium; ita gravati pondere volatilium voluptatum, illusi specie bonorum, foventes fraudem; ut non tantùm quærant mala, sed & adorent. *Ponitis Fortunæ mensam.* Alap. hìc ex Septuag. *Dæmoni.* Longè à proposito videtur versio. In fortuna cogitantur omnia bona, in Dæmone inveniuntur cuncta mala, impellente homines in infernum illecebris deliciarum: exponunturque simul Fortuna & dæmon, ut homo cognoscat cupediarum periculum: igitur anxiè solicitat inferni æterni laborem, qui quærit deliciis fortunæ felicitatem. Longè sanè à fortunâ fortuna, dum labore & non fortunâ acquiritur vita æterna. Infelix felicitas, quæ vitæ mortalis est: & ut evigilet à dulci veterno cor; nomen dæmonis traditur felicitati; quippe post vitæ cursum, traditur dæmoni. Fortunæ & dæmoni erigitur ara, ut dæmonis imperii corruat inflata fortuna. Crevit (fas sit, dicere) fortuna dæmonis, dum corruit hominis. Aliquando erigenda felicitas hominis ex ruina dæmonis; quippequàm hominis fortuna redux, modò in Virginis ulnis videatur parvulus: & simul demonstrantur hominis lapsi felicitas, dæmonisque insolentis calamitas; quoniam dæmonis imperium, atque tartara fregit, illicò ut Deum-hominem pro homine Virgo-Mater parturivit.

Homines in fortuna adorant incommoda.

Alap.

Cur dicitur dæmon?

Unde infelicitas à fortunâ?

Corruit dæmon, fortunâ hominis partu Virginis.

8 Fortunæ Achaz pessimus erexit aram, adversam fingens veneratione fortunam: siquidem commovit inimicos in regem, ejus circundantes milite regiam & urbem. Subvenit Deus populo suapte benignitate, verùm rex amens nec volebat audire. Videre videor in rege, filiorum Adam insaniam, cui Deus satagebat exhibere medicinam; cùm contemplaretur fraude dæmonis ita illorum mentes depravatas, ut morbos atque dolores cogitarent ut delicias. Quàm bonus Israël Deus, vel pravis corde! Adjuvit etiam rebellem medicamine: igitur restituit mirificè in sanitatem etiam nolentem. Petere signum à Domino jubetur per Isaiam, & ille perduellis respondit superciliosè: *Non petam*, nolens glorificare medicum: sed propter hoc dedit Dominus pro libertate signum. Quodnam ergo? *Ecce Virgo concipiet & pariet filium.* Partus num virginis propugnatio civitatis? Utique. In Achaz & ejus urbe, cincta duorum exercitu Principum, laborabat omne genus humanum; quod à peccato primi parentis & ruinâ lapsus, principis tenebrarum quassabatur incursibus: daturque futurus partus Virginis pro signo libertatis civitatis; ut pateret, quàm efficax fore remedium, dum ita protexit signum: equidem devolutis sæculis, mirabili partu Virginis, homo liberandus erat ab impugnatione dæmonis.

Hic ante ad ventum Christi amens.

Deus vel ingratis favet

Isai. 7. 12.

Vers. 14.

Partus Virginis hominem à vinculis solvit.

Sub

Sub jugo diaboli tenebatur infelix miserabilis homo: & exponitur ut mater, integerrima Virgo; ut lactetur spe libertatis, & ruinà tyranni persecutoris: igitur hujus imperium, & illius infelicitas stabit, quousque Virgo Maria filium pepererit: quo auspicio & novo miraculo, ita renovabitur orbis; ut cadat potentia dæmonis, & elevetur quæ curva natura humana, quia per Virginem-Matrem redux fortuna.

Et jugum diaboli fregit.

9 Adventus Dei olim signabatur in loto, ut observat Pierius Valerianus lib. 52. *Hierogl.* cap. 37. qua etiam indicium Solis ortus, tanquàm Orbis cuncti plausus: siquidem expectabatur ab illo adventus Deitatis, sicut post diuturnas tenebras ortus Solis, ut post noctis longævæ & tardigradæ molestiam, qui habitabat in tenebris conspiceret lucem magnam. Hinc supremus Deus Jupiter sedens fingebatur in loto, ut vitam restitueret amissam mundo, uti observatur à Vincentio Chartar. in *Jove* fol. 88. quippequàm mundus profectò visurus desideratam tot sæculis lucem, modò in terra videret de cœlo descendentem Deitatem. Causam symboli affert Pierius ubi supr. cap. 35. *Inde sumptum crediderim, quòd ea ante Solis emersum implicata folia habeat, quæ quidem ita sensim exsinuantur, aperiunturque, uti magis & magis tollitur jubar Solis: maximè verò panduntur, ubi medium Deus iter emensus est. Eodem verò decedente, folia ipsa vicissim contrahuntur, complicariquè incipiunt, ac insinuari, veluti nulli patere velint, quàm numini, quod venerantur: atque ita quibus liceat modis, eo abeunte sese intra claustra cohibeant.* Sumpsit ex Plinio *lib.* 13. *cap.* 17. & 22. *cap.* 21. & ex Theophrasto qui *lib.* 4. *cap.* 4. infit: *Sole occidente se comprimunt, caputque integunt mirà industriâ, ad ortum aperiuntur & super aquam assurgunt: idque facit, dum caput perficiatur, floresque destuant. In Euphrate caput floresque mergi referunt, atque descendere usque in medias noctes, tantumque abire in altum, ut ne dimissa quidem manu capere sit: diluculò deinde redire, & ad diem magis. Sole oriente jam extra undas emergere, floremque patefacere, quo patefacto ampliùs insurgere, ut planè ab aquis absit altè.* Videsis, si ampliora desideras Jamblic. in *Myster.* Kircher. in Obelisc. *Pamphil.* lib. 2. cap. 5. lib. 4. *Hierogrammatism.* 19. §. 3. & ibid. *Schematism.* 1. *Hierogram.* 2. quibus in locis uterque dicit *Lotum* & *Lutum*, intelligens per Lotum hominem, per Lutum hunc orbem terrestrem, & propriissimè: igitur Christi nativitate, cùm illum videret terra: natura humana erigenda erat ad sidera. Vel quia per Virginem lutum humanum convertendum in florem.

Lotus signum adventus Dei, & Solis.

Jupiter cur super lotum.

Pier. Valer.

Folia florum loti aperiuntur & sinuantur juxta ascensum & descensum Solis.

Theophr.

Dum Sol occulitur in aquas mergitur.

Jambl. Kircher.

Per Virginem terra humana convertenda in florum venustatem.

10 Extricemus Symbola. Sole favente & claro Deitatis, constituta natura nostri protoparentis, quæ illustrata per gratiam originalem, adinstar loti Solem sequebatur auctorem. Sequitur felicissimam lapsus, & illi Deus qui Sol *verè Deus* propter crimen *absconditus*. Compressit folia floresque, vel potiùs spinas; quibus puncta erupit in lachrymas, flexo collo tantæ celsitudinis, in aqua demersa Euphratis, vel gurgite Babylonis, cujus juxta fluenta sedimus & flevimus recordatione felicitatis præteritæ, atque præsentis angustię. Ibi usque ad Solis divini, splendoris æterni Patris felicissimum ortum; curvum, humile, miserum, miserabile & cæcum ploraturum erat genus humanum, quod quidem sagittas instruebat ex planctu, an ictibus crebris cœlum ferreum teneraseeret fletu, & aqua sublevanda molestia, illucescceret aurora Maria, paritura Solem in amœnitatem aridi mundi, & erectionem plorantis sub aquis Loti; quippe tunc genus humanum caput exaltaturum, modò Deus videretur super Lotum. Tandem tandem cœlum visit, igitur Sol divinus apparuit, conversis spinis in rosas, sentibus in flores, vernantibus foliis, & absterstis lachrymis. Unde repentè totius summa felicitatis? Sol Verbum Dei de cœlo descendit in lutum, & caro factum sedit super humilem Lotum, sibi socians naturam humanam, quam priùs contemplabatur prima transgressione curvam: erigiturque in primam felicitatem, simulac vidit felix Christum orientem; quoniam erectio lapsæ loti humanæ naturæ pendebat tantùm ad hujusmodi Solis nativitate.

Lotus symbolum naturę humanæ.

Isai. 45. 15

Quomodò orienteChristo, erectus est homo?

11 Aliter cogito. Adventus Dei & Solis ortus signatur per Lotum, tuncque floret humile lutum. Ex loto inclinata in aquas tribulationis, fuit conditio Virginis-Matris; sed vel in principio florida micuit, quoniam non aliter quam ut flos de radice ejus ascendit. Lutum est genus humanum, quippe crimine capitis fæculentum. Ubi lotus florida exurgit, propè est Sol: ubi Virgo immaculata videtur, jam in mundo adventus Dei, quo natura humana curva, apparebit mirabiliter erecta, atque expers cunctæ tribulationis tot annis

Conceptio Virginis purissima.

Virgo lotus mystica.

passæ sub aquis: habuitque subitò desideratam ex loto mirabili rectitudinem, illicò ut in ulnis Virginis Solem aspexit sedentem, viguitque floridè inauratum lutum, dum Deus summus sedit super pulcherrimam lotum. De Loto Plinius *lib.22.c.21. Homerus inter herbas subnascentes deorum voluptati Loton primam nominavit* & *lib.* 13. *cap.17. Tam dulci cibo, ut nimis hospitali advenarum oblivione patriæ.* Quare Princeps Græcor. Poëtarum *Odyss. 9.* vers. *93.*

Pulchra jam humana natura, Virgine puerpera.

Plin.

——*Ipsis præbuerunt Lotum gustare*
Horum quicunque comedisset dulcissimum cibum,
Non jam renunciare rursus voluit, neque redire;
Sed illic volebat manere, redituque oblivisci.

Homer.

Advena descendit Sol in terras, ut ejus adventus cœlestes mater Aurora mundo largiretur divitias. Patria solis cœlum est: & modò in loto videtur Sol? Fecit thronum in floribus hujus singularis loti, quæ ingerit pectoribus oblivionem patriæ: & ut gustavit suavissimam lotum, pro terreo orbe reliquit patriam, amplissimum cœlum; quoniam Virgo Maria, pro salute hominis recuperanda (ut felix ortus Solis rursus videretur à lapsa humana natura) nubes, aëra, angelos, sideraque transgrediens Solem Verbum Dei in ipso sinu Patris quiescens invenit, & inde avellens toto pectore hausit.

Cur Virgo dicatur Lotus?

Fecit, Verbum descendere in terras.

12 Hæc arbor ut deliciæ Deorum exponitur, quapropter Deus infans ibi sedere dicitur, ut notat Pierius loc.cit. *cap.35.* & 38. allusione ad fabulam Dryopes, de qua egimus *Tom.2.T.5. D.2.* num.13. dicentis de filio infante, ut canit Ovidius lib. 9. *Metam.* Fab.9.

Lotus delicię Deorum.

Hunc tamen infantem maternis demite ramis,
Et data nutrici, nostraque sub arbore sæpe
Lac facitote bibat, nostraque sub arbore ludat.

Ovid.

Patescunt vera sub falsis, atque splendores in umbris: siquidem Virginis filius, verus Deus descendens de cœlis, fragrantiâ attractus loti mirabilis, sedit in gremio matris, amoris oblectamento, ut luderet in orbe terrarum; quippe deliciæ esse cum filiis hominum: quorum quidem natura ita erecta Sole viso, ut nequeat flecti, nec comprimente manu: siquidem in æthera erexit se; simulac in terris apparuit Sol.

Et Virgo Verbi Dei.

13 Contemplemur in Daniele naturam hominis crimine primo corruentem, & adventu Dei collatam lapsæ erectionem. Juxta Tigrim (cujus crepidines ornantur lotis, ut observat Strabo *lib.* 1.) audita voce, *consternatus* (inquit) *jacebam super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ.* Verùm illicò ut corruit, manus erexit. *Ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum*: addito præcepto ut *staret* rectè in *gradu suo.* Si jubetur erigi in pedes, ut videat altiora; quo intuitu ille tantùm erigitur super genua? Signum adorationis est, ut vidimus *T.* 1. n. 14. & *T.*5. n.20. Ultra spem erectionis nactus est vota: & ad erectionem meditato flectit genua; ut rependeret gratitudine, in adorationem erectoris prostrato corde: siquidem si gratitudo exprimit beneficio vinctum hominis pectus, nullum lapsæ humanæ naturæ majus, quam invenire qui curvam erigeret & jacentem è pulvere gratis levaret.

Dan.10.9.

Vers. 10.

Vers. 11.

Beneficii comes sit expressio gratitudinis.

Quanta munera in Christi nativitate!

14 Erigitur in pristinum statum: cæterùm unde præsentaneum auxilium? *Ecce vir* (ait) *unus vestitus lineis, & corpus ejus quasi chrysolithus* (Sanchez hìc, *Tanquàm crystallus*) *& facies ejus velut species fulguris.* Alcazar in *Apocal.*1. v.18. Notat. 17. subdit ex Joanne: *Facies ejus sicut Sol lucet in virtute sua.* Umbra Christi nascentis protenditur, quo tanquàm Sole exorto: homo lapsus in terram mirabiliter erigitur: quippequàm si illi restituenda felicitas, ubi juxta lotum Solis divini claritas, & in crystallo corporis Deitas lateret infantis; faustè jam potitur votis, & erectus super pedes: igitur in crystallo purissimæ carnis divinum miratur Solem, Deum infantem, juxta matrem Lotum pulcherrimam virginem, cui flores pueruli magnes & oblectamentum, ut ludat cum filiis hominum.

Sanctius.

Alcaz.

Erigitur homo lapsus super pedes, partu Virginis Matris.

15 Deinde: Is, qui apparuit præ se ferebat speciem filii hominis: ideo dicitur, *Vir unus vestitus lineis. Lineis*, propter candorem, & matris-virginis puritatem: siquidem carnem sumpsit ad formam corporis sine corruptela carnis. *Vestitus*, ut constaret hominis libertas, & firmaretur in mundo prisca felicitas: etenim cuncta bona restituenda homini, dum qui amictus lumine, appareret in orbe vestitus carne. *Vir unus* additur, etsi sufficiebat vir, ut clarescceret, quis hic qui nascitur Sol. Vir est, sed unus, idest singularis: igitur sine femine viri conceptus homo, cujus mater integerrima virgo; & ut obstupescceret, de cœlo descendente, micro-

Miracula insignia tunc hominibus objecta.

cos-

cosmus; ex Virgine prodivit non homo, sed homo-Deus. Modò dubium. Eadem erat natura in Christo, ac in protoplasto Adamo: Quomodò ergo in visione Danieli facta ille cum eadem natura procedit rectè, & hic jacet versùs terram curvè? Demonstratur effectus primi criminis, & adventus Redemptoris: unde quæ eadem exprimitur in Adamo curva, est in Christo plenè recta; quoniam forma quæ cecidit in Adam primo, gratiâ Virginis partus erigitur in secundo. Hoc intuitu addit: *Levavi oculos meos & vidi: & ecce vir.* Ecce etiam felicitas: vidit virum quem venerabatur Deum: & vidit, quia visione viri oculos à terra levavit: siquidem onere criminis pridem, in cœlum attollere nequaquàm poterat faciem.

Destructa nota primi criminis, nativitate Redemptoris.

Vers. 5.

16 Speculum occurrit in illa fœmina quæ vagabatur per Jerusalem omninò curva. *Erat inclinata, nec omninò poterat sursùm respicere.* Quænam hæc? Arbitror naturam hominis primo crimine, & dæmonis tyrannide ita oppressam, ita in terrena fugitiva inclinatam; ut nec cœlum posset respicere, nec faciem præ gravitate & verecundia sursùm attollere: iccircò postquàm excussa fuit curvitas, infit Christus, quòd eam ligavit Satanas; indicans per hujusce fœminæ curvamen atque salutem, totius generis captivitatem, ac denique redemptionem. Flexa & panda ita degebat humana conditio. Verùm quomodò facta liberatio? *Imposuit illi manus, & confestim erecta est.* Confestim erexit corpus: cur ergo Archiater cœlestis, ut erigatur fœmina super illam ponit manus? Ut faciem sursùm attolleret, & Christum quem non viderat, uti curva, videret: confestimque erigitur, quæ penè ab exordio mundi inclinata gradiebatur; quoniam erectio curvi, lapsi humani generis, duntaxàt pendebat ex aspectu Redemptoris. Mutavit hominum sortem, & captivam duxit captivitatem: igitur si hominem Satan alligaverat glorianter, contrivit Satanam sub pedibus hominum & velociter. Caveamus illius fraudes & laqueos, siquidem quimus jam respicere cœlos: & si mittimus manum in aratrum, astruimus, quòd non gustavimus lotum. *Flores* (ait Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 17.) *cujus suavitate homines rerum omnium oblivisci dicuntur.* Si in cogitatione habetis hujusmodi escam, terrenorum, fas est, abolere memoriam. *Quæ sursum sunt quærite, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.*

Luc. 13. 11.

Vers. 16.

Vers. 13.

Erectio humani generis pendebat ab aspectu Redemptoris.

Loto gustato perit memoria.

Text.

Colos. 3. 1.

Canit hìc Franc. Bonadus in *Paraphr. metric.*

Sedibus his vester sedet his formosus amator: Bonad.
Non quæ sunt terræ, quærite summa viri.

DIDASC. II.

Malum, dum abest, qui Superior præsens.

1 NOnnunquàm grata Superioris præsentia, vel ingratis: omnia lustrant & illustrant instar Solis. Decet Principem, ut ait Plinius Trajano in *Paneg. Velocissimi sideris more, omnia invisere, omnia audire.* Defectus sæpè Lunæ regiminis, sunt continui Solis labores. Estò fulgidè, currit; & laborat, ne absentiâ tardà quodquod lustratur, laboret: quandoquidem cùm præsentia sit desiderata gratia; ubi penna fulget Solis, subditis nec ulla pœna. Hinc infit idem ibid. Magnam esse Principis commendationem, tumentes compescere, æmulos reconciliare, iniquitates regentium prospicere, quicquid fieri non oportuit, infectum reddere, & *undecunque invocatum, statim veluti Numen adesse, & assistere.* Pro documento hujusmodi utilissimæ visitationis, apud Poëtas fictum, Deos descendisse de cœlis; quasi in exleges corruptelà subditos, necessarius esset homo de cœlo delapsus. Sub persona Jovis succinit Ovidius lib. 1. *Metam.* Fab. 6.

Plin.

Superioris præsentia subditis utilis & gratissima.

Quàm necessaria!

Contigerat nostras infamia temporis aures,
Quam cupiens falsam, summo delabor Olympo,
Et Deus humanâ lustro sub imagine terras.
Longa mora est, quantum noxæ sit ubique repertum.
Enumerare: minor fuit ipsa infamia vero.

Ovid.

2 Non Deus ut Deus, sed ut homo, ut homines visitet, descendit de cœlo: etenim præsentiam Superior exhibebit utilem, modò hominibus ostendat subditis humanitatem. *Hæc tria plurimum faciunt ad stabiliendum imperium: majestas, gravitas, & beneficentia* (ait Philo lib. de *Præm. & pœn.*) *majestas parit reverentiam, gravitas metum, beneficentia verò amorem.* Quàm floridè cuncta caderent, modò his dotibus visitatores florerent! Majestas necessaria est, non proveniens so-

Plin.

Tria in illo necessaria, majestas, gravitas, & beneficentia

solummodò ex munere; sed simul ex dotium commendatione: etenim haud facilè ut Superiores audiúntur, qui tantùm dignitate Superiores. Etiam quos amplectitur voluntas & ultrò, solet despicere ratio: & quia Superioris meritis & electione, coram discipulis Moyses & Elias *visi sunt in majestate.* Grævitas etiam, verùm cum affabilitate corda concilians. *Omnes mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore Christi.* Habet enim Princeps subditorum voluntatem, ubi etiam verba ducunt in admirationem: etenim furatur è pectoribus corda, facili atque gratâ industriâ; qua nec minimum comitas detrahit reverentiæ, nec reverentia exhibitæ comitati. Principem quoque condecet munificentia, tanquàm fulcrum, quo firmiter hæret corona. In cruce Assertor N. potitur regno, etenim regnavit à ligno: & ut sacramenta, deposita gratiarum, in pectore occlusa ostenderet; caput in pectus meditanter inclinavit: respondit sanè cunctorum expectationi, & muneris majestati: siquidem decorat dignitatem, & allicit subditorum æstimationem, vel amittendo vitam, caput Principis inclinari ad gratiam. Nil mirum, si ita processit, quòd omnia ad se eximiis dotibus traheret.

Luc. 9. 31.

Cap. 4. 22.

Comitas illi & illis congruit.

Joann. 19. 30.

Sit pronus in gratiam.

3 Ita secundùm ejus beneplacitum, in dispensatione plenitudinis temporum, instauravit omnia, & quæ in cœlis, & quæ in terra. Cuncta mundi conturbata, atque involuta jacebant; at in deteriora ibant, quoniam vel secum pugnabant. Nulli sua forma manebat. Homo peribat, universis naufragis, fluctibus permistis ventis. Quid ergo? Motos repressit in gurgite fluctus.

Superioris præsentiâ cuncta tranquilla.

Alex. Cas. *Ut conturbatis placidum caput extulit undis*
Neptunus, totumque videt, totoque videtur
Regnator ponto; sævifera murmura venti
Demittunt, nullasque movent in frontibus alas.

Uti canit Alexand. Cassaneus in *Polit. axiom.* cap. 10. Ecce effectus utilis visitationis, & præsentiæ Principis: quippequàm ni mala expellat, ni tranquilitatem statuat, ni pacem foveat, ni audaces reprimat, quæque visitat non visitat.

Exod. 3. 16.

4 Perpende Tautologiam. *Visitans visitavi*: dicit Angelus de culmine cœli descendens, in solamen Israëlitici populi afflicti sub Ægyptiorum tyrannide. Patet igitur Superioris visitatio, atque in visitatione solatium, ubi descendit Præses fugiens culminis fastigium; etenim si adinstar medici studere debet visitationi; nequaquàm medicus, qui visitans ægrotum, nescit eligere bonum & reprobare malum. Necessarium utique, dolorem inferre ægris, estò doleant, intuitu rationabili sanitatis: minimèque sese geret ut medicus, vel medicas adhibens manus; qui non sanat, sed supersanat vulnus: equidem sanitate artificiosà fiunt majora ac deteriora vulnera, sanie retrogradiente versùs præcordia, fistulata carne, virulento corde, putrido pectore, quoniam non expellitur latens malum, nec invenit exitum, ore compresso, vel clauso, morte oblatà pro remedio: quandoquidem pro medicina conflatur vomica, qua malè affecti amittitur vita. Absessus est: ni pus habuerit exitum, suffocabit ægrotum: & ubi populus afflictus tot malis clamat, Angelus adveniens visitatione visitat; quia non advenit, ut vulnera cordis reticeat, sed ut clamorem ex vulneribus audiat: etenim minimè visitat præ dolore clamantes, qui non audit laborantium ægritudines sub oppressione tyrannidis; imò gravatos mœrore, oppletos amaritudine, quasi pro bono pacis, & solaminis crudelis, occluso ore, nec indulget hiscere.

Cur Præses visitans adinstar medicit

Sanitate artificiosà deteriora fiunt vulnera.

Et pro bono pacis plaga crudelis.

5 Malum est malum, sed pejus, ubi nullum remedium. Pejus, ubi remedium facile, & nequaquàm adhibetur, quasi esset, quod obvium, impossibile. Pessimum, ubi impossibile tacere; atque mortiferum, dicere: angustiâ excedente fortitudinem cordium, ubi suspirium remedium, & lethiferum suspirium. Nulla major afflictio, quàm laborare in gemitu, respiratione suspirare, vitâ mori; quippe adhæret os carni in carnis perniciem, à voce gemitus, qui non habet vocem. Scitur experientiâ, phlegmonem esse inflammationem cum affluxu materiæ, atque impedimentum facultatis linguæ: ægrèque fertur estò sit levis; quoniam fastidium amplius laborantis, copiosam habere doloris materiem, & inflammationis tantæ non posse dici dolorem. Multa cogitavit crudelitas Ægyptiorum in populum à Domino electum. Quanta malignatus est inimicus in sanctum! Tamen non excogitavit suffocare gemitus competitorum. *Clamorem ejus audivi, propter duritiam eorum, qui præsunt operibus, & sciens dolorem ejus, descendi, ut liberem eum.* Præ dolore clamant, & non ita à duritia operum, sicut à duritia præsidum: quæ quidem duritia transiliret terminum

Nulla dirior afflictio, quàm laborare in gemitu.

V. 7. & 8

cru-

Nec potiri eloquio.

crudelitatis, modò suspiria adimeret, & levamina clamoris; quippe in tormento tormentum summum, amaritudinem pati, nec posse dicere verbum.

6 Hinc Angelus subdit: *Sciens dolorem ejus descendi, ut liberem.* Quantus, si sepeliretur gemitus! Quantum ponderis in doloribus adderet, si sciens dolorem, quasi nescius transiret! Ergo descendit ut liberet, non ut gravet: quippequàm aggravaret animæ amaritudinem, modò sciens non audisset in libertatem clamorem. Perperàm ageret Medicus, si in ægrotantis visitatione, nihil adhiberetur pro expulsione mali: igitur visitans non ingrederetur, ut visitaret; sed ut blandimine pœnis laborantem interficeret. Laborat populus sub vexatione præsidum. Magna utique, ubi de cœlo necessarium auxilium. Descendit, ut præsentia comprimeret exactores, & ab afflictis arceret calamitates. Audivit, descendit, cognovit justum clamorem, & populum liberavit clamantem: diciturque hujusmodi visitationem esse cœlestem, & propriè visitationem; equidem nequaquàm, quantunvis Angelus, visitat medicus; ubi non audit, quæ audit; ubi nescit, quod cognoscit; neque descendit, ut clamantem liberet: quippequàm dum vult lenire sine remedio dolorem, recondit virus, ut augeat infirmitatem.

Quæ munerà Præsidis in actu visitationis?

7 Patet in Angelo, modò populi liberatore. Jam dolorem sciebat, jam clamorem audiverat, inter clamantes erat: & non dicitur illos visitare, vel dum visitat; quia ibi erat, quasi minimè esset, cùm nullum à labore vel clamantem liberaret. Ibi erat, sed aberat: quandoquidem ad clamorem tanquàm surdus, ad auxilium quasi cæcus, in scientia quasi ignarus, in potentia quasi infirmus (in his quæ potuit, scivit, visu cognovit, & auribus hausit) indulsit præsidibus cunctam inhumanitatem, & subditis indulgentià ampliorem cumulavit mœstitudinem. Officium visitantis elucet in Raphaële, cœlesti peregrini hominis comite.

Unde constat se gerere visitatorem?

Angelus nostræ medicus salutis,
Adsit è cœlo Raphaël, ut omnes
Sanet ægrotos, dubiosque vitæ
Dirigat actus.

Haud alià causa, dum libertate populum afflictum Angelus visitando donavit; sese uti medicum exhibuit: *Ego* (inquit) *sanator tuus.* Medicum, qui visitavit, ut tyrannica frangeretur potestas, & subditorum evanesceret calamitas. Medicum, qui apperuit Superiorum iniquitatem, & subditorum haud sepelivit dolorem, ne retrocedente putido in viscera sanguine, etiam facultas adimeretur vitæ, introductà morte pro medicamine, tecta ulceris continuata prurigine; equidem abscessus vocatus à medicis, semper gignitur ex malè curatis: & Angelus in libertatem Israëliticam de cœlo missus, designatur uti medicus, qui visitando visitat, & non specie visitationis enecat: igitur deletis calamitatibus ac oppressionibus deduxit in pace, & suffocavit Superiores obstantes in optatam patriam tendere.

Exod. 15. 26.

Clareat effectu, cuicui obstringitur officio.

8 Adhuc aliquid latet, dignum consideratione. *Visitans visitavi.* Stephanus verò ita fatur: *Videns vidi.* Consona versio, & aptissimus sensus nostro proposito. De acceptione diximus plura in *Exposit. Liter.* num. 6. Vide, si placet, Passerat. in *Propert.* lib. 3. Eleg. 1. & Lambin. in *Pseudol. Plaut.* Act. 2. scen. 4. Visitatio idem ac visio, congruitque medico; ac visitationi apponitur visitatio; quippe visitatio nulla, ubi ratio affectionibus omnino cæca; *Visitans visitavi: videns vidi.* Apte. Utrumque necessarià geminatione; quoniam qui visitat visitare nequit, ubi non videt quæ videt. Si videt, visitat: non visitatione visitat, si quæ visitat, non videt: etenim nequaquàm visitat, ut visitata videat, sed duntaxàt ut visa in visitatione transeat. Nota contextum: *Visitans visitavi vos, & vidi omnia, quæ acciderunt vobis.* Accidunt plura visitanda, & non visitantur plura: unde nulla in visitatione visitatio, quanvis visitatio intendatur pro remedio; equidem omnia in visitatione visa, verùm non videntur omnia. Causam inquires. Dicam, ne disquisitione fatigeris. *Qui inauditum damnant* (ait Tertullian. in *Apolog.* cap. 1. §. 2.) *præter invidiam iniquitatis, etiam suspicionem merebuntur alicujus conscientiæ, nolentes audire, quod auditum damnare non possunt.*

Exod. 3. 16. Act. 7. 34.

Visitatio nulla, ubi ratio affectu cæca.

Ibid.

Cuncta audienda, videnda, & visitanda.

Tertull.

9 Hìc reflexione est opus, ne pateat æger, qui visitat medicus, fugiens proverbium: *Medice, cura te ipsum.* Si audit, jus est damnare sontem, & levare à vexatione innocentem. Hunc damnare, contrariatur judicium: illum autem, vulnerabit affectum. Quid ergo fiet in re ita gravi, ubi innocens clamat saucio, & perfidè, pectore, & multoties saucio honore? Arte pus mollescere, inflammationem lenire, nil audire, nil videre, ne audita judi-

Quanta ruina conscientiarum ex dissimulatione peccatorum?

cem

cem compellant in punitionem, & visa commoveant bilem: etenim ita gravia, ita à præside aliena, ut vel cordis pronitate nec audiri possint, nec videri. Quæruntur acta, objiciuntur plura, cæterùm nulla sententia: nil malis mali, cuncta conceduntur indulgentiæ, visa non videntur, clamantia non audiuntur: & si aliqua, in visitatione visitatio nulla; quippe non videntur omnia: putridumque manet reipublicæ corpus; quia non vocatur in visitationem medicus, ut visitando ægros ab affectionibus liberet; sed ut blandimine humores etiam pestiferos lactet, naturæ quasi levia relinquendo, quæ indigent & igne & gladio. Sopitur ignis, ut concipiat ferventiores flammas. Reprimitur flumen, ut nullas vereatur ripas. Alitur expellendum punctione virus, jacetque cadaver floridum corpus: equidem vomicà conceptà apponitur malagmate verborum suave placidum remedium, cùm acre & anastomoticum sit omninò necessarium.

Vel ex futilitate medicaminum.

10 Perpenderis in suavitate morum (ubi serpit infirmitas, ne gliscat) quanta Benedicti severitas. *Abbas* (infit *Regul. Sanct.* cap. 28.) *faciet, quod sapiens medicus. Si exhibuit fomenta, si unguenta adhortationum, si medicamina Scripturarum divinarum, si ad ultimum ustionem::: tunc jam utatur ferro abscissionis*: etenim Angelus visitans præsides operum, dum plagis & acerbitate vulnerum flectere in bonum non potuit; cunctos cum tyrannide in flumine suffocavit. Qui visitat, non tantùm debet esse medicus, sed archiater sapientissimus: unde nequaquàm sapit, qui virus mulcimine in viscera retrahit; sed qui ut erumpat, etiam intima scindit, & resecat usque ad vivum, ut doloribus acutis corpus ægrum præstet validum. Qui parcit aliquando levi vulneri, interdùm ustioni, indulget putredini: & dum placide sedare vult febrem, extinguere sitim, mitigare dolorem, opprimere infirmitatem; opprimit etiam medicinà languentem: siquidem haud in subsidium, vel remedium conficit, quod ratio decernit; sed quod fortuna cæcè pro lubito finxerit. Hispan. *No cura conforme al arte, sino salga el emplasto como saliere.*

S. Bened.

Unde vulnera medicamine ampliorat

Jerem. 51. 9.

11 *Curavimus Babylonem & non est sanata*, dicitur à chirurgis apud Jeremiam, designantem ironicè medicinam, & seriò insanabilem plagam. Ironicè per resinam medicina proponitur à Maluenda hic. Cur sarcasmo? Quia inutilis adhibitio, ubi plaga ex culpis, quibus præ se fert

Fiducia peccatoris quam vana!

tur insensibilitas lethaliter ægrotantis: etenim sibi videtur, animam, ulceribus plenam, posse in salutem restitui guttulà lustralis aquæ. Seriò à Gregorio Magno exponitur plaga, igitur 3. p. *Pastoral.* Admonit. 14. subdit: *Babylon quippe curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur; quando mens in prava actione confusa verba correctionis audit, & flagella correptionis percipit, & tamen ad recta salutis itinera redire contemnit.* Nos ergo in nodum incidimus propter impossibilitatem suppositionis. Si medicinà curaverunt Babylonem, restituerunt utique in pristinam sanitatem. Perperàm potietur curatione, quæ nequaquàm donata sanitate. Si sanata non est, qua lege, aut arte curata fuit? Implicat igitur non recipere sanitatem, & amplecti curationem. Dicatur enim salutem non restitutam, quoniam non recepit curationem medicam: verùm nil inesse salutis in effectu curationis, videtur implicatorium. Non videtur. Nam permulti ita vivunt lethiferà putridà plagà, ut infirmentur medelà. Adinstar aspidum virus congerunt in alimentum: haud sine veneno vivunt: etenim illis salubre, quod bonis inamicabile: attrahuntque consuetudine malitiam, quasi in propriam ac beneficam substantiam. De hoc ergo Nobis sermo *Tom. 6.* T. 6. ad illud Ezechiel. 24. 6. *Cujus rubigo in illa est, & rubigo ejus non exivit de ea.* Hoc in articulo accessionum toleratarum febrium, vigilare debet sani medici consilium. Corpora malè affecta, quò plus cibantur, citiùs corrumpuntur. Iccircò Hippocrates lib. 7. *Aphor.* 65. inquit: *Si quis cibum febricitanti dederit, sano quidem robur, laboranti verò morbus.* Idem lib. 2. *Aphor.* 10. Haud pura corpori materia est, sed pus. Clamant ulcerosi tactu, moriuntur motu: & uti canit Ovidius lib. 3. de *Pont.* Eleg. 7.

Infirmatur medicamine peccatorum consuetudine.

Hippocr.

Curando fieri quædam majora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit. Ovid.

12 Ergo instituto. Curata est Babylon, & nullum habuit ex remedio remedium, quia non curata à medicis, sed à medicis suis, foventibus malum aureà specie medicaminis. Putrida interna viscera exigebant in exitum putredinis adustionem; & adhibebant pro medicina prurigi-nem. Nequicquam cogitabant pro expulsione mali, sed in mulcimen ægroti; ut persisteret infirmitas, & arceretur sanitas fugà doloris levis, summam vendendo doloris, quo jacebat desperata cum nulla omnimoda medicina: unde non est restitu-

Aliquando nocuum pharma--- cuum, quia non noci-- vum.

tuta saluti, quantunvis excogitatum pro curatione; quoniam nocivum pharmacum, quia non nocivum: igitur virus retrocessit in interiora, quod medicus propulsare debebat, ut convalesceret, extrà. Vividiùs dicam. Consulebant medici non ægroti sanitati, sed doloris lactationi, ne quereretur ferè moribundum corpus, estò serperet intra viscera virus. Pepercerunt corpori, ut morereretur putredine. Pepercerunt acori vulneris, ne remaneret signum vulneris cicatrix. Omnia arte adhibita sed

Nocujor infirmitas, qua apparet sanitas.

sine arte; quippe in ulcus decubuit materia sine punctione: diciturque Babylon ægra curata, verùm infirmior medicinà exhibità; quippequàm validior infirmitas ubi artificiosa sanitas; nec dici poterit in medicamine cura, ubi tantùm curatio artificiosa, qua altè plaga fixa cordi, & color pulcher in cute.

13 Unde in Republica omne caput languidum, & omne cor mœrens, valida cordolio infirmitas, ita ut à planta pedis usque ad verticem nulla sit sanitas, imò vel à medicis adhibito medicamine, vulnus, ulcus, livor appareat in plaga tumenti? Cur si crebra visitatio, frustratur proposito, & nullum elucet subsidium hærente medicamento? Si in salutem visitatio

Non medicamen quod tantùm in sanitatis speciem.

medicorum, qua malignitate majus à visitatione, quàm à morbo micat periculum? Apostema, qui uti medici adveniunt, curant; cæterùm neutiquàm sanant, quoniam non student in salutem, sed in sanitatis speciem, ne sciissurà vulneretur cutis lævor, quasi intemeratus honor: manetque in mortis periculum præsens occultum venenum, in cordis penetrali altà mente repositum: interiora plena dolo, irrito medicamento, quo plus æger gravatur, ubi illi medicus de salute blanditur; quasi potiretur placide, quod egebat incisione & prosciscione. Fictè curatur evanidà apparenti medicinà: & in curatione nulla in salutem remedia, comprobante morte insanabilem plagam; quia solummodò salus quoad apparentiam: igitur tunc altius in pectus efficax malum; quia non est, & apparet medicamentum.

14 Symbolum Emmanuelis Philiberti, ut notat Silvest. à Petra-Sancta *lib.* 1. *Symb.* 9. cap. 3. fuit congeries armorum post partum cum pace triumphum, cum

Pectr. Sancta.

haccine epigraphe: *Conduntur, non contunduntur.* Æquale ergo periculum in moralibus, ac in naturalibus, & civilibus. Ad commotionem discordiæ, fomitemque belli aptior occultus gladius, quàm nitidè nudus: minimè utique pax stabilitur, ubi gladius reconditur: etenim simulatur importunà occasione, ut evaginetur in cladem aperto Marte. Firmat duntaxàt oleam, qui unicè veneratur Minervam; & non depellet vel nimià solicitudine bellum; qui non confregerit potentias, scutum simul & gladium. Pax apparet; & quia apparet, non est pax. Haud aliter in corporibus ægris, & in dolorosis animis. Ictu, aut vulnere læditur corpus, injuriâ vel amaritudine animus: pessimèque hujusmodi morbi curantur, ubi latendo in perniciem reconduntur. Præsentioris nocumenti dicitur esse virus vomicæ, à Græcis *Melicherides* vocatæ, quia apparentia adinstar mellis, uti observat Celsus *lib.* 4. *cap.* 11. Suavitate videtur pollere, atque benignè sanari, quæ dulcedinis specie ferro excutienda, ne in mortem tendat recondita malignitate vomica: etenim quæ videbatur benignè præparari in sanitatem, patet ex intimo rumpere in lethiferum acorem.

Simulatâ valetudine, atque cordis dolore.

Falsa pace, tranquillitatis specie.

15 Queritur & meritò Jeremias: *Expectavimus pacem & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido.* Iterat etiam sententiam inquiens: *Expectavimus pacem, & non est bonum: tempus curationis, & ecce turbatio.* Si qui visitat venit in pacem, uti medicus in salutem, quomodò nec pax bona, nec in curatione medela; imò formido & turbatio ex optato & jure optabili beneficio? An quia congruit interdùm, non pacem mittere, sed acutum gladium? Immedicabile vulnus ense recidendum. Sit. Attamen quo intuitu pax non bona, ubi pax desiderata, & tempus medelæ non vulnerum curationi, sed destinatur formidini? Visitatores ægrotantium iniquè agunt, quoniam unicuique juxta merita non reddunt, studentes falsò in falsam pacem, & cataplasmate destruentes salutem in graviorem serpentem infirmitatem. Vulnera aperienda, ut sanitas concilietur ex apposita etiam doloribus medicina. Arma non condenda, sed retundenda & contundenda, tanquam in nihilum redacta; ut tradita terræ oblivionis, vindictæ ac amaritudinis nunquàm excitent speciem. Verùm, proh dolor! pace pax destruitur, medicinà corpus ægrum infirmatur; quia pax falsa, & medicina ficta: etenim quæ videtur pax, erumpit in intestinum inextinguibile bellum; & quæ sanitas, gliscit in luem occultissimum toxicum. Quid mirum, quod sit animi turbatio, ubi acrioris Martis &

Jerem. 8. 15. & 14. 19.

Quomodò ex pace discordia, & languor ex medicina?

vul-

vulneris formido concipitur ex remedio? Aliam causam delicabo *Didasc. seq.* Hinc per eundem dicit Dominus: *Insanabilis fractura tua & pessima plaga tua. Non est qui judicet judicium. Curationum utilitas non est tibi.* Quid quòd polleas curatione, si universæ absque ulla apparent utilitate? Opera & tempus amittuntur, ubi applicatur vulneri, quod non est medicamentum. Efficax corruptelæ medicamentum est verum & irrevocabile de actis judicium: quo procul quæ exhibetur medicina, est fractura & plaga pessima. Discite modum curationis pro animis levandis & extirpandis vitiis.

Jerem. 30. 22.

Quando pro medicina plaga pessima?

16 Visitare promittit Dominus Israëlem in validiorem salutem, & ita per eundem effatur Vatem: *Ecce ego*: pende *Ego*. Non alius: prævalere intendit in visitatione medicinà, quoniam nulla efficacior Superioris præsentià: vacuaretur studiosa visitatio utilitate, ni visitaret ipse: igitur ministri vel quia ascititia auctoritas, vel quia propria utilitas, vel non habent honorem, vel abdicunt sanitatem. *Ecce ego obducam eis* (infit) *cicatricem, & sanitatem, & curabo eos, & revelabo illis deprecationem pacis & veritatis*: idest, *copiam pacis & veritatis*, ut legit Vatablus. Nil aliud intenditur visitatione nisi pacis tranquillitas, quæ omninò fugiet, si latuerit veritas. Infirmum erat tot vulneribus, quot iniquitatibus corpus Israël, pure serpente usque ad cor; cujus vitalitas ita obsessa inimicis, ut penè extincta lampas micaret vitalitatis. Cœlestis utique medicus vasto corpori & ægro conferre meditabatur sanitatem; & in hanc excogitat cicatricem. Cicatrix signum est inflicti vulneris, & cicatricem archiatrus sapiens demonstrat specimen medicaminis; quoniam quæ vomica cordi, nullo modo sanatur sine vulnere, ut quanvis dolore acriter afficiatur, per vulnus sanies purgetur: etenim tametsi inhæreat cicatrix, objicitur etiam tanquàm signum salutis, cùm multi estò dissipati non compuncti, quoniam pro valetudine neutiquàm in medela compuncti corde. Ita à sapientiore medico decretum, verùm secùs, dum aliud arte conficitur pharmacum: igitur malunt ęgrum dilectum imperiti relinquere ægrotum, quàm leviter punctum, & honorem vulneratum. Parvipendunt jacêre, & in deteriora, ulcere, ac putido pectore; modò honor, qui jam evanuit, maneat sine cicatrice. Cicatricem Deus obducit, & magis quàm nos honori ægrotantium consulit: igitur si vulneris illati patet signum, etiam indicat & coram, incisione medicatum. Quanta mala amandarentur in laborantium sanitatem, si medici vulnus internum cogitarent, & nequaquàm futilem cicatricem propter futilem honorem?

Utilis Præsidis presentia, ut curentur visitata vulnera.

Ministri suspicioni, in Superioris munere. Cap. 33. 6. Vatab.

Extremis malis extrema remedia.

Etiam honor vulnerandus, ubi ad salutem necessarium vulnus.

17 Observa Dei methodum pro subsidio laborantium. *Ego obducam cicatricem & sanitatem.* Sanitatem adducet, cicatricem obducet. Optimè. Obduci, quid extrinsecum sonat, sanitas verò interiora loca signat: minimèque sanitas læso corpori, sed cicatrix dicitur artificiosè obducta; quia nulla sanitas, si sanitas non interna. Cicatrix ostendit solidum quod carne obductum; unde nocujus esset malum; si vulnus in corde, & facies absque ulla appareret cicatrice. Sine cicatrice nemo suspicaretur internam inflammationem, imò ductus colore nitido, interiorem crederet sanitatem: dicitque meritò cicatricem, non sanitatem obductam, quoniam pernicioса sanitas duntaxàt quoad apparentiam: igitur per illabentem sensim teterrimam mortem, elucet futile esse vulneribus internis applicatum medicamen.

Non indicat medicinam sanitas quoad apparentiam.

18 Cognoscitur hoc in articulo, cur ut salus vera astruatur, ingeritur geminatio. *Obducam* (inquit) *cicatricem, & sanitatem, & curabo.* Ad quid *Curabo*? Dicam fusè suo loco. Est ne, à quo sanitas conferatur, & neutiquàm medicetur? Utique. Non sanat qui videtur mederi; sed qui studio hostem arcet à corpore. Non qui medicinis utitur quoad sanitatis speciem, sed quod ad valetudinis recuperationem & firmitatem, sedatis humoribus, vel depulsis malignis, pro subsidio succumbentis ægritudine corporis: & ubi Deus sanitatem confert, non ut cicatricem, internorum vulnerum spondet efficacem curationem; quoniam vulnus est & non remedium, si vulnera artificiosè, & quoad aspectum curantur, facie lætà ac hilari, sed aspide fixa cordi: igitur vix medicus movet vultum, vertit tergum, quùm pectus obice rupto, ardet Troja usque in excidium. Ignem, flammasque juvat imber; nec fatiscet, quanvis totus obruat æther.

Non remedium sed vulnus, ubi ficta medicamine salus.

19 Ecce usus & abusus medicaminis in articulis ambiguis visitationis. Ita evanet, vel permanet *copia pacis & veritatis*: etenim pax, quæ vera; & non vera ubi ita concinnatur medicina, quòd sit tantùm apparentia; figura medicaminis pul-

Pax quæ vera, verè pax.

pulchra, sed figura; ita mentitò colore salutis pro bono inimicæ pacis, ut appareat pharmacum falsum, fictum, vel pictum, dum medicus gloriatur, studio corpus relinquere sartumtectum. Non omnia indigitata: alia *seq. Didasc.* videbimus nocua, ut visitet qui visitat, & innocentes protegat: igitur impius prævalet adversus justum, & ideo egreditur judicium perversum. Studeat ergo favere subditis, ut possit audire, quod canit Ovidius lib. 4. *Thrist.* Eleg. 10.

Gratia sane tibi, nam tu solatia præbes,
Tu curæ requies, tu medicina venis.

DIDASC. III.

Cassa omninò Superioris visitatio, ubi afflicti non liberantur à jugo.

1 DE Diis dictum à Philostrato, in *Vit. Apollon. Tyanei* lib. 4. cap. 13. *non semper in eodem loco permanere, sed nunc ad Æthiopes, nunc ad Olympum, nunc ad Athum proficisci, ut universas gentes perambulando transeant, atque lustrent.* Vident omnia, ut videantur ab omnibus, & vel in transitu medeantur infirmitatibus, juvent, parcant, puniant, oppressosque tyrannide liberent, & juxta dignitatis munus, ut canit Virgilius lib. *Æneid.* v. 851.

Philostr.

Manus Præsidis visitantis.

Virgil.

Tu regere imperio populos Romane memẽto,
(Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem:
Parcere subjectis, & debellare superbos.

Pietate & severitate.

Succinit Propertius lib. 3. Eleg. 22.

Propert.

Nam quantum ferro, tãtum pietate potentes
Stamus.

Hoc sanè intuitu dicitur Moysi ab Angelo sedente in vepris flammantis throno: *Visitans visitabi vos.* Reduplicatur expressio propositi, ut constet libertas populi ab opprimentium tyrannide: etenim nullam visitando afflictus haberet visitationem, modò ex visitatione ampliorem lucraretur servitutem. *Visitavit & fecit redemptionem plebis suæ*: dixit Zacharias. Utut visa redemptio, ostenditur visitatio, ut constet ex visitatione sani pectoris intuitus: quippequàm sese geret ut tyrannus, qui adveniens in mœrentium optatam consolationem, in diriorem fastose detrudit captivitatem. *Deus totus oculus est, totus manus, totus pes*: ait Bonaventur. in *Pharetr.* lib. 1. cap. 1. Oculus, quia omnia videt; manus, quia operatur omnia, totus pes, quia ubique est. Haud secùs qui Dei gerit vices, ratione honoris & dignitatis: igitur in cunctis debet, subditos visitans, esse per operationum praxim, atque naris emunctæ cognitionem. Haud ubi est, ex his quæ videt, desistat, nisi extremam negotio manum imponat: equidem ni studuerit penitùs in libertatem, afflicti cadent in duriorem servitutem.

Exod. 3. 16.

Luc. 1. 68.

Visitatio sit redemptio, non afflictio.

Bonav. Deus totus oculus, manus, pes.

2 Clamaverunt filii Israël præ oppressione Ægyptiorum. Voces pervenerunt usque in cœlum. Angelus audivit, vidit, inde in solamen illorum ultrò descendit, Moysen in ministrum libertatis misit, hic in aulàm, ut tyrannum mulceret obsequiis & etiam minis, processit; sed cunctorum votum & clamantium cassum, igitur illis dirum aggravatum jugum. *Nec minuetis quicquam: vacant enim, & iccircò vociferantur*: dicit Rex furore percitus, & querimoniis furiosus. Tunc illi egredientibus Moysi & Aaron à Rege, dixerunt: *Videat Dominus & judicet::. præbuistis ei gladium, ut occideret nos.* In proxima visitatione erat redemptio. Quare ampliùs queruli clamant? Quia erat in proximo. Multa nocent mota. In quos visitatione propter injurias clamatur, disponunt arte, quo pacto judex vel vindex placetur; meditanturque corde implacabili ultionem; modò absit qui punire potest crimen: igitur agit vellicata sævitia, quicquid dictat insolentia, ruptis repagulis juris, pro libito voluntatis, additurque propter incusationem per fas & nefas tyrannidi, ultio doloris ex punctione notitiæ. Unde filii Israël magis præ dolore clamant, ubi Regem & Ægyptios Moyses & Aaron propter oppressionem visitant; quippe visitatione oppressis onera gravant: igitur ni obtineatur libertatis omnimodè exitus, incident in easdem crudelissimas manus, quibus tutò satiabunt crudelitatem, & ulciscentur simul accusationem.

Subditorum calamitas à tyranno vocatur otiositas.

Exod. 5. 8.

Vers. 21.

Acusatio criminis criminoso crimen magnum.

3 *Periculosiores sunt inimicitiæ juxta libertatem*: dicit Tacitus de *Morib. German.* cap. 21. Periculum est silere, periculum clamare; sed impensius, nihil ex querela consequi: dicuntque jurè filii Israël, visitatores expressis illorum vocibus, & non fractis compedibus, tyranno præbere gladium, in afflictorum jugulum; quoniam novam machinatur injuriam,

Tacit. Novam tyrannus machinatur injuriam, si oppressi de injuria clamant.

duntaxàt quia oppressi clamant. Intendebant præsides operum, afflictos silere, vel ita loqui ut de nimia etiam amaritudine grates referrent; ac visitatores, quasi pace inventa, gaudibundi transirent. Clamarunt, auditi sunt. Etiam illorum præsides contra se audiebant clamores, sed deaurare conabantur quasi officia otiositatis. Sic cuncta inter oppressiones præsidum veras, & subditorum oppressorum querimonias, quin hi, astantibus visitatoribus, excuterent servitutem, nec illi inhumanitatem: & dum ita stant visitatores, de illis queruntur, quasi essent præsides truces; quia in hujusmodi adversitatum articulo, congruit, vel nihil agere, vel cuncta in exitum visitatione perducere: quandoquidem cùm glisçat dissimulatione, & simulatione tyrannorum crimen, & inimicitiæ periculosiores lateant juxta libertatem; ni subditos in hujus cacumen visitatores evehant, prementur, quousque agant animam; & gravioribus oneribus affligentur, quoad afflictione, qui jam afflicti, rumpantur.

Ni omninò liberentur, magis opprimuntur.

4 Modò intelligitur monitum Legislatori N. Benedicti, qui cap. 2. *Regul. Sanct.* ita præsidem gregem visitantem alloquitur: *Ne dissimulet peccata delinquentium, sed mox ut cœperint oriri, radicitùs ea, ut prævalet, amputet.* Benedictus Ananiens. apud Menard. in *Collect. Regular.* legit: *Radicitùs ea, ut prevalent, amputet.* Inolentia malorum tribuitur Prælato, quia radices minimè averruncavit à principio: equidem oscitatione quisquis viderit exordium, tanquàm in lolio videbit in ictu oculi incrementum. Hinc quasi implicatoriè apponitur: *Mox ut prevalent*, & *mox ut cœperint oriri*: igitur ni amputentur hujusmodi mala, quamprimùm oriuntur, usque in morum perniciem prævalebunt. Hoc est summum disciplinæ regularis exterminium, non existentia, sed prævalentia malorum: quandoquidem florentes in dejectos majora audent, quoniam contra judicium in judicio fraude prævalent. Hìc opus est armis, ut denudentur in visitatione vafri, versipellis abdita pectoris: equidem ni prævaleat visitatoris ex auctoritate jurè potestas, opprimentium præsidum prævalebit calliditas.

S. Bened.

Menard.

Ni eompescatur tyranni potestas, prævalebit iniquitatis calliditas.

5 De Montano Atticino Plin. lib. 6. *Epist.* 22. ita scribit: *Atticinus flagitiis addidit, ut quem deceperat* (Alii: *Offenderat*) *accusaret. Recepta cognitio est. Ille cùm crimina fœda diluere non posset, ita recessit; ut dum defenditur, turpis: dum accusat, sceleratus probaretur.* Hujusmodi sagacitas in usu est apud malignantes, ne suffragetur in auctoramen objectorum, subditorum vulnerata fides: etenim dolo aliis imponunt, in quod offendunt, quo judices decipiuntur; & simul deauratur bracteà veritatis pravitas, ne prævaleat inhonorata veritas: etenim nemo placidè audiet in Præsidem, cui irrogatur idem crimen. Nulla altior suspicio falsitatis criminum, quàm fides exigua ac pertenuis criminantium: unde perfidi præsides, quos fallunt, lactant; quos offendunt, accusant; à quibus vincuntur, in certamen vellicant; quoniam per industriam fraudem, jam apud judicem jugularunt honorem: quare dum accedunt queruli pro vexatione, & requirunt clamoribus vindictam in potestate; opinio defectu honoris ingesta per fraudem delet, quicquid questu veritas, ac gemitibus scribit.

Plin.

Atticini perfidia.

Jugulatur honor subditorum, ut enervetur accusatio Præsidis criminum.

6 Idem designat remedium, dum hujusmodi artis demonstrat morbum. Recipiatur causæ cognitio, & patebit, cujus in quibus accusant; & quo pacto turpes turpiores à judicio jurè damnandi recedant. Unde subdit: *Justissimum integritatis testimonium redditum. Gloria secuta est. Plurimum tibi* (amicum alloquitur) *credas, nec cuiquam satis fidas: deinde scias, siquis fortè te, quod abominor, fefellerit, paratam ultionem: qua tamen nec sit opus, etiam atque etiam attende. Neque enim tam jucundum est vindicari; quàm decipi, miserum.* Floridè. Satius enim est morbo, cùm vacat, ocurrere; quàm post causam vulneratam remedium quærere. In cardine facilitatis fidei vertitur istiusmodi embolium, ex quo micat verum falsum, falsum verum. Unde Petronius in *Satyr.* succinit:

Idem.

Melius, occurrere morbo, quàm studere remedio.

Nequaquàm rectè facit, qui citò credit.

Petron.

Equidem estò vulnus medicatum, factum est vulnus, & fide, modo fluxà, deturpatur intellectus, deploratque etsi promptus in vindictam, fallaciam, uti læsæ majestatis lamentabilem miseriam.

Vulnus intellectus ex credita falsitate.

7 Haccine perversitatis officiosà arte usus est Amanus, ut Dei omninò exterminaretur populus. Nullus illo nequior, nullus juxta nequitiam callidior, qua ut potiretur ex voto, pravam intentionem fucavit obsequio, emens ampliorem Principis gratiam, quibus studiis merebatur furcam, præventà acusatione per justorum accusationem, ut vel gravi notitià, nullum innocentium Princeps admitteret testem; siquidem levis (conspicuà etiam

Industria tyranni pro subditorum dedecore.

ve-

veritate testatà) dabitur fides, ubi nihil in testibus manet honoris. Ita igitur nactà opportunitate pessimus de justis locutus ad regem: *Est populus per omnes provincias regni tui dispersus, & à se mutuò separatus, novis utens legibus & ceremoniis, insuper & regis scita contemnens: & optimè nosti, quòd non expediat regno tuo, ut insolescat per licentiam. Si tibi placet, decerne, ut pereat, & decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ.* En Argolica calumnia. Aman læsæ majestatis erat reus: unde Assuerus compertà perfidià, queritur clamans: *In tantum arrogantię tumorem sublatus est, ut regno privare nos niteretur & spiritu.* Subditi Aman (igitur Judæos illius Princeps tradiderat potestati) patiebantur diram infesti tyrannidem (quorum avidissimè sitiebat cruorem) vel observantes credita diligenter officia, & regia exactè custodientes decreta. Nihilominùs tamen, quia incredibile, subditos posse insimulari à præside, jussit Assuerus cunctos jugulari. *Ut nefarii homines uno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbaverant.* Ita calumnià gemit obnoxius morti universus Israël. Ita prævaluit artibus techniśque perfricta præsidis frons. Quorsùm ergo hujusmodi in subditos & morigeros audacia, dum sciebat se minimè vacare culpa? Quia sciebat, & accusationem formidabat: effugiumque putavit accusare priùs, in quibus accusandus; ne pateret tantis criminibus reus: igitur artificium maximum impostura à tyranno decernitur, subditos dehonorare, ne à judicibus credantur.

Esth. 3. 8. 9.

Cap. 16. 12.

Cap. 13. 7.

Accusat priùs in quibus accusandus.

8 Discusa est causa, & priusquàm Atticini, inventa Amani malitia, accusatis quos offenderat, & damnatis, quos violaverat. A Rege igitur damnatus in crucem, populumque damnatione accusatoris, designante ut innocentem, inuritur *Pessimus mortalium.* Ita? Et meritò. Quorum fide religio florebat, & etiam Rex servabatur in salutem, *Inauditis machinis expetivit in mortem.* Illos, qui cunctorum laude digni, *Mendaciorum cuniculis* conabatur *subvertere, & callidà fraude.* Haud quibat accusare, quos videbat innocentes, & fovit in pectore maligno obtrusas machinationes, ita validas per meditatas offucias, ut decollati jacêrent cuncti, cùm pateret veritas. Mendacia erant, sed cuniculis gradiebantur in Regem, ne cognosceret ut mendacem delatorem, arte callidà, an prævaleret calumnia: igitur si animus Principis despiciebat, notitia sepeliebatur cuniculis; si stomachum movebat, fruebatur delator studio malignitatis. Quapropter jurè vocatur *Pessimus mortalium*, ob inauditum intentum: igitur solummodò ab omnium pessimo cogitari quibat, subditos accusare, ne accusaretur à subditis, & signare justos pessimos, ne signaretur à bonis. Laus est præsidis, quòd cuncti degant juxta præscriptiones juris; & duntaxàt machinari poterat pessimus, denigrare bonos, ne appareret per impostùram, qui per illam pejor, malus. Honor subditorum nonnunquàm Præsidis studium singulare, vel in crimine. Quid ubi viget morum puritas, & floret institutione disciplinæ sanctitas? Malis displicet, quod probis placet; equidem vellent scelera, suorum socia, ut objiciendis retunderentur objecta. Quia Amanus non invenit; callidà fraude, quasi minimè deprehendendus, per technas excogitavit: & Assuerus pessimum illum hominum designat præsidem; quoniam, quorum debebat servare, à boni subditis fraude tollebat honorem.

Studium malignitatis Præsidit subditos accusare ne accusetur à subditis.

Crimen est, bonorem non servare, majus falsitate destruere.

9 Frequenter in theatro præsidum scena instruitur hujusmodi calumniarum, ubi apparent lupi rapaces ut oves, oves mala pecora, & homines læsa capita. Ergo inquiratur à visitatore notitia, tendente in veritatem, & nequaquàm in veritatis speciem: siquidem licèt falsa subjaceant vindictæ, ob fidei facilitatem, miserum decipi.

Sunt tyranni.

Accesit bonor inclytus? Hinc tu
Effice, ne sit onus.

Auson.

Ajebat Ausonius *Edyl.* 4. vel 33. apud Eliam Vinet. Honor & inclytus confertur visitatoribus, ut cuncta videant, ut cunctos audiant. Accedunt filii, malis pleni, usque in parturitionem, & pariendi non habent facultatem. Intendunt & mittunt arcum, pro vulnerum designatione, cæterùm convertuntur in die belli; quippe ubi medicandum vulnus, nullum cataplasma, sed gravius onus: igitur calidà fraude præsidum, subditi dehonorati non audiuntur, & quantunvis doleant, ne magis doleant, à clamore cessant.

Quando Visitatoris dignitas subditis oneris gravitas?

10 *Expectavimus pacem & non est bonum, tempus curationis, & ecce turbatio*: ajebat Jeremias, cap. 8. 15. *& ecce formido.* Haud secùs accidit subditis pressis in actu visitationis. Expectatur pax, & major turbatio fit: equidem cùm ne audiantur, etsi saucii corda usque, tot commenta fingantur à Superiorum tyrannide;

Jerem. 14. 19.

abscondunt tempore curationis vulnera, & querulas voces afflicti pro bono pacis: igitur si subodoraretur improbus, quòd illum in jus probus aliquomodò deferret, in quibus offenderat, innocentem accusaret. Imposturis judices seducunt, ne scelera intueantur, quo deteriores peccatores fiunt; quippe de sibi creditis creduntur perfidi, quasi impossibile fallere. Pax expectatur, & certamen oritur. Vulneris curationis optabile volvitur tempus, & cum pertubatione infligitur altius vulnus. Altius utique; quippe sensibilius honoris, quàm carnis. Unde afflicti turbantur, dum pacis accedit tempus, & patet medicamini ulcus; quoniam percutiuntur silentes, repercutientur clamantes: siquidem ab illis pessimus subtrahet technis honorem, modò præcogitaverit querimoniam quanvis levem.

Unde pugna major oritur, dum pax inquiritur?

11 Ubi turbatio, etiam signatur formido. Siccine? Sanè. Congruit duntaxàt criminoso. Unde igitur innocenti metus? Rationalis utique, si dominatur tyrannus: etenim si indicat oppressionem, majorem formidat cordis amaritudinem: si verò dixerit (ut medicamine curetur) Præsidis noxam, timet ex experientia calumniam: siletque anxius, etsi patiatur vulnus, ac in illum invehatur furiosè Prelatus; quoniam satius arbitratur percuti, quàm percuti, & dehonorari. Nota in Rege Ægyptiaco, quod supr. num. 2. Ex adversis illatis cogitare jubebat Silius apud Tacit. lib. 3. *Annal.* cap. 45. *Quam decora victoribus libertas: quàm intolerantior servitus iterùm victis.* Hinc qui expectare quibant pacem, concipiunt jure formidinem; ne dum jam victi, vincendi queruntur, in acerbiorem servitutem rediganturExercuit quæ ita loquitur apud Senecam in *Medea* Act. 2. v. 119.

De doloribus afflicti non queruntur, ne indicatione graventur.

Tacit.

Durus merita contempsit,
Qui scelere flammas viderat vinci & mare.
Adeòne credidit omne consumptum nefas?
Incerta, vecors, mente non sanâ feror
Partes in omnes, unde me ulciscì queam.

Senec.

12 Considera malignitatem. Improbus Achab persequebatur Prophetas Domini; sed in expeditione ad Ramoth-Galaàd, cupiebat voluntatem Dei scire; verùm propriæ aptatam voluntati, pro cujus obsequio, ne Regi veritate displiceret, verba consolatoria, etsi mendacia, aulicus minister Prophetam dicere jussit. Ille coram Rege dixit ironicè: *Vade.* Cæterùm adjuratus in nomine Domini, subdidit: Israëlem non habere pastorem, sed ovium carnificem: in pugna periturum, quia in illum Dominus decreverat malum. Motus est ne Rex, quam exquirebat ab ore Vatis, inconcussa veritate? Minimè juxta propositum desideravit audire. Decreto patet: *Mittite* (ait) *virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ.* Nonne quærit, imò ab illo extorquet veritatem? Quare igitur audita, illicò invehitur in Prophetem? Haud animadvertit in mendaces, blandientes, ut corruat; & irascitur inveracem, qui satagit, ne succumbat? Conditio aulæ est, qua arcetur, etiam periculo cognito, resipiscentia, ut prævaleat obsequiosè fallacia. Hinc *non licitum indutum sacco aulam Regis intrare*: igitur perniciem licèt astruant in cautionem aliena pericula; nulla à nullo cognoscitur pœnitentia: malumque blandimine assentationum in præcipitia cognita ruere, quàm strage alienà contra lubitum sapere: renuuntque audire vel in bonum veritatem, quoniam ob usum mendacii, læsæ majestatis crimen: quare punitur ut grave delictum, Principi dicere verum, & pro veracis audace, ut dicunt, inverecundià, sustentari pane & aqua.

Aula mendaciorum habitaculum.

Ubi infr. Vers. 15.

3. Reg. 22. 27.

Veritas exulat ab aula.

Esth. 4. 2.

Et etiam resipiscentia

13 Hinc dubium nostro proposito. Si Michæas veritatem sciebat, cur primò clarè alloqui formidabat? Suspicabatur quod evenit, illicò ut Princeps audivit. Aptè ergo non dicitur *pastor*, populum regens, sed lupus vorax & insolens: quandoquidem subditus bonus ita perplexitate comprimitur; ut si minimè vercordiæ assentitur, dehonestetur: si veritatem dicit, in carcerem perire fame, mittatur. *Odi eum* (dicit) *quia non prophetat mihi bonum, sed malum.* Punit ut crimen, Dei per illum indicari voluntatem. Veritas peperit odium, & in dicente necessarium malum: etenim si obscurè quasi emphaticè veritatem dicit, non creditur; & dum clarè dicit, carceri mancipatur: unde pro veritatis præmio sufficitur corporis & cordis afflictio; ut de luporum tyrannide, oves perdiscant, neque verbum loqui. Vel juxta Horat. *lib. 1. Epist. 2. v. 13.*

Ubi supr. vers. 17. *Veritas plectitur.*

Ubi supr. vers. 8. *Labor prædicantium quantus!*

—*Ira communiter urit utrumque.*
Quidquid delirant Reges plectuntur Achivi.

Horat.

Siquidem cùm universa in pace, modò Princeps recederet ab insano proposito, & studeret propriæ salutis consilio; crimen illius, persistente amentià, luit subditus in carcere pane & aquà: & ut simul gliscat acerbitas pœnæ, non panis, sed pa-

Miserum dum luit subditus, in quo delinquit Perlatus.

panis tribulationis confertur, & aqua angustiæ.

14 Pro coronide occurit. Quare dum Rex impius Achab indebitè loquitur de propheta, arcetur per Josaphat dicentem: *Ne loquaris ita Rex*, & dum mittit in custodiam, furentis Regis haud compescit audaciam? Si arguit de verbo, qua dissimulatione, atque obsequio indulget facto? Per illius os pronunciatum odium in prophetem: & tacet ubi mittitur insons in carcerem; ne exardesceret commota bilis fastu & potestate honoris, ex fulmine ingratæ auribus veritatis: etenim si placere intenderet, vel decretum furiosi reprimeret, subditum incarcerandum proculdubio jugularet. Sat sit specimini hujusmodi artis. Visitent visitatores, & sciant in ipso fulgore, permultos adinstar stellionum fulgere lue. *Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & injustitiam?* Ita exclamat Habacuc. Ad quid ostensio, ubi ex ostensione vulnerum exacerbatio? Ad quid visio prædæ, injustitiæ & iniquitatis, si nullum medicamen apponitur visis? Summum profectò malum, cuncta mala videre, & nolle expellere, vel nequire. *Visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti super Leviathan serpentem vectem* (idest validum) *& super Leviathan serpentem tortuosum.* Gladio fiat visitatio serpentium, ut potestate rumpantur, quin tortuositatibus declinent ultionem, igitur persecuti columbarum imbellium simplicitatem. *Notatur hic figura tyranni*; subdit Sanctius n. 4. siquidem in similitudinem serpentis, vel immanis piscis, è manibus ultoris lubricè elabitur, & convolutione, ejecto veneno, in abdita mergitur, ut iterùm devoret, quos vindex penitùs non liberaverit. Nec respirare malignì sinunt, ut levamine pereant, & clamantibus ustis in manu Moloch, ne exaudiantur, tympanizant. Gladio igitur conterantur, quandoquidem in bonorum perniciem uti serpentes nascuntur. Canit Ovidius lib. 7. *Metam.* fab. 25.

Afflatuque nocent, & agunt contagia latè.
Aspera lingua tumet, tepidisque arentia ventis.
Ora patent, auræque graves captantur hiatu.

Ibid.

Aliquando furioso cedendum, ne in deterius prolabatur malum.

Habac. 1. 3

Summum malum, mala videre, & expellere nolle, vel nequire.

Isai. 27. 1. *Opus est armis, in offucias improbi Præsidis.*

Sanctius.

Subditos nec clamare, nec respirare finit.

Ovid.

DIDASC. IV.

S. Benedictus strenuè despexit temporalia omnia.

1 MUNDUM *quasi aridum cum flore despexit*: ait Gregor. Magn. in *Præf.* ejus vit. Haud eximiæ virtutis despicere mundum; cæterùm spectabile, floridum calcare ut aridum: etenim si mundus, ut alliceret, floridus in apparatu; ut strenuè calcaret, floridior Benedictus in despectu. Malum est, dum mundus arescit, & cordibus nostris floret; quod quidem proprium mundum sequentium: verùm pejus, si floret derelinquentibus mundum: igitur patet magis falsitati, dum floret aridè in corde. Meritò inquires, quomodò inter cognitam ariditatem, poterit cor admirari florentem? An quia adinstar rubi spinis scatet, & floret; pungiturque manus tendentis in rosas, & decerpentis spinas? Penitior dolus. Non sunt eodem in loco mundi flores, & floridi mundi ariditates. Ariditates sunt in fallaciæ illius intellectione: flores sunt in voluntate, quæ gloriatur secum de despectu gloriæ mundi: & minimè strenuè derelinquit, qui despectum etiam cognitæ ariditatis non despicit; quoniam renunciationis vanitate, aridus mundus memoria floret in corde. *Ille* (ait Seneca de *Brevit. Vit.* cap. 10.) *qui multa ambitiosè concupivit, superbè contempsit, impotenter vicit, insidiosè decepit, avarè rapuit, prodigè effudit, necesse est, memoriam suam timeat.* Congruit sepulta memoria inter hujusmodi vitia. Attamen si bonorum mundi despectus celebratur uti virtus; qua lege longè demissionis amandanda memoria? Quoniam gignitur ex contemptu superbia: minimèque ex renunciatione finis obtinetur perfectionis, ubi pro virtute fomes cordi ingeritur vanitatis.

Greg. M.

Floridior in Benedicto mundi despectus quam mundus floridus.

Quomodò mundus aridus & floridus?

Seneca.

Cujusnam fortiùs sepelienda memoria, iniquitatis vel virtutis?

2 *Visitans visitavi*, dicit Angelus descendens de cœlo, & apparens in rubo. Rubus symbolum est hujus mundi; cujus ostentatio gloriæ, dum fortiùs & vividiùs amœnat oculos peracutis spinis transforat pectus. Nec dicit *sedens, habitans*, sed *visitavi visitans*? Etiam: ut denotet naturam superiorem Angelicam: quæ quidem stat in loco, ut ejus mirifica ostendatur operatio; & sanè mirifica, quippe stans

Exod. 3. 16.

Rubus gloriæ mundi typus.

Erit in mundo transitus innoxius, si cogitatur ut transitus.

stans in mundo, non stat ut sedeat, sed ut visitando transeat. Vitam Angelicam Benedictus gesit in terris. Unde Angelica, si vita hominis? Ex despectu mundanæ vanitatis. Non dicitur existentia, ejus existentia in mundo, sed duntaxàt visitatio, quoniam in illo habitavit, quasi non esset: igitur non erat hìc ut esset, sed ut transiret.

Unde Benedicti vita Angelica?

Aptiùs didascaliæ. Visitat tantùm mundum, qui despectu in illum concipit odium: attamen visitatione non visitat, ni memoriam etiam despectus, oblivione proterat: igitur aliquomodò visitatione manet, & omninò transire mundum in visitatione debet. Unde Benedictus uti Angelus visitavit visitatione mundum; quia illum despiciens etiam despexit despectum: igitur in demonstrationem tantæ strenuitatis, nec memoria apparuit oblivionis.

Eccli. 38. 21.

•3 Hujusmodi perfectionis specimine, exponuntur perplures Tautologiæ. *Memento, nolli obliviscì*: dicit Sirachus Idem *Deuteron. 9. 7-- 1. Reg. 1. 11.* Quorsùm igitur geminatio ejusdem intuitus? Ut studeat perfectioni emancipationis totius sæcularis vanitatis religiosum pectus: siquidem nihil despectum, ubi corda recordantur, quorum generosè obliviscuntur.

Oblivionis recordatio, Monachorum imperfectio.

Thren. 3. 20.

Memoria memor ero: subdit Jeremias: idem geminatur sub diverso stylo, ut sit omninò meritoria renunciatio: etenim virtutis emicat languor, dum despiciens mundum, patet oblivione memor. Aliqua diximus *Tom. præced. Taatol. 8. Didasc. 2. num. 6. Memoria memor.* Expresit geminatione, quo splendor subtrahitur spectabili virtuti: memoria debet esse ad remissionem mentitæ felicitatis; nequaquàm, quia nequam, in recordationem oblivionis: & dicit, *Memoria memor*, ut perfecti renunciantis clareat ex despectu nitor: equidem non tantùm congruit esse rei despectæ; sed de memoria memoriæ. Innuit Dominus per Oseam: *Oblivione* (infit) *obliviscar eorum.* Felicitatum mundi aliqui obliviscuntur: cæterùm non oblivione, oblivionis memoriâ remanente: oblivionique meditanter superadditur oblivio; igitur nihil anima obliviscitur, ni prorsùm obliviscatur. Hinc Benedictus, ut ait Gregor. Magn. ubi supr. *recessit scienter nescius, & sapienter indoctus.* Sciebat, quicquid necessarium in renunciationem vanitatis; sed nesciebat memoriam renunciationis. Sapiens & indoctus apparuit, dum mundum omninò despexit: sapiens, quia reliquit: indoctus, quia non cognovit; verùm excelluit hujusmodi specie ignorantiæ, fastigium veræ æmulabilis sapientiæ: quandoquidem imbuti istiuscemodi scientià, non apparuit in corde nec memoria.

Relinquenda memoria oblivionis.

Ose. 1. 6.

Greg. M.

Quomodò in Benedicto scientia & ignorantia?

4 *Transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit*: dixit Dominus de Abrahamo: ego autem de Parente SS. Benedicto, qui

Isai. 41. 3.

Isaac, Moysem, Abraham sub uno
Pectore clausit.

Eccles.

Ut in pace transeat, in terra vestigium pedis non micat? Quid si in exemplum datus, ut sequamur vestigia ejus? Ut transeat in pace, semita non apparebit: igitur si remanet vestigium vel leve pedis, fit ex despectu vanitatis fomes. Non tantùm relinquenda vanitatis mundi picta pompositas, sed etiam hujus cognitionis vanitas: quippe cùm intendatur victoria ex terra, pede calcatà; remanente vestigio pedis, vincet, dum transit; sed vincetur, quia transivit. *Victoria victrix*: fuit inscriptio numismatis Augusti, ut videsis apud Hubert. Goltz. Si non victrix, quæ victoria? Profectò invalida. Non habet trophæum, quisquis peperit triumphum ex renunciatione gloriæ sæcularis, haud evanescente vestigio pedis: equidem cùm ex utroque constet victoria victris; triumphus inadæquatæ renunciationis, transit in obsequium victæ & victricis vanitatis.

Vel leve vestigium pedis, manet fomes vanitatis.

Goltz.

Quæ victrix victoria & victa?

Victor vincitur:

Succinit Seneca in *Herc. Oetæo*, Act. 3. v. 751. Equidem dum spectatur palma, infeliciter vincitur à victoria. Unde semita nec apparere debet ex vestigio, si mundi exponitur uti cœlestis calcatio; ne jaceat victoria victa, ex calcationis victoria: quandoquidem ut nanciscatur perfectè ex despectu triumphum, despectus acti à pectore nec vestigium.

Senec.

Vincitur omninò mundus, si nullum signum despectus.

5 *Ad honesta vadenti contemnendus est iste contemptus*: infit idem *Epist. 76.* Despectui patet renunciatio, modò non pateat animus renunciationis despectui: equidem inexpertus uti miles homo percutiens petitur, & intendens in adversarii vulnera lethaliter vulneratur. Dicit contextus: Sine notitia semitæ, *transibit in pace.* Unde bellum? In telluris calcatione, si apparet calcationis vestigium: igitur ex recordatione surgit in animam pugna, modò ingeratur renunciationis memoria. Nota à Christo promissa pro mundi & ejus gloriæ despectu, ut etiam quæ virtus, levi vento detur probro. *Qui reliquerit domum, aut fratres &c. propter me::: nemo est, qui non accipiat*

Idem.

Surgit in animam pugna ex vanitatis memoria.

cen-

Marc. 10. 30. *centies tantùm nunc in tempore hoc, domos & fratres & sorores, & matres cum persecutionibus, & in sæculo futuro vitam æternam.* His sanè spondet laborantibus mercedem, & in mercede designat persecutionem? Alibi alia. Est persecutio in abnegatione temporalium bonorum, quoniam nostra fragilitas aliquando invenit in virtute periculum. Qui propter Deum mundum despicit, etiam in hoc mundo gloriam accipit, & oritur interdum persecutio validissima ex gloriæ hujusmodi gloria. Præmium est in Domini dignatione: persecutio autem est in nostra voluntate: unde ut origo certaminis nota sit; additur, in mundi verum despectum, à Domino *Propter me*: equidem cùm placidè fiat, si despiciens in despectu se non quærat, patietur persecucionem & dolorem vulnerum voluntarium, quisquis propter se reliquerit, quod debebat propter Dominum.

Persecutio validissima ex gloriæ calcatæ gloria.

6 Clariùs. Qui cuncta relinquit, & missionis memoriam etiam despicit; persecutionem non patitur: etenim relinquitur, unde habetur. Qui sibi servat reliquisse, subjacet continuò persecutioni phantasiæ, exponentis despicabilem mundi gloriam, & jure despectam; verùm sibi arrogat gloriam. Ex mundi bonis & felicitate fovetur in animam persecutio, quam excitat vanitatis cogitatio. Qui cognoscit, abnegatione persecutionem fugit; sed ignorat aliam excitari, si cognoscit: & sub nomine persecutionis ostendit Christus incursus latitantis vanitatis; quippe qui voluerit è corde excutere hujusmodi angustiam, debet derelictionis derelinquere memoriam. Experecutionis fuga conflatur pugna validior, & impetus contra recolentem fortior; quoniam tutiùs ab hoste percutitur, quisquis à se, procul hoste, vulneratur, patetque ruinæ sub gloriæ secura specie: unde qui renunciat mundi felicitatibus, accipit, ni cavear, in tempore hoc gloriam cum persecutionibus; quia minimè poterit transire in pace, ni renunciaverit renunciationis memoriæ. Hinc dicitur pro perfectione: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum.* Majus hujusmodi abnegationis momentum, quàm relinquere mundum: etenim ni se relinquat in renunciationis memoria; renunciatio quasi nulla.

Quomodò ex officina pacis, fomentum persecutionis?

Matth. 16. 24.

Sui oblivio perfectionis recordatio.

7 De Pompejo Magno dixit Jul. Cæsar, ut observat Erasmus in *Apophthegm.* lib. 10. dum hic victus victorem illum vicit: *Scit contendere, sed vincere nescit.*

Erasm.

Haud secùs accidit derelinquentibus vana; & vanitatem nequaquàm derelinquentibus: equidem contendere in fuga sciunt, verùm superare nesciunt, cùm vanitatem vincant bonorum abnegatione, & victores vincantur à vanitate: igitur quicquid voluntas nuda in victoriam sui maximà cum gloria peperit, memoria gloriæ transfuga à victrice subtrahit.

Pugna ex victoria animæ ignominia.

Victores victis hostibus.

Plaut.

Ait Plautus in *Amphitr.* Act. 1. scen. 1. v. 33. & etiam Virgilius lib. 1. *Æneid.* v. 289.

Victis dominabitur.

Virgil.

De quo Nos vita comite *Tom. seq. Taut. 9.* ad illud Jerem. 46. 6. *Victi sunt, ruerunt.* Etenim qui respuunt sine abjectione memoriæ victoriæ, calcatum mundum; vincunt, sed victis non dominantur: ab hostibus sanè victis ignominiosè vincuntur.

Quo pacto qui vicit, victoria cadit?

8 *Corvus* (inquit Plinius *lib.* 8. *cap.* 27.) *occiso chamæleonte, qui etiam victori nocet, lauro infectum virus extinguit.* Chamæleon emblema mundi emicat, auram continuò captat, de quo idem ibid. *cap.* 33. *Ipse celsus hiante semper ore: solus animalium nec cibo, nec potu alitur: nec alio quàm aeris alimento.* Corvus Monachi maximè Benedictini, quos ex veste atrà vulgò Nigros vocant. Nos oportet cunctis renunciari, & manumissionis oblivisci: aliter caret abnegatio lauro, & memoria ex ictu Chamæleontis imbuitur acri veneno: cujus ita latens efficacia, tincta quasi victi fraude, ut etiam noceat victoriæ, arrepta laureà ex occupata memoria, cum victoris ignominia. Jure signandum propudium, vinci per victum, atque vinctum adversarium. Suspicionem audi ex Plauto in *Captiv.* Act. 2. scen. 2. vers. 5.

Plin.

Chamæleon cur mundi symbolum?

Idem.

Propudium vinci per victum.

Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cùm etiam cavet.

Etiam cùm cavisse ratus, sæpe is cautor captus est.

Plaut.

Optimè noverat S. Antonius subodoratus ex victoria periculum, ne vinceretur per triumphum, virtute partum. *Nec frequens de Satana triumphus securum reddebat Antonium, qui diaboli innumerabiles artes nocendi noverat*: igitur sæpe absorvetur mors in victoria, & ruina fabricatur ex palma; dum stans & victor disponitur magis lapsui, ex lapsus præcipitis meditatà cautione.

S. Antonius ex victoria timebat de ruina.

9 Notemus perfectum triumphum, in virtutis spectabilis suave theatrum.

Exi-

Apocalips. *Exivit vincens ut vinceret*: dixit Joannes de equite cœlesti ornato armaturà gravi. Vincens ut vincat. Ergo non vincens, ni uti accidit Martyribus, sit ipsa pugna victoria: de quo alibi. *Data est ei corona*, insigne religiosi habitus; ut in hujusmodi imagine perfectioni studeat Monachus, cui minimè datur corona, ut fragiliter cadat, sed ut fortissimè vincat. Sit ergo: attamen in triumphum victor procedit ex triumpho? Utique. Esset lamentabile, si victoriam victus obtineret à victore. Vincit Monachus mundum, ubi ex illo exit in Monasterium. Exit jam cum corona in certamen, & mundus vincit victorem, modò quibuscunque renunciat, renunciasse non spernat. Corona datur, ut oppignoretur in oblivionem fastus, quem ampliorem struit in æstimationem contemptus: quapropter dum despicit gloriam vanam, quia ob vanitatem despicit, amittit etiam ex despectu coronam: igitur renunciatione omnimodà vincit, ut mundus vincatur; & gloriam ex fastu calcato fovens, à mundo victo revincitur. De Diogene Cynico pallium pannosum habente, & munditiem habitus Platoni exprobrante, dixit hic, ut refert Erasmus ubi supr. & Diogenes Laërt. in *Cynic.* *Superbia cordis pellucet per sciissuras vestis.* Calcatur arrogantia insolentiore superbia. Etiam despectus despiciendus, ut ex insidiatore, mundo perfido, obtineatur victoria: & qui coronam habet, exit vincens ut vincat, ac pariat lauream triumphi; quippe qui non obliviscitur, vincit, ut vincatur à vanitate victoriæ. Aptè confertur ex abnegatione laurea, dum illius in abnegatione ipsa consepelitur memoria.

Martyribus pugna victoria.

Quorsùm Monachorum tonsura?

Non vincitur mundus, si ex calcato fastus.

Diogen. Laert.

10 Inter despicientem mundum, & hunc vel subjugatione vafrum, interest, quod dixit Tacitus lib.2. *Histor.* cap.7. *Victores, victosque nunquàm solidà pace coalescere. Rebus secundis etiam egregios duces insolescere: discordiam his, ignaviam, & suismet vitiis alterum bello, alterum victoria periturum.* Ita accidit Numidis de quibus idem lib.2. *Ann.* cap.52. *Spe* (insit) *victoriæ inducti sunt, ut vincerentur.* Necesse est, cui mundus crucifixus, dum fit abnegatio; quòd crucifigatur mundo, ne dicatur illud Pyrrhi irrogatum Agamemnoni apud Senecam in *Troad.* Act.2. v.300.

Plures incauti per spem victoriæ victi. Tacit.

Idem.

Senec. *O tumide, rerum dum secundarum flatus*
Extollit animos, timide, dum increpuit metus.

Calcandus est mundus, ne calcet, nec timidè. Premendus, ne premat; verùm non tumidè: etenim dum pectus fovet ex fastu tumorem, signum sane concepisse vanitatem quæ magis in mari mundi timenda, quàm fluxa universa gloria.

Qui non tumidus, non timidus.

11 Mare mundus est, qui intendit stabili pede calcare mare, debet à terra corpus removere. Hoc enim fit in Religione miraculum, calcantibus mundum, ut perveniant ad Dominum. Ibi qui nudior, levior; & qui omninò nudo pectore, càret pondere. Hinc Joannes ait: *Vidi aliud signum in cœlo magnum & mirabile.* Quodnam ergo? *Mare vitreum, & eos qui vicerunt stantes super mare.* Micuit in victoribus hujusmodi corporum subtilitas, quia nulla ex victoria vanitas, igitur hujusce-modi flatus onerosior, quò levior. Summergerentur itaque citiùs à vanitate, quàm à corporis pondere. Isthæc ergo dos, ut ait D. Thom. 3.*p.* *q.*28. *art.*1. ad 3. & in 4. *dist.* 49. *q.* 4. *art.* 5. *quæstiunc.*1. procedit ex virtute animæ glorificatæ. Calcantes mundi gloriam, gloriam habent: & simul claret, quòd vel in mundo possident; quippequàm corpora stant procelloso in mari, & sine corporum pondere. Ideo mirabile & *magnum* exponitur *signum.* Signum? Cujus? Levitas aëris pondus est corporis: stantque etiam in lubrico, & labili elemento quasi solido, in mari spatioso & magno; quoniam non solùm calcarunt sæculi fluxum, sed volitantem vanitatis ventum. Semper ventus supergraditur, ni ignis cognitionis exaltetur. Patietur namque ex vento procellam, qui non reliquerit derelictionis memoriam.

Apoc. 11. 1. Vers.2.

Stat vel in lubrico, cui nulla victoriæ ex calcata gloria recordatio.

12 Modò perpende quid Petro accidit, dum pervenire super aquas, ubi Jesus erat, cunctis relictis intendit. Reliquit omnia, ut sequeretur, sed ab illo reliquisse recolitur; de quo egimus *Tom.*2. *Tautol.* 8. *Didasc.*2. à num. 7. *Ambulabat super aquam, videns verò ventum validum timuit: & cùm cepisset mergi, clamavit, dicens: Domine salvum me fac.* Quo ergo pacto mergitur, in profundum æquoris, qui calcabat aquas maris? Occurrit calcanti mare naufragium, quoniam validum persensit irruentem ventum. Quid inde? Nonne ibi erat, qui tempestatem arceret à mari? Erat, verùm procella, quàm in mari, plus in corde. Ventus qui in fundum impulit, ortum à memoria habuit. Omnia relinquere debebat, & obliviscì reliquisse omnia: ventumque sen-

Matth. 14. 30.

Animæ procella ex hujusmodi memoria.

sensit validum in summersionem, quoniam invenit oblivionis memorem. *Mare sub plantis Christi se calcabile præbuit*: ait Gregor. Magn. Homil. 10. in *Evang.* Etiam Petro calcanti; sed illicò pristinæ restitutum conditioni. Soliditatis obliviscitur, simulatque Petrus calcationis recordatur. Non qui relinquit tantùm terram, calcat aquam; sed qui hujusmodi calcationis calcat memoriam: igitur si nanciscitur victoriam abnegationis mundi, vincitur, ut summergatur, à cadente: Petrusque vento ambulans super aquas periclitatur; quippe stans super mare, non pondere corporis, sed vanitatis summergitur. *Facit Deus pondus ventis*, dum homo despecti mundi non est in terra oblivionis.

Greg. Mag.

Unde vento pondus?

Job 28. 23

13 Ratio suppetit. Calcat mare, qui mundum respuens, studet calcationis oblivioni. Summergitur, vel victor, qui despectus memor: etenim cùm victoria conferatur renuncianti vanitati; quisquis incautè recolit, illicò vincitur à vanitate memoriæ. Nota. Petrus ambulans super aquas nihil metuit: *videns verò ventum validum timuit*. Ex aquis, in quibus horror, nulla formido, & tantus timor à vento? Jure. In mari sæculi fluctus ac venti tentationes sunt. Felices prorsùm quiqui tentatione stant. Ambulare super mare, signat, tentationem validissimè vincere: & formidat in aquis non aquas, sed ventum validum vanitatis ex victoria tentationis. Super aquas aër est. Excitatur procella, si ventum includit aqua. Super aquas est: & nequaquàm sentiret ventum validum, si simul cum aqua conculcasset ventum. *Videns ventum validum.* Oculis tribuuntur sensationes aliorum sensuum, ut diximus *Tom. 2. T. 9. E. n. 13.* Verùm quare non dicitur: *Sensit*, sed *Vidit*? Arbitror pro cognitione fastus ex renunciatione: igitur si gignitur arrogantia ex humilitate, & non pessundatur cum sæculo fastus; tumidi pectoris illicò videtur ventus.

Ubi supr.

Periculum vanitatis ex victoria tentationis.

Si non despicitur cum sæculo fastus, in ventum transit despectus.

14 Ecce origo ruinæ in Religionis statu, etiam calcato mari undique turbido. Hìc etiam in fluctu stat, cujus immota vel tempestatibus mens, nec venit pes superbiæ, ut labatur, & fluctibus naufragetur: quandoquidem cunctis renuncianti, solidum vel mare vitreum. *Qui se existimat stare, videat ne cadat*: inquit Apostolus. Stat, quisquis mundum reliquerit: verùm si memor calcationis, cadet: siquidem fulcra firmitatis ex memoria inolescunt oblivionis.

1. Cor. 10. 11.

Benedictus eis mundum vicit.

Bis vincit, qui se vincit in victoria. Publ. Syr.

Ait Publius Syrus v. 235. Ita se gessit, qui totum mundum strenuitate pessundedit. Se missum Benedictus cum mundo fecit, & bis in victoria vicit. Semel, dum universi proculcavit vanitatem; iterùm, dum hujusmodi vanitatis complexus fuit oblivionem. Super lotum, insigne oblivionis patriæ, olim collocabantur puerorum capilli; de quo nobis fusè sermo *Tom. 4. Tautolog. 1.* Capilli symbola planè cogitationum: & super lotum Deo sacratur capillitium; ut signetur in renunciatione sæculi complementum: etenim in renunciatione Benedicti, nec cogitatio quidem infuit oblivionis patriæ. Vide Pier. Val. *lib. 52. à cap. 35.* Super mare firmiter stetit. Exivit vincens, ut vinceret. Canamus ex Virgilio lib. 6. *Æneid.* v. 856.

Etiam victoriæ cogitationē despexit.

Victor viros supereminet omnes. Virgil.

DIDASC. V.

Gentes visitavit Christus oriens ex alto.

1 VIDIMUS in Regibus Orientalibus hujusmodi dignationem, post cœlestis, imò divini Solis ex Aurora Virgine nativitatem.

Ut Reges videre Magi, tentoria linquunt
Nota Arabum, divique petunt conabula Regis:
Monstrat stella viam, communia sidera præter
Irradians: neque enim mediis fulgebat in astris,
Aut solito splendore micans surgebat Eoo.
Sidereà non lege meat, non sæva cometes
Crinibus ignitis populo portendit: acerbum
Exitium lugubre rubens orbique minatur;
Sed claro micat illa die, cœloque sereno
Fulget, & insinuat natum te maxime Regum.

Conditiò stellæ Magorum.

Mel. Sous.

Succinit mellodus Sousa lib. 6. de *Nativ. Christ.* & reflexus Virgilius lib. 2. *Æneid.* à v. 692.

——— Subitoque fragore
——— De cœlo lapsa per umbras
Stella facem ducens magna cum luce cucurrit.

Umbra illius luminis.

Illam summa super labentem culmina tecti
Cernimus Idæà claram se condere silvà,
Signantemq; viam: tum longo limite sulcus
Dat lucem.

Virgil.

2 Altius documentum, quasi vocans

per signa Gentilitatem ostendit cœlum in Augustum, urbis & orbis dominatorem. Sub id tempus quo natus Servator mundi, gloriabatur titulo Domini, fastumque ejus (punctà arrogantià de pectore illius) Sibylla evacuavit Tyburtina, ostendens Imperatori Phœnomenum, in quo intuens veneraretur verum mundi dominum & Salvatorem, atque illius matrem integerrimam Virginem. Refert Tertullian. in *Apolog.* cap. 34. & metricè Mantuanus, lib. 3. *Parthem.*

Mirus cometes tempore nativitatis Christi.

Mantuan. ——*Ingentes veniens ad Cæsaris aulas*
Fulgentẽ nitido monstravit in æthere circũ,
Irideque inclusam parva cum prole parentem:
Atque manu tendens, vultuque ad sidera verso,
Ille puer Deus est: inquit.

Ibi utrumque Imperator adoravit, & simul, quod in primitiis Gentilitatis, Magis per stellam vocatis, præ se tulit: quandoquidem introeuntes in domum, invenerunt puerum cum Maria, matre ejus, & procidentes adoraverunt eum.

Magi Gentilitatis primitiæ.

3 De Cometis diximus fusè *T.* 4. *E.* à num. 17. Non semper calamitatem portendere, eruditis placet: etiam Jeremias ostendit *cap.* 10. 2. Superabundat sanè felicitas boni ominis, ubi subsidet optata in signis calamitatis. Consule Cornel. Gemmam de *Characterism.* De præfato phœnomeno, seu novo astro tempore Augusti, sub specie cometæ infit Plinius lib. 2. cap. 20. *Sidus crinitum per septem dies in regione cœli, quæ sub septentrionibus est conspectum, clarumque & in omnibus terris conspicuum fuit.* Augustus *interiori gaudio sibi illum natum, seque in eo nasci, interpretatus est. Et si verum fatemur, salutare in terris fuit.* Salutare quod semper formidatur ut nocuum? Ex tristibus oritur gaudium? Utique. *Candidus* (infit) *cometes argenteo crine ita refulgens, ut vix contueri liceat, specieque humana Dei effigiem in se ostendens.* Erat sidus, cujus radii & oculos amœnabant, & in admirationem intellectum rapiebant, quin copia lucis oculis usum permitteret facultatis, quandoquidem ex splendore voluptas & simul delectabilis cæcitas, argenteo enim crine vibrabat insitatum lumen, sed non incutiens terrorem: quandoquidem furabatur intuentium è pectoribus corda, effigie Dei ostensà in specie nostra humana. Adhuc delicat Ovidius ampliùs portentum, ut ebulliat in miraculi encomium, nostræ conditionis gaudium. Stella erat in regione cœli Romani, quæ mirificè fulsit simulac Augustus totum orbem in pace composuit.

Plin.

Eodem tempore apparuit cometes singularis.

Unde mirabilis, & mirificus?

Pace data terris.

Accinit lib. 15. *Metam.* Fab. ult. Confirmantibus Sibyllinis oraculis, quod nunquàm excogitaverat orbis, nimirum Deum hominem. Ovid.

Ne foret hic igitur mortali (virili) *semine cretus,*
Ille Deus. Idem.

Igitur stupuit concipiens specie humanà effigiem divinam, &

Prospiciens prolem sancta de Virgine natam. Idem.

4 Ecce vel in umbra veritas, vel somniata felicitas. *Cometes hic* (ait Dalecamp. in loc. præf. Plinii) *Christi Servatoris nostri natalem, prænunciasse creditur.* Dalecãp.

Omnia lætitiam testantur in æthere summã:
Agnoscunt igitur puerum: quæ fabula quondam Sous.
Finxit, & in cœlo mendosa licentia vatum
Vana locat; nos digna fide, nos vera canamus.

Canit Sousa ubi supr. in *Eclog.* Etiam cœli nostram portendunt felicitatem. *Novum meteoron* stellam Magorum vocant Pavonius de *Natural. Theologia, distinct.* 3. *n.* 1210. & Cornel. Gemma ubi supr. *Tom.* 2. *cap.* 3. Uti novum, singularem novitatem indicat, ultra quod natura cogitat. Oritur stella ex Jacob, imponitur orbi pax. Orbis votum erat Deus in natura humana, cujus prognosticon spectabilis stella: videntesque illam Magi properant in novi nati Regis adorationem; ut nanciscantur in specie humana Dei effigiem, Verbum Patris in terris, cum peregrina substantia genitricis, cujus in utero corpus purissimum nullo virili semine cretum, unde sancta de Virgine natum. Mirabilia ostendebat stella: & nulla majora quàm Deus homo, & genitrix virgo. Jam protritis idolis, inflammantur fulgore sideris in cognitionem absconditæ veritatis: igitur si cuncta felicitas nitebatur in visione theandrica Dei-hominis & matris-Virginis; Gentilitas in Magis potita est cumulo felicitatis: quippequàm quos duxit lumine sidus, invenerunt puerum cum Maria matre ejus. Pavon.

Mysteria fidei nostra ostendit.

Felicitas Gentium in vocatione Magorum.

5 Omnia prædicuntur è situ stellæ. *Venena fundere in capite Septentrionalis serpentis*: subdit ubi supr. Plinius, & hujusmodi sidus *conspectum in regione cœli, quæ sub septentrionibus est.* Ab Aquilone omne malum, à serpente diabolo fotum, quo cæci homines truderentur in idolorum cultum. In ipso Aquilone oritur sideris Plin.

Filii Dei nativitate novâ, cecidit idololatria.

opta-

optati claritas, ut callidi in aquilone sedentis colubri prosterneretur malignitas: igitur casura prorsùm idololatria, illicò ut Filius Dei in nostra humana appareret natura. Magnus Pan mortuus est, quando Christus natus orbi. Pan Græcè *Totum* significat: caditque Pan, Christi nativitate, quoniam tota idolatria casura adIsai. 64.3. veniente Redemptore. *Descendisti, & à facie tua montes defluxerunt*: ait Isaias. Montibus signantur idola, quæ frequenter in excelsis, uti observat hic Alapid. unaque exponitur Dei descensus, & idolorum defluxus; quippe universa idololatria corruit, illicò ut Christus in terris apparuit. Pater etiam in Dagon, in quo juxta Gregor. Magn. lib. 3. in 1. *Reg.* cap. 3. colebatur totius idololatriæ superstitio. Inferunt enim in templum Gentiles Deitatis arcam, & invenerunt Dagon pronum in terra jacentem super faciem suam. Quid 1. Reg. 5. 4. nisi idolorum ruina ex Deitatis præsentia, Scena patet Magorum revocatorum ab errore novi sideris spectabili lumine: igitur notitia illata nati Redemptoris in templum pectoris, veritatis avidum, invenerunt puerum, & procidentes adoraverunt eum.

Idolorum ruina ex Deitatis præsentia.

6 Tres dies protracti in tragœdia Dagonis, & tres articuli Magorum pro abnegatione errorum Gentilitatis, & obtentu cognitionis. *Primus dies* (infit ubi dudùm Gregorius) *probationis est, sequens cognitionis, tertius verò deliberatæ jam certitudinis, & oblatæ professionis.* Cumulus Greg. M. mirabilium perspicitur liquidò in vocatione Magorum. Vident stellam & probantur splendore, an inquirant Christum, cujus signum spectant. Ingrediuntur Jerosolymam ut quæsitum cognoscant: & cùm tractui probationis & cognitionis deficeret articulus certitudinis; ut profiterentur fidem, & veterem pessundarent errorem, quem feliciter Redemptorem invenerunt, procidentes adorarunt. Liquet articulus probationis in plaga Orientis, cognitionis Jerosolymis, deliberatæ certitudinis in ambitu angusti & augusti Bethlehemitici præsepis, & etiam Gentilitatis illuminatæ felicitas, dum Dagonis idoli fracti & corruentis claret deformitas. Roget quis, unde tanta & auspiscata dextra illuminatæ sors Gentilitati? Ex tenebris voluntariis, atque cæcitate Synagogæ: eodem, & ejusdem copia luminis Synagoga cæcutivit, & oculos Gentilitas in veritatem aperuit.

Obsequia tria in Gentilitate conversa.

7 Signa adventus humani generis Servatoris, ut promiserat per Phrophetam, erant invectio in idololatriam. *Ecce Dominus ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulachra Ægypti à facie ejus.* Isai. 19.1. Unde Tertulianus *Contr. Judæos*, cap. 9. Tertul. *Ægyptus* (ait) *totus orbis intelligitur superstitionis, & maledictionis elogio.* Elucet ergo Salvatoris in mundum prosper ingressus, ubi idolorum simulachra relegat ab adoratione totus mundus. Pende modò illis contritis descensu Redemptoris, ut vidimus *num.* 5. quid præmiserit idem Evangelicus Vates. *Cùm feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti & à facie tua montes defluxerunt.* Per Enallagen: *Descendet, & à facie tua idola defluent*: igitur illius adventu contriti sunt montes sæculi, & incurvati sunt colles mundi. Mirabilia utique fecit, dum Deus mortalis in nostra conditione expectatus apparuit (quem virgo & sine viro concepit) atque ita Gentilitati sese adorandum exhibuit. *Cùm feceris mirabilia præsertim in conversione Gentium*: subdit hìc Alapide. Alapid. Quid? *Non sustinebimus.* Quinam? Judæi. Videntibus hujusmodi mirabilia, non est patientia? Sanè. Fervet, & spumat Synagogæ livor, qui aliquando in Servatorem furor. *Videntes Judæi mirabilia; quæ Christus in Gentibus operabitur, non sustinebimus, imò calumniabimur*: infit Forerius Forer. hìc. Quo ergo pacto Synagoga tabescit, & Gentilitas hilaritate gaudet? An quia ortu Solis vidit quæ sedebat in tenebris, & obcæcata quæ in præsentia lucis? In judicium Christus venit in hunc mundum: scilicet, ut qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant: Gentilesque floruerunt felices cognoscentes turpitudinem cæcitatis, Judæi autem jacuerunt afflicti, quippe se cæci arbitrabantur videntes.

Lumine Redemptoris vidit Gentilitas cæca, & obcæcata perstitit Synagoga.

8 Aliam causam insinuat Gregor. Magn. ubi supr. A lapide Adjutorii transfertur Arca in templum Dagon, in quo 1. Reg. 5. 1. universa exposita idololatria; sicut in lapide Adjutorii, dignata quanvis immerito Synagoga: unde ex his mirabilibus hæc impatiens non substinuit fotum corde dolorem, quoniam sibi promissam in Gentiles vidit translatam felicitatem. *Dum enim* Greg. M. *ad veri Redemptoris cognitionem sanctæ Scripturę testimonia convertunt; ab eo nimirùm, in quem sui auxilii spem posuerunt* (Gentiles) *arcam tollum. Ab eo quem Judæi falsa opinione expectant Christo, mysteria Scripturarum auferunt.* Judæi habebant Scripturas, & non quærunt illarum momenta, quæ secum habent. Gen-

Solicitudo quanta Gentilitatis in inquisitione Salvatoris!

tiles quærunt; sed Scripturas, queis ducantur, minimè possident: hinc à Judæis Jerosolymis inquirunt, & feciliter inveniunt. Unde Hebræi cum Synagoga non sustinent mirabilia, translata in Gentiles gratiâ; quoniam per sidus invenerunt thesaurum ex ipsis ignotis Scripturis Judæorum.

9 Nota Gentilitatis industriam & pro illa Hispani captivi historiam. Captus est ex Bætica quidam & ductus à piratis in Algerium (olim Juliam Cæsaream) venitque ab illis Mauro Neophyto, qui summo studio scripturam quandam custodiebat, cunctisque invisam in scriniis vigilanter servabat, estò idioma Hispanum ignoraret, quo charta scripta; igitur illi, ut feliciter degeret à parentibus tradita. Casu, ejus mancipatus imperio chartam offendit, legit, sensum cognovit, rescripsit, & dato lytro, atque accepto eleutherio, tendens in patriam, nactus est Mauri & fortunas, & fortunam: equidem quod chartæ exemplar innuebat erat hujusmodi: *Hispaniæ N. vico in N. in agro Comitis, ab arbore magna tribus stadiis est ingens Thesaurus.* Ibi à parentibus conditus, nec secum in Africam ab illis adductus, exulantibus per Philippum III. quoniam spem redeundi fovebat animus. Videsis Aldrete in *Antiq. Hispaniæ, & Afric.*

Industria Hispani captivi, pro divitiarum acquisitione.

10 Elucet speculum felicitatis Gentium, & calamitatis Judæorum. Christus Deus-homo his in Scripturis promissus, est cœlestis thesaurus absconditus in agro, ut videtur apud Matth. 13. *Quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet, & emit agrum illum.* Sub captivitate superstitionis & cæcitatis prona in idololatriam Gentilitas infaustè degebat, imò sub servitute Synagogæ, elatæ scripturis thesauri absconditi, gemebunda suspirabat. Hujusmodi testimonia Scripturarum habebant Hebræi à priscis Patribus & Prophetis, sigillatis in fidei veritatem etiam locis; verum sensum non noverant, quoniam fidem ignorabant, nec discere, sed de discere cupiebant. Magi Gentilitatis primitiæ pro thesauro absconditio advenerunt ex Oriente. Inquirunt Jerosolymis: *Ubi est qui natus est Rex* (non nostrum sed) *Judæorum?* Scrutantur, quid à Patribus de thesauro illis traditum, quidve scriptum; & responsum fide scriptoris stabili: *In Bethlehem Judæ.* Signa notant, locum observant, unde Synagogæ calamitas, & Gentium omnium prosperitas; quoniam ab illa abstulerunt scripturas, quarum signis locus Thesauri absconditi illico ut ab illis quærentibus est notatus, invenerunt puerum & Mariam matrem ejus. In Bethlehem absconditus erat thesaurus cœlestis, quo plenitudo divinitatis. *Sic enim scriptum est.* Attamen non intelligebant scripta, unde beatitudo tota. Gentes ab Oriente veniunt, scripturam audiunt, locum quærunt, & inveniunt pretiosum summum thesaurum: tabescuntque Hebræi non sustinentes Gentium felicitatem (quin propriam agnoscerent obcæcationem) quippequàm illorum scripturis, Gentilitas invenit in præsepio thesaurum absconditum Redemptoris.

Matth. 13. 44.

Thesaurus Christus recens natus, qua industriâ à Gentilitate inventus?

Cap. 2. 2.

Vers. 6.

Ibid.

11 Ascendit in palmam Gentilitas (quam non qui plantat, nanciscitur, sed posteritas) & apprehendit fructus ejus, etsi in Judæa esset suavissimus fructus. Adinstar Tantali esurientem Synagogam fugiebant poma, & sitientem saliens in æternam vitam aqua. Carduis degit uti asinus, & gravat portantem deliciarum onus.

Synagoga Tantalo similis in nativitate Salvatoris.

Naque asinus dorso pretiosa obsonia gestat
Seque rubo, aut dura carice pauper alit.

Alciat.

Uti canit Alciatus *Emblem.* 85. Synagoga habebat agrum & thesaurum ibi absconditum: Gentilitas illius scripturis invenit, nihil Judæis per Magos dixit; sed abscondit: dedit universa quæ habuit, & agrum emit, ubi thesaurus absconditus. O Judæi! Quem vos nescitis, vestrum sanè stetit medius. *Quomodò dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum. Confusi sunt sapientes. Sapientia nulla est in eis. Dabo agros eorum hæredibus.* Alapid. *Chaldæis*: etenim cùm jurè usucapiat thesaurum, qui emit agrum in conceptum lucrum; possederunt Gentiles gazam spectabilium divitiarum, & facti sunt hæredes (infatuatà Judæorum sapientia) cœlestis felicitatis: igitur ut nanciscerentur divitias ab scripturis signatas, ac in agro Judæ absconditas, dextrè, diligentissimi ab habentibus surripuerunt scripturas.

Jerem. 8. à 8.

Alapid.

A Judæis Gentilitas subripuit Scripturas.

12 *Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit Dominum*: ait Regius Psaltes. Quænam hujusmodi generatio? Hæc est generatio quærentium Dominum. *Quod Judæis fuit promissum, hoc in Gentibus videtur impletum*: subdit hìc Greg. Magn. Apud Judæos erant scripturæ de signis ad inventionem & possessionem optati thesauri; attamen sibi non scribebant, sed alteri

Psal. 101. 19.

Greg. M.

alie-

alienæ generationi, scrutaturæ illa signata cœlitùs testimonia, ut alienis thesauris in sempiternum viveret opulenta. Synagoga habebat chirographum pro signis adinventionis; verùm Gentilitas potitura thesauro felicitatis. Stulti facti sunt Scribæ, quia arbitrabantur propter scripturas nacturos sacris paginis contenta: & illa generationi alteri asserit David scripta; quoniam Gentilitas obtentura erat thesaurum, de quo plura & vera in scripturis Judæorum. Cuncta scribebantur, & de scriptis gloriabantur in possidenda bona: cæterùm illos occidit scripturarum litera: siquidem Gentilitas faciem vidit Redemptoris, tot retrò sæculis promissi in Synagogæ scripturis. Generationi ergo alteri, quæcunque scripta in testamento notata: etenim cùm ex testamento constet ultima voluntas testatoris; ex ipsismet Hebræorum scripturis patet sibi dari Dei voluntate testamenti scriptionem, Gentilitati verò scriptam hæreditatem.

Quo Synagoga cæcutivit, Gentilitas oculos aperuit.

Ibid. 13 Ratio suppetit. *Populus qui creabitur* (subditur) *laudabit Dominum.* Populus Hebræorum jam vigebat: alius utique efformandus restabat, nimirùm Ecclesia ex Gentibus, quæ mirabilia & dona rependerent gratæ laudibus. Gentilitas non populus, sed fide sanè futurus: & hujusmodi prosperitas non promittitur florenti Synagogæ, sed futuræ in Dei populum Gentilitati; quoniam hæc Dominum visura in adorationem & encomium, illa autem in opprobrium ac fastidium. *Ite interrogate diligenter de puero, & cùm inveneritis* (dicitur Magis fallacià) *renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum.* Nondum iter petitur, & jam revertebatur. Diligentiam quærendi Magis credidit: Gentilitas tunc informatione quæsivit, gratulabunda de thesauro invento, atque illudens Synagogæ vanissimo studio; quoniam quò quærendus Christus cœlestis thesaurus, Gentilitatem docuit, verùm illa habens & nescians scripturas, non quæsivit.

Matth. 2. 8.

Synagoga quærere Christum Gentilitatem docuit, sed non quæsivit.

14 Qui petit, accipit; qui quærit invenit, & pulsanti aperietur. Si quis introjerit, salvabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. In Bethlehemitica spelunca erat Sol Justitiæ, qui Gentium in illuminationem misit fulgorem stellæ, & ut gratiam acciperent, primitiæ Gentilitatis *ab Oriente venerunt.* Necesse erat, quòd venirent, ut invenirent, & amorem officiis comprobarent: unde dicunt & coram inimicis ex toto corde ac nudo pectore: *& venimus adorare.* Diligentes diligit, qui dilectionem auxiliando præcipit, & Magis ostium speluncæ actutùm aperit: igitur *intrantes domum*, illicò *invenerunt puerum.* Claret Gentilitatis studium, patet officium, relucet obsequium. Studium, dum veniunt; officium, dum inquirunt: obsequium, dum ingrediuntur, protritâ idololatriâ: quandoquidem oblita quam pridem venerabantur, stellâ; verum Deum illuminati cognoscunt, prædicant, & confitentur.

Verf. 1

Gentilitatis studia, officia & obsequia.

15 Longè aliter Synagoga. In Ægypto erant Hebræi exuendi jugo quamprimùm captivitatis, ac in ductricem itineris apparuit, Cynosuræ adinstar, columna radiantis ignis. *Ad ostendendam viam in columna ignis.* De illa egimus. *Tautol.* 4. E. n. 16. Hanc igitur faustè nacti sunt lucem, ut ritè acciperent legem: verùm pro lege accipienda, quo vocabat ductrix splendida lux, fecerunt, & adoraverunt vitulum in Horeb. In illuminationem Gentium fuit umbra illorum, ex Ægypto (id-est, domo tenebrarum) exeuntium. Omnia idola totius regni jacuerunt contrita, priusquàm egrederentur de terra: igitur liberari nequibant à tenebris, ni priùs renunciarent idolis. *Comminuta nocte illa omnia simulachra Deorum in Ægypto*: ait Hieronym. *Epist.* 127. ad *Fabiol.* Manss. 1. & Cajetan. in *Exod.* 12. 12. Eadem nocte illuxit columna ignis pro signo illuminationis Gentilitatis: etenim cognitis tenebris, idem videre signum veri Dei, atque Regis, stellam; ac simulachra expuere, & calcare idololatriam. Adventu Salvatoris vallis Gentilitatis impletur, mons Synagogæ humiliatur.

Exod. 13. 21.

Stella Magis, sicut Israelis columna ignis.

Hieron. cap. 12. 12.

Idola Ægypti contrita in exitu Israel.

16 Elucet in cæca Gentilitate miraculum Redemptoris, Jericho appropinquantis. Appropinquavit sanè filius Dei carnis nostræ defectui (signato in orbiculo Lunæ) dum venit in carne. Humanum genus jacebat cæcus, verùm magis Gentilismus: igitur & cæcus sedebat, Synagoga videns illum præteribat, etsi lumen veritatis mendicabat. Audivit, & interrogavit, quid hoc esset? Audivit, quia Jesus Nazarænus. Videre cupit, misericordiam petit. Tacere jubetur à Synagoga invida: clamat magis, ut videat, Gentilitas cæca. Sese movere sine lapsu formidabat: igitur cadere & coram luce timebat: quam misericordia motus, qui videndus clarè, ut Sol, jussit illam adduci ad se: quandoquidem uti cæca Gentilitas non veniret, ni Christus illam vocaret. Fatetur cæcitatem,

Luc. 18. v. 35.

Gentilitatis illuminatio in Jerichuntino cæco.

tem, & poscit videre lumen. Vidit, sed Synagoga tabuit. Vidit, & videns Synagoga lumen perdidit. *Vidit* in lumine lumen ac
Vers. 43. cœlestem medicum, *& sequebatur illum.* Ecce officium, studium & obsequium. Ra-
Ut Christum cognovit, illi in perpetuum adhæsit. rò secuta Synagoga, quantunvis vidit singularia mirabilia: pro cujus fastidio, ut clareret Gentilitatis redamatio, illicò ut cognovit veritatem, & vidit ex stella lumen, secuta est usque in præsens Redemptorem. Succinit Mellius ubi supr.

Ast Arabum Reges puerum mirantur & almæ
Virginis aspectum, cœlo terræque verendum
Joan. Sous. *Continuò genibus nullo cunctamine flexis*
Ante illam, proni venerabile numen adorant
Infantis, decus humanum.

DIDASC. VI.

Grata Jacobo Hispania ob insignia beneficia.

Jacobus Hispaniæ gloria, & Jacobo Hispania.

1 UBI Angeli de cœlo advenientis fit memoria, occurrit Jacobi Majoris nobis gratissima: igitur de nullo præclariùs & egregiùs benemerita. Ibi Israëlitas Dominus visitavit per Angelum: *Visitavit nos per S. suum Apostolum*: canit Ecclesia. Jurè: etenim si per Angelum fugit populus simulacrorum Ægypti venerationem, & accepit in salutem divinam legem; ampliorem felicitatem regna obtinuerunt Hispaniæ mirificâ prædicatione Jacobi: siquidem per illum accepit & suscepit, quin unquam dimitteret, veri Dei Jesu-Christi notitiam, projiciens è pectore deformem fictorum Numinum idololatriam.

Vir solus, cui cura fuit, ne publica morum
Plaga, cicatricem summâ leviter cute clausam
Duceret, & latebram tabentis vulneris altè
Prudent. *Impressam, penitùsque putri de pure peresam*
Juncta superficies medico fallente foveret;
Sed studuit quo pars hominis generosior intùs
Viveret, atque animam lethali peste piatam
Nosset ab interno tutam servare veneno.

Succinit Prudentius lib. 1. in *Symmach.* à v. 103.

2 Sed occurrit: Quare Angelus Moysi apparens non ait: *Visitans visito*; sed
Exod. 3. 16. *Visitans visitavi vos.* Præsentiæ ergo præsentis congruit participium: qua igitur observatione jungitur cum præsenti tempus præteritum? An quia pridem in afflictione favebat invisibilis, qui pro subsidio patet oculis Moysis? Nulla prorsùs æstimabilior Dei visitatio, quàm permissa afflictio: visitaturque populus, dum apparet, & etiam quùm non apparet è cœlo descendens Angelus: igitur homo quantunvis amaro pectore, cum ipso est etiam in tribulatione. Pauci habenda tribulatio, modò afflictus sit cum Deo: sæpe ergo permittitur, ne gratus à Domino separetur. Populus est sub Pharaonis pungentis tyrannide: etiam qui apparet sub punctione rubi.

Nulla Dei æstimabilior visitatio, quàm afflictionis permissio.

3 Aliter. *Visitans visitavi.* Præteritum meditanter jungit præsenti, ut constet summitas gratiæ: etenim post tot beneficia levis videretur Angeli gratia, ni afflictos consolaretur, atque honoraret præsentiâ. Priùs visitaverat, sed uti invisibilis latebat: & quasi gratiam gratiæ geminat visitationem; quoniam optabilior illis afflictis propriam ostendere faciem. Modò Dei elucet erga nostram Hispaniam singulare beneficium, quomodoque visitavit nos per S. suum Apostolum. *Suum* etenim dicit & meritò, quippe meruit singularissimo studio. Multitudinem stellarum Deus singillatim numerat, & omnibus eis nomina vocat. Ipse uti voluit fecit, & ut lucerent, in firmamento condidit. Cur igitur si propria cuncta sidera, quippe ab alio nullo facta, proprium dicitur Magorum sidus, dicentium coram Judæis: *Vidimus stellam ejus*? Fuit stella, etsi splendor firmamenti erudiat multos, quæ ante alias & prima omnium, Verbum Dei demonstravit in carne, ac in idolorum detestationem Gentilitati illuxit cæcucienti, ut rejectâ adoratione fictorum Numinum, Jesum-Christum agnosceret Deum verum. Quid mirum, quod inter siderum splendores stella Magorum singulariter luceat; si prima omnium Gentiles à cæcitate revocat, & Salvatorem demonstrat?

Visio Angelica magna homini gratia.

Cur Jacobus dicitur Apostolus proprius Dei?

Matth. 1. 2

Hispanos à Gentilismo revocat, & Salvatorem demonstrat.

4 Ornatur Ecclesia Dei Sole Justitiæ Christo, atque redimitur quasi coronâ sacro Apostolatu, ut deficiat adinstar Lunæ calcatæ pedibus, quicquid fidei opponitur tam erratis, quàm erroribus. *In capite ejus* (inquit Joannes) *corona stellarum duodecim.* Prima omnium in Ecclesiæ fulgente diademate fuit Jacobus, qua de causa plauditur *Hispaniæ sidus.* Prima? Utique. Per illum idololatria exulavit ab Hispania. Primatum appetiit, & muneribus obtinuit: etenim primus omnium annun-

Apoc. 12. 1.

Cur Jacobus dicitur Hispaniæ sidus?

nunciavit Hesperis Jesum-Christum, ut renunciantibus idolorum ethnicam venerationem, ingereret cordibus lumine prædicationis Redemptoris Deitatem. Lux stellarum dicitur vita, unde Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 154.

Virgil. *Vos æterni ignes.*

Vide Pontan. & La-Zerd. hic, quæque diximus *Tom. 2. T. 6. E.* à n. 4. Unde vita vocatur lux. Parco testimoniis, quippe latè egimus hìc *T. 2. E.* à n. 3. Stella Magorum Gentibus illuxit & defecit, quia disparuit: etenim si ejus præsentia lucis abscondita mundo, collocata absque dubio in firmamento, de quo Suarium consule in 3. p. *D. Thom.* Disp. 14. q. 36. Calicem passionis, uti thronum majestatis poscit Jacobus, quem quidem primatu nactus: equidem vitæ lumine extincto, atque in Empyrium translato, fulgentibus in mundo cæteris stellis in illuminationem orbis; primatum sanguine obtinuit, quia primus Apostolorum calicem bibere meruit. O *quantus honor aebetur in Hispania huic Patrono! Verè hoc festum* (inquit S. Thom. à Villanova in *Serm.* Jacob.) *cum omni gaudio celebrandum, sicut pascha, quia nostrum maximè.* Videamus ergo unde nostrum.

Primatum obtinuit, quia primus calicem bibere meruit.

Thom. à Villan.

Unde noster, Jacobus?

5 Cùm audirent Dominum sermocinantem Gentiles quidam, de quibus Flavius Dexter in *Chronic.* ann. 34. *Gentiles, qui ex Hispania venerant, ut audirent, & viderent illum.* Astruit Julianus ad Ann. 36. Christ. n. 6. *Erant Hispani, qui voluerunt videre & loqui Jesum, cupientes ut gentibus suæ terræ prædicaretur.* Unde Lyra in illud Abdiæ v. 20. *Transmigratio Jerusalem quæ in Bosphoro est*: subdit: *In Hebræo habetur Sepharad, ideſt, Hispania, ut dicit Rab. Salomon, quod fuit impletum per Jacobum Apostolum.* Nil mirum: etenim unum Deum semper cognovisse & adorasse, referunt Thomas Bozius de *Signis Eccles.* lib. 8. cap. 1. Didac. Baeza. Tom. 4. in *Evang.* lib. 16. cap. 19. §. 1. Solorzan. *de Jure Ind.* lib. 1. cap. 16. à n. 68. Andr. Perez de Ribas lib. 12. *Triumph. fidei*, cap. 15. cum N. Pacens. Tom. 1. in cap. 2. *Judith.* sect. 2. Hispanos misisse nobiles, ut Redemptorem N. recèns natum nomine gentis salutarent, & muneribus colerent, ac adoratione servirent; astruit P. Claud. Clemens in *Tabul. Chronolog.* Imò plures DD. apud Suarium ubi supr. *sect.* 3. perhibent Magos, qui ductu stellæ adoraverunt Dominum in Bethlehemitico præsepi, Hispanos fuisse. Non sine merito Jacobum extuli Hispaniæ stellam, dum stella ex ortu cœlestis Regis illustravit Hispaniam. Plura alia, si lubet, videris apud Sherlog. T. 3. in *Cantic.* Vestigat. 35. n. 48. & latè Salin. in *Jon.* Tom. 1. q. 20. & 22. cum Pined. de *Reb. Salomon.* lib. 4. cap. 5.

Fla. Dextr. & Julian.

Gentiles qui videre cupiebant Jesum, Hispani.

Unum Deũ Hispania semper coluit.

Misit nobiles ut Redemptorem natum adorarent.

An Reges Magi ex Hispania?

6 Ergo Gentiles Hispani cùm audirent (ut obedirent) Judæis concionantem Dominum, optabant avidi visum. Suggeritur ab Apostolis; tuncque dixit eis: *Venit hora, ut clarificetur filius hominis.* Cur ergo accedentibus Gentilibus ex Hispania, Christo venit clarificationis gloria? Nonne clarificatus crebris miraculis, & notus in Synagoga Judæis? Gloria ejus in templo, quo Patri cœlesti debitus honor exhibebatur: qua igitur lege modò quasi nihili despicitur; ita ut audientibus Hispanis, tempus appropinquasset claritudinis, ac desiderati honoris? Claritas filii erat credentium fides, ex qua maxima prædicantis gloria: & hora gloriæ recolitur, dum concionantem Christum audit Hispania; quippequàm esto verbum Dei seminandum nationibus cunctis, à nulla fructus feracior prædicationis. Labor cassus videbatur ex toto orbe audientibus, quoniam fructus marcescet sine radicibus. In Hispania semen semel sparsum germinat, floret, & hucusque fructificat: venitque hora glorificationis Salvatoris, illum audientibus & credentibus Hispanis: igitur quanvis prædicatio illustravit omnem terram, à nulla alia natione ampliorem suscepit gloriam.

Joann. 12. 23.

Cur ex fidei prædicatione in Hispania, Salvatori tanta gloria?

7 Perpende. Deturpare Pharisæi moliebantur Salvatorem, & tabescebant videntes altiùs radicatam fidem, comprobante Hispanorum adventu, quicquid timebat maligna cogitatio, unde mutuò dicunt: *Vtactis, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit.* Unde abiit mundus & totus, si audit Hispanus? Unica natio est. Quid quòd una, si remanent aliæ? Hispaniâ solâ audiente orbis obediebat fidei: describiturque Synagogæ mœstitia, atque Salvatoris gloria; etenim semel cœleste accipiendo semen, totus mundus per illam suscepturus fidem. *Terra Dei* vocatur Hispania à Joan. Aponte lib. 3. *Convenient. duar. Monarch. Cathol.* cap. 29. §. 2. Gratuletur sibi Hispania, quia solùm inhabitat gloria Verbi in terra nostra. *Magna enim* (ait Cornel. Alapid. in loc. præf. *Abdię*) *gloria Ecclesiæ, æquè ac Hispanorum, novi orbis subjugatio & conversio.* E zelo honoris Dei, & ex-

Vers. 19. *Per Hispaniam fidei credidit orbis.*

Cur dicitur terra Dei?

Apont.

Est gloria Ecclesiæ.

Alapid.

Per illam conversus orbis novus.

extensione fidei inest gloria, mundi Servatori: & audiente Christum Hispanià, dicitur meritò glorificatus: igitur per Hispanos non tantùm ad fidem Christi adducendus totus mundus, sed mundus novus.

Augustus.

8 Innuit Salvator. Audiunt Gentiles Hispani Salvatorem differentem, & postquam indicavit jam sui nominis advenisse honorem: subdidit, se esse granum frumenti (*mortificandum & multiplicandum: mortificandum infidelitate Judæorum, multiplicandum fide populorum*; ut inquit Augustus in *Joan.* Tract. 51.) fructum allaturum in cœlestem patriam, at post mortem fructus copiam. *Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Fructus ex prædicatione est: & in fructus abundantiam Concionantis Christi designatur mors? Meditanter, ut effulguret gloria Jacobi, & honor Hispaniæ. Hæc per Jacobum cognitura fidei veritatem, post Salvatoris prædicantis mortem: igitur semen à Jacobo Hispaniæ creditum repleturum fœcundè orbem terrarum. In aliis nationibus, quia sibi tantùm, fructus obtentus prædicationis: in Hispania ferax, quia sibi & aliis: conjungiturque cum morte Salvatoris multus fructus; quoniam per Iberos abiturus post Christum mundus totus. Haud terra cognita satis aviditati Hispaniæ, pro cognitione Dei veri, & amplitudine fidei. Ploravit ut Alexander, audiens alium orbem esse, & in Christi adorationem non redigere. Creverunt dilata desideria: & flagrantia quieverunt: suditò corda; siquidem detexit in gloriam novum orbem, ut prædicatione perpeti extenderet Christi fidem. Jam Senecæ impletus poëticus enthusiasmus, vel ut aliis placet (vide Abrah. Ortel. in *Americ. Tab.* fol. 5.) sermo absdudiè Sibyllinus.

Vers. 24.

Jacobus ampliorem cunctis fructum prædicationis reportavit.

Novum Hispania detexit orbem, ut extenderet fidem.

Senec.

> ——*Venient annis*
> *Sæcula seris, quibus Occeanus*
> *Vincula rerum laxet, & ingens*
> *Pateat tellus, Tiphysque novos*
> *Detegat Orbes, nec sit terris*
> *Ultima Thule.*

Hæc Seneca in *Medea*, Act. 2. v. 374.

Abd. v. 20.

9 Claret igitur Abdiæ vaticinium de quo supr. n. 5. *Transmigratio Jerusalem, quæ in Bosphoro est. Quæ in Hispania est*: legunt alii, maximè Rabbini. Consulueris Sanctium hìc à n. 71. & Salin. Tom. 1. in *Jon.* q. 22. Gravis occurrit quæstio. Jerusalem quo pacto collocatur in Hesperia? Subjacet ditioni Asiæ, minimè Europæ, cujus in extensione floret Hispania. In Hispania nè Civitas illa pulcherrima, decoris cuncti, atque gaudium universæ terræ? Sanè. Signat Zacharias prædicens: *Habitabitur Jerusalem rursus in loco suo, in Jerusalem.* De sensu genuino agemus hìc *Tautolog.* 12. à n. 19. Si rursùs in loco suo, erit nanque Jerusalem transmigratio, quasi tota illius gloria pependerit ab Hispania. Haud arbitror Jerusalem mutasse locum, sed omninò cultum, undè post transmigrationis vaticinium, additur: *& erit Domino regnum.* Quodnam regnum? Orbis terrarum. Adveniente linguis ignitis in Jerusalem Spiritu Sancto, Apostoli dispersi sunt per orbem, ut annuntiarent prædicatione fidem: & ut Deo sit regnum perfectè universa terra, exponitur cum transmigratione Jerusalem in Hispania: quia sicut ex Jerusalem exierunt Apostoli in orbem notum; ita ex Hispania profecti prædicatores in incognitum mundum.

Zachar. 12. 6.

Abd. v. 21.

Ex Sion exivit lex in orbe notum, ex Hispaniæ in novum mundum.

10 Reflectatur ergo sermo in Christi pro nobis sermonem; etenim nostram portendit gloriam, & Jacobi laudem. Finità parabolà grani frumenti, in Hispania uberrimè fructiferi, gaudibundus protulit: *& quid dicam? Pater salvifica me ex hac hora.* Alii: *Glorifica.* Et ex hac hora glorificationem indicat? Gratulatur, ubi Hispania sermonem audiebat. *Primitiæ erant isti* (infit hìc Cajetan.) *Ideo Jesus istorum adventum, tanquàm ad sui glorificationem, secuturam in fide universarum Gentium pertinentem, acceptavit; & occasionem manifestandi mysterium futuræ glorificationis accepit.* Glorificandus per fidem, vitæ verbo in omnium cordibus seminando: unde festivè acceptatur Hispanorum adventus: quippe per illos Christum cogniturus mundus. Signatiùs indicavit Rupertus hìc lib. 10. in *Joann. Nihilominùs hoc sciendum, quia duos mundos vult intelligi:::::reconciliatio est Gentilium electorum, in quibus diabolus per idololatriam inhabitabat ante clarificationem Domini N. Jesu-Christi.* Glorificatur Jesus ex illo momento, cœlesti sermone ab Hispanis audito: igitur si gloria Christi ex conversione universi, divisi in mundos cognitum & incognitum; patet jam glorificationis & claritatis principium: siquidem ex Hispania primus honos, sed novi & posterioris orbis per Hispanos. Iccircò præmittit: *Quid dicam?* Propterea venit Christus in illam horam. Nullibi uberior seges, neque mei argumentum amplius honoris. Hispania audit, & fidem inconcussam tenebit, ex quo audivit: insu-

Joan. 11. 27.

Quo pacto Christi gloria, fides susceptа ab Hispania? Cajetan.

Rupert.

Ubi supr. v. 27.

per

per disseminando in ulteriora creditam fidem, mihi subjugabit novum orbem.

11 Perscrutemur contextum. Hoc in articulo venit vox de cœlo, qua auditum: *Clarificavi, & iterùm clarificabo.* O Hispaniæ felicitas! O cœlestis vocis & majestas & auctoritas! Per Hispanos Christo geminatur claritas? Duplex patet claritudo: prima ex Hispano converso, & secunda ex orbe novo. Aliquid latet magnum in hujusmodi voce, pro honore Jacobi, & dignitate Hispaniæ. Hæc audit concionantem Christum Dominum, qui quidem glorificatur per Hispanorum auditum. Christus è cœlo clarificatione extollitur: quando igitur iterùm clarificabitur? Ubi venerit Jacobus in Hispaniam, iterùm Christus obtinebit gloriam. Ex cognitione Deitatis surgit Christo amplior splendor honoris: quid mirum quòd iterùm Christum Hispania clarificaverit, si per Jacobum fidem tota inamissam susceperit? Modulatur Prudent. ubi supr. v. 128.

Vers. 28. *Christi geminatus honor per Hispanos.*

Ad illos Jacobi glorious advenstus.

Prudent.

Ut superstitio veterum procul absit avorum:
Nec putet esse Deum, nisi qui super omnia summus
Emineat, magnique immensa creaverit orbis.

12 Ergo observetur clarificatio prima, ut eluceat posterior in Hispania: igitur per illam cognito Deo ignoto, nihil est idolum in mundo. Auditur itaque vox: *Clarificavi, & iterùm clarificabo. Turba ergo* (subdit Evangelista) *quæ stabat, & audierat, dicebat, tonitruum esse factum.* Tonitruum? Feliciter in propositum. Tonitrui filius à Salvatore plauditur propter prædicationem Jacobus: *Marc.* 3. 17. & dum clarificatur, iterùm clarificandus prædicatione Hispaniæ Jesus-Christus, in signum honoris auditur tonitrus; quia ibi glorificabatur per tonitrum nubis fragorem, posteà verò Jacobo prædicante per fulmen. Non semel honorandum Hispaniæ regnum. In illa sanè clarificabor iterùm. Habet nubes prædicationis vocem tonitrui, & efficaciam fulminis: & ut plena sit gloria, verbum Dei audiente Hispania; modò auditur vox tonitrui adinstar, prodiens ex ore Altissimi: deinceps ejaculabitur fulmen prædicationis Jacobi. Demonstrat Salvator. *Non propter me* (inquit) *hæc vox venit, sed propter vos.* Christus clarificatur, at vox non propter illum, sed propter Hispanos mittitur; ut iterùm Christus per illos clarificetur: eodem per nullos alios tantus Christi & fidei honor, quam per Iberos.

Vers. 29.

Cur dicitur tonitrui filius?

Unde insignis prædicatio Jacobi?

Vers. 30.

13 Nota sequentia. Illicò ut expressit ex prædicatione claritatem & propter Hispanos audientes emissam è cœlo vocem; quasi victoriâ partâ, & palmâ ex debellatione obtentâ, inquit: *Nunc judicium est mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foràs.* Tollitur à Principe tenebrarum cultus, additurque ab orbe exilium, quin possit ultra restaurare principatum, quem quidem habebat, quippe in cunctis idolis ferè totus mundus ignoranter adorabat. Imò mundi, idest mundi præsens status subjacet jam mutationi: igitur nunc illius tempus devenit judicii. Cuncta sanè felicia, verùm quæstione difficili replicata. Judicium mundi (non loquitur de conflagratione, futura næ in judicio universali: ideò Cajetan. hìc notat *Non mundi, sed hujus mundi.*) fuit per incarnationem Verbi, vel per mortem Christi, quibus diabolus à mundo expulsus, & simul evacuatus principatus. Incarnatio illo in tractu jam præterita: passio verò etsi in proximo futura. Quomodò ergo tunc judicium describitur orbis, & deturbatio tenebrarum principis? Audiebat ex ore Christi fidem tenendam Hispania, per quam proterenda idola: & mundi status & diaboli, illà verbum suscipiente, designatur projectio, quippe in illa & per illam fructifera prædicatio. Mundi, quia ex cultu idolorum adducendus in Dei cultum. Diaboli, quia ejus simulachra fidei zelo, exterminanda à mundo, & etiam in orbe novo.

Vers. 31.

Illius prædicatione victus diabolus & conversus mundus.

Cajetan.

Felix cui Hispania Jacobi prædicatione?

14 Chrysostomus hìc asserit hujusmodi sententiam de diabolo & mundo esse interpretationem vocis: *& clarificavi, & iterùm clarificabo.* Vide Maldon. hìc n. 31. Clarificatur Jesus per Hispanos Jerosolymis: iterùm clarificatur Hispanis: & ut constet unde gloria, fidem recipiente Hesperià, indigitatur à Christo mutatio status mundi, & exterminium diaboli: igitur si in mundi judicio regenerabitur mundus; per Hispanos, qui superstitiosus, mutatur in melius; & diaboli insidiantis abominanda idola remota prorsùm ab universa terra. Hinc, ni fallor, audientibus Hispanis, & præmissa morte crucis, ut brevi illo tunc horum exoneret, & per illos fructum, addit: *Omnia traham ad meipsum.* Quorsùm? *Adorandum*: infit Cajetan. hìc. Ex notitia divinitatis processit Christo accidentalis honor glorificatio-

Chrysost.

Vers. 28.

Per Hispanos mundus mutatur in melius, & vincitur diabolus.

Vers. 23.

Cajetan.

tionis, ut toto orbe agnoſceretur totius orbis Aſſertor & Salvator: omniaque ad ſe trahit, ubi hujuſmodi notitiam audit Iberus, quoniam mundum ſubjugavit, ut uti Deum Chriſtum adoraret mundus. Ex victo mundo, non ferro, ſed ligno, Redemptori ſumma claritas; & fidem ſuſcipiente fideliſsimà Iberià, ad ſe tractas enunciat orbis gentes univerſas; quippequàm poſtquàm Hiſpania illum fulminantem audivit, mundus totus poſt eum fortiter atque ſuaviter abiit. Dicit Prudentius ubi ſupr. v. 506.

Novus mundus per illos ad Chriſtum tractus.

Prudent.

Obſcuras video tibi circunferrier umbras,
Cæruleaſque animas, & nigra idola volare.

Pſalm. 67. 34. 35.

15 Prædicat igitur Hiſpanis Chriſtus, prædicat etiam Jacobus. *Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis. Date gloriam Deo. Super Iſraël magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus*: ait David. Omnia contemplanda, quoniam in gloriam Hiſpaniæ concurrunt omnia. Voce prædicat Chriſtus: & ubi proponit voce ſuſcipiendam fidem, voci miſſæ addit & vocem; quoniam ut ad ſe traheret totius Hiſpaniæ celeberrimum iſthmum, miſſurus erat prędicaturum Jacobum. Aliqui (conſule Genebrard. & Maluend. hìc.) per vocem primam interpretantur tonitrum. En noſtri inſtituti ſcopum. Vox vocis tonitrui eſt fulmen: & Chriſtus Hiſpanis prædicans voci ſuæ addit mirabilem vocem: igitur miſſurus filium tonitrui Jacobum, ut quaſi fulmen ex Hiſpania incenderet orbem novum. Aſtruit Genebrardus n. 37. *Cui myſterio Hiſpani in ſuis ad illos populos navigationibus, & converſionibus jam ab anno* 1500. *inſerviunt.* Gloria Dei exponitur, dum ab Hiſpanis fides Catholica extenditur, vox voci perpetim additur. Unde vel tonitrui vel fulminis continuatur ſemel jaculata vox, ubi tranatur Oceanus ad majorem gloriam Dei.

Cur Jacobus ſignatur vox vocis Salvatoris prædicantis?

Genebr.

Vox Jacobi munere prædicationis continuatur ab Hiſpanis.

16 Addit David. *Super Iſrael magnificentia ejus.* Hebr. *Excellentia ejus.* An excellentia, quia gloria? Canit Buchananus:

Hebr.

Buchan.

Cujus in Iſacidis reſplendet gloria, cujus
Teſtantur robora nubes.

Magnis prodigiis.

Ejuſque excellens gloria dicitur magnificentia; quoniam non fecit taliter omni nationi, orbis ſpectata fide: etenim gloria magnifica Deitatis, quod per unicam nationem Deum cognoſceret, & adoraret orbis. Videntur jam *cœlum novum & terna nova*, à Vatibus ſacris indicata, & à Deo promiſſa. Vox prædicationis inſignis, verùm inſignior vox vocis. Magna vox tonitrui, major fulminis. Cunctis Deus laudibus meritò extollitur: cæterùm in voce vocis ſignanter magnificatur; quippequàm ejus magnifica gloria, quòd cœlo noviter aperto prædicatione mirifica, per Hiſpanos illa vox audiatur in terra nova.

Iſai. 65. 17 Apocal. 21. 1.

Detecta terrà nova.

17 Clariùs propenſio Jacobi deſignatur in Hiſpaniam, ut terrigenæ ipſius, Deique cogitent magnificentiam. *Super Iſrael* (dicitur) *magnificentia ejus.* Maluend. In *Iſraël apparet, & potentiam ejus teſtantur nubes.* In Verſion. legit etiam: *Apparet in ætheribus, tenuiſsimis nubibus.* In nubibus collocat nationis ita dignatæ auctoramen: igitur ex nube in terram vibratur tonitruo fulmen. Gloria ſanè gentis habere patronum in promptiſsimum auxilium: verùm ampliùs elucet, dum in nubibus apparet. Patronus Hiſpaniæ deſignatur Jacobus in ſubſidium clientum. Haud ſurgat monſtrum bellorum: etenim ſi in ſuos aliquomodò ingruit; illicò in nubibus pro ſuis Jacobus apparet. Modò plenè Davidis intelligitur auctoritas. Dei in tonitruo & fulmine jam expreſſa poteſtas: igitur pro Hiſpanis dat voci ſuæ vocem inſignem virtutis; quæ quidem ut conſtet audientibus, *virtus* apparet *in nubibus.* Si virtus eſt vocis, quare in nube & non in nubis fragore, vel in cauſante fulmine? Non novum in Scripturis cœlum pugnare pro fidelibus: ſed virtus deſcribitur modò in nubibus; quoniam ſolummodò Hiſpania potita eſt Tutelari Jacobo haccine, aliis incommunicatà, gloria: quandoquidem dum urget certaminis acrior conflictus, ecce in nubibus Jacobus. Quænam illuſtrior Hiſpaniæ cogitari quit gloria, quàm mitti Jacobum, ut ejus prælietur prælia?

Maluend.

Jacobus pro Hiſpanis apparet in terris.

Verſ. 35.

Hinc eligitur in patronum.

18 Patronum elegerunt Athenienſes Theſeum, de civitate tam benè meritum, quam de ſalute ſolicitum: igitur aberrantes cives redegit in leges. *Theſeus patronus & oppugnator* (ait Plutarch. in ejus *vit.*) *eò quòd preces humilium exaudiſſet.* Ecce electionis cauſa, ſed clarent in patrocinium majora. *Athenienſes aliis de cauſis* (infit idem ibid.) *ut Heroa proſecuti ſunt: in primis verò quòd cùm in Marathone adverſus Medos pugnatum eſt, complurimis Theſei ſimulachrum apparuiſſe viſum, & ante omnes invaſiſſe in barbaros.* Hinc addit: *Juxta ſepulchrum pilum, at-*

Plutarch.

Cur Theſeus Athenienſium Patronus?

Ejus arma vel post mortem in tutamen prompta.

atque ensis. Ecce insigne Tutelaris, collatis vel post mortem beneficiis: etenim si exorta in amicos bella, sciebant clientes esse arma in hostes promptissima. Idem accidit Argivis in conflictu magno, Achille mortuo, & superveniente in auxilium Neoptolemo, sive Pyrrho.

——*Verùm hic jam Deorum*
Q. Calab. *Consortio fruitur: & te cœlitùs hodie*
E Superum cœtu misit, ut pereuntibus
Hodie salutarem operam dares.

Equites de cœlo descendentes.

Canit Quint. Smyrnæus, seu Calaber lib. 7. *Paralyp. Homer.* v. 697. Ac de Marte in subsidium Trojæ *lib.* 8. v. 239. ait:

Idem.

Mars terrificus auxiliari cupiens,
Bellicosis Trojanis delapsus est cœlo.

Idem de Castore & Polluce refert Plutarc. in *Vita Coriolan.* in init.

Jacobus de cœlo in auxilium Hispanorum descendit.

19 Cedant sane cuncta, quippe ficta; quandoquidem Jacobus descendit de cœlo in certamen, quasi ruens per æthera vastum ab invicto Jove fulmen. Magna populi electi afflictio sub tyranno Heliodoro, in cœlumque tendebat populi & sacerdotis oratio; quoniam in tanta tribulatione liberari solummodò quibant è cœlo. *Erat enim misera commistæ multitudinis & magni sacerdotis in agone constituti expectatio.* Respexit ergo illos, qui sublevat consolatione gemitus, & virtus ejus illicò apparuit in nubibus: equidem in hostem templi refractarium & rapacem,

2. Matth. 3. 21.

Vers. 25.

Apparuit equus terribilem habens sessorem:: qui videbatur arma habere aurea. Non poterat aliter audacem terrere, & ejus exercitum consternatione donare; quin pro populo dilecto & afflicto eques cataphractus descenderet in defensionem de cœlo? Profectò quibat, verùm in gentem amoris fidem ostentare volebat. *Spiritus Omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis evidentiam.* Liberare ita pressum amaritudine populum electum, dilectionis erat ostensio mirifica; sed non magna. Magna dicitur quæ rarò visa: singularitate demonstrationum patet amoris studium: & mittit de cœlo in sospitatem populi aureis armis ornatum equitem; ut populus ostensione cognoscat dilectionis magnitudinem.

Vers. 24.

Astruitur Jacobi erga nos amoris magnitudo, descendente de cœlo.

Apont.

20 *Populus Dei* vocatur Hispania ab Aponte, ubi supr. Sæpe Mahometani conati sunt gentem & cultum delere, sacra polluere; sed frustrà, Dei Omnipotentis gratiâ, quæ quidem collata Hispanis, ex quo vocem à Christo audivit prædicationis. Non utcunque præliis favet, amorem etiam in sospitatem ostendit, & demonstratione magnà: igitur dum urgent bella, videtur in nubibus Hispaniæ insignis patronus, qui primus irruit in Barbaros, factà phalangum strage, innumerabilium cæde. Si demonstratione astruitur amor, fides fide, & honor honore; in fidei custoditæ & honoris æmulabilis signum, mittit de cœlo Deus in defensionem, per quem credidit, Jacobum.

Primus irruit in barbaros.

21 Haud aliter Mahometanorum accidit Principi, quàm Israëlitas persequenti Pharaoni. Quasi de præda, atque triumpho securus, dum inter exercitum, & mare videretur pressùs populus; fastu dicebat: Persequar, & comprehendam, dividam spolia: implebitur anima mea. Evaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea. Quid tantæ audaciæ. Canit Alcimus Avitus *lib.* 5. v. 678.

Magnum miraculum Israeliticis, captivis, in bello ultimo Pharaonis.

Hinc subitus crepitare fragor, tonat undique circùm
Lympha ruens: primoque illic committitur unda,
Quo monstrabat iter Pharii mors ultima regi
Implicuit nantes morientum amplexibus artus.

Alc. Avit.

Mirum sanè strage barbarorum, afflictis, oppressisque jucundà; cæterùm in certamine & alia mirabiliora, unde in laudem Dei sospitum auditur vox: *Gloriosè enim magnificatus est.* Unde cogitat gratus populus facta non solùm glorioſa, sed magnifica? *Dominus quasi vir pugnator.* Unde Alapid. hìc v. 2. & Abulens. *quæst.* 2. asserunt ministrum (scilicèt Michaëlem, populi, custodiæ illius crediti, hyperapisten, ideſt, propugnatorem) à Deo de cœlo missum equitem in similitudinem strenui ducis & industrii bellatoris: qua de causa quia ab omnibus visus, dicitur demonstrativè: *Iste Deus meus.* O res præclara! Jurè in hujusmodi bello Dei omnipotentis gloriosè prædicatur magnificentia; quippe in populi tutamen, de cœlo misit bellatorem equitem.

Exod. 15. 1.

Vers. 3.

Michael apparet eques in suffocationem hostis.

Vers. 21

22 Adhuc in hujusmodi spectabili umbra, micat Jacobi singularis gloria. Aliqui Rabbini, ut refert Alapide in *Exod.* 14. vers. 22. arbitrati sunt, vestigia filiorum Israël usque hodie manere impressa in saxis & scopulis littoris maris Rubri. En Jacobi gloria, ex protecta Hispania, pro qua, ut ab oppressione liberet, in similitudinem bellatoris, eques de cœlo descendit. Grates refert Hispania, coruscante in bellis Jacobi glorià, dum in illam ostendit suæ protectionis

Alapid.

Vestigia filiorum Israel videntur in littoris maris Rubri.

In lapidibus manet signum pro triumpho, descendente de cœlo Jacobo.

insignia: equidem non solùm præsentia favet, sed ita fovet, quasi non sufficeret descendere de cœlo patronum, ni remaneret triumphi parti vel in lapidibus signum. De ejus martyrio nobis sermo *Tom. 7. Taut. 5. D. 5.* modò tantùm exponitur illius protectio, & Hispaniæ gratitudo.

23 Post tot à Davide de Dei excellentiâ expositâ, ut vidimus à num. 15. ita Psalmum claudit in gloriam omnipotentis: *Mirabilis Deus in Sanctis suis.* In singulis Dei rutilat magnitudo, singillatim attamen in Jacobo: etenim illustris & effusione sanguinis, & munere prædicationis. Sanguine, quia primus Apostolorum exposuit pro fide vitam: prædicatione, quoniam imbuit fide Hispaniam, quæ quidem semel imbuta, floruit usquemodò catholica. Aliqui cum Maluend. legunt: *Mirabilis Deus in sanctuariis suis.* Aptè. Mirabilem prædicamus, cùm templum Jacobi videmus. *Sapientia ædificavit domum* (ideſt, Templum) *& misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia.*

Psalm. 67. 36. *Deus in illo videtur magnus.*

Maluend. *Mirabilis Jacobus unde?*

Prov. 9. 1. 3.

Dissonant profectò templi constructio, mœnium formatio, atque arcis descriptio. Conciliantur in Jacobo: igitur Jacobi mirabilis pulchra ex lapidibus, atque lapillis Ecclesia, sunt mœnia, arxque inexpugnabilis, queis defenditur Hispania. Deus patet mirabilis insignis, & in sanctis, & sanctuariis. In sanctuariis, formans ex templo Jacobi arcem: in sanctis mittens illum de cœlo in Hispaniæ defensionem. Succinam cum Crucio hìc in *Metric. interpr. Psalm.*

Templi augusti Jacobi fabrica fulget in Hispanorum præsidia.

Ludovic. Cruce.

Sancti mira loci, quàm sit venerabile numen,
Religio factis aperit cœlestibus.

Alloquar Hispaniam, sicut olim Prudentius Romam, v. 545. lib. 1. in *Symonachac.*

Colla tyrannorum medio calcemus in orbe
Agnoscas Regina libens mea signa necesse est,
In quibus effigies crucis, aut gemmata refulget
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

Prudent.



TAU-

TAUTOLOGIA OCTAVA.

MENSIS ISTE VOBIS PRINCIPIUM MENSIUM primus erit vobis in mensibus anni.

Exod. 12. vers. 2.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 ALIQUA, huiccine auctoritati contestantia testimonia, inveniuntur sparsa in sacra pagina. 3. Reg. 1. 1. *Rex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies.* Prov. 3. 2. *Præcepta::: longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.* Ibid.cap. 9.11. *Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.* Jerem.28.3.*Adhuc duo anni dierum.*Idem ibid. v. 1. & 1. Machab.1. 30. *Post duos annos dierum misit Rex* &c. Ut aliquantulam horum ac similium testimoniorum notitiam proferamus;operæ erit pretium, præmittere necessaria.

2 Censorinus libell. de *Die natali Urb.* & Macrob. *lib.1. cap.* 3. dividunt diem in Civilem Astronomicumvè, & in Naturalem (de quibus agemus in *Ephemer. sacr. & profan.*) Hujusmodi divisio non displicet : verùm clariùs diducam. Dies in propositum nostrum dividendus in Naturalem,Artificialem,& Ecclesiasticum.Naturalem voco,quem præfati Auctores dicunt Civilem: nimirùm,spatium 24. horarum. Artificialem, spatium ab ortu Solis usque ad decubitum.Ecclesiasticum denique, à vespera usque ad vesperam:vel ut aliquibus haud infimi subsellii placet,à vespera prima ad Solis usque occasum subsequentis diei. His enim acceptionibus de dierum discrimine loquar: reliqua loco cit. *Divisio dierum.*

3 Dies olim naturalis dividebatur in octo partes; quarum quatuor diei, quatuor autem cedebant nocti, longiores, vel breviores,præut erat dies artificialis:ideſt, juxta tardiorem ortum Solis, & breviorem occasum ob instantiam noctis, vel econtrà. Partes diei vocabantur Horæ, noctis verò Vigiliæ; eò quòd tunc mutabantur vigiles in custodiam.Prima vigilia incipiebat cum Solis occubitu usque ad horam nostratem nonam. Hinc secunda usque in duodecimam, seu mediam noctem, vocatam à Varrone *Concubium.* Tertià à Gallicinio, usque ad Canticinium:ideſt, à media nocte usque ad ejus horam tertiam. Quarta demùm hinc usque ad Solis ortum, qui dicebatur Mane. Inde incipiebat hora prima usque in tertiam, tertia usque in sextam,hæc usque in nonam,& nona usque in duodecimam;ita ut illarum singulæ continerent tres horas nostratum in æquinoctiis : in aliis autem temporibus, quia longiores dies,& noctes ; hora prima & nona protrahebantur : similiterque prima vigilia & quarta. Qua de causa hora dicitur prima, tertia, sexta, nona & duodecima; quoniam una,tres,sex, novem, vel duodecim sunt elapsæ ab ortu Solis, quo dies conficitur artificialis. Pariformiter vigiliæ à Solis decubitu per noctis spatia distributæ. *Partes diei horæ : noctis dicebantur vigiliæ.*

4 Dies artificialis etiam dividebatur in mane & vespere: non sensu quo *Genes.* 1. dicitur sæpè, quippe ibi vespere & mane signatur & nox & dies: sed mane dicebatur spatium temporis à Solis ortu,vel à prima luce usque in meridiem;vespera verò à meridie usque in occasum Solis, vel absentiam lucis.Etiam inter mane & vespere præter calculum horarum signantur in Scriptura stationes Solis: quo intelliguntur plura testimonia sacra. *Manè diluculo.* Psalm.45.6. *Primò manè.* Matth.20.1. *Erat autem manè.* Joann.18. 28. diversimodè accipienda. In prima auctoritate *Manè* signat tempus ante auroram : in secunda Solis ortum : in ultima horam diei tertiam. Vespera etiam dicitur tam declinatio Solis à puncto, quod Arabici dicunt Zenith, imminens vertici nostro, quàm ipse Solis occasus: ut constat Judic.19. 9. *Dies ad occasum proclivior, & pro-* *Mane & vespere quid in die?*

Divisio utriusque.

propinquabat ad veſperum. Et Luc. 24. 29. *Adveſperaſcit, & inclinata eſt dies.* Hinc ubi Vulg. Exod. 12. 6. ac Levit. 23. 5. dicit: *Veſperam*; Chald. legit: *Inter duos Soles.* Hebr. *Inter duas veſperas.* Quid apud Ethnicos, vide Cenſor. ubi ſupr. *cap.* 10. & Macrob. *cap.* 2.

5 Pro intelligentia veſperarum inter Hebræos, dignum ſcitu arbitror, quamlibet illorum feſtivitatem habuiſſe duplicem veſperam, juxta illud Levit. 23. 32. *A veſpera uſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra*: ſcilicèt, veſperam, qua feſtum inchoäbat, & veſperam, qua finiebat; excepto feſto Paſchatis, ſeu Phaſe, quod quidem non habebat niſi veſperam ſecundam: hoc eſt, veſperam quartædecimæ diei Lunæ Niſan, conſummativam, non inchoätivam: igitur dies quartadecima non erat ſacra, nec feſtum, niſi in veſpera ſecunda. Ita aſtruunt jurè & nervosè Innocent. III. de *Sacram. Altar.* lib. 4. cap. 4. Sanctius in *Act. Apoſt.* 12. 21. Suarez in 3. p. *D. Thom.* q. 50. diſp. 40. ſect. 3. & Alap. in *Exod.* 12. v. 6. qui quidem in *Levit.* 23. v. 6. infit: *Hoc feſtum unam tantùm habebat veſperam, ſcilicèt ſecundam quartædecimæ: itaque quartadecima die ad veſperam immolabatur Phaſe.* Aſtipulatur Bonfrerius in 12. *Exod.* ſubdens: *Non enim decimuſquartus apud Judæos feſtus erat, ſed dies decimuſquintus, qui erat azymorum, & ab occaſu Solis diei decimæquartæ incipiebat.*

Levit.

Paſcha Judæorum non habebat primam veſperam, nec erat feſtum.

Alapid. & Bonfr.

6 Quodlibet igitur feſtum primam & ſecundam habebat veſperam, ſicuti modò eſt in Officio Eccleſiaſtico. Poſterior poterat eſſe prior reſpectu feſti immediatè ſubſequentis; veluti ſi ſabbatum eſſet poſt diem primum, vel ſeptimum Azymorum, aut econtrà. Similiter pridie vel poſtridie feſtum Pentecoſtes, vel Tabernaculorum: verùm veſpera poſterior Phaſe, quod propriè Paſcha, ſemper erat prior feſti Azymorum: iccircò Levit. 23. 5. dicitur: *Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperum, Phaſe Domini eſt.* Hebr. *Inter duas veſperas.* Sept. *Inter medium veſperarum.* Ita Maluenda & alii. Hoc eſt, Phaſe immolandum veſperà poſteriore, vel ſecundà diei decimæquartæ, quæ quidem prior eſt decimæquintæ, feſti ſcilicèt, Azymorum; uti dicitur ibid. v. 6. *Et quintadecima die menſis hujus ſolemnitas Azymorum Domini eſt.* Solis profectò decubitus, ſeu declinatio à meridie, finis erat decimæquartæ, & initium decimæquintæ diei: eadem nimirùm utriuſque diei veſpera, ſed finis primi, & initium ſubſequentis feſti. *Paſcha nominatum* (ait Joſephus lib. 3. *Antiq.* cap. 10.) *quotannis inſtaurare lege jubemur: celebramuſque id per ſodalitia, nihil è victimis inſequentem diem relinquentes, quæ eſt quintadecima, & azymorum feſtivitas prima: nam hoc feſtum priori continenter ſubcedit.*

Levit. 23. 5.

Hebr.

Septuag.

Veſpera ſecunda Paſchatis erat Azymorum prima.

Joſeph.

7 Hinc eſt, quòd Paſcha Chriſtum ab aliquibus dicatur celebraſſe die quartadecimà: ut Joann. 13. 1. *Ante diem feſtum Paſchæ.* Et ab aliis in die Azymorum. Matth. 26. 17. dicitur: *Prima die azymorum.* Marc. 14. 12. *Primo die azymorum, quando paſcha immolabant.* Luc. 22. 7. *Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha.* Unde ibid. v. 15. ſubditur: *Deſiderio deſideravi, hoc paſcha manducare vobiſcum.* Celebravit igitur Servator N. Phaſe non die naturali quintodecimo, ſed legali, ad veſperam, quæ prior erat feſti azymorum, & poſterior Phaſe, in die naturali quartædecimæ Lunæ, quæ uti diximus, duplici conſtabat veſpere, ſecundà ſcilicèt Phaſe, & primà azymorum, in cujus veſpere nocte Chriſtus manducavit Paſcha. Ita decretum Exod. 12. à v. 6. *Servabitis eum* (agnum ſcilicèt, aut hœdum) *uſque ad quartam decimam diem menſis hujus: immolabitque eum univerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam, & edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes.* Nocte illa illius veſperæ poſterioris Phaſe, prioris putà azymorum: aliàs ſi eſſet prima Phaſe, eſſet etiam dies tertiuſdecimus Lunæ (quod quidem error Græcorum) & panes azymos non comederent; quippe his uti non licebat, quouſque veſpera ingrederetur azymorum. Unde ſi pane azymo carnes agni comedendæ; veſpera in cujus nocte Phaſe celebrandum, erat veſpera prior feſti azymorum: quæ ſanè veſpera erat diei naturalis Lunæ quartædecimæ, & legalis diei quintædecimæ, qui naturaliter numerandus à nocte media. *Dies Paſchæ erat ille, in quo immolabatur agnus; de quo verè dicitur, fuiſſe quartadecima Lunæ: ſed idem ipſe dies Paſchæ erat ante diem feſtum Paſchæ; nam dies feſtus indicat illum diem in quo à ſervilibus operibus vacatur: & hoc modo dies immolationis Paſchæ non erat feſtus. Sequens autem prima dies azymorum erat propriè dies feſtus Paſchæ.* Ita Suarius ubi ſupr. ex D. Thom. de quo nos infr. n. 14.

Matth. 26. 17.

Marc. 14. 12.

Luc. 22. 7.

Exod. 12. 6.

Diſcrimen diei naturalis, & legalis.

Suar.

8 Patet præmiſsis, Chriſtum celebraſſe noviſsimam cœnam, eodem die quo Judæi Phaſe. Verùm dices; Quopacto Chriſtus ante feſtum Paſchæ manducavit Phaſe; cùm

cùm agnus non ante diem, sed in ipso die Paschatis ad vesperam esset immolandus, & eadem ipsa nocte comedendus? Dicunt aliqui DD. Christum legitimè Phase celebrasse, Judæos verò in proximum Sabbatum transtulisse; ne mors Christi esset in die festo, quo non licebat interficere quemquam, nec accusare, nec acta causæ disponere, aliaque opera quasi servilia exequi: igitur si aliquod horum interesset, immundi manerent ad esum agni. Hujusmodi cogitatio validè rejicitur à D. Thoma in cap. 18. *Joan.* siquidem Principes Judæorum non ob festum, sed ne tumultus fieret in populo, cui tanta beneficia contulerat, renuebant Christum in festo comprehendere: quinimò *Numer.* 15. 35. constat, quendam colligentem ligna in Sabbato, lapidibus à cuncto populo obrutum. Obnoxium (uti dicitur *Levit.* 24. 16.) maximè blasphemum, quod crimen objectum Christo, *Joan.* 10. 33. poterant interficere, sed non morte crucis, nisi per Præsidis Romani latam sententiam, ex quo Judæam subjugavit Pompejus Magnus; uti observarunt Euthymius, Chrysostomus Homil. 82. in *Joann.* & Rupertus hic. Quapropter Pilatus illis dixit: *Accipite eum vos, & secundùm legem vestram judicate eum*: quia per legem licebat illis blasphemum interficere; verùm cùm vellent cum infamiæ nota tollere, petierunt à Pilato, quod juberet crucifigere, sine cujus facultate nequibant, *ut sermo Jesu impleretur* (subdit Joann. cap. 18. 32.) *quem dixit, significans, qua morte esset moriturus.* Unde dum ibid. dicunt: *Nobis non licet interficere quemquam*, intelligendum est morte crucis. Adde, quòd si tunc immundi ad esum Agni, Phase quibant celebrare Lunâ sequenti, ut dicitur *Numer.* 9. 10. Aliis sententiis supersedeo, quas videsis apud Expositores.

Quomodò Christus ante festum Paschæ, & in ipso Paschate celebravit Phasē?

Judæi quibant reum interficere, non crucifigere, nisi Præsidis Rom. sententia. Joann.

9 Probabilior est sententia Ruperti hìc lib. 2. in *Exod.* in *Oseam*, lib. 3. cap. 7. lib. 4. de *Operib. Spirit. S.* cap. 8. Jansenii, Maldonati, Pauli Burgens. loc. cit. *Matth.* Salmeronis Tom. 4. Tract. 9. in *Joann.* & aliorum DD. insignium, asserentium, Christum Dom. minimè præveniisse festum Paschæ, neque Judæos (licèt postridie celebrarunt) errasse; quippequàm ille celebravit tempore præscripto à lege: Judæos verò juxta Seniorum traditionem, qui ordinaverant testamentum Dei super sacrificia. Unde postliminio è captivitate Babylonicà revertentes in patriam, Pascha transferri in proximum sequens sabbatum decreverunt; quoties quartadecima Luna Nisan in sextam Sabbati occurreret. Qua de causa Sabbatum illud dicabatur magnum, ut astruitur Joann. 19. 31. ubi: *Erat enim magnus dies ille Sabbati*: cujus solemnitas à concurrentia Phase. Decreti ergo causa fuit, ne duplici festo præpediti, mortuos sepelire, & alia necessaria exequi nequirent. Morem indigitat Joannes loc. præfat. dum asserit, Jesum cœnam celebrasse *ante diem festum Paschæ*, scilicèt Judæorum, qui quidem illo in anno non juxta præscriptum celebrarunt legis, sed juxta Seniorum traditiones. Unde die sequenti *non introierunt in prætorium* Præsidis Ethnici, *ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.* Necdum comederant, sed comesturi illa ipsà nocte vespere diei decimæquintæ posterioris, & prioris Lunæ decimæsextæ, in quam transtulerunt, quippe immediatè Sabbatum.

Judæi Phasē transferebant, modo incideret in sextam Sabbati.

10 Huc accedit illorum instantia, ut crucifixorum corpora tollerentur è lignis, *quoniam Parasceve erat*: ideſt: præparatio ad Pascha, uti ibid. dicitur cap. 19. 31. & etiam Christi corpus sepelitur in horto, qui ibi erat (*ibi*, ideſt *propè*) ubi *propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.* Nota *Parasceven Judæorum*: equidem juxta legem pridie fuerat Paraſceve; sed propter translationem Paschæ in Sabbatum proximum, dies decimusquintus Lunæ erat Judæis præparatio, seu vespera Paschæ. Roboratur auctoritate Chrysostomi ubi supr. dicentis: *Christus Pascha celebravit eo die quo antiquitùs celebrandum erat.* Liquet igitur Judæos non eodem die Pascha celebrasse, quo Christus: quandoquidem hic quartadecima Lunà; Judæi quintadecimà non sicut antiquitùs comederunt. Altè profectò dispositum, ut Christus Agnus Dei pro hominibus moreretur, eadem horà qua typicus mactabatur, respondente figurà veritati, ac veritate umbram penitùs abolente. Fulcrum sententiæ invenitur etiam in festo Pentecostes, quæ illo anno incidit in Dominicam, ut astruunt validè Expositores in *Act. Apostol.* 2. 1. Quod quidem haud facile probabitur, ni Pascha, quod juxta legem feriâ sexta, transferretur in Sabbatum: alioquin non esset 50. dies, sed plures, ut patebit calculanti: quod sanè adversatur legi Levit. 23. 15. ubi: *Numerabis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas usque ad alterum diem expletionis hebdomadæ septimæ, ideſt, quinquaginta dies.*

Parasceve an præparatio ad Pascha.

Chrysost.

Levit.

Hu-

11 Hujuſmodi ſententia valde mihi aliquando arriſit, iccircò variis rationibus ac auctoritatibus munire cogitavi: verùm re ſtudioſiùs & ſolicitiùs inſpectà, animum in illam inclinare ſine veritatis vulnere nequeo. Veritatis ſatago. Utinam conſequar! Sequor ergo D. Thom. aſſerentem 3.p.q.46.art.9. Chriſtum ſimul & Judæos eodem tempore vetus Phaſe celebraſſe. Patet perſpicuè ex dictis n.7. & clariùs Marc.14. 12. ubi dicitur: *Primo die azymorum, quando Paſcha immolabant.* Scilicèt Judæi, Lunà 14. in veſpera poſteriore, priore verò Lunæ 15. quæ erat initium azymorum: igitur ſi Chriſtus præveniret diem Phaſe, non in primo die azymorum, ſed pridiè azyma celebraret, quod error Græcorum: at Marcus aſſeverat, eodem die cœnaſſe, nimirùm primo azymorum, quo cuncti agnum immolabant. Aliter apud Principes Sacerdotum Judas proditor magiſtrum accuſaret vel de fractione legis, vel de neglectu antiquatæ traditionis, maximè cum illi non ſolùm criminibus, ſed impoſturis inhiarent.

Simul Chriſtus & Judæi vetus Phaſe celebrarunt.

12 Illud autem de translatione Phaſe in proximum Sabbatum ab Abenezra rejicitur ut ludicrum in *Levit.* 23. Patet fabulam confictam eſſe à Thalmudiſtis poſt ann. Chriſti 505. ut probat Bellarmin. lib. de *Euchariſt.* c.8. Audiatur Sebaſt. Munſterus, amplioris fidei propter fidem dubiam, ut fluat ſalus vel ex inimicis noſtris. *Hinc patet* (ait Tract. *Neòmen.* in Hebr. Kalend.) *Judæos duplicem habere Paſchæ rationem: unam legitimam, qua juxta legem Moſaicam præcipitur Paſcha celebrari quintadecima die menſis Niſan: aliam à Legiſperitis propter ineptas cauſas contra legem Dei confictas, quibus Neòmeniam, & Kalendas menſium transferunt ad unum, vel duos dies.* Vide, ſi lubet, plura & optima apud Serarium in *Joſue*, lib.4.cap.5.q.30.

Tranſlatio Paſchatisficta.

Munſter.

13 Aſtruetur ergo aſſertio ratione. De Azymis ita ſancitur Levit.2. à v.6. *Quintadecima die menſis hujus ſolemnitas azymorum Domini eſt: ſeptem diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus*, &c. Eadem *Exod.* 12. à v. 15. Si Judæi non celebrarunt primam diem azymorum ſexta ſabbati, quia feſtum in ſabbatum proximum tranſtulerunt, ſeptimus dies (qui celebrior, & ſanctior dicitur ibid. v. 8.) incidit etiam in feriam ſextam hebdomadæ ſequentis. Ergo etiam transferendum in ſabbatum proximum. Si non transferebatur, cur translatum Paſcha? Si transferebatur, non erant tantùm ſeptem dies azymorum, ſed octo; quod quidem adverſatur legi, ut patet locis cit. maximè Exod. 12.18. ubi: *Primo menſe quartadecimà die menſis ad veſperam comedetis azyma uſque ad diem vigeſimam primam ejuſdem menſis ad veſperam.* Ni ſic, principium azymorum nec erit ad veſperam Lunæ quartædecimæ; nec finis, quia etiam feſtum traslatum, niſi in vigeſima ſecunda. Dicendum igitur Chriſtum, Judæoſque ſimul Paſcha celebraſſe quinta ſabbati, quæ erat quartadecima dies Lunæ, ad veſperam ſecundam, & primam feſti azymorum, in cujus nocte Chriſtus fuit comprehenſus, & luce ſequenti petitus & ſublatus in crucem.

Quando incipiebant azyma?

Levit.

Exod.

14 Haud Chryſoſtomus refragatur ſententiæ, imò favet, invehiturque ſimul in errorem Græcorum. Hi dicunt Chriſtum præveniſſe Paſcha, & comediſſe agnum die 13. Niſan ad veſperam primam Lunæ 14. quo tempore necdum cœperant, nec juxta legem quibant, azyma: igitur horum principium erat veſpere ſequenti, ut comederetur Phaſe cum azymis & lactucis agreſtibus. Error claret Græcorum perſpicuò: quandoquidem nequibat manducare Paſcha in azymis Chriſtus Domin. quæ necdum cœperant. S. Doctor aſſerit Paſcha à Chriſto celebratum *ſicut antiquitùs*, ſcilicèt celebrabatur, non ſicut Græci dicunt, die Lunæ 13. ſed 14. veſperà poſteriore, quæ quidem erat prior diei primi azymorum, ut teſtantur Evangeliſtæ. *Sicut antiquitùs*, Chriſtus Phaſe celebravit; quoniam tam *Exod.* 12. quàm *Levit.* 23. præcipitur ſolemnitas die 14. Lunæ, ideſt, veſpere diei 15. in cujus nocte agnus cum azymis comedendus.

Chriſtus cœnam celebravit azymis.

15 Nec obſtat quod Joannes dicit: *Ante diem feſtum Paſchæ.* Diſcrimen notandum inter diem naturalem & legalem, ſeu Eccleſiaſticum, ut obſervat D. Thom. loc. cit. art.9. ad 1. Modò in Eccleſia feſta quoad officium incipiunt à veſperis primis; & tamen quod in primis veſperis fit, rectè dicitur factum ante diem feſtum; quia dies naturalis non incipit à veſpere, ſed à media nocte. Conſtat ex Scriptur. Levit. 23. 27. dicitur: *Decimo die menſis hujus ſeptimi dies expiationum::: affligetiſque animas veſtras in eo.* ibid. v. 32. *Affligetis animas veſtras die nono menſis.* Quæ ſanè antilogia enodari nequit, ni unum intelligas de die legali, & alterum de naturali die: nimirùm, die nono naturali, cujus veſpera jam dies legalis decimus, quippe à veſpera incipit dies legalis, quanvis naturalis non dicatur, ni adveniat media nox. Unde liquidò videtur, factum veſpere legali diei decimi, poſſe dici factum ante diem decimum, quippequàm feſ-

Dies quomodò diſtinguendi in Scriptura?

Levit.

festum jam cœpit, quanvis respectivè ad diem naturalem haud nominaretur nisi à media nocte.

16 Sæpe in Bibliis *In* accipitur pro *Ad*, vel *Inter*. Psalm. 84. 9. *Audiam quid loquatur in* (ad) *me*::. *& in* (ad) *eos, qui convertuntur ad cor.* Proverb. 23. 3. *Statue cultrum in gutture tuo*: ideſt, ad guttur. Isai. 6. 5. *In medio populi polluta*, &c. Hoc est *Inter*. Psalm. 98. 6. *Moyses & Aáron in sacerdotibus ejus*: nempe inter sacerdotes ejus, ut illicò subditur: *& Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus.* Quare sensus antilogici testimonii erit: Affligetis animas vestras ad diem decimum, vel inter nonum & decimum: nonum scilicèt naturalem, & decimum legalem, qui à vespera quoad solemnitatem incipit. Unde illicò subditur: *A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.* Quod profectò fieri nequiret, ni vespera diei decimi solemnis incideret in diem nonum naturalem. Eâdem ratione cœna à Christo celebrata fuit quinta sabbati: quippequàm licèt noctu, non fuit post duodecimam noctis horam, à qua incipiebat naturaliter sexta sabbati, seu primus dies naturalis azymorum, qui utique legaliter cœperat à vespera. Ita alia exposita & enucleata nudabitur antilogia, qua simul totum nostrum astruetur propositum, vel à cœco videndum. Exod. 12. 18. dicitur: *Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma.* Verùm Levit. 23. 6. astruitur: *Quintadecima die mensis hujus solemnitas azymorum Domini est.* Nequit esse quarta, & quintadecima dies mensis, ni astruatur differentia inter diem naturalem & legalem. Utrumque igitur testimonium verum est: equidem quartadecima dies naturalis ad vesperam, quo agnus mactabatur, erat quintadecima dies legalis azymorum, cujus à vespera solemnitas incipiebat. His igitur elucet, cœnam Dominicam celebratam in die Paschatis, & ante diem festum Paschæ. Ordo etiam exprimitur Num. 33. 3. ubi dicitur: *Profecti igitur de Rameſſe mense primo, quintadecima die mensis primi, altera die Phase, filii Israël*, &c.

In pro Ad

Dies naturalis & legalis.

Numer. 33. 3.

17 Priusquàm ad alia obiecta deflectatur calamus, obiter intelliges, quo pacto Christus Assertor N. fuit in corde terræ *tribus diebus & tribus noctibus*, ut dicitur Matth. 12. 40. Nox ergo tota seu totaliter non est accipienda pro diebus, scilicèt, quatenus nox sequitur diem, & dies noctem; sed quatenus dies naturalis incipit à media nocte usque in mediam noctem: ita ut dies artificialis, qui est ab ortu usque in Solis occasum, sit inter duplicem noctem mediam, quarum prima incipiat à duodecima hora usque ad ortum Solis, vel Auroræ; altera verò ab occasu Solis usque in duodecimam consumatam noctis horam. Unde synedochicè verificantur tres dies, & totidem noctes. *Nihil* (ait Leo Pap. serm. 1. de *Resur.*) *de dierum numero deperdisse, & dum ad integrum secundum diem pars primi novissima, & pars tertii prima concurrit. Primus dies* (inquit N. Anselm. in c. 12. *Matt.*) *à parte extrema annumerandus est: dies verò tertius à parte prima, & ipse totus. Medius autem inter eos, ideſt, secundus dies absolutè totus ex vigintiquatuor horis, scilicèt, duodecim diurnis, & duodecim nocturnis compositus. Sextæ quidem feriæ diei partem, qua sepultus est cum parte noctis, pro nocte & die accipiens, hoc est, pro toto die. Sabbatum cum nocte & die. Noctem Dominicam cum eadem die illucescente pro toto similiter die accipiens. Ita habes triduum & tres noctes.* Ita Pariter Isidor. Pelusiota *Epist.* 144. & 212. Baron. *Ann. Christ.* 34. Franc. Lucas in 26. *Matth.* ac denique Suar. in 3. part. *D. Thom.* q. 53. art. 2. disp. 46. sect. 3. Nec hu usmodi calculo dicas, quotuor fuisse noctes, mediam priorem Sabbati, & mediam posteriorem: quia non Sabbati est à duodecima hora noctis Veneris usque ad duodecimam noctis Sabbati, quibus horis confitur naturalis dies. Aliàs Sabbatum non fuisset integrum, constans ex 24. horis, duodecim diurnis, & duodecim nocturnis.

Dies artificialis est inter duplicem noctem.

Leo Pap.

Anselm.

18 Modò respondendum ad illud Joannis: *Non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducaret Pascha*: quibus verbis videtur, Judæos necdum manducasse. Sciendum variè in Scriptura sumi hoc nomen *Pascha*. Indifferenter nominatur à Marco cap. 14. 1. dicente: *Erat autem Pascha & azyma post biduum.* Propriè pro immolatione agni, Deuter. 16. 2. Marc. 14. 12. & Luc. 22. 7. *Dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha*: ideſt, agnus. Pro diebus azymis ibid. v. 1. *Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur Pascha.* Joann. 13. 1. *Ante diem festum Paschæ*: ideſt, azymorum. Ecce alia expositio & congrua huiccine objectæ auctoritati. Unde N. Vener. Bed. loc. cit. *Marc.* & Homil. in Fer. 3. *Dom. Palmar.* subdit: *Quanvis Pascha significet propriè solum diem immolationis agni, translatum tamen ad significandum dies azymorum.* Ampliùs claret Act. 13. 3. ubi notantur dies azymorum, quibus com-

Pascha pro agno paschali.

Bed.

Pro azymis

prehenſus eſt Petrus, & quòd poſt Paſcha Herodes conabatur producere populo in mortem. Unde patet, ſeptem dies azymorum Paſcha dici. Alioquin quomodò producturus Petrum poſt Paſcha, ſi Paſcha (ideſt, agni immolatio) jam peractum? Eàdem acceptione Joan. 18. 39. dicitur: *Eſt autem conſuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Paſcha*: ideſt, tempore paſchali, vel diebus azymorum, quia Paſcha jam celebrata: imò dum hæc agebantur, erat azymorum primus dies, qui quidem à Matth. 27. 15. & à Luc. 23. 17. dicitur *Dies feſtus*: & uti vidimus *num.* 5. Paſcha (ideſt, immolatio agni) non erat dies feſtus, nec ſolemnis, niſi à veſpera ſecunda, quæ prima feſti azymorum.

Joann. 18. 39.

19 Obſervavit vocem Scripturæ vigil inveſtigator Doctiſs. Sanctius in 4. Reg. 18. num. 17. *Immolato Phaſe* (inquit) *decimaquartà Lunà, immolatæ deinde ſunt plures aliæ victimæ, quæ à nobiliſsima victima, agno nempè Paſchali, ac typico, Phaſe quoque dicuntur: ſeptem azymorum diebus magno mactabantur numero.* Idem aſtruunt tam Rabb. Moyſes lib. 3. *Directorii*, quàm Joſephus lib. 16. *Antiq.* cap. 11. Quo proclivè intelligitur illud 4. Reg. 23. 22. de Phaſe tempore Joſiæ. *Neque enim* (dicitur) *factum eſt Phaſe tale à diebus Judicum, qui judicaverunt Iſraël*, &c. Phaſe hìc non intelligendum de immolatione agni Paſchalis, agnorumvè numero, ſed aliis atque aliis victimis, quæ immolari ſolebant ſeptem diebus azymorum: aliàs, quo pacto in diebus Joſiæ poterat numerus agnorum excedere, quando illotunc jam decem tribus apud Aſſyrios exulabant, & binæ reliquæ crebris bellis imminutæ quaſi reliquiæ jacebant?

Sanct. *Pro aliis victimis Paſchalibus.* Joſeph.

20 Conſtat etiam acceptio Paſchatis pro victimis in diebus azymis ex 2. Paralip. 35. 7. *Dedit prætereà Joſias omni populo, qui ibi fuerat inventus in ſolemnitate Phaſe, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia.* Pende, *In ſolemnitate Phaſe*: minimè pro Phaſe, ſiquidem tantùm immolari poterant agni, vel hœdi, uti præſcribitur *Exod.* 12. 15. ſed pro victimis, quæ offerebantur diebus azymis: aliàs offerre quirent boves, quod lege prohibitum: tuncque ut ibi dicitur à v. 8. *Principes domus Domini dederunt ſacerdotibus ad faciendum Phaſe pecora commiſtim duo millia ſexcenta, & boves trecentos*:. *Principes Levitarum ad celebrandum Phaſe, quinque millia pecorum, & boves quingentos*: ideſt, agnos ad Phaſe, reliqua in victimas paſchales. *Aſſarunt* (ſubditur v. 13.) *Phaſe*, hoc eſt, agnos, vel hœdos, *ſuper ignem, juxta quod in lege ſcriptum eſt: pacificas verò hoſtias coxerunt in lebetibus, & cacabis & ollis.* Patet igitur boves offerri in hoſtias pacificas, agnos autem tantùm eſſe in victimam Paſchatis.

2. Paralip. 35. 7.

Pro hoſtiis pacificis.

21 Lucem Sole clariorem accipit modò illuſtris Antilogia, quæ invenitur Deuter. 16. 2. *Immolabis* (præſcribitur) *Phaſe Domino Deo tuo de ovibus, & de bobus.* Haud-quaquàm quia vitulus immolandus à familia magna, ut nugantur Hebræi, quaſi victima Phaſe eſſet ad cœnam uſualem, ſive ad ſatietatem, ſed quia boves quibant immolari, uti diximus, tota ſolemnitate azymorum. In illa cœna duntaxàt agnus, vel hœdus apponi licitè poterat. Non agnus & hœdus, ſed agnus vel hœdus. Non agnus ab unaquaque familia, & hœdus à multitudine univerſa, uti conantur aliqui capitonum, in quos acriter inſurgit Abulenſis & Lyr. loco cit. *Exod.* Neque agnus die 14. & hœdus 15. quod excogitarunt Rabbini, ſed agnus, vel hœdus in Phaſe tantùm. Vel hœdus ſi non eſſet agnus conditionibus præſcriptis, nimirùm ſi non eſſet immaculatus, maſculus, & anniculus. Oves ergo & boves dicuntur Phaſe, quia erant in paſchales victimas. Unde illud Joann. *Non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha*: idem eſt, ac ut manducarent de victimis paſchalibus, quæ etiam dicebantur Paſcha, & per ſeptem continuos azymorum dies offerebantur. *Hoc feſtum* (ait Joſephus lib. 3. Antiq. cap. 10.) *priori continenter ſuccedit, duratque dies ſeptem, per quos panibus non fermentatis veſcuntur, & per ſingulos dies tauri jugulantur duo, aries unus, agni ſeptem.* Totum deſumptum ex *Numer.* 28. 19.

Deuter.

Non licebat vitulum immolari in Phaſe pro agno.

Agnus tantum aut hœdus licita victima Phaſe.

Paſcha pro ſacrificiis Paſchalibus. Joſeph.

22 Ex Paſchatis acceptione pro azymis, ut vidimus, exponitur Joannis auctoritas. *Panis azymi* (ait D. Thom. ubi ſupr. *q.* 46. *art.* 9. ad 1.) *quos oportebat comedi à mundis.* Habebantur ſancti & legales, ut conſtat *Levit.* 6. 16. 17-22. à v. 3. *Numer.* 18. 11. 13. ubi immundi arcentur ab azymis, ſicut à panibus Propoſitionis. Quod obſervat Philo lib. de *Vit. contempl.* vocans *panes ſacros*, in quorum indicium totum illud tempus ad Hebræis dicebatur *Paſchatiſmus*, quoniam ab eſu victimæ agni Paſchalis incipiebant azyma, in ſignum puritatis vitæ, ac ſanctitatis morum ſine corruptione fermenti peccati; qua quidem metaphorà uſus eſt Paulus, ut in novitate vitæ ambularent diſcipuli. Unde 1. Corint. 5. 8. illos alloquitur, *Sicut eſtis azymi*: ideſt, ſancti,

D. Thom. *Azymi panes ſancti.* Phil.

ac

ac puri. *Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Vide plura apud Serarium lib. 4. in *Josue* q. 34. quæstiunc. 7. Panes ergo sancti nequibant licitè comedi à contaminatis & ingressum in prætorium Principes Judæorum censebant impuritatem & contaminationem. Quapropter, dum dicitur *Pascha*, haud propriè accipiendum pro victima igni pridiè celebrata & esta, sed de Paschatismo, toto scilicèt tempore azymorum, ne contaminarentur. Quod inserit Serarius ubi supr. nimirùm de victimis signatis toto tempore paschali, vitulis, arietibus, agnis, & hircis, improbabile arbitror: siquidem cuncta in holocaustum offerebantur, & ex holocaustis nil remanebat usui sacerdotum: præterquamquòd haud credibile, omnes nolentes introire prætorium, ut non contaminarentur, fuisse sacerdotes. 1. Corint. 5. 8.

23 Aliter etiam cogitabo. Sciendum est, Judæos pridie Sabbati primi (quod proximum Paschæ, quoque die incideret immolatio agni, de quo à num. 25.) celebrare noctem cœnà opiparà, lautà, valdè nitida; quam *Cœnam puram* dicebant. Non *puram*, quia frugalis, ut intendit impensè Baronius *Ann. Christ.* 34. à num. 154. imo quia regia & delicata. Pridrie Expiationis rigidè jejunabant: pridie Sabbati primo primi, quia paschale & gaudibundum, instituerunt Cœnam puram. *Puram*, quia azymis utebantur: *Cœnam*, quoniam nocte illa ob memoriam libertatis à tyrannide Pharaönis, indulgebant genio. Hanc cœnam fas erat comedere, modò puri; nefas, si impuri. Unde, ut possent à cœna non arceri causa contaminationis, noluerunt ingredi in Prætorium. Astruitur ex Tertullian. lib. 5. *Cont. Marcion.* cap. 4. dicente: *Observatis cœnas puras, & jejunia & dies magnos.* Claret cœnas puras opponi jejuniis, quæ apud illos ita austera, & arida, ut dixerit Augustus apud Sueton. cap. 76. *Nec Judæus quidem tam diligenter Sabbatis jejunium servat, quàm ego hodie.* Et Martial. *lib.* 4. *Epigr.* 4.

Quænam apud Hebræos Cœna pura?

Jejunia Judæorum austera. Sueton. Martial.

Quod jejunia Sabbatariorum.

Constat etiam ex Augustino *Tract.* 120. *Joann.* ubi exponens: *Ibi ergo propter Parasceven Judæorum* &c. subdit: *Acceleratam vult* (Evangelista) *intelligi sepulturam, ne advesperasceret, quando jam propter parasceven, quam cœnam puram Judæi vocant, facere aliquid tale non licebat.* Cùm ergo Christus sepeliretur vespere sabbati, in cujus nocte Judæi celebraturi erant cœnam puram, ne contaminarentur, noluerunt in præsidis atrium introire: & qui sepelierunt Jesum, ne advesperasceret, acceleraverunt sepulturam, & juxta posuerunt corpus: igitur ibi erat monumentum. *Parasceve* (inquit Irenæus lib. 5. cont. *Hæres.* cap. 23.) *quæ dicitur Cœna pura*: Hoc est, Cœna magna lautitiis referta, qua missus sapidioris palati, sicut apud Ethnicos *Cœnæ Deorum, Cœlestes, Rectæ, Terrestres*, &c. *Cynicæ* de quibus hìc *Tautolog.* 13. à num. 29.

Augustin. *Pascha pro Cœna pura.*

24 Serarius ubi supr. *quæst.* 24. addit, Rabbinos multa instituisse in hujusmodi cœnam. Primum, ut quilibet vini calices ad minimum bibent quatuor: sic enim præceptorum liber magnus ait: *Omnis homo, sive viri sint, sive fœminæ, tenentur hac nocte quatuor vini pocula bibere, neque de his quicquam detrahere.* Secundum, ut vinum sit rubrum; unde illud: *Cœnantium & discumbentium quisque vir, vel fœmina suum habeat poculum, in quod infunditur vinum rubrum cuivis.* Tertium, ut singulis quatuor calicibus certæ præces jungantur. Unde ibid. subditur: *& quartus dicitur Cos hillel*: idest, calix hymni, sive laudis. Quis non achriogelus? Faceissant ergo. Verùm mihi videor videre in hujusmodi ritibus aliquid superstitionum, quas Hebræi commisti inter gentes citò didicerunt. Apud Ethnicos moris fuit tot cyathos bibere, quot literæ proprii nominis, amici, principis, & idoli, in cujus obsequium convivium parabatur, ut canit Martial. *lib.* 1. *Epigr.* 72. & *lib.* 8. *Epigr.* 51. de quo egimus *Tom.* præced. *Tautol.* 3. num. 6. Apud Rom. Idibus Martii, uti dicemus in *Ephemer.* in honorem Annæ Perennæ dies genialis celebrabatur, quo debacchantes annos poculis coæquabant. Quid nos, si ridet Naso, lib. 3. *Fast.* à v. 501.

Ritus bibendi in hac cine cœna.

Apud Ethnicos mos bibendi in conviviis.

Plebs venit & virides passim disiecta per herbas
Potat & accumbit cum pare quisque sua.
Sole tamen vinoque calent, annosque precantur
Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.
Invenies illic qui Nestoris ebibat annos
Quæ sit per calices facta Sibylla suos.
Cùm redeunt titubant, & sunt spectacula vulgi,
Et fortunatos obvia turba vocat.

Ovid.

Haud dissimiles videntur Hæbræi in calicibus Cœnę puræ: quo intelliges illud Isaię 65. 11. *Ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam.* Rabbini aliqui: *& numeratis super eam*, quasi è poculis divinare possent annos, quos ebrii numerabant à poculis. Ideo illustri parode, sed allusione in pœnam hujus superstitionis subdit Dominus v. 12. *Numerabo vos in gladio.* Satis ergo.

Isai.

Quæ mensa fortunæ?

25 Alius Achilles restat, scilicèt, quid sit Paraseeve, de qua Joannes, ut vidimus, loquitur. Aliqui fatigantur, æstuant, sudant, fatiscunt, sed frustrà in re meo judicio perspicuà. Eandem vocem profert & exponit Marcus. *Paraseeve quod est ante sabbatum*: dicit cap. 15. 42. idest, vespera, sabbati, seu feria sexta, vel sexta sabbati, ut constat ex Augustin. & Irenæo, cit. num. 23. & ex Josepho lib. 16. *Antiq.* cap. 10. *Pridie ante sabbatum* (ait) *post horam nonam in Paraseeve.* Hæc vox significat propriè præparationem. *Est ergo Paraseeve Paschæ feria sexta incidens in tempus paschale nempe in die azymorum*: ait Sanctius in 12. *Act.* num. 24. Hinc Joannes non dicit: *Paraseeve ad Pascha*, sed *Paschæ*: idest, sexta sabbati, quæ dicitur Paraseeve. Similiter v. 31. & 42. per *Paraseeven Judæorum* non est intelligendum quasi præparatio ad Pascha, vel quasi vespera Paschatis; sed propriè præparatio, seu vespera Sabbati primi & magni, seu primoprimi, quo sensu sabbatum sequens post azyma dicitur à Luca 6. 1. *Sabbatum secundoprimum.* Vide num. 37.

Augustin.

26 Rationis etiam est fulcrum. In Sabbato, neque accendere ignem ad cibos concinnandos Judæis licebat, uti præscribitur, *Exod.* 35. 3. Necessaria utique ad sabbatum parabantur sexta sabbati, quæ dicebatur Paraseeve. Unde constat ly *Paraseeve* non signare vesperam Paschæ, sed Sabbati: igitur in Sabbato nec ignem accendere licitè quibant, & sine crimine poterant etiam in diebus solemnioribus Paschatis, ut dicitur Exod. 12. 16. *Dies prima erit sancta, atque solemnis, & dies septima eadem festivitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent.* Si ergo præparabant quę necessaria ad victum; non quia Paschatis; sed quia Sabbati erat eis Paraseeve, ut omninò sabbato vacare possent, uti præceptum erat. Hoc intuitu Christus de cruce depositus illicò, ac in horto proximo sepultus propter Paraseeven: etenim si alibi sepeliretur, protraheretur tempus, & veniret Sabbatum. Ibi ergo, ut citò sepeliretur, posuerunt Jesum, qui, ut inquit Lucas 23. 54. *Dies erat Paraseeve, & sabbatum illucescebat*: idest, nox in sabbatum; quippe in crepusculo festivitas sabbati incipiebat, tuncque nec mortuis sepeliendis, nec aliis rebus servilibus vacare, juxta legem licitum erat. *Mulieres*, prędentes funeri, subdit Lucas, *viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus ejus, & revertentes paraverunt aromata, & unguenta: & sabbato quidem siluerunt secundùm mandatum.*

Feria sexta cujuslibet hebdomadæ dicebatur Paraseeve.

Exod.

Luc. 23.

Ibid.

27 Quæstio de Pentecoste breviter enodanda. Aliqui D. D. arbitrantur, Pentecosten Christianam incidisse in vesperam posteriorem Pentecostes Hebræorum, ne simul Christiana & Judaica concurrerent. Ludicrum offendiculum. Quid inde? Pascha & Eucharistia eâdem nocte celebrata à Christo: figura & veritas osculatæ sunt. Quid non pulchrum ex hoccine concursu? Lucas, dum signat dies in Pentecostes completos, de Pentecoste Judæorum loquitur, qua Spiritus Sanctus, quinquagesimo die à resurrectione Christi igneis linguis in discipulos de cœlo descendit, ordine profectò mirabili; quippe olim in Sina quinquagesimo die ab exitu Israël de Ægypto, lex data Judęis. Neque ex hoc arguitur, plusquam 50. dies interfuisse usque in Judæorum Pentecosten: quia tunc necesse erat incidere in primam sabbati, qua Spiritus Sanctus descendit, perfecto dierum quinquaginta numero à Christi resurrectione: quod videtur sequi, triduò ante Christi resurrectionem celebrato à Judęis Paschate. Non fingatur hostis, dum studium veritatis. Ecce regula. *Numerabis* (dicitur Levit. 23. 15.) *ab altero die sabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum septem hebdomadas plenas usque ad alterum diem expletionis hebdomadæ septimæ: idest, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium novum Domino.* Si ab altero die sabbati numerandi sunt dies quinquaginta in Pentecosten, ergo à Dominico, seu à prima sabbati. Si à resurrectione Domini discursi 50. dies, totidem erunt ab altero die sabbati, à quo numeranda Judæorum Pentecostes: equidem si eodem die utriusque exordium; & in eodem die utriusque præscribenda meta. Sufficiant dicta pro quæstione Phaschatis incidente, ut constet dilutis objectis, Christum simul & Judæos celebrasse Pascha. Modò instituto principali Tautologiæ.

Adventus Spiritus Sancti fuit in Pentecoste Judęorum.

Levit.

Dies in Pentecosten quo ordine numerandi?

28 *Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni.* Aliqua sanè in expositionem præmittenda. Menses juxta Censorium & Macrob. uti dicemus in

Exod. 12. 2.

Ephe-

Ephemer. dicuntur *Civiles*, vel forenſes; *Naturales*, ſeu cœleſtes. Civiles dicuntur, quos quæque civitas, genſve ex publico inſtituto obſervat, uti Romani à Kalendis, Hebræi & Arabes à novilunio, ſeu Neömonia, Græci à Solis ingreſſu in ſingula ſigna. *Naturales* ſubdividuntur in Lunares & Solares. Solares, præut comprehendunt ſpatium, quo Sol percurrit ſigna Zodiaci, cujus curſus peragitur ſpatio 365. dierum & ferè 6. hor. *Ferè* dixi, quippe aliqua reſtant ad complementum minuta, adi locum cit. Lunares menſes dicuntur ſpatia temporis ab uno in aliud novilunium; ſeu à ſynodo, congreſſuve Solis ſequentem ſynodum uſque: fitque curſus ſpatio 19. dier. & 12. hor. Hinc alternis vicibus modò 29. modò 30. dieb. menſem Lunarem ſignamus. Epacta verò reſultat ex analectis, ſeu diebus, quibus Solaris annus Lunarem ſuperat, putà undecim. Juxta hujuſmodi acceptiones dividendus etiam annus.

Acceptiones menſium.

Naturales & Solares.

29 Solaris annus eſt curſus Solis, totum luſtrantis Zodiacum: Lunaris vero curſus Lunæ duodecies cum Sole congredientis. Vid. Philip. Brietium p. 1. *Elementor. Chronolog.* num. 4. & 9. Aliquando annus Solaris dicitur Tropicus, ab uno ex quatuor cardinibus, annuis nimirùm Solſtitiis, & Æquinoctiis, de quo Brietius ubi dudùm n. 3. & 6. Deſignatio hujuſmodi originem duxit à mutationibus, quas his temporibus experimur continuas: nempè Solſtitiis brumali & æſtivo, vehementia frigoris & caloris; Æquinoctiis verno & autumnali commotione humorum, ſanguinis ſcilicèt prævalentis, & melancholiæ gravantis. Ex his ſtationibus tempora dicuntur *Ver*, *Æſtas*, *Autumnus*, & *Hyems*. Deſcribit in propoſitum Boetius de *Conſolat. Philoſoph.* lib. 4. Metr. 6. à v. 19.

Annus Solaris, & Lunaris.

Tropicus etiam.

Quatuor anni tempora.

Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis,
Jungantur fide frigora flammis:
Pendulus ignis ſurgat in altum,
Terræque graves pondere ſidant:
Iiſdem cauſis Vere tepenti
Spirat florifer annus odores,
Æſtas Cererem fervida ſiccat,
Remeat pomis gravis Autumnus,
Hyemem defluus irrigat imber.
Hæc temperies alit, & profert
Quicquid vitam ſpirat in orbe.
Eadem rapiens condit & aufert
Obitu mergens ora ſupremo.

Boet.

Ob hujuſmodi tempora diſcrimine ſtationum Solis, quatuor colores, praſinus ſeu viridis, roſeus, Venetus ſeu cœruleus, & denique albus in ludis Circenſibus aurigarum factionibus concedebantur. Viridis Veri, Roſeus Æſtati, Cœruleus Autumno, Albus Hyemi demùm dicabatur. Vid. Sueton. in *Domitian.* cap. 7. & Ovid. lib. 15. *Metam.* fab. 3. ætati hominis tempora luculenter aptantem.

30 Ex his patet, quàm ludicrum, aſſerere annos olim fuiſſe ſex menſium, ut refert Auguſtin. lib. 15. Civ. Dei, cap. 12. Plinius *lib. 7. cap.* 48. ait: *Omnia inſcitia temporum acciderunt. Annum enim alii æſtate unum determinabant, alterum hyeme: alii quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuere; quidam Lunæ ſenio, ut Ægyptii: itaque apud eos aliqui & ſingula millia annorum vixiſſe produntur.* Idem Plutarch. in *Numa*, & Solin. in *Polyhiſt.* cap. 2. Unde aliqui in Bibliis, ſicut Plinius de Auctoribus Ethnicis cogitat, exiſtimarunt, tot centena annorum in hominibus primi ævi, ſolummodò fuiſſe ſex & triginta dierum, menſeſque conſtare trium dierum intervallo, præut Luna quodlibet ſignum luſtrabat Zodiaci, quaſi Luna poſsit habere curſum 36. dierum. Hujuſmodi cogitatio refutatur ab Auguſt. ubi ſupr. & claret leviſſima reflexione. Geneſ. 7. 11. dicitur: *Menſe ſecundo ſeptimodecimo die menſis rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ* &c. & cap. 8. 4. *Requievit arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis.* Ergo jam menſis ad minus conſtabat 27. dieb. Deinde, ſi ita menſium ſupputatio, Mathuſalam, qui plus quàm alii patres ante diluvium vixit; non attigit 97. ann. igitur ex nongentis ſexaginta novem, juxta hujuſmodi calculum, non reſultant niſi 96. anni cum dimidio. De Henoch ſancto dicitur, *Geneſ.* 5. 21. genuiſſe filium; cùm eſſet ſexagintaquinque annorum: qui quidem ſi ſinguli eſſent 36. dier. anno

Varietas annorum apud Priſcos. Plin.

Geneſ. 7. 11.

Cap. 8. 4.

Gen. 5. 21.

ſex-

ſexto ætatis jam erat pater. Illuſtre ratiocinium! Volet ad corvos. De Abraham qui ætate floruit ſecundà, aſſeritur *Geneſ.*25.7.8. mortuum in ſenectute bona, provecta ætate, plenumque dierum, cùm ageret annum 175.qui quidem præfato calculo reſpondet noſtrùm decimoſeptimo cum dimidio.O longa ſenectus!Conſummatus in brevi explevit tempora multa.Ita etiam videbis nec Moyſen duodecimum,nec Davidem expleviſſe ſeptimum ætatis annum,vel ſi ſenes dicantur exceſiſſe. O quanta mira fecerunt in infantia! Erubeſcant igitur nugaces deliri.

Eccli.

31 Alii rati ſunt menſes Hebræorum fuiſſe ſolares, ac de anno ſacro aſtruit Torniellus ann.2544.num.9. Verùm inconcuſſum,fuiſſe lunares. *Luna* (dicitur Eccli. 43. 6.) *in omnibus in tempore ſuo oſtenſio temporis, & ſignum ævi*: hoc eſt, Luna in omnibus gentibus, vel in omnibus mutationibus ſuis eſt *oſtenſio temporis*, & *ſignum ævi*, nimirùm menſium, quoniam ab ortu Lunæ incipiunt. Vel *in tempore ſuo*, nempè ſpatio 12.horar. ſupra 29. dies, ſignum eſt temporis ſerenitatis, pluviæ, ventorum &c. Unde illud: *Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba ſerenat*.Hinc novilunium dicitur Kalendæ *Numer*.10. 11.-1.*Reg*.20.5. & aliis in loc.expreſsèque *Numer*.28.11. ubi Biblia Antiq.legit. *In Kalendis*: *ideſt, in menſium exordiis*: ſcilicet Neòmenia, Luna itaque novà,quippe in novilunio fiebat ſacrificium ibi præſcriptum, & ab illa hora, ſeu horæ momento incipiebat menſis, cujus primus dies Kalendæ, uti obſervat Sanctius in 1.*Reg*.20.num.4.Kalendæ dictæ ſunt à verbo Græco *Kaleo*:ideſt, voco;quia in Kalendis plebs vocabatur,ut ſciret, quid eo in menſe agendum.Quod de Ethnicis etiam profert Anton.Conſtantius in illud Ovid.*Præf.in Faſt*.

Menſes Hebræorũ Lunares.

Quid apud illos & Kalendæ?

Ovid.

Vendicat Auſonias Junonis cura Kalendas,

Junoni: ideſt, Lunæ Menſes dicabantur,ut aſſerit Plutarch.*in qq. Centur. Rom.* Quapropter eſtò novilunium eſſet prima dies menſis,non ſemper incidebat in eandem horam,ſed in duodecimam ſequentem,quia Luna,ut ſæpe diximus,29.diebus & 12. plus horis conſtat.

32 Anni profectò Hebræorum fuere Lunares, & ex duodecim Lunaribus menſibus(clariùs exponemus num.34.)qui quidem conficiunt dies 354.à Neòmenia inNeòmeniam:hinc Eccli.ubi dudùm,Luna dicitur *ſignum diei feſti*.& Exod.12.6. *Quartamdecimam diem menſis hujus*: ideſt, Lunam, ut aſſirmat Genebr. in *Kal. Hebr.* Ideo hic menſis Niſan(Martius)&Tizri(September)non reſpondebant noſtris;ſed partem Martii, partem Aprilis Luna Martii: partem Septembris, partem Octobris Luna Septembris continebat. Intercalabantur ergo undecim dies, ut curſus Lunæ æquaretur curſui Solis. Qua de cauſa anno intercalationis, Februarius qui noſter, & duodecimus apud Hebr. vel poſt capt. Babylonicam, *Adar*, dicebatur Veadar: hoc eſt, ſecundus Adar, vel Adar repetitus.

Anni illorũ 12.mẽſibus conſtabant lunaribus.

Dies in Scrip.de Luna intelligendus.

33 Varios intercalandi modos omitto, ne expoſitio literæ creſcat: vide apud Serar. in *Joſue*, lib.4. q. 28. Bonfrer. Leonard. Marium in *Exod.* 12. Bed. *De ration. tempor*.cap.43. Abulenſ. in *Levit*.23.q.19.Riber.lib.4.de *Templ*.cap.2.Alap. in *Geneſ.* 5.*Exod*.12.*Levit*.23. Torniell.*Ann*.1544.num.9.Genebr.lib.2.*Chronolog*. & Carolum Sigon.de *Reg.Hebr*. lib. 1. cap.1.& 3. Quæ in his omnibus probabiliora, licèt cuncta haud careant obicibus, ſunt, emboliſmum ita fieri, ut primus menſis Niſan inchoàretur à Neòmenia,cujus quartadecima Luna incideret in æquinoctium vernum, vel ſequeretur,juxta illud Deuter.16.1.*Obſerva menſem novarum frugum,& verni primum temporis,& facies Phaſe Domino Deo tuo*. Signat Joſephus ubi ſup.lib.3.cap.10.*Menſe Xantico* (ait) *qui nobis Niſan vocatur, & annum exorditum, Luna quartadecima, Sole Arietem obtinente, quandoquidem hoc menſe ab Ægyptiaca ſervitute liberati ſumus, ſacrificium, quod tunc exeuntes feciſſe diximus,Paſcha nominarunt*.Eadem invenies apud Euſeb.in *Hiſtor.Eccleſ*. lib.7.cap.29. Nota meditanter: *Sole arietem obtinente*:quippequàm Sanctes Pagin. loc. cit.Deuter.& in Exod.13.4.perperàm legit: *In menſe Julio*, quem ſecutus eſt Gerard. Mercator,aſtruens in *Chronolog*.mundum conditum eodem in menſe.

Quomodò intercalatio dierum ad curſum Solis.

Deuter.

Joſeph.

Quando celebrabatur Paſcha.

34 Aliquibus haud infimæ notæ DD.viſum,menſes Hebræor. eſtò Lunares, non fuiſſe 12. quoniam aliquorum non fit mentio in Script. Signabo loca, ut videant, & reſipiſcant.*Primus*,qui & Niſan, ſignatur tot locis à nobis in præſentiarùm expreſsis. *Secundus*, Geneſ.7.11.Numer.1.18-9.11-10.11-1. Paral.27.4.*Tertius*, Exod. 19. 1. & 1.Paral.27.5.*Quartus*,ibid.v.7.*Quintus*,ibid.v.8.& Numer.33.38.*Sextus*, 1. Paral. 27. 9.*Septimus*, ibid. v.10. Geneſ. 8.4. & 3.Reg. 8.2. *Octavus*, 3. Reg. 6. 38-12. 32. 33-

Duodecim menſes anni Hebr.

1.Pa-

1. Paral.27.11. *Nonus*, ibid.v.12-2.Esdr.1.1.Zachar.7.1-1.Machab.1. 57-4. 52. *Decimus*, Genes.8.5.Esth.2.16-1.Paral.27.13.*Undecimus*,ibid.v.14.Deuter.1. 3.Zachar.1. 7.*Duodecimus*,1.Paral.27.15. Esth.3. 13-8. 12-9. 1-13. 6. Ecce perspicuum. Attamen nota,aliquando in Bibliis inveniri menses & nomine proprio Chaldaico,& ordine numerali.v.g. *mensis duodecimus,qui dicitur Adar*: *mensis nonus Caseu* &c.quoniam ante captiv. Babylonicam nomina propria menses non habuere:hocque exprimitur in ampliorem manifestationem,ut nota fiat res,de qua sermo diversis populis & linguis.De hujusmodi schemate egimus latè *Tom.2.Tautolog.3.* à num. 19.*Tautolog.* 8. num. 24. Prado in 1. *Ezech.* placuit,olim Hebræos habuisse menses propriis nominibus insignitos: hoc est ante Babylon.captivitatem.Patet 3.Reg. 6. 2. ubi mensis secundus vocatur *Zio* : octavus , *Bul.* ibid. v. 38. septimus , *Ethanim* , cap. 8. 2. & tempore Moysis Exod. 13. 4. pro *Egrediemini hodie* , *mense novarum frugum* : legit Hebr. *Mense Abib.* Verùm ex quo Deus præcepit Nisan esse primum in mensibus anni,reliqui ab illo dicti sunt *Secundus, Tertius*, &c. posteàque conversatione inter gentes , sub quibus Hebræi fuere , menses modò ritu patrio, modò Chaldaico,multoties utroque modo signabant.

Ante captivit. Babyl. habuerunt nomina propria.

3. Reg. 6. 2.

35 Apud Romanos ex tempore Numæ anni exordium à Kalendis Januarii : quapropter Ovid.lib.1.*Fast.*v.3.& Martial.lib.8.*Epigr.*2. Janum vocant bifrontem,& annorum,ac fastorum genitorem.Sub Romulo annus duntaxàt 10.mensium:Numa addidit binos alios,quos appellavit *Janum*,& *Februum*: post dicti sunt *Januarius* ac *Februarius*. Vide Ovid. ibid. in *Præf.*v.27.& Constant.ibid. Olim exordium anni à Martio, qui mos apud Francos inolevit usque in tempora Caroli Noni,qui ann. Christ. 1564. edicto publico cavit, ne deinceps à Paschate, sicut illudusque factum, sed à Kalendis Januarii computaretur annus.Vid.Briet.ubi supr.q.33.Patet apud Romanos Martium esse primum ex ordine numerandi reliquos:etenim Quintilis & Sextilis dicebantur Julius & Augustus. Signat Ovid. quò supr. v. 19. dicens. *Martis erat primus mensis.* & Tibull. *lib.*3. *Eleg.*1.à v. 1.

Annus olim apud Rom. 10. mens. Martial.

Et à Martio incipiebat.

Martis Romani festæ venere Kalendæ:
Exoriens nostris hic fuit annus avis.

Ovid.

36 Tandem tandem in propositum devenimus. Cur , inquires , Martius dicitur mensis primus? Dicam. Verno enim tempore mundum conditum autumarunt,& sano judicio, Prisci. Ovid.ubi supr.*lib.*1. v. 89. accinit.

Cur dicitur primus mensium.

Omnia tunc florent, tunc est nova temporis ætas;
Et nova de gravido palmite gemma tumet.
Et modò formatis operitur frondibus arbor,
Prodit & in summum seminis herba solum.
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
Ludit & in pratis , luxuriatque pecus.
Tunc blandi soles , ignotaque prodit hirundo
Et luteum celsa sub trabe figit opus.
Tunc patitur cultus ager & renovatur aratro:
Hæc anni novitas jurè vocanda fuit.

Ovid.

Virgilius, ex quo Naso decerpsit absdubiò flores, lib.2.*Georg.*v.336. cecinerat:

An mundus conditus vere.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies , aliumve habuisse tenorem,
Crediderim. Ver illud erat , ver magnus agebat
Orbis , & hybernis parcebant flatibus Euri.
Cùm primum lucem pecudes hausere, virùmque
Ferrea progenies duris caput extulit arvis:
Immissæque feræ silvis, & sidera cœlo.
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigusque, caloremque
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

Virgil.

Etiam Lucretius dixerat lib. 5. de *Rer. natur.* v.818.

At novitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æstus, nec magnis viribus auras.
Omnia enim pariter crescunt, & robora sumunt.

Lucret.

Plinius *lib.*16.cap.25.in hujusmodi cogitatum torqueri potest : igitur loquens de florum

rum tempore, ſubdit: *Arborum flos eſt pleni veris indicium, & anni renaſcentis.* Si vere redeunte annus renaſcitur, natus eſt vere. Hinc Catull. in *Pervigil. Vener.* v. 3. accinit.

Catull. *Ver novum, ver jam canorum, ver renatus orbis eſt.*

Quomodò intelligendum?

37 Huic ergo ſententiæ haud invitâ Minervâ ſubſcribo: attamen obſervandum, mundum conditum verno tempore dici reſpectu noſtræ, & habitationis Adam, quem intuitum Deum habuiſſe, credibile eſt; etenim diverſa tempora, ideſt ſtationes juxta proximiorem vel remotiorem luſtrationem Solis, in diverſis partibus orbis tunc cœperunt: v.g. in terris trans Æquatorem, ubi antipodæ, autumnus erat, dum ver in diametro noſtri hemiſpherii. Mundus ergo tempore hilariore, verno nempè, inſtruebatur reſpectu telluris, tunc habitandæ, nimirùm reſpectu paradiſi, ſeu Paleſtinæ; non terrarum, quas poſt habitaturi filii Adam: quandoquidem illi reſpondebant tempora, reſpectu quorum ver eſſet, ubi Adam & Eva habitaturi tam pro illo tunc, quàm poſt lapſum. Hoc ergo ſenſu mundus dicitur conditus verno tempore. Quare Brixienſis Tract. 1. in *Exod.* ſuper themma noſtræ Tautolog. ait: *Quem menſem verax ubique Deus primum non diceret, ni primus eſſet: ſicut ſeptimum diem non diceret Sabbatum, niſi Dominicus primus eſſet.* Ideo in plenilunio celebrabatur Paſcha, & in menſe Niſan, ut deſignaretur, tempore verno, ac eadem ſtatione Solis & Lunæ, maximorum luminarium, mundus conditus. Signat Joſephus, ubi ſupr. *Menſe Niſan, quartadecimâ Lunâ, Sole Arietem obtinente.* Unde D. Thom. 1. p. q. 70. art. 2. ad 5. inquit: *Satis probabile, quòd Lunâ fuerit facta plena.* Sicut enim ex Sabbato primo, in quo Deus ceſſavit ab opere, dies feſti dicebantur Sabbata; ita à Luna prima, quæ plena condita, evoluto tempore, quartodecimo die Niſan, quo plena fulget, dicebatur anni Luna prima: plena reſpectu creationis, prima reſpectu temporis. Prima, inquam, non quia à plenitudine inciperet menſis, ſed quia in plenilunio celebrabatur Paſcha, reſpondente plenilunio in menſe Niſan, ſtatui Lunæ, dum primò condita, quia condita plena. Sabbatum primum mundi poſt Lunam plenam, fuit celeberrimum, utpotè requiei Domini deſtinatum: pariter igitur Sabbatum primum ſequens plenitudinem Lunæ Niſan, erat Sabbatum magnum, teſte Joanne 19. 31. *Erat enim magnus dies ille Sabbati. Ille* ſignatè dicitur, quoniam cuncta anni Sabbata ab illo, & illud excellentius cunctis. Icircò Sabbatum ſecundum ſequens dicitur à Luca, 6. 1. *Sabbatum ſecundo-primum*; quia Sabbatum ſequens Phaſe erat magnum, primo-primum, ut menſura cæterorum.

Joſeph. D. Thom. Brixienſ. *Quodnam Hebræis Sabbatum magnum?*

38 Hujuſmodi placitum ſequuntur Beda in *Hexaëmer.* Procopius in cap. 1. *Geneſ.* Damaſcen. lib. 1. de *Fid. Orthod.* cap. 7. Theödoret. q. 27. in *Exod.* Abulenſ. in 1. *Geneſ.* q. 25. ibid. Bonfrer. Alapid. in 12. *Exod.* Sanctius in *Act. Apoſt.* 2. aliique plures. Minimi negotii eſt, quod noſtræ ſententiæ objicitur, & oppoſitæ eſt totum fulcrum: ſilicèt, fructuum maturitas in arboribus. Objectioni dudùm, proclivèque reſpondebimus. Magis urget, quod pro illa cogito, nempè inadæquationem dierum illo primo in menſe. Menſes Hæbræor. uti vidimus, fuere lunares, quippe à novilunio incipiebant. Si menſis principium à principio Lunæ, quia dies primus Lunæ primus etiam erat menſis; primus menſis illotunc caruit quatuordecim diebus & ſex horis, igitur Luna condita plena, cui deerant profectò uſque in novilunium, ex quo menſis ſecundus, totidem horæ & totidem dies. Idem argumentum inſtat, etiam condito orbe in Autumno. Videtur ſanè urgere: verùm magis premeret, ni eadem objectio inſiſteret, condita Lunà in novilunio. Perpende. Priuſquàm luminaria fierent, præceſſerant tres dies naturales. Triduò ergo excederet menſis ille alios, ſi Luna à qua initia menſium, inciperet à novilunio. Extra numerum hoc ordine cuncta ſunt: quid igitur reſpondendum?

Beda. Abulenſ. Alapid. *Quo ordine menſis, qui ab ortu Lunæ, ſi hæc condita plena?*

39 Pro omnibus dico, principia rerum non cadere ſub principiis; quippe regularum non datur regula. Opera illa à Deo ſunt facta, quod ſufficit, ut dicantur perfecta, imò perfectiora. Licèt triduo illo ante cuncta aſtra tempus interfuit, necdum ordinata tempora, quouſque Deus condidit Solem, Lunam & Stellas, ut eſſent in ſigna & tempora, & dies, & annos: ideſt, per Hendiadym, in ſigna temporum, dierum, & annorum. Claret quoque in ipſo tempore, quod quidem eſt numerus, ſeu menſura motus ſecundùm prius & poſterius. Quid in principio temporis prius? Quid utique erit poſterius, dum tempus non erit ampliùs? Principium & finis temporis non eſt tempus, quippe poſterius deficit fini, & priùs principio, & in connotatione prioris & poſterioris ſtat temporis menſura. Quo reſponderi poteſt quæſtioni, Utrum ſcilicèt, crea-

creatis simul cœlo, terra, & tempore, cœlum & terra creata sint in tempore? Quod inficior: etenim si principium temporis non est tempus, in tempore minimè facta. Nec ideo æterna; quippe sufficit, quod sint facta in principio temporis, ne æterna sint: quandoquidem æternitas nec principium, nec finem habet, ut ait D. Thom. in Boët. lib. 5. de *Consolat. philosoph.* Æternitas, juxta Philonem libell. de *Mundo*, nihil præteritum nec futurum, quasi circunscriptionem habet: econtrà tempus, cujus existentia in parte initiativè futura, ac in parte consumativè præterita. Gregor. Nazianz. tam *Orat.* 38. quàm 42. astruit: *Æternitas nec tempus, nec temporis ulla pars est, nec enim in mensuram cadit.* Idem Chrysostom. Homil. 9. in 2. *Cor.* Tempus igitur & mensurat & mensuratur, etiam in principio; quin principium temporis possit esse tempus, sicut punctum non est linea, quia principium lineæ; nec linea superficies, nec superficies corpus, quoniam hæc corporis, & illa principium superficiei. Longè igitur ab æternitate principium, & finis: unde vel Cicero lib. 1. de *Natur. Deor.* dicit: *Ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cùm esset.*

At cœlum & terra creata in tempore. D. Thom. Nazianz. Cicer.

40 Ergo principali quæstioni. Cœperunt ergo tempora & signa temporum perfectiore statu: siquidem initium signorum Sole stante in Ariete, & Luna Libra, quorum stationibus æquinoctium.

Libra die, somnique pares ubi fecerit horas,
Et medium luci, atque umbris jam dividet orbem.

Virgil.

Canit Virgil. lib. 1. *Georg.* v. 208. & Lucanus lib. 9. de *Bell. Pharsal.* vers. 334. & 10. v. 227.

Quo ordine constitutus est mundus?

——Aries dona sua tempora Libræ.
Ante parem nocti Libra sub judice Phœbum.

Lucan.

Phœbum, hoc est, diem. Denique Manil. lib. 3. *Astron.* v. 217.

Libra, Ariesque parem reddunt noctemque, diemque &c.

Manil.

Si ad principia fieret recursus, Sol haud conderetur in Ariete, ex quo annus Astrologicus; sed in Capricornio, ex quo elevatur, ascendit, & in quo principium anni nostri communis. Dubitat, & sibi respondet Ovidius lib. 1. *Fastor.* v. 87.

Dic age frigoribus quare novus incipit annus,
Qui melius per ver incipiendus erat?
Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis:
Principium capiunt Phœbus, & annus idem.

Ovid.

Verùm Sol, estò ascendat à Capricornio in Arietem, quia parùm lustrat hemisphærium nostrum, principium sumit ab anno Astrologico, & sumpsit in suo principio.

41 Multa quidem Deus in principio sine hoccine modo regulari, quem habent ordinavit. Dies tres fecit sine Sole, hominem in ætate perfecta condidit; fœminam adultam, etsi florentem, & ex costa Adami: sic animalia cætera in suo genere perfecta, & etiam arbores cum floribus & fructibus. Non præut res sunt, poterant esse principia rerum: quare optimè, & nescio quo Numine afflatus, *Metam.* lib. 13. Fab. 1. dixit Ovidius.

Multa à Deo extra ordinem, quem habent modò.

Primaque sunt illis data tempora, cætera nobis.

Idem.

Tunc enim Deus ordinavit tempora, & ordinata permanent ex illo nunc; perfectione comprobante factum, & opere effecto similiter perfectionem. Cùm regula tunc non esset, necdùm conditis astris, nihil pridem quibat esse vel citra, vel ultra regulam. Annus ille primus fuit minor cæteris subsequentibus, 14. dieb. ac 18. horis. Totidem duravit Luna prima, & primus mensis, usque ad novilunium, ex quo alius. Quare Nisan dicitur principium mensium, & primus in mensibus anni; quia mundus eodem in mense natus, ut esset anni initium, à quo orbis habuit exordium. Vid. infra à n. 46.

Prima exposit. Principium anni respondet principio mundi.

42 Accedit quoque novitati nobilitas gestorum, quæ futuris sæculis præfato mense facienda: igitur tempore comite illo in mense, fractis servitutis vinculis, & elusà vi tyrannidis, egressuri erant filii Israël de potestate Ægyptiorum, celebrato Phase: mare Rubrum secandum, exercitus hostium summergendus erat, & alia patranda portenta, quæ signabimus alibi. Hoc mense ingressuri Israëlitæ in terram promissionis: *Josue* 4. 19. Futurus adventus Dei, ut fieret homo, hoc mense crucifigendus, ac hoc mense surrecturus. Quare Prudent. in *Apoteos.* v. 416. in Judæos accinit:

Quæ insignia in Martio?

Pascha tuum dic, dic cujus de sanguine festum
Tam solemne tibi est? Quis tandem cæditur agnus

Anniculus, ſacer ille tibi redeuntibus annis?
Sed ſacer, in pecude ſtultum eſt, ſi credere ſacrum.
Sanguine balantis ſummos contingere poſtes,
Laſcivire choris, ſimilaginis azymon eſſe,
Prudent. *Cum fermentati turgeſcant crimine mores.*
Non ſapis imprudens, noſtrum te effingere Paſcha?
Legis & antiquæ præductis fingere ſulcis
Omne ſacramentum, retinet quod paſsio vera,
Paſsio, quæ noſtram defendat ſanguine frontem.

In hoc futurum judiciũ univerſale. Cedren. Quinimò ut Cedrenus in *Comput. Hiſtor.* refert, *Sanctorum Dei ferorum Patrum traditione, eadem die vigeſimaquinta Martii, alteram Filii Dei, & Salvatoris N. præſentiam, ſive adventum: in quo judicabit omnem animam, quaſi futuro ſæculo ab hac rurſus principium accipiente.* Conſule Gaudentium Epiſcop. Brixian. ubi ſupr. Athanaſ. *quæſt.* 7. & Nazianzen. *Orat.* 2. *Eſt Paſcha in vere* (inſit Ambroſius de *Paſch. myſter.* cap. 2.) *anni principium, primi menſis exordium, novella germinum reparatio, ac tetræ hyemis nocte diſcuſsà, primi veris reſtituta jucunditas. Hoc tempore viſibilium & inviſibilium Conditor Deus, defixà humo, cœli machinam ſuſpendens, diem Solis ardore radiavit.*

Ambroſ.

Menſis pro Luna. 43 Ergo ad expoſitionem Tautologicæ auctoritatis deveniamus, ut poſteà extricetur Tautologia. *Menſis iſte*, ideſt, Luna, ut notavimus num. 32. quia apud Hebr. menſes Lunares (ſicut menſes Solares apud Græcos deſignabantur nomine ſignorum Zodiaci, ut refert Hay. in *Chron. ſacr.* cap. 4. *Aries* nimirùm primus, *Taurus* ſecundus, *Dydimus* tertius, &c.) ut ab illius menſis novilunio, introeunte Sole in Ariëtem, inciperet annus Aſtrologicus, & ſacer. Sacer profectò deſignatur, dum dicitur *iſte*: igitur quartadecima die menſis hujus Paſcha celebrandum, & reliqua, quæ præſcribuntur *Exod.* 12. *Iſte* demonſtrativè, à quo omnia feſta, nimirùm Neomeniæ, Pentecoſtes, &c.

Secunda expoſitio.

Annus ſacer à Luna Martii, vulgaris à Luna Septembris. 44 Pro quo obſerva, apud illos annum fuiſſe ſacrum, & vulgarem. Sacer incipiebat à Luna Niſan: ideſt, Martii: vulgaris à Luna Tizri, puta Septembris. Sacer erat ad ſacra, vulgaris ad civilia. Nihilominùs tamen annus Sabbaticus, & annus quinquageſimus Jubilei, de quibus *Exod.* 23. 11. *Levit.* 25. 10. & *Deuter.* 31. 10. etſi ſacri, à menſe Tizri computabantur, quia multa civilia amplectebantur, putà, contractus diverſos venditionis, elocationis, mutui, debitorum remiſsionem, ſervorum Iſraëliticorum libertatem, agrorum devolutionem, retroceſsionem ad dominos, qui pretio jure ceſſerunt: imò illis annis nemò licitè quibat ſerere, metere, putare, nec vindemiare. *Moyſes autem Niſan, menſem primum in ſuis faſtis ordinavit, quòd per hunc Hebræos ex Ægypto eduxit: eundem etiam omnium, quæ ad rem divinam pertinerent, exordium fecit: alioquin quoad nundinationes rerum venalium, reliquamque diſpenſationem anni attinet, nihil de priſtino ritus innovavit.* Hucuſque Joſephus, ubi ſupr. lib. 1. cap. 4. Claret ergo annum civilem, ante ingreſſum in Ægyptum, in Ægypto, & poſt egreſſum, ſemper à Tizri, ſeu menſe ſeptimo calculari conſueviſſe. De anno Jubilei expræſsè habetur *Levit.* 25. 9. De Sabbatico idem intelligendum: aliàs ſi à verno tempore inchoärent (cùm nec ſerere, nec metere illo anno poſſent) duobus annis continuis meſſe carerent: etenim meſsis penè matura in agris relinquenda erat, quam metere lege nequibant; & in autumno proximo abſtinere debebant à ſatione, etiam prohibità, quibus de cauſis toto illo anno à cultura agrorum vacabant. Quid ſi annus quinquageſimus Jubilei ſequeretur Sabbaticum, vel bienniò Sabbaticus præveniſſet? Hoc temporum devolutione neceſſariò contigiſſet. Ob hujuſmodi obices à Septembri annus vulgaris incipiebat, quo calculo una ſementis & una tantùm meſsis peribat; ni annus Jubilei Sabbaticum ſequeretur, quippe tunc peribant binæ: verùm Deus in cunctis fidelis, annorum præcedentium proventiore copiâ, ſicut quondam in Ægypto per Joſeph, vigilantiſsimè providebat futuris.

Annus Jubilei, & Sabbaticus à quo menſe? Joſeph.

Quæ nationes annum incipiebãt à Septembri? 45 *Menſis iſte vobis. Vobis* meditatò dicitur. Ab ingreſſu in Ægyptum, Iſraëlitæ illuduſque accolarum ſequebantur computum, inchoäntes annum à Tizri. Audi Genebr. in *Kalend. A Septembri Chaldæi, Perſæ, Ægyptii, & Orientales cuncti veteres, & antiqui Hetruſci Græci etiam hodie annos numerant.* Unde Theſeus apud Senec. in *Hyppolyt.* Act. 3. v. 835. notans apud inferos quatriennio ſediſſe, ait:

Senec. *Jam quarta Eleuſis dona Triptolemi ſecat,*

Pa-

Paremque toties Libra composuit diem.

Idem videris apud Virgil. *Bucol.* Eclog. 1. v. 70. *Georg.* 1. v. 208. Ovid. lib. 1. de *Pont.* Eleg. 9. v. 28. & Lucan. *lib.* 8. v. 467-9. v. 534-10. v. 227. Ut ergo anni exordium jam non à Septembri, sicut pridem, sed à lunatione Martii; præscribitur Hebræis: *Mensis iste vobis principium mensium. Vobis* erit quoad sacra mensis iste primus, non verò quoad civilia, nec respectu anni Sabbatici, & Jubilei. Intelliges modò antilogiam. *Exod.* 23. 16. ubi jubetur, celebrari festum Tabernaculorum *in exitu anni*, quando congregantur ex omnibus fruges. Contrarium hujusmodi præceptum non est præscripto *Exod.* 12. de quo agimus: igitur hic sermo de anno sacro, ibi de anno vulgari, seu civili.

Tertia expositio. Exod. 23. 16. *Quo pactò mensis septimus principium anni?*

46 *Vobis.* Q.d. Placet, vos reverti in priscam numerandi rationem, ut annum incipiatis à Nisan, quod in perpetuum tenebitis: igitur mensis iste fuit primus à constitutione orbis. Hebræi in Ægypto sese aptaverant incolarum calculo: quare cùm dicitur, *Mensis iste vobis*, &c. claret habuisse alium mensem pro primo. Hoc edicto cœpit distingui annus sacer à vulgari, seu communi, restitutaque fuit antiqua calculatio, quæ observatur, & observari debet in Scriptura, nimirùm à Martio, qui primus, nomen aliorum mensium. Diximus supr. num. 34. & observat Riber. in *Agg.* cap. 2. additque Sanctius in *Zachar.* 1. n. 4. semper habendam rationem anni sacri in Bibliis, quantunvis de re civili & profana fiat sermo. Vivide attruit, & illustrat testimoniis. Videsis: haud pœnitebit. Hæc profectò, præter quæ signavimus.

Quarta expositio. *In Script. ratio anni sacri habenda vel in civilibus.*

47 *Principium mensium*: idest, à quo reliqui numerandi, ut respondeat ordo numeris orbis in tempore conditioni. *Mensis hic vobis* (legit Rabb. Jonathas) *pro termino initii mensium, & ab eo incipietis numerare festos dies, & tempora & revolutiones: primus erit, inquam, vobis pro initio mensium anni.* Subscribit Hay. in *Bibl. Max.* ubi. *Primus, ut nullus alius præcedat, sed in ordine sit primus: vel ut hic sit principium, & omnium mensium celeberrimus.* Instituitur *mensium initium*, ut legit Syr. uti *caput*, seu princeps *mensium*. Ita Pagnin. & Pers. Novum non est, quod *Primum* pro re principali accipiatur, & econtra *Princeps* pro primo. Vid. 2. *Reg.* 23. & 1. *Paralip.* 11. Quo intelliges illud Jobi 40. 14. *Ipse* elephas *est principium viarum Dei*, & alia hujusmodi. Haud *principium* dicitur *elephas*, quia primo creatus à Deo; sed quia animal præcipuum inter terrestria & mole corporis, & ratione virtutis, ac docilitatis, in tam vasta mole. Apud Profanos passim. Sil. Ital. lib. 1. de *Bell. Punic.* v. 319.

Rabb. Jon. Hay. *Quinta expositio.* Job.

Ante omneis ductor patriis insignis in armis.
Princeps ardentem conjecit lampada Turnus.
Bella vides: quantos primus patiare labores.

Sil. Ital. Virgil.

Succinit Virgilius lib. 9. *Æneid.* v. 536-12. v. 33. Sequitur etiam Ovidius lib. 4. *Trist.* Eleg. 9. & de *Pont.* lib. 2. Eleg. 3.

——Inter dilectos pars prima sodales.
Quorum tu princeps, nec enim comes esse, sed auctor,
Nec petere exemplum, sed dare dignus erat.

Ovid.

Annibal princeps bellum inibat, ultimus conserto prælio recedebat: ait Livius *lib.* 1. *Decad.* 3. Cæsar lib. 1. *Bell. civ.* eodem sensu: *Princeps nuntium tulit.* Cicer. in *Verr.* Act. 3. *Sicilia princeps se ad amicitiam Pop. Rom. applicuit, & prima omnium provincia est appellata.* Idem lib. 3. *Offic.* Haud aliter cogito de Nisan, accepto primo pro principali, insigni, quasi capite mensium: qua acceptione de Christo Paulus: *Ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis.* Similiter Columell. *lib.* 11. cap. 2. Januarium dicit *principem mensium*: igitur principium anni. Haud aliter Alcimus Avitus lib. 5. *Genes.* v. 225. signat Nisan, quàm Januarium Ausonius. *Edyl.* 20.

Tit. Liv. Jul. Cæs. Cicer. Colos. 1. 18. Alc. Avit.

Principio in cunctis, orbis quos circinat, anni
Mensibus iste caput: post hæc sit & ordine primus.
Annorum, sæclique caput.

Auson.

In Adar, seu Februario finis anni erit: at qui sequitur Nisan, erit caput, à quo cæteri calculandi usque in duodecimum: quo egrediente, & à Sole illustrato Ariete, erit annus novus in novilunio Nisan. Idem cecinit de anno antiquo, & mensibus Ovid. ubi supr. in *Fast.*

Qui Janum sequitur, veteris fuit ultimus anni.

Ovid.

48 *Primus erit in mensibus.* En Tautologiæ argumentum, in quod tot præmissa: etenim principium erit profectò mensium, si in mensibus primus. Hic latet Asyntheton,

Aſyntheton in Script.

ton, vel Aſyndeton, Dialitonve, ut aliquibus placet. Latinè dicitur *diſiunctio*; quippe oratio caret conjunctionibus: ut illud Virgil.lib.4. *Æneid.*v.594.& Propert. lib.3. Eleg. 4.

Virgil. Propett.

Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.
Ite, agite, expertæ bello date lintea proræ.

In Sacra pagina uſquequaquè. Exod. 21. 11. *Gratis, abſque pecunia.* Prov. 8. 22. *In initio viarum ſuarum, antequàm quicquam faceret à principio.* Eccli. 24. 5. *Primogenita ante omnem creaturam.* Iſai.26.5. *Humiliabit eam uſque ad terram, detrahet eam uſque ad pulverem::.pedes pauperis, greſſus egenorum.* Jerem. 46. 6. *Victi ſunt, ruerunt.*

Firmatur ſententia geminatione.

Jacob. 1. 4. *Integri, in nullo deficientes.* Sic alia. Quod quidem nil aliud eſt, quàm ratam facere orationem priorem geminatione ſequenti. *Firmamentum eſſe in repetitione* (inquit Auguſtin. in *Pſalm.*74.) *multis Scripturarum locis docemur. Inde eſt, quod Dominus ait: Amen, amen. Hæc dixi, ut non putetis repetitionem in verbis ſanctæ linguæ, quaſi loquacitatis eſſe appetitum: ſæpe ibi repetitiò firmamenti habet vim.* Quere quùm aliquod teſtimonium ſiccine occurrit, loco conjunctionis ſubintellige adverbia, *Nimirum, Nempe, Ideſt*, &c. Quo claret intentum. *Menſis iſte vobis principium menſium erit*:hoc eſt,*primus erit in menſibus anni. Primogenita*: ideſt *ante omnem creaturam. Gratis*, ſcilicèt, *abſque pecunia.* Sic reliqua. Ita Virgil. lib. 2. *Æneid.* verſ. 40. *Primus ibi ante omnes* &c. *Primus*,hoc eſt,*ante omnes.* Idem iterat lib. 5. v. 491. Hoc enim ſtylo per epitaſim altiùs ſedet in audientibus ſententia, & clarior exit. Utitur Hieronym. in *Iſai.65. In cunctis urbibus* (ait) *maximè in Ægypto & Alexandria, idolatriæ vetus conſuetudo; ut ultimo die anni, & menſis eorum, qui extremus eſt, ponant menſam refertam varii generis epulis, & poculum muſto miſtum.* Ubi,ut vides, ſufficiebat: *Ultimo die anni*, & claritatis gratiâ addit: *Et menſis eorum, qui extremus eſt.* Ita ergo vividiùs exprimitur ſenſus ſententiæ. Martial. lib. 1. *Epigr.* 4.

Virgil.

Convivium in exitu anni apud Ægyptios.

Martial.

Turba gravis paci, placidæque inimica quieti.

Et non ſemper particula conjunctiva.

49 Hujuſmodi interpretandi methodus pendet ex eo, quòd conjunctiones *Et, Que, Quoque* &c. ſive ſubauditæ, ſive expreſſæ, non ſunt conjunctivæ, ſed expoſitivæ, ut latè diximus Tomis priorib. & tunc quælibet intelligi debet pro *Vel, Propterea, Quapropter, Nimirùm, Videlicèt*, &c. Qua regula ſenſus textus erit: *Menſis iſte vobis principium menſium*: quapropter *primus erit in menſibus anni.* Ita ibid. v. 20. *Omne fermentum non comedetis* (ideſt, *in cunctis habitaculis veſtris edetis azyma.* Mich. 5. 2. *Egreſſus ejus ab initio* (hoc eſt) *à diebus æternitatis.* Eccli.24.14.*Ab initio* (ſcilicèt) *ante ſæcula.* Cant. 4. 7. *Tota pulchra es amica*, & (quia, ideo, nempe) *macula non eſt in te.* Joan.8.29. *Qui me miſit,mecum eſt*, & (nimirùm) *non reliquit me ſolum.* Marc. 11. 24. *Accipietis* & (ideſt) *evenient vobis.*

Et pro vel, Ideo, &c.

3. Reg. 1. 1.

50 Hæccine haud præmiſi in vanum;ſed ut exponerem Tautologias affines, quæ quidem ita clareſcent. *Rex David ſenuerat*, hoc eſt, *habebat ætatis plurimos dies.* Sic Geneſ.24.1. *Erat Abraham ſenex* (nempe) *dierum multorum.* 1.Reg.17. 12. *Iſai ſenex* & (ideſt) *grandævus inter viros.* Prov. 3. 2-9. 11. *Longitudinem dierum* & (ſcilicèt) *annos vitæ. Multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.* Conſtat per expoſitionem & exergaſiam ampliore claritate florere ſententiam.Etiam hujuſmodi teſtimonia exponi poſſunt per adverbia,ut dixi *Tom.*1. in *Prolog.Galeat.*§.4. *n.*4.*Tautolog.* 4. *D.*10.num.9. *Tom.*2.*Tautol.*1.num.8-4.num.7-5.num.6-8. num.22-10.num.18.& 12. num.21.Unde habere ætatis plurimos dies,idem eſt,ac diu vivere,& uſque in ſenectam extremam pervenire.

Exergaſia in Bibliis.

Verbum pro adverbio.

Ætas pro anno.

51 Variè accipitur ab AA. tam ſacris, quàm ethnicis vox *Ætas.* Virgil. *Georg.* 3. v. 190. *Quarta acceſſerit ætas*: ideſt, annus. Eodem ſenſu Columell. lib. cap. 19. & Varro de *Ling.Lat.*lib.1. *Ætatem vix decimam egreſſus.* Pro ſæculo,Ovid.lib.2.*Triſt.* Eleg.1. de Ludis Sæcularibus ait:

Ovid.

Juſſerat, & Phœbo dici, quo tempore ludos
Fecit, quos ætas aſpicit una ſemel.

Pro ſæculo.

Vide Panvin. de *Ludis Sæcul.* & Cenſorin. de *Die natal. urbis*, cap. 5. & 17. *Heſiodus* (inquit Plinius *lib.7. cap.*48.) *multa de hominum ævo referens cornici novem noſtras attribuit ætates, quadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis: & reliqua fabuloſiùs in Phœnice & Nymphis.* De quo illuſtre Epigramma Virgilii, quod furatus eſt Auſonius *Edyl.* 18.

Plin.

Ter binos decieſque novem ſuperexit in annos

Jux-

Juxta seneſcentum, quos implet vita virorum.
Hos novies ſuperat vivendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis ſæcula corvus. Auſon.
Alipedem cervum ter vincit corvus, & illum
Multiplicat nobis Phœnix, reparabilis ales.

Ita Ætas pro ſæculo, vel centum annis. Ovid. de Neſtore lib. 12. *Metam.* Fab. 4. & Homer. *Iliad.* 1. v. 70. *Jam duæ ætates varielinguium perierant.* Tibull. *lib.* 4. v. 5. *Terna ſæcula.* Idem Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 13. Juvenal. *Satyr.* 10. à v. 244. Horatiuſque lib. 2. *Od.* 9. v. 13. dicit: *Ter ævo functum.* Aul. Gell. *lib.* 19. *cap.* 7. *Triſecliſenem.* Auſon. in *Epitaph.* 8. *Quarti jam prodigum ævi.* Demùm Cicer. de *Senect.* infit: *Tertiam jam ætatem vixerat.* Denique ætas accipitur pro curriculo triginta annorum. Ita Pontan. in illud Ovid. *Metam.* 12. Fab. 4. *Nunc tertia vivitur ætas.* Unde in *Caton.* Plutarch. ait: *Annos nonaginta natus Galbam accuſaſſe, & ita tunc Neſtoris vitam attigiſſe.* Liquet, ætatem olim vocari ſpatium 30. ann. qua de cauſa ætas prima dicta viridis, ſecunda adulta, princeps tertia; quanvis pòſt diverſa ætas propter corporis complexionem in infantiam, pueritiam, pubertatem, juventutem, virilitatem, ſenectutem, & decrepitatem diviſa fuerit: de quibus latè Paul. Zachias *Tom.* 1. *lib.* 1. *titul.* 2.

Homer. Juvenal. Horat. Auſon. *Pro triginta annis.* Plutarch. *Ætates hominis.*

52 Ætas etiam accipitur pro tempore: unde dicitur *Ætas aurea, argentea,* &c. de quibus Virgil. *Bucol.* Eclog. 4. à v. 4. & Ovid. lib. 1. *Metam.* Fab. 4. ex Lucret. lib. 3. de *Rer. Natur.* v. 867. Virgil. lib. 1. *Æneid.* v. 287. *Veniet luſtris labentibus ætas*: ideſt, tempus. Quo intelliges illud Daniel. 10. 14. *Quoniam adhuc viſio in dies*: nimirùm in longum tempus. Haud aliter ſæpe Plautus dicit *Ætatem*, pro tempore. Acceptio communior ætatis eſt pro vita, & econtra vita pro ætate: hoccineque ſenſu definitur ætas à Juriſperitis, tanquàm curriculum temporis à nativitate animalis uſque ad obitum. Ita Maſcard. de *Probat.* concluſ. 1054. num. 58. & Sancta-Cruz in *Fen.* leg. 1. Iccircò Seneca *Epiſt.* 90. inquit: *Ætatem malè ferre*: ideſt, vitam. Lucret. lib. 3. de *Rer. natur.* v. 1088.

Ætas pro tempore. *Pro vita.* Senec.

——*In quo ſit mortalibus omnis*
Ætas poſt mortem, quæ reſtat cunque manenda. Lucret.

Hoc eſt, quæ vita poſt mortem. Plautus in *Pſeudol.* Act. 1. Scen. 1. v. 109. & in *Amphit.* Act. 2. Scen. 2. v. 1.

In te nunc ſunt omnis ſpes ætati meæ.
Satiſne parva res eſt voluptatum in vita, Plaut.
Atque in ætate agunda.
Eſt in ætate hominum.

Hujuſmodi uſus viget in Sacra pag. Unde ad illud: *Longitudinem dierum*, legunt Septuag. *Longitudinem ætatis.* Qua acceptione proclivè exponuntur Tautologica teſtimonia. *Senuerat, habebatque ætatis plurimos dies*: hoc eſt: vita, ſeu ætas David in longum tempus proceſſerat. Jam erat in ætate præcipite, ſeu in termino annorum, uti ipſe dixerat Pſalm. 89. 10. *Dies annorum noſtrorum in ipſis* (quid ſit *in ipſis*, dicemus *Tautolog.* 12. num. 22.) *ſeptuaginta anni*, &c. qua quidem periodo in Bibl. notatur longitudo vitæ, dierum, annorum, vel anni vitæ. Sæpe ſic ætas exprimitur geminatione. Geneſ. 24. 1. *Erat Abraham ſenex, dierumque multorum.* Joſue 23. 1. *Jam longævo, & perſenilis ætatis*, v. 2. *Senui, & progreſsioris ætatis ſum*: hoc eſt, *Venerat in dies*: uti legunt Oleaſt. & Cajetan. Vita vergebat in occaſum, eratque quaſi in curriculi meta. Phraſe utitur Seneca *Epiſt.* 77. *Vides* (ait) *aniculam gloriari ſenectute longâ*: & Virgil. lib. 5. *Æneid.* v. 715. *Longævoſque ſenes.*

Prov. 3. 2. Septuag. *Quid ſit lõgitudo annorum?* Senec. Virgil.

53 Aliquid penitùs ſubodoror, ſumpta ætate, præut accipitur à medicis, nimirùm pro corporis conſtitutione, valida harmoniâ humorum, ac robuſta complexione, illo vitæ curriculo, quo corporis & animi officia vigent. Ita Fernelius lib. 3. *Phyſiolog.* cap. 10. & Paul. Zachias loc. cit. *quæſt.* 7. Hoc igitur ſenſu Plautus in *Bacchid.* Act. 1. Scen. 2. v. 21. ait: *Non omnis ætas ludo convenit.* Act. 3. Scen. 3. v. 4. *Illæc ætas, ſi quid facit, minùs mirandum eſt.* In *Moſtellar.* Act. 5. Scen. 2. v. 27. *Sapere iſtac ætate oportet, qui ſunt capite candido.* Denique in *Mercator.* Act. 1. Scen. 1. v. 40. *Ex ephebis ætate exit.* Hoc intuitu nec ſenex nominatur aptus pugnæ, nec puer ſenatui; quippe officia ætatibus debent reſpondere: ſicut econverſò, qui viribus viget, etſi plures habeat annos, quibus aliis non ſolùm ſeniores dicuntur, ſed etiam ſenes, haud ſenex quit dici verè; quippe non à diebus, ſed à debilitate ſenectus judicanda, ut aſtruit Galenus lib. de

Ætas pro valetudine ac robore ætatis.

Cu-

Curandi ration. per sanguin. missionem. cap. 9. clas. 6. Ideo Nestor apud Statium lib. 4. *Thebaid.* v. 126. dicitur valens,

Stat. ——*Juvenisque ætate secunda.*

De Jolao canit Ovid. lib. 9. *Metam.* Fab. 9.

Ovid. ——*Nam limine constitit alto*
Penè puer, dubiaque tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Jolaus in annos.

Ubi Natal. Comes: *Vixit ad summam senectutem integris propè viribus, & in senili ætate multas præclaras res gessit: ideo fingitur, denuò pubertatem adeptus.* Hinc Hebe (idest, juventa) fingitur Herculis uxor, ibid. Fab. 10. ac de Acheronte canit Virgil. lib. 6. *Æneid.* v. 303.

Natal. Com.

Virgil. *Jam senior, sed cruda Deo, viridisque senectus.*

Hac etiam acceptione Juvenal. *Satyr.* 3. à v. 26. inquit.

Juvenal. *Dum nova canities, dum prima & recta senectus*
Dum supereſt Lacheſi, quod torqueat, & pedibus me
Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo.

Tacitus in *Vit. Agricol.* cap. 29. *Affluebat* (inquit) *omnis juventus, & quibus cruda, ac viridis senectus.* Philostratus in *Heroic.* Philoctetem describit *canum quidem, ut jam sexaginta annos natum, sed præter multos juvenes vigentem.* Vide alia apud Senec. *Epist. 66.* Eurip. in *Iphigen. in Aul.* & Dion. *Orat.* 12. Quis igitur Moysen senem diceret, tametsi 120. annorum, cui nec caligavit oculus, nec dens declivis? Senex dici nequit, qui integris potitur viribus. David autem erat, & quia bellis, ærumnis, ac laboribus fractus, ut patet 2. *Reg.* 21. 15. & quia jam septuagesimum agebat annum: quo planè exponitur textus. *Rex David senuerat* & diminutione virium, & quoniam *habebat ætatis plurimos dies.* Haud aliter Eurip. in *Heracl.* v. 75. *Aspicite* (dixit) *senem, ætate gravem.*

Tacit. Philostr.

Quis senex, & quis non pluribus annis?

54 Cur in hac auctoritate, ac aliis addatur *Dies*, quandoquidem ætas necessariò constat diebus, operæ pretium erit exponere. Varii Idiotismi occurrunt in Bibliis, maximè in his vocibus *Vir, Nomen, Facies, In conspectu, Coram, Verbum, Filius, Caput, Anima*, &c. de quibus suis locis agemus. Signant frequenter id, cui conjunguntur, vel adjectivè sumuntur juxta materiam, de qua sermo. *Vir sanguinis*: hoc est, sanguinolentus. *Nomen Domini*: quasi Dominus, vel majestas Domini. *Facies, filius, caput, anima hominis* pro homine. Sic de cæteris. Similiter de *Vita* ac *Diebus* judicium; quippe nihil annis addunt, nisi ampliorem expressionem. Isai. 32. 10. *Post dies & annum*: hoc est post annum. Vel per Hendiadym, *post dies unius anni.* Psalm. 89. 10. *Dies annorum nostrorum*: ideſt, anni nostri. Idem Genes. 6. 3-35. 18. & 2. *Reg.* 19. 34. Patet enim ex Hebr. igitur 1. Reg. 27. 7. ubi: *Numerus dierum, quatuor mensium*: legit, *Dies, & quatuor menses.* Amplificatio verborum est. Unde, *Ætatis plurimi dies*: ideſt, senectus. *Anni vitæ*: hoc est, vita longa. Sæpe hæccine in Script. Genes. 7. 11.-25. 7. Eccle. 6. 3. Isai. 65. 20. Etiam apud Profanos usitatum. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 15.

Interdùm Dies & Vita *nihil addunt annis.*

Nec Ætas.

Propert. *Vitæ longus & annus erit.*

Plaut. in *Bachid.* Act. 2. Scen. 3. v. 109. *Tandem hoc ætatis senex.* In *Epidic.* Act. 3. Scen. 3. v. 6. *Vitam, ut vixissent.* Idem in *Cistell.* Act. 1. Scen. 1. v. 81. Cuncta idiomatis idiotismi, ut dixi, & ille sæpe utitur. In *Casin.* Act. 3. Scen. 2. v. 31. *Inter eos duos.* In *Bacchid.* Act. 5. Scen. 2. v. 7. & 35. *Hæ ambæ, illæc illic duæ.* Ubi ut vides, quid per *Ambæ*, & *Duæ* additur periodo, si dixerat *Hæ* & *Illæc*? Modus Hebræis peculiaris est, quod quidem constat, Genes. 23. 1. *Vixit Sara* (dicitur) *centum viginti septem annis*: ubi Hebr. & Pag. cum Maluend. *Fuerunt vitæ Saræ centum anni, & viginti anni, & septem anni vitarum Saræ.*

Plaut.

Hebr.

55 Vel si mavis exponere *annos vitæ* mystico sensu pro duplici vita, futurâ scilicèt & præsenti. Iccircò Hebr. legit. *Anni vitarum.* Aut de vita sensibili, moribus juxta leges. Quapropter dicitur: *Præcepta observata longitudinem dierum, & annos vitæ apponent tibi.* Isthæc sanè vita, & prudentia Sanctorum, quæ clamitat: *Per me multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.* Constat ex 3. Reg. 3. 14. ubi Dominus: *Si ambulaveris in viis meis, longos faciam dies tuos.* Sic enim Psal. 72. 10. *Dies pleni invenientur in eis.* Unde de Abrahamo dicitur Genes. 25. 8. *Mortuus est in senectute bona. Non longa, sed bona* (subdit Ambros. lib. 2. de *Abrah.* cap. 9.) *quia justus benè se-*

Hebr. Prov. 3. 2. Ibid. 9. 11. *Anni vitæ pro duplici vita.*

Ambros.

seneſcit. Perperàm ſi ſe neſcit. *Reverà* ſenior non ex longitudine temporis, ſed ex laudata *virtute ſpectatur: ſiquidem qui multum ætatis in corpore vixerunt ſine probitate, longævi pueri dicendi ſunt*. Hactenus Philo lib.de *Abrah*. Senectus enim non annorum numero computatur. Infantiam ſuam prodit, qui ſolis annis ſenectutem probat. Puer erit centum annorum, & infans multorum dierum. *Vita non eſt imperfecta, ſi honeſta eſt. Ubicumque deſinis, ſi benè deſinis, tota eſt* (ait Seneca *Epiſt*. 77.) *Quomodo fabula, ſic vita, non quàm diu, ſed quàm benè acta ſit, refert. Non enim vivere, bonum eſt, ſed benè vivere. Itaque ſapiens* (inquit *Epiſt*.70.) *vivit, quantum debet, non quantum poteſt. Videbit, ubi victurus ſit, cum quibus, quomodo, quid acturus. Cogitat ſemper, qualis vita, non quanta ſit*. Diſce vivere Chriſtiane ex Ethnico. Quare anni pleni, aut plenitudo dierum indicat, nil addi poſſe ad annorum perfectionem, tam ex parte temporis, quippe protractum uſque in ſenectam & ſenium, quàm ex parte collocationis; etenim in bonis acta, & perfecta. Ideo dicit Dominus Exod.23.26. *Numerum dierum tuorum implebo*: quippe haud in doloribus, vel gemitibus, qui ſemper graviores, ſicut infirmitates ex peccatis; ſed in jucunditate & bona valetudine. Non eſt vivere, ſed valere vitâ, ut diximus *Tom*.1. *Tautol*.4.num.23. Quo ſenſu Plautus in *Bacchid*. Act.2. Scen. 3. v. 14.

Quæ bona ſenectus? Phil. *Vita probitate verè vita, non canitie.* Senec. *Qui anni pleni?*

Benène uſque valuit? Pancraticè, & athleticè. Plaut.

Ideſt validiſsimè, & vegetè, quin langueſcant vires, ac viridi ætate, quaſi in ſenecta deficiant. Nunquàm (dum ſæpe de juſtis, uti de Abraham loc. cit. *Plenus dierum*) de peccatoribus dicitur, quòd pleni diebus exceſſerint, vel quòd eorum anni pleni fuerint. Unde de Iſmaël, eſtò ſeni, dicitur *Geneſ*. 25. 17. *Deficiens mortuus eſt*. De Siſara, *Judic*. 5. 27. & de cuncta multitudine filiorum Iſraël, ex Ægypto egreſſa, *Numer*. 14. 35.

56 In his igitur dies pleni non inveniuntur etiam ipſa morte, quia in dimidio dierum vadunt ad portas inferi, moriunturque in tempore non ſuo, ut dicitur *Eccle*. 7. 18. igitur licèt juxta naturæ curſum & complexionem humorum, vita eſſet in longum protrahenda; propter iniquitates à Deo, velut à texente tela vitæ ſuccidit. Aſtruit per Ezech. 22. 4. *In ſanguine tuo, qui à te effuſus eſt, deliquiſti. In idolis tuis, quæ feciſti, polluta es: & appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tempus annorum tuorum*. Hiſpan. *Se quitan los dias de la vida*. Numerus dierum hominis apud Deum eſt. Conſtituit terminos, qui præteriri non poterunt. Menſurabiles ſunt. At ut Legislat. N. Bened. *Prolog. Reg. Sanct*. ait: *Deus expectat nos quotidie, his ſuis ſanctis monitis factis nos reſpondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum hujus dies vitæ ad inducias relaxantur, dicente Apoſtolo: An neſcis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit*? Vel Ethnici cognoverunt. *Stat quidem terminus nobis, ubi inexorabilis fatorum neceſsitas fixit; ſed nemo ſcit noſtrum, quando prope verſetur*. Ita Senec. *Epiſt*. 101. Iterat de *Conſolat. ad Martiam*, cap.20.& infit in *Herc. Fur*.Act.1.v. 187.

Vita impiorum ſucciditur. Ezech. *Tempus mortis incertum.* S. Bened. Senec.

Certo veniunt ordine Parcæ.
Nulli juſſo ceſſare licet,
Nulli ſcriptum proferre diem.

Idem.

Sil. Ital. de *Pun. bell*. lib. 3.v.134. & Lucret.ubi ſupr.lib.3.v.1092.

Et pace & bello cunctis ſtat terminus ævi.
Certa quidem finis vitæ mortalibus aſtat.

Sil. Ital. Lucret.

Eleganter quidem, verùm præ cunctis Virgil.lib.10. *Æneid*.v. 467.

Stat ſua quæque dies. Breve & irrevocabile tempus
Omnibus eſt vitæ: ſed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus::. Etiam ſua Turnum
Fata vocant, metaſque dati pervenit ad ævi.

Virgil.

57 Fixi ſanè termini vitæ mortalium: verùm propter ſcelera, de peccatore dicit Deo Pſalmiſta: *Minoraſti dies temporis ejus*. Pſalm.88. 46. Etenim *miſer* ſceleſtus *ante diem*: ut canit de Didon.Virgil.lib.4. *Æneid*. v. 697. Deficiunt in delinquentibus vanitate dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione. *Sicut juſtitia liberat à morte*: Prov. 10.2. uti viſum in Ezechia: *Iſai*. 38.5. ita propter peccata dies breviantur impiorum. *Tempus certâ quadam menſura præfinitum ſecundùm divinam longanimitatem, iniquitas amplior effecta contrahit*: quòd etiam factum eſſe Noe tempeſtate videre licet. *Cùm enim centum & viginti annorum tempus hominibus illis, qui tunc vivebant, ad pœnitentiam præfiniſſet; conſpicatus illorum impietatem augeſcere, decretum tempus illud* Idem. *Dies impiorũ breviantur.* Theodori

con-

contraxit, & anno centeſimo per diluvium ſupplicium illis inflixit. Hucuſque Theodoret. in *Zachar.*5. Vid.Auguſtin. de *Vit.Chriſtian.* cap.4. & Baſilium in cap. 1. *Iſai.* ad v. 4. *Timor Domini apponit dies,* ſed *anni impiorum breviabuntur*; quoniam ipſi in malum adjuvant, & anima illorum ſceleribus icta, in ipſis etiam deficit: etenim pro paſsionum dominantium prolubio, laxatis habenis,nec vitæ animæ,nec corporis conſulunt,quaſi mors illos adoriri non poſſet,nec valeret: qua cogitatione fit ut exceſsibus ſibi illam concilient, vel propter tyrannidem ab aliis immaturam patiantur.

Prov. 10. 27.

Juvenal.

Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci
Deſcendunt Reges, & ſicca morte tyranni.

Canit Juvenalis *Satyr.* 10.v.112. & Senec. in *Hercul. Oetæo* Act.2.v.641.

Senec.

Quota pars moritur tempore fati!
Quos felices Cinthia vidit,
Vidit miſeros abitura dies:
Rarum eſt, felix, idemque ſenex.

Idem.

O quanta dementia eſt, ſpes longas inchoantium! Emam (ait idem *Epiſt.*101.) *ædificabo, credam, exigam, honores geram; tunc demùm laſſam & plenam ſenectutem in otium referam.* Hem! Neſciunt diem,neque horam:igitur quam habent,contra ipſam ſumentes, futuram reſecant(ita ut anni ſint menſes,menſeſque dies)confoſsi lanceis,ut Abſalom; ſuffocati ut Achitophel,vel ægritudine gravati tranſeunt,& in infelicitate magna degunt,quorum vita in doloribus,& anni in gemitibus: etenim à paucis (quibus *matura vetuſtas*: ut ait Lucret.ubi ſupr.v.1054. vel *provecta, graviſve*,ut dicit Tacit. *Annal.* 1. cap. 4.& lib. 12. cap. 40.) propter geminationem ſcelerum, dividuntur adhuc in vita eorum. *Nemo quàm benè vivat, ſed quandiù, curat* (infit Seneca *Epiſt.*22.) *cùm omnibus poſsit contingere, ut benè vivant, ut diu nulli.* Sanè vita improba, potiùs quàm bellum, de quo Homer.1. *Iliad.* v. 4.

Quare breviantur?

Lucret. Tacit.

Senec.

Homer.

Multas fortes animas Orco ante tempus præmiſit Heroum.

58 Alium næ alia ſenſum Scripturæ habet phraſis trita: ſcilicèt, dum dies, ex quibus conſtant menſes, & menſibus anni, quaſi non eſſet materia neceſſaria,exprimitur quaſi non ſuppoſita:nimirùm, *Adhuc duo anni dierum*: Jerem. 28. 3. & *Poſt duos annos dierum*:1.Mach.1.30.Aliqui aſſerunt, per dies annis additos intelligi longum tempus, quaſi diebus adjungantur dies,& anni annis:ita Batabl. Hugo & Adamus Sasbout in *Iſai.*32.10.econtrà autumant, tempus breviſsimum hac loquendi formulà ſignificari. Forerius autem & Pagnin.cenſent loc. cit. aliquos dies poſt annos neceſſario intelligendos.Nos juxta dicta num.59. nil, niſi ampliorem expreſsionem, vel certitudinem, dies annis appoſitos explicare,decernimus: attamen ſi aliquid aliud,non præterpropter, plus minuſve, ſed exactè & ſignatè dies annorum, annos complentes, indicant; ita ut ſenſus ſit: *Poſt dies duorum annorum*, vel tranſactis tot diebus, quibus conſtant duo anni. Communis eſt in Script. Hypallage. Vide teſtimonia *Tom.*2. *T.* 7. *E.* num. 28. & *T.* 10. *E.* num. 19. Quare verba per contraria intelligenda, ut *Corpus carnis*, caro corporis. Coloſ. 1. 22. Ita alia. Unde expoſitio perſpicua præf. auctoritatum & aliorum teſtimoniorum. *Adduc duo anni dierum* (ideſt, dies duorum annorum) & *ego referri faciam ad locum iſtum omnia vaſa domus Domini. Poſt duos annos dierum*: hoc eſt, poſt biennium. Haud ſecus Geneſ. 29. 27. *Imple hebdomadam dierum*, nempè, dies hebdomadis.Numer.11.20. *Uſque ad menſem dierum*: hoc eſt, uſque ad ultimum diem menſis. Iſai.65. 20. *Infans dierum*: ideſt, dies infantiæ. Daniel. 11. 33. *In rapina dierum*: putà in diebus rapinæ. Aſtrui quit Profanis. Cicer.de *Finib.*2. *Mihi* (ait) *ſatis ſunt ſex menſes vitæ*: ſcilicèt vita ſex menſium. Plaut. in *Amphitr.* Act.2. Scen.2.v. 1. *Res voluptatum*, pro voluptate rerum. Vel ſi mavis, exponere auctoritates per Hendiadym, de qua figura ſæpe egimus & agemus, tam alibi, quàm hìc *Tautolog.* 11. *E.* num. 12. Hoc enim ſchemate quod unicum, exprimitur per duo. Quapropter *Anni dierum*, anni: *Menſis dierum*, menſis: *Infans dierum*, infans intelligendus eſt.

Hypallage in Script.

Cicer.

Hendiadys etiam.

59 Nihil jam reſtat,quod negotium nobis faceſſat, expoſitis Tautologiis annexis principali teſtimonio:cæterùm reſtat ſciendum, quid denique placeat pro expoſitione germana de menſe primo, qui uti primus numerandus: pro quo obſervandum, inter ſpecies Hyperbati, ſeu tranſgreſsionis, Latinè (quo ſchemate perturbatur in ſententia ordo verborum) eſſe *Tmeſim*, qua frequenter utuntur Poëtæ. Virgil. *Georg.* lib.3. v.381.& 1. *Æneid.* v.418.

Talis Hyperboreo Septem subjecta trioni.
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu. Virgil.

Pro *Septentrioni*, & *circunfudit*. Lucretius lib.3. de *Rer. natur.* v. 1091. & Ovid. lib. 7. *Metam.* Fab. 25.

Ætas post mortem quæ restat cunque manenda. Lucret.
Quo se cunque acies oculorum flexerat, illic. Ovid.

Etiam Terentius in *Andr.* Act.1.Scen.1.v.36.& Scen.5. v.28. *Cum quibus erat cunque una. Quæ meo cunque animo.* Ita nescio quis propter harmoniam versus cecinit:

Hiero quæ genuit Solymis Davidica proles.
Sebas sæva tulit pro Christo tela tianus. Terent.

Crebrò hujusmodi licentia apud Poëtas, sed ludicra multa expellenda, maximè in sermone soluto; ut illud Chronicastri apud Servium loc.cit. *Virgil.* pro *Cerebrum saxo minuit* : *Saxo cere minuit brum* : quanvis Cicer. pro Sestio : dixerit : *Quod judicium cunque*. Puerile sanè, ut illud Pacuvii in *Chryse* : *Art ves è hac cimur* ; pro *Arte hac vescimur*. Et ille alius sciolus bambalio : *Al pi pe ca ni nnas tot habet gras, quot bas* ; pro *Pica tot habet pennas albas, quot nigras*. Longè hujusmodi fatuitas ab eloquio sacro: nec sumenda est Tmesis pro sectione simplicis verbi, sed duntaxàt pro collocatione remota, præut verba cum remotioribus conjunguntur, transferuntur, præponuntur, aut postponuntur in genuinum sententiæ sensum. Aptiùs quàm Tmesis hujusmodi schema dicitur Prolepsis vel Hysterologia, de quibus sæpe egimus. Meo captu *Anastrophe* dicendum, equidem est duorum verborum ordo præposterus, usitatissimus quibusdam in vocibus, ut *Tecum, mecum, illud quo de agitur, qua de re, quam ob rem, quibus de causis, nobiscum*. Etiam apud Græcos prævaluit usus. Sophocl. in *Ajac.* v.657. *Argivis ab.* In *Oedip.Tir.*v.136. *Deoque cum.* In *Colon.* v. 63. *A per urbem Rege.* In sententiis quoque frequens apud Latinos licentia. Plaut. in *Bachid.* Act.4. Scen. 8. v.64.

Cicer.

Tmesis propriè non invenitur in Script.

Anastrophe reperitur. Senec. Plaut.

Sine me, per, te here obsecro, Deos immorrales &c.

Idest, per Deos immortales te obsecro, sine me, intrò ire ad filium. Seneca in *Troad.* Act.1. v. 149.

Non assuetas ad sceptra manus
Post terga dabit. Senec.

Q. d. Non dabit post terga manus, ad sceptra assuetas. Et Martial. *Spectac.* Epigr. 9.

Quantus erat cornu, cui pila taurus erat. Martial.

Pro, cui taurus pila erat. Denique Virgil.1. *Æneid.* v.17. *Italiam contra*: pro *contra Italiam*. Virgil.

60 His intelligentur plura Scripturæ testimonia. Joan. 4. 24. *Spiritus est Deus*: idest, Deus est Spiritus. Ps. 65. 15. *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum*: hoc est, Holocausta arietum &c. Ps.98.6. *Moyses & Aäron in sacerdotibus ejus, & Samuel &c. Samuel* non jungendum cum *Sacerdotibus*, sed cum *inter eos qui invocant* &c. Ps.103.4. *Qui facis Angelos tuos spiritus*: scilicèt, spiritus tuos Angelos. Ps. 109. 6. *Conquassabit capita in terra multorum* : nimirùm, capita multorum conquassabit in terra. Psal.138.14. *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit, nimis* : nempè, nimis mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit. Job.9. 5. *Qui transtulit montes, & nescierunt hi, quos subvertit, in furore suo. In furore suo* jungendum cum *Transtulit*. Genes. 1. 20. *Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram sub firmamento cœli*: putà, producant aquæ reptile super terram, & volatile sub firmamento cœli, idest, aëre. Cant.1. 5. *Nigra sum, sed formosa sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*. Hoc exponendum cum distributione accommoda, ita ut Sponsa *nigra sicut tabernacula Cedar; sed formosa, sicut pelles Salomonis*. Denique Psal. 118. 8. *Justificationes tuas custodiam, non me derelinquas, usquequaquè*. Ly *Usquequaquè* jungendum cum *Custodiam*. Ergo sufficiant testimonia, instituto proposito, pro ultima expositione auctoritatis præcipuæ Tautologiæ. Disputant sacri Interpretes, uti vidimus à num. 40. An mundus fuerit conditus verno tempore, necne? His præfatis regulis constat, & quod fuit vere conditus; & Tautologiæ germanus sensus: igitur utrumque sine ambiguitate videtur, modò ly *Vobis* cum posteriore sententia conjungatur. Unde sensus est: *Mensis iste*, qui à condito orbe fuit *principium mensium*, *vobis* abhinc *primus erit in mensibus anni*. Jam exoleverat inter Ægyptios hujusmodi numeratio, vobis abhinc erit, sicut erat in principio, quo orbis prodiit in lucem, Sole percutiente Arietem. Ecce proclivè per Anastrophen exposita Tautologia.

Particula cum remotiore congũgenda in Script.

Octava & genuina expositio per Anastrophẽ.

61 Plura diximus jam de diebus, & annis. Annus olim obumbrabatur per colubrum in ſpiram, mordentem caudam. A Claudiano, de *Laudib. Stilic.* lib. 2. à v. 424. A Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 21. in *Æternitat. Imag.* & Pier. Valer. *lib.* 14. *cap.* 7. & *lib.* 39. *cap.* 11. in ſpeciem circuli gyro ſerpentis formatur. Ab Ægyptiis indicatur cubito ſacro, qui quotannis ferebatur in Serapidis ædes; ut refert Clemens Alex. lib. 6. *Strom.* Apud Sinas ludicrè rotulà quadàm artificiali complectente ſigna quinquaginta annorum, & nihil ultrà; igitur hæc duntaxàt ſumma annorum, & per horum devolutionem etiam ſæculorum. Quò non tendet cæca Gentilitas! *Annum illi* (ait Acoſta lib. 6. *Hiſtor.* cap. 2.) *octodecim menſibus comprehendebant, qui menſes ſinguli viginti ſunt dierum, à quibus numerus* 360. *exiſtit. Cùm autem ſuperſint quinque dies ad Solis curſum implendum, eos non numerant, ſed Dies nihili vocant, per quos licebat nihil agere, & eſſe nauci. Initium anni à Martio faciebant, prodeunte primùm fronde. Menſes ſine nominibus, hebdomadas* 13. *dierum habebant, quos dies punctis numerabant. Annos autem quibuſdam imaginibus domi figurabant cuniculo* (ideſt, foramine) *arundine, ſaxo. In medio rotæ verſabatur Sol, ex quo quatuor lineæ prodeuntes totam rotam ſecabant, diſtinctæ ſingulæ ſuis coloribus viridi cæruleo, croceo, rubeo. Quælibet quarta pars conſtabat* 13. *partibus & hæ* 13. *partes ſuis cuniculis, arundinibus, &c. In ea rota adventus Hiſpanorum ſignificabatur homine purpurato. Confectà rotà faciebant omnes* (*quod ajunt*) *Proteroiam: vaſa, ſupellectilemque omnem defringebant, ignem extinguebant rati, in perendinum ſe perituros: ita præcinentibus fatis, periturum mundum ſub finem unius rotæ. Sic quod ſemel in fine unius rotæ, eventurum putabant, ſingulis ſuſpicabantur, evenire poſſe. Vaſis defractis diſcedebant, ſilentio & timore ingenti eventum rei expectantes, inſtitutis vigilibus, qui explorarent, an reverteretur Sol: quo inalbeſcente, magno tympanorum, tubarumque fragore, vitam ſibi redditam arbitrabantur.*

Imagines variæ Anni.

Acoſta.

Indicer ritus Sinarum in computatione annorum.

Qua imagine adventũ ſignabant Hiſpanorũ.

62 Apud Romanos anni indicabantur clavis. A Dictatore quippe ſingulis annis clavus pangebatur in Capitulo, vel templo Minervę, ut aliquibus placet Idib. Septemb. de quo alibi, à quorum numero anni calculabantur, ut perhibet Pier. Valer. *lib.* 48. *cap.* 56. Etiam Jani imagine, duplici facie, dextra numerum *LXV.* & ſiniſtrà *CCC.* habentis; ut aſtruit Chartar. in *Jano* fol. 33. Ænigma anni à Cleobula, Cleobuli filiâ, refert Raviſ. Textor. in *Officin.* lib. 4. cap. 12. & etiam Lil. Girald. lib. de *Ænigm.*

Apud Romanos clavis, ſignabantur anni.

Ænigma de Anno.

Eſt unus genitor, nati cujus pignora bona bis ſex:
Triginta cujus natæ, ſed diſpari formâ,
Hæ nigræ aſpectu, niveæque coloribus illæ,
Atque immortales omnes moriuntur ad unam.

Aliud. Planud. *Aliud.*

Huic ſimilis obſcurus ſermo, de quo Maximus Planude in *Æſop. vit.* ubi: *Eſt templum maximum, & in ipſo columnæ duodecim, quarum quælibet triginta clavibus ſuſtinetur, has verò trabes duæ circumeunt mulieres.* Pariformiter mundi quadriga dicitur annus, ductores Sol & Luna, quorum palatia duodecim, ubi illis obſequuntur fœminę ſemialbæ & meſonigræ. Apud Græcos, ut ait Athenæus *lib.* 9. *cap.* 1. ſimulachrum anni, procero habitu, quatuor cubitis aliis imaginibus majus, perſonatum tragicè, aureum Amaltheæ cornu tenens, circunducebant in pompam. Sequebatur fœmina, auro ornata, dextrà coronam ex arbore Perſica, ſiniſtrà ferens virgam ex palma (quæ quidem etiam hieroglyphicon anni apud Ægyptios, teſte Pier. Valer. *lib.* 50. *cap.* 2.) ſequebantur etiam anni tempora, magnificè culta, ex quorum apparatu fit Ovidii deſcriptio lib. 2. *Metam.* Fab. 1.

Anni pompa apud Græcos.

——— *Purpurea velatus veſte ſedebat*
In ſolio Phœbus, claris lucente ſmaragdis.
A dextra, lævaque dies, & menſis, & annus,
Sæculaque, & poſitæ ſpatiis æqualibus horæ.
Verque novum ſtabat, cinctum florente coronâ.
Stabat nuda Æſtas & ſpiceа ſerta gerebat.
Stabat & Autumnus calcatis ſordidus uvis;
Et glacialis Hyems canos hirſuta capillos.

Ovid.

Anni tempora.

Jani imago.

63 Ergo deflectatur curſus ad Jani imaginem, cujus Mythologiam (igitur Janus idem ac Sol) videris apud Chartar. ubi ſupr. fol. 29. & Natal. Comit. *lib.* 2. *cap.* 2. Pingebatur cum clave & ſceptro, diſtinctis inflexionibus digitorum formans numerum dierum anni. Si poſitiones digitorum deſideras, videas Pier. Valer. *lib.* 37. *cap.* 1. & Vener. Bedam *Tom.* 1. Bifrons ſignabatur, faciem juvenis & ſenis præ ſe ferens; ut expri-

primeretur exitus præteriti,& initium vergentis proximi anni;unde ab illo *Annus* dictus, & primus mensis *Januarius*. Plura selecta & speciosa invenies apud Fortun.Licetum de *Lucernis Antiquior*.lib.6.cap.15.Haud prima facies Jani juvenis,sed senescentis in juventutem:ut clarescceret,quòd aliquando finità mortalitate, in viridem perpetuam ætatem mutanda senectus,vitaque præsens, quæ non vita, sed prolixitas mortis: igitur homo justus tunc nec timebit mortem, neque gehennam, cùm aberit è diabolo metus. Immortalitatis munere erit vita jucunda , interminabilisque vitæ simul tota & perfecta possessio. Non erit ibi senectus,nec senectutis miseria : occurrent quippe omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Cur prima Jani facies senis?

Conditio vitæ gloriosæ.

64 Nomina mensium apud Hebræos v. g. *Nisan,Iiar*,non sunt Hebræa, sed Chaldaica,uti observant Interpretes, meritò: igitur solummodò inveniuntur in libris scriptis post Babylonicam captivitatem , uti in *Esther* , *Esdr. Zachar.* & *Machab.* Pridem notabantur ordine numerali, ut astruximus num. 34. Ante captivitatem inveniuntur duntaxàt quatuor nomina mensium (de quo consule Aye in *Chronic.* cap.4.) quorum singuli uti lunares in duos Latinorum cadunt.

Nomina mẽsium apud Hebræos non Hebræa.

65 His ergo plus solito premissis,ad Didascalias accedimus, astructis Tautologiæ principalis Versionibus. *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Rabb. Jonath. *Mensis hic vobis pro termino initii mensium, & ab eo incipietis numerare festos dies , & tempora & revolutiones ; primus erit , inquam , vobis pro initio mensium anni.* Persic. & Santes Pagnin. *Mensis iste vobis caput mensium.* Syr. *Mensis Nisan vobis erit initium mensium.* Cajetan. *Annus à primo vere, primus mensis lunatio, cujus oppositio ad Solem in Ariete*: quod quidem potiùs glossa, quàm versio. Maluend. *Innovatio ista vobis caput innovationum , prima ipsa vobis in novationibus anni.* Alii apud eundem: *Lunatio ista vobis vexillum Lunationum mensium,ipsa prima vobis in lunationibus anni.* Haye: *Primus mensis, ita ut nullus alius præcedat, sed in ordine sit primus. Vel: Hic sit principium,& omnium anni mensium celeberrimus.* In Liter. Expositione facta est concordia Versionum. Modò consulamus moribus.

Varietas lectionum.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1 MEnsis iste vobis principium mensium , primus erit, &c. Ad quid primus? Indicatur pro perfectione virtutis , principium temporis vocationis: diciturque jurè primum , dum signatur exordium ; quia in Religione fervens virtutis desiderium omninò vacuum, si non ut primum.

2 *Principium mensium , primus erit ,* &c. Non terminus designatur,sed principio finis tanquàm principium annectitur; quoniam ut fulgeat splendore virtutum , nemini congruit cogitare terminum.

3 *Principium mensium, primus,* &c. Amplissima claret gratia , dirigi in salutis viâ : quid Angelorum custodia ? Diciturque principium temporis, pro commendatione gratitudinis ; siquidem magna si perseverat in tempore , sicut in principio gratiæ.

4 *Principium mensium,* &c. Educitur populus ut legem accipiat : & tempus illud uti temporis principium jurè demonstrat ; quippe in longissima temporis diuturnitate , non est tempus vivere sine lege.

5 *Principium mensium.* Conversatio Israëlitarum erat inter tentationes idolorum.Fuga pro virtute capessenda:& in principio temporis exponitur fuga; igitur sine viribus urgens tentatio , modò fuga cogitetur in principio.

6 *Principium mensium, primus*: Ecce ambitionis specimen. Principium notat principium , non finem erga ambitionem , equidem vel in termino ambitio non habet finem.

DIDASCALIA I.

Non est Monachi benè incipere,& ulteriùs nihil agere.

Senec.

1 MOLESTUM (ait Seneca *Epist.* 23.) *semper vitam inchoare : aut si hoc modo magis sensus potest exprimi ; Malè vivunt , qui semper vivere incipiunt. Quare inquis ? Desiderat enim explanationem ista vox. Quia semper il-*

illis imperfecta vita est::. *Quidam vivere tunc incipiunt, cùm desinendum est: quidam ante vivere defecerunt, quàm inciperent.* Fallitur omninò. Molestum, assentior; si vivere labor: verùm virtutis est; quòd fiat modò; dum ille desiderat, quòd aliquando. Si ita vita imperfecta, qualis erit si non ita? Semper igitur incipiendum vivere, ut vivatur benè. Magnum est vitæ principium, cùm desinendum. Citiùs in patriam properat, qui, peracto ferè itinere, nec pedem moviſſe judicat. Ille vivit optimè, qui nec arbitratur vivere, & propositum enixim sequitur, vitæ cogitans principium, vel dum moritur. Nullibi, nisi in claustro, ampliùs relucet hujus vitæ perfectio: etenim, ut canit Henricus Sedulius in *Specul. disciplin. S. Bonav. ad Novit.* hìc præscribitur,

Semper incipiendum vivere, ut vivatur benè.

In dies proficiendum.

Non velle proprium facere,
Sed passiones vincere,
Sanctamque crucem tollere,
Et in dies proficere.

Henr. Sed.

2 Hebræis, ita in exitu de populo barbaro, sæculi speculo, tenebrarum fundo, pro memoria libertatis, loquitur Moyses: *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Maluend. *Innovatio ista, caput innovationum, prima ipsa vobis in novationibus anni.* Populus electus, ac è tyrannide diaboli, tenebrisque vitiorum eductus, significat Monachum, in veram libertatem fugientem sæculum, cui profectio virtutibus commendatur, ut in terram promissionis collocetur: principiumque designatur temporis pro signo perfectionis vel imperfectionis; igitur nulla videbitur in profectione perfectio, modò flamma vocationis non sit, sicut erat in principio. Hinc temporis principium, seu status exordium, dicitur primum, ordinem indicans ad secundum, & tertium; ut ex cunctis coàlescat perfectionis status, qui quidem obtinetur per progressus: etenim cùm principium in perfectionem nullum sit, ni pervenerit in finem; parvi momenti est, iter cum fervore incipere, & sic stare. Desiderium principii comprobatur evidentiâ, si fervor in virtutem crescit perfectionis flammâ, aliàs erit principium temporis, & non virtutis: diciturque primum & simul exordium; quia vel fervens in virtutem desiderium omninò vacuum, si non ut primum. Hinc etiam nos alloquens Legislator N. Benedictus in *Prolog. S. Regul.* inquit: *Ergo pergamus itinera.* Si in itinere Monachus sedet, ad quid iter? Pergendum est, & in altiora pergendum, juxta vocationis exordium; ut quisque inter æmulantes charismata meliora, obtineat cursu primatum. Finis est juxta principia acrior, juxta processûs optabilior, motus in fine velocior: tempusque signatur primum ut principale, unaque ratio principii; quippequàm fastigium à cunctis obtinebitur virtutis, si cogitatur principium vocationis. Tempus residuum, & principium temporis recolitur, dum perfectio in virtutem designatur; ut profectio respondeat principio, & sit perfectio; quandoquidem incipere, & nihil agere, est addere diebus diem, mensibus mensem, & nequaquàm perfectionem.

Erit status perfectio, si perseverat ervens prima vocatio.

Nil interest, iter carpere, & sic sedere.

S. Bened.

Apex obtinetur virtutis, ex cogitatione vocationis.

3 Hujusmodi tempus dicitur à Maluenda, *Innovatio.* Finis itineris simul præfigitur Monacho; quoniam nec locus virtuti, sine vitæ spiritualis perpeti renovatione. Tempus temporis erit exordium, verùm supervacuum, modò duntaxàt principium. Principium si non primum, secundum connotans in progressum, principium nullum; quia principium est & finis, cum implicatione in terminis. Unde exeuntibus de Ægypto, calcato sæculo, primum vocationis exponitur exordium, & ut principium: etenim nullum, si principium patet finis virtutis, & nequaquàm altioris perfectionis. *Surge Aquilo, veni Auster* (dicebat Sponsa) *per fla hortum meum.* Quare? An quia ab Aquilone panditur omne malum, quod devenustat in horto Monasterii pulchritudinem virtutum impediens intra claustra, ne fluant aromata? Dicat Bernard. hìc *serm. 63. A facie frigoris ejus, quis sustinebit? Hoc frigus, si semel animam, animæ quidem incuriâ, spiritu dormitante, pervaserit*::. *subit quidam animi rigor, & vigor lentescit, languor fingitur virium, horror austeritatis intenditur, timor solicitat paupertatis, contrahitur animus, subtrahitur gratia, protrahitur longitudo vitæ, sopitur ratio, spiritus extinguitur, defervescit novitius fervor, ingravescit tepor fastidiosus, refrigescit fraterna charitas, blanditur voluptas, fallit securitas, revocat consuetudo. Quid plura? Dissimulatur lex, abdicitur jus, fas proscribitur, derelinquitur timor Domini. Dantur postremò impudentiæ manus: præsumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpissimus, plenus ille ignominia, & confusione, saltus de excelso in abyssum, de pavimento in sterquilinium, de solio in cloàcam, de cœlo in cœnum, de claustro in sæculum, de*

Maluend.

Non est virtutis si in principio finis.

Cant. 4. 16

Extrema calamitatis ex frigore vocationis.

Bernard.

Quomodò ex principio perfectionis nullius perfectionis principium?

de paradiso in infernum. Patet ex operibus principium virtutis, nullum virtutis principium. Dicit vel Ethnicus, in *Pers.* Act. 4. Scen. 4. à v. 6. notans oppidum muro munitum.

—*Pulchrè munitum arbitror,*
Perfidia & peculatus, & avaritia si exulant,
Plaut. *Invidia, ambitio, obtrectatio,*
Perjurium, indiligentia, injuria,
Et quod pessimum aggressu, scelus.

Ecce verè custodia, ac in claustris vera claustra.

4 *Scito* (dicit populo Moyses) *quòd Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem. Memento,* Deuter. 9. 6. 7. *ne obliviscaris, quomodò ad iracundiam provocaveris, ex eo die quo egressus es de Ægypto, usque ad locum istum.* Beneficium nostræ vocationis, in terram optimam terrenæ beatitudinis astruitur, & illa increpatione pariter uti ingrati reprehendimur. Cor respondet docile tantæ gratiæ, non dura cervix: & nos ingratitudinis pudere congruit, dum Deus è sæculo liberaliter eduxit: etenim probrum, quia improbum, egredi è sæculo in liberatoris gratiam, & sceleribus provocare in iracundiam. Ne peccaremus, è retibus iniquitatis, ac diaboli dolis erepta est anima, corpore abdito intra Monasterii sepia: & Deus in iracundiam provocatur; dum extra mundum videtur, peccatis irritare clementiam, qui placere debent commotam iram.

Non fertur placidè, in meliora è sæculo nō egredi.

5 Modò in Didascaliæ institutum. *Memento, ne obliviscaris.* An quia affirmatione & negatione ut altiùs sententia sedeat, intentum rationis advocat? Aliter cogito. Intendit non solùm non oblivisci, quasi memorem esse; sed totum cogitationis conamen, ut expellat animus oblivionem: etenim non monet, recordari beneficii; sed non oblivionis recordari. Cur de non oblivione tanta solicitudo, & non de dono, cujus oblivione formatur ingratitudo? Instruitur animus religiosus, ut respondeat vocationi, totius successione vitæ (felicissimæ omninò, quoniam ereptus à sæculo) uti meritò prima suggessit instituti cogitatio. Magna sanè gratia, siquidem vel in hoc sæculo gloria: quanvis promissimus magna, nobis promittuntur majora: & minimè dicitur, *Memento* (ò Monache!) quòd dignatus beneficiis, sed duntaxàt: *Memento ne obliviscaris*; quoniam tota ruina animæ est in status oblivione. *Memento ne obliviscaris*, si te liberum optas à periculis, & barathro perditionis, saltu repentino in abyssum ab excelso, in sterquilinium de solio, in sæculum à claustro, in gehennam à summo cœlo: siquidem cùm non haberes, meministi susceptionis regulæ; & post partum votum oblitus es meminisse. Memento, ne habitus obliviscaris, dum habitum conversationis in felicitatem sumpseris: etenim lubrica via, ac in perditionem pervia, meminisse susceptionis habitus religiosi, & habitus oblivisci: deserere sæculum, fugiendo in claustrum; & claustra facere sæculum: optare pro vocatione meliora; & sequi affectibus prava: desiderare habitum in perfectionis signum, & conversari quasi non haberes habitum. Ingressus est Aquilonis rigor, evanuit novitius fervor: & dum quæruntur bona processu temporum; bonum duntaxàt invenitur principium: de quo adhuc dubitat rationis indeclinabilis vigor, quoniam operationibus fit contradictio potentior.

Tota est ruina animæ in statu oblivione.

6 Totum amplectitur Apostolorum Princeps, urgens Christicolas in status cognitionem. Quicunque ita se gerit, *cæcus est, & manu tentans.* O miseri! Luminis veri amittitis radios, ubi vel cæci lubricantes aperiunt oculos: signantque periculum, dum manu tentant, ne cadant etiam post lapsum: igitur ni cecidissent, viderent. Unde hujusmodi cæcitas? *Cæcus est* (inquit) *oblivionem accipiens purgationis veterum suorum deliciorum.* 2. Petr. 1. 9. Ex oblivione pendet cæcitas, & per cæcitatem exponitur cordis malignitas: equidem effectrice malignitate cæcus, qui obliviscitur status. Sit ergo: verùm novum ratiocinio, veritatis avidæ, mentis, materia ita taxatæ oblivionis. De remissis peccatis non fit memoria, quia illorum ampliùs non recordatur justitia: fieret utique in judicio recolectio, ni facta fuissent iniquitatum purgatio: quare igitur Petrus exponit pro cæcitate mentis in lubrica criminum, oblivionem purgationis veterum peccatorum? Purgatio isthæc fit in susceptione baptismi, seu ingressu religionis Christianæ. Juxta fervorem ingressus, in altiora tendere debebat animus. Ubi primi fervoris memoria, floret virtutibus anima. Ubi oblivio, quia videtur securitas, est mentis cæcitas, ex qua prodit iniquitas: arguitque Apostolus oblivionem purgationis criminum tanquam crimen, quia obliviscitur anima flammæ, qua susceptit Religio-

Quomodò his cæcitas ex lumine?

Cur dicitur cæcus, qui obliviscitur status?

Perperum sub habitu perfectionis iniquitas secularis.

gionem. Suscepit, purgatione per susceptionem facta; ut princeps mundi nihil in illa inveniret, nequaquàm ut titulo purgationis purganda faceret: taxatque Petrus oblivionem purgationis; quoniam fas non est ex Gentili, rectissimæ specie legis, vivere tanquàm Gentilis. Ut vita respondeat principio, exponitur iniquitatum purgatio: ne ex inchoatione optima venerandæ religionis, perper eluceat, cunctis videntibus finis: etenim nonnunquàm uti Ethnici patet exitus malus, ni fervor sit juxta fervorem ingressus.

Vers. 10. 7 Nota sequentia. *Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem faciatis. Magis & satagite.* Exprimit necessàriam solicitudinem in susciepiente pro virtute religionem: equidem nil invenitur virtutis, si quotidie ex exercitio non magis. *Certam vocationem.* Quis ambigere potest de vocatione, religione susceptà, si cunctis nota? Exercitia. Perperàm credetur vocatio in austeritatem religionis, modò vita pateat sæcularis. Vocatio sancta est, ubi propositum sanctum, quod astruitur operibus; non ubi specie religionis aliud propositum exercitiis sæcularibus, queis destruitur venerabilis religio, detecto sæculo similiter in habitu sancto: unde Apostolus comprobat operibus spectabilem virtutem, & virtutibus firmam vocationem; quippe vocatio in religionem nulla, ubi non adsunt religionis opera. A fructibus cognoscuntur, qui ornatum habent viridantium foliorum. Juxta genus suum etiam in domo Domini plantati germinant, ac in vitia pullulant, vocatione irrità per opera degeneria: igitur patet radix vocationis, radix germinans detestandæ amaritudinis. *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Vocatio videtur in introitu: electio in progressu: modò non sit electio, quorsùm vocatio? Ni operibus vocationem signent, vocationem eligunt; sed nequaquàm eliguntur: unde minimè vocantur; quia nullus voti processus, juxta apparentiam introitus. Eliguntur omnes qui vocati, modò perseverent in vocatione: liquetque nulla vocatio in oppositio vocationis exercitio; quippequàm estò vocati, ad nullū exercitium possunt eligi.

Quando vocatio dubia?

Vocatio nulla, si nulla vocationis opera.

Matth. 20. 16.

Vocati in religionē non eliguntur quia eligunt

8 Jocus Plauti cadit optimè de quodam agro, dicente servo, in *Trinum.* Act. 2. Scen. 4. v. 128.

Plaut. *Cùm alibi messis maxima est,*
Tribus tantis illic minus reddit, quam obseveris.

Hem istic oportet obseri malos mores:

Respondit acutè. Unde cordium terra prava? A malitia inhabitantium in ea: semen bonum, sed propositum pessimum; siquidem prava videntur opera, ubi alibi virtutum messis maxima. In sæculo seruntur pravi mores, quorum maxima messis: dolerque videre in claustro virtutum agro, quod fastiditur in sæculo. Istic oportet obseri malos mores, ut constet bonitate telluris, ex vitiorum semente minus etiam tribus tantis: quin indulgeatur eradicari zizania in florida ac fertili terra nostra; quoniam bonorum consortio, & virtutum exercitio, quod hodie zizania demonstratur, cras in triticum convertetur. Verùm, proh pudor! Quò magis rutilat in aliis fructus virtutis, eò horum anima tabescit in malis.

Dolet videri in claustro, quod fastiditur in sæculo.

9 Cuncta arbusta montis, quo vigebat rubus, à Moyse visus, tanquàm Domini thronus, eruperunt in flores, conceptà etiam flammà ignis, uti vidimus *Tautolog.* 4. *E.* num. 30. Quid rubus? Rubus & spinosus. Claret speculum relaxationis, vel dum viget flamma virtutis pro conversione pravitatis: igitur vel Deo præsente, & locum illustrante, rubus cordis haud dimittit spinas, dum aliæ arbores etiam erumpunt in rosas. Aliquibus placuit, ignem illum externum fuisse, & sine efficacitate. Ignis concipitur, ut spinæ vitiorum cordis conterantur: & in symbolum claudicantium à semitis Monachorum, cum igne externo, Deo præsente, exponimus rubum; quoniam instituti concipiunt flammam, quoad splendorem habitus, & fulgoris apparentiam, servatis sæculi spinis vel in igne religionis, ut cunctos pungant; & nequaquàm compungantur: quandoquidem continuà ac immutatà pravitate, ignis tanquàm de rhamno devorat universas cedros Libani. Vigent, flammà coruscant, rubi vitia; quoniam fatua omninò vocationis flamma.

Exod. 3. 2.

Quanta injuria in religione, sæculi pravitates non dimittere!

Rubus Moysis unde relaxationis symbolum?

10 Subit mentem Domini argumentum in quemdam audacem. Jubet servos, in nuptias vocare multos. Advenerunt. Intravit autem, ut videret discumbentes, & hominem inornatum ibi videns, ita loquitur: *Amice, quomodo huc intrasti? Amice*, sarcasmus est. Audacia prorsùs, quod faceret specie amicitiæ, quod non auderet vel efrictà improbitate. Hæc est historia, extricetur allegoria. Quælibet religionis sacer ordo, est domus, quò cum anima fit cœlestis desponsatio. Vocantur quiqui inveniuntur à præsidibus, igitur

Matth. 22. 12.

Piget quærere religiosum, & dum taxàt invenire habitum.

nos

nos congregavit de nationibus: & lamentabile, invenire infestum, quem recipimus amicum. Causa, in illius cruciamen & expulsionem, non habere, uti cæteri, *vestem nuptialem*. Habebat, dicunt plures apud Alapid. hìc. Cur igitur arguitur? Quia tantùm quoad exterius habebatur. Conscientia erat plena dolis, anima gravata peccatis; & nuditatis arguitur, ubi propter crimen plectitur; quippe nullus religionis honor, habitus tantùm exterior. *Nescis* (dicitur Episcopo Laodiciæ) *quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Cuncta sanè: verùm nudus! Honestabat habitus religiosus. Utique, sed tantùm habitus: meritòque signat nuditatem; quia nihili ad religionem, habere tantùm exteriorem vestem. Vestis est in hujusmodi statu ornamentum animæ, vel corpore nudo; quapropter dicitur: *Quoadusque induamini virtute ex alto*: demonstraturque Episcopus miser, miserabilis, & pauper & cæcus; quia arbitrabatur sufficere in virtutem, habere solummodò habitum exteriorem.

Ibidem.

Nullus honor, habitus tantùm exterior.

Apoc. 3. 17.

Luc. 24. 49.

11 Alii dicunt, illum verberonem nec habuisse habitum nuptialem. Excitat etiam à corde saxeo lamentum, vel dum induitur, non recipere habitum. Veste hujusmodi nuptiali distinguimur quoad exteriora à sæcularibus; ut juxta indicem vestis animam honestemus virtutibus. Nonnunquàm studendum animarum ornatui: consulendum etiam circunspectioni. Hoc externum, illud internum, ut constet pulchrum religionis ædificium: unde Dominus tradidit tortoribus in cruciamen, non habentem uti reliqui, nuptialem vestem; quoniam si bilem movet interiùs non obedire legibus; exacerbat, non respondere statui, neque exterioribus. *Reversus est Ephraim in Ægyptum*: dicit Dominus per Prophetam. Quando? In terra sancta est. Ægyptus sæculum denominatur: & signatur affectibus reversio in sæculum; quippequam in claustrò terra sancta religionis, etiam in exterioribus vivunt uti sæculares. Habitum exuit, qui ita temerariò induit; punieturque, quippe in terra sanctorum iniqua gessit.

Commovet bilē in Monacho non videre circumspectionem.

Ose. 9. 3.

Sed moribus sæcularem.

12 Respondeamus ergo textui. Plura crimina habebat, qui ita in nuptias intravit. Quare namque crimina non reprehendit, sed duntaxàt quod intraverit? Ita enim dicit: *Amice, quomodò huc intrasti?* Tota moles religionis est in ingressu: & interrogatur *Quomodò*, quoniam prospicietur sui, & religionis damnum, vel emolumentum, si ingressus curiositas cogitaverit intuitum. Quo intuitu huc intrasti? Ut habitu religioso responderet sæculo? Hujus vana est religio. Intrasti, ut vocationi respondere: quomodò non respondes religioni, quam intrasti? Veste cares. Debes ornari, uti cæteri: aliter quomodò intrasti? Vocatus es, ut vestem nuptialem haberes cum reliquis: nudus non respondes instituto vocationis. Ideo *obmutuit*: nihil in cunctis respondet. Ni fallor, causa patet. Quisquis vocatur recipitur: qua ergo lege hic post vocationem expellitur? Quia non habuit vocationem. Habuit & non habuit: habuit ut intraret; & illicò, ut intravit, amisit. Habuit, ut intraret; non ut proficeret: & meritò damnatur, quia ingressus, tantùm ut ingrederetur: malumque nonnunquàm habet exitum, qui tantùm habet vocationem in introitum. Haberet sanè feliciter cum cæteris vestem; si haberet vocationem, qua ingressus est religionem. De hujusmodi incuria *seq. Didascalia*. Flumen mœstitudinis collocavit Ælianus juxta flumen oblivionis, lib. 3. de *Var. Histor.* cap. 18. Hæccine flumina decurrunt per mentes hominum, qui elevantur in religionis statum: etenim si felicitas nititur in observantia legum; pariet profectò laboriosam mœstitudinem, quisquis hujusmodi status susceperit oblivionem. Ergo dicam cum Lucano lib. 9. de *Bell. civ.* v. 379.

Ubi supr. *Ex intuitu ingressus cognoscitur Monachus.*

Ibidem.

Vers. 13.

Quomodò in vocatione nulla vocatio?

Flumina mœstitudinis & oblivionis.

O quibus una salus placuit mea castra secutis,
Indomita cervice mori; componite mentes
Ad magnum virtutis opus, summosque labores.

Lucan.

DIDASC. II.

Nihil magis nocet Monacho, quàm confidentia de statu.

1 HAud ambigitur, longum esse mortificationis iter vel per vitæ brevitatem: at salvus erit, qui perseveraverit usque in finem.

Gaudet patientia duris.

—*Serpens, sitis ardor, arenæ*
Dulcia virtuti: gaudet patientia duris.

Idem.

Ait Cato apud Lucan. ubi dudùm v. 402. Si non est patientia, nulla elucebit constantia: devenustaturque gloria, si procul labore parta. Solisequa quotidie sequitur So-

Monachus instar heliotropii.

Solem : haud lassatur prospiciens per gyrum errantem. Inest constantia , quia sequitur superiora. Vid. Octav. Strad. *Tom.* 1. *Symb.* 8. *Reg. Navarr.*

Euripid. *Magnum certamen, magna præmia,*
Labor gloriosus.

Unde illi labor gloriosus? Canit Euripid. in *Rheso* v. 195. Nonne certaminibus adoriemur laborem gloriosum , quo non solùm præmium, sed etiam magnum ? In descriptione temporis, quo Israël nactus est optatam libertatem à jugo Pharaönis , signatur solummodò exordium , & vocatur primum , dicente Domino : *Mensis hic vobis principium mensium , primus erit in mensibus anni.* Exod. 12. 2. Ad quid primum , si signatur ut exordium ? Potius sententia astruitur pro cognitione perfectionis , quàm pro indice temporis. Semper anxius in altiora debet anhelare , qui Dei gratiâ eductus è tenebris sæculi : & non demonstrat Dominus in tempore principium & terminum , sed principium & principium ; quia pro Domini servitio , nemo debet cogitare terminum. Principium non est profectio, sed tantùm profectionis inchoätio : jureque vel in termino, anima collocatur in principio ; quoniam tunc patet profectio animæ , dum arbitratur , nihil profeciſſe. Tempus primum est idem ac principale, uti vidimus in *Exposit. literæ.* Principium hujusmodi dimensionis est principium temporis : & additur primum , quanvis signetur exordium ; quia in mundi desertore tunc virtus perfectionis principaliter fulget , ubi in Dei servitio vivit , sicuti incepit.

In Dei servitium non cogitet terminum, sed virtutis studium.

Unde constet Monacho virtutis perfectio?

Euripid. *Beatus ille qui ex mari*
Effugit fluctus & attigit portum.
Beatus qui superior laboribus evasit.
Infinitæ infinitis adhuc adsunt spes.
Cui vita est beata, beatum puto.

Succinit Euripid. in *Bacchis* v. 900. Unde igitur si inventus portus , & elusus maris sæculi fluctus , non in vita beata beatitudo nostra lucet? Superiores laboribus non esse , oscitantia deses facit : igitur quæritur virtutis præmium ante virtutis principium : negligentibus merita virtutis, quia sumus in principio perfectionis. Clariùs promam.

Matth. 7. 14. 2 *Arcta est via quæ ducit ad vitam* (dixit discipulis cœlestis Præceptor) *& pauci sunt qui inveniunt eam.* Nota *Inveniunt*. De euntibus in viam perditionis, dicit : *Multi sunt , qui intrant per eam.* Vers. 13. Per utramque introitur : & de via in virtutem non dicit ; *Intrare* , sed *Invenire*; quoniam omninò perditio , si perfectio virtutis cogitatur ex ingressu : quandoquidem plures portam perfectionis ingrediuntur , cæterùm perfectionem non inveniunt. Dubium hinc incidens. Via pervia est, & cunctis nota. Cur ergo non dicit : *pauci sunt , qui eam inquirunt* , sed *qui inveniunt* ? Omnis qui quærit , invenit : jam per portam intravit : & pauci sunt qui inveniunt vel in ipsa inquisitione ; quoniam judicant , per ingressum duntaxàt invenisse. Sic stant in via , quasi jam essent in meta , & nihil ultrà. Via virtutis invenitur , ubi anima per labores in perfectionem graditur:

Plures religionem ingrediuntur, & perfectionem religionis in ipsa perfectione non inveniunt.

—*Purganda anima est, priùs ejiciendi*
Affectus pravi, cunctæque è pectore sordes, Majus.
Ira nocens, & luxuries, & fœda libido,
———*Ne densis pressa tenebris,*
Mens erret cæca, & vitiis decepta fatiscat.

Accinit Thom. Majus lib. 4. *Supplem. Lucan.* Fatiscit anima, quia videtur longa via ; in viaque stat , quin ultra procedat pes ; cùm tantùm inveniatur, si ultrà proceditur : unde asserit Christus per arctam religionis viam, plures fugisse perfectionis semitam ; quoniam arbitrantur virtutis optatæ terminum , nudum ac merum in religionem introitum. Comprobatur demonstrationibus electio ; & nulla inquisitionis designatur demonstratio : equidem si Deus in via quæritur , in otio non invenitur. Pauci sanè sunt, qui inveniunt; quia non per viam , sed per errores inquirunt: etenim error est animæ Deum quærere,& specie inquisitionis in utramque aurem dormire.

Non est virtus , in religionem dum taxàt introitus.

3 Invenit Servator discipulos dormientes, & dixit: *Sic* ? Particula est admirationis. Ipsorum vigilare interest. Discipuli & dormientes ? Illi in otio vigilante magistro ? Sic ? Mirum profectò est. Dum fovent quietem, labuntur in tentationem. Vos & sic ? Non elegi, ut quiescatis clausis oculis , sed ut permaneatis mecum in tentationibus meis. Sic ? Et instante morte,& vitæ discrimine? Sic inter hostes vigiles & pericula, quasi non imminerent animæ mala? Sic & vocati à Domino, ut proficerent exemplo ? Parvi momenti videbatur dormitio, sed erat discipulorum ; in quibus maximum malum , in via Domini dormire , & tentationibus quiescere. Sic? Ita in omnes increpatiò : at tantùm expressa Petro. *Invenit dormientes & dicit Petro : Sic* ? Petro tantùm ? Et jurè. Promiserat vigilare , imò mori : quid mirum, quòd illum Salvator increpaverit , dum

Matth. 26. 40.

Electio comprobãda est exercitio.

fac-

factis contraria in pofefsione promiserit? Omne solicitat expellere malum, dum excutere intendit à discipulis otium.

Matth. 20. 6. 7.

4 *Quid hic statis tota die otiosi?* dixit Paterfamilias his, qui poterant operari in vinea animæ, ut propriæ consulerent operatione saluti. His exponuntur Monachi desides in studium institutæ professionis. *Quia nemo nos conduxit* : responderunt. Non habet excusatio locum: imò indicat relaxationem, excusare otiositatem. Non excusat, sed accusat, quicquid desidia deaurat. Quilibet commodo animæ studere debet, quin Superior continuis vocationibus in ministeria instet: patetque negligentia, in ministerii oscitantia: igitur injunctum officium non adoriuntur; priusquàm vocentur. Non instat opus, quousque signum fiat. Utinam deses post vocationem vadat! Dicunturque otiosi expectantes vocationem, quia titulo vocationis excusant otiositatem: equidem interim quo vocantur, quicquid occurrit, loquuntur. Otiosos vocat, & illorum vitia increpat. Vitia? Et omnia: semper enim sceleftus, qui in ocupatione otiosus. Diversis temporibus plures non laborantes invenit, verùm minimè increpavit. Arguit hos quos otiosos invenit *circa undecimam horam*. In hos etiam qui placidè vocat, commovet iram? Per horas indicantur ætates hominum: undecima vitæ designat extremum: ægrèque fert, quod qui magis studere debent perfectioni, otiosi sint vel in termino vitæ.

Desides, ni vocentur, sunt immemores obligationum.

Vers. 6. *Malum, quòd otiosi & in termino vitæ.*

5 Quid ex hujusmodi otiositate? Scurrilitas, obtrectatio, & amor sæculi, quibus additur curiositas, & claret pectorum pravitas. De quodam Monacho dixit Prelatus, uti videris in *Mensa philosoph.* Tract. 4. cap. 34. *in tribus videri Deus: videlicèt, in non posse peccare, quia in cunctis facta & non facta vel objecta defendebat; in omniscientia, quia cunctas officinas cursitabat; denique in immensitate, quia erat ubique.* Ecce exercitia vagantis, & sub habitu religioso mundi dilectoris. Hic otiatur, dum negotiatur, scandalum cunctis in via, animà instituto & observantiæ mortua. *Umbra quædam, ipsisque umbris inanior & nequior* (ait Chrysostom. *Epist.* 6. ad Theodor.) *conversatio sæcularis, plena periculorum, plena dolorum, extremo cuidam servitio subjugata.* Hinc dicitur de Christo, degente in eremo, à Matthæo, secundam referente tentationem, *assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem*: igitur moratio Monachi in sæculo, vel titulo virtutis est tentatio, & ubi in civitate videtur, à diabolo assumitur. Jejuniis & orationi deditus, vitam in eremo cœlitem egit, & diabolus *tunc* in civitatem *assumpsit*. *Tunc*: odorabatur ruinam præcipitem, ac efficacem moliebatur fraudem: equidem nihil enecat magis Monachum, & devenustat splendorem virtutum, quàm conversatio pestifera sæcularium. Plena est periculis, quia fota refrigescit charitas: plena doloribus, quia nihil à sæculo, nisi acerbitas: & tamen tanta aliquorum fatuitas, quòd solicitent plagas vel expertas, lassati in via iniquitatis, ambulantes vias difficiles perditionis.

Theobald. Anguilb.

Jocus insignis de Monacho otioso.

Chrysost.

Nocua sæcularis conversatio.

Matth. 4. 5.

Magna tentatio, videri in sæculo.

6 Ita sanè in Monacho sæcularis vita. Sed quid indicat ly *Extremo cuidam servitio subjugata*? Chrysostomus non demonstrat. An quia incognitum Monachis, sua & non illos quærere sæculares, & quia non ampliora exhibentur obsequia, imitantur hamos dona? An quia dum egent, humiles, & dignati apparent insolentes?

Quorsùm studium sæcularium in obsequio Monachorum?

——*Affectus sola latentes*
Servorum pandit fortuna adversa: sed illa Majus.
——*Cui nulla potentia juncta,*
Cognitio torquet miseros.

Accinit ibid. qui dudùm. Verùm est. Ni serviant, imperant. Proh Superi!

Nec licet ulcisci: feros, & nos nisi tantùm
Ut doleant, oculos aperit fortuna.

Hoccine quoddam? Nequaquàm. Quod non demonstrat Chrysostomus, indicat Benedictus. *Ne præsumat quisquam aliis referre quæcumque foris Monasterium viderit aut audierit*: dicit cap. 67. *Regul. Sanct.* Ita delicatula conditione regularis observantia, ut langueſcat tanquàm lue, sæculari notitià. De hoc egimus hìc *T.* 5. *D.* 6. *num.* 12. Modò observanda sequentia. *Similiter*, infit, *& qui præsumpserit, claustra Monasterii egredi, vel quocunque ire, vel quidquam, quanvis parvum facere.* Ecce præscriptum, cæterùm non videtur dictis consonum. Si nihil è sæculo audiendum in claustro; quare non dicit, nihil Monachorum egredi extra Monasterium, sed tantùm præcipit Monachum non egredi, & mundi notitiam, quantunvis levem, non ingredi? Ibi periculum in persona, hìc ex notitia? Quàm alta sapientia! Nec verbum è Monasterio egredi, illi videbatur propter decorem possibile; ut aliquando sæcularibus pateret, vivere ut homines, qui coluntur ut cœlestes. Patet cuinam

S. Bened.

Observantia languet levi sæculi notitia.

Idem.

In extrema mala Monachi rediguntur, conversatione sæcularium

servitio mancipentur, qui erga sæcularia curiositate ducuntur: & quod cavet de sæculi notitia levi, cavet etiam de persona Monachi; quoniam si delectatur sæculi vafri aliquantulà notitià, Monachus sanè egredietur extra claustra.

Idem.

7 Patet extremum malum: & nocuius, quia extremum. Sic in vita manent, quasi non maneret alia vita. *Erit forte talis* (ait idem ibid. SS. Doctor. *cap.* 43.) *qui se aut recollocet, & dormiat, aut certè sedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occasio maligno.* En otiosi occupationes, genimina viperea curiositatis, quibus observantiæ extinguitur ita ignis; ut in statum pristinum, necesse sit è cœlo singulare miraculum. E cœlo tamquàm ignis descendit vocatio in religionem, qui exposcit in splendorem perpetuitatem. Unde præscribitur: *Ignis in altari semper ardebit.* Hujusmodi ritum observavit Gentilitas, tradito igne sacro custodiæ Vestalium, cujus extinctio fatale prognosticon, ut videris apud Natal. Comit. & Vinc. Chart. in *Magna Matre.* Unde ex Ovidio lib. 6. *Fast.* Lucan. lib. 9. *Pharsal. bell.* v. 992. succinit:

Levitic. 6. 12.

Ignis custodia Vestalibus tradita.

Lucan.

——Et quorum lucet in aris
Ignis adhuc Phrygius.

Elucet ignis sacri custodia momentum quantum, dum servatum ita post tot discrimina rerum.

Vocationis ignis nō ardet, si non semper.

8 Oportet igitur inquirere, quare tanta cura de ignis continuitate? Si ignis, quem Dominus mittit in terram cordium, est sacrum Religionis institutum, cujus splendor & custodia emicat per exercitia; quorsùm semper fovebitur? Nihil prodest ignis è cœlo missus, nisi accendatur. *Semper* dicit, quippe minimè ardet, si non semper. Ardere intendit in altari cordis, quoniam si non ardet, non est ignis. Ex ardore cognoscitur: & semper ardere jubetur; etenim sine ardore profectò extinguitur, extinctaque vocationis cœlesti flammá, frigescunt protinùs corda. Ardet ignis lignis injectis, quæ in cordis altari sunt exercitia virtutis: & perperàm cognoscetur ignis vocationis in religionis statu, sine ullo virtutum exercitio. Ligna quibus crescit splendoribus flamma, sunt naturæ atque conditionis vitia: ardet ignis ut destruat; laborat & perpetim, ut consumat: & ardere semper in altari pectoris jubetur; ut ad quid missus videatur: igitur non ardet professionis ignis, modò permaneant quas ambusturus passiones. *Ignis* semel missus *semper ardebit*; remissionis enim pigere congruit: igitur parum interest ignem incipere cum ardore, & post ardorem extingui.

Singulare miraculum, ex frigido fervidū videre Monachum.

9 Causa subeat. Non de quolibet igne fit perpetuitatis præscriptio, sed de sacro: Sacer ignis de cœlo descendit. *Exod.* 9. 24. Profanus extinctus facilè apparet. Hoc enim etiam habet nocumentum ardoris omissio: sufficitur utique ignis profanus pro sacro. Ignis sacer est de cœlo: inflammat cor, ut destructis vitiis tendat in æthera: nanciscitur, si ex ardore rutilat flamma: & designatur cura fomitis ignis, ne evanescat conatus ardoris: siquidem si semel in pectore suffocatur, in terris non invenitur. Uti insigne miraculum exponitur ignis de cœlo descendens, ne Monachus negligat regularis observantiam disciplinæ: quippequàm in Monasterio ardore remisso, atque igne suffocato, fervidum iterùm videre Monachum est singulare miraculum.

Psalm. 76 11.

10 Summo ardore Psaltes Regius viam vitæ aliquando cucurrit. Cecidit & præceps corruit. Avolavit ignis à corde, ac in se reversus, dicit: *Nunc cœpi.* Arripuit pœnitentiam. Satius serò, quàm nunquam: verùm dum decernit incipere, infit: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi.* Miraculum & summum. *Nunc?* Utique. Et non principium? Etiam. Mutatio de malo ad bonum in principio, est gratiæ Dei; de bono in malum, fragilis humanæ conditionis: iterùm de malo in bonum, donum singulare divinæ mirificæ majestatis; quia raro videtur jactatus in luto, qui non fordescat adhuc. Unde dicitur mutatio dexteræ Excelsi, principium cordis pro recuperatione amissæ gratiæ; quoniam amisso calore, in primam flammam conversio, nunquam fit sine miraculo. Videte qui statis in domo Domini, ne cadatis. Cadetis, si statis. Currite, ne vos tenebræ comprehendant. Sic currite, ut comprehendatis. Crescat flamma ignis. Dubitatis adhuc virtutem extendere factis? Dicam ex Virgil. *lib.* 3. *Æneid.* v. 393.

Amisso fervore in primam flammam reversio, nunquā fit sine miraculo.

Vivite. Felices, quibus est fortuna peracta
Jam sua. Nos alia ex aliis in fata vocamur
Vobis parta quies?

Virgil.

Neutiquàm. Ergo currite. Cui gloria cœli non allicit, teste Lucano lib. 9. v. 436. *Pharsal.*

Natura deside torpet.

Lucan.

DIDASC. III.

Angeli in nostra custodia sunt scuta cœlestia.

1 HInc Picinelus *Mund. Symb.* lib. 22. cap. 17. num. 121. Scutum in signum Angelicæ custodiæ depinxit, lemmaque apposuit: *Tuetur.* Meritò quidem: Angelorum custodià, cuncta hominum sartatecta.

Angeli scuta nostra.

Angeli servant, reprimuntque sævum
Fortiter hostem.
Non minus mundum peragrant & ipsi,
Et truci claudunt aditum draconi:
Asserunt veros, retinentque pugna
Vendici cultus.

Stigel.

Modulatur Joann. Stigelius *Hymn.* de Angel. Romæ prima die Martii, ut videbitur in *Kalendar.* celebrabatur festum, quod plaudebatur *Auxilium*; quippe in signum stabilitatis imperii, totius orbis ditione potituri, de cœlo descendit scutum breve, vocatum Ancile. Ita refert Rosinus lib. 4. *Antiq. Roman.* cap. 7. canitque Ovidius lib. 3. *Fastor.*

Et hominum auxilia.

A media cœli regione debiscere cœpit.
Summisere oculos cum duce turba suo.
Ecce levi scutum versatum lenitèr aurâ
Decidit: à populo clamor ad astra venit.

Ovid.

Principium anni faustum utique, & auspicato vel in tenebris superstitionis, omine: etenim in urbis perenne auxilium, habebant cives scutum de cœlo delapsum.

2 Etiam umbræ deserviunt splendori lucis, ut magis rutilet catholica fides: igitur in hominum patrocinium, mittit Dominus de cœlo singulis scutum, custodem Angelum. Afflicta jacuit ex primo vulnere conditio humana, & quod lamentabilius, etiam oculis cæca: hinc inde impingebat, atque in circuitu ambulabat, vallata hostibus, in obscuro sagittantibus. sine patrocinio vulnerata succumbet, quin è pulvere erigatur sine custode. Auxilio cœlesti opus est, ut dirigatur in viam pacis, frustrato molimine hostis, cui mille nocendi artes. Amor Conditoris trahere intendit in cœli aulam, quam astruxit naturam in gloriam: mittitque Angelum in opportunum animarum auxilium; ut utantur in salutem tanquàm scuto, & etiam misso de cœlo.

Donum quantùm, custodia Angelorum!

Exod. 12. 2.

3 *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni*: dicit Dominus per Moysen filiis Israëlis, egressuris ex Ægypto. Cur ergo hujusmodi tempus erit temporis principium? Optimè signatur principium temporis, ubi computatur beneficiis. Verùm quænam beneficia? Profectò maxima *per Angelum custodem*: ait Alapid. in *Exod.* 23. v. 20. In Ægypto erant sub tyrannide Pharaönis, jugo ferreo peregrinos prementis: profecturi jussu Dei in terram fluentem lac & mel, quò nihil desiderabile fit: cæterùm ut desisterent, plures obviam exituri hostes, intendentes, vitam & mortem agi sub jugo captivitatis: numeraturque tempus pro gratitudine cordium, tanquàm summæ felicitatis principium: igitur nulla major, quàm de cœlo auxilium mitti, & Angelum uti scutum de Empyrio descendere; ut peregrinos liberet ab hostibus & periculis, ac expertes, salvosque in terra collocet promissionis.

Alapid.

Descendunt de cœlo, ut illuc perducant hominem.

4 *Magna dignitas animarum* (ait Hieronymus lib. 3. *Comment. in Matth.*) *ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui, Angelum delegatum.* Quod toti populo Israël contigit, unicuique nostrum accidit. Terra promissionis gloria est, quæ terra & portio viventium, ob discrimen hujusmodi vallis lachrymarum. Captivitatis designat crimina, Pharao tyrannus dæmona: pressi hujusmodi jugo humanam conditionem, in patriam, ut quiescat, avidè peregrinantem: destinaturque de cœlo Angelus, ut ducat, conducat, & perducat; cujus muneribus amor Dei dilectionis vehementiam animabus demonstrat: quandoquidem in principio temporis, pro stemmate felicitatis, mittit Dominus de cœlis Angelum cœleste scutum in vigilantem tutelam, ut alumnos peregrinos salvos perducat in gloriam.

Hieron.

Et in via à periculis liberent.

5 *Armati ascenderunt filii Israel de terra Ægypti*: dixit qui eduxit illos legislator Moyses. Difficile videtur, servis, & illis, concessum usum armorum, cum denegaret Pharao etiam pro dolore gemitum. Post demersum Pharaonem, supernatantibus armatis cadaveribus suffocatorum in littora, illorum rapuisse arma, autumant aliqui, de quo videsis Alapide: cæterùm quandiù in Ægypto fuerunt, nullus illis concessus usus armorum. Quomodo igitur armati in terram promissionis ascenderunt? Præcedebat eos Angelus dux itineris in columna ignis & nubis: & quanvis nulla arma ferrea, tota congregatio dicitur in procinctu certaminibus parata: quoniam in quodlibet certamen, habebat

Exod. 13. 18.

Angelorum custodia illis arma invincibilia.

pro se Angelum validissimum custodem. Qua arte prævalerent hostes Angelo duce? Quænam arma vel infricta, non fracta virtute Angelica? Vel cujusvis manus pugnet, coram inermibus cadet, estò vafrities moliatur insidias, & disponat caveas, monte aquarum interposito, & inimicis persequentibus à tergo: quandoquidem nulla inimicorum arma, si signa & manus confert cœlestis militia. Ab Angelo custode Israël educitur, & in via ducitur? Utique: gravi sanè armaturà à tyrannide egreditur: igitur hominum validius expugnaculum & propugnaculum est in custodia Angelorum.

Scutum Tydei unde singulare?

6 Scutum Tydei Priscis celeberrimum, quippe in cœlum translatum, & stellis micantibus constructum, quod ille, ut canit Statius lib.8. *Thebaid.* v.769.

Stat. ——*Decus immortale ferebat.*

Jurè decus immortale: siquidem aliorum clypeus protegit, Tydei autem non sine luce tegit. Hinc patet, quare dicantur Angeli in nostra custodia scuta cœlestia. Quia cœlestia, amplior illis fortitudo, nobisque utilitas & commendatio, obvio quolibet periculo: igitur si ut scuta ictus inimicorum eludunt; uti cœlestia, illuminantes defendunt; ita ut illustrantes mentem ponant tenebras in lucem, & moventes corda, prava in recta, ne offendat ad lapidem pedem, quisquis in ruinam positum offendit lapidem. Singularis næ protectio, & singularior in modo: etenim descendens de cœlo videtur in gratia, sed non videtur præsentia.

Cur Angeli non solùm scuta, sed cœlestia.

7 Scutum cœleste vocatur Eucharistia, ut vidimus *Tom.2. T.10. D.5. num.* 1. Iccircò Dominus signavit, dicens: *Hic est panis, qui de cœlo descendit.* De cœlo descendit in subsidium animarum, in custodiam hominum, in lucem errantium: quapropter meritò dicitur, de hujusmodi turri gloriosa: *Mille clypei pendent ex ea.* Unum scutum pro omnibus, quia defendit, quia custodit, & non sine luce tegit. Hìc reconduntur tanquàm in apotheca miracula, mirabilium memoria, universa beneficia, & omnimoda gratia, tanquàm summà cœlestis dilectionis demonstratio, quæ ut summa etiam rutilat ex modo. Verbis de cœlo descendit, & descendendo, invocantem Christus custodit. Ne homo præceps ruat, porrigit manum; ne vulneretur, objicitur scutum; clamanti assistit, præliantem protegit, è periculis eripit, inimicos arcet: si ruit, erigit; inter devia ducit; si labat, retinet; juvat, ne cadat, si cadit, erigit; sauciatum sanat, atque errantem illuminat. Quid ultra? Plura alia gratitudine digna, estò non cognita. Ecce gratia, & gratiarum magnitudo, attamen est major in gratiarum modo. Adest ibi de cœlo descendens Christus, cæterùm non videt oculus: & amplior patet conferentis gratia, ubi agnoscitur præsens gratiæ præsentiâ.

Joan.6.58.

Cant.4.4.

Eucharistia unde cumulus gratiorum?

8 Multoties homines adsunt, sed vel in afflictionibus adstantium viscera desunt. Non est opus præsentia hominum, sed præsentiâ gratiarum: eminetque magnificencia dantis, ubi absconditur, cujus gratiæ sunt præsentes. Ut faveat hominibus cœleste scutum Christus descendit de cœlo, & ejus patrocinium etiam supereminet in modo. Homo tutò custoditur, sed custodiens non videtur; quoniam excellentia gratiæ, oculos dignati conferentem fugere. Quibat videri ab accipientibus beneficia in Eucharistiæ sacramento, gratiarum cumulo; sed pulchritudinem gratiarum devenustaret aspectu: igitur summitas beneficii stat in præsentia gratiæ, quippe omnimodò beneficum pectus, si in gratia etiam ut gratia interseritur modus: & dum videtur gratia in Eucharistia, qua homo protegitur, custoditur, illuminatur, Christus de cœlo descendens à nullo fauto videtur; quoniam summa generositas benefici pectoris, quòd gratia oculis pateat, quin conferens pateat oculis.

Summa gratia quòd oculis pateat, & collator fugiat.

9 *De cœlo descendit* in afflictionum levamen, ut gratiarum innotescat discrimen: igitur ferè nulla gratia ex præsentia hominum, & in Sacramento cognoscitur Christum adesse ex præsentia gratiarum. In mundo videmus manum, sed non manus beneficium. Si aliquando experimur etiam futilem gratiam, simul objicit beneficium dantis præsentiam. Fit gratia, & conferuntur beneficia, verùm deficit modus, qui major gratia: unde cùm in modo & in re Amor Christi exprimat demonstrationem; appositè se panem signat, & de cœlo descendentem: siquidem hujusmodi usus gratiarum in mundo, non videtur in mundo, nisi descendat de cœlo.

Præsentia Christi agnoscitur ex gratiarum præsentia.

10 Pro Principis vigilantia, & continua subditorum custodiâ, quin custodia esset à protectis cognita, quanvis adhibita, expressit Petra-Sancta lib.7. *Symb.* cap.2. orto jam Sole latentes stellas, cum epigraphe: *Non cernuntur, & adsunt.*

Petr.Sanct.

In-

Inest vis, cæterùm coram oculis non est: etenim cognoscuntur auxilia, cæterùm latet etiam dignatos præsentia: confirmant enim gratiis non esse absentes. Illuminant, influunt; non cernuntur, verùm adsunt. Stellis signantur Angeli custodes, nonnunquàm vigilantes: igitur nec nictant in nostram custodiam, quoniam nec levem habent oculorum oscitantiam. Hinc *Septem stellæ Angeli sunt septem.* Nobiscum præliantur in conflictu acrioris belli, stellæ manentes in ordine. Invisibiliter impugnant, expugnant, propugnant, & protegunt: non cernuntur & adiunt: etenim juxta nos in hostes moliuntur ictum, dum evaginamus gladium. Si imminet aliquomodo discrimen, in scuto cœlesti patet tutamen. Si instruuntur insidiæ, stant à latere. Si percutimur, medentur, & apponunt clypeum, ne iterùm incauti percutiamur. Custodes illuminant, & pericula præcipitibus notant, laborantes atque decertantes armis & consilio jubant. Si anima lethali vulnere saucia, concidit mortua, & in sepulchro corporis jacet sepulta, haud obliviscuntur sepulchri & cadaveris fœtidi; sed adhibent vigilantiorem custodiam, ut revocetur in amissam vitam. Non cernuntur, cæterùm adsunt. Eminent & gratiâ & modo in custodiæ ministerio: etenim ut erga nos exprimant gratiam atque dilectionem summam; ex præsentia gratiarum astruunt præsentiam.

Angeli cur signantur stellis?

Apoc. 1. 20.

Quantæ illorum gratiæ, vel in modo?

Job 38. 7. 11 *Ubi eras, cùm me laudarent astra matutina, & jubilarent omnes filii Dei?* Inquit Dominus Job. Ubi, dum mei encomium annunciabat firmamentum, magnitudinem ejus stellæ, & majestatem ministri? Hi ministri Dei filii, signati stellis sunt Angeli. Sint igitur: verum inquirere erit operæpretium, cur Angeli non utcunque conferuntur stellis, sed stellis matutinis? Extra imperium designantur siderum luces, cùm Lunam & stellas instituerit Deus in potestatem noctis; ut emineat lumen & fulgor siderum inter tenebras oppositas noctium, victâ caligine splendore luminarium. Si quia signa Angelorum, aptiùs collocantur lumina inter tenebras criminum, exprimiturque vigilantia, ubi homines deinde dormiunt in culpa: quandoquidem vigilant e cœlo Custodes, dum jacent & somno dediti voluptuosè rationales. Ergo plaudantur nocturna lumina, & non astra matutina. Nullo modo. Sidera noctù videntur, interdiu astra non cernuntur. Semper super nos sunt, verùm non semper videmus super nos. Favent noctù, sed videntur favere: diù favent, sed non videntur: unde custodiæ Angelicæ jurè astris matutinis conferuntur; quoniam invisibiles nobis, collatione gratiarum adsunt præsentes. Ni ita favor, clareret generositas, sed neutiquàm generositatis summitas: & ostenditur splendens illorum gratia, sicut rutilant astra matutina; quippequam comprobant ingeniosè non abesse, solummodo gratiarum exhibitione. Singulare est in Patronis cœlestibus beneficium, & incumbunt in beneficii modum: patet etiam modi gratiæ singularitas, dum non videmus custodias: igitur gratiis patet, quod assistunt, licèt à dignatorum oculis non cernantur.

Vigilant, dum homines dormiunt.

Nobis invisibiles, illorum gratiæ præsentes.

12 Ratio suppetat. Pectus generosum haud generosè confert beneficium, modò intendat videri collatione generosum. Favet; sed favoris receptorem, gratiâ redigit in captivitatem, vinculis gratitudinis, & deditione cordis. Qui ita aliis favet, plusquàm fautis, sibi prodest; quippe cæteris gratia, sibi gloria; & tantâ, ut per leve beneficium, quo sublevatur necessitas, sufficiatur pectoris grati captivitas: unde si dignatus vel negligenter respondit, collator manum à beneficiendo retrahit. Hic est astrum nocturnum: aspectu lucet, luce favet, sed fautus videt aspectum. Non intendit in gratia gratiam, sed ex gratia honorem, siquidem quia videtur spargit lumen. Angelus est astrum, sed matutinum. Non videtur, sed adest; non sibi sed aliis prodest, quia propendit in gratiam propter gratiam, neutiquàm in gratiæ gloriam: quandoquidem invisibilis adstat in præsidium clientum, præsentiam astruens donatione gratiarum.

Quærunt in gratiis gratiam, minimè gratiarum gloriâ.

13 Peregrino habitu magni consilii Angelus, post triumphum resurrectionis afflictæ carnis, sed ultrò junxit, ut auxiliaretur duobus discipulis. Idem accidit Raphaëli cum Tobia juvene. Si favere intendunt, quare peregrino habitu utuntur? Ut illorum præsentia cognosceretur in gratia. Non intenditur beneficiis recipientium captivitas, sed cordis beneficii generositas: igitur ut protegant, ut ducant, hominibus adsunt, verum ducatu protegentes non videntur, clarescente gratia in ministerio, & ampliùs in gratiæ modo: quippe visibile munus, & invisibilis manus, sine qua gratia omnimoda, & studiosè comprobata præsentia: etenim præsentiæ nobilioris insigne, præsentia gratiæ. Videntur fraudari potito voto, ubi

Luc. 24. 15. Job 5. 5.

Gratia magna ubi visibile munus, & invisibilis manus.

Ibid. v. 31. & cap. 12. 21.

ubi intromissa benefactorum cognitio: equidem ne visi devenustarent speciem liberalitatis, cogniti statim evanuerunt ab oculis.

14 Hæc est Angelorum Custodum gratia, quæ major est effecta, à custodito non cognita. Sæpe homo vincitur à dæmone teritur, usquequaquè offendit, crebrò cadit, in miseriis degit, præ molestiis vel vivendo non subsistit: quo modo ergo custoditur ab Angelo, ubi talia, tanta & toties patitur homo? Quid miser in hominem inimicus non faceret, si vel Angelo custodiente tam dirè affligit? Quàm arctè suppeditaret ad mala euntem, ni bonus Angelus detineret præcipitem! Quanta mala sine hujusmodi juvamine! Quanta sine Angelico comite! Sæpe indulget labori, ut parcat laboranti: igitur etiam justi Jacob nervum arte percussit, quippe forsàn claudicaret, ni claudicaret. Removit sanè periculum, retardando sugillatione progressum. Tendit homo in mundum fallacem; & fallaciis non resipiscit, sed magis desipit: laboribus experitur deliciarum amaritudinem, & adhuc appetit: Angelusque constituit scrupulos, format conflictus, disponit anfractus; ut adinstar talpæ ictibus aperiat oculos. Caput impingere permittit; ut vulnerum dolore cerebro polleat, & ex tristitia contusionis gaudia aliquando suscipiat. Non relinquit illum licèt vibret in labores, quoniam ne plus laboret, relinquit: igitur dum nihilo parcit, magis ac magis indulget. Verùm de hoc *Tom. 4. T. 5. D. 3. n. 13.*

Genes. 32. 25. *Sæpe Angelus non parcit corpori, consulendo saluti.*

15 Semper igitur illis de nobis cura. Semper illorum nostra custodia, & ut protegant sunt scuta cœlestia. De cœlo facta vox Abrahæ: *Ego protector tuus.* Hebr. *Ego scutum tuum.* Arridet lectio proposito Didascaliæ, ubi bina Angeli munera objiciuntur in lectione: igitur in ministerium missi à Patre lucis, videntur scuta cœlestia protegentia homines. Fideles sunt, potentes sunt. *Quid sub tantis custodibus timeamus? Nec superari, nec seduci* (ait Bernard. in Psalm. *Qui habitat.*) *minus autem seducere possunt, qui custodiunt nos in omnibus viis nostris.* Cuncta gratia patroni vel pessimo homini: minimè, ut canit Virgilius lib. 6. Æneid. vers. 609.

Genes. 15. 1. *Semper protegit.*

Bernard.

Virgil.

Fraus innexa clienti.

DIDASC. IV.

Tempus non verum, nisi benè collocatum.

1 PLures occupationes speciosæ, sed malæ, quarum pravitas videtur, detectà specie. Benigno vultu proponuntur magnifica, eò pessima, quia speciosa. *Quemcunque vis occupa* (ait Senec. *Epist. 22.*) *invenies æquè timidum mortis, æquè insçium vitæ.* Senec.

— *Novit paucos*
Secura quies: qui velocis Idem.
Memores ævi, tempora nunquàm
Reditura tenent.

Canit idem in *Hercul. Fur.* Act. 2. v. 173. Tempus est verum, vel vanum juxta hujusmodi scientiam vel ignorantiam: etenim vitæ tempus homines negligenter amittunt, animam prorsùs accipientes in vanum. *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni*: dicitur populo, educendo de Ægypto, & legem è manu Dei accepturo. Principium temporis? Utique. In ampliore temporis diuturnitate nunquam est tempus sine lege vivere. Nota obiter, quod ubi primum tempus proponitur, pro religione sequenda, principium temporis explicatur: etenim nonnunquàm profectio elucet in statu religionis, modò jugum imponatur legis in ipso principio ætatis: satius utique mundum non cognoscere, quàm despicere. Sed hoc aliàs.

Non est vita, vivere sine lege. Exod. 12. 2.

Melius, mundù non cognoscere, quàm despicere.

2 Ratio suppositi redditur à Davide. *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* Alii: *Eorum anni pro nihilo.* Quo pacto nihilo, si tot anni? Vita mensuratur tempore, ac instantium successione. Nollo modo. Falsa est hujusmodi mensura. Tempore computatur duratio, sed non vita. Unde Seneca de *Vit. brevit.* cap. 8. infit: *Non est itaque, quòd quemquam propter canos, aut rugas, putes diu vixisse. Non enim diu vixit, sed diu fuit.* In collocatione temporis stat rota illius longitudinis aut brevitatis: & plures anni ducuntur meritò nihili, quippe momenta tanta nullius momenti. Pro lubito vivunt: & tempus vacuum, quod mensurat in vita vitæ prolubium. Discrimen & magnum interest inter tempus, & vitam rationalis. Tempus pendet à duratione, vita ab observata lege. Durat tempus estò

Psal. 89. 5.

Senec.

Anni nihili, si inutiles anni.

præ-

præteritum, ubi vita legi aptatur: evanescit in tempore vita, ubi tempus præteritur: & anni impiorum nullam habent temporis diuturnitatem, quoniam illorum vita usquequaque contra legem. Hinc Genebr. Genebrardus hic: *Eorum anni erunt ea, quæ pro nihilo habentur.* Convertuntur statim in ea, quæ colunt: & anni sunt nihilo; quia inutilis ocupatio.

3 Perpende. *Anni eorum ea quæ nihilo.* Quæ sunt ea? Cajetan. *Somnia*, quæ Cajetan. quidem omninò vana: & nequaquàm possunt habere vitam, qui habent duntaxàt, Maluend. ut dormiant. Maluend. *Anni eorum Nili cataractæ.* Utique. Ex istarum strepitu incolæ degunt sine auditu: & anni illorum sicut Nili cataractæ; quippe toto decursu labilis vitæ ruentis perpetim in profundum mare criminum, in legis voces surdescunt. Qui somniant, vident cæcè ficta, ac ex humore dominante phantasmata: vera, quæ visa arbitrantur: sunt somnia, quæ pro nihilo à vigili meritò habentur: & vita illorum tot annis dicitur nihilum, quoniam quæ videntur, non videntur. Tempore illorum anni computantur, atque in regula falluntur. Dormierunt somnum, & nihil in manibus invenerunt: etenim si vita ab illis mensuratur tempore; nullum est tempus sine regula vitæ.

Peccatores surdescunt criminibus.

Tempus illorum phantasticum.

Job 7. 16. Vers. 20. 4 *Nihil enim sunt dies mei*: dicebat Jobus. Unde nihil? Citò respondet: *Peccavi.* Exponitur regula, unde deficiat vel in possessione vita, etenim minimè halitum potest conferre vitalem, peccatum quod affert mortem. Tempus est quod benè expensum. Fovetur toto tempore peccatum: & dies vitæ, quantunvis longæ, ducuntur nihilo, quoniam non est vita quæ expenditur in peccato. *In tria tempora vita dividitur* (ait Seneca, ubi dudùm, *cap.*10.) *quod est, quod fuit, & quod futurum est. Ex his quod agimus, breve est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum.* Instans est tantùm, quod vivimus; medium inter tempus futurum & præteritum. Unde nihil dies vitæ, in vitæ continuatione; quoniam si vita in momento, nec momentum vivitur sine peccato.

Vita in peccato non vita.

Senec.

Tibull. *Vidi jam juvenem, premeret cum senior ætas,*
Mœrentem stultos præteriisse dies.

Tempus habet quasi nō haberet. Canit Tibullus *lib.*1. *Eleg.*4. v.33. Quomodò invenis, dum jam ostenditur senex? Præterierunt in stultitia dies: & juvenem jurè vocavit; quia dies habuit, quasi non habuisset. Est *puer centum annorum*: præterierunt dies, quia præterierunt. Collocatio, non cursus conficit tempus: senemque vocat diebus præteritis juvenem; quippe dies avolarunt, quasi nunquàm advenirent. Pueros vocat Anchises Cæsarem & Pompejum apud Virgil. lib.6. *Æneid.*v.832.

Isai. 65. 20.

Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella, Virgil.
Neu patriæ validas in viscera vertice vires.

Unde Propheta senem centum annorum vocat infantem, & simul inveteratum peccatorem; quoniam minimè sunt dies, qui tantùm expenduntur in peccatis. Ibid.

5 *Non erit senex* (inquit) *qui non impleat dies suos.* Optabile in infante, verum in sene? Utique. Sunt quidam *ætate pariter & dementiâ provecti*: & non est ætas, ubi cum ætate etiam adolescit iniquitas. Quia jam complectis diebus obedit legi, dicit Propheta impleturum diem, & secus senem infantem: etenim minimè vocanda vita longa, quæ nec est vita. Astruit David. *Dies formabuntur, & nemo in eis*: alii: *nullus in eis.* Quâ lege dies nullus in cunctis diebus? Si dies formatur, habetur; & dies nullus in tantis diebus conspicitur? Dies cognoscitur luce, nox verò tenebris: & nullus in tot diebus formatur dies; quia semper vivunt in umbris iniquitatis. Formantur dies, & etiam in illis dies rationales formantur: cunctique dies formati nihili habentur: quoniam nullum in diebus astruit diem, vivere contra rationem. Sunt dies communes, & dies hominis: unde Job: *Nunquid sicut dies hominis, dies tui?* & idem 14. 5. cum *Jerem.* 17. 16. Dies hominis mensurantur regula legis: dies communes splendore lucis: nullusque hominis formatur, quanvis lumine formentur; quippe in nullo dierum, quibus Sol emittit lucem, compescitur homo, ne faciat iniquitatem, atque Dei proterat legem. Dies succesivè formantur & in senectam, verùm non efformant vitam, quæ magis constat observatione mandatorum, quàm diuturna successione temporum: nullusque in vita hominis uti dies numeratur ex diebus cunctis; siquidem non est vita, quæ plena sceleris. Fugit, dum advenit, & vivens moritur impius; igitur minoratur dies temporis ejus.

2. Mach. 4. 40.

Non est ætas, ubi cū illa adolescit iniquitas.

Psal. 138. 16.

Non potest esse vita lōga, quæ non est vita.

Job 10. 5.

Vita juxta legem, verè vita.

Suis delictis perierunt stulti.

Ait Homerus 1. *Odyss.* v.7. & Virgil. lib.4. *Æneid.*v.619. Homer.

Nec aut optata luce fruatur, Virgil.

Sed

Sed cadat ante diem.

In via subita meta apparet? Hic terminus erit! Næ: quandiù improbè vivunt, sibi vitam iniquitatibus detrahunt.

Job 14. 1. 6 *Homo brevi vivens tempore, repletur multis miseriis.* Si nulla miseria major peccato, causa brevitatis comprehenditur in periodo: equidem longior esset hominis vita, si minuerentur peccata. Observemus textum altà meditatione: habet enim argumentum difficile; igitur tribuit tempori, quod debet vitæ, ut constet diuturnitatem vitæ non esse ex tempore. Tempus non breviatur, sed vita quæ tempore vivitur: quo ergo pacto brevitas vitæ transeuntis designatur successioni temporis permanentis? Si tempus estò volatile defeciisset, & absentià temporis vita deesset; meritò illi tribueretur brevitas: cæterùm patet in successione diuturnitas. Si tempus stat, & vita præterit; si illud vel velocitate durat, & hæc permanendo volat, fixa temporis rotà, etiam deficiente vità; quo jure tribuitur tempori brevitas vitæ? Benè: etenim vita in peccatis claret origo brevitatis temporis. Breve, quia momentum, tempus est, & brevius fit. Momentum est temporis existentia: peccare minimè est vita, quippe tunc moritur homo: fitque tempus brevius existente peccato; quoniam existentia criminis, existentiam destruit futuri temporis.

Diuturnitas vitæ non ex tempore.

Existentia criminis negat temporis.

7 Clariùs. Vita nostra est in virtute vitali, quapropter si deficit virtus, breviatur tempus. Lampadi confertur vita hominum, unde Lucretius lib. 3. de *Rer. natur.* v. 317.

Lucret. *Et quasi cursores vitai lampada tradunt.* Vide etiam Pier. Valer. *lib.* 46. cap. 7. & Saavedr. in *Idea Princip.* Symb. 19. *Si tantum in lampade ponatur olei* (ait Incognitus in Psalm. 38. num. 637.) *quod sufficiat ad nutriendum ignem lampadis per diem, quanvis non possis facere, quod nutriat ultra diem; tamen potes facere, quod minus duret, augendo ignem lampadis, ut tunc plus consumat de oleo; vel extinguendo violenter lampadem.* Constituuntur vitæ termini, qui non possunt præteriri; sed minui possunt, quoniam antequàm veniat, inveniunt terminum. Hinc Psaltes Regius ait: *Mensurabiles posuisti dies.* Non mensuratos, quanvis constituit terminos: equidem cùm potiùs constent à vivendi ratione, quàm à tempore; est in potestate hominis, quòd sint longi vel sint breves: longi conservando virtutibus concessam vitalitatem: breves, excessibus extinguendo virtutem.

Incogn. *Quomodò peccato vita brevior?*

Psal. 38. 6. *Unde in nostra potestate brevis vita, vel longa?*

8 Inquires modò. Cur David annos non signat in tempore mensurabiles; sed duntaxàt mensurabiles dies? Anni semper stabiles, dies verò sunt majores vel minores. Si nox longior, dies brevior: si brevis nox, longa lux. Luce, seu die indicatur vitæ curriculum; umbris, seu nocte peccatum: & exponitur pro indice vitalitatis dierum & non annorum mensura; ut homines fugiant vitæ in perniciem peccata: igitur quantum nox culpæ habuerit longitudinis, tantum vita habebit brevitatis. Cognoscitur modò, quare à Jobo tribuitur tempori, defectus in curriculo vitæ. Nox homini non dicitur vita, estò currant, & decurrant temporis in nocte momenta; quippe quot habet lucis, tot insunt vitalitatis: diciturque jurè brevi vivere in longo tempore, tempore; quia vivit continuò in longa nocte peccati.

Dies vita brevior fit, si longa peccati nox.

9 Pende monita Salvatoris pro fuga peccati. *Orate* (dicit) *ut hyeme non fiant.* Quid quòd fiat hyeme fuga, vel æstate? Tempus ita signatur pro brevitate vel longitudine vitæ. In hyeme nox longa, dies verò ferè nulla, lucis absentià: noctes indicant vitæ improbæ innatam caliginem: dies verò vitalitatem: unde pro vitæ conservatione, & animarum salute, ne fiat tribulatio, monet in hyeme, quippequàm dies hominis sunt breviores, ubi longa vita illius in umbris iniquitatis.

Marc. 13. 18.

Dies breviores dum rattone iniquitatis.

——*Nullo discrimine vita,*
In speciem conversa, operum ratione carebat.
Tunc velut amissis mœrens, tunc læta renatis
Sideribus, varioque dies, incertaque noctis
Tempora, nec similes umbras, nec Sole regresso
Jam propiore suis poterat discernere causis.

Manil.

Canit Manilius lib. 1. *Astron.* v. 67. Quid mirum? Vivunt, si vivunt in tenebris, & cæcutiunt etiam præsentià lucis.

10 Hujusmodi Christi documenta interpretatur Glossa: *Ne graventur corda vestra crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ.* Vide in *Luc.* cap. 21. 34. Idem hoc cum fuga in hyeme? Quid crapula, ebrietas & vitæ solicitudo, cæteraque vitæ mala, cum hyemis existentia fastidiosa, maximè cùm hyems afferat mœstitudinem, & voluptates vitæ jucunditatem? Noctes hyemis longissimæ: dies, uti diximus; summà constant brevitate. Deficit à luce, quicquid umbrarum protrahitur nocte: hye-

Glos. ord.

Vita hominis brevior deliciis.

hyemisque tempori conferuntur vitia ; ut clareat, vitæ quàm noxia : siquidem si dies hyemis absentià lucis sunt breves, vita brevior hominis carnis deliciis. Illius temporis fastidiosi dierum brevitas, patet speculum quo videtur voluptas. Vitam suffocat, qui delicias ministrat. Unde vita improba hyemis diebus confertur ; ut vitia è corde tanquàm virus expellantur: equidem si illæ breves ob longitudinem noctis ; noctes expensæ in offensis ac peccatis, faciunt brevissimos dies.

Joan. 11. 9. 11 *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Quotus quisque in die vivit duodecim horas? Nonne sunt duodecim ? Sunt, verùm luce patet nox. Sunt, & non sunt, quia in noctem convertuntur duodecim horæ diei: nec potest habere duodecim horas lucis, qui peccat omnibus horis. Non sunt duodecim horæ, modò in eis non inveniantur dies pleni. Duodecim sunt, sed per iniquitates, carnis delicias, à diebus legis transgressor adimit horas: unde vita hominis brevis patet, ubi libito vivit; etenim dierum horis imminutis, dies necessariò constituturus breviores. Hæc non est vita, quippe non est vivere ; sed vivere benè. Post relatas à Benedicto semitas in virtutes, seu virtutes designatas in semitas æternæ felicitatis : *Prolog. S. Regul.* infit: *Quid dulcius nobis hac voce Domini invitantis nos, fratres charissimi ? Ecce pietate sua demonstrat nobis Dominus viam vitæ. Viam vitæ.* Quænam ad vitam via? Vivere juxta Mandata, siquidem tantùm est tempus, quo floret hominis virtus.

Quomodò tempus tempori subtrahitur?

S. Bened.

Genes. 12. 4. 12 *Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran*: perhibet Moyses. Videtur namque provectioris ætatis ; igitur ejus exitus ab Stephano proponitur patre mortuo. *Postquàm mortuus est pater ejus* (inquit) *transtulit illum in terram istam.* Unde quæstio de hujusmodi antilogia à nobis soluta, hìc *Tautolog.* 7. à num. 4. Rabbini asserunt Abram fuisse centum tunc & triginta quinque annorum : & septuaginta quinque tantùm numerari, quia tantum temporis, ex quo eductus seu ereptus ab igne : diciturque solummodò id tempus, quia tunc quodam modo natus. Videsis Lorin. in cap. 7. *Act.* & Sanct. ibid. n. 7. In nostrum propositum inquirere possumus, quare ex ætate sexaginta anni non numerentur ? Illudusque sæculo vacabat, ac inter idololatras degebat: neganturque ætati ac tempori sexaginta anni ; quoniam futile tempus quo sub peccati occasione. Idola voluntatis sunt affectus pravi cordis, qui vitam adimunt, dum voluptuosè blandiuntur: unde in tempore breviantur tempora, non numeratis annis sexaginta; quia non est vita, vita expensa inter idola. Habet vitalitatem homo, si dum vivit, vivit Deo, à quo vita, inspiratio, & omnia ; quia nihil omnia sine hujusmodi vita. Abram vixerat plusquàm septuaginta quinque annis : & duntaxàt horum mensura signatur, in mensura amplioris temporis, quo in sæculo mansit, & tunc recessit: quippequàm tunc verè vivit homo, cùm removetur à sæculo.

Act. 7. 4.

Futile quod tempus sub occasione peccati.

13 Optimè Seneca *Epist.* 21. *Si vis* (inquit) *senem facere, & implere vitam* (floridè : quit esse senectutis nota, vità incompletà) *non annis adjiciendum est; sed cupiditatibus detrahendum.* Hinc dicitur à scientia Sanctorum : *Per me multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.* Fit in brevi vita dierum multiplicatio ; si vitæ splendet perfectio : siquidem homo vità legibus deditâ, consummatus in brevi, implebit tempora multa : addunturque anni vitæ ; quia vita sine virtute minimè est vita, sed anni. *Anni vitæ.* Jurè. Vita non pendet ab annis: igitur queunt haberi plures anni cadentis ætatis, sine momento vitæ in diuturnitate temporis. Haud aliter Abramo contigit. A Deo vocatus tunc vivere cœpit. Vixerat, sed vitæ tempus non à regula rationis, sed tantùm nativitatis : & in ætate provecta septuaginta quinque annorum duntaxàt memoria fit ; quia tunc respondit vocationi Dei. Fuerunt duo principia temporis, ex quo ortus, & ex quo vocatus, cujus vocatio etiam dicitur ortus: omittiturque tempus à nativitate, numeraturque vita à cœlesti vocatione; quippe vita rationalis, non à principio temporis, sed à principio virtutis.

Prov. 9. 11.

Vita à virtute.

Qua Dei respondetur vocationi.

14 Fecit Deus, ut exiret de Ur Chaldæorum, uti referunt Rabb. apud Serar. & alios, quos videris *Tom. 2. Tautolog.* 3. in *Lit. expos.* à num. 1. ne ignis, in quem injectus, aliquomodò læderet, & tunc vocatus aufugit. Ecce discrimen inter vocationem à principio temporis, & à principio vocationis : igitur optima causa, si vir portaverit jugum ab adolescentia sua: patetque adulta ætate difficile virtutis principium, quandoquidem præcesit. Abrahæ invocatione miraculum. Haud rectè vel copioso numero cadunt anni, si primi non sunt principia spiritualis vitæ. Ergo proposito. Non est vita quæ caret vi-

Virtus in religionem ingredientium ætate adulta, fere miraculosa.

talitate; hæc quidem non est à tempore (theatro operationum hominis) quibus patet, vel evanescit vitalitas rationalis: & dum respondet vocationi Abrahamus, ætatis solummodò dicitur tempus; quia cùm vita in vita non sit, sed in virtute, qua floret; tempus vitæ sine vitalitate Sacra pagina meditanter omittit: etenim in homine à principio virtutis manat principium ætatis. Plura diximus in *Expositione lit.* à num.60. ibi videas. Hoc igitur operationum tramite, notas facit Dominus vias vitæ, ad vitam enim haud alia via, quàm detractio cupiditatum, & coacervatio virtutum. Verè profectò tempus, quo virtutibus enixim incumbit animus. Ita ergo, teste Martial. *lib.5. Epigr. 21.*

A principio virtutis principium ætatis.

Martial.

Si tecum vivere:::
Securis liceat frui diebus,
Si disponere tempus otiosum
Et veræ pariter vacare vitæ.

DIDASC. V.

Ex deliciis si intenditur victoria, primùm cogitanda fuga.

1 MOnet & Seneca. *Quantum potest fugiat, & properet* (ait *Epist.22.*) *antequam aliqua vis major interveniat, & auferat libertatem recedendi.* Pende: *fugiat & properet.* Ingeniosè delicat: incautus siquidem vel fugiendo properat: debetque vigilare solertia, ne sit acrior tentatio tentata fugà. Iccircò addit: *Ex difficillimis salutarem exitum, si nec properamus ante tempus, nec cessamus in tempore*: omnia tempus habent. Aliquando nec fugiendum, nec standum; aliter quippè infaustum habebit exitum: igitur cogitans libertatis limen, recedendi amittet cogitatam libertatem. Hoc opus & labor. Quid ergo faciendum? Idem ibidem infit: *Cùm videbit brevia in quibus volutatur incerta, ancipitia; repetet pedem, nec vertet terga, sed sensim recedet in tutum.* Periculum sanè magnum, ubi vertere terga, claret periculum. Mille nocendi artes habet concupiscentia, dum in fugam carpendam non meditanda fuga: quoniam perfecta periculi liberatio, quàm in fuga plus in modo: de quo Nos *Tom. seq.* Tautol.9. Didasc.3. ad illud Josue: *Fugiemus & terga vertemus.* Iccircò dicitur à Christo, imminente tribulationum periculo: *Orate, ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato.* Fuga fiet, sed hoc tempore non fiat. Non hyeme, quia iter anfractibus usquequaquè difficile: non sabbato, quippe in majore periculo, fugà quærere libertatis occasionem, ac in fugam nequire movere pedem. Tempus quærendum fugæ, etenim auspicium vertitur in opportunitate: unde Terentius apud Auson. in *Lud. Sapient.* autumat:

Senec.

Quòd in tentationem fugiendo properat?

Ibid.

Idem.

Fuga sit etiam cautè.

Matth.24. 20.

Fugæ occasio in tentationis principio.

Rerum omnium primum esse tempus.
Aptè. Primum tempus, si tempus primum: equidem optima fugiendi occasio, si carpitur in principio,

Auson.

2 Ubi mensis Martius temporis primus exponitur, etiam ut principium temporis designatur. *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Si temporis exordium, ad quid temporis principium? In virtutis solicitam commendationem, ac à vitiis libertatem. Descenderunt filii Israël in Ægyptum, ac in pericula & tribulationem descenderunt: igitur arbitrantes libertatem, invenerunt servitutem. Ibi obvia superstitio, idolorum adoratio. Haud alia præsentiori veneno medicamina, quàm fuga. Jam tempus instabat, quod quidem Moyses uti principium ostentat; quippequàm ubi instat à vitiorum illecebris declinatio, fuga semper opportunior in principio. Astruit causam Cordub. Stoicus. *Ad te magis voluptates perventuræ sunt, si illis imperabis, quàm si servies? Non obtinebis, ut desinat* (inquit *Epist. 116.*) *si incipere permiseris. Imbecillis est primò omnis affectus: deinde ipse se concitat, & vires, dum procedit parat. Excluditur facilius, quam expellitur. Ergo intrantibus resistamus, quia facilius, ut dixi, non recipiuntur, quàm exeunt.* Primus voluptatum impetus ferè invalidus, quanvis dormitet virtus. Gliscunt vel cogitationum fomite, adolescunt suggestionum mulcimine. Quid amplexu? Etiam nocet incauta cogitatio: quapropter Dux Monachorum Benedictus cap. 7. *Regul. Sanct.* ait: *Monachus solicitus sit circa cogitationes perversas*: etenim serpit blandissimè iniquitas: & expellitur difficillimè, ni excludatur à prima cogitatione. Innuerat etiam *cap.4. Instr.50. Cogitationes malas, cordi suo advenientes, mox ad Christum allidere.* Ecce periculum. Vel allisæ nocent allisionis reflexione. Opus est vigili solicitudine, quia potiuntur introitu, dum judicantur egressæ: fiuntque cor-

Ex illecebris victoria stat in fuga.

Et prompta

Senec.

Nocet incauta cogitatio.

S.Bened.

Idem.

Cognita citò allidenda.

cordi vulnera, quæ videbantur leves cogitationes, modò non expellantur advenientes. *Mox.* In promptitudine jactus consistit virtus: etenim claudicat animus, ubi vincere molitur pectoris resistentia, quod potest vincere fuga.

3 Elucebit propositum in venusta allegoria. Luctam Jacob fuisse cum Asmodæo, fornicationis spiritu, autumat Hieronymus in *cap. 6. Epist. ad Ephes.* ubi ait: *Habent dæmones potestatem, ut nos incitent ad peccata. Talem luctationem & Jacob Patriarchæ putamus fuisse, &c.* Vide Perer. in *Genes.* 32. v. 23. *disp.* 2. num. 21. & quæ dixit hìc *Tautolog.* 1. *E.* à num. 5. In somnis etiam fuisse luctam astruitur à Procop. Gazæo hìc, & Origene lib. 3. *Periarch.* habuisseque Angelum bonum, ut prævaleret in malum. Theatrum expenditur, quo visa virtus S. Francisci Xaverii. Haud dæmon ausus est faces mittere ipso vigili. Vel, dormiente ratione, Xaverius prævaluit, estò sanguinem fuderit. *Induc magni viri animum* (dicam ex Seneca *Epist.* 67.) *cape quantam debes virtutis pulcherrimæ, ac magnificentissimæ speciem, quę nobis non sertis, sed sudore & sanguine colenda est.* Ergo agnosce militis egregii virtutem, qui oculis somno clausis & vigilem vicit hostem. Ita structa à dæmone lucta in Jacobum. Quantum vigilia, si vel in somnis periculum! *Ecce vir luctabatur cum eo usque mane.* Non est diaboli fortitudo, sicut præsumptio; unde imbecillitati virtutis apparentis, momenta suffecit diuturnæ delectationis. Haud ars nova in dæmonis impetigine, ut anima supplantetur primævà fraude: etenim consequi machinatur instantià, quod non obtinet machinationum industria. Minimè cessat. Lapidem gutta cavat. Pro urgentia Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 4. v. 15.

Sed ne te capiant, primo si fortè negabit
Tædia, paulatim sub juga colla dabit.

4 Prævaluit ergo Jacob, à bono Angelo adiutus & protectus: verùm exivit percussus. Quid ministris oculis, urgentibus blanditiis voluptatis, si percutimur in somnis? Vicit in certamine: *ipse verò claudicabat pede.* Necessarium erat effugium, minimè prælium: & incidit in claudicationem, quoniam inivit certamen. Fugà salvaretur in tutum sine discrimine. Vulneratur resistentia, dolosà fraude: & nequaquàm obtinetur integra salus, ubi pugnà in ampliorem accipitur grave vulnus. Ad tuta confugiendum in certamine carnis; ne certamine, vel succumbens vincat hostis: etenim occasio quæ fugienda, frequenter vulnerat, dum Jacobus etiam victor claudicabat. *Gressus rectos facite pedibus vestris*: inquit Paulus. Haud semitam capiunt rectam, ni pro certamine meditentur fugam. Considerandum quomodò oporteat ambulare, & quomodò non oporteat. Anima non movetur pedibus, sed affectibus: ex horum rectitudine, aut curvitate, cognoscitur animarum salus, vel vulnus: perperàmque procedent in rectitudinem, obeuntes ut subeant acrius certamen: quandoquidem claudi gressus, ubi affectus vulneratus; longeque scopus meditatæ rectitudinis cum claudicatione pedis.

5 Ulterius: ne cadat custodita virtus, & labatur in præceps temerarius. Claudicat pede Jacobus. Et obtenta palmà? Pugna in hujusmodi pugna non est victoria, ut studeat in recessus, qui formidat incursus: quandoquidem & recta intentione & viridi virtute, ille inflicto vulnere, claudicavit pede, licèt enixè pugnaverit, nec occasio quæreretur, sed veniret. Unde igitur maximè fœminis tanta audacia, & execrabilis impudicitia? Procedit (vagatur aptiùs) nudo pectore virgo: & quod pejus juxta Senec. *Epist.* 116. *Nullum crimen sine patrono.* Fert aula, quasi esset rectitudinis norma: deauraturque specie elegantiæ & pulchritudinis, species teterrima efrontis procacitatis. Jam fœmina non cognoscitur facie, sed perfricta fronte, quæ quidem tædium etiam lubricis oculis, obviis scandalis; quippe minimè obvia fœmina, sed pervicacia ac adiatrephia. Jam gentilitas floret, & graviore abusu viget. Dicere possumus, quod Athenæus *lib.* 4. *cap.* 1. de Rhodiis fœminis: *Sambucam pulsantes quædam mulieres, quæ quidem mihi videbantur nudæ: ajebant tamen nonnulli, tunicis indutas fuisse.* Carpit. & Seneca lib. 7. de *Benef.* cap. 9. *Video* (inquit) *sericas vestes, si vestes vocandę sunt in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut pudor possit: quibus sumptis, mulier parum liquidò, nudam se non esse jurabit. Hæc ingenti summà ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronæ nostræ, ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quàm in publico ostendant.* Et Petronius in *Satyr.* Metr. 6.

Æquum est induere nuptam ventum textilem?
Palam prostare nudam nebula linea?

Hieron.

Xaverii virtus insignis.

Senec.

Genes. 32. 24.

Dæmon conatur instantiâ, quòd nõ obtinet industria.

Tibull.

Vers. 31.

In tentatione non salus, accipere vulnus.

Hebr. 12. 13.

Cognoscitur salus ex rectitudine gressus.

Lædit occasio obvia, quid quæsita?

Senec.

Impudentia fœminarũ.

Athen.

Cultus vestium.

Senec.

Petron.

6 Tunc minus tuta castitas est, cùm tuta videtur. *Timendum minus virgini, cùm omnia timet*: ait Novarin. in *Umbr. Virg.* Excurs. 6. num. 120. *Habet* (insit Origen. in *Caten. Græc.* ad cap. 51. Jerem.) *virgines diabolus: has Vestales, illas verò Pythias, alias autem alio modo.* Patet modus, etenim specie fœminæ ocurrit diabolus. Audi Plautum in *Epidic.* Act. 2. Scen. 2. à v. 45.

Novar.

Origin.

Specie fœminæ occurrit diabolus.

Quid istæ, quæ vesti quotannis nomina inveniunt nova?
Tunicam rallam, tunicam spissam:
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam: &c.

Plaut.

Haud illis inest vel umbra pudoris, obviis subjectis castitatis periculis. Inveniuntur quanvis non quærantur. Faciliùs inquisitione inveniuntur. Hinc in ruinam velociter properant, & sæpe claudicant.

Nullus illis pudor.

Virgo sis oculis, sis ore, atque auribus ipsis
Virgo: nam tribus his facile est decedere recto.

Gregor. Naz.

Accinit Gregor. Nazianz. *Carm.* 3. de *Præcept. ad Virgin.* Virgo quàm fragilis flos! A vento rapitur, imo & lubrico aspectu tollitur. Conteret enim ad lapidem pedem, dum quærit avida criminis occasionem.

Pede claudicant.

7 *Quin & existere repentinos ignes & in aquis, & incorporibus etiam humanis*: ait Plinius *lib. 2. cap.* 107. Quid ignis fotus, si elicitur repentinus? Quid lignis si fovetur aquis? Nemo est qui se abscondat à calore ejus: ubi non compescitur fugà, ex fumo confestim flamma, & erupit ignis ex corporibus humanis. Gemit David concipiens ignem, cum viderit mulierem, se lavantem. Ab aqua vibravit faces, tela Cupidinis. Nescio an hoc intuitu, ut citiùs absumerentur ab igne, simul in bustis olim projiciebatur cum decem virorum cadaver fœminæ; uti observat Plutarch. lib. 3. *qq. Connub.* 4. Vel mortua nocet: inanimata urit. Quis à retibus blandiminum liber, ubi ignem evomit etiam cadaver?

Illarum cõsortium virulentum.

Plutarch.

Flamma fumo est proxima
Fumo comburi nihil potest, flamma potest.

Plaut.

Ait Plautus in *Curcul.* Act. 1. Scen. 1. v. 53. Ignoscitur sanè periculo, ni fugetur occasio: aptèque fumo confertur, quandoquidem ante flammam, quod deplorandum, ploratur. Quia fumus non urit, incautè pectus in occasionem procedit, quin cogitet fumo progredi in tenebras, desinentes in flammas: excusaretque, ubi nullum effugium, Cupidinis ignem; si fugeret occasionem. Fumo nesciunt, unde veniant, aut quò vadant: cæciquè descendunt in ignem abysi; quia labuntur occasione: quum ne ureret voracitate flamma, in fumo occasio fugienda.

Ni fugetur occasio, similis fumo.

8 Vita à Deo, populo in adorationem propendenti promittitur, modò *oculos suos non levaverit ad idola.* Cur aspectus, ubi innocuus intituitus? Aliquid latet periculi, dum visio interdicitur adorationem nolenti. Unde David exclamat: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem*: igitur peribit, si invenerit occasionem. Oculi faciei stellæ (nescio, an errantes, vel fixæ) amorem conciliant, & fœdere animas gravant: pronubus enim oculus, ut indulgeat adorationibus pectus: & ubi oculi curiositate fauciant, intendit David, ne videant; quippe difficile, periculum fugere, in periculi occasione. Hinc Herm. Hugo *lib. 2. Pier. desider. Vot. 4.* tribuit aspectui fœminarum, quod præscribitur de vitanda adoratione idolorum, canitque:

Ezech. 18. 6.

Psal. 118. 37.

Difficile, periculum fugere, in periculi occasione.

O oculi! Scopuli titulo meliore vocandi.
Heu, quibus allisæ tot periere rates!

Herm. Hug.

Fœmina vocatur *pulchrum idolum*, à Menandro; specie tantùm pulchrum, igitur adinstar idoli fœmina quæ extrinsecùs aurea, intrinsecus lutea. Unde *Eclog.* 2. v. 17. dicit Poëta incauto juveni:

Curfœmina idolum?

——Nimium ne crede colori.

Virgil.

Sub luce luet, quicquid curiositate deperit. Allectat venustas, lactat: & oculato, ne pereat, præcipitur, quod non videat; etenim ubi pulchritudo luminibus objicitur, faciliùs excluditur, quàm expellitur.

Faciliùs excluditur, quàm expellitur.

9 Suppetat ratio. Ornata, procaxque procedit fœmina, quin præcedat verecundia. Cultu intumescit, aspicientibus arridet, & dum fulgurat venustas, patet universa vanitas. Adoratio, non visio inhibetur, ubi idolum oculis pulchrum objicitur: & indicatur aspectus, dum despiciendus est cultus; quippe quandiù pectus curiositas punxerit, si viderit, adorabit. In aspectu occasio struit voluptuose insidias, deaurat curiositas, ciet vafra voluptas. In adoratione accipitur vulnus, percutitur animus, compungitur pectus: & ubi signanda fœtidi simulachri adoratio, prohibetur signatè visio; quoniam præceps corruet in subitam necem, quisquis vulneris incautus non fugerit occasionem. Plures in se confidentes tanquàm justi, abdicunt periculum, & vulneratos se nesciunt, quasi viverent in carne extra

Visa nocet.

Obvia lædit

car-

carnem, ac humanam exuissent penitùs conditionem, quibus indicitur mortificatio sensuum, ad moderamen passionum; ne discant ruinà, in quod impellit audacia: etenim altiùs percutietur pectus, si sauciat corda levis oculorum jactus. Si videtur simulachrum, periculum curiositate inquiritur. Tutior erit anima, si non videtur: lexque removet visionem, ne cor labatur in crimen; quoniam si visio occasio, & non removetur visio, cadet usquequaquè in criminis occasione: equidem sufficitur vanissimè confidentia, ubi collocanda fuga.

Lethalis ictus, levis oculorum jactus.

10 Fœminam uti fragilem persequitur vafer hostis, igitur per illas & in illas ejus prævalent artes. Apparuit mulier amicta Sole pudicitiæ, carnis affectionibus quasi Luna sub pedibus, ac tanquàm sideribus redimita virtutibus; & draco rufus habens septem capita (etenim in luxuria cuncta continentur vitia) suggestionibus persecutus est mulierem, quærens, ut devoraret certamen: *at mulier fugit in solitudinem.* Illustratus est locus *Tom.* 1. *T.* 6. *D.* 8. à num. 3. sed novo acumine exponendus. Fuga fœminæ *factum est prælium magnum in cœlo: Michael & Angeli ejus præliabantur cum dracone.* Cum diversis initur bellum: mulieri conferunt triumphum. Cœlestis adstat militia, ut coronetur fœmina: etenim Angeli assistunt in certamen, ubi mulier fugit certaminis occasionem. Dispalescit victoria, Angelorum cohorte, muliere fugiente. Ita plaudus: *Nunc facta est salus & virtus.* Nunc? Invalida viribus fœmina, fatetur fuga. Fuga minimè pugnatrix, ut sit victrix, quomodò nunc prælium magnum, & demonstratio virtutum? Utrique satisfaciam.

Apoc. 12. 6.

Vers. 7.

Ubi homo occasionem fugit, Custos pro illo contendit.

Vers. 10.

11 Nequaquàm conflictus erat, quo ostentandæ vires virtutis, sed imbecillitas inermis fragilitatis, cujus triumphus à certamine recessus.

Ut deceat fugisse viros.

Uti dixit Cato apud Lucan. lib. 9. *Pharsal.* v. 406. Remotio à pugna in luxuriæ incursibus est palma: & ubi fugà redimit imbellis mulier conflictum, exponitur prælium magnum; igitur pro victoria, quam optabat, fortiùs præliabatur cùm fugiebat. Ut expugnetur castitas, pugnà à diabolo struitur insidiosa voluptas. Prælium appropinquavit, fœmina fugit; tuncque prælium magnum, quia nullum prælium: igitur in pugnantem retorsit fulmen, dum abstulit fuga certaminis occasionem. Non de virtute gloriandum, ut rutilet virtus, dum pugnat lasciva Venus; virtusque prævalet muliere fugiente; quia minimè confidebat de virtute.

Lucan.

Ex luxuria palma in fuga.

Nocet in virture confidentia.

12 Prælium patet oculis, pateat ergo tunc fortitudo virtutis. In hujusmodi vitiis resistentia, claret vulnerata victoria: uniturque & virtus & salus; quippe sine salute non est virtus: maximè cum plurimi amiserint salvationem, quoniam certando voluerunt demonstrare virtutem. Hujusmodi prælium non est conditionis fragilis, sed Angelicæ potiùs conditionis, passionum carnis expertis, & alienæ impressione voluptatis, atque abstractæ ab affectione cupidinis. Nequit contendere, qui corruit certamine; igitur futiles vires temeritatis, & occasio adimit vires: diciturque tunc factam salutem; ut pro victoria imitemur artem: quandoquidem homo potietur amissibili triumpho, si pro corona & laurea fugerit homo. *Nunc facta est salus & virtus.* Salus fugà meditatà, virtus inceassabili pugnà. Paritur victoria, & fugiendo & pugnando. Si inserendum certamen, sit Angelicæ virtutis, nequaquàm hominis: equidem ut salus, & virtus clareat, necesse est, quòd Angelus contendat, & homo fugiat.

Superabitur tentatio, si fugerit homo.

13 Quàm multi spe victoriæ inducti sunt, ut vincerentur! Conversi sunt in die belli ob amissum triumphum, qui mittebant & extendebant arcum. Nemo stat in lubrico, ac vel in tuto supplantat occasio: arcum conterit, arma confringit, ac scintillà levi scuta comburit igne. *Quæ Cannis corona merita* (exclamat Plin. *lib.* 7. *cap.* 27.) *unde fugisse virtutis summum opus fuit?* Si adhuc periculum in fuga, quæ sartatecta? Summa virtus in timida fuga: quippe summum fugere, ubi non congruit præliari, & vires summendo amittere. Ars sanè certamine à milite penitùs ignoratur, quo pro vulnere infligendo usque in precordia percutitur. Ut scias virtutis modum, audi Plautum. Ita igitur monet in *Stich.* Act. 1. Scen. 2. v. 63.

Plin.

Certaminis corona in timida fuga.

E malis multis malum quod minimum est,
Id minimum est malum.
Qui potest vitare mulieres, vitet: ut quotidie
Pridie caveat, quod pigeat postridie.

Plaut.

DI-

DIDASC. VI.

Insaturabilis humani cordis ambitio.

Ambitio cur adinstar ignis?

1 APtissimè ambitio confertur igni, cujus omnia destruit flamma, ni sit super omnia; quin cogitet ampliore voracitate perire, & lucem lumine perdere. Vescitur aurà instar chamæleontis; atque aquilæ similem, ambitiosum parvo pudet latere cubili, dum instat natura volare. Sese non humilis curvat, donec accipiat: & camelum æmulatur, qui statim pondere erigitur. Uti horologium, pondere levior. Ut crocodilus moritur, ni major. Ut hirudo urget, donec impleatur. Ut pyrobolus ascendit, donec rumpitur. Ut Ixion jugi vertigine vertitur. Ut Sisyphus in eundem lapidem nititur. Quasi in Tityo, vulnus adacto vulnere crescit. Quasi Danaides, urnas in vacuum irrequietus implet. Quasi Icarus in præcipitium volat, & regit uti Phaëton, ut lapsu graviore ruat. Quasi Tantalus optat omnia, sed fugiunt cuncta.

Aliæ similitudines.

Rapitur volucri tortus Ixion rotâ.
Cervice saxum grande Sisyphia sedet,
In amne medio faucibus siccis senex
Senec. *Sectatur undas. Abluit mentum latex*
Fidemque cùm jam sæpe decepto dedit,
Perit unda: in ore poma destituunt famem.
Præbet volucri Tityus æternas dapes:
Urnasque frustrà Danaides plenas ferunt.

Ambitiosus dotibus vacuus.

Accinit Tragicus in *Hercul. Furent.* Act. 3. v. 749. Hæc ultima similitudo proprior cunctis in fastu ambitiosi pectoris: etenim dum sibi videtur dotibus plenus, apparet omninò vacuus. Vividè genium & ingenium expressit Seneca lib. 2. de *Benef.* cap. 26. *Nunquàm enim improbæ spei* (inquit) *quod datur, satis est. Eò majora cupimus, quò majora venerunt, ut flammæ infinito acrior vis est, quò ex majore incendio emicuit. Æquè ambitio non patitur quemquam in ea mensura bonorum conquiescere, quæ quondàm ejus*
Idem. *fuit impudens votum. Nemo agit de Tribunatu gratias; sed queritur, cur non est ad præturam usque perductus: nec hæc grata est, si deest consulatus: nec hic quidem satiat, si unus est. Ultra se cupiditas porrigit, & felicitatem suam non intelligit; quia non unde venerat, respicit, sed quò tendat.* Verè aurea cuncta, quia vera.

2 *Mensis hic vobis principium mensium primus erit in mensibus*: dicitur à Moyse. Ad quid primus dicitur, si uti principium signatur? Ut coërceat, exprimens insaturabilem ambitionem, quæ quidem non habet finem: igitur dum in extremo munere exitum quærit improbum votum; non habet exitum, sed ambitus sitibundi turpe principium. In principio hujus mensis fiebant comitia pro electione civium in publica munera, uti dicemus in *Kalendar.* Locum habet ampliorem ambitio, ubi micat vel à longè leviculæ dignitatis electio: diciturque principium ambitionis, finis temporis pro munere dignitatis; quoniam ambitiosus majora cupit, cùm in majora pervenerit. Hinc Rab. Jonath. legit: *Mensis hic pro termino initii mensium.* Terminum & initium? Utique: ambitio non habet terminum, verùm habet præcipitium.

Exod. 12. 2.

Non habet terminum.

Majora cupit, si in majora pervenit.

Rab. Joan.

3 Exemplum habemus in Aman. Cuncta regna possidebat Assuerus summà pace, quousque ille ingressus in regimen ambitu ampliore; igitur cuncta subvertit, ut solus emineret super omnia. *Cum hæc omnia habeam* (dixit uxori & amicis) *nihil me habere puto.* Quid ergo desideratur? Crux nimirùm. In ambitione latet, & nanciscetur. Fastus patet & arrogantia: etenim pungitur acriter ambitiosi superbia, dum reputat ictum cuspidis, neglectum vel defectum urbanitatis. Nonnunquàm index ambitiosi elucet, ubi incomitas offendit; siquidem conditio fastus, quòd oblatæ nihili, & omissæ reverentiæ ducantur maximi. Perperàm sese gerit, ubi auctoritatem in exteriore reverentia constituit: aptiùs collocatur majestas quàm in curvatione genuum, in adoratione cordium: demonstraturque fastosi cordis jactantia, pro exteriore subditorum reverentiâ, despiciente oblata corda.

Esth. 5. 13.

Nihil illi cuncta.

Conditio urbanitatum qualis?

4 Perpende sententiam pro ambitu. *Cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto.* Nihil omnia? Inventus est, qui aliquid desideraret ultra cuncta. Satiaretur aliquando pectus, si posset satiari ambitus: nihilque habere dicit, qui omnia fatetur habere: quippequàm ambitus fomite non satiatur cogitatio læsa, ni aliquid sit super omnia. Super omnia plus non est; sed ambitio appetit plus. Non potest esse quid verum, sed falsum omni-

Ambitus desiderat aliquid, ubi nihil.

Quo compescitur cogitatio, crescit ambitio.

omninò, & fictum. Quo compescenda cogitatio, glisçit ambitio; quandoquidem non cupit veram in majestatem gloriam; sed inanem ac futilem apparentiam. Nihil habet, & omnia habet. Altiora, uti possibilia, impossibilia respicit. Post honores cumulatur honoribus, gravatur post collatas immeritò dignitates ampliorib. dignitatibus: & nihil habere fatetur, dum extremi summi honoris possidet apicem; quoniam ambitio vorans non habet finem. Ulteriora fastigia post summa appetit, quasi nihil haberet, neque aliquando habuisset. Conditionem amoris ambitus sequitur. Suspendio tollitur. Vide Bocch. *Symb.* 12. unde Amanus post omnia suspendium obtinuit, ut nihil ad exaltationem ambitus desideraret. Quid boni attullit hujusmodi ardentia? Amittere habita munera, exaltare inimicum & ultorem, commovere in odium auspicem, & cunctis patêre, aptiùs micare in exemplum patibulo, quàm in solio.

Alios exaltat, quòs deprimere, tentat.

5 *Hoc ipso pernicioſior ambitio est* (ait Ambros. lib.4. in *Luc.* cap. 4.) *quòd blanda quædam est consiliatricula dignitatum, & sæpe quos vitia nulla delectant,* Ambros. *quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia subruere, facit ambitio criminosos. Habet enim forensem gratiam, domesticum periculum, & ut dominetur aliis, priùs servit: curvatur obsequio, ut honore donetur.* Per speciem regiminis, gloriam affectat honoris. Excæcat aciem mentis gloriæ furor, si micat honor: dormitque in secreto calami, si sederit in corde Monachi: igitur pestis viget deaurata, doli officina, vitiorum origo, virtutum erugo, hypocrysis genitrix, livoris altrix, discordiarum comes, fomes audatiæ, radix impudentiæ, semen arrogantiæ. Tam solicita est, ne quem ante se videat, quàm post se non alium. Laborat invidiâ, & quidem duplici: & invidetur ei, & invidet ipse. Non ille ire vult, sed nequit stare, uti pondus in præceps, cujus finis jacuisse. Nescit in acquisitionem finem, ac ex muneribus, vulneris medicinis fovet languorem. Vel satur minimè quiescit. Quæris causam? Audi Senecam. *Nemo non benignus est sui judex* (infit lib.2. de *Benef.* cap.26.) *inde est, ut omnia meruisse se existimet, & insolutum accipiat, nec satis suo pretio se æstimatum putet.* Nescio, an vocanda ingratitudo, vel insolentia. *Hoc mihi* (dicunt) *dedit, sed quam serò! Sed post quos labores? Quanto consequi plura potuissem, si illum, aut illum, aut me colere maluissem? Non hoc speraveram. In turbam conjectus sum. Tam exiguo dignum me judicavit? Honestius, præteriri fuit.* Quid hoc insatiabiles belluæ! Quousque honorivoræ? Senec.

Conditio ambitionis.

Soliloquia & questus.

6 *Vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate* (Enallage, *ambulabitis*) *in lumine ignis vestri: in doloribus dormientis*: dicit Dominus per Evangelicum vatem. Exprimitur inhiantium muneribus perpetua sitis, inter ignes ambitionis, etenim plus insaturabiles sitiunt, dum plus potantur. Quietem ulteriore gradu cogitant, & in amplius incendium sese præcipitant. Unde cùm cognoscant uri in habita dignitate; prosiliunt, ignem fugientes, atque in acriorem prosiliunt: siquidem magis uruntur, inquirentes refrigerium. Accendunt ignem in lumine ignis, vescuntur flammis. Lumen est ex dignitate, ignis verò ex ambitione. Splendor allicit, ignis urit; quin cognoscant pœnam (quod concupiscunt ut gloriam) nec tormentis resipiscant: igitur pro dignitate ignem apetunt, atque gloriantur invenientes tormentum. Nil ad illos quòd ardeant, modo fulgeant. Cruciamen flabellum fastus, theatrum gratulationum, blandimen cogitatur vanitatum, pro voto culminum: infatuati sequuntur damna, quanvis specie pulcherrimâ: ignemque secum trahunt larvatum lumine ignis, in supplicium ambitionis: igitur offendunt inextinguibilis ignis blandum cruciamen, avide solicitantes dignitatum splendorem. Isai. 50. 11

Uruntur, quærentes ambitiosi refrigerium.

Nihil, quod ardeat, modò fulgeant.

7 Liquet pœna saucii cordis. *In doloribus dormietis.* Grande malum. Alii ægri doloribus in vigilias excitantur, ambitiosi verò dormiunt; qui quidem longè distant à sanitate, lethali inurente febri: equidem dum pro medicina exhibet resipiscencia dolorem, ex ipsis medicaminibus conficiunt infirmitatem. Dolor semper instat, & animum quasi voluptate lactat: febrisque ambitus exhibet mentis obcæcatæ indicem, dum non cogitant, nec sentiunt in dolore dolorem. In doloribus dormiunt. Quantunvis deaurent, demonstrant, quanta patiuntur; siquidem foventes sinu ambitionem, nec habent in requie requiem. Exprimam clarius. Ambitiosus dignitatem cogitans, votum concipit. Habenti invidet, machinam illicò in ruinam struit, vera condit, falsa in-

Ex medicina conficitur ambitionis vomica.

Nec requiescit in requie

inquirit, in obices cæcus offendit, & vigilans non tutum cogitans tramitem, subvertit cogitationem. Despicit quod appetit. Unde Seneca *Epist.* 22. infit: *Excute istos, qui quæ cupire deplorant, & de earum rerum loquuntur fuga, quibus carere non possunt.* Et Euripides in *Iphig.* in *Aulid.* v. 338.

Ambitionis artes.

Senec.

Eurip.

Specie quidem non volens, voluntate verò cupiens.

Si hæc minimè cadunt ad votum, immutat vultum, & crudelissima servitutis projectione, quod abominatur pectore, palàm plaudit. Aptè Tacitus lib. 1. *Annal.* cap. 7. in hujusmodi propositum subdit: *Magis falsi, vultuque composito, nec læti, neu tristiores, lachrymas gaudium quæstus adulatione miscebant.* Patitur repulsam, tolerat ignominiam, cuncta cogitat, & adinstar lapis deserti, etiam ictus carpit iter, per devia & avia consequente petrà. Hinc dormiet? Inter vepres, & pungentes spinas ambitionis, quæ ita vel dormientes cruciant, ut etiam lassi præ doloribus non dormiant.

Tacit.

Servitus & labor ignominiosus.

8 Quorsùm ergo solicitudinum ambitus? Dicit Euripides ubi dudùm, v. 366.

Euripid.

Laborant, ut honores habeant,
Deinde excedunt turpiter.

Munera obtinentur muneribus.

An quia dona cumulant, & cuncta pro splendoris continuatione donant, miserrimè erga se se gerentes, & alios locupletantes; quia munera gignunt, & vel inutiles eligunt? Subit animum illud Josephi ad fratres: *Nec dimittatis quicquam de supellectili vestra; quia omnes opes Ægypti vestræ sunt.* Imo quia uti propria, Ægipti quæque pretiosa; cætera dimittenda. Politicè loquitur, ubi contraria hortatur. Omni habenti dabitur: & ut optata apud Ægyptios obtineant; monet, quòd habeant: siquidem munera muneribus obtinentur, & quæ consequi nequeunt, facillimè consequuntur. Tota igitur meritorum magnitudo stat in hoccine merito, uti in efficaci modo. Hispan. q. d. *El mejor modo de conseguir, saber que teneis que dar.* Hæc forsan? Causam exprimam aliam. Turpiter excedunt, dum honorem consequuntur: etenim non ascendunt in dignitatem, ut honorem consequantur, sed ut sequantur: non ascendunt, ut possideant; sed ut ascendant.

Genes. 45. 20.

In muneribus merita.

9 De Deo profert Amos: *Ædificat in cœlo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundavit.* Obscura sanè videtur sententia, verùm delicatur ab Isaia, dicente: *Cœlum sedes mea, terra scabellum.* In diversis periodis idem scopus exprimendæ divinæ majestatis: vide Sanctium hìc num. 21. Ubi Isaias signat *sedem*, Amos dicit *ascensionem*: hic *fasciculum*, ubi ille constituit *scabellum*. Discordant utique voces, sed unit ingenium ambitiosi pectoris. Pro fasciculo legit Sanctius: *Pulvinar*, *Cervical*. Hæc deserviunt in soporem, scabellum autem in dignitatem: & quanvis diversæ exponantur voces, idem designatur finis; quoniam dum ambitiosi culminis splendoribus inhiant, sitiunt duntaxàt ut quiescant. Haud appetunt culmen pro servitio, sed pro obsequio: ut illis serviendum serviat commodum; non ut serviatur, quod propriissimè officium: etenim non anhelarent in honorem, ni prospicerent micantem utilitatem. Haud portant pondus fastigii, sed portantur à portanda dignitate: frangiturque ferrea sedes majestatis nimio pondere levitatis ambitionis. Non ambiunt munus in ministerium publicum, sed tantùm in privatum commodum: diciturque pulvinar majestatis sedes crediti honoris; quia sedes excitans dormientes in officii vigilantiam, in pulvinar commutatur, ut magis liberè quiescant. Vernaculè: *La silla, que llama la vigilancia al oficio, la hacen almohada para su descanso.* Ambitionis igitur constat vigilia; sed dormiunt merita.

Isai. 66. 1.

Dignitas quæritur in commodum.

Non in ministeriū publicum.

10 Astipulatur vox Græca: etenim pro *Pulvinar*, legit *Pegmata*, idest *ligamina*, *compedes*, *funes*. In propositum utique cadunt Lectiones. Inest dignitati sedis & pondus dignitatis, quo ligantur muneri; & splendor muneris, quo fulget sedens in dignitatis onore. Nec omnia gravia, nec omnia levia. Cuncta juxta tempus, sine pondere habentia pondus. Nexus est pulvinaris, & compedis. Pulvinaris, qua quiescat caput: compedis, qua ligentur officio: mutantque ambitiosi in pulvinaria, dignitatibus hærentia ligamenta; siquidem obliti muneris, cujus compedes ad officia vigiles alligant, suscipiunt dignitatem, ut infulati requiescant. Virga Mercurii signum olim erat officii, & somnii: unde Ovidius, ex Homer. *Odyss.* 4. ca. nit lib. 1. *Metam.* Fab. 11.

Ambitiosus non cupit munus pro servitio, sed pro obsequio.

Virga symbolum dignitatis & somni.

Ovid.

———*Virgamque potentem*
Somniferam sumpsisse manu.

Aptiùs elucet speculum indignorum, dignitates ambientium. Solicitant virgam

in

Ut quiescat tantum quæ rit ambitus fastigium.

in regimen, sed regiminis patiuntur oblivionem: etenim nequaquàm cupiunt, ut meritis studeant, officiis consulant, credita regant, subditos diligant; sed duntaxàt, ut dormiant, & requiescant. Vividiùs expressit conatum Euripides, in *Supplicib.* à v. 32.

Cùm honore afficiuntur,
Gaudent, & augunt bella sine jure.
Alius, ut fiat Imperator,
Alius ut contumeliâ afficiat
Subditos, nactus potentiam.
Alius verò quæstus gratiâ.
Alius, ut genio indulgeat,
Et gloriæ dormiat.

Euripid.

11 Ergo instituto principali Didascaliæ, & primæ quæstioni. Ubi Isaias *sedem* signat, Amos ascensionem demonstrat. Appositiùs voces videntur in expressionem ambitionis in mundo, quàm firmitatis sedis majestatis in cœlo. Sedes est insigne dignitatis, & scena regiminis; unusque dicit sedem, ubi alius profert meditanter ascensionem; quippe perciti ambitu non sedent in sede dignitatum, ut sedeant, sed ut in cœlum superius gradatim surgant. Thronum fecit Salomon designatum per *ferculum*; at non signat in throno sedem, sed *ascensum purpureum.* Videtur structum hujusmodi ferculum ab ambitioso, cujus frequens pungens cogitatio, non solum moliri ascensum in thronum; sed sedem throni constituere gradum, ut postquàm obtentus sit ab ambitu thronus; per thronum, sedem, illicò ascendat superiùs. Quid ultra purpuram appeti quibat? Et hanc non sedem, sed ascensum parat: tùm ut constet ambitio insaturabilis, factis gradibus ex fastigio sedis: cùm ut ruina notetur, dum usque in summa ut saturetur attollitur: quandoquidem si ultra non datur, quò ascendat; est necessarium, quòd corruat. Verùm hoc *Tom. 7. Tautolog. 6.* ad illud Psalm. 46. 9. *Deus sedet super sedem sanctam suam.* Hæc conversatio ambitiosi, oculi superbi, & insatiabilis corde. Captat ventos spe futili, & ut canit Virgilius lib. 1. *Æneid.* v.

Ambitiosus sedem non cupit ut sedeat, sed ut cupiat.

Cant. 3. 9. 10.

Et semper ascendat, ac ascendendo cadat.

——*Animum picturà pascit inani.*
Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.

Virgil.



TAUTOLOGIA NONA.

EGREDIETUR GRATIS ABSQUE PECUNIA.

Exod. 21. 21.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 SERMO fit de fœmina Hebræa, ſervituti à patre addictâ, non ſub alienigena, aut proſelyto, ſed contribulis famulatui mancipatâ. Leges erant apud Hebræos (ut obſervat D. Thom. 1.2. *quæſt.* 104. & 105.) morales, cæremoniales, & judiciales. Licèt quædam eſſent miſtæ (uti mandata moralia & cæremonialia, moralia & judicialia, judicialia & cæremonialia; denique cæremonialia, moralia & judicialia ſimul) ferè in plurimùm deſignantur ſub primis tribus titulis. Præcepta moralia dicuntur naturalia, à ratione quippe, ut ſunt præcepta Decalogi. Cæremonialia inſtituto Dei, utpotè ad ejus cultum pertinentia. Judicialia verò in hominum ordinationem adinvicem, obligantia non ſolùm ratione, ſed promulgatâ lege. Ita idem Angel. Magiſt. ibid. *art.* 1. ad 1. & à *q.* 101. uſque ad 108. Inter alias ergo leges in Sina latas in civium rationale regimen, præſcribitur hìc lex de ſervo & ſervâ Hebræis: quæ quidem lex apponenda, ut conſtet genuinus ſenſus in præjacta Tautologiâ.

Præceptorũ Hebræorum diviſio.

2 De ſervis, & acceptionibus ſervitutis plura diximus *Tom.* 2. *Tautolog.* 12. *E.* Quæ quidem iteranda non arbitror; ſed promam tantùm ibi meditanter omiſſa, in præſentia (ut liquet) aptiora loca. Sciendum ergo, Hebræos potuiſſe lege habere ſervos tam ex contribulibus, quàm ex alienigenis: gloria equidem non ſerviendi ſolùm contigit Iſraëlitis ſub Salomone, & cùm ejus floreret imperium, ut patet, 3. *Reg.* 9. 22. & 2. *Paralip.* 8. 9. Servi erant & nati, & facti. Nati ex ſervabus; facti jure gentium, nimirùm bello capti, dono dati, crimine aliquo polluti, ære, aut librâ empti (quo ritu vel liberi in filios adoptabantur) ut aſtruit Suetonius in *Auguſt.* cap. 64. *Caium & Lucium adoptavit domi, per aſſem & libram emptos à patre Agrippa.* Subſcribuntque Caſaub. hìc cum Hottoman. & Commentatores Horatii in *lib.* 2. *Epiſt.* 2. v. 158.

Quibus titulis ſervi haberentur?

Sueton. *Per emptionem olim adoptatio.*

Horat.

Si proprium eſt, quod quis libra mercatur & ære,
Quædam, ſi credis conſultis, mancipat uſus.

Libra dicitur. Cauſa refertur à Plinio *lib.* 33. *cap.* 3. *Populus Rom. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem devictum uſus eſt. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur aſsis: quare eris gravis pœna dicta*, &c. Et Plautus in *Captiv.* Act. 5. Scen. 1. v. 27. inquit:

Plin.

Plaut.

Mihi libellam pro eo argenti ne duis:
Gratis à me, ut ſit liber, adducito.

Ita ergo pondere, non ſigno expendebantur aurum & argentum, quod videris paſsim apud Profanos, quos ſequitur Tiraquell. tam lib. 2. de *Legib.* quàm in *Alex. ab Alex.* lib. 6. cap. 10. Apud Sacros etiam invenies: quo ſuppoſito intelliges, apud Hæbræos olim nullum uſum aſperi argenti, cùm omnia eſſent ad pondus, quod bifariàm, nimirùm pondus civile, & pondus Sanctuarii. Etiam apud Hebræos erant, qui ſe ipſos propter prætium contra naturam & rationalem indolem, quanvis non ultra neceſsitatem, alieno ſervitio mancipabant; at contractus inter Romanos irritus, ni venundatus major annis viginti. Vide Roſin. lib. 9. *Antiq. Rom.* cap. 3.

3 Inter Hebræos erat annus, qui dicebatur libertatis, remiſsionis, ſcilicèt perfectæ

tæ & imperfectæ. Imperfectæ in anno Sabbatico, quo nequibant lege ſerere, metere, putare, aut vindemiare, *Exod.* 23.10. *Levit.* 25.à verſ. 1. Tunc remitti jubebantur debita Iſraëlitis fratribus, hoc eſt, contribulibus; non autem nationibus, ut dicitur *Deuter.* 15. à v. 1. & etiam librum legis, ſive Deuteronomium legere coram, in ſolemnitate Tabernaculorum: ibid. *cap.* 31. 10. denique libertate donare ſervos Hebræos, ſecùs verò ex gentibus, ære aut bello in familiam adſcitos, *Exod.*21.2. *Levit.* 25.à v.44. & *Deuter.* 15. 12. Aliqui negant ſervæ manumiſsionem propter intuitum venditionis: igitur apud illos frequens ancillarum emptio, & ante annos pubertatis, ut ſibi in uxores, aut concubinas aſſumerent; filiis, aut ſervis in conjuges darent, de quo à *num.* 25. Verùm falluntur: equidem expreſſa dimiſsio loc. cit. *Deuter.* & *Jerem.* 34. 9. 10. Perfectæ annus libertatis, ſeu remiſsionis, annus erat quinquageſimus, qui dicebatur *annus Jubilei*, in quo cuncta præfata fiebant, & inſuper Iſraëlitæ ſervi ad avitas redibant hæreditates, quæ venditæ, aut oppignoratæ erant toto curriculo quadraginta novem annorum, tuncque accipiebant libertatem, qui exire noluerant ex ſervitute anno Sabbatico imperfectæ remiſsionis, de quo infrà *num.*21. Ita præſcribitur *Levit.* 25. à v. 23.

Qui anni libertatis apud Hebræos?

4 Hebræi eſſe nequibant ſervi (de viris loquor) ni voluntarii, eſtò bello capti, & à morte ſervati, qua de causà ſervitutis emanavit nomen apud Latinos, ut dixi loc.cit. *Tom.*2. Videre poteris etiam apud Chryſoſt. Homil. 29. in *Geneſ.* Auguſtin. lib. 19. *Civ. Dei*, cap. 15. Baſil. in Libell. de *Spirit. Sancto*, cap. 20. Dion. Chryſoſt. *Orat.* 15. Athen. lib.6. *Dypnoſoph.* cap.6. Ælian. de *Var. Hiſtor.* lib.6.cap.76. Senec.*Epiſt.* 47.& lib.2.de *Benef.*a cap.28.Macrob.lib.1. *Saturn.* cap.11. Plutarch. libell.de *Cohib. ira.* Clem.Alex. *Pædag.* lib.3.cap.11. Cœl. Rhodig.lib.25. *Antiq. lect.* cap. 18. & 23. Roſin. ubi ſupr. *lib.9. cap.*3. Alex. ab Alex. *Dier. Genial.* lib.10. cap. 20. & ibid. Tiraquell. Unde illud Strozæ patris:

Servi nomē unde?

Vendere cùm poſsis captivum, occidere noli.
Serviet utiliter, ſive paſcat durus, aretque,
Naviget, aut mediis hyemet mercator in undis,
Annonæ proſit, portet frumenta, penuſque.

Stroz.

Cui cogitationi aſtipulatur hieroglyphicum inſigne Romanorum, quo humana facie mas & fœmina vituli ſub eodem jugo fingebantur, caudæ quorum deſinebant in opimas plenas ſpicas; ut clareret quodnam emolumentum & quantum ex ſervis, agrorum labori à dominis, qui eos valebant occidere, deſtinatis. Nec ita pingui Minervâ accipias, ut cogites ſervorum uſum, ſicut boum, aut jumentorum, uti cogitavit Cajetanus in illud Levit.25.43. *Ne affligas* (Hebræum, videlicèt, ſervum) *per potentiam*: ubi legit ex Hebr.& Chald. *Non ſubjugabis eum in fractione*: quaſi diceret *In fractione telluris.* Quod aſtruere aptiùs poterat ex Levit.26.13.ubi Dominus: *Eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne ſerviretis eis: confregi catenas cervicum veſtrarum, ut incederetis recti.* Origenes: *Fregi vinculum jugi veſtri.* Lorin. *Lora jugi veſtri, vectes, virgas, inclinationes jugi veſtri.* Hæc, ut ſonant, perperàm intelliguntur. Exponenda ſanè de ſervitute durâ, & dirâ metaphoricè tantùm, quo ſenſu aliis in locis, quia in Ægypto uſque in animarum amaritudinem ſuffocati, preſsique; illorum ſervitus dicitur *Ergaſtulum*, Exod. 6. 6. *Fornax ferrea*, Deuter.4.20-3.Reg.8.51. & Jerem. 11.4. uti poſteà captivitas Babylonica *Sepulchrum* dicitur, Ezech. 37. 13. Refutavi etiam hujus Doctoris Eminent. excogitationem loc. cit. *Tom.* 2. num. 10.

Agriculturæ hieroglyphicum.

Cajetan.

Origen.

Lorin.

Servitutis duræ.

5 Ni fallor deceptus fuit Cajetanus ritu uſitato apud Romanos: qui nanque, ut ſervi erubeſcerent, & ſolicitiores redderentur in injuncta miniſteria, remiſsâ graviore commiſsionis, vel omiſsionis pœnâ, ligabantur ad currus furcam, quam trahebant per viciniam. *Super ſervis quoque* (ait Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 20.) *ne in eos graviùs æquo domini animadverterent, pœnæ ſunt conſtitutæ: ſiquidem nequam & contumax ſervus, ut plauſtri lignum, cui affigitur temo, quæ furca dicta eſt, in collo ferat, & eo quaſi jugo ſubactus, manibus poſt terga revinctis, per ora omnium circumferatur, à ſinguliſque furcifer appelletur.* Hac voce & contumeliâ feſtivus ſemper utitur Plautus. Ita ergo ſeſe gerebant Romani erga ſervos, ut refert etiam Plutarchus in *Caton.* & *Corolian.* haudquaquàm quia uſi fuerint ſervis, ſicut jumentis, ut de Hebræis, & etiam cum ſervis ejuſdem gentis intendit Cajetanus, maximè cùm lege cautum, nullum, vel captum bello, ex fratribus retineri poſſe tanquàm ſervum. *Servus & ancilla* (dicitur Levit. 25.44.) *ſint vobis de nationibus, quæ in circuitu veſtro ſunt:::. fratres autem ve-*

Unde ſervis nomen furcifer?

Alex. ab Alex.

Hebræus nequibat esse Hebræi servus, etsi in bello captus.

vestros filios Israël ne opprimatis per potentiam: ideſt, ne redigatis, estò captos in bello, in ſervitutem, & hoc intuitu ſervetis; ſed liberè captos abire ſinatis; ut legimus factum tempore Achaz: igitur ducenta millia ex Juda remiſſa ſunt in propria à filiis Iſraël, juſſu Prophetæ Oded. 2. *Paralip.* 28. à v. 8.

Sponte poterat, aut cau sà debiti.

6 Spontè autem quilibet Hebræorum poterat ſe obſtringere ſervituti, ſeſe vendere & filios & filias: imò ſe vendere advenæ & peregrino, ſi modò proſelytus, non autem ſi eſſet ethnicus, ob periculum idololatriæ. Conſtat ex Levit. 25. à v. 47. ubi: *Si invaluerit apud vos manus advenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus, vendiderit ſe ei, aut cuiquam de ſtirpe ejus; poſt venditionem poteſt redimi.* Jam v. 39. dictum: *Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus.* Liquet igitur Hebræum Hebræo ſeſe poſſe mancipare, ſicut permittitur emere, *Exod.* 21. 2. de quo infrà à num. 18. Abulenſis hìc *quæſt.* 9. inficiatur filium licitè à patre poſſe vendi, quia ſolùm permiſſa fœminæ mancipatio patri propter ejus conjugium, qui quidem intuitus caſſus omninò in viris: verùm oppoſitum conſtat Matth. 18. 25. ubi, ſervum non habentem talenta credita, *juſſit eum dominus ejus venundari, & uxorem ejus, & filios.* Quo intelligitur illud Pſalm. 71. 4. *Salvos faciet filios pauperum*: hoſt eſt, redimet à ſervitute, paſsà propter patrum inopiam, qui in ſervitutem redegerunt, filios. Etiam conſtat, 4. Reg. 4. 1. ubi fœmina clamat ad Eliſeum, dicens: *Servus tuus vir meus mortuus eſt, & tu noſti, quia ſervus tuus fuit timens Deum, & ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad ſerviendum ſibi.* Etiam aliquo crimine gravati obnoxii erant ſervituti, ut elucet *Geneſ.* 43. 18. & *Exod.* 22. 4. Etiam apud Romanos ingratitudine, aut obſequii omiſſione, emancipati redibant in dominorum poteſtatem; ut ait Cœl. Rhodig. *lib.* 25. cap. 23. & Suetonius in *Claud.* cap. 25.

Levit.

Matth.

Pſal. 71. 4.

4. Reg.

Lex Romanorum iniqua de poteſtate patria.

7 Fallitur etiam Juſtinianus ſcribens, *jus poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſſe civium Romanorum*: conſtat igitur loc. cit. poſteà latè exponendo, jus patriæ poteſtatis. Quo quidem jure, tyrannicè, & plus æquo uſi ſunt Romani, licèt lege ſulti. Ita enim habetur l. 1. tert. part. leg. 12. Tabul. *Uti qui ex patre, matreque familias naſceretur, in patris familias ſui manu, poteſtate, mancipioque eſſet, haberetque pater familias jus in eum vitæ ac necis, terque filium venundati poteſtatem.* Queritur illa apud Plaut. infelix filia in *Perſ.* Act. 3. Scen. 1. v. 10.

Plaut.

Tuine ventris causà filiam vendis tuam?
Tu pro ancilla me habes, an pro filia?

Conſule Roſin. lib. 8. *Antiq. Rom.* cap. 6. Etiam permiſſum tempore famis filios diſtrahere, modò reſtituerentur ingenuitati pretio à patre, qui vendidit, vel ab alio reſtituto: leg. 1. & 2. de *patrib. qui filios diſtraxerunt.* & ſimul Senec. lib. 1. *controv.* 2. Imò filium occidere pater quibat, ut dixi, & fecit Jun. Brutus, & Manl. Torquatus. Non ſatis ad coërcendam juvenum pervicaciam, & indolem inſolentem, viſum Romanis, filios è domo pellere, exhæredare; ſed decreverunt pro honore parentum, filios eſſe ſub patriâ poteſtate; facultatem concedentes, in carcerem mittendi, cædendi flagris, vinctos ablegandi in ruſtica opera, & etiam necandi, vel ſi filius Rempublicam miniſtraret, & Magiſtratum ſtrenuè gereret. Quàm abſurdum ex ſe liquet: carpitque & meritò Alex. ab Alex. *lib.* 6. *cap.* 10. Apud Hebræos concedebatur facultas mancipationis, ut vidimus: at ſi filius protervus, non à parentibus, ſed à judicibus addicebatur morti. *Deuter.* 21. 18.

Senec.

Alex. ab Alex.

Hebræus quolibet tẽpore quibat redimi.

8 In natione Hebreâ diſcrimen erat in ſervitute & dominio. Servus Hebræus ſemper locum habebat ad redemptionem, quanvis ſervus eſſet advenæ proſelyti, & per ſe & per amicos, ac conſanguineos. At ſi ab incircunciſis captus bello, non ita; quoniam erat ſub domini poteſtate ad voluntatem domini prout libêret manumittere, vendere, vel retinere. Ita igitur & pari jure ſervi ex advenis erant ſub Hebræorum poteſtate, quandoquidem quoad vixiſſent, in ſervitute permanebant. Hebræi verò ſervi in terrâ Iſraël, vel advenæ ſervientes, ſi redemptionem, ideſt pretium, non haberent, quo à ſe vel ab aliis poſſent redimi, redemptionem accipiebant anno Jubilei, ut patet præſcriptis *Levit.* 25. à v. 45. *De advenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati ſunt in terra veſtra, vos habebitis famulos, & hæreditario jure tranſmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternum. Si frater tuus vendiderit ſe ei* (ideſt, advenæ) *aut cuiquam de ſtirpe ejus, poſt venditionem poteſt redimi. Qui voluerit ex fratribus ſuis, redimet eum:: quod ſi per hæc redimi non potuerit, anno Jubilei egredietur cum liberis ſuis.* Ex quo duo clarè inferuntur, ſervum videlicèt Hebræum advenæ ſervientem redi-

dimi non posse ab alio advenâ, sed ab Hebræo: igitur exceptio regulæ firmat regulam in contrarium; & etiam servos Hebræos, vel sub alterius stirpis mancipatos dominis, aliquomodò caput habere: capite enim minuti dicuntur, ut asserunt Jurisconsulti, qui nec libertatem, nec civitatem, nec familiam habent. Videsis Cœl. Rhodig. lib. 25. *Lect. Antiq.* cap. 23. Servis igitur Hebræis, lege præfatâ datur familia; etenim cum illâ jubentur exire anno Jubilei: minimèque extendi quibat hujusmodi privilegium in alienigenas. Unde subditur v. 40. & 41. *Usque ad annum Jubilei* (servus nempe contribulis) *operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & revertetur ad cognationem, & ad possessionem patrum suorum.* Alienigenæ, ut patet, nullam in Israël habebant cognationem, nec possessionem.

Et in servitute non minutus capite.

9 Adde etiam quòd in formulario, seu Catalogo Hebr. *præcept.* vel *leg.* 174-175. & 176. habetur: *Israëlita non durè imperet fratri suo. Non abuti debent Israëlitæ servis, aut ancillis Israëliticis: putà quòd servis injungantur opera muliebria, aut econtrà. Israëlitæ non sunt vendendi more servorum: putà quòd præco præcedat, & venditionem ejus declamet. Si attenuatus fuerit frater tuus, & venditus tibi; non abutaris eo, ad vilia, videlicèt, ministeria; putà, quod solvat corrigiam calceamentorum, aut extrahat ea, & portet vasa ad balneum.* Hæc eruerunt ex loc. cit. Levit. 25. v. 42. ubi dicitur: *Non veneant conditione servorum*: quasi illis indultum, de alienigenis agere ad libitum: quod quidem præposterè ab eis intellectum. Cogitabant enim per ly *Non* præpositivum, quasi *non eum*; ideſt, Hebræum, sed alienigenam *opprimes servitute famulorum.* In Scriptura usitatum particulam disjungere à proximiore, & conjungere remotæ ad germanam sensus intelligentiam. Psalm. 108. 20. *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi, apud Dominum*: hoc est, opus hoc eorum apud Dominum, qui detrahunt mihi. Psalm. 80. 6. *Testimonium in Joseph posuit illud*: ideſt, illud testimonium in Joseph. Psalm. 11. 7. *Argentum igne examinatum purgatum terræ*: nempè argentum terræ apprimè excoctum. Vide alia *Tautolog.* præced. num. 65. Pariter ergo per *Anastrophen* intelligenda est auctoritas, ita ut *Non* cadat super oppressionem: q. d. *Eum* (servum scilicet) *non opprimes.*

Catalog. Hebr. Leges de humanitate in servos. Levit. Psal. 108. 20. Particula jungenda cum remotiore. Anastrophe in Script.

10 Frequenter igitur vel Hebræi cum contribulibus abutebantur imperio, uti Deus queritur per Jeremiam, 34. 16. & *Ezech.* 34. 4. Pessimè habiti sunt, igitur destinabantur ad laboriosa ministeria, nimirùm ad molam: quod quidem servitium frequens apud Priscos, ut patet, *Judic.* 16. 21. *Isai.* 47. 1. 2. *Jerem.* 25. 10. & *Matth.* 24. 41. *Exod.* 12. 29. ubi: *Usque ad primogenitum captivæ, quæ erat in carcere.* Chald. *Quæ est ad molam.* Astruunt morem Homerus *Odyss.* 5. v. 300. ex quo Virgilius in *Moret.* Terent. in *Andr.* Act. 1. Scen. 2. v. 28. ait: *In pistrinum dedam usque ad necem.* Plaut. in *Pers.* Act. 3. Scen. 3. v. 15. servum vocat *pistrinorum civitatem.* & in *Pseudol.* Act. 4. Scen. 6. v. 38. *Det nomen ad molarum coloniam.* Quod pluribus in loc. firmat Apulejus, maximè lib. 4. *Metamorph.* Variæ quidem apud Nationes servorum species ab operâ & ministerio. Erant *Topiarii*, qui viridarii studebant culturæ. *Scoparii*, seu *Atrienses* incumbentes munditiæ vestibuli ædium. *Pecuarii* gregibus consulentes. *Mediastini* & *Focarii* vilibus deputati. *Arcarii*, seu *Hercitæ* in opera rustica delecti. *Trapezopœi*, seu *Eleatri*, quibus de dapibus & epulis cura. *Capsarii*, qui libros heris deferebant, vel vestes ad balnea servabant. *Sacculatii*, Magiam, & Astrologiam judiciariam exercentes. *Apolides*, qui civitatis jure carebant. *Orcini*, qui & *Liberti*, quos dominus post mortem emancipabat. *Insularii*, qui ad secanda marmora in insulas missi. *Receptitii* hoc est, redhibiti, qui ob aliquod vitium, irrita venditione, mangoni reddebantur. *Originarii*, qui nati loco, cui patres adscripti, & hi dicebantur *Adscriptitii*, quia mancipati ita solo, ut alienari nequirent nisi cum fundo. Alii denique servi publici, alii privati, de quibus egimus *Tom.* 2. loc. cit. & videri licet apud Jurisconsul. in L. *instrumenta* ff. de fund. instrum. legat. l. *cùm quæreretur* §. ult. de leg. 3. l. 1. §. *cæterùm si quis* ff. naura cauponar. stabul. Alex. ab Alex. lib. 3. *Dier. Gen.* cap. 26. & Tiraquell. hìc. Aul. Gell. lib. 4. *Noct. Attic.* cap. 2. Cœl. Rhodig. *lib.* 7. cap. 31. & *lib.* 25. cap. 18. & 23. Ravis. Textor. in *Officin.* lib. 2. cap. 34. Rosin. *Antiq. Rom.* lib. 7. cap. 48-9. 2-10. 22. Columell. *lib.* 12. cap. 3. Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. Junior *lib.* 3. *Epist.* 7. Crinit *lib.* 17. cap. 8. Sueton. in *Cæsar.* cap. 64. & in *Neron.* 44. Martial. *lib.* 2. *Epigr.* 18. & alios quàm plures. De universorum specie loquitur Salomon Eccl. 2. 7. *Possedi servos & ancillas* &c. de quo consule Pinedam lib. 5. de *Reb. Salom.* cap. 8. At servi Hebræi non sordidis usi-

Minister iù molæ olim servis injunctum. Exod. Homer. Terent. Plaut. *Species servorum.* Eccles. 2. 7

bus

bus deputabantur; ſed duntaxàt agrorum culturæ, œconomicæ, rei pecuariæ, ut ſervi eſſent ſub ſervitio, & nequaquàm ſub ſervitute.

Levit. 25. 42. 11 Exponendum prætereà, quid ſit illud: *Non veneant conditione ſervorum.* Apud Romanos prævaluit, ſervos emptitios notari & liniri cretà. Ovid. lib. 1. *Amor.* Eleg. 8. v. 63.

Ovid.

Nec tu, ſiquis erit capite mercede redemptus,
Deſpice gypſati nomen inane pedis.

Formula venditionis apud Rom. Plautus in *Stich.* Act. 2. Scen. 2. v. 18. ait: *Venalis ego ſum cum ornamentis omnibus:* accinuntque Tibullus *lib.* 2. *Eleg.* 3. & Juvenal. *Satyr.* 1. v. 102.

Nota loquor: regnum ipſe tenet, quem ſæpe coëgit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

Tibul.

——*Sacro ne cedat honori*
Nuper in hanc urbem, pedibus qui venerat albis.

Juvenal.

Meminit & Cicero *Epiſt.* 7. ad *Familiar.* Plin. *lib.* 35. *cap.* 17. & 18. Dalecampius hìc. Titulos impingebant fronti, pectori, vel brachiis ſervorum venalium, ut refert Seneca *Epiſt.* 47. ac ibi Juſtus Lipſ. & Gruterus, Aul. Gell. *lib.* 4. *cap.* 2. & Alex. ab Alex. ubi ſupr. Hujuſmodi formulam ſignat & eruditione omnigenà illuſtrat Briſſon. de *Formul.* lib. 6. quem ſequitur Dempſter. in *Roſin.* lib. 5. cap. 36. Etiam ſervi ſolebant eſſe ſub haſtà, vel corona, aut de lapide tolli; quo ritu ſervus emptitius dicebatur ſumptus de lapide, de ſub haſtà, de coronà; quippe coronati emptori patebant. Ita Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 16. Cœl. Rhodig. *lib.* 25. *cap.* 2. Columell. *lib.* 3. *cap.* 3. & Jul. Pollux in *Onomaſt.* lib. 3. cap. 20. Etiam uſitatum, ne periret pecunia, conſulere per mangonem de ſanitate emptitii, ac in ſervabus indecorè: quapropter apud Marc. Senec. *lib.* 1. *controv.* 2. objicitur fœminæ ſacerdotium petenti: *Nuda in littore ſtetit ad faſtidium emptoris: omnes partes corporis & inſpectæ & contrectatæ ſunt.* Huic formulæ forma reſpondebat libertatis: ſiquidem in templo Feroniæ, ſeu Libertinæ erat lapis, in quo ſedebat manumittendus, raſo jam capite, & pileato, cui dicebantur verba in ipſo lapide inciſa, nimirùm: *Servi benemeriti ſedeant, & ſurgant liberi.* Vide Taubmann. in *Amphitr.* Plaut. Act. 1. Scen. 1. v. 306. Alex. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 10. Tit. Liv. *lib.* 2. *decad.* 3. Unde Virgil. lib. 8. *Æneid.* v. 564.

Marc. Sen.

Formula libertatis ſervorum.

Naſcenti cui tres animas Feronia mater
(Horrendum dictu) dederat, terna arma movenda,
Ter lecto ſternendus erat.

Virgil.

Quæ dea Feronia? Conſule La-Zerda tam hìc, quàm *lib.* 7. v. 800. num. 27. Suffragatur cogitationi Juvenalis, qui in paraſiti projectionem, & ob ventris ſervitutem ita invehitur *Satyr.* 5. à v. 170.

Ille ſapit, qui te ſic utitur, omnia ferre.
Si potes & debes, pulſandum vertice raſo
Præbebis quandoque caput; nec dura timebis
Flagra pati, his epulis & talis dignus amico.

Juvenal.

Raſo enim capite, tam illi, qui liberi fiebant, quaſi tempeſtatem effugiſſent, quàm qui bello capti ſervitute exempti fuerant, incedere, & triumphantis currum proſequi conſuevere. Obſervatumque fuit, ut in templo Feroniæ libertatis Deæ, tam ſervi, quàm addicti ex compedibus & ergaſtulo libertorum munia acciperent. Hucuſque Alex. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 10. Alia num. ſeq. Nihil horum fiebat apud Hebræos: tantùm mentio fit juris ceſsionis erga fœminam, quam, mortuo marito, ducere propinquior nolebat, *Deuter.* 25. à v. 7. & *Ruth.* 47. Recolitur comptio comæ ſervorum, qui educebantur è carcere in libertatem, *Geneſ.* 41. 14. ac ritus fœminæ in bello captæ, & ductæ ab Iſraëlita, *Deuter.* 21. à num. 12. & denique ſervi non exeuntis è ſervitute anno Sabbatico, cujus auris perforanda, de quo infr. num. 21. Imò contraria exequenda patent ex textu. *Non veneant* (ait) *conditione ſervorum*: ideſt, nullo ſigno, uti mos eſt gentium. Vel ſi mavis, intellige inhibitam eſſe venditionem ſervorum Iſraëlitarum conditione ſervorum aliorum ex gentibus, qui ſemper ſervi, cum filii Iſraël ſolummodò uſque ad annum Sabbaticum magnum, ſeu Jubilei, eſtò vellent, ſervire quibant.

Alex. ab Alex.

Capita nuda ſignum libertatis.

Levit. 25.

12 Sicut nulla erat formula ad emptionem, ad emancipationem nulla pariter recolitur in Scriptura. Apud Nationes varii ritus invaluerunt, nimirùm ſervos in eleutherium alapà cædi, tangi Prætoris virgà, caput radere, & ornare pileo, aut frondi-

bus

bus redimire, festucam in faciem propellere, ad cœnam vocari, in templum Feroniæ duci, ter circuire (in quo Numine afflati nudis pedibus sine læsione prunas calcabant, ut scribit Strabo *lib.*5.)testimonium libertatis scribere,nomen servi in censum inferre, quasi non minuti capite, aliave, videnda apud Rosin. *Antiq.Rom.*lib.1.cap. 20. Cœl. Rhodig.*lib.7.cap.* 31. Alex.ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 10. Aul. Gell. *lib.* 7. *cap.* 4. Brodæum lib.9. *Miscell.* cap.1.Lazar.Bayf.de *Re vestiar.*lib.20.cap.10. Tit.Liv. *lib.* 4. *Decad.*3. Tacit. lib. 13. *Annal.* cap. 27. Macrob. lib.1. *Saturn.* cap. 7. Claud. Minoën *Embl.* 150. Alciat. Erasm. in *Chil.*lib. 2. *centur.* 1. cap. 27. Plaut. in *Amph.* Act. 1. Scen. 1. v.306. Pers. *Satyr.* 5. v.82-88. & 182. Juvenal. *Satyr.* 5. v. 173. Mart. *lib.* 2. *Epigr.* 68-10. 72-11. 7-14. 1. & 132. Scothum in cap. 69. *Aurel. Victor.* & demùm l. C. ad l. *pater* ff. de manu vindict. l. 1. Cod. de his, qui in Eccles. manu. postliminii, jus §. si ab host. instit. l. *postlimin.* ff. de captiv. cum Pomponio leg. 2. §. *& cùm placuisset.*

Quibus ritibus olim manumissio?

13 Humanitas in servos commendatur à Deo,ut domini cogitent servos habere, servitutem servantes,non servitutem servientes: ita ut magis videantur esse sub disciplina, quàm sub potestate,quo sensu servi dicuntur pueri,& pueri servi. Matth. 8. 6. ubi: *Puer meus jacet in domo paralyticus.* vers.9. *Sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: & alii, Veni,& venit: & servo meo, Fac hoc, & facit.* Expressit regimen patrisfamilias, & discrimen inter servos & jumenta Jesus Siracides Eccli.33. 25.dicens:*Cibaria & virga & onus asino: panis & disciplina & opus servo.*Quàm aptè! Servo panis, non cibaria: si virga intersit, in disciplinam castiget, ac ita ministerio incumbat servus; ut opus sit, & non onus. *Quasi mercenarius & colonus erit:* dicitur à Deo, Levit.25. 40. haud quia operæ illius solvendæ, sicut mercenario, ut vult hìc Abulens. aliàs, ad quid emeret? sed quia non ut alienigenæ, in quibus erat proprie servitus famulorum, uti dicitur v.39.Quasi frater habendus Israëlita, estò sub servitute,ut similiter domino Deus retribueret, dum posset ipse, sicut fratri contigit, ob penuriam temporis,& instantiam paupertatis, in servitutem redigi. Quàm pulchrè,delicatèque Senec. *Epist.* 47. *Tam tu illum* (servum) *ingenuum videre potes, quàm ille te servum. Marianà clade quàm multos splendidissimè natos, Senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit! Alium ex illis pastorem,alium custodem casæ fecit.Contemne nunc ejus fortunæ hominem, in quam transire, dum contemnis, potes. Nolo in ingentem me locum immittere,& de usu servorum disputare,in quos superbissimi, crudelissimi, & contumeliosissimi sumus. Hæc tamen præcepti mei summa est: Sic cum inferiore vivas, quemadmodùm tecum Superiorem velles vivere.*O capita vacua!O cerebra! Occumbente auctoritate languet superba arrogantia. Si ita dominantium, quantum fastidium in dominationem servitutem servitorum insolentia! Asperius nihil est humili,cùm surgit in altum. *Quoties in mentem venerit, quantum tibi in servum liceat, veniat in mentem, tantundem in te domino tuo licere. At ego(inquis) nullum habeo dominum.Bona ætas est. Forsitan habebis. Nescis qua ætate Hecuba servire cœperit, qua Crœsus, qua Darii mater, qua Plato, qua Diogenes? Vive cum servo clementer, comiter quoque.* Monet Ovid. lib.3.*Metam.*Fab.2.

Inter Hebr. servi nō sub servitute, sed sub servitio.

Senec.

Idem.

——— *Ultima semper*
Expectanda dies homini est: dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Ovid.

14 Optimè explicuere hujusmodi fortunæ vicissitudinem, qui mancipium, aut servum emptitium comitem triumphantis destinabant, qui quidem inter triumphi plausus,pompamque suggereret:*Memento te hominem esse*:de quo agemus in *Ephemer.* die 2.*August.*& refert Alex.ab Alex.*lib.6.cap.6.*& *lib.*8.*cap.*25.Cicer.lib.1.de *Legib.*& lib.1. *Tuscul.qq.* Solorz. *Emblem.*4.5.6.44. & 99. Niceph.Calist.lib.18.*Histor.Eccles.* cap.29. Lucan.lib.10.*Bell.Phars.*v.276. ubi:

Servus cum triumphante.

Venit ad occasum mundique extrema Sesostris,
Et Pharios currus regum cervicibus egit.

Lucan.

Juvenalis invehitur in hujusmodi animi insolentiam, *Satyr.*10.à v.36.

Quid si vidisset prætorem curribus altis
Extantem, & medio sublimem in pulvere Circî
In tunica Jovis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ; magnæque coronæ
Tantum orbem, quantum cervix non sufficit ullaq;

Juvenal.

Quip-

Quippe tenet ſudans hanc publicus, & ſibi Conſul
Ne placeat, curru ſervus portatur eodem.

Meminit Tertul.in *Apolog.*cap.33. Plutarch.in *Paul.Æmil.* Zonaras lib. 2. *Camilli* in *triumph.* Plin.*lib.7.cap.*32-22.4-33.1.& Joſeph.lib.7.de *Bell.Jud.*cap. 24. Hujuſmodi morem etiam arbitror inoleviſſe, quia credebant Ethnici, fato vel Deos obnoxios eſſe ſervituti hominum, uti diximus *Tom.præced.Tautolog.*12.num.13.& aſtruit. Q. Calab. lib.ult.de *Helen.raptu,* ubi Paris infit:

Q. Calab.
Hinc Dii ſemper Olympo delapſi ad mortales diverterunt
Ac ſervitutem ſervierunt, quanvis eſſent immortales,
Quorum & Neptunus & Apollo noſtræ patriæ muros condiderunt.

Verùm eſtò Dii ſervituti addicti pro tempore,reſtituebantur poſt à Jove in priſtinum majeſtatis ſtatum.Qui triumphabant verò ſecum ſervum ferebant comitem,ut ſcirent, fortunà rotante, etiam ſub ſervis pati poſſe ſervitutem. Cogitent ergo Chriſtiani, propter pomi eſum in ſervitutem Satanæ traditos;ſed principi tenebrarum dominaturos virtute illius, qui æqualis Deo, formam ſervi accepit,in ſimilitudinem hominum factus, ſecum ducens in triumpho captivam captivitatem.

Chriſtus vicit diabolũ, & egit in triumphũ.

15 Hinc in templo Apollinis Delphici pro foribus illa aurea ſententia: *Noſce teipſum.* De cœlo lapſam judicarunt Priſci. Vid. Plutarch.in *Vit.Alex.*Q.Curt. *lib.*8. cap.25.Auſon.in *Laud.Sapient.* tam in Ludio, quàm in Chilon. qui quidem *Edyl.* 31. iterat, canitque:

Cognitio ſui quanti ſit?
Quamquàm difficile, ſe noſcere gnothi ſeanton
Quàm propere legimus, tam citò negligimus.

Ovidius de *Arte* lib.2.v.427.ex Oraculo Apollinis fingit vocem:

Ovid.
Is mihi laſcivi dixit præceptor amoris,
Duc age diſcipulos ad mea templa tuos.
Eſt ibi diverſum famà celebrata per orbem
Litera, cognoſci quæ ſibi quemque jubet,
Qui ſibi notus erit, ſolus ſapienter amabit:
Atque opus ad vires exiget omne ſuas.

Subſcribit Juvenalis *Satyr.*11.à v.27.

Juvenal.
——E cœlo deſcendit gnothi ſeanton
Figendum & memori tractandum pectore, ſive
Conjugium quæras, vel ſacri in parte ſenatus
Eſſe velis. Nec enim loricam poſcit Achillis
Therſites, in qua ſe tranſducebat Ulyſſes.
Ancipitem ſeu tu magno diſcrimine cauſam
Protegere affectas: te conſule, dic tibi, quis ſis,
Orator vehemens, an Curtius, an Matho: buccæ
Noſcenda eſt menſura tuæ, ſpectandaque rebus
In ſummis, minimiſque.

Difficilis. *Noſce teipſum*: dictio quidem brevis, ſed tanta res, quam Jupiter ſolus ſciebat,ut merito Plautus dicat in *Pſeudol.* Act.4. Scen.2. v. 17.

Plaut.
—Vix decimus quiſque eſt, qui ipſus ſeſe noverit.

Smetius in *Kalendar.* ut videbimus loc.cit. addit ſervum coram triumphante portaſſe & coronam & flagellum,ut ſceptrum ſignaret in ſpectrum poſſe converti, triumphum in ſervi trophæum,gaudia pectoris atque honoris, ſplendoremque dignitatis, in gravamina,vincula oneris,amoto clavo fortunæ rotæ volubilis,ſumma ad præcipitia inſitâ conditione vertentis.In Hebr.æquivoca vox *Sceptrum.*Hinc legit Geneſ.49.10.ubi Vulgata *Sceptrum:Non auferetur flagellum de Judà.*Qui ſtat,videat,ne cadat, redactus flagellis in priſtinum, qui ſceptro & purpurâ poſsidet ſplendidè thronum. Quælibet bona, miſsilia ſunt fortunæ, & quicquid in ejus manu hæret, poteſt cadere.Vide pulchra apud Cœl.Rhodig. *Antiq.Lect.*lib.26. cap. 6. & Joann. Sambuc. *Embl.* 2. Ut in hæc intenderent Hebræi,conſuluit Deus in ſervos humanitati;ita ut licèt ſub ſervitute eſſent qui fratres,non tanquàm ſub ſervitute ſervirent domino,ſed tanquàm mercenarii ſub ſervitio: tùm, quia patres illorum ſervi fuerant in Ægypto: cùm, quia cuncti ſervi ſub Domino Deo, ut dicitur ibid.v. 42. & 55.

Servus corã triumphante flagellum & coronam portabat.

Hebr.

Cuncta mũdana, fortunæ miſſilia.

Levit.

Chald.

16 Quapropter ut quieſceret poteſtatis faſtus, dicitur v. 39. *Non eum opprimes ſervitute famulorum*: hoc eſt, mancipiorum. *Non ſervire facies in eo ſervitutem ſervi:*

ut

ut vertit Chaldæus. Haudquaquàm servi habendi, ut dominentur, quippe elati, fracto jure, dominis dominabuntur, ut contigit Syris, Cretensibus, & Volsinensibus, qui à servis manumissis posteà oppressi sunt, uti astruit Ravis. Text. lib. 2. cap. 34. Hebendi ergo mitissimè, non inhumanè. Audi Senecam loc. cit. *Infelicibus servis movere labra, ne in hoc quidem, ut loquantur, licèt. Virga murmur omne compescitur, & ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternutamentum, singultus: magno malo ullâ voce interpellatum silentium luitur. Nocte tota jejuni, mutique perstant. Sic fit, ut isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet:.. Non habemus illos hostes, sed facimus. Alia interim crudelia, & inhumana prætereo, quòd nec tanquàm hominibus quidem, sed tanquàm jumentis abutimur.* Quare sæpe Deus permisit ut sub servis malè habitis ruerent domini, vel sub illorum aliquando caderent potestate. Spartæ propter occisos sine crimine servos, terremotum accidisse, refert Ælianus lib. 6. de *Var. histor.* cap. 7. ita ut concussâ civitate, vix quatuor ædificia relinquerentur. Servi digni dignè tractandi, nequam verò, ut digni fiant.

In hominibus & tota dominatio & tota servitus odiosa.

Senec.

Modus potestatis.

17 Servitus semper vel brutis dura. Non benè pro toto libertas venditur auro. Unde esse sub maledictione, servire dicitur *Josue* 9. 23. Servitium grave est, quid servitus? Expresit optimè Abisares rex Indiæ Alexandro Magno scribens: *Omnia factu rum quæ imperasset, modò ne cogeretur corpus suum dedere: neque enim aut sine regio imperio victurum, aut regnaturum esse captivum.* Ita ex Curtio *lib. 9. cap. 1.* Hinc, ut ait Seneca loc. cit. patres familias, qui servos non servos, sed familiares vocabant, *instituerunt diem festum, quo non solùm cum servis domini vescerentur, sed quo utique honores illis in domo gerere, jus dicere permiserunt.* De his agetur in *Kalend. Sacr. profan.* 1. *Mart.* 7. *Julii*, 13. *August.* & 19. *Decembr.* Quod quidem apud Græcos etiam in usu. Vide 2. *Maii*, & Saturnalia 1. *Mart.* 1. *Novembr.* Apud Babylonios, ut ait Athenæus *Dyphnosoph.* lib. 14. cap. 17. & Casaub. hìc die 17. Augusti in levamen servorum Saceon sacrum per quinque dies peragebatur, quibus servi dominabantur, atque unus ex illis constituebatur Rex: at capitali pœna damnatum, quod frequenter conabantur, permittebant illis diebus indulgere genio sedere in regio solio, ornari augustè, comedere & bibere; sed quinto quidem die flagellatum suspendebant è ligno. Dio Chrysost. *Orat.* 4. de *Regno*, Persis attribuit. Saturnalia, ut quiescerent ab onere servi Hebræi, describuntur à Beyerlinck die 5. *Mart.* quo fulcro, vel auctoritate ipse viderit. Sanè inconcussum aliquas pœnas posse infligi servis propria auctoritate, ut infertur ex *Deuter.* 23. 15. verùm nihil exequendum ultra legem, uti præscribitur *Exod.* 21. 26. Si verò crimina à servis perpetrarentur, uti si fuerint blasphemi, arioli, pythonici, &c. absdubiò morti addicendi: igitur si obnoxii Israëlitæ, quo pacto liberi servi? *Exod.* 22. 18. 20. *Levit.* 20. 2. 27. *Deuter.* 3. 2. 6. 7. 8. 13. Apud Romanos pœnæ etiam aliquandò publicæ ad columnam Mæniam: uti refert Rosin. *lib. 9. cap.* 24. His ergo pro illustratione legum de servitute prælibatis, ad binas, ex quibus oritur Tautologia, descendamus.

Saturnalia propter servos.

Quid Saceon apud Babylonicos?

Voluptas mundi in ruinam.

An aliquod festum servis Hebræis?

18 De servo igitur ita præscribitur. *Si emeris servum Hebræum, sex annis serviet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intraverit, cum tali exeat: si habens uxorem, & uxor egrediatur simul. Sin autem dominus dederit illi uxorem, & pepererit filios & filias* (& pro *Vel*, ut sæpe notavimus) *mulier & liberi ejus erunt domini sui: ipse verò exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit servus: Diligo dominum meum & uxorem ac liberos, non egrediar liber, offeret eum dominus diis* (ideſt, judicibus) *& applicabitur ad ostium & postes* (domus scilicèt, è qua egredi renuit, ut dicitur *Deuter.* 15. 17.) *perforabitque aurem ejus subulâ, & erit ei servus in sæculum:* hoc est ad annum usque Jubilei.

Exod. 21. 2.

Lex de servo Hebræo.

19 Servus hic non mercenarius, vel famulus intelligendus, sed servus emptitius, & Israëlita, qui egredi debet anno Sabbatico, & gratis. Nescio quo intuitu sese mancipabant servitio: igitur si paupertas urgebat, Hebræus Hebræo commodare debebat necessaria, quæ quidem si reddere non poterat, anno Sabbatico remittebantur. Patet Deuter. 15. à v. 7. ubi: *Si unus de fratribus tuis ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum; sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris. Cave ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Appropinquat septimus remissionis*, &c. Deinde: ad quid pretium illud servo? Quid pecunia acquirebat, vendità libertate? Quid, si victus cura jam non necessaria, cùm à domino ali deberet? Arbitror, hìc agi de viro oppresso ære alieno, qui

Deuter.

Quo intuitu Hebraus mancipabatur ſervituti?

quidem cùm venundari poſſet à creditore,ut diximus, num.6. ſe ſub mitiore ſervitute conabatur mancipare,redditâ pecunia,quam pro ſervitute accipiebat. Mutuum enim dare pro levanda paupertate lex erat, *Levit.*25. 39. & *Deuter.* 15. 7. non verò pro levanda ſervitute: igitur redimere fratrem lex non præſcripſerat, ſed ad placitum cujuſlibet relinquebat: ibid. à v. 48. Quare ſenſus auctoritatis, ni fallor, erit: *ſi* pauperta-

Corpus ſignatur per veſtem.

te oppreſſum, ut à creditoris ſervitute (quæ credenda dirior) liberetur pecunia à re eroganda, *emeris* in *ſervum Hebræum*, *ſex annis ſerviet tibi*: *in ſeptimo*, quia operà ſolvit, vel compenſavit pretium, *egredietur gratis. Cum quali veſte intraverit, cum tali exibit.* Haud materialiter accipias,ut Hiſpan.dicimus: *Con la capa al hombro*: maximè cum dicatur Deuter. 15. 12. 13. *In ſeptimo anno dimittes eum liberum, & quem libertate donaveris,nequaquam vacuum abire patieris; ſed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo*: ſed ſi ſolus ingreſſus eſt, ſolus egredietur. Quapropter Hebr.

Deuter.

Si in corpore ſuo ingreſſus fuerit, cum corpore ſuo egredietur: q.d. ſi ſolutus intravit, ſolutus exibit: hinc ſubditur: *Si habens uxorem, & uxor egrediatur ſimul.*

20 *Sin autem dominus* (inſit lex) *dederit illi uxorem, & pepererit filios, & filias; mulier & liberi ejus erunt domini ſui, ipſe verò exibit cum veſtitu ſuo.* Non hìc ſermo fit de fœmina Hebræa ſerva, quæ egredi debebat etiam anno ſeptimo,ut dicitur *Deuter.*15.12.& aſtruunt hìc Leon. Marius & Cajetanus. De qua igitur fœmina,inquires, hac in lege ſermo fit? Arbitror de fœmina alienigena. Servi ex nationibus ut ſuprà dixi, ſervi erant in perpetuum,& tranſmittebantur ad poſteros. Non enim de Hebræa

Cur fœmina ſerva in perpetuum, redimebatur anno quinquageſimo ſervitute viri?

fœmina lex loquitur, ſed de alienigena emptitia, quæ proſelyta, & quam voluntate domini duxit ſervus Hebræus:qui quidem cum nollet anno Sabbatico è domo & familia egredi (in cujus ſignum ejus perforata auricula, de quo poſteà à num. 21.) anno quinquageſimo ſive Jubilei, egredi poterat cum uxore, etiam alienigenà, & liberis: igitur illa cum illis acquirebat,nanciſcebaturque libertatem,propter viri ab annoSabbatico, uſque ad annum Jubilei mancipationem: ut expreſsè habetur *Levit.*25.41.Ex condigno nanque fœminæ, quæ in perpetuum ſerva,concedebatur libertas, cùm vir propter illam amitteret uſque ad annum Jubilei, & poſſet anno Sabbatico exire, illà remanente in ſervitute. Si dominus dedit ſervo hujuſmodi ſervam in conjugem,liberam anno quinquageſimo cenſeo: at verò ſi ille invito domino duxit, ſecùs arbitror. Quare ſenſus legis eſt. Si dominus dederit ſervam alienigenam ſervo Hebræo, & ille egreditur anno Sabbatico, remanebit illa cum liberis: verùm ſi propter illam non egreditur ille; illa & liberi eorum liberi egredientur anno quinquageſimo.

Perforatio auris, ſignũ ignominioſæ ſervitutis.

21 Si verò nollet egredi,tunc perforanda erat auricula ſubulà in ſignum ſubjectionis,& opprobrium,quoniam quam lex concedebat, donum peſſùndabat libertatis. Ita habetur hìc,& *Deuter.* 15.16. aſtruuntque D.Thomas 1.2. *q.*105.art.2.ad 10. & Cajet.in *Exod.*21.6. Similiter decernitur de ſerva,ibid. v.17. Verùm dices; Quorsùm, ſi frequenter fœminarum aures perforatæ, ut ſciant (quanvis illæ ad ornatum vertant propter locum inaurium, vel in perfectam valetudinem, ne ſumma cerebri & ſuperabundans humiditas gravet aciem oculorum) ſe capite carere & à natura viris ſubjici? Aliqui ut Abulenſ.Alap.& Bonfrerius negant aurem fœminarum poſſe licitè perforari, quippe intuitu nuptiarum emptæ, ut poſteà dicemus: unde ly *Similiter* intelligunt de viatico in remiſsione. Quàm abſurdè, conſtat ex textu: igitur dicitur: *Aſſumes ſa-*

Deut. 15. 17.

bulam, & perforabis aurem ejus in janua domus tuæ, & ſerviet tibi uſque in æternum: ancillæ quoque ſimiliter facies. Non datur vel rimula ambiguitati, maximè ſi aliquæ ſervarum emerentur ad ſervitium tantùm. Licèt fœminarum auris perforata ferè à nativitate, haud ſubtrahebatur in nolente egredi, ab hujuſmodi formula;quippe non fiebat propter perforationem auris, ſed propter fixionem ſubulæ media aure ad poſtes vel ad januam heri. Si auris non erat perforata, ut in viro, perforabatur: ſi perforata,ut in fœmina; per foramen inferebatur ſubula & figebatur in janua.

22 Signum ſervitutis præſcribitur juxta legem inter Iſraëlitas,quod frequens etiam apud alias nationes: unde Petronius in *Satyric. Circuncide nos, ut Judæi videamur, &*

Etiã apud exteras nationes.

pertunde aures, ut imitemur Arabes. De uſu inaurium plura diximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 1. *Didaſc.* 6. num. 14. quæ videris, quippe, etſi in rem, faſtidioſa repetitio. Iſidorus lib. 19. *Etymolog.* cap. 23. ait: *Nonnullæ etiam gentes non ſolùm in veſtibus, ſed in*

Iſidor.

corpore aliqua ſibi propria, quaſi inſignia vindicant. Circuncidunt Judæi præputia: pertundunt Arabes aures: nec abeſt genti Pictonum nomen à corpore, quod minutis opifex acus punctis, & expreſſus nativi graminis ſuccus illudit, ut has ad ſui ſpecimen ci-

Propter decorem.

ca-

cat rices ferat, pictis artubus maculosa nobilitas. Quo intelligitur illud Tertulliani de *Veland. virgin.* cap. 10. ubi: *Aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum. Crobylos*: ideſt, ſcrobulos, ſeu aurium foramina, ut ſentit Pamelius hìc num. 79. Vide etiam Jul. Pollucem in *Onomaſt.* lib. 1. cap. 9. num. 17. lib. 4. cap. 20. num. 8. & lib. 5. cap. 16. num. 9. Adrian. Jun. lib. 2. *Animadv.* cap. 1. & lib. de *Coma*, cap. 1. Pro cujus alluſione (igitur ſervi perforatis auribus etiam apud Romanos) ut ait Macrobius lib. 7. *Saturn.* cap. 3. Octavius Afer, qui natu nobilis videbatur, Ciceroni recitanti, dixit: *Non audio*: & Cicero reſpondit: *Certè ſolebas benè foratas habere aures.* Carpſit, & pupugit; quia Octavii pater Libys, quibus mos aures perforare. Plautus in *Pœnul.* Act. 5. Scen. 2. v. 21.

Tertul. Macrob.

——Incedunt cum annulatis auribus.
Proh Dii immortales! Plurimi ad hunc modum
Periere pueri liberi Chartagine.

Plaut.

Colligitur etiam ex Juvenali *Satyr.* 1. à v. 103. ubi expreſsè morem notat.

Sed libertinus prior eſt, prior inquit ego adſum.
Cur timeam, dubitemve locum defendere, quanvis
Natus ad Euphratem, molles quod in aure feneſtræ
Arguerint; licèt ipſe negem?

Juvenal.

Homerus inducens Junonem Jovi placituram *Iliad.* 14. v. 182. canit:

Et ſanè inaures appoſuit, benè perforatis auribus,
Inſtar trium pupillarum factas.

Homer.

23 Unde conſtat apud Græcos aurium perforationem decori eſſe, & indicium nobilitatis, ſecùs verò apud Romanos, quanvis tandem tandem hi luxu corrupti: igitur uti ait in *Alex. Severi vit.* Æl. Lamprid. *ſanxit, ut viri in univerſum inaures non haberent* (congruebat aptiùs ferrum, quàm aurum) *& matronæ contentæ deberent eſſe uno reticulo, atque inauribus, & bacato monili.* Hinc Claudianus de VI. *Conſul. Honorii*, v. 527.

Nobile Græcii, vile Romanis. Lamprid.

Subſtingitque comam gemmis, & colla monili
Circuit, & bacis onerat candentibus aures.

Claudian.

Pridem Plinius lib. 11. cap. 37. retulit. *Aures homini* (ait) *tantùm immobiles. Nec in alia parte fœminis majus impendium, margaritis dependentibus. In Oriente quidem & viris aurum geſtare eo loci decus exiſtimatur.* Quare Tertull. de *Pallio*, cap. 4. de Achille infit: *Aurium quoque foratu effœminatus, quod illi apud Sigæum ſtatua ſervat.* Confirmat Iſidorus ubi ſupr. cap. 31. ubi ait: *Inaures ab aurium foraminibus nuncupatæ, quibus pretioſa grana lapidum dependent. Harum uſus in Græcia. Puellæ utràque aure, pueri tantùm dextrà gerebant.* Ritum reſpexit Apulejus libell. de *Dogmat. Platon.* ubi de illo refert: *Reliquit auri tantùm, quantum puer nobilitatis inſigne in auricula geſtavit.* Ne tibi moleſtum, alia referre, videris, ſi lubet, apud Auguſtinum *Epiſt.* 73. Plinium *lib. 9. cap.* 35. Senec. lib. 7. de *Benef.* cap. 9. de *Conſtant. Sap.* cap. 14. de *Vit. beat.* cap. 17. ex Poëtis Homer. *Odyſ.* 18. v. 298. Ovid. lib. 1. de *Art.* v. 437. Horat. lib. 2. *Satyr.* 3. v. 239. & *Epod.* 8. v. 13. Plaut. in *Epidic.* Act. 5. Scen. 1. v. 33. Juvenal. *Satyr.* 6. v. 458. Martial. lib. 11. *Epigr.* 50. & Senec. in *Hippolyt.* Act. 2. v. 388. Aliqua nihilominùs dicemus *Tom.* 5. *Tautolog.* 10.

Tertul. Plin. Tertul. Iſidor. Apulej. *Apud Græcos fœminæ utraque auris perforata puerorũ tantum dextra.*

24 Summæ ſanè mollitiei argumenta fuerunt in fœminis, ſed turpiùs in viris aurium foramina. Hinc Auſonius ludit *Epigr.* 105.

Dum dubitat natura marem faceret ne puellam,
Factus eſt, ò pulcher! Penè puella puer.

Auſon.

Quapropter meritò queritur Plinius in *Præfat.* ad *lib.* 12. ubi infit: *Ad hoc excogitata ſunt aurium vulnera, nimirùm, quoniam parum erat, collo crinibuſque geſtari, niſi inforentur etiam corpori.* In Orbis novi regionibus non ſolùm aurium, ut inferantur annuli, ſed & labiorum fit perforatio, uti latè referunt Maffeus, Acoſta, Bilibaldus Strobæus in 12. partib. *Indiæ Oriental.* Hieronym. Bezonus in 12. part. *Ind. Occid.* ac demùm in *Legat. Batavic.* Joann. Nicuhovius. De hujuſmodi ornatu apud Reges Indiæ mentionem fecerat Quint. Curtius lib. 9. de *Vit. Alexand.* cap. 1. ubi de Rege Sophitis dicit: *Rex Indus cum duobus adultis filiis occurrit, multùm inter omnes barbaros eminens corporis ſpecie. Veſtis erat auro, purpuràque diſtincta, quæ etiam crura velabat, aureis ſoleis inſeruerat gemmas, lacerti quoque & brachia margaritis ornata erant; pendebant ex auribus inſignes candore & magnitudine lapilli.* Quo liquet apud Hebræos

Plin. *In India nobilitatis & auctoritatis inſigne.* Curt.

perforationem auris non fuiſſe mollitiei, nobilitatis, auctoritatiſve inſigne, ſed ſervitutis projectæ, quaſi amiſſa voluntate uſque in annum perfectæ remiſsionis, manente captivitatis vel ſervitutis caractere in perforatione auriculæ.

Lex de ſerva.

25 De ſerva igitur aliter, quia de fœmina, lex præſcribit, ut ejus nonnunquàm conſuleretur honori. Ita enim legitur: *Si quis vendiderit filiam ſuam in famulam; non egredietur, ſicut ancillæ exire conſueverunt. Si diſplicuerit oculis domini ſui, cui tradita fuerat, dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habebit poteſtatem, ſi ſpreverit eam. Sin autem filio ſuo deſponderit eam, juxta morem filiarum faciet illi. Quòd ſi alteram ei acceperit, providebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & pretium pudicitiæ non negabit. Si tria iſta non fecerit, egredietur gratis abſque pecunia.* De poteſtate parentum in filias etiam ut per illos liceant, & ab illis veneant, diximus num.6. Ad Hebræis nefas pretio filias tradere in ſervitutem, niſi intuitu nuptiarum cum domino, à quo emebantur, cum filio emptoris, vel cognati. Quare ly *in famulam*, intelligi debet in uxorem vel primariam, vel ſecundariam, aut concubinam: ſiquidem duntaxàt cauſa pretii nequibat vendi fœmina Hebræa vel à patre; eſtò poſſet illam commodare, & frui illius mercede, ſeu ſtipendio: tuncque minimè venibat: imò ſi ab hæro, cui obſequebatur & miniſtrabat, eſſet corrupta, ille ſubjacebat legi, ut habetur *Exod.*22. à v.16. & *Deuter.* 22. à v.28.

Exod. 21. à v. 7.

Quid intelligendum nomine ſervæ?

26 Hæc, de qua in lege ſermo fit, non eſt ſerva mercenaria, ſed empta & tradita in ſervitium & thorum. Ideò ſubditur, *ſi diſplicuerit oculis domini ſui* (ſcilicèt, poſtquàm humiliavit eam) *dimittet eam*: nempè cum libello repudii, ut cui voluerit ipſa nubat. Minimè audiendi ſunt, qui dicunt tunc, ſi diſplicuerit, poſſe vendi alii Hebræo, ſub illa conditione, qua ipſe accepit, nempè in conjugem; quippe dum inhibetur venditio populo alieno, videtur concedi proprio: quod quidem falſum eſt, tùm quia tantùm à patre permittitur mancipatio: tum quia per populum alienum non eſt intelligendus Ethnicus, ſed Hebræus alterius populi, vel ſtirpis. Hinc Chald. legit: *Non habebit facultatem, ut eam vendat viro alii, cùm dominatus fuerit ejus*: igitur liberè dimittenda erat ob pudoris defloration em.

Alienum, pro alio.

Chald.

27 Claret ex contextu. *Si diſplicuerit illa, non egredietur* (jam ab hero cognita) *ſicut aliæ ancillæ exire conſueverunt.* Anno Sabbatico exire debebant ancillæ, quæ ab illo emptæ, & quibus ille vel filius poterat uti, modò non cognitæ ab ullo. Hæc autem, quæ jam cognita, anno Sabbatico non egrediebatur: verùm ſi diſplicuit, dimittenda erat: quinimò ita egreſſura, ut nullo modo ab ullo populi, & ſi ſponderet ſe ducturum eam, poſſet redimi, quanvis Hebr. pro *Dimittet eam*, legat: *Redimeret faciem eam*: etenim redemptio hìc non eſt accipienda de pretio reddendo, ſed de dimiſsione ſervæ, quaſi acciperet pretium; quoniam cum illa concubuit, & in coitu, qui emit, pretium habuit. Hæc placent cum Leonardo Mario, quanvis plures alii aliter cogitent. Aliæ ſervæ ante annum Sabbaticum redimi poterant, vel illo anno egrediebantur, ſi virgines. Hæc verò quæ virgo non erat, domi retinenda, ſi placeret: ſi diſpliceret, vel domi manſura, vel dimittenda ante annum Sabbaticum, quaſi redempta, gratìs; uti ſi excuteret dentem, vel erueret oculum. ibid. à v. 26. Vel ſi mavis, intellige: *Non egredietur ſicut aliæ ancillæ*: quia debet amittere pretium patri puellæ erogatum; & inſuper viro, cui illa nupſerit dare dotem pro ablata virginitate, ſiquidem dos eſt pretium pudicitiæ. Quo claret, quod dicitur v.9. *Sin autem filio ſuo deſponderit eam* (& illa diſpliceuerit) *juxta morem filiarum faciet illi*: hoc eſt, dotare, quaſi eſſet filia, quæ nurus erat, & ea dote, qua à patre collocaretur. Haud aliter decernitur de fœmina proſelyta ab Hebræo ducta: igitur *Deuter.* 21. 14. dicitur: *Si autem poſteà non ſederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecuniâ, nec opprimere per potentiam* (Nos dicimus: *Darla mala vida*) *quia humiliaſti eam.* Si ita alienigena, non deterioris juris ſerva Hebræa, in thorum admiſſa.

Hebr.

Pudicitia ſervæ erat redemptio, ſi expelleretur è domo.

Dos pretium virginitatis.

Deuter.

28 Verùm ſi illa diſplicuerit (non ita ut è domo percellatur ob tædium, ſed quia non ita nobilis, vel quia ex illa vir non habuit prolem) & alteram fœminam ſuſceperit filius, vel dederit pater, tunc *providebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & pretium pudicitiæ non negabit*: ideſt, domi manebit uti uxor, quanvis non ut principalis. Nuptiæ hìc accipiendæ ſunt metonymicè pro actu venereo, ſeu antecedens pro conſequenti: igitur ſæpe in Scriptura vel inhoneſta honeſtè ſignantur per Hypocaliſmum (habes plura teſtimonia *Tom.*2.*Tautolog.*8.num.8.) quippequàm ſi puella jam nupta erat, perperàm intelligetur vox nuptiarum, ſi propriè accipiatur, aut in propria ſignificatione.

Antecedens pro conſequenti in Script.

Un-

Unde multoties per antecedentia, ut cùm dicitur: *Discoöperuit femur virginis*: interdum per consequentia sicut dicitur de Bethsabee: *Statim sanctificata est ab immunditia sua*: actus obscœnus exprimitur. Hanc regulam pluribus in locis *Tom.*cit.tradidimus, vide ibi *Tautol.*11. num.7. & 22. *Tautol.*12. num.19.& *Tom.*1.*Tautolog.*5.num. 13.& hìc *Tautolog.*1.à num.4. Favet expositioni varietas versionum: Hebr.Chald.legit: *Victum, vestitum, & concubitum ei non minuet.* Arias Montan. *Carnem ejus, operimentum ejus, & habitationem ejus non diminuet.* Onkel. & Oleast. *Operimentum ejus, habitaculum ejus, residuum ejus non diminuet, jus conjugale habet.* Sanctes Pagnin. *Alimentum ejus, operimentum ejus & tempus ejus non diminuet.* Sensus ergo legis est: ut vestes congruas, pretium pudicitiæ (ideſt, necessaria ad victum,quia cum illa dormivit) & tempus maritalis copulæ non negabit. Ita Leonard. Marius, Bonfrerius, Cajetanus, Oleaster, Pagninus, Eugubinus, Lyra, Abulens. Alapide, & Haye hìc. *Etiam Hypocalismus.* Ar. Mont. Onkel. Oleast. Pagnin.

29 *Si tria ista* (conjunctim intelligenda, q. d. si aliquod horum omiserit, vel negaverit) *non fecerit*; non expectabit fœmina annum Sabbaticum, nec redemptionem ab aliquo, sed *egredietur* statim, & *gratis* libera, *absque pecunia*, quam pater ejus accepit, dum servituti mancipavit;quippe jam dominus in virginitate servæ recepit pretium, quod dedit pro illa, quæ quidem, præut dixi suprà,cuilibet, uti placuerit, poterit nubere: & licèt tunc pretium domino redderetur,hic jam recipere nequibat licitè; quoniam his præfatis defraudata bonis, egredi debebat *gratis,absque pecunia.*Hæc est Tautologia pro qua non tantùm operæ pretium,sed necessarium judicavi,tot præmittere. *Quid sit Gratis?*

30 Dupliciter ergo potest exponi. Primò per Exergasiam,de qua sæpe & maximè *Tautolog. præc.* à num. 50. ubi plura testimonia attulimus, queis clarè videtur subintelligendam esse aliquam particulam copulativam, v. g. *Vel, Ideſt, Hoc est,* &c. igitur in Scriptura per Asyntheton, seu disjunctionem, Dyaliton, sive secationem,mos est exponere ampliùs immediatè prolatum, ut *Primogenita ante omnem creaturam*: q. d. Primogenita, ideſt, ante omnem creaturam:sic alia quæ ibi videsis. Haud aliter auctoritate præsenti, materialiter conficiente pleonasmum; uti si dicas: *Serva*,quæ jam admissa thoro,si displicuerit,& defraudata fuerit (admissà alià) veste,victu,& consuetudine viri, *egredietur* libera *gratis*: ideſt, *absque pecunia.* Quæ quidem cogitatio roboratur ex contextu: etenim de servo dicitur v. 2. *Egredietur liber gratis.* Idem intelligendum de serva, quippe Hebr. Chald. Septuag.& Theodotio legunt:*Egredietur sicut servus.* Si verò hic dum sermo fit de ancilla, ad ly *Gratis*, additur, *absque pecunia*; claret additum esse quid expositivum periodi,seu sententiæ antecedentis, veluti si diceret: *Egredietur gratis*,nimirùm *absque pecunia*: sicut econtrà, *Egredietur absque pecunia*: hoc est, *gratis.* Quod expresit lectio Ariæ Montani: *Egredietur gratis,non argento.* Sept.*Sine etiam argento.*Quo intelliges illud Isaiæ:*Gratis venundati estis,& sine argento redimemini*:ideſt,sicut gratis venundati estis,gratis redimemini.Olim pretium rerum computabatur argento,ut *Genes.*25. 15.ubi argentum signatur pro pretio.Idem videris cap.43. 22. Quare *Sine pecunia, sine pretio*, idem est,ac gratis: quod profectò in aliis Script. locis exprimitur adverbii geminatione, uti Matth. 10. 8.*Gratis accepistis, gratis date.* In eâdem materia Homerus *Iliad.* 1. v.98. de Chryseide, serva Agamemnonis, reddenda patri, ait: *Prima expositio. Asyntheton in Script.* Hebr. Mont. & Sept. Isai.52. 3. Matth.

Reddatur puella inempta, sine redemptionis pretio.

31 Secundò exponi potest ly *Absque pecunia*,additum*Gratis* in signum alienationis dominii, & omnimodæ libertatis puellæ; ut sciret dominus, tunc servam illam humiliatam, pro qua pretium patri dedit, illius jam non esse servam, sicut servus servus non erat anno Sabbatico.Quando,& quandiu serva virgo erat,ut supr.diximus,poterat redimi,& excutere servitutem,modò pecunia redderetur emptori:si verò ab hero, vel hujus filio,accepta fuit in conjugem, nullo modo redimi quibat. Hìc statuitur lex de serva jam non virgine,imò de oppressa, cui negatur copula, victus, aut vestis, quorum singulorum defectu liberè poterat egredi:& ne emptori videretur,illam tunc servam esse,& uti servam vendere posse; additur, *Absque pecuniâ*, quoniam nihil pretii, quo empta,reddere debebat,nec ille susipere,estò redderetur.Iccircò Haye:*Liberum erit ancillæ recedere, nullo dato ad se redimendum pretio.* Pers.Rabb. Jonath.& Oleast. *Gratis, etiam sine pretio.* Alapid. *Gratis dimittet.* Cajet. *Libera, absque pretio aliquo.* Leonard. Mar. *Sine accepto ab ea ullo pretio pro liberatione.* Bonfrer. *Nullo dato pro* *Secunda expositio.* *Serva corrupta redimi nequibat.* Hay. Oleast. Alapid. Leon.Mar. Bonfr.

sui

ſui redemptione pretio. Ex quo aſtruitur, quàm rectè ſenſus ex auctoritate ad ejus expoſitionem promatur. Quod verò Haye hic in *Virga concionator.* infert, videlicèt: *Si tria non fecerit, ita quòd nec ipſe eam accepit in conjugem, nec tradidit filio ſuo in uxorem, nec ſponte eam voluit dimittere, ſive in aliquo iſtorum defecerit; egredietur gratis*: non eſt ad rem, quippè ſerva virgo redimi quibat, & libere dimittenda anno Sabbatico, quanvis non redimeretur, propter ſervitium, uti lex præſcribebat: hæc autem de qua loquitur præſens decretum, humiliata ſupponitur: qua de cauſa dicitur v.7. *Non egredietur, ſicut ancillæ* (virgines ſcilicèt ſi emptæ, vel ſi non emptæ, commodatæ) *exire conſueverunt*: ſiquidem ante annum Sabbaticum poteſt egredi gratis, nullo ab illa dato pretio, quia jam pro pretio dato, amiſit pudicitiam.

Hay.

Acceptiones adverbii Gratis. Sueton. Apulej. Lucan. Cicer. Terent.

32 *Gratis.* Variè apud AA. invenitur hujuſmodi adverbium. Frequenter pro *Gratuitò*, vel ſine pretio, aut præmio. Sueton. de Laberio libell. de *Illuſtr. Gramm.* cap. 13. ait: *Docuit gratis, & ſine mercede ulla.* Apul. in *Apolog.* pro ſe: *Quiſquilias* (inquit) *neque pretio, neque gratis quæſiſſe refert.* *Gratis* pro *Impunè*, vel *Inultè*, Lucan. lib. 4. v. 275. *Vincitur haud gratis.* Pro *Neceſſariò*, vel *Non invitè*, aut *Placidè* (qua de cauſa quod placet, gratum dicitur) Cicer. lib. 2. de *Finib.* aſtruit, dicens: *Per ſemetipſas, virtutes gratis diliguntur.* Terent. in *Adelph.* Act. 4. Scen. 7. v. 26. *Si non pretio gratis.* Vide plura apud Adr. Turneb. in *Adverſ.* lib. 24. cap. 31. Unde apud Latinos *Ingratiis*, & *Ingratis* pro *Invitè*: ſicut *Gratiis* & *Gratis* pro *Spontè* & *Ultrò*. Aliquando *Gratis* pro ſine labore, quæſtu, causà, vel intuitu. Cicer. in *Verrem*, Act. 3. *Repentè, ut Romam venit, gratis prætor factus eſt.* Plaut. in *Moſtell.* Act. 1. Scen. 3. v. 19. *Neque patiar te gratis laudare*: ſcilicèt, ſine mercede. Taubmann. conſule in Plaut. *Epidic.* Act. 3. Scen. 4. v. 38. Etiam hæ acceptiones reperiuntur in Bibliis. Geneſ. 29. 15. *Gratis ſervies mihi?* hoc eſt, ſine mercede? *Numer.* 11. 5. *Comedebamus in Ægypto gratis*: ideſt, ſine labore. Idem 2. *Theſal.* 2. 8. & Galat. 2. 21. *Ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.* Q. d. fruſtrà, ſine cauſa, vel intuitu. Eadem acceptione *Pſalm.* 34. 7. 16-68. 5-108. 3-119. 7. & Joann. 15. 25. *Relinquo liberam gratis*: 1. Mach. 10. 33. putà, ſpontè, placidè, ultrò, non invitè. *Juſtificati gratis per gratiam*: Rom. 3. 24. videlicèt, ſine merito, quia voluit. Sic alia. Hæc enim prælibata, tùm propter ampliorem claritatem præcipuæ auctoritatis, cùm propter expoſitionem Tautologiarum affinium, uti videbimus.

Cicer. Plaut.

Quid ſit, Dono donare? Numer. 8. 16.

33 Segregavit Deus Levitas à filiis Iſraël, ut altari ſervirent pro primogenitis cunctarum tribuum, jubens ſuper illos poni manus totius populi (quaſi manumitteret eos, & eximeret à civilibus oneribus, uti obſervat Leonard. Marius in *Numer.* 8. 10. n. 15.) & ita ad Moyſen loquitur: *Dono donati ſunt mihi à filiis Iſraël. Pro primogenitis, quæ aperiunt omnem vulvam in Iſrael, accepi eos.* Ne cæſpites in genere, cùm *Quæ* legeris de primogenitis; obſerva Verſiones ſemper ad ſignificationem magis quàm ad verba reſpicere: qui quidem communis ſtylus peritorum latinitatis, maximè cum aliquid emphaticè, ſeu exaggeratione exprimere conantur. Terentius in *Eunuch.* Act. 4. Scen. 3. v. 3. infit:

Terent.

Inſuper ſcelus poſtquàm ludificatus eſt virginem.

Donat.

Idem in *Andr.* Act. 3. Scen. 5. v. 1. *Illic eſt ſcelus, qui me perdidit.* Ubi Donatus: *Ad intellectum, non ad verba redegit*: quapropter dicit, *Qui*, non *Quod*; ſicut ſupr. *Ludificatus*, pro ludificatum. Etiam iterat in *Eunuch.* Act. 5. Scen. 6. v. 17. & in *Andr.* Act. 1. Scen. 5. v. 15. *Aliquid monſtri alunt: ea nemini obtrudi poteſt. Ea* cum monſtro. Quo in loc. Donatus: *Dum monſtrum dixerat*, ea *ſubjunxit, tanquàm non verbis, ſed ſententiæ ſerviens.* Uſquequaquè etiam Plautus. In *Milit.* Act. 2. Scen. 4. v. 8. *Quis illic eſt mulier?* In *Trucul.* Act. 1. Scen. 1. v. 76. *Sed hæc quis mulier eſt?* Et in *Amphitr.* Act. 1. Scen. 1. v. 116. *Hac noctu.* Sic alia in Poëtis, & Oratoribus ſtudioſo obvia, ne ſacra à latinitate videantur aliena. Joan. 20. 15. *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum.* Quodnam? Cadaver quærit, & dicit *Eum*, quia cogitabat Dominum. Hebr. 9. 5. *Erant Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatorium.* Reſpondet *Umbrantia* generi animalium, in quorum erant figura. Iſai. 11. 10. *Radix Jeſſe, qui*, &c. *Qui* pro *Quæ*: quoniam *ad ſignificationem reſpexit*: *ideſt, ad Chriſtum*: ut ait Sanctius hìc num. 16. Matth. 28. 19. *Omnes gentes, baptizantes eos*: hoc eſt, homines ex cunctis gentibus. Eſth. 4. 11. *Quod ſi vir, ſive mulier, non vocatus*: ideſt, quiſquis non vocatus ſive vir, ſive mulier. Pſal. 67. 15. *Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam*: nimirùm, Eccleſiam, uti hìc exponit Genebrard. cùm more Hebræo, de quo infr. deberet legi: *Super hoc.* Quod profectò uſitatum apud politioris latinitatis AA. Maſculini generis ſunt *Pandectæ, Hermæ, Poëtæ*:

Genus neutrum pro maſculino, & econtrà.

Sanct.

&

& non alia causà, nisi quia significant libros, Mercurios, homines: quapropter omittentes proprium vocum genus, indiderunt genus rerum significatarum. Ita Cicer. ad *Attic.* lib. 1. Prob. Æmilius in *Alcibiad.* Theod. Marsil. comment. in *Instit. Justinian.* Georg. Criton. *Act.* 2. & Henr. Stephan. de *Abusu ling. Græc.* lib. 1. cap. 1.

34 Etiam observandum, Hebræos, cùm careant neutro genere, pro illo masculinum, & fœmininum usurpare: quam regulam tradit Doctiss. Sanctius in *Psalm.* 67. pro appendice ad *Cant.* n. 37. confirmatque loc. cit. *Reges super eam*: pro *Super hoc.* idem Psal. 7. 9. *Propter hanc.* Psalm. 26. 4. *Unam petii, & hanc requiram.* Psalm. 31. 6. *Pro hac orabit.* Psal. 118. 50. 56. *Hæc me consolata est. Hæc facta est mihi.* In cunctis testimoniis intelligi debet *Hoc.* Etiam in translatione remanet genus idiomatis originalis. Genes. 2. 18. *Non est bonum hominem esse solum*: poterat legi: *Non est bonus*, uti est in Hebr. sicut Isai. 5. 20. *Heb* est generis masculini, quod Hieronym. profert neutro genere. Nimirùm: *Væ qui dicitis bonum malum* &c. idemque cap. 7. 15. *Ut sciat reprobare malum.* Sicut casus primævæ linguæ aliquando retinetur, ut Luc. 1. 79. *Illuminare his* (pro hos) *qui in tenebris sedent*: igitur Græc. est *illucescere*; & in eadem oratione diversi inveniuntur casus ab eodem verbo recti, uti ibidem v. 55. *Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini ejus*: cùm nos diceremus *semen*, esto verbum utroque casu gaudeat (politè ergo dicitur: *Loqui ad te, tibi*, vel *tecum.*) propter Græcismum; ita pariter in translatione sæpe Vulgatà legitur genus; apponamque aliqua, ut clareant reliqua testimonia.

Genus utrûque pro neutro.

Et casus idiomatis originalis.

Isai. 11. 10. *Radix, qui.* Radix in Hebr. *Schoresch*, est generis masculini: ideoque additur, *ipsum gentes deprecabuntur.* Genes. 3. 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, semen tuum & semen illius.* Semen in Hebr. *Zerahh*, vox masculina. Hinc subditur: *Ipse conteret caput tuum.* Et Vulg. *Ipsa.* Unde Oleast. respondens voci latinæ *Semen*, legit, *Ipsum.* Isai. 7. 14. *Dabit Dominus ipse vobis signum*: in Hebr. *Ipse* non respondet *Dominus*, sed *signum*; quippe *Hu* masculini generis est, quæ vox in Vulg. neutra, ut patet Exod. 16. 15. ubi: *Manhu*, quod significat, *Quid est hoc?* Psalm. 54. 4. *Quoniam declinaverunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi. Iniquitates* Hebr. *Aven*, masculini generis. Quod quidem etiam contingit in Græco: igitur pro *Iniquitates* legit: *Anomiæ* idest, *homines iniqui.* Unde consequenter subdit: *& in ira molesti.* Sap. 1. 7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*: *& hoc quod continet omnia*, &c. *Hoc*, quia refertur ad vocem Græcam, *Pneuma*, generis neutri. Colos. 2. 15. *Triumphans illos in semetipso*: idest, in cruce, Græc. *Stauros*, voce quidem masculina. Luc. 22. 25. *Reges gentium dominantur eorum. Eorum* cum *Gentium*: Græc. *Ethnos* neutrius generis. Apocal. 10. 9. *Accipe librum, & erit in ore tuo dulce: dulce* cum *librum*, Græc. *Bibliaridion.* etiam cap. 11. 4. *Duo candelabra, stantes*: quia *Lychiniæ* est generis fœminini. Denique 1. Reg. 6. 16. *Usque ad Abel-magnum, super quem posuerunt Arcam Domini, quæ erat usque in die illa in agro Josue Bethsamitis.* Pende *Super quem*, & *Quæ erat. Quæ* non referendum ad lapidem sed ad *Abel*, quæ vox fœminini generis. Ita igitur videris apud Homer. *Odyss.* 4. v. 721. ubi: *Neque ampliùs sustinui in sella sedere, licèt multi* (idest, sellæ) *in domo essent*; quippe *Dophriscos*, quod sellula, masculini generis. Item 14. v. 198. *Colores animi quascunque*: equidem color apud Græc. *Chrome.* Sat testimoniorum. Haud secùs accipiendum in præsentiarùm. Unde dum dicitur: *Pro primogenitis quæ* &c. intelligendum est, neutraliter translatum, sicut *Hu*, quod masculinum in neutro, ut vidimus in *Manhu.* & Matth. 19. 5. *Propter hoc* (nimirùm: *propter hanc*) *dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ.* Vel *Quæ* non referas ad primogenitos hominum, sed ad quodlibet primogenitum, uti videtur ex contextu. Subditur nanque v. 17. *Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israël tam ex hominibus, quàm ex jumentis.* Q. d. Quicquid primò nascitur.

Etiam genus.

35 Unde, ni fallor, dum in communi loquitur, sequitur Vulgatus neutrum genus: ubi de hominibus, masculinum. *Tuli Levitas* (dicitur v. 18.) *pro cunctis primogenitis filiorum Israël, tradidique eos dono Aaron.* Et suprà de cunctis loquens utitur neutro genere, dicens: *Pro primogenitis, quæ.* Imitatur stylum Arias Montan. lib. de *Noab* titul. de *Propitiat.* ubi loquens de Cherubinis, infit: *Erant maris & fœminæ specie, cætera omninò æquales. Æquales* referendum ad *Cherubim*: aliàs *Æqualia*, vel uti adverbium, nota *Cæterà*; sicut apud Profanos usquequaque *Æternùm* maximè apud Plautum.

Ar. Mont.

36 Si mavis, intellige testimonium per Syllepsin, quam Vener. Beda in *Rhetor.* definit,

finit, conceptionem eſſe clauſularum diſsimilium per unum verbum, aut adjectivum. Fit multifariàm, dum ſingularia copulata conficiunt plurale, ut Pſalm. 148. 3. *Laudate eum Sol & Luna.* Cicer. *Epiſt.* 7. famil. *Si tu & Julia, lux noſtra, valetis*, & Virgil. *Æneid.* 1. v. 296.

Syllepſis in Script.

Virgil. *Remo cum fratre Quirinus*
Jura dabunt.

Etiam dum ſingulare pro plurali, & econtrà, vel ſimul. Pſalm. 77. 1. *Attendite populo meus.* Act. 2. 8. *Quomodò nos audivimus unuſquiſque linguam.* Virgil. *Eclog.* 1. v. 66.

Idem. *Pars Scytiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.*

Idem eodem ſenſu *Æneid.* lib. v. 6-6. v. 6-8. v. 428-9. v. 131-10. v. 727-11. v. 888. Magis elucet lib. 2. v. 20. ubi:

Idem. *——Uterum armato milite complent.*

Ideſt, armatis militibus. Lib. 9. v. 525. *Vos, ò Caliope, precor, aſpirate canenti.* Imitatur Homerum, qui *Odyſ.* 12. v. 40. ait: *Vos ò eximie Ulyſſes.* Tibullus *lib.* 3. *Eleg.* 6. *Perfida nobis inimica merenti.* Terentius in *Adelph.* Act. 3. Scen. 1. v. 4. *Miſeram me, neminem habeo, ſolæ ſumus.* Vide Laurent. Vallam lib. 3. *Elegant.* cap. 11. & La-Zerdam loc. Virgil. præfat.

Homer. Tibul. Terent.

37 Sic rutilat Syllepſis, verùm magis, ubi poſitis diverſorum generum ſubſtantivis, adjectivum, verbumve uni duntaxàt reſpondet. *Geneſ.* 2. 19. *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam.* Ecce adjectivum cum proximiore ſubſtantivo: ſicut Virgil. 1. *Æneid.* v. 557. *Sociis & rege recepto.* Cum remotiore videris Geneſ. 24. 53. *Prolatis vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus, dedit ea Rebeccæ. Ea* cum *Vaſis*, non cum *Veſtibus.* Vel per Anaſtrophen, de quo ſchemate plura hìc diximus *Tautolog.* 8. *E.* num. 60. Quo intelligitur, quo pacto Matth. 26. 26. dicitur à Chriſto: *Hoc eſt corpus meum.* Laborant Calviniſtæ, ut ly *Hoc* ſubſtantivum ſit, ſignans totum contentum. Adjectivum eſt reſpondens *Corpus*: aliàs ſi hujus non fit concordantia, etiam dicendum erat: *Hoc eſt ſanguis meus.* Nec obſtat, quod corpus non ſit poſitum, ſicut ad *Hic* non obſtat, quòd non ſit poſitus ſanguis: quippe aliàs nulla oratio poſſet inchoàri à pronomine adjectivo, v. g. *hic homo, hæc muſa, hoc templum*: equidem ſi non entis non ſunt demonſtrationes, dum non ſignantur *homo, muſa, templum*, non poſſemus dicere *Hic, Hæc, Hoc*, quod ludicrum & ineptum eſt. Verba ſucceſsiva ſunt: ſuo loco concorditer proferuntur, & ſufficit ad ſenſum intentionaliter meditatum, ſicut dicit Mathematicus formans circulum: *Hoc eſt exemplum. Hoc* nequit intelligi de pane, ſicut *Hic* nequit intelligi de vino: etenim *Panis*, Græc. *Artos*, maſculinum: tò *Hoc* neutrum eſt. Vid. alia apud Maldon. hìc. Quinimò aliquando ex collectione omnium reſultat eleganter vox neutra, ut immediatè præfato teſtimonio patet. Utitur Cicero ubi ſupr. dicens: *Quæ vita, quæ ſuavitas, quæ dignitas, ad quæ recuperanda*, &c. Subintelligendum eſt *Cuncta* vel *Omnia.* Ita pariter: *Dedit ea Rebeccæ*: ideſt, cuncta. Apocal. 21. 15. *Longitudo, & altitudo & latitudo illius æqualia ſunt.* Iſai. 65. 17. *Cœlos novos, & terram novam: non erunt in memoria priora.* Demùm 1. Cor. 13. 13. *Manent fides, ſpes, charitas*: *tria* (pro *tres*) *hæc*: & ſubditur: *Major horum.* Fit etiam Syllepſis in verbo. Pſalm. 149. *Ad faciendam vindictam, increpationes in populis.* Terentius in *Andr.* Act. 3. Scen. 1. v. 5.

Terent. *Utinam hic aut ſurdus, aut hæc muta facta.*

Ubi Donatus: *Syllepſis per genera.* Ita per caſus Luc. 1. 55. *Locutus ad Abraham, & ſemini ejus.* Similiter interpretaberis Tautologiæ teſtimonium, nimirùm, *Pro primogenitis quæ* &c. ut neutram vocem accipias pro maſcula.

38 Pro cujus claritate ſciendum, in Sacr. pagina ſæpe exprimi ſequentibus, quod prioribus ſententiis non ita liquidò profertur, unde uti vidimus, dicitur v. 17. in genere neutro: *Mea ſunt enim omnia primogenita filiorum Iſraël, tam ex hominibus, quàm ex jumentis.* Clarius ergo luce meridianà conſtat, cur *Quæ* conjungatur cum *Primogenitis* v. 16. (quæ vox, utpotè prolata pro primogenitis hominum, maſculi generis debet eſſe, uti legunt Regia, & Compluteſ. *Pro primogenitis, qui*, non *Quæ*, ut in Vulg. *aperiunt vulvam, accepi eos.*) ideſt, pro cunctis primogenitis, vel primogenitis cunctorum: quæ aperiunt vulvam; etenim primogenita cuncta, non tantùm hominum aperiunt: optimaque agnoſcitur concordantia, quandoquidem conſtruitur: *Primogenita cuncta, quæ* &c. Plautus econtrà in *Menæchm.* Act. 5. Scen. 9. v. 96. ait:

Quomodò genus neutrum cum maſculino?

Plaut. *Venibunt ſervi, ſupellex, fundi, ædes, omnia*

Ve-

Venibunt, quiqui licebunt.

Quiqui pro *Quæquæ*, uti legit Lambinus hìc: vel quia Priſcis uſitatum mutare genera, vel relativum jungere non cum proximiore ſubſtantivo, ſicut liquet in præſenti: ubi: *Quiqui* cum *Servi*, & *Fundi*. Utitur Senec. *Epiſt.*47. cit. num. 13. *Contemne ejus fortunæ hominem, in quam tranſire potes.* Vides *Quam* reſpondens *fortunæ*, non *Hominem*, immediato ſubſtantivo: quod quidem uſquequaquè invenies. Ad rem ergo. *Relativum cum remoto ſubſtantivo.* Senec.

39 *Dono donati.* Idem Ezech.16.33. Junguntur argumento aliæ auctoritates: *Multis honoribus nos honoraverunt.* Act.28. *Merces mercenarii.* Deuter. 15. & alibi paſsim. Donum, datum, honos, onus, merces, pretium, præmium, ſtipendium, & ſic alia, ſæpe pro eodem. Iſidor.lib.6. *Etym.* cap.19.ait: *Dona propriè Divina dicuntur, munera hominum: nam munera dicuntur obſequia, qua pauperes divitibus loco munerum ſolvunt: itaque munus homini datur, donum Deo, unde etiam in templis donaria dicimus: munera autem vocantur, quia manibus vel accipiuntur, vel dantur.* Donatus in illud Terentii in *Eunuch.* Act.5. Scen.8.v.27. *Quod vis donum & præmium*: ſubdit: *Donum præmium eſt, & munus præmium; ſed donum præmium Diis datur, munus præmium hominibus: nam ſeparatim, donum Deorum eſt, præmium virorum eſt fortium, munus verò hominum: donum, munuſque tam ante factum, quàm poſt factum datur: præmium non niſi poſt factum eſt. Donum voluntarium, præmium debetur. Alii autem Aſyndetos pronunciant* (de hoc ſchemate egimus *Tautolog.*8.n.48.) *primò donum, & ſic præmium: donum, ut à largo homine: præmium, ut à præclaro facinore.* Ita Taumb.in Plaut. *Rudent. prolog.* v. 23. Delr.in Senec. *Hippolyt.* Act.2. v. 104. Briſſ. lib.1. de *Formul.* Vid. Rupert. lib. 2. de *Officiis*, cap.6. Hildebert.de *Miſſ. Offic.* ſuccinit. Act. 28. 10. Deut. 15. 18. *Diſcrimen doni, & muneris.* Iſidor. Donat.

Dona vocat primum, mox munera nuncupat eſcas,
Munera ſunt, quoniam munerat inde Deus.
Dona vocat, quoniam Deus has donavit, ut inde
Suſtentaretur lege, modoque caro.
Munera ſunt, quoniam Deus his donatur, ut inde
Munerat auctorum, quæ dedit auctor eas.

Hildeb.

Acumen conceptus exprimit, ſed duriuſculè. Auguſt.leniter, dicens *Epiſt.* 105. *Deum coronare dona ſua, coronando merita noſtra*: igitur ex his, quæ nobis dedit, habemus debitorem. Unde 1.*Paralip.*29.14. dicitur: *Tua ſunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Conſule eundem Doctor. de *Gratia & liber. arbitr.* cap.6. Auguſt. 1. Paralip.

Deinde. Ni fallor, hìc exprimitur diſcrimen inter ſervitutem Dei & ſervitutem: quod quidem etiam profertur 2. Paralip.12.8. *Ut ſciant diſtantiam ſervitutis meæ, & ſervitutis regni terrarum.* Qui ſervi Dei, amici ſunt: unde Aſſertor N. Joann.15. 14. diſcipulis dixit: *Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos.* A ſervitute humana exulat amicitia. *Servus neſcit quid faciat dominus ejus: vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcunque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Quare dum in Scriptura dicitur *Servus Dei* (uſquequaquè obvium) non eſt intelligendum, prout ſervitus opponitur amicitiæ, & filiationi, ſed prout amoris & dilectionis aſtruit intimam familiaritatem; ita ut Dei exprimatur favor, gratia ſpecialis, ac dignatio; & hominis ſtudium anxium placendi Deo in cunctis. Hujuſmodi acceptio invenitur etiam in Sacr. pagina deſcribente ſervitutem & ſervitutem inter homines: igitur ſervi vocantur, qui mancipati ſervitio, & etiam ſervi qui familiares & amici intimi amoris neceſsitudine. *Servus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſsimus eſt: ore enim ad os loquor ei, & palàm, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt.* Numer. 12. 7. Hìc ſervitus non opponitur amico, ſed ſumitur pro amico intimo. Abraham dicitur ſervus Dei, *Geneſ.*26.24. & amicus Dei, 2. *Paralip.*20.7. *Judith.*8.22. & *Iſai.*41.8. Ita qui ſervi regum vocantur amici: 2. *Reg.*15. 37-3. *Reg.*4.5. *Daniel.*14.1. & alibi ſæpe. Obiter etiam nota, non eſſe idem *ſervus Dei*, & *homo Dei.* Hebræi, uti vidimus ſæpe, voce *Dei*, quia ſuperlativis carent, exprimunt quicquid excellentiſsimum in unoquoque genere. *Moyſes homo Dei*; Deuter.33.1. Samuel, 1. *Reg.* 9. 7. Elias, 4. *Reg.* 1. 9. Eliſeus, cap.9. & alibi; idem ſignat ac *Vir eximius, excellentiſsimus, regius, inſignis, dignus omnimodà veneratione*: qua de causà Geneſ. 23. 6. filii Heth dixerunt Abrahamo: *Princeps Dei es apud nos*: ideſt, præſtantiſsimus, & maximus. *Montes Dei.* Pſalm. 35. 7. nempè ſublimes, quo ſenſu Apollinarius ait: *Perſimilis montibus divinis*: hoc eſt, altiſsimis quippe. Hac phraſe oſtenditur excellentia inter homines; priore verò, acceptio hominis coram Deo, cujus ſervitium demonſtrat amorem & gratiam familiaritatis, non timore ſervili mancipationem. *Diſcrimen inter ſervitutem ergà Deum, & homines.* Joan. *Quid in Script.* Servus Dei, & Homo Dei? Numer. *Vox* Dei *pro* Superlativo. Apollin.

nem. Discrimen servitutis in aula Honorii descripsit Claudianus, ut vidimus *Tom.* 2. *T.* 12. n. 12.

Claudian.

Regales famuli, quibus est illustrior ordo
Servitii: sociumque diu sprevere superbi.

Unde sensus testimonii patet: *Levitæ* (scilicet) *dono donati sunt mihi, ut sint mei: & postea ingrediantur in tabernaculum fœderis, ut serviant mihi*: hoc est, quasi familiares & amici, cum quibus abscondita loquar, & intercedant pro peccatis populi.

Donum & munus pro eodem. Genes.

40 Frequenter igitur, ut dixi, pro eodem tam diversa nomina accipiuntur, promiscuèque occurrunt tam in Sacris, quàm Profanis. Genes. 24. 53. *Prolatis vasis argenteis & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere: fratribus quoque ejus & matri dona obtulit.* Psalm. 71. 10. *Reges Tharsis & insulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona.* Idem 1. *Reg.* 30. 26. *Prov.* 18. 16-19. 6. & *Sapient.* 7. 14. Ovid. de *Art.* lib. 3. v. 653.

Ovid.

Munera, crede mihi, placant hominesque, Deosque:
Placatur donis Jupiter ipse datis.

Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 49. Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 2. & Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 5.

Virgil. Propert. Tibull.

——— Timeo Danaos & dona ferentes.
Hortorum in manibus dona probata meis.
——— Donis vincitur omnis amans.

Seneca in *Agamemn.* Equum Durium, seu Trojanum modò *donum*, modò munus nuncupat. Idem Agretius, mihi ignotus Auctor, apud Passeratium in lib. 4. *Tibull. Panegyr. Messal.* à v. 6.

Tibul.

Est nobis voluisse satis, nec munera parva
Respueris: etiam Phœbo gratissima dona
Cres (idest, Dædalus) *tulit.*

Agret.

Infit: *Donum dantis est, munus accipientis.* Donum & munus possunt exponi per *Hendiadym*, schema quo unum exprimitur per duo. Testimoniis supersedeo; quippe promam *Tautolog.* 11. *E.* num. 12. & egi uberrime *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. *E.* num. 36. & *Tom.* 2. *Tautolog.* 3. *E.* num. 12. Unde sensus auctoritatis erit: *Levitæ dono donati sunt mihi à filiis Israel*: nimirùm, munere donati, dono dati. Eodem sensu Ezech. 16. 33. *Dona donabas*: q. d. dona dabas, munera donabas, stipendia, pretium, mercedem. Ita pariter Act. 28. 10. *Multis honoribus nos honoraverunt*: idest, multis donariis, copiosè muneribus nos honorarunt. Denique *Merces mercenarii* exponendum pretium, aut opera, stipendium laboris mercenarii. Utitur Plautus hujusmodi phrasi sæpe in *Amphitr.* sensu quo supr. igitur v. 39. Act. 1. Scen. 3. inquit:

Hendiadys. in Script.

Prima expos.

Plaut.

Ecastor condignum donum, quali st, qui donum dedit:
Imò sic condignum donum, quali st, cui dono datu st.

Postque per æquipollentiam dissolvit Pleonasmum, subdens Act. 2. Scen. 2. v. 158. *Mihi dono data est*, & in *Prolog.* vers. 137. *Donis donatus plurimis.* Hinc Daniel. 2. 6. quasi pro eodem præfigitur harum vocum communis acceptio. *Præmia* (dicitur) *& dona, & honorem multum accipietis.* & Eccli. 20. 31. *Xenia & dona excæcant oculos judicum.*

Idem.

Donum pro honore.

41 Donum etiam accipitur pro honore, & econtrà: honorque dicitur onus, non quia gravat dignitas, sed quia onus propter oblatum in honorem munus. Constat 1. Mach. 10. 54. *Dabo tibi dona, & dignitatem.* Numer. 22. 17. *Paratus sum honorare te, & quicquid volueris dabo tibi.* Ubi Hebr. *Honorando honorabo te valdè.* Unde pro acceptione vocis v. 18. respondet: *Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri.* Quo patet honor pro dono. Etiam apud Profan. Homer. 23. *Iliad.* 649. *Honore quo me decet honorari inter Achivos.* Q. Calab. lib. 14. v. 181. *Sinonem donis Græci condecorarunt.* Virgil. lib. 8. *Æneid.* v. 76-608.

Homer. Q. Calab.

Virgil.

Semper honore meo, semper celebrabere donis
Dona ferens aderat::.
En perfecta mei promissa conjugis arte-Munera.
Ille Deæ donis, & tanto lætus honore.

Juncta enim vides *donum*, *munus*, & *bono.* Quo intelligitur illud Exod. 20. 12. *Honora patrem tuum*, &c. & 1. Tim. 5. 3. *Viduas honora*: idest, donis, muneribus, quasi subsidio adjuva, exhibitâ veneratione magis in demonstratione beneficientiæ, quàm in vacua comi urbanitate. Ita Hieronym. lib. 2. *Comment.* in cap. 15. *Matth.* Hinc dona

Honor pro dono.

di-

dicuntur onera à verbo Hebr. *Chabad*, quod est, onerare: quare Deuter. 15. 13. 14. legit: *Onerando onerabis eum*: ubi: *Nequaquàm vacuum abire patieris, sed dabis viaticum de gregibus, de area*, &c. *Honorem pro onere, & onus vicissim pro honore, veteres, notum est, frequentasse*: ait Taubm. in Plaut. *Milit.* Act. 2. Scen. 2. v. 73. Idem Varro lib. 4. de *Ling. Latin.* & Passer. in illud *Tibull.* lib. 4. v. 44.

Dona cui onerat.

Secunda expositio.

Qualis inæquatum, si quando onus urget utrinque. Tibull.

Virgilius lib. 12. *Æneid.* v. 215. & Ovidius Epist. 9. *Deianir.* v. 29. & v. 101.

——Cumulantque oneratis lancibus aras.

Non honor est, sed onus, species læsura ferentes. Virgil.

Se quoque nympha tuis ornavit Jardinis armis. Ovid.

Ad marginem pro nota: *Oneravit.* Propertius denique lib. 3. *Eleg.* 4. & 9. imitatus ab Ausonio *Edyl.* 4. apud Æl. Vinet. 32.

Atque onerare tuam fixa per arma domum. Propert.

——Videam spoliis onerato Cæsaris axe. Auson.

Posses ornatus, posses oneratus haberi, &c.

Usus fuit antiquorum, ut videtur apud Plaut. in *Trucul.* Act. 2. Scen. 6. v. 41. ubi accipit onerare, pro honorare: *Ædes spoliis opplebit.* Etiam Apulej. lib. 11. *Metam.* suffragatur acceptioni. *Sacrorum ritu, variis me quisque muneribus onerantes.* Varro ubi supr. *Honos* (inquit) *ab honesto honore. Itaque honestus dicitur, qui honoratus: & dictum, bonus est honor, qui sustinet Rempubl.* Donatus demùm in illud Virgil. lib. 1. *Æneid.* v. 293.

Plaut. Apulej. Varr.

——Spoliis Orientis onustum. Virgil.

Insit: *Oneratus, qualicunque pressus pondere. Onustus, cui onus ipsum honori est, ut si quis hostium spolia ferat: sed oneratus aspirationem non habet, quia ab onere venit; honustus verò quia etiam ab honore descendit, retinet aspiratione.* Vide A. Gell. *lib. 2. cap. 3.* Donat.

42 Sufficiant testimonia pro cogitationis fulcro. Licèt tot tantique DD. dona dicant onera à verbo *Chabad*; aptiùs arbitror oriri à verbo *Anach*, quod est torques, seu corona, vel circunductio, aut circundatio: etenim in illud Psalm. 72. 6. *Ideo tenuit eos superbia*, Hebr. legit: *Anachtemo*: hoc est, *ut torques circundedit eos*, vel *coronavit eos superbia.* Quam ob rem Oleaster in loc. cit. Deuteron. *Dabis viaticum de gregibus*, &c. non absre legit: *Circundando circundabis eum de pecudibus tuis.* Vel *suspendendo suspendes ad eum omnia bona.* Aliquando onera signant solummodò gravamina, ut apud Lucam: *Oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt*: cæterùm persæpe honoraria dona. Hinc sub manum est expositio alia præjactarum Tautologiarum. *Levitæ dono donati*: idest, in honorem mihi donati, quippe in cultum meum: ideo additur v. 19. *Ut serviant mihi pro Israël in tabernaculo fœderis, & orent pro eis*, &c. Act. 28. *Multis honoribus nos honoraverunt*: hoc est, in honorem nostrum, ac venerationem donaria congesserunt, dederuntque nobis: vel juxta secundam acceptionem, muneribus plurimis nos onerarunt, ita ut nos essemus circundati bonis. Homerus de Thetide gloriam filii solicitante apud Jovem. *Illiad.* 1. v. 510.

Cur donum dicitur catena, vel corona? Psalm. Deuter. Oleastr. Luc. 11. 46.

Tertia expositio.

Filium meum honorent, augeantque cum honore. Homer.

Ita *Ezech.* 16. *Dona donabas*: nimirùm donis onerabas amatores. *Omnibus meretricibus dantur mercedes* (quoniam onustæ procorum muneribus) *tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas*: nempè, cumulabas, onerabas donis: honorabas, sublevabas, quasi obsequiis debuisses illis consulere, cùm jus esset, ut lucro ex illis, jacturam etiam inverecunda reparares dedecoris. Hinc quia mercenario debetur operæ prætium; dum dicitur *merces mercenarii*, intelligendum est præmium mercenarii, honor, onus, emolumentum (igitur merces auctoramentum servitutis est, quia mercenarius gratis non servit, ut mancipium) subsidium laborantis pro mercede danda, & minimè gratis. Quapropter in hujusmodi geminatione finis exponitur materia actionis: de quo satis diximus in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 10. & *Tom.* 2. *Tautolog.* 4. num. 33. & *Tautolog.* 10. num. 19.

Quarta expositio.

Deut. 15. 18.

Finis pro materia actionis.

43 *Dono donati.* Pleonasmus etiam, nec ineptè, exponi quit per adverbia, quatenùs una ex vocibus geminatis exprimat substantiam rei, & alia modum. Ut *iratus iracundia*: hoc est, vehementer iratus. Multa dixi alibi, quæ iterare, tædium erit. Vide in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 3. 4. *Tom.* 1. *Tautolog.* 4. *Didasc.* 14. num. 9. & 2. *Tautolog.* 1. num. 8-4. num. 7-5. num. 10-8. num. 22-10. num. 18. & 12. num. 20. Non aliter modò per Epitasim: *Dono donati*, gratiis, sponte, vel generosissimè donati. *Dona donabas*: lar-

Verbum, aut nomen pro adverbio.

Quinta expoſit. largè donabas. Joſephus *lib.2.cap.5.* de Ægiptiis dicit: *Donis etiam Hebræos honorabant*: hoc eſt, copiosè, liberaliter tribuebant. Sic Plautus multis in locis, in *Amphitr.* Act.2. Scen.2. v.129. *Dediſſe dono* (generosè) *hodie, qua te illic donatum* (honoratum) *eſſe dixeras* & in *Epidico*, Act.4. Scen.4.v.38. *Tibi addam dono gratiis.* Æquè acceptio in aliis teſtimoniis. *Multis honoribus nos honoraverunt*: ideſt, cumulatiſsimè, liberaliter; poſita geminatione pro ſuperlativo, ut præmiſimus etiam in *Prolog. Galeat.* §. 4. n.5. & 6. Quod patet *Numer.* 22. 17. ubi ut vidimus ſupra Hebr. *Honorando honorabo te valde.* Et Plaut. in *Amphitr. Prolog.* v.137. *Donis donatus plurimis.* Quod profectò perſpicuè videtur in principali Tautologia: *Egredietur gratis, abſque pecunia*: ſiquidem ibi adverbium exponitur pro geminatione. Imò conſtat Deuter. 15. 19. igitur Hebr. ubi Vulg. *Juxta mercedem mercenarii*: legit; *Duplici mercede*: ideſt, ut ſubdit Haye hìc, *copioſa, liberali, pleniſsimâ.* Ita igitur vox *Duplex* pro ſuperlativo invenitur in Scriptura. *Duplex ſpiritus*: 4. Reg. 2. 9. *Duplex contritio*: Jerem. 17. 18. *Duplex honor*: 1. Tim. 5. 17. *Duplex retributio.* Eccli.20.11. & Iſai. 61. 7. *Pro confuſione veſtra duplici & rubore::: in terra ſua duplicia poſsidebunt.* Haud aliter apud Profanos. Homer. *Iliad.*3. v.126-19. v.225. & 241-23. v.253. utitur: Clariùs *Iliad.*10. v.134.& Iliad.22. v. 461.

Geminatio pro ſuperlativo.

Sexta expoſit.

Duplex *in Scripto pro ſummo.*

Homer.

Circum autem chlænam fibulis connexuit purpuream,
Duplicem, criſpa autem inerat lanugo.
Telam texebat duplicem ſplendidam.

Sophocles in *Oedip. Tyrann.* v. 1234. & in *Oedip. Colon.* v. 1114. ſubdit:

Sophocl.

Duplicia te lugere, duplicia ferre mala.
Duplices veſtes habentes ſorores.

Denique Plutarch. in *Cai. Mario*, ſubdit: *Cùm ſacrificia adiret, duplici purpura induta, haſtam vittis, atque coronis ligatam ferebat.*

44 *Dono donati.* Alia cogito. Donatio ſi aliqua conditione fit, non eſt donatio. Quapropter Seneca de *Conſol. ad Marciam* cap. 10. de bonis fortunæ ait: *Alieni commodatique apparatus ſunt. Nihil horum dono datur. Collatitiis & ad dominum redituris inſtrumentis ſcena adornatur.* Ubi, ut vides, commodata vocat bona, non donata; quippeqnàm donum propriè ex mera liberalitate, & mente, qua & proprietas & uſus conceduntur. Ideo donaria dicuntur, munera quæ Deo ſacrantur, ut vidimus ex Iſidoro n. 39. ſiquidem nunquàm reſtituenda, nec data eo animo & mente. Unde ſenſus auctoritatis eſt: *Levitæ dono donati ſunt mihi*: nimirùm, in perpetuum, pacto ſempiterno. Quod probat lectio Hebræa: *Dati, dati ſunt mihi de medio filiorum Iſraël.* Geminatio firmitatem denotat, ut ſæpe docuimus. Quo etiam ſenſu Seneca in *Oedip.* Act. 4. v. 814. ait:

Senec.

Senec.

Donum, doni uſus & proprietas.

Hebr.

Quis fuerit ille, qui meum dono dedit
Corpus, requiro.

Ideſt, quis fuerit pater meus, qui quandiù vità vixero, dedit corpus. Plautus in *Aſinar.* Act.1. Scen.3. v.42.

Plaut.

——— *Honoris cauſa gratiis dono dabo.*

Dono: putà, in perpetuum, & in *Pſeudol.* Act. 4. Scen.6. v. 13.

Idem.

——— *Habito mulierem dono tibi.*

Hoc eſt, in perpetuum, in proprium: ſiquidem quæ revocabilia, non perpetua, nec propria: igitur ut ait Macrobius lib.1. de *Somn. Scip.* cap. 21. *Proprium habere diceretur, ſi ſemper habere liceret*: qua cauſa Amorem ſtabilem, Lucret. lib.4.de *Rer. nat.*v.751. *proprium* appellat. Virgilius lib.6. *Æneid.* v.871. & Horat.lib.2. *Satyr.6.* v.

Donũ, ideſt, proprium.

Macrob.

Virgil.

——— *Propria hæc ſi bona fuiſſent.*

Horat.

——— *Nil amplius oro*
Maia nate, niſi ut propria hæc mihi munera faxis.

Septima expoſit. Ideſt, diuturna, ſtabilia, perpetua. Perinde quia ſibi Dominus in perpetuum aſſumpſit Levitas; ſignat dono donatos, dicitque Numer. 3. 45. *Tolle Levitas pro primogenitis filiorum Iſraël: eruntque Levitæ mei. Ego ſum Dominus.*

Marc. 11. 24.

45 Lucem modò accipit illud Chriſti apud Marcum: *Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis.* Cur, inquires, additur, *evenient vobis?* Facilis expoſitio juxta dicta num. præced. igitur illa geminatio certitudinem denotat.

Perpetuum. Aliena munera ſunt, ſed accipietis ut dona, quia perpetuò habebitis, quaſi eſſent dotes, quarum conditio perpetuitas, ut ait D. Thom. in 4. *diſt.* 49. q. 4. art. 1. in corp. & Juriſ-

risconsulti apud Cardin. Tusch. V. *Dos*. Erunt jam propria, stabilia, quippe æterna. Sine dubio concedentur vobis. *Fient vobis*: ait apud Joann. 15.7. Fient vobis dona irrevocabilia, quæ munera petieritis non ut dona. Nec longè est stylus ab usu Latinorum. Plautus in *Pseudol.* Act. 4. Scen. 1. v. 28.

Sed ego quæ tibi dona dabo, & faciam. Plaut.

Idest, munera, quæ dabo, dona faciam, quia in perpetuum dabo ut propria. Eodem sensu Afranius in Vopisc. *Dii tibi* (ait) *dent propria, quæcunque exoptes bona.* Afran. Accius in *Armor. judicio*: *Non facilè sine Deum operâ propria humana sunt bona.* & in *Medea* facetè & verè subdit: *Fors dominatur, neque vita ulli propria in vita est.* Accius. Tandem Virgilius lib. 3. *Æneid.* v. 85. accinit: *Quæ æterna verè dona.*

Da propriam Tymbræe (Apollo) *domum, da mœnia fessis.* Virgil.

Propriam, scilicèt, stabilem. Quænam magis stabilia, quæ bona æterna? Aliam expositionem signavi *Tautolog.* 8. n. 49. nimirùm & pro *ideſt*. Vide ibi. Et pro ideſt.

46 Aliter testimonium, nec incongruè, interpretari possumus. Q. d. Non solùm accipietis, sed evenient, quæ petieritis, sine illo gravaminum cumulo, quæ ferè comitatur beneficia, ab hominibus vel generosis collata, quibus non benefacere delectat, sed videri adminùs benefecisse: igitur conditio gratitudinis ita delicatula, venustas beneficii ita lavicula, ut & hæc ostentatione evanescat, & illam vel memoria è largitore frangat. Molestissima est memoria grato pectori: quanta profectò si exprobratio ingenuo cordi? Aptè Sosia apud Terentium in *Andria* Act. 1. Scen. 1. v. 15. dicit: *Exprobratio beneficiorum molesta.*

Id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc molestum est: nam isthæc commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficii. Terent.

Ita exprobratio animum pungit, ut dicat Seneca lib. 2. de *Benef.* cap. 11. *Libet exclamare, quod ille triumvirali proscriptione servatus à quodam Cæsaris amico, cùm superbiam ejus ferre non posset: Redde me Cæsari. Quousque dices: Ego te servavi, ego te eripui morti? Istud, si meo arbitrio memini, vita est; si tuo, mors est. Nihil tibi debeo, si me servasti, ut haberes, quem ostenderes. Quousque me circunducis? Quousque oblivisci fortunæ meæ non finis? Semel in triumpho ductus essem.* Senec. In quem collata beneficia, & officia præstita, meminisse debet; verum illiberale, vel commemorare, qui contulit. Qui dedit, taceat: narret, qui accepit: aliàs recepit creditor, quoties narravit. Festivè Martialis *lib.* 5. *Epigr.* 53.

Quæ mihi præstiteris, memini, semperque tenebo.
Cur igitur taceo Posthume, tu loqueris?
Incipio quoties alicui dona referre,
Protinùs exclamat: Dixerat ille mihi. Martial.
Non bellè quædam faciunt duo, sufficit unus
Huic operi, si vis ut loquar, ipse tace.
Crede mihi, quanvis ingentia Posthume dones,
Auctoris pereunt garrulitate sui.

Quàm longè ab hujusmodi dedecore sit ingenium Dei, demonstrat Nanzianzenus *Orat.* 16. v. 40. dicens: *Deus sitit sitiri. Cùm ab eo beneficium petitur, beneficio id ducit. Accipere est, Deo donatum esse: totos se illi offerre, est se totos recipere. Propterea beneficiorum collatorum nos maximè memores vult, ut frequentiores, atque promptiores novorum habeat postulatores, impetratoresque. Dat Deus omnibus affluenter, & non improperat.* Nazianz. Hoc est, *Honore honorare*, sive *honestare*, ut ait Plautus in *Captiv.* Act. 2. Scen. 2. vers. 106. Plaut.

47 Demùm. *Dono donati.* Aliquid hìc subodoror, quasi substitutivum: maximè cùm Deus tradens Levitas Aäroni v. 18. tantùm dicat: *Tradidi eos dono Aäron*; & ubi segregat eos à filiis Israël, proferat: *Dono donati sunt mihi.* Mysterium arbitror in geminatione, quod, quantum auguror, est quid suppositivum: quasi donare sit absolutè dare; sed dono donare supponat commutationem, qua quid pro quo. Ideo dicitur *A filiis Israël. A*, ideſt, *Pro.* Phrasis sanè usui AA. non infimi subselii. *A defectione* dicit Q. Curtius lib. 6. in *Vit. Alexand.* cap. 1. Plaut. in *Pœnul.* Act. 5. Scen. 2. v. 132. *Amat à lenone hic*: hoc est, pro lenone: similiter in *Rudent.* Act. 4. Scen. 4. v. 56. *Hic hinc à me sentiat.* q. d. pro me sentiat. Ita dicimus *A manu, à loco, à libellis* &c. de quo Suetonius in *August.* cap. 49. & 67. Etiam in Scriptura invenitur acceptio. Luc. 18. 14. *Descendit hic* (publicanus) *justificatus in domum suam ab illo*: ideſt, pro Pharisæo. Unde auctoritatis oritur genuina interpretatio. A pro Pro.

Do-

Dono donati. Non ſolùm mihi dati, ſed dono, *à* (pro) *filiis Iſraël.* Immediatè exponitur cogitatio, exprimente priorem clauſulà ſequenti. *Dono donati ſunt mihi à filiis Iſrael. Pro primogenitis accepi eos* : ideſt, pro primogenitis ſuffecti ſunt Levitæ. *Mea ſunt omnia primogenita.* Largitus ſum filiis Iſraël ; ſed pro illis tanquàm donum accepi Levitas, ut etiam dicitur cap.3.45.& 50.Imò v.49. invenitur eadem phraſis : ſcilicèt, *Quos redemerant à Levitis* : hoc eſt, pro Levitis, quippe pro munere primogenitorum, dono dati ſunt à filiis Iſraël.Patet etiam in auctoritate Ezechielis ſuprà expoſita, ubi ſub metaphora meretricis dicit ad Jeruſalem : *Dona donabas.* Quæ tibi ab amaſiis debebant eſſe munera; illis tu feciſti dona; quia *aliis meretricibus dantur mercedes : tu autem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis.* Pro muneribus accipiendis, dabas munera : quæ propriè dicuntur dona, quippe donum eſt munus ſuffectum pro alio munere ; officium pro officio, pretium pro pretio. Ita Virgilius, abominabilia, nimirùm corpus Ityos filii Terei,ei appoſitum pro dapibus,dona vocat *Eclog.6.v.79.*

Octava expoſit.

Virgil. *Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.*

Ideſt,quid pro dapibus. Pariformiter Plautus in *Menæchm.*Act.4.Scen.3.cùm pro fœmina datum eſſet ſpinther aureum, & repetiiſſet Menechmus,reſpondit Erotium meretrix v. 14.

Plaut. *——Nec te ultrò oravi, ut dares.*
Tute ultrò ad me detuliſti: dediſti eam dono mihi:

Quibus locis patet,quòd interdùm donum ſit munus pro alio ſuffectum; quod eleganter dicitur *dono donatum*, quoniam alterum pro quo donum, jure, aut aliquo pacto, vel ratione debitum. Hæc pro dilucidatione auctoritatis cogitavi : meliora expecto, quippequàm animum, non munera jacto.

Varietas lectionum. 48 Ergo ad Verſionum Tautologiæ principalis varietates dirigatur calamus. *Egredietur gratis abſque pecunia.*Arias Mont.*Egredietur gratis,non argento.* Septuag. *Sine etiam argento.* Perſ.Rabbi Jonathas & Oleaſter:*Gratis etiam ſine argento.*Alapid. *Gratis dimittet.*Cajet. *Libera abſque pretio aliquo.* Leon. Mar. *Sine accepto ab ea ullo pretio pro libertate.* Bonfrer. *Nullo dato pro ſui redemptione pretio.*Haye: *Liberum erit ancillæ recedere, nullo dato ad ſe redimendum pretio.* Alii : *Gratis, abſque redemptione.* Cuncta in liter. ſparſa: ad mores reliqua.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurſ.

1 *Gratis, abſque pecunia. Abſque redemptione.* Aptè, ut Chriſti ampliùs luceret glorificatio, dum hominis per illum appropinquabat redemptio : igitur ne homo eſſet,voluit gratis eſſe miſer ; ut cordis amoris ſummi exprimeretur character.

2 *Gratis. Sine pretio, ſine redemptione.* Gratis redemptio conſummata àChriſto, cæterùm cum pretio magna: ſiquidem pretio ſuperabundante ſanguinis, in cœlo ſummo collocavit homines.

3 *Gratis egredietur abſque pretio.* Aliter quæ Mater-Virgo : etenim pretium illi conceſſum pleniſsimæ beatitudinis; quia egreſſa è corpore gratis.

4 *Gratis, abſque pecunia.* Nihil quippe Deo gratius,quàm paupertas volùtaria.

5 *Gratis, ſine pretio.* Aliter ſanguinis Martyrum æſtimatio. Gratis in certamen egrediuntur, ſed ineſt ſanguini pretium;quippe vel levis guttula multiplicatur in plures, ut viridaria Eccleſiæ germinent flores.

6 *Gratis & ſine pretio.* Non ſine pretio, etſi gratis collato inimicis beneficio:ſiquidem amplam nanciſcitur gloriam, qui inimicum amplectitur etiam offenſus in gratiam.

DIDASCALIA I.

Amoris Chriſti relucet exceſſus,dum in Thabore videtur glorioſus.

Jupiter Liberator, & Myſteria magna.

1 *Jovi Liberatori* in menſe Auguſto celebrabantur olim ſacra,ut videbimus in *Ephemerid.*& etiam *Magna myſteria.* Neſciebat Antiquitas,quantum lucis ſub hujuſmodi umbra,cujus nomine Salvatoris veri elucent myſteria magna.

Ex-

Expressit Claud. ex Virgil. lib. 2. *Æneid.* v. 682. in Panegyr. pro IV. Consul. *Honor.* à v. 190.

——Te claris properantibus astris
Cernere Sol patiens cœlum commune remisit.
Apparet quid signa ferant. Ventura potestas.
Claruit Ascanio, subitâ cùm luce comarum
Claud. *Innocuus flagraret apex, Phrygioque volutus*
Vertice, fatalis redimeret tempora candor.
At tua cœlestes illustrant omnia flammæ.
Talis ab Idæis primævus Jupiter antris
Possessi stetit arce poli.

Cur in transfiguratione Salvatoris mysteria magna?

Ecce theatrum, sed non glorioſum, quia fictum. In Christo Servatore apparet verè glorioſum. Canit Juvencus lib. 3. *Evang. Histor.* v. 321.

Inde ubi perventum est secreti montis in arcem,
Continuò Christus faciem fulgore corusco
Mutatur, vestisque nivis candore nitescit:
Juvenc. *Et vox è medio lucis manifesta cucurrit:*
Unicus hic meus est natus, mea summa voluptas.
Hujus justitiam justo comprehendite corde.

Rutilat Salvatoris gloria, & clarent mysteria magna: quandoquidem patuit oculis discipulorum, quod sub testa corporis lumen tegebatur incluſum. In Calvario corporis testa cruciatibus fracta: hìc in Thabore integra: & visa mysteria magna; quippequàm cum integritate carnis, lux animæ visa in splendoribus corporis. In lumine utique viderunt lumen; ac in fulgure fulgorem: igitur per gloriam corporis donati luce, micabat intuentibus quantus fons luminis animæ.

In corpore transfigurato visa, quæ inerat animæ gloria.

2 *Magnum sacramentum*: vocat Leo Pap. serm. de *Transfig.* cap. 1. Unde sacramentum & magnum? Arbitror sacramentum, quia gloriam occuluit; & magnum, quia renunciavit. Sacramentum, quia propriam, post manifestationem glorificationem sepelivit, & nostram reservatam ostendit: sacramentum magnum; quippe reseravit suam, ut operaretur nostram. Hinc auditur à Patre: *Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.* Quid audiendum? Salvatorem sæculorum: etenim nunquàm nominis superioris insignitio, quàm in Thaboris theátro. Titulo Solis venerabatur Ægyptus Josephum, ut observat Alapid. in *Genes.* 41. v. 65. ac Pharaö decoravit encomio

Leo Pap.

Cur dicitur Sacramentũ, & magnum?

Matth. 17. 5.

Genes. 41. 45.

Salvatoris mundi. Speculum claret, quo titulus fulget: quandoquidem filius Dei, fulgentior Sole, respondet in Thabore Salvator mundi. Juxta gesta nomen imponitur; & nomine Salvatoris fulgens in monte à Patre condecoratur; quippe propter transfigurationis demonstrationem insignem, dedit illi Deus nomen, quod est super omne nomen. Audienda est igitur magni amoris exhibitio, & hominum insignis glorificatio. Utraque in signum amoris & claritatis. Amoris sui, claritatis nostræ. Gloria est nostra, quia quæ incognita, in ejus corpore visa. Gloria ejus, quia in ejus nobis nostrum manifesta gloria. Aptiùs promam. Gloria ejus, propter exhibitionem renunciationis gloriæ in hominum splendorem: gloria nostra, quia non nostra, ni iterùm celaretur ob eximiam in homines charitatem. Perscrutemur mysterium, & ejus amoris rutilabit studium.

Cur Christus in transfiguratione plauditur Salvator?

3 Dices ergo, quomodò in hujusmodi obsequio sublimis erga nos amoris fulgurabit demonstratio; si amor probatur doloribus usque in vitæ dispendium, haud splendoribus, commendantibus plausum? Sponsa amore languet, ne langueat amor; igitur in vulnere, dilectionis splendor, probatà charitate per vulnera: qua igitur causa, gloria amoris maximi modò videtur in gloria? *Voluisse Christum* (ait Exim. Suarius *Comment.* in 3. p. D. Thom. *q.* 45. *art.* 1.) *hoc mysterio hominibus ostendere, quid corpori suo esset debitum, quantàque illud privaret gloriâ propter eorum commodum ac reparationem.* Occultatà corporis gloria, gloriæ occultæ inerat hominibus ignorantia, quin cognoscere possent, propter illorum amorem sumpsisse carnem passibilem, cùm debita esset conditioni illius corporis impassibilitas carnis. In speculo ergo corporis, animæ ostendendo lucem, vocabat tacitè hominem, ut cognosceret, quantà gloriæ privaretur plenitudine, pro cunctorum meditata reparatione: patetque amoris nobilissimum studium, gloriâ, ac tantà privari gratis propter genus humanum.

Cant. 5. 8. *Amor probatur doloribus.*

Matth. 17. 2.

Suar.

Privari gloriâ sponte est gloriæ maximæ amanti.

4 Innuit Suarius, ubi dudùm: *Propter eandem fortassè causam* (nimirùm, hominis reparationem) *quando transfiguratus est, loquebatur de excessu, quem completurus erat in Jerusalem: ideſt, de passione sua, quam ut pro hominibus posset assumere, gloriam, corpori suo debitam, intra sinus animæ miraculosè repressérat. Cujus*

Idem.

rei

rei signum, ac testimonium in die illa hominibus ostendit. Ostendit in corpore transfigurato debitam gloriam, & simul crucis acerbæ recolebat pœnam, cujus eloquium in transfiguratione vocatur excessus; ut amor comprobetur per vulnus: igitur illi grave, vel ad horam gaudere corporis gloriâ, hominis lapsi non reparatâ naturâ. In articulo quo invulnerabile corpus, memoriâ crucis vulneratur animus: claret vel in gloriæ ostensione, dilectionis excessus: igitur miraculum est, gloriam corporis, animâ glorificatâ, tegere; & potius miraculum, etiam manifestare: siquidem novum in Christi ingenito amore, vel momento temporis pro hominum gloria non pati. Illi votiva gloria hominis reparatio, quàm nanciscì nequibat corporis gloriâ. Transfiguratus est, veste niveâ, facies resplenduit ut Sol. Gloriâ & honore fulgurabat coronatus, verùm urgebat in amoris demonstrationem crucis excessus, quo per passionis cruciamen, quanti demonstraturus haberet hominem; quantaque illi gloria, pro generis reparatione, patibuli pœna. Unde corpore glorificato in animæ amantis solamen, pro blandime amoris recolit crucem; quoniam gloriam, quam allatura pœna, saltem lactaret memoria. Ibi glorificatus fulgebat, cæterùm amor instabat: & gloriam reliquit corporis, ut pateret excessus æstuantis pectoris.

Cur Christo hujusmodi gloria pœna?

Summa gloria Christi, pro hominibus pati.

Excessus charitatis in theatro transfigurationis.

5 Excessus, seu *plenitudo amoris* vocantur Seraphim. Vid. Lauret. in *Alleg.* Titulus juxta conditionem, & flagrantem charitatem. Duo, Vate sacro de infelicitate querulo, assistebant coram majestate Dei, cùm hic in throno ostenderet majestatem, & illi essent in gloria, effectrice visione beatificâ. Clamavit dolens Propheta, quasi miser, dicens: *Væ mihi;* ac levi volatu *unus de Seraphim* ejus consuluit à miseria libertati. Ecce nobilis tractus, quo cognoscendus amoris excessus. Gloria tunc videntem urgebat, charitas in subsidium clamantis instabat. Erravit amor? Nequaquàm. Prius alienum subsidium, quàm proprium commodum, apparente in demonstratione opis, incendio flagrantis pectoris: igitur gloriæ reliquit spectatissimum thronum, ut plenissimi amoris erga infelicem demonstraret excessum. Reliquit ergo gloriam, & beatitudinem propter hominis urgentem afflictionem: quippequàm minimè eximiæ responderet charitati, ni ut miser esset felix, oblivisceretur gloriæ. Vide quæ diximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 5. *Didasc.* 20. à *num.* 18.

Isai. 6. 56.

Amori prius alienũ subsidium, quã proprium commodũ.

Summę respondet charitati, qui suæ oblivisciturglorię.

6 Quem vidit Isaias in throno, fuisse Christum, asserunt plures apud Leon. Castr. in loc. præf. ex Joann. 12. 41. ubi: *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, & locutus est de eo.* Expresit minister Seraph, quid facturus in Thabore amictus gloriâ, clamante præ miseria naturâ humanâ: igitur ne esset homo, voluit gratis esse miser, ut summi amoris in corde demonstraretur character. *Gratis, absque redemptione*: dicitur de serva, quam paterfamilias ducit. Sed aliter in eo, qui formam servi pro nobis accepit: siquidem facta redemptio, & gratis gloriæ tantæ emancipatio; ut renunciatione impassibilitatis carnis assumptæ, flamma micaret pectoris æstuante corde. Quid lateret in anima, gloriâ decorus ostendit discipulis, & plenitudine majestatis, & plenitudine amoris. Videtur igitur corpore jurè splendido, in montis Thaboris throno. Ibi è cœlo plausus, ibi glorioßissimum coram testibus corpus, cujus gloriam illudusque miraculosè represserat, ut homo perduceretur in gloriam, quam in paradiso amiserat. Hic afflictus clamat uti captivus sub tyrannide dæmonis. Christus splendoribus novis rutilat coram discipulis: & dereliquit voluntariè gloriam propter amoris excessivi vehementiam; quoniam eximia fides & excessus amoris, glorioßum relinquere thronum, propter hominem afflictum.

Exod. 21. 11.

Verbum Dei assumpsit carnem passibilem, ut redimeret hominem.

Reliquit thronum, propter hominem afflictum.

7 Nimius plauditur amor Dei in Incarnatione Verbi Divini. Nexus lucis & humani limi, quo habitaret plenitudo divinitatis corporaliter, & vinceretur allucinatus Lucifer; haud cogitatio amoris communis, sed excessivi præstantis amoris. *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis*: ait Paulus. Quænam ergo demonstratio, ut nimii amoris nobis claresçat origo? In sinu Patris erat, miseriam hominis viderat, pro subsidio de cœlo descendere cogitat: & vocatur nimia charitas pectoris, dum videtur homo passibilis inter homines; quoniam summum studium & charitatis obsequium, ne homo patiatur, impassibilem pati, & ob passionem è gloria cœli descendere. Appositius acumen proferam. Erat in sinu Patris, gloriam habebat in sinu, quam non amisit descendens de cœlo. Videntur impossibilia, gloria & pœna, quippe nulla pœna in gloria

Unde præstantia charitatis in mysterio Incarnationis?

Ephes. 2. 4. 5.

Excedit cogitationem humanam, pati pœnâ, quasi patiès nullam haberet gloriâ.

ria: & at annuncientur inter gentes amoris studia; patet amoris maximum, Verbum Dei descendere in mundum: quandoquidem excedit cogitationem humanam, in passionem se exhibere, quasi non haberet gloriam. Ex assumptione humanitatis in Deum, vigebat in anima Redemptoris gloriæ donum. Ex gloria animæ gloria corpori, quæ quidem debita, quoniam anima glorioſa, & tota humanitas divinitati unita. Corpore glorioſo nequibat pati; gloria erat debita corpori. En amoris difficultas: & descendere de cœlo nimia proponitur charitas; quippequàm ut pro homine pati, amoris vehementiâ, posset, gloriam in sinu animæ miraculosè repressit.

Ibid.

8 Iteratur prodigium in Christi transfiguratione, ut redamet homo saltem geminatione miraculi. Hinc à Paulo proponitur excessus amoris, *cùm essemus* adhuc *mortui peccatis*. Nimia dici charitas potest, dum ita in obsequia studet: igitur major charitatis exhibetur demonstratio, ubi hominum amplior videtur ingratitudo. Apponitur per amorem medicamen, & tantùm propter amorem: igitur si vita necessaria, ut homo vitâ gauderet, quæ quidem vita nequit amitti cum gloria; abdicit Christus in Thabore gloriam, ut homo mortuus revocetur ad vitam. Idem amoris excessus, *quem in Jerusalem* ipse amanter *completurus*. In Jerusalem relinquenda vita, hìc gloria: diciturque mortua peccatis humana natura; quoniam utriusque actionis excessu, nimiæ charitatis studio, non solùm adipiscetur vitam, sed etiam gloriam. Miraculum fuit transfigurari; miraculum fuit, semper glorioſum non apparere. Transfigurari, quia amori videtur nulla, sine gloria hominis, corporis assumpti gloria. Miraculum, semper glorioſum non esse, ob gloriam debitam corpori. Instabat vita hominis, cujus lapsus impulit in descensum de cœlis. Quid igitur agendum? Descendit cum gloria, sed non glorioſus, ut studii cordis eluceret excessus: etenim non tantùm amor, sed nimius; gloriam, ut homo possit in vitam atque gloriam revocari, intra sinus animæ miraculosè reprimere.

Major amoris demonstratio, ubi amplior ingratitudo.

Luc. 9. 31.

Christus transfiguratus renunciat gloriæ, ut homo redditur vitæ.

Gloriam repressit, ut gauderet gloriâ.

9 Perpende studium. Erat Christus inter excessum glorificationis corporis, cùm decrevisset admissionem passibilis carnis; & inter amorem invitantem in excessum, ac in insignem dilectionis fidem; ut glorioſum sine gloria redderet hominem. Passio amara, sed dilecti projecta in mortem natura. Gloria insignis, sed peribat, propter quem descenderat ultrò de cœlis. Ubique gloria: at inter plausum glorificationis corporis, atque gloriam charitatis; Thaboris reliquit plausum, ut amoris in hominem nanciscereturexcessum. Intuitum observa. Ut hominem elevaret, in inferiores partes terræ descendit: cæterùm mundus eum non cognovit, nec quanti oneris esset assumptæ à Verbo carni, hominum à tyrannide redimere. Gloria in Thabore glorioſo corpore ostensa videbatur propria glorificatio; & fuit ignorantiæ expulsio: igitur cognovit homo, qua gloria privabatur corpus, ut totum humanum redimeretur genus. Unde in gloria Thaboris non solùm lucet charitas, sed etiam nimia. Demonstratio sanè erat insignis, quòd gloriam hominibus demonstraret sub habitu hominis: excessus, qui superabat amorem vehementem, illam relinquere propter hominem: & reliquit sponte corporis gloriam, & Thaboris apparatum, ut charitatis eximiâ fide jam obtineret excessum.

Reliquit plausu, propter amoris excessum.

Et nimiæ amore.

10 *Dicebant excessum ejus*: infit Lucas. Quemnam excessum? Mortem, qua excessurus è vita, hominibus vitâ datâ. Ita ferè cuncti DD. Suarius, ut vidimus, non de cruce, sed accipit excessum de transfiguratione. Ostendit Christus corporis gloriam, & quantâ illud privaret, ut hominem redimeret: *& propter eandem fortasse causam, quando transfiguratus est, loquebatur de excessu*: subdit ubi supr. Doctor Eximius. Cogitatio subtilissima, verùm difficilis cogitatio. Si perfunderè vitam, est excessus amoris, qui patuit in ara crucis: quomodò hujusmodi elucebit excessus, ubi coruscat in Thabore glorioſus? Passus est mortem crucis, *propter quod* (ait Paulus) *& Deus exaltavit illum*. In Calvario, redemptione hominis consummatâ, parta completè fuit gloria. In Thabore solummodò incomplete fuit visa, ut asserit Suarius ubi supr. *Sect. 3.* Gloriam pro homine in Calvario triumphator obtinuit. Pro homine gloriam in Thabore suspendit: dum habuit gloriam incompletam, majorem amoris in excessu obtinuit gloriam; quoniam amplior gloria, pro homine gloriam dimittere, quàm habere.

Ubi supr.

Quomodò excessus crucis, visus in articulo transfigurationis.

Suar.

Philip. 2. 9.

Amplior gloria pro homine dimittere, quàm habere.

11 Deinde. Excessus gloriæ, & excessus vitæ fit in Thabore collatio, ut constet amplior, ubi fulserit dilectio. *Dicebant excessum, quem completurus erat in Jerusalem*. Sit. Ergo excessus amoris in monte Calvariæ, & cruce, & nequaquàm in Thabore; quomodò ergo in hujusmodi

Luc. ubi supr.

An amor glorioſior in Thabore, quàm in cruce?

gloria amplius amoris ſtudium? Propter amoris exceſſum. Haud ſtat diligentis meritum in actus executione, quippe tantùm eſt intentionis, aut propoſiti extenſio in materia accidentali. Exceſſum in Jeruſalem conſummavit, verùm in Thabore incepit: plauditurque amplior in Thabore, quàm in monte Calvariæ; quippe minimè obtineret gloriam traditionis vitæ, ni decreviſſet privationem gloriæ. Unde cùm probatio charitatis ſit exhibitio difficilis operis, & aſtruatur ſtudium maximum per demonſtrationis exceſſum; erga reparationem, ad quam deſcendit in terram, haud ampliorem quibat cogitare, quàm ſuſpendere gloriam. Ulteriùs protraheretur Didaſcalia, ni urgerent reliqua: igitur invitè ſuperſedeo, & ne Tomus creſcat, manum amoveo. Patet ſtudium Servatoris in oſtenſione gloriæ animæ, & magis in ſuſpenſione: quandoquidem amplius in tot miraculis miraculum, quod diſcipuli adſtantes *Jeſum* conſpicerent *ſolum*. Amor reſplenduit, dum corpus obſcuravit, nimiuſque effulſit, uti canit Sedulius lib. 3. *Carm.* v. 293.

Magnus in oſtenſione gloriæ animæ, ſed major in ſuſpenſione gloriæ.

Matth. 17. 8.

Sedul.

Poſtquam corporeos virtus ingreſſa per artus
Texit adoratam carnis velamine formam,
Seque palàm Dominus populis dedit.

DIDASC. II.

Aſcenſione Chriſti plena gloria conditionis humanæ.

In Chriſti aſcenſione terra nova & cœlum novum.

Apocal. 21 1.

1 TRiumphus triumphum ſequatur, ut homo Redemptoris victoriis plenè lætetur: etenim quia ultimus, procedit in ampliſsimum plauſum, ubi terra collocatur ſuper cœlum. Jam enim videtur *cœlum novum & terra nova*. In peregrina ducitur, dum caro Chriſti in cœlo collocatur: & nova dicitur terra, quippe elata in peregrina: novumque cœlum, quoniam terra ſuper cœlum omninò novum. *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum*: ait Pſaltes Regius. Variantur cuncta: Quia Deus deſcendit in terram, homines aſſumpti in gloriam. Variantur cuncta: terra ſurſùm, cœlum deorsùm. Variantur cuncta: & ſurgunt miraculosè in ampliora: ſiquidem terræ carnis cœlum fit digna habitatio, & terra cœleſtis cœlum Domino. Caro hominis quaſi è cœlo cecidit, dum è paradiſo exivit: & accipit eſſe novum ubi Redemptoris carne transfertur in paradiſum. Canit Arator lib. 1. in *Act. Apoſt.* v. 17.

Pſal. 113. 16.

Homo tràſfertur in paradiſum.

——Patriæ repetatur origo.
Omnipotens parat ipſe vias, & corpora ſecum
Poſt tumulos regnare jubet, moriente veneni
Semine, florigero ſua germina reddidit horto.

Arat.

Aſtruit etiam Auguſt. de *Aſcenſ.* ſerm. 1. *Non ſolùm paradiſi poſſeſſores firmati ſumus, ſed etiam cœlorum in Chriſto ſuperna penetravimus.* Homines? Utique, illi cœlum ſedes glorioſa: & dum illuc aſcendit, nequaquàm hominibus clauſa janua.

Etiam in cœlum.

Auguſt.

2 De Deo Termino plura à veteribus ficta, dicentur aliqua in *Ephem.* die 21. *Febr.* In Capitolio fertur perſtitiſſe, vel ingrediente è cœlo in fanum ſupremò Jove, nequireque concamerari ſpecioſi templi tholum, uti ipſe poſsit aſcendere, cùm Deus ſummus regrederetur in cœlum.

Templum Termini.

Nunc quoque ſe ſupra, ne quid niſi ſidera cernat,
Exiguum templi tecta foramen habent.

Ovid.

Succinit Ovidius lib. 2. *Faſtor.* v. 633. Moraliter accipe pro mortis conſideratione utili: etenim haud habebit finem optimum, qui non reſpexerit cœlum, cùm cœlum vitam concedat, ut pro termino fixo ſidera videat. Mutuemur à ſuperſtitioſis, quod ſcopus effulgurat veritatis. In Oliveti vertice eum ab Helena Conſtantini matre, rotundo ſchemate, & pulcherrimo opere conderetur Eccleſia, ut teſtatur Hieronymus, *Propter Dominici corporis meatum, cacumen templi nullo modo contegi potuit, ſed tranſitus ejus à terra ad cœlum uſque patet apertus.* Hæc Hieron. de *Loc. Hebr.* & Adrichom. in *Jeruſal.* num. 192. Eadem vera, quæ ab Antiquis ſomniata, ut felicitas eſſet ultra ficta. Si clauderetur tegmen templi, videretur via, quæ pervia, clauſa homini: & remanet ſine obice; ut pateret peracto fine, animam, & reſurrectione, etiam portionem terream, poſt Chriſti aſcenſionem in Empyrium, aſcenſuram quoque in cœlum.

Mortis conſideratio quàm proficua.

Templum Oliveti ſine tegmine.

Hieron.

Aperta nobis via Chriſti aſcenſione;

3 Ut oſtenderet Deus in ſæculis ſupervenientibus divitias gratiæ & abundantes ſuper nos, quid amor excogitavit? *Conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Jeſu*: ait Paulus. Conſedere? Unde? Si in mundo, quomodò in cœlo? Omnis creatura

Epheſ. 2. 6.

tura ingèmiscit & parturit usque adhuc, nam qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus gravati, eò quòd nolumus expoliari, sed supervestiri. Quo igitur pacto vel vinculis arcti mortalibus, non tantùm sedemus, sed etiam in cœlestibus? Non dicit de nobis, per nos; sed *in Christo Jesu*. Nos supervenientibus sæculis sedebimus & regnabimus per illum: modò sedemus in illo, etiam gravati in hoc tabernaculo. Pridem cœlum erat uti ferreum occlusum, & nequibat homo vel justus ingredi cœlum. Christus vincula dirupit: ut sedeat in gloria, ascendit: & inter glorioſos Salvatoris plausus etiam in illo sedemus; quippequàm ejus ascensione peractà, haud clausa porta, ut homines ascenderent in cælestia. Hinc dum sedes videtur in gloria, porta videtur aperta. *Ecce ostium apertum in cœlo:: & ecce sedes posita erat in cœlo*. An quia ex quo Christus ascendit in cœlum, apertum est hominibus ostium? Diximus *Tom. 2. T. 8. D. 7.* num. 11. Christo sedes in cœlo collocatur, & actutùm ostium aperitur. Vacuam, uti desertum, Christus descripserat regiam: modò Joannes non solùm videt principes, sed *turbam magnam*. Quid mirum? Ostium est, sede Redemptoris in cœlo positâ, hominibus patulum: illo ingresso non occlusum: & cùm sessuri essent homines, illo sedente in glorioſa sede majestatis; per portam quam hominibus aperuerat, ingressa est turba magna, quam dinumerare nemo poterat. Vident astra in ambitu cœli. Unde consummato fine, per apertum ostium & non reclusum, ex hoc tabernaculo ingrediuntur in cœlum.

Sedet homo, dum Christus sedet in cœlo.

Apocal. 4. 1. 2.

Luc. 15. 4. Apocalyp. 7. 9.

Et patuit via, qua iret in æthera.

Vers. 5. 4 Deinde. *Cùm essemus mortui peccatis* (ait Paulus) *convivificavit nos Christo*. Mors nobis per peccatum clausit cœlum, convivificatio per gratiam aperuit ostium. Quid ultra? Abundantior gratia. *Conresuscitavit* (subdit) *& consedere fecit in cœlistibus*. Ecce tota gloria, atque beatitudo plena. Consurrectio attinet ad gloriam portionis spiritalis: consessio spectat portionem terream, quippe sessio est actio corporis. Gratià anima surgit in gloriam cœlestem: & pro corporis gloria Paulus designat sessionem; quippequàm si apertum in cœlestibus ostium, etiam corpus mortale est ascensurum in cœlum. Innuit in auctoritate Paulus: *In sæculis supervenientibus*, infit. Nequaquàm dum anima, glorificanda est portio corporea. Jacet modò in ignominia. Ne tristetur. Glorià sine dubio donabitur. Veniet sessio corpori, si parta gratia glorificatio animæ: & ut sedeat in cœlestibus habitaculis, dicit Paulus, *supervenientibus sæculis*; quoniam semel hominis animà in cœlum, etiam corpus per illam glorificandum.

Etiam corpus mortale particeps gloriæ.

5 Perscrutemur testimonium. *Ut ostenderet* (infit) *in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ*. Gratiam exponit, divitias gratiæ, & abundantes divitias. Omne tulit punctum ob felicitatem hominum. Gratiam in cruce, gloriam, quæ divitiæ gratiæ, in resurrectione; & abundantiam divitiarum, ascendente Christo in cœlum. Quia homines peccato mortui, cruce vivificavit; quia jam grati, in gloriam resurrectione duxit; ac in plenam gloriam consedere, in cœlestibus fecit. In vivificatione patet gratia; in gratia gloria, & in gloria gloria plena. Primum bonum, deinde melius, ultimum optimum, quasi consummatio totius felicitatis, etiam glorificatà materià corporis: etenim cùm ex demonstrationibus constet pectoris generositas, in cunctis effudit gratiæ æstimabiles divitias: verùm restabat in gloriam corporum ostensio abundantiæ divitiarum: & qui dederat in cruce & resurrectione, animæ pro divitiis gratiam & gloriam, ostendit in ascensione divitiarum abundantiam; quoniam illius mirabili ascensione in Empyrium, corpus humanum cum gloria in cœlo videndum.

Vers. 7.

In hujusmodi dono gloriæ consistunt divitiæ abundantes gratiæ.

6 Astruo videndum, quippe in corpore Christi visum. *Quo præcessit gloria capitis, eò spes vocatur & corporis*, inquit Leo Pap. serm. 1. de *Ascens.* Videbatur difficile, quòd in cœlo habitaret terra, & esset caro glorioſa. Quod verum, jam fictum, ne Gentilis negaret Salvatoris admirabilem ascensum.

Leo Pap.

Molitus utpotè Deus
Ruptâ parte quadam
Terram ambientis ætheris,
In Olympum duxit filium,
Et illic in sede posuit.

Euripid.

Succinuit Euripid. in *Bacchis*, v. 289. Sensit Juno, & voluit ejicere è cœlo, ne repleretur cœlestis aula humanà inferiore naturà; quippe filio supremi Dei ascendente in cœli fastigium, ascensuri profectò cæteri hominum.

Fabula filii Jovis in cœlum ascendentis.

Nec ipse tantùm adivit Superos.

Seneca.

Ait Seneca in *Hercul. furent.* Act. 1. v. 16.

Quàm aptè in Junone designata, versutia Luciferi! Irà exarsit, quia homo in æthera elatus, unde ipse cecidit.

Ovid. *Intumuit Juno postquam inter sidera caro*
Fulsit, & in cœlo vicinaque sidera vidit.
Quæritis æthereis quare regina Deorum
Sedibus hìc adsim? Pro me tenet altera cœlum.

Accinit Ovidius lib. 2. *Metam.* Fab. 6. Vide Lectiones Pontani, & Antonii Constant. hìc. Nihil in nostrum propositum opportunius. Cecidit Lucifer è cœlo, & sutelà ejecit hominem è paradiso, ne occuparet sedes, quas invitè amiserunt perduelles, ac desertores. Illustrat Deus novà sub imagine terras, & secum ducit in gloriam divitiis gratiæ justorum animas; sed restabat quòd ostenderet divitiarum abundantiam, corporibus humanis etiam elatis in gloriam, ne solus ascenderet in cœlum, qui solus descendit in mundum: Christique corpore donato gloriâ, gloriosa apparent in ipso & per ipsum corpora humana; quoniam admiranda cuncta in corpore, quæ præfulgebant in capite: siquidem filio Supremi Dei ascendente in Olympum, ita claruit nostræ plenæ gloriæ speculum; ut corporum clareret beatitudo, dum corpus illius sedebat gloriosè in solio.

Sedente Christo in cœlo, carnis eluxit glorificatio.

7 Scrutemur antilogiam, ut sciamus quomodò gratiæ & gloriæ demonstravit abundantiam, & etiam in nos dilectionis summam. *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus*: ait Vates Regius. Aliter Paulus: *Propter quod dicit, Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* Ne obscura sint de Ascensione, legit Maluend. *Acquisivisti varia dona posteris Adam.* Modò dubium, sed in subsidium, & amoris monimentum. Qua ergo lege si donavit, dona accepit? *Utraque acciderunt* (subdit Theodoretus in *præf. Psalmi* locum) *quandoquidem qui accepit ab accipientibus fidem, largitur gratiam.* Procedit liberalitas ultra gratiam, nimirùm in gloriam, divitiarum abundantiam. *Non contraria* (ait Suarius in 3.p. *D. Thom.* disp. 51. sect. 1.) *Uterque enim dicit dona data hominibus: tamen quia sunt data propter Christum; meritò dicit David, data esse Christo, non in ipso, sed in hominibus.* Veneror cuncta, maximè erga Christi dilectionem, qua propriam arbitratur hominum beatitudinem: verùm, ni fallor, latet in nostrum propositum magnum aliquid consideratione dignum.

Psalm. 67. 19.

Ephes. 4. 8.

Maluend.

Gloria Christi gloria nostra.

Suar.

8 Hominibus Christus conferebat gratìs, quicquid acquirebat pro mercede laboris. Accepit ex morte vitam, & contulit hominibus gratiam. Accepit surgens è sepulchro glorioſam vitam, & contulit hominibus gloriam. Accepit in ascensione carne gloriosa possessionem throni cœlestis, & donum ipsum acceperunt homines: accepit, & dedit: accepit & hominibus distribuit: quod quidem donum homines nequaquàm haberent, ni hominibus contulisset. Esse nequibat in gloria, quin glorioſa videretur caro humana: at cùm in illo esset donum quodque excellentissimum in utilitatem & gloriam hominum; donum quod accepit sedendi in cœlestibus, datum profertur hominibus: quippe ex gloria corporis assumpti in æthera, perspicuè videbatur nostra gloria. Accepit in hominibus, dum in se accepit. Gloria humanæ carnis, ex gloria pendebat corporis Salvatoris: accipiturque in corpore, quod effulgurat in capite; siquidem ut obtinuit Salvator culmina cœlestis corpore throni, homines vel in carne cacumen nacturi cœli.

Ex gloria corporis assumpti in æthera, videbatur nostra gloria.

9 Dicit ibid. Psaltes. *Ascendit super cœlum cœli* (idest, supremum cœlum) *ad Orientem.* Vultu in Occidentem ascendisse in cœlos, signantem fidei uberiores fructus, asserunt Maluend. hìc v. 5. & Adrichom. ubi supr. num. 2. quapropter ibid. David plaudit Dominum ascendentem *super occasum.* Quo ergo pacto in ascensione, Solis occasus, & simul recolitur Solis ortus? *Ab initio*: legit Genebrardus. *A principio*: Maluend. Ascendit utique super occasum: jurèque signatur tanquàm oriens & principium; quoniam elevatio glorioſi corporis Salvatoris in thronum cœli, fuit principium ac origo nostræ aliquando possidendæ gloriæ. *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* Quænam tunc vox? *Attollite portas principes, & introibit rex gloriæ.* Introeunte Christo, corpore in cœlorum felicitatem, dat hujusmodi vocis plausui potentem activam vocem: etenim cùm in gloria Christi micet gloria totius generis humani; in illa voce quæ pro Christi plausu auditur, alia vox includebatur, indicans gloriam corporis, designatà gloriâ capitis: quandoquidem si ille ascendit glorioso corpore in æthera, glorificabit absdubiò mortalia corpora nostra.

Vers. 34.

Vers. 5.

Genebr. Maluend.

Ejus ascensio nostra ascensionis origo.

Vers. 34.

Psalm. 23. 7.

In gloria Christi, totius generis humani.

Dono

Numer. 8. 16. 10 *Dono donati*: stylus est sacræ paginæ, ut vidimus latè in *Expositi. Lit.* Quodnam donum non donatum? Esset donum & non donum. Multoties gratia accipitur, verùm non communicatur: dicitur que donum & donatum, in Christi ad æthera assumpti signum: etenim dona quæ accipit, in hominibus accepit, quippe donavit. Perpende. Donum in ascensione donatum; siquidem in dono donum: in illo profectò beatitudinis dono, erat nostra beatitudo, atque elevatio in illius elevatione, majestas in majestate: exponiturque non tantùm donum, sed etiam donum donatum; quoniam ex quo sedit uti caput in cœlestibus, fulsit in illo gloria nostris corporibus. *Egredietur* serva *gratis, absque pecunia. Absque redemptione: absque pretio*: legunt aliqui. Contraria singulariter videntur in Christo, dum ab illo fit omnimoda redemptio. Serva erat hominis anima: etiam corporis materia. Utrumque liberandum gratis, quippe genus humanum absque meritis. Redemptio gratis consummata à Christo, verùm cum pretio: etenim pretio superabundante sanguinis, in cœlo mirè collocavit homines.

In beatitudinis dono erat nostra beatitudo.

Exod. 21. 11.

Hebr. 9. 11 12. 11 Sine sanguine non fit remissio. *Christus* ut *Pontifex introivit semel in Sancta, æternà redemptione inventa.* Æterna? Utique: & proprio sanguine. Quid enim quòd sanguine proprio, vel alieno? Sacerdotii notat discrimen, & peractam à Christo redemptionem. In Sancta-Sanctorum (ait Paulus) *semel solus Pontifex*, ingrediebatur: *non sine sanguine.* Jesus semel per proprium sanguinem est ingressus, sed non solus: etenim si Sancta-Sanctorum significat gloriam, pretio sanguinis à Christo hominibus partam; semel & solus proprio sanguine ingressus est in passionem; sed non solus, estò semel, ingressus in cœlorum beatitudinem: etenim semel illo ingrediente in cœli Sancta-Sanctorum, homines qui jam redempti, simul ingressi sunt cœlum. Invenit igitur æternam omnimodam redemptionem per proprium sanguinem: quandoquidem pretio sanguinis tradito, corporis hominis apparuit mira redemptio: igitur donandum gloriâ, quoniam Christi corpus semel ingressum in Sancta.

Vers. 7.

Christus in gloriam ingressus, sed non solus.

Cap. 8. 1. 12 Astruit ipse Doctor Gentium. *Talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis.* Semel proprio sanguine est ingressus; sed apparet in cœlestibus sedens, quia non solus. Verba Pauli nota. Sedet in cœlis, & sedet in sede magnitudinis. Scitum, Christum sedere in dextera Patris, indicare non elevationem situs, sed majestatem dignitatis & status: de quo vid. D. Thom. ubi supr. q. 58. & Suar. ibid. Modò inquirendum, quare Paulus describens sedentem in cœlis Pontificem, atque sedis majestatem, non dicit sedere in magnitudine sedis, sed in sede magnitudinis? Inchoatio gloriæ fuit in capite, cui oportet membra conjungi. Magnitudo sedis demonstrat insignem gloriam, verùm non participatam. Sedes magnitudinis, throni magnitudinem ad sedes. Illa exprimit sedis majestatem: hæc verò sedentis communicationem: & dum Christus sedet ad Patris dextram in cœlis, sedere dicitur & in sede magnitudinis; quippequàm futura hominum usque ad cœlos elevatio, sedente Christo in cœlis glorioso throno. Quicquid gloriæ in illo fulget, nobis apparet. Elevatus est Sol. O homo! Parata sedes tua ex tunc: & ex sessione hominis, Christi constat magnitudo sedis.

Ex sessione hominis, Christo magnitudo sedis.

Psal. 23. 7. 13 *Attollite portas Principes vestras, & introibit Rex gloriæ*: dicitur à comitibus in Ascensione Christi. Cur dicunt cœlestibus Principibus *Vestras*, dum designant cœli portas? Ex expulsione hominum à portis cœli, quas peccato clauserant; Angeli jus in portas acquisierant. Usque dum Christus ascendit in cœlum; hoc tantummodò Angelis habitaculum. Ingreditur. Attolluntur portæ: verùm jam non solùm vestræ. Vestræ olim, quia nemo ascendebat in cœlum. Jam pervium ostium. Pridem vestræ: modò vestræ & etiam nostræ: igitur corporibus immortalibus ingrediuntur ad vos homines, ex quo Rex gloriæ in sede magnitudinis in cœlis. Haud alio intuitu vestigia pedum ejus in monte petroso impressa (adoremus, ubi steterunt vestigia) in loco ex quo iter in cœlum direxit. Modò manent, ut refert Adrichomius ubi supr. Exemplar est nostræ ascensionis, collocatio Christi in cœlis. Regnat jam super æthera caro, Christi corpore in cœlis glorioso. Per illum nos ascensuri, glorioso corpore: & ne absistat tantæ felicitatis memoria; vel in lapide manent, illo ascendente, vestigia; siquidem rapiemur obviam Christo in aëra, glorioso corporibus; & sic semper cum Domino erimus. Vigiles expectate diem, ut nanciscamini perpetuam felicitatem. Hæc est via; sequimini ad gau-

Jam cœlum nostrum, ex quo Christus ascendit in cœlum.

Adrich.

Vestigia Christi ascendentis in duritie lapidis.

gaudia (Audite Venant. *lib.*2.) Ecce vestigia fulserunt,

Cum sua carnali raperetur ad astra figurà
Atque piis plantis straverunt flamina pinnas,
Cùm pede pressa sacro servirent aera regi,
Venant. *Angelicis vectus manibus, celer æthera calcans,*
Ingrediens teneras, neque frangens pedibus auras,
Pendulà plantà volans, cùm nubila funderet intrans
Remige pennigero, qua non facit aula sigillum.

DIDASC. III.

Præmium mortis Virginis-Matris, corporis locatio in cœlis.

1 QUid opportunius post triumphum Salvatoris, quàm glorificatio Virginis? Surgit Dominus in requiem gloriæ, & simul arca sanctificationis suæ. *Propter hanc in altum regredere*: exclamat David. Nota, *Regredere*: Qui descendit, ipse est, & qui ascendit. Ipse ascendit, ipse descendit, sed aliter. Descendit incorporeus, ascendit corporeus. Propter Virginem descendit de cœlo in mundum; & propter hanc in altum regrediendum; siquidem patet filii in cœlis completa gloria, Virgine-Matre elevata super sidera. Minimè corpus mortale in gloriam poterat ingredi, quin corpus Christi collocaretur in gloria. Virgo degebat in terra: & propter Virginem-Matrem, optatur Christi regressio in patriam cœlestem; quoniam si ex gloria filii cognoscitur gloria conferenda matri; fulgebit ut gloria spectabilis cœli, Virgo in cœlum assumpta anima & corpore. Deflectatur Virgilius lib.7. *Æneid.* v.209.

Psal.7.9.

Filii lucet plena gloria, matre ad cœlum elevata.

Virgo gloria cœli.

Corpus terrena *ab sede profectum*
Virgil. *Aurea nunc solio stellantis regia cœli*
Accipit.

Minimè insuetum miratur limen ac lumen Olympi. Non tumulum facite: hoc usque ad sidera notum. Cur non cœlum illi, si comprehendit in terra totum cœlum?

2 Verùm stemus promissis *Tom.*2. *Tautol.*8. *Disdasc.*8. num.11. Stemus, igitur hìc proprius locus. Duæ vitæ exponuntur in Magdalena & Martha pro Deipara. Aptius in expressionem mortis illius. In duplici vita mors! Optimè fit. Est vita corruptibilis, est vita cœlestis; sed Virginis mors vitalis: equidem per mortem ultrò, adinstar filii, complexam, duplicem obtinuit vitam. Bona vita corporis, melior animæ: optima, quæ animæ & corporis: diciturque optima à Virgine electa, expositâ duplici vità in Magdalena, ac in Martha; quippe cum anima etiam gloria corpus donatum, translatum est ab Angelis in Empyreum. Factum ita, sed lis orta inter cœlum & terram. Anima, & corporis Virginis portio terrea, sicut Magdalena & Martha, *duæ sorores erant, ambæ religione germanæ, ambæ Domino cohæserunt, ambæ Domino in carne præsenti concorditer servierunt*: ut ait August. serm.26. de *Verbis Dom.* Utraque elevata in æthera: unde cœlo gaudente, & terra tristi, hæc uti Martha, de cœlo tanquàm de sorore queritur; quia non solùm optimam partem elegit, sed totum sustulit. *Martha laborans multùm in illa occupatione & negotio ministrandi, interpellavit Dominum: & de sorore sua conquesta est, quod eam laborantem non adjuvaret*: infit idem *serm.* seq. Formam videamus: *Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adjuvet.* Si soror, unde amor? Si amor, queis viscèribus reliquit? Si viscera pia, quomodò relicta sola? Spiritus volet in astra, corpus remaneat in terra. Sit unicuique jus suum. Dedi corpus, maneat corpus, & adjuvet infimum orbem; dum quia dedit cœlum animam, transfert in aulam cœlestem. Virgo, etsi mater Dei, est mortua: mortem cadavere testificetur terra; ne jaceam semper uti sola & derelicta.

Unde vitalis mors Virginis?

August.

Idem.

Luc.10. 40.

Querimonia infimi orbis illà collocata in cœlis.

3 Quid igitur querulæ Dominus? *Ipse* (subdit Augustinus) *ejus factus est advocatus, qui judex fuerat interpellatus. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima: porrò unum est necessarium*: respondit judex. Quia tacet, de adjutorio consentit: dicit Virgini, è cœlo quòd terram adjuvet; ne quoties homo peccat, sua fulmina judex ac jacula mittat, & ante tempus tellus universa conflagret, quia Virgo solam reliquit. Cæterùm incongruum, & importunum, satagere erga plurima, cùm sit unum necessarium. Plurima essent, si morte Virginis cœlum & terra portiones dividerent. Unum fit, cùm

August. verſ.41. & 42.

Terra sola maneret, in illa è cœlo juvaret.

unitur, aut reunitur anima corpori: illud naturaliter, hoc mitificè: terra cadit, in lite excitatà, causà, dum solicitat plurima; quia dum Virgo effertur in sepulchrum, unum per se, & hoc sanè necessarium: nimirùm quod in cœlum tendat Virgo, corpore simul glorioso.

Necessariũ, Virginis corpus gloriosè elevari in cœlum.

4 Audivimus interpellationem telluris interpellantis, & sententiam Christi judicis. Ceterùm si mirum, quòd morte, ubi divisio, constet unum; quod sit unum & simul necessarium, magis mirum. Unde ergo hujusmodi miraculum necessarium? Quoniam elegit optimam partem, scilicèt mortem. Haud obnoxia morti, quæ sine peccati labe; at ut filium sequeretur, elegit mori: Virginique jurè signatur vita de morte gloriosa, quippè hujusmodi electioni etiam gloria corporis necessaria.

Psalm. 15. 10. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*: præcinuit David. *Providens locutus est* (infit Petrus Act. 2. 31.) *de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno* (ideſt, sepulchro) *neque caro ejus vidit corruptionem.* Si moritur, unde caro à corruptione eximitur? Unde ergo debetur resurrectio, ut floreat gloriosa

Isai. 53. 7. corruptibilis caro? *Oblatus est, quia ipse voluit*: inquit Vates Evangelicus. Potuit eligere vitam corporis glorioſam & ita volare usque in Patris dextram; sed elegit potiùs mortem affixus cruci, pro gloria & salvatione totius generis humani. Non moreretur, ni vellet: verùm ille mori voluit.

Christo gloriosa vita ex morte electa.

Eligenti pro vita sepulchrum, gloriosè resurgere, est profectò necessarium: exponiturque extincti cadaveris mirifica resurrectio, qua refloret in gloriam corporis caro; quippe mortem eligenti, respondet in morte gloria incorruptibilis vitæ. Mortuus est, collocatus in sepulchro: sed illi in sepulchro sine corruptione debebatur resurrectio: resurrectio non solùm carnis, sed etiam glorioſi corporis. Alii è sepulchro surrexerunt, seò in vitam corruptibilem. Caro Christi, in sepulchro collocati, haud experta corruptionem. Mors illos, vellent nollent, expetivit: Christus elegit, & ejus præcinitur carnis resurrectio glorioſa, quoniam eligenti mortem, gloria carnis necessaria.

5 Pende Petri verba. Collationem facit inter sepulchrum Davidis & sepul-

Act. 2. 24. chrum Salvatoris, ac subdit: *Juxta quod impossibile erat teneri illum. Sensus est* (in-

Sanct. quit Sanctius hìc num. 62.) *Necessarium erat ita fieri.* Aliter impossibile. *Non enim David ascendit in cœlum.* Plura considerranda. Quid est illud, *Juxta quod*, & necessarium pro resurrectione, ita ut gloriosè non surgere, sit impossibile? Mortem voluntariè amplecti. Ita Christus proposito sibi gaudio sustinuit crucem, & elegit mortem: diciturque impossibile juxta hoc à corruptione teneri, humanæ insidiante carni; quia corpori mortem obeunti pro vita, gloria omninò necessaria. *David enim non ascendit in cœlum*: ideſt, corpore glorioso. Christus ascendit, & glorià, qua egressus est de sepulchro. Non solùm glorioſa resurrectio describitur, sed collocatio corporis glorioſi in Empyrio designatur: David mortem sustinuit, non elegit: Christus elegit, & electione sustinuit: ejusque demonstratur plena in Ascensione gloria, morte voluntariè electa; quippe gloria resurgentis omnimoda plenitudine, ubi animæ gloria etiam videtur in corpore.

Vers. 34.

Et glorioſa vita necessaria.

Et gloria plena.

6 Astruit etiam auctoritate Davidis. *Notas mihi fecisti vias vitæ: replebis me jucunditate cum facie tua.* Vias vitæ, in resurrectione sepultæ carnis; gaudium plenum, in cœlis collocatione corporis. Ita Sanctius num. 69. Non solùm jucunditas ex vitia glorioſa, sed vita glorioſa ex jucunditate plenà. Juxta qualitatem corporis locati astruitur majestas loci, ut asserit D. Thom. 3. *part. quæst.* 57. *art.* 1. Vita glorioſa corpore & animà, profectò gaudium: dum ita corpus collocatur in gloria, gaudium plenum: & exposita Christi resurrectione, qua floruit caro, ostenditur etiam in cœlestia regna ascensio; ut constet omnimodò plenitudo majestatis, ex electione voluntaria mortis: igitur numeratur electio ad æqualitatem, dum corpus & anima tendunt in aulam celestem.

Vers. 28.

Unde Christi plenitudo gloriæ.

7 Reflectatur ergo sermo in collocationem propositam Christi sepulti & Prophetæ. Caro Christi non vidit corruptionem: caro autem David sanequàm vidit, & Petrus causam astruit: *Sepulchrum ejus est apud nos.* Imbecille videtur argumentum: etiam apud illos Christi sepulchrum. An quia hoc vacuum corpore, & illud teste cadavere? Aliter nostra cogitatio pro Didascaliæ proposito. Illic erant sepulchrum Christi, & sepulchrum Patriarchæ: minimèque vocat sepulchrum Christi sepulchrum; quoniam in sepulchro, sepulchri nomen improprium: igitur sepulchri inanis videbatur assignatio, sedente glorioso corpore in cœlestis aulæ throno.

Vers. 29.

Cur illius sepulchrum, ut sepulchrum non signatur?

Des-

Virgo quia mori voluit, glorioso corpore claruit.

8 Describitur triumphus Virginis-Matris, quo anima & corpore exaltata fuit à terris. Mortua est & sepulta, sed cum gloria. Caro ejus corruptionem mortis non vidit. Et sepulta? Utique: elegit mortem. Non moreretur, ni vellet; & mori, atque condi voluit. Inter vitam & mortem, meliorem partem elegit: daturque Virgini animæ & corporis gloria; quippe gloria plena hujusmodi electioni necessaria. Potuit & noluit vivere, sed decrevit filium sequi. Sequitur corruptio carnis quemlibet hominem morientem: gloria (corporis etiam) ultrò deligentem mortem. Quid mirum, quòd non esset corporis corruptibilis caro; cui pro mortis electione, glorioſa debebatur resurrectio? Necessaria erat plena majestatis, ac jucunditatis hilaritas; dum intercesit ita singularis in electione voluntas: impossibili prorsùs corruptione emortuæ & sepultæ carnis; cui debebatur glorioſa in cœli culmine sedes. Christo debebatur ascensio, Virgini assumptio. Par fuit in utroque electio: unde carne incorruptà, resurrectione peractà; super pennas Angelorum volat in cœlestia regna.

Invenit Virgo in morte vias vitæ, & vitæ glorioſæ.

In cineres verti nec mea membra sines.
Imò viam pandes, qua rursùm in æthera surgam,
Inque meos fundes gaudia mille sinus.

Ludovic. Cruc.

Sepulchrum illi, etiam nomen inane.

Canit Crucius in *Psalm.*15. Notas fecit filius matri vias vitæ. Vitæ, & vitæ glorioſæ. Mortis illis fit electio, quam etiam elegit Virgo, sequens in gloriam: igitur corpore etiam est assumpta in patriam. Sepulchrum ejus videtur: verùm sepulchrum non dicitur: equidem etiam illà sepultà, vox impropria, ubi sepultum corpus elevatur super sidera.

Exod.21. 11.

Et plenitudo beatitudinis, ex electione mortis.

9 De serva quæ elegit servitutem, dicitur: *Egredietur gratis absque pretio.* Non ita Virgo. Per peccatum servitus mortis: non voluntaria pœna servitutis. Virgo non peccavit, sed servitutem mortis sponte elegit. Admisit ultrò, cæterùm non sine pretio: etenim pretium illi conceditur plenissimæ beatitudinis; quia egressa è corpore gratis. Omnis gloria Christi à voluntaria morte, ut canit Arator lib.1. in *Act. Apost.* v.173.

Se quæque permittens, fusæ genitricis ab alvo,
Arat. *Carnis jura pati; vitam ne perderet orbis,*
Maluit ipse mori.

Modò intendamus in Paulum. *Consepulti sumus* (inquit) *cum Christo in mortem, ut quomodò Christus surrexit à mortuis, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus.* Rom.6 4. 5. Resurrectio oritur ex similitudine mortis, & gloria ex conformatione voluntatis; ut quomodò Christus è sepulchro surrexit, ita gloria in consepultis coruscet. Sed pungit mentem, quòd Paulus dicat sepeliri in mortem. Christus quia mortuus, sepultus; at non sepultus in mortem, sed in vitam; quippe è sepulchro induit immortalem gloriam. E morte spectabilior vitalis splendor: at per mortem? Sanè major. Christus quia mori voluit, immortalis surrexit, ut sederet in solio, vacuo sepulchro: similitudini mortis ejus, idem promittitur triumphus: surgitque Virgo-Mater cum gloria ut sedeat in cœlis, quia filii omninò conformis similitudini mortis.

Sedet in cœlis glorioso corpore, conformis quippe similitudinis mortis Christi.

10 Nos consepulti sumus cum Christo in mortem peccati. Virgo sine peccato conformata morti Christi. Ille mortuus est, quia voluit: hæc quia filius mori voluit, mortem elegit. Similitudini mortis ejus plenitudo gloriæ data: quid mirum, si gloriosè corpus Virginis elevatur super æthera, surgens quomodò Christus surrexit à mortuis, per gloriam Patris? Secuta est filii electionem. Ergo habet juxta illum in Olympo majestatem; etenim si similis operationibus vita, congruit filio & matri similis jucunditatibus gloria.

Novo honore.

Cujus amore pio vivis honore novo.

Venant.

Canit Venant. Fortunatus de *Partu Virgin.* v. 348. Honor novus dicitur, quia singularis ostenditur. Hinc Paulus dicit: *In novitate vitæ.* Novitas vitæ à mortis exoritur novitate. Novum est, mortem eligere, ut extinguatur halitus, atque sepeliatur corpus. Vita nova est in gratia; post mortem, animæ gloria. In corpore gloria animæ, non tantùm vita nova, sed novitas vitæ: & novitas vitæ signatur pro gloria Virginis, filii imitatricis in electione mortis; quoniam novo obsequio honore novo dignatum conformationis studium, corpore & animà à filio perducta in cœlum.

Et novitate vitæ.

11 *In pace in idipsum dormiam & requiescam*: ait David. Quid sit *In idipsum*, dicemus fusè *Tautolog.*12. *E.* num. 23. Ad quid apponitur requies, si somnus signatur pacis? Ob discrimen sanè dormitionis Virginis. In pace dormivit, sed sepulchro non requievit. Quiescit sepultus in pace, dum anima in sepulchro jacen-

Psal.4.9.

Virgo dormivit, sed non requievit.

jacentis particeps cœlestis gloriæ: & Virgo sepulta dormit, verùm in pace non quiescit; quoniam corpus reassumptum donatum glorià, qua in cœlis ex egressu gaudebat anima. Preme sequentia. *Domine singulariter in spe constituisti me.* De se dicere haud potuit David; igitur de se ait: *Caro mea requiescet in spe.* De quo ergo? Signatur perspicuè Virginis-Matris dormitio. Spes resurrectionis est justis, ut in novissimo die cum gloria caro resurgat, ac sursùm dotibus petat. Hæc spes justis communis, sed Virginis singularis; quippe corpore glorioso assumpta in cœlestem sedem, ante communem universalem hominum resurrectionem.

Vers. 10. Psal. 10. 9. *Singulariter dormivit.*

12 Sit ergo, quoniam dignum ac justum pro plausu matris, pro honore virginis. Verùm in hanc singularem gloriam, unde illi spes singularis? Alii justi nec mori formidant, neque vivere recusant. Virgo cùm posset, recusavit vivere, & elegit potiùs mori. Hoc singulare facinus (quòd condecebat singularis honos) à filio factum, propter quod & Deus exaltavit illum. Quomodò Christus surrexit splendore claritatis; ita quæ imitata similitudinem mortis: & dum in sepulchro, quoniam mors electa, conditur, in spe singulari gloriæ singularis ex obsequio constituitur; quoniam oportebat, ante omnes constitui glorioſam carnem, quæ singularis, ut filius, præ cunctis elegit mortem. Si singularis in amoris officio, surgat corpore glorioso: etenim ni sederet etiam glorioſa carne in cœlestibus, non videretur singularis in cordis demonstrationibus. Addicta hujusmodi facinori gloria, & gloria plena. Illicò ut Christus inclinavit caput, ut mors timida veniret; corona regis, quantunvis spinea, apparuit. Quomodò caro Virginis remanebit in terra, cui jurè debetur gloria? Ejus corona in cœlestibus apparuit, ex quo mori vitæ mater elegit. Meritò fulget collocata in cœlo, dum Virgo elegit etiam collocari sepulchro. Cohors ergo Angelica attollat, vel à terra mœsta rapiat; ut cœlo terræque in superioribus fulgeat. Retorqueatur Ovidius lib. 6. *Fast.* v. 535. Moritur: at quid sequitur?

Singularis etiâ in carne glorificatio quia singularis in obsequio.

Ejus corona quàm fulgida!

Parva mora est cœlum Virgo *ac numina sumit:*
Fitque sui toto pectore plena Dei.
Vix illam subitò posses cognoscere: tanto
Sanctior, & tanto, quàm modò, major erat.

Ovid.

13 Etiam repulsam patitur terra ex alio articulo, nimirùm ex qualitate morbi, quo Virgo decessit è mundo. Non fuit vehementia febris præternaturalis coloris, sed ignis vehementioris charitatis. Non cordis languor, sed præcordiorum fervor. Non ignis exæstuans temperie pectoris, sed meditatio cordis, quo exarsit ignis. Non ægritudo cordis, sed magnitudo; excellentia, non defectio. Haud fugit anima languore corporis: languit animæ virtute corpus mortale, vivere haud potens ultrà, animæ intra viscera conceptà flammà. Amoris esse ægritudinem, corporis destruentem naturalem complexionem, præter Stratonicæ procum, pulsu ab archiatro agnitum, refert Galenus lib. de *Præcognit.* ad Posthum. ubi: *Cùm primùm* (ait) *relatum est, Phylidem saltasse, annotavi pulsum amantis, raris modis subsultasse.* Intelliges in *Cant.* 5. 6. Unde animæ amantis liquefactio, vel defectus, ex quo dilectus locutus. Homer. *Odyss.* 19. v. 204. succinit in idem propositum.

Conditio mortis Virginis.

Ægritudo ex amore unde? Galen.

Liquefiebat sicut nix. Homer.

Similitudo profectò propria: etenim vita corporis deficit igne amoris ac vehementia ignis, sicut nix à facie Solis. Ita ergo à Sophocle in *Ajac.* v. 310. dicitur *Morbus divinus*: equidem si numen aliquod obnoxium letho, haud moriturum nisi hujusmodi morbo.

Cur dicitur morbus divinus?

14 *Erotes morbus est ex nimia amoris ægritudine proveniens*: ait Textor in *Officin.* lib. 2. cap. 51. Alio nomine *Herculanus*, de quo idem ibid. *Est ex eorum numero, qui nullâ medicorum ope succurri potest. Vocatur Divinus, seu Sacer, quòd divinam: idest, rationalem animi partem violet.* Si hoc ex parte terrea, quantæ virtutis ab anima? Elegit ergo Virgo mortem; & pro electione, morbi expressit qualitatem: equidem si moritura ægritudine, non aliâ nisi ab amore proveniente, sed non tanquàm ab ægritudine amoris, sed à vehementia virtutis: etenim vita exarsit, quia corpus ignis inclusi sacri flammam concepit. Quid quòd nulla hujusmodi languori medicina, si ægritudo voluntaria? Si dilectio divinus morbus, cujus igne flagrat pectus, & ægritudine ab igne patet dilectio; Virgo utique moritur divino morbo, quin violetur divina pars rationalis, sed tantùm fabrica corporis, quæ quidem amore languit; quippe ignis flammam sustinere non potuit. Constitit vita, quousquè extra animam extensa pectoris flamma. Transilivit pectus,

Rav. Text. *Erotes & Herculanus, quinâ morbi?*

Origo mortis Virginis à vehementia amoris.

& subitò elanguit corpus ; comprobatà electione mortis, ab excellentia ægritudinis : etenim si alii moriuntur corporis ægritudine , Virgo languet atque moritur amore.

15 Claret cur terra sine jure in corpus Virginis , estò judicem interpellet querimoniis. Cadaver illi debebatur , modò amore non moreretur: verùm jurè glorioſa corporis resurrectio , ubi in mortem electam ex dilectione vehementissimà corporis ægritudo. Moritur Virgo , ac in sepulchrum effertur. Moritur Elisæus, ac honorificè in loculum deportatur, quo vel post mortem coruscabant prodigia; igitur cadaver quoddam revixit , cùm ejus in tumulo tetigisset ossa. Ibi & cum honore jacent reliquiæ Elisei. Verùm in Virginis sepulchro , dic sodes, quid ? *Tumulum aperuerunt* (inquit Damascen. Orat.2. de *Dormit. Virgin.*) *sed omni ex parte sacrum ejus corpus nequaquàm invenire potuerunt. Cùm ea tantùm invenissent, in quibus fuerat compositum , & ineffabili essent odore repleti , loculum clauserunt.* Quare igitur nullæ reliquiæ corporis Virginis inveniuntur in monumento & ossa sacra Elisei , patrantis post mortem magna , offenduntur in sepulchro ? Dicit Textus : *Elisæus ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est.* Elisæus ægrotabat infirmitate : Virgo ægrotavit amore. Ille mortuus vehementia febris : hæc amoris Igne corporis è corpore Elisei avolavit spiritus: flammà spiritus Virginis elanguit corpus : & illud in pulvere quanvis honoratum jacet , dum hoc gloriosè è tumulo surgit ; quippe gloria ejus debebatur incorruptioni carnis , quæ carnem relinquerat pleni ægritudine amoris. Qui ægrotant & moriuntur infirmitate , jaceant in cinere , in telluris subsidium, societate reliquiarum: cæterùm corpus, quod amoris absorpsit flamma , gloriosè surgat in æthera : etenim dignum præmium conditioni mortis Virginis-Matris , corporis locatio in cœlis. Vivis & sepulta ? Mortis elucent miracula.

Damasc.

4.Reg. 13. 14.

Surrexit gloriosè quippe mortua charitate.

Cur corporis ejus in terra nullæ reliquiæ?

Virgil. *Vivo equidem , vitamque extrema per omnia duco.*

16 Ingressus specialis Christi in castellum pectoris Virginis , fuit Virgini causa mortis. Auditur *vox dilecti pulsantis* , & dicentis : *Aperi mihi soror mea.* Ingressus Christi in animam signat mortem corporalem (de quo Nos aliàs) modò considéremus Gregorii floridam expositionem. *Pulsat* (inquit Homil. 13. in *Evang.*) *cùm jam per ægritudinis molestias , esse mortem vicinam designat : cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus.* Salvator in castellum corporis Matris ingreditur : ergo moritur. Cæterùm ignoratur mortis origo : & signatur prompta in pulsationem apertio ; quippe si aperit amor, quæ respondit statim, amore moritur. Habeat igitur fabula ficta locum. Illicò ut in domum Ulysis Minerva è cœlo introivit , ex igne qui erat in foco, tota domus exarsit , imò effulsit , voluptate patris cum filio intuentis , quomodò gloria ex voracitate ignis.

Cant.5.2.

Greg.M.

Filio in mortem pulsanti, respondit amore.

O pater ! Magnum miraculum video:
Mihi parietes, pulchræque sedes,
Columnæ in altum erectæ
Lucent oculis , ac si ignis arderet.
Certè valdè aliquis Deus intus est,
Qui cœlum latum habitat.

Homer.

Ita apud Homer. ubi supr. v. 36. Liceat sacris profana pertrahi. Ignis vitalis Virginis vigebat in foco cordis. Filius è cœlo descendens est castellum ingressus , & undique exarsit domus , corpore correpto flammis , præsentià Numinis, nequaquàm in fabricæ admirabilis ruinam , sed in gloriam , qua Patris , Filii & Spiritus Sancti accessit voluptas, dum amore aperuit,non per ægritudinis molestias : etenim nulla vel in corpore ægritudo , ubi mortis principium sola dilectio. Ardeat domus, si flagravit spiritus. Ardeat ut luceat. Tollant Angeli in æthera domum , ut animà & corpore Virgo ingrediatur in cœlum.

Plena Numine.

17 Infelix terra! Ex lite cœlitibus palma. Decus addit cœlis. Quid relinquit ergo terræ ? Eximias pro reliquiis virtutes, Ita ut dixi , ubi hæccine promisi , cecinit Erycius Puteanus:

Dum sublimis abit , virtutes linquimus, inquit:
Hæ volo reliquiæ sint tibi terra meæ.

Eryc.Put.

Imago filii cum omnimoda gloria , claret assumpta in cœlum Maria. *Ascendens in altum dedit dona hominibus* , cùm sederet in cœlestibus. Virtutes reliquit , dum in cœlum , carne & animà , avolavit. Ipse se dedit mundo præsentià sacramentali , usque ad consummationem sæculi: Virgo se dedit hominibus speciali protectione ; ut illam sequerentur in immortalitatem mortales , ejus mirificas imitantes virtutes. Hoc tantùm ex judice obtinuit terra , pro possessione corporis Virginis interpositâ causà: nimirùm , quòd solam Virgo relinqueret , verùm quod perpetim adjuvaret.

Ephes.4.8.

Reliquiæ Virginis eximiæ virtutes.

Mu-

Cant.1.11 18 *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: dixit in ornatum dilectæ divinus Sponsus Virginis. Quando igitur? *Planè in die Assumptionis dictum est ei: Veni coronaberis, similitudines faciemus tibi, vermiculatas argento*: ait Gerson super *Magnif.* cap.9.& 10. In cœlum, ut coronetur, assumitur, & imagines formantur. Altà prorsùs providentia, ut ejus sequatur virtutes natura saucia: etenim careret criminum vulnere, modò imago jam assumptæ collocaretur in corde. Collocatur in cœlis, & unius multiplices exprimuntur imagines. Fracto speculo, unius in multis multiplicatur imago: & in assumptione Virginis, ejus plures designantur imagines; quippe ejus vel in cœlum absentià, fracta cunctorum præ dolore corda.

Cap. 4. 8.

Gerson.

Virgine cogitatà, in anima nulla vulnera.

19 Aptiùs proposito. In cœlum coronanda assumitur, & imaginibus ornatur. Imaginibus, ideſt, inauribus; in quibus effingebantur imagines dilectorum pro ornatu aurium, ut latè diximus *Tautol.*1. *E.* num.22. D. 2. 14. D. 3. 13. & *Tautol.* 2. D.4. num. 13. Hac conditione ascendit in cœlum, videlicèt, ut respiciat, ex quo egressa, infimum mundum. Imagines sunt homines, quos in terra reliquit: & inaures his simulachris ornavit, in expressionem dilectionis, ac in signum excellentis charitatis: quandoquidem in qualibet afflictione, remedia prompta pendent à Virginis aure. Haud inaures indecorem suspenduntur, ni aures in ornatum perforentur: & tanquàm inaures, hominum suspenduntur effigies; quia vel levis tribulatio Virginis perforat aures.

In inauribus pendulæ dilectorum imagines.

A Maria, prompta afflictionibus remedia.

20 Ulteriùs. Inaures pro gloria dicantur assumptæ in cœlum, in notam solicitudinis, atque mundi subsidium, ad quod Virgo destinatur, ex quo concipitur: & sedentis in cœlestibus, gloria designatur inauribus; quoniam amplior gloria Virginis, ad hominum clamores habere patulas aures. Prætereà. Fabricantur illi imagines, sed ex murenis, ex vermiculis, similitudine draconum, venenatorum serpentium; cujus causam in formam ornatus, refert Clemens Alexandr.lib.2.*Pædag.* cap. ult. Sunt in inauribus homines, ex quibus similitudines. Sunt homines homines, & sunt homines dracones ac virulenti serpentes. Illi viventes juxta regulam jurium: hi pro regula habentes leges solummodò voluptatum, tendentes in vitia, dum justi abominantur peccata: & Virgine gloriosè sedente in cœlis, pro decore exhibentur draconum, vermium, atque serpentium imagines; quoniam nullum habet in cœlis glorioſiorem plausum, quàm conversio ad gratiam mirifica peccatorum.

Celeriter audit, & subvenit.

Habet specialem gloriam, in cõversione peccatorum ad gratiam.

21 Clamet pro subsidiis terra, & descendent de cœlo prompta subsidia. Remedium cunctæ afflictionis patet exauditio Virginis. In cœlum assumitur, ut pro meritis à tota Trinitate coronetur: ideo audit: *Murenulas aureas faciemus tibi*, cùm sederis in majestate throni: jungunturque imagines afflictorum, dum in plausiorem elevatur triumphum; quippe Virgini-Matri jucundior gloria, dum illà gaudet, in afflictorum remedia. Denique. Haud quia ascendit in cœlum, obliviscitur hominum. Adjuvat, fovet, advocat, revocat, subvenit, intercedit, patrocinatur. Huc tota gloria dirigitur: collocanturque in inauribus hominum similitudines; quia etiam in gloria habet ab aure pendentes.

Et gaudiũ, in remediũ afflictionũ.

Quanta circa homines solicitudo!

22 De quo queritur terra? Gaudeat sanè ex ejus gloria. Quid quod corpore etiam exaltetur super sidera? Simul Virgo utriusque sororis gaudet ministerio: intenta quippe erat, quomodò pasceret Dominum, & quomodò etiam pasceretur à Domino. Quid quòd plenum habeat præmium, si utriusque plenè adimplevit officium? Ecce jam quibus potuimus vocibus, ascendentem te ad filium deduximus, & prosecuti sumus saltem à longè, Virgo benedicta. *Reis veniam, medelam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adjutorium, & liberationem sanctis tuis precibus obtine*: inquit Bern. Serm. 4. in *Assumpt.* Quam invenisti, gratia nota fiat, ut terra laud queratur sola. Fugis, sed cordibus tractis. Reflectatur Ovidius in aptiorem sensum, dum Floræ describit assumptionem in Olympum, lib.5. *Fastor.* v.375.

Collocatur in cœlis, pro salute hominis.

Bernard.

Omnia finierat, tenues secessit in auras. Ovid.
Mansit odor: posses scire fuisse Deam.

DIDASC. IV.

S. Franciscus simul in unum dives & pauper.

1 QUàm longè à judicio filiorum sæculi, judicium de paupertate!

Paupertas onus & miserum & grave: Terent.
Ait Terentius in *Phorm.* Act. 1. Scen. 2.

Paupertas voluntaria jucunda.

v. 44. Quælibet res duas ansas judicio prorrigit: Stultus est, qui apprehendit, quà ferrum candet. Gravis est, si accedit necessitas: suavis, modò acceptet voluntas. Jugum est, sed suave: onus, sed leve: etenim nequaquàm misera, si paupertas voluntaria. *Malum est, in necessitate vivere* (inquit Senec. *Epist.* 12.) *sed vivere in necessitate, nulla necessitas est.* Filii hominum usquequò gravi corde? Pendet enim gravitas à voluntate.

Senec.

Ovid.

——————*Paupertatemque ferendo,*
Effecere levem.

Canit vel Ethnicus lib. 8. *Metam.* Fab. 7. v. 23. siquidem cor haud paupertate gravatur, ubi hæc eligitur. Mergitur concha thesauris gravida. Volat pernicior Aquila, dejecta plumà. Quid si nova virtus, dum adinstat Aquilæ renovatur juventus?

Confertur Aquilæ.

Regia linquit avis spolium, meliore tegenda,
Nec dolet amissà, dum nova pluma venit.

Mar.

Facturam fragilis redimit non fragilis ætas:
Sic vitæ in vitæ funere, fœnus habet.

Amor Paupertatis filius.

Quàm aptè Amorem Prisci filium constituerunt Paupertatis! Ita observat Franc. Georgius *Tom.* 5. *Probl.* 351. Non est amor cœlestis cum fragilibus divitiis: ornatur pennis: volatque vel alis paupertatis, vel paupertas amoris: siquidem dum cor paupertate voluntariâ lustrat mundum, amor pectoris pernix volat in cœlum.

2 Pauperrimum contemplare Franciscum, ut mireris amoris exemplum. Plutus claudicat, Franciscus volat. Assumit pennas ut aquilæ, renovatà, insigni paupertate, juventute: ac cor collocat in cœlo, quippe nihil illi in mundo. *Ingenium* amoris, ac *charitatis* plaudit Doctor Gentium, signatque in exemplum pauperem Christum. Ex paupertate ingenium amoris cognoscitur? Utique. *Egenus factus est* (subdit) *cùm esset dives.* Non ingeniosus, quia egenus; sed quia factus. Sine voluntate paupertas nequaquàm virtus: & signatur dives, in singularitate paupertatis; quoniam felicitas summa, si paupertas voluntaria. Hinc amoris ingenium, ut acutangat scopum. Divitiæ obices sunt ascensiones cordis, desiderio cœli æstuantis. Intendunt opprimere, dum cor intendit volare: impossibile prorsùm sine paupertate genitrice. Animus cum opibus non est liber: & fit ex divite pauper; ut constet ejus ingenium

2. Cor. 8. 8.

Vers. 9.

Felicitas summa, paupertas voluntaria.

despectu voluntario divitiarum: etenim relictis, queis detinetur in terra, necessaria sursùm in cœlum flamma.

Quo sursùm corda.

3 Semper in cœlo cor habebat Franciscus, ut refert Bonaventura in ejus Vita. In cœlo? Utique. Non sedebat in pectore, sed ubi ducebatur paupertate. Egenus habet secum cor, dives non habet. Paupertas ut proprium possidet: verùm à pectore cœlum usque voluntaria rapit: & prævalet in Francisco ingenium singularis amoris; quia pauper & inops factus, cùm esset dives. Dignè queritur ille, de quo Alciatus, *Emblem.* 120. succinit:

Cor Franciscì in cœlo.

Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas:
Ut me pluma levat, sic grave mergit onus.

Alciat.

Ingenio poteram superas volitare per auras
Me nisi paupertas invida deprimeret.

Unde olim Juvenalis *Satyr.* 3. v. 164. cecinit:

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Juvenal.

Dignè queritur tendens in mundum, igitur paupertate frustratur ingenium, ac minime emergit excellentia virtutum. Hàc non itur ad astra: omninò oppositа via, quam trivit Franciscus ex divite pauper factus: equidem ingenio paupertatis & emerserunt singulares virtutes, & cor illius pernices assumens pennas, superas rectè evolavit in aulas. Cor paupertate munitum habebat. Nihil terrenum gravabat; ut ostenderet ingenium amoris, in exercitio insignis paupertatis: igitur summa ingeniositas, quòd inter divitias inveniretur paupertas.

Summa illius amoris, & excellentia virtutis, ex ingenio paupertatis.

4 *Simul in unum dives & pauper*: dicitur de Christo à Vate Regio. Non implicat sententia, quanvis divitiis contrarietur inopia. Semetipsum exinanivit, atque pauper esse voluit; ut nobis demonstraret amoris ingenium inter abundantiam opum. Pauper paupertate, & dives divitiis, est lex necessitatis: & dum amor ostendit subtile ingenium, signat divitem atque pauperem in unum; quippe novum & magnum, pauperem esse electione, nequaquàm necessitate. Non secùs fulget Franciscus, ex divite pauper factus, respondente ingenio paupertatis, ingenio amoris; ut in Francisco coruscaret paupertatis amor, atque in Christo paupertatis honor: equidem si Franciscus inter divitias pauperrimus vixit, quia pauper vixit, ei Christus cuncta donavit. *Franciscus pauper cœlum*

Psal. 48. 3.

Non magni, paupertas ex necessitate, sed ex electione.

Eccles. *lum dives ingreditur: hyemis cœlestibus honoratur.* Adhuc crescit honor: igitur si in terris ex divite pauper factus, in terris etiam præ cunctis paupertate ditissimus. Ergo in propositum.

Prov. 13. 7. 5 *Est quasi dives, cùm nihil habeat* (ait Salomon) *& est quasi pauper, cùm in multis divitiis sit.* Quis ergo? Franciscum arbitror, qui inter divitias pauperior. Verùm quomodò locuples, si describitur pauper? Longè à paupertate opes; qua ergo lege inops in multis divitiis? Qui dives multa possidet: & dives qui nihil habet? Utique. Utraque exponuntur modificatione *Quasi*. Paupertas non pendet à carentia divitiarum, sed à nuditate affectuum: plauditurque Francisco pauper, etsi divitiis abundet; quippe post aurum non abiit, nec inter divitiarum multitudinem, extorquere ab illo potuit vel levem cogitationem. Qui pauper in egestate, ubique obvius. Pauper inter divitias rarò visus. Aliquid excogitandum ingenio amoris in obsequium paupertatis, ut demonstraret ingenium: equidem omninò novum, quòd Franciscum ingeniosa paupertas vacuum divitiis faceret inter divitias. Non est pauper, sed quasi pauper. Pauper est, qui nihil habet: quasi pauper, qui pauper, quasi nihil haberet. Illud pendet à necessitate: hoc prorsùm ab electione: diciturque Franciscus quasi pauper in abundantia; ut non divitiarum, sed affectuum designetur inopia: equidem dum fortunarum exercitus pectus undique circuivit, nec affectum levem rapuit.

Insignis Francisci paupertas inter divitias.

Ravis. 6 *Viros olim crinibus aurum implicuisse* (ait Ravis. Text. in *Præfat. Cornucop.*) *ut nunc frequens est & peculiare Anglis, aureas catenas collo involutas ostentare. Gallos cum auro pugnare solitos, Torquatus est indicio.* Olim crinibus aurum implicitum. Inolevit malum. Modò auro implicantur crines; quippe post illum abeunt cogitationes, quin resipiscant casibus, consulentes noxiis opibus: igitur arbitrantes feliciter opes; inveniunt, quibus capiantur cogitationibus, retia. Involucra sunt, & laquei diaboli, auratà in præcipitium specie, infatuatà naturà irritamentis malorum pro obsequiis cupiditatum, quasi esset optabilis aliquomodò felicitas, dum aurum efformatur in catenas. *Olim Æthiopes nulla in re utebantur auro, quam pœnalibus catenis*: insit idem in *Offic.* lib. 7. cap. 48. Quasi pro pœna non sufficerent vincula, illa construxerunt aurea, atque etiam indicia criminum, pro detestatione divitiarum: verùm frustrà, quia omninò vanida resipiscentia: eadem deauratur iniquitas: dum homo effingit pro ornamento catenas. Ita videtur pauper, cùm sit in multis divitiis; quia non subsidii, sed oneris. Quod corpori impedimentum, vinculum animæ patet ex significatione crinium: etenim prompta esset è catenis expeditio, si nulla esset divitiarum cogitatio.

Opes non opes, sed retes.

Et catenæ.

Indicia criminum.

Despicere divitias, est libertas.

Idem. 7 Longè à Francisco vincula, longè catena, & propè cuncta. Longè, quippe nec aurum implicatum crinibus, nec crines in auro: propè, quia vallatus divitiis, divitiarum nec affectio: corde singulariter egeno in multis divitiis, quia longè divitiarum cogitationes. Adinstar Gallorum pugnat auro, ut gaudeat triumpho. Non habet aurum, ut habeat, sed ut projiciat. Non ut pro illo pugnet, sed ut cum illo decertet, conflato auro in inimicorum lanceas, quod illi construxerant in catenas: igitur si è singulari pugna singularis corona; victor semper evasit, quippe inter divitias ita vixit, quasi pauper in mundo nihil haberet. Priscorum mos fuit in signum libertatis, catenas aureas gestare, è quibus pendebat similitudo cordis, ut astruit Pier. Valer. *lib.* 34. *cap.* 1. Signum est captivitatis hominis, quod exponitur pro emblemate libertatis. Per catenas aureas, ut dudùm vidimus, significarunt divitias: deviat à proposito hieroglyphici descriptio: igitur nequit cogitari libertatis pretiositas, inter catenas, quantumlibet aureas. Vera libertas est libertas cordis: & nullum erit signum libertatis, si cor pendet à divitiis. Non cordi congruit, pendere à catena divitiarum: à corde oportet pendere catenam opum. Illic dives verè servitute pauper: hìc inter catenas libertate felix. Catenæ divitiæ sunt, sed sine affectione non catenæ. Pauperque Franciscus extolitur singularis (cùm sit in multis divitiis, pendentibus cunctis à corde egeni Francisci) quia inter tot catenas opum absque ulla cogitatione.

A Francisco longè divitiarum cogitatio.

Pier. Val.

Unde divitiæ in libertate catenæ?

Cur Francisci paupertas singularis?

Text. 8 Hinc horror hostis generis humani, vel aspectu solummodò Francisci. De colubro subdit Textor, ubi supr. lib. 7. cap. 40. *Nudum hominem reformidat, audacior in vestitum.* Imitatur infernalis coluber cum figura conditionem, dum hominem demulcet in perniciem. *Quid enim sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta?* inquit Gregor. Magnus Homil. 32. in *Evang.* Appetit divitiis, &

Greg. M. *Coluber reformidat nudum.*

& sæpesæpius nanciscitur molimina fraudis; quippe præbet, quo supplantet, specie opum, sed reverà oppressione catenarum: equidem dolus duntaxàt cognoscitur, dum miser inter catenas apprehenditur. Audax & vafer tendit in propositum, sed reformidat Franciscum. Hominem formidat, quem tentum sauciat? Næ. Haud habet, quo adorsum teneat: horretque pavidus pectus Seraphicum, quia vidit hominem penitùs nudum. Coluber lædere toxico molitur corpus, Lucifer pectus. Ille vitam, hic animam. Vestitur homo exterior tanquàm indumentis splendore divitiarum: interior autem ornatu cogitationum. His apprehenditur, ut succumbat in lucta, subtractà gratiâ: & Lucifer nec pugnæ quidem satagit, imò timidè Franciscum athletam fugit; quoniam ita nudum vidit in certamen, ut nullam, qua apprehenderetur, foveret cogitationem. Hinc S. Benedictus, ne quid patiantur affectæ voluntatis propriæ, atque dæmonis molimine, *Regul. Sancti.* cap. 33. ait: *Nihil omninò, quippe nec corpora, nec voluntates licet habere in propria potestate. Voluntates*: idest, cogitationes, quoniam cordi religioso nocet vel levis affectio. Ergo proposito. Pende igitur in Francisco vel ex nuditate corporis, quàm apta in colubro causa formidinis. Habitum projicit jamiam moriturus, ut moriatur egenus. Mendicat in sepulturam: nanciscitur gratiam; & grates fratribus refert, quia in habitu precario & alieno feliciter obit. Ita Bonaventura, *cap.* 14. Adoriri coluber cogitat, sed in arena formidat: quin fuga sufficeret, quominùs coram Francisco ante certamen caderet; quippe haud potuit sustinere, nudum Franciscum mori, ac alieno in habitu sepeliri.

Quare Frà ciscus dæmoni erat terrori?

S. Bened.

Bonav.

9 De gloria triumphi Salvatoris in stipite crucis, dicitur: *Egredietur diabolus ante pedes ejus: stetit & mensus est terram.* Alii (vide Sanctium hìc num. 69.) *Aufugiet diabolus.* Postquàm habuit sub planta, à colubro properè eligitur fuga. Pro triumpho primùm audax stetit in arena, cogitando victoriam: at postquàm in cruce vidit; corruit, & mensus est terram: cujus præsentiam aufugit, quippe sustinere non potuit. Unde igitur tantus terror, etiam dum diabolum urgebat in illum furor? Unde pavet? Unde timet? Unde tremit? In vita, alienis facultatibus sustentatus est Christus: *Luc.* 8. 3. In morte, ipsis vestibus exutus: *Matth.* 27. 35. & denique vel post vitam adamans paupertatem, sindone aliena involutus post mortem: *Marc.* 15. 46. Coluber reformidat hominem nudum, atque significat diabolum: quid mirum, quod ante Christum caderet, & constratus elabi intenderet; dum quo apprehenderet in certamine non habuit? Equidem aliorum subsidio vixit, nudus ultimum emisit vitalem halitum, atque habitu alieno deductus est in sepulchrum.

Habac. 3. §. 6.

Triumphus Christi, quare in cruce?

Ejus eximia paupertas.

10 Proximus passioni dixit discipulis Magister cœlestis: *Venit Princeps hujus mundi*: at quanvis tetenderit undique insidias; *nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras.* Venit inflatus meditatà victoriâ, sed nunc ab illo capienda fuga. Jam fractæ vires vel in animo impudentis audaciorìs? Utique. Venit in pugnam, sed *in me non habet quicquam.* Habet aliquid vafrities diaboli, ubi aliquid habetur ab homine, quo præpeditus cadat, & ille pertinaciter teneat: dicitque Christus diabolum venturum in victoriam, capessurum illicò pernicem fugam; quippe ut coluber concipit horrorem & metum, videns hominem circunquaquè nudum. Ejiciendus necessariò foras, qui saltem pro affectione texit callidè sutelas. Unde quia nec quicquam habuit Christus, nec quicquam in illo habuit pervigil diabolus: igitur pronus cecidit, ac libens aufugit, dum Salvatorem nudum vidit mori, & in habitu alieno sepeliri. Perpende emphasim in ly *Nunc.* Illud nunc fuit ante passionem: nudum vidit coluber, dum moriturus ascendit in crucem: quomodò igitur jam foràs ejectus, qui necdum victus? Jam victus, siquidem illo tunc nec ullus nisi in cœlestia micabat affectus. Habet aliquid, quo non reformidet coluber; modò corpore nudo cogitatione non sit pauper, & regnet affectus habiti, vel habendi, procul divitiarum possessione: & ante victoriam paupertatis è ligno crucis, tunc diabolus dicitur victus triumpho insigni paupertatis; quippe pro diaboli triumpho, nec ulla etiam indumenti cogitatio.

Joann. 14. 30. cap. 12. 31

Ibid. v. 30.

Formidat diabolus paupertem voluntarium.

Vincitur ante victoriam per inopiam voluntariâ.

11 Videtur in Seraphico Francisco ad vivum Salvatoris N. imago: & vivit alienis substantiis, acceptis in victum eleëmosynis; & nudus moritur; & habitu ascititio sepelitur. Ante victoriam ovat, ante certamen triumphat, non fugato hoste, sed fugiente, nec præsentiam expectante, figurato in spiras colubro, ac in frusta à semetipso discerpto, evomente flammas, atque rupto ejecto foras: quandoquidem

Paupertas Francisci insignis.

in

in athleta nec cura indumenti corporis, nec ulla nisi cœlestis cogitatio pro affectione pectoris. Modò cognoscitur, cur si inter divitias Franciscus pauper, rutilat, nihil habens, opulentissimè dives, de quo

Prov. 13. 7. supr. num. 5. *Paupertate prædivitem*, plaudit Cardinal. Bonaventura in ejus *Vit.* cap.

Bonav. 15. Haud implicat terminis, sed explicat ingenium paupertatis. Alii florent divitiis affluentiâ opum: Franciscus autem

Paupertate prædives. paupertate divitiarum. Illi florent, sed perire timent jacturæ aversæ fortunæ casu: Franciscus sine periculo. Astruit Seneca. *Confragosa* (inquit *Epist.* 84.) *in fastigium dignitatis via est, at si conscendere hunc verticem libet, cui se fortuna summisit; omnia quidem sub te, quæ pro excellentissimis habentur, aspicies; sed tamen venies ad summa per planum.* Pervenit Franciscus usque in rerum fastigia sine cura rerum, & locuples factus est calcatione divitiarum. *Nihil opulentius eo, qui paupertatem sponte diligit, & cum alacritate suscipit*: ait Chrysostom. serm. 18. in Epist. ad *Hebr.* Non jam dives Crassus & Crœsus, sed Franciscus. Minimè in pretio pretium est; fugiunt census honores, quos Seraphicus comparat titulo paupertatis; dignus, ut aliò cecinit Statius lib. 1. *Silvar.* in *Vopisc.* v. 105.

Senec. *Quomodò?* Chrysost.

Stat. —*Midæ Crœsique bonis, & Persidè gazâ.*

Equidem illi divitiis dives, opibus locupletes, quod ferè in mundo: verùm Franciscus singulari miraculo: siquidem coruscat cunctorum dominus, quia omninò vacuus.

Prov. 30. 8. 12 *Mendicitatem & divitias ne dederis mihi*: ita à Domino cupit Salomon obtinere: ideſt, nec mendicitatem, nec divitias, in vitæ moderamen; ne incidat in Scyllam, cupiens vitare Charybdim. Sit ergo: verùm conjunctio notanda. *Mendicitatem & divitias.* Quo pacto simul, ubi mutuò sese expellunt? Quis mendicus, & simul opulentus? Franciscus. Quousque descendit de cœlo, hujusmodi ingenium paupertatis ignorabatur in mundo. Opibus crescebant opes, ac censibus facultates: signanturque simul tam divitiæ, quàm mendicitas; ut Franciscus fulgeat pretiosa paupertas: equidem totum mundum ad libitum dives habet; quia universum, ut esset pauper, validissimè despexit. Nova utique videnda in lege nova, tendentibus in cœlestia. Commune sanè, quòd ditarent fortunæ: conjungunturque opes ac mendicitas in unum; ut in Francisco eluceat paupertatis miraculum; equidem quia in divitiis pauper, propter paupertatem ita dives: ut nihil habens diteſcat in terra, quasi possideret omnia.

Mendicus & opulentus. *Orbem habuit, quia despexit.*

13 *Dominus pauperem facit, & ditat:* inquiebat Anna. Pauper non fit cumulo divitiarum, sed denudatione, vel fastidio bonorum. Quomodò ergo dum Deus bonorum spoliatione pauperem efformat; non efformat pauperem, sed mendicitate ditat? Ingenio paupertatis novo, cujus nec notitia in mundo. Nescit mundus, quòd construat divitias divitiarum despectus, quòd abundet opibus, quisquis cedit facultatibus; & dicitur, dum Deus facit pauperem, constituere inopiâ divitem; ut eligatur, ac diligatur paupertas voluntaria, saltem proptet divitiarum emolumenta: quandoquidem qui nudus & vacuus plenum bonis calcat mundum, paupertate constituitur dominus universorum. Assipulatur David: *Oculi ejus in pauperem respiciunt.* Alii apud Haye in *Bibl. Max.* legunt: *Oculi ejus respiciunt in totum orbem.* Orbis sedes est opum, uti theatrum ostentationis divitiarum: & exponitur ditissimus orbis, dum signatur status voluntariæ paupertatis; quippequàm in mundo voluntaria paupertas possidet orbis divitias.

1. Reg. 2. 7. *Ingenio paupertatis inops abundat divitiis.* Psal. 10. 4. Bib. Max. *Voluntaria paupertas possidet orbis divitias.*

14 Acquisita fuit à Francisco hujusmodi gloria, etiam per plana. Dilexit paupertatem, & sese invenit paupertate prædivitem: equidem quia vacuus omninò bonis, ac opibus mundi; dedit illi Deus possessionem divitiarum universi: ita ut qui viderit Franciscum pauperem, videat opibus abundantem totum orbem. Hoc est paupertatis ingenium: ditare scilicet inopem spoliatione bonorum. Verùm [illegible] unde hujusmodi abundantia, si omninò inopia? Ex inopia voluntaria.

Franciscus egenus, atque divitiis onustus.

15 Astruat Paulus loc. cit. num. 2. *Scitis* (inquit) *gratiam Domini N. Jesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cùm esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* Primum mundo innotuit, cùm semetipsum exinanivit: secundum autem difficile videtur, quippe inopiâ nemo locupletatur: & in Corinthiis divitiarum circunfluit abundantia ex divitiarum inopia? Profectò: rutilat voluntariæ inopiæ gratia. Nihil opulentius eo, qui paupertatem voluntariam diligit, & alacriter suscipit. Dominus est totius orbis, qui æmulator paupertatis: & inopiâ voluntariâ plauduntur divites; quoniam hujusmodi bonorum renunciationi, addicta possessio divitiarum universi. Indicetur

2. Cor. 8. 9. *In quo gratia inopiæ voluntariæ.*

acu-

acumen. Propositum Pauli est movere Corinthios in elargitione bonorum pro alimentis fidelium. Si jam inopes, quid petit? Si rogat elargiri, jam non inopes. Quomodo ergo vacui bonis, ac fortunis locupletes? Divitiis utique spontaneæ paupertatis. Hæc elargitione bonorum lucratur ingeniosa totum mundum: & à pauperibus petit, elargiri magna dona, ex negatione bonorum paupertati cumulata. Attamen pendenda verba. Vocat Paulus divites: at divites Christi inopià. Quantum divitiæ cœlestes, si ita inopia temporalis! Christus Dominus ita pauper, quòd mendicus, ut asserit Suarius in 3.p. *D.Thom.* disp.28. sect.2. A Regibus aurum accepit, sed pauperibus distribuit. Mendicat, & pauperes locupletat. Dispergit bona, quasi esset in mendicitate cunctarum divitiarum opulentia: vocatque Paulus divites hujusmodi Christi inopià; ut videatur ingenium paupertatis, atque gratia divitiarum sine divitiis: etenim nullam ampliorem poterunt consequi gratiam; quàm ex eleëmosynis acceptis largè facere eleëmosynam.

Ex negatione bonorum quomodò cumulus divitiarum?

Magna gratia ex eleemosynis collata eleemosyna.

16 Quid quòd Franciscus mundum possideat? Quid mirum, si mundus post illum habeat? Dives est inopia: & facit divites pauperes, ex abnegatis divitiis. Inventa est hujuscemodi gratia paupertatis ingenio, unde Franciscì eminuit magnitudo: equidem pro præmio nuditatis voluntariæ; patet orbi, fieri ubertim locupletes divitiis mendicitatis. Cuncta excogitabat, ut evacuaret cuncta; & factus est opulentus ex inopia: paupertate prædives, mendicitate locuples, quin quiesceret animus, quousque in mendicitate inventus est multiplicationis divitiarum insignis modus; nimirùm inopiæ speciosa gratia, elargiendi eleëmosynis à fidelibus largita. Hàc cœlum Francisco patet: hac æthera ascendit; quin temporalium aliqua obesset remora, ne pauper spiritu ingrederetur in propria. De ancilla, ut sæpe hìc egimus, dicitur: *Egredietur gratis, absque pecunia.* Non egreditur gratis ex hoc mundo, qui gravatur opum impedimento: ultròque Franciscus egreditur, potiturus glorià, quippe sine ulla pecunia. Vacuus procedit bonis, sed plenus meritorum divitiis; atque divitiis beatitudinis majestas fovet divina; quoniam nihil gratius illi, quàm paupertas voluntaria. Hàc itur in altum. Iccircò plauditur *paupertas altissima* à Paulo: equidem professores arte mirifica collocat in Empyrio. Hàc itur ad astra. Pende, ò Monache, vel sententiam Ethnici, lib.8. *Æneid.* v. 362.

Franciscus locuples divitiis mendicitatis.

Elargitur elargita.

Exod.21. 11.

Et paupertate ducitur in cœlestia.

2.Cor.8.2.

Paupertas in cœlum via.

——*Hæc limina victor*
Alcides subiit, hæc illum regia cepit.
Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo, rebusque veni non asper egenis. Virgil.

DIDASC. V.

Martyrum vulnera, fœcunda Martyrum germina.

1 FOrtitudinis Martyrum clareat speculum, ut miremur quomodò victi vicerunt mundum. *Digni visi sunt Deo, in quibus experiretur, quanta humana natura posset pati*: ait Seneca de *Provident.* cap.4. Rationem astruit. *Militares viri* (inquit) *gloriantur vulneribus, læti fluentem meliori casu sanguinem ostentant. Idem licèt fecerint, qui integri revertuntur ex acie; magis spectatur, qui saucius redit. Ipsis Deus consulit, quos esse quàm honestissimus cupit, quoties illis materiam præbet, aliquid animosè, fortiterque faciendi.* Quantò plus tormenti, tantò plus subditur gloriæ, ut non solùm pugiles coronam pariant, sed pretio sanguinis etiam victoriam obtineant, honorenturque à tyrannis, qui se victos jurè arbitrantur, vel victores. Canit Claudianus *Paneg.* pro Consul. Manl. Theodori v.1. Senec.

In Martyribus materia patientiæ est triũphi.

Ipsa quidem virtus pretiũ sibi, solaque latè
Fortunæ secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausuvè petit clarescere vulgi.
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis.
Attamen invitam blandè vestigat, & ultrò
Ambit honor. Claud.

De hyacinthis dicitur: *Ex vulnere nati.* Ita Piccinel.in *Mund.Symb.* lib.11.cap.12. Fabulam vide apud Virgil. *Eclog.* 3. & Ovid. lib.10. *Metam. Nusquàm terrarum ejusmodi florem nasci* (inquit hìc *Fab.*5. Natalis Comes) *in cujus foliis notæ literarum.* Nusquàm inveniuntur nisi in Ecclesia, ut clareat veritas conficta fabula. Inscripti nomina regum, nascuntur flores; & ex vulneribus: etenim eximia pulchritudo ex vulnere, & color conspicujor ex effuso sanguine. Virtutem honor ambit, & splendorem non indiga in certaminibus invenit: siquidem ex vulneribus inflictis, non vulnera videntur in corporibus, sed flores. Non spectabilior, qui integer venit

Piccinel.

Cur dicantur hyacinthi?

Natal. Com.

Vulnera illorum flores.

ex

ex acie; sed qui saucius, virtutem attestante cruore, quippe flos honoris natus ex vulnere.

Plin. *Jaspidis gemmæ forma.*

2 De gemma Jaspide ait Plin. *Hist. nat.* lib. 37. cap. 9. *Hæc stellata rutilis punctis est:: dividitur autem & hæc in mares fœminasque. Inest ei aliquando & aureus pulvis. Felicis purpuræ colorem habet.* Fulget igitur Ecclesia Catholica tam in viris, quàm in fœminis hujusmodi gemmà. Corpora punguntur, membra crebris ictibus sauciantur: & dum fœdè deformantur punctis, rutilant stellis, quippequàm fulgent pro fortitudinis gloria, quæ videntur corporibus inflicta vulnera. Jaspis gemma est, qua signatur pretiosum; & etiam lapis, quo demonstratur resistentiæ signum: rutilantque Martyres radiis stellarum, dum scalpuntur punctis acrioribus vulnerum; igitur nihil pretiosius, quàm perferre vulnera fragilitatem corporis, quasi essent in tormenta insensibiles lapides. Ex aquis efformata sunt astra cœlestia: sanguis Martyrum effunditur *tanquam aqua.* Propriissima similitudo, qua claret in Martyribus sanguinis commendatio: equidem vulnera, effuso sanguine corporis, fulgent ut stellæ in perpetuas glorioſas æternitates. *Fons in lucem, solemque conversus est.* Visio mirabilis; at in Martyribus frequens: quandoquidem ex vulneribus, sanguinis fontibus, qui oriebantur rivi sacri, in splendorem conversi: unde & purpurâ sunt gloriosè tincta corpora, & etiam vulnera rutilabant tanquàm astra.

Martyribus vulnera, gloria.

Psal. 78. 3.

Et astra fulgida.

Esther. 10. 6.

3 Hinc Augustinus lib. 22. de *Civit. Dei*, cap. 19. & 22. in omnium Martyrum corporibus glorioſis futura astruit insignia & vulnerum cicatrices, quæ pro Christo sustinuerunt, cum magno decore, atque gloria accidentali, sicut Christi corpus etiam glorioſum habuit; de quo Chrysolog. *serm. 76. Eadem* (ait) *redit in carne, vulnera reportat, ipsa clavorum foramina resumit, & ipsa facit testimonia sui corporis, suæ resurrectionis indicia, quæ suæ fuerant contumeliæ passionis.* Videtur corporis deformitas, & est glorioſa venustas; quippe nequaquàm vulnera in deformitatem, sed in corporum glorioſum splendorem: igitur quæ tyranni inferunt, ut cadant, deserviunt profectò ut splendidè surgant, floribus efformatis ex vulneribus, eò speciosioribus adinstar hyacinthi, quò ex vulnere atque sanguine nati.

Illorum glorioſa corpora habebunt vulnerum insignia. Chrysol.

Non illis illa deformitas, sed venustas

Cant. 4. 3.

4 *Sicut fragmen mali punici ita & genæ tuæ*: dicit Sponsus Ecclesiæ. *Martyres signat*: ait hìc Alap. Hebr. *Sicut flos mali punici.* Malum granatum inter fructus coronà insignitur: meritoque punico malo Martyres designantur; equidem illustrantur coronà, patientes vulnera. Verùm quid apex pulchritudinis cum fœditate fractionis, ut Sponsus designandò mali punici fragmen, demonstret florem? Haud Martyribus sunt vulnera vulnera; sed florum serta. Membra dividuntur in fragmina. Sauciantur corpora: & pro fragminibus devenustæ carnis, venusti exponuntur flores; quippe nunquàm Martyres magis floridi, quàm dum tormentis acerbioribus saucii. Membratim dividuntur, sed florent. In fragmina resecantur, sed fulgent, concessa floribus spectabiliore pulchritudine, quoniam ex vulnere nati.

Hebr. *Malum punicum symbolum Martyrum.*

Dum trucidantur, floreſcunt.

5 *Jaspidi* (infit Plinius) *ineſt aliquando & aureus pulvis.* Major patet gemmæ pretiosìtas, dum inest illi hæccine mirifica singularitas: per aurum notatur inconcussa fortitudo, per pulverem fragilis caduca caro: mirumque sanè & pretiosum, quòd virtus fulgens in soliditate insensibilis auri, emineat longè in fragili humano pulvere. *Qui sedebat* in throno, *similis erat aspectui lapidis jaspidis.* Hoc igitur virtute possidet thronum, quippe humanæ pulvis carnis jam videtur tanquàm aurum *Est fons in India* (ait Causin. ex Ctesia in *Indic.* 1. fol. 756. lib. 1. *Symb.* 44.) *unde hauritur aurum fictilibus, quod statim concrescit, nec eo quisquam potitur, nisi frangat fictile.* Quod pro curiositate otiosìtas finxit, tyrannis in Martyribus invenit: igitur in cujusvis pectore experta est soliditatem, dum frangere cogitabat tanquàm vas figuli. Ibi hauritur aurum in fictilibus: aurum, fictile hìc offenditur præ vulneribus. Altior fons & nobilior è venis; quippe elicitur sanguis, quo fragile ita obduratus in solidum, ut terreum fictile corpus indurescat, tanquàm aurum. Auro portenditur virtus, sed fictili carneum corpus: & hauritur in fictilibus pretiosìtas auri; ut constet despectus cruciaminum in passione: quandoquidem fulget tota præstantia virtutis in animata tellure fragilis humanæ carnis. Constantia quæ pretiosa comprobatur cruciatibus. Martyres thesaurum habent in vasis fictilibus. *Magnus es vir* (ait ubi supr. Seneca) *sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exibendæ virtutis?* Ita tyranni tormentis oblata occasione, scire cupiebant quantum pectori inesset pretiosìtatis constantiæ. Virtus cordis

Plin. *Summæ fortitudinis in fragilitate corporis.*

Apoc. 4. 3.

Aurum in fictili. Causin. *Fons mirabilis in India.*

Corpus carneum in aurum solidiſſimum.

Senec.

in fictilibus adinstar auri concrescit ; sed nemo auro potitur , ni vas fictile frangatur. Unde tyranni Martyrum membra discerpunt, vulnerant , secant , disrumpunt ; verùm amisso triumpho , nacto Martyrum proposito : equidem aurum virtutis rutilat pretiositate , diviso in fragmina corpore.

Virtus rutilat auri pretiositate, diviso in fragmina corpore.

Plin. *Quænam purpura felix & infelix?*

6 Etiam *Jaspis felicis purpuræ colorem habet.* Quænam infelix purpura , ut hæc felix prædicetur? Tyrannorum ; quippe felicissima Martyrum. Purpura , quia insigne victoriæ , felix , infelix triumphi amissione : pallescitque Imperatorum, dum exponitur Martyrum ; quoniam amittunt victoriam , purpurà collocata juxta purpuram. Felicitas hujusmodi purpurarum erit nostrum modò propositum. De serva dicitur: *Egredietur gratis, absque pretio.* In Martyribus est pretium, estò in arenam egrediantur gratis: quandoquidem pretio sanguinis in sacris purpuris per virtutes insignes ac præclaras, apparent simul felicitas & pretiositas.

Exod. 21. 11.

Martyres purpuræ pretiosæ.

Huert. 7 De purpuris , dicitur à Huerta in lib.9.*Plinii*, cap.37. ubertim nasci, deciſſa sanguinis gutta. *Laus ejus summa* (subdit Plin.*cap.*38.) *color sanguinis concreti , nigricans aspectu , idemque suspectu refulgens.* Undique fulget, undique nitet, quia purpura felix fertilitate telluris. Infelix est purpura , si sanguis , uti *reliquum corpus sterile* , sententià Plinii , ubi dudùm cap. 36. Sed felix omninò ubi tormentis patet sterile truncum corpus , & sanguis fœcundus. Haud aliter sanguis Martyrum in messem fidelium : equidem feliciter cadentes , multiplicabant inter homines fidem vel guttà sanguis.

Plin.

In quo pretium?

Idem.

8 Priusquàm videamus purpuræ fructum , considerandum etiam nobile granum , quod multiplicandum in cordium terra,ut ex concreto sanguine laus in purpura sit summa. *Coccum Galatiæ rubens granum* (infit Plin. cap. 41.) *aut circa Emeritam Lusitaniæ in maxima laude est.* Idem astruit *lib.*16. *cap.*8. in tota Hispania , ut vel insignis constet purpuris Martyrum Hispaniæ gravida Ecclesia. Modò in textum. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit , ipsum solum manet ; si autem mortuum fuerit , multum fructum affert.* Ipse Jesus erat granum multiplicandum fide populorum. Profectò : verùm quomodò exponitur mortuum , ut referat fructum ? Vita quibat congregare fideles & ad se trahere : quo igitur intuitu vulneribus in cruce cadit, ut fructum possit afferre ? Non intendit solummodò fructum ferre , sed multum fructum. Sine vulneribus minimè sanguis effusus , quo ferax tellus. Sanguine pinguis in messem terra , quia ex uno grano innumerabilia grana , tanquàm ex concussa spica : sanguineque rigans terram, exponitur Christus,dum mundus ad fidem convertendus ; quippe ejus pretioso fœcundissimo sanguine , ex toto orbe Martyrum innumerabiles purpuræ. Granum utique Christus erat pro messe fidei illuminandarum gentium : verùm esse oportebat rubens granum ; quoniam minimè germinantur purpuræ , nisi purpurarum sanguine.

Hispania nobilissima Martyribus

Idem.

Joann. 12. 24.

E Christi sanguine Martyrum purpuræ.

9 Ad fœcunditatem telluris præstat humanus effusus sanguis. Unde Plutarchus in *C. Mario* de pugna Teutonum ait: *Terram in qua cadavera diffusa jacebant , ita pinguedine oppletam esse , ut incredibilem fructuum copiam coloni ex agris extulerint.* Canit quoque Ovidius *Epist.*1.*v.*53.

Terra sanguine ferax Plutarch.

Jam seges est, ubi Troja fuit, resecandaque falce
Luxuria Phrygio sanguine pinguis humus.

Ovid.

Hinc pro segete uberi granum Christus exponitur , mortuum & rubens sanguine granum : quia terra tincta sanguine & ebria sacro cruore in germen splendidum allatura multum fructum. Causam eandem signat serm. 1. in *Natal. Apost. Petr. & Paul.* Leo Papa. *Non minuitur* (inquit) *persecutionibus Ecclesia , sed augetur , & semper Dominicus ager segete ditiori vestitur , dum grana , quæ singula cadunt multiplicata nascuntur.* Quid mirum? Tyranni videntur effundere sanguinem , & pro sanguine effundunt inviti semen.

Et sanguine Martyrum Ecclesia Catholica. Leo Papa.

10 Subiturus Christus mortem, prius in hortum pervenit oraturus ad Patrem. Instabat mors acerbissimis tormentis, qua toto è corpore saucio fluxurus sanguis: & qui semen futurus Martyrum, ita commotus animo prævisione tormentorum , ut fieret *sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Sudor sanguinis angorem exprimit: cæterùm quare terram usque decurrit? Fertilior terra, ac ferax humano sanguine: proximus erat passioni: & irrigatur terra semine sacri cruoris, ut guttis germinaret in orbem multiplex Martyrum seges. Fides sanguine non minuitur , sed in satoris gloriam mirabiliter augetur : igitur in terra cordium ingeritur fidei semen , ubi in germina pulchra recipit

Luc.22.44

Plura germina ex sanguinis gutta

pit

pit sanguinem. Ex gutta sanguinis purpuræ gignuntur innumerabiles, cujus color in decorem splendoris: & sicut guttæ sanguis Christi irrigat terras, ut foveat purpuras: etenim quæ singulæ cadunt, multiplicatæ tanquàm grana nascuntur; quippe ut diteſcat purpurarum seges, semen est sanguis. Cuncta textus acumina proferuntur à Prosperi camœna. *Epigr.69.*

Ferre parans Christus pœnam, mortemque propinquam
Invictamque suis ingenerare fidem;
Cum prece sanguineas fundebat corpore guttas,
Et pretium mundi sudor erat Domini:
S.Prosp. *Sed cruor ille pares sanctis spondebat honores*
Orturis toto corpore Martyribus.
Nam cùm sacra seges terrarum impleverit orbem,
Omnia ab hoc uno semine messis erit.

Tertull. 11 Optimè Tertulian. in *Apolog.* cap. ult. *Plures* (inquit) *efficimur, quoties metitur. Semen est sanguis Christianorum.* Dum cruciantur, tanquàm grana dispersuntur, & apparent multiplicata, quæ ceciderunt ut singula. Quod granum, jam messis est. Crescit numerus Martyrum, dum augetur tormentorum: & multiplicatur seges, quoniam pectoris campum fœcundat sanguis. In duobus Vincentiis Levita, & Abbate Legionensi mirabiliter visum. De primo ita canit Prudentius in *Perist.eph.* v.1124.

Crescit numerus Martyrum, dum augetur tormentorum.

Nec furor quisquam sine laude nostrùm
Cessit, aut clari vacuus cruoris,
Martyrum semper numerus sub omni
Grandine crevit.
Nonne Vincenti peregrè necandus
Prudent. *Martyr, his terris tenui notasti*
Sanguinis rore, speciem futuri
Morte propinqua?

Ecce purpuræ specimen in purpuras, & sanguinei sacri roris fertilitas: equidem ut Martyres prævalerent virtute; satis fuit nota tenui alterius Martyris sanguinis rore, quo numerus augetur, dum minuitur; quippe quæ censentur trunca inutilia cadavera, in uberiorem fructum sunt splendida germina.

Vincentii sanguis, Martyrum seges.

12 Insignis visio Esdræ de fœmina dolente pro filio mortuo, in gloriam post mœrore commutato, designat Ecclesiam filios plorantem, ac de virtute certaminibus gaudentem. Posuerant gentes morticina servorum Dei escas volatilibus cœli, postquàm vitam expulerunt novo pœnarum dolore. Tuncque dixit Esdras ploranti genitrici, jam orbæ: *Interroga enim terram, & dicet tibi: quoniam hæc est quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinantium.* Germinantium, vel cadentium? Verba sanè singularia, sed, ni fallor, opportuna. Trucidantur Martyres, torquentur diris tormentis, amittitur vita, corruunt in terram cadavera, & hæc appellantur germina? Germen indicat vitalem ortum, cadaver autem vitæ funestum occasum. Germen exhilarat oculos, pulchritudinem florum expectantes: casus propendit in lachrymas, ut compungantur videntes. Morte evanescit florum venustas, germine prodit illorum pulchritudinis majestas: quomodò ergo si casus & ruina corporum, erit cultus pulcherrimè germinantium? In Martyribus idem est mori, ac florere: & de Martyrum cadaveribus jurè dicitur cadentibus germinare; quippe quot cadunt Martyres, tot Ecclesiæ gementi nascuntur flores. Hinc Christus sepelitur in horto pro sepulchro: etenim madefacta terra sanguine sacro bibens cruorem cœlestem, quid producere quibat nisi florem? Haud alia de causa fœminæ quærentes crucifixum, etiam quærunt Nazarænum, idest floridum: igitur hortus lustratus sanguine sacri cadaveris, ubertim gratus germinaturus in flores. Vide quæ diximus *Tom.* 1. *Tautolog.* 5. *Didasc.*17.

4.Esdr.10: 9.

In Martyribus idem est mori, ac florere.

Joann.19. 41.

Marc. 16. 6.

13 Ergo in præfatum textum. Non mortui judicantur in terram præ vulneribus cadentes, sed in flores germinantes, quasi cecidissent seminum grana, prosternente tyrannide Martyrum corpora: conata est Gentilitas abolere penitùs è cordibus fidem, opplens sanguine Martyrum orbem. Defraudata est à desiderio, proprio meditato consilio. Necabant purpuras, quarum sanguis effusus producit alias: dicunturque Martyres vel morientes germinare, tyrannis cogitantibus consilia, quæ nequaquàm potuerunt stabilire: igitur singulorum duntaxàt guttà cruoris, germinabat terra tincta innumerabiles Martyres. Dum plures intereunt plures oriuntur. Feracior terra sanguine humano. Laboratur efficaciore in fructus beneficio. Unde, quæ cadunt saucia cadavera, sunt nobilissima germina; quoniam sanguine unius vulnerati Martyris, replebatur Martyribus terrarum orbis.

Occisa corpora, seminum grana.

14 Luget terra Ecclesia casum germinantium: luget deciduam pulchritudinem florum. Avulsos etiam ab uberibus luget, & simul de nece gaudet, flo-

ribus excerptis redimita, atque fulgoribus clara. *Facies ejus fulgebat subitò & species: coruscus fiebat visus ejus.* Fletus est, si ostenditur causa: cæterùm si effectus, genitricis mirifica gloria. Tristitia ex crudelissima morte, mirabile gaudium ex certamine: germinaque dicuntur, matre Ecclesiâ conspiciente casum; quippe quæque singula amittit, multiplicata, ut decoretur recipit. Haud cadere fas dici, de Martyribus qui cadunt; ubi morte, ut gaudeat Mater nascuntur: etenim dum spectat per orbem tot cadavera Martyrum, etiam expectat ubertatem florum. Hinc multi in frusta minutim concisi cadunt, sed non in frustra, alia purpurà natà. Diversis in partibus moriuntur, ut ubique, qui etiam sanguinem fundant, nascantur. Lugeturque mors ob crudelitatem; sed plauditur propter germen: etenim sanguine fœcundo manante ex athletarum vulneribus, totus mundus quasi hortus coruscus rutilat floribus. Optimè quadrat, quod de bove immolato, in greges apum converso, canit Ovidius lib. 1. *Fast.* v. 384.

Ibid. v. 25.

Ecclesia morte Martyrum mœret & gaudet.

Quare?

Ovid.

Mille animas una necata dedit.

15 De altero Vincentio dicitur in *Martyrolog. Hisp.* die 11. Mart. Spoliato Vincentio, *Recillianus in medio concilio flagris cædi imperat: & cùm sanguis ex flagellorum vibicibus influere cœpisset in terram, jubet rex tenebroso carcere observare, sed suæ integritati restitutus, laudes Deo canebat.* Si flagris crudelissimè cædit, cur decurrere in terram non indulget: ut satietur crudelitas sanguinis rivulis, fluxis è sacratis venis? An quia adinstar elephantis, viso proprio sanguine, ampliore præstat virtute? Canit Vanninus lib. 1. de *Arte amandi Deum.*

Martyrol. Hisp.

Vincentii Abbatis sanguis fœcundus.

Instar elephantis.

Guid. Vann.

Dant animos plagæ, sanguis quoque robur adauget.

Senec.

Apprimè Seneca ubi supr. *Ad suspicionem vulneris tyro pallescit: audaciter veteranus cruorem suum spectat, qui scit se sæpe vicisse post sanguinem.* Ulteriora tyrannus cavet, diriora de sanguine timet, etiam dum Martyrem cædit. Purpuræ à sanguine purpuræ generantur, ac in splendorem primæ, pretiosæ oriuntur. Unus erat Vincentius cum quo pugna: timebat tyrannus plurium certamina: & sistere jubet effluentem sanguinem, ne convertatur in semen: etenim vel levis guttula sanguinis, qui decertent pro fide nascentur plures. Haud aliter factum: germen cum sanguine emissum: quandoquidem illo cadente, ita multiplicatæ sunt purpuræ; ut procederet pro victoria parta in bellum, grex inclytus Monachorum.

Formido tyranni ex sanguine Vincentii.

16 *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*: dicit Dominus Caino post mortem fratris. Vox datur sanguini, uti symbolum virtutis Vincentii: noluit advenientibus Arianis, tacere, quia nondum didicerat formidare. Consubstantialitatem filii Dei profert: & Arianus corpus percutit, ut taceret fundens sanguinem; sed tunc habuit sanguis vocem. Cycnum imitatur: cum vulnere dulciùs canit, & vocem attollit. Obturavit Arianus aures; at vox Vincentii penetravit intima cordis. Non percussæ chordæ citharæ silent: & Ariani jubent, quòd flagra cessent; quippe quò magis percutiebant in vulnera cutem, altiorem sanguis emittebat vocem. Audiamus modò vocem sanguinis Abelis, ut clarescat vox Abbatis. *Vox sanguinum clamat*: legit Hebr. *Vox sanguinum*, idest, vox filiorum. Quorumnam? Nullum habuit, virgo quippe vixit. Unde ergo filii præ dolore clamantes, si non entis nullæ inveniantur passiones? Unde vox, si nullus est? Non erat vox filiorum Abelis, ut Abelis, sed ut Martyris, cujus sanguine terra germinat plures: diciturque vox sanguinum plurimorum, dum unius duntaxat narrat Scriptura effusum; quoniam ex illo sanguine tanquàm ex purpura prima, repleta fuit Martyribus claris universa terra.

Genes. 4. 10.

Cur canit, ut appetatur?

Similis cycno, & citharæ.

Hebr.

In sanguine Martyris nõ aliorum.

17 *Omnis sanguis justus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel*: dicit Salvator. Unus fuit, & plures sunt, non à progenie Abelis, sed à fœcunditate effusi sacri cruoris: igitur in testimonium fidei, quem effundebat sanguinem, erat Martyrum fœcundissimum semen, quo imbutus terrarum orbis, ut novellas plantationis germinavit in Martyres. Hæreticum fuisse Cainum disputantem cum Abele, tradunt Rabbini: vide Perer. & Alap. hìc. Obiit hic pro fidei veritate; & pro eadem fide mors Vincentii, etiam clamante sanguine, vel potius sanguinibus, è sanguine vulnerum in germina paria manantibus: igitur illicò ut Ariani occisum in terra relinquunt, Ramirus, & socii etiam purpurati surrexerunt. O virtus eximia! Vox est sanguinum, & vox filiorum. Alia *Tom. seq.* Patet purpurarum felicitas, & vel in terra majestas. Haud timent Martyres vulnera, quia convertuntur in germina. Erubescat tyrannus, igi-

Matth. 23. 35.

S. Ramirus & socii fructus sanguinis Vincentii.

igitur illæsa surgit vulnerata virtus. Canit Lucanus lib.6. *Pharsal. Bell.* v.240.

Lucan. *Incaluit virtus: atque una cæde refectus*
Solvat, ait, pœnas, Scævam quicunque subactum
Speravit: pacem gladio si quærit ab isto.

DIDASC. VI.

Medicamen injuriarum, vel cessio, vel beneficium.

Studium honoris, infatuatio mentis.

1 IDolum honoris, ac inviolatæ simulachrum phantasticæ auctoritatis, expulsa, vel cogitatione ab altari philautiæ, vel explosa in templi limine, quoties Trojam effecerunt pectus humanum, ut exarderet ignis in scandalum ultionum? Plutarch. *Gloriæ studium & honoris insania in affectiones*: ait Plutarch. in *Sylla.* Honor aliquando accipitur pro honoris ignominia, qua dedecoratur gloria; & apparet hujusmodi studium honoris insania.

Ovid. *Pavor attonito rationis ademerat usum.* Equidem statuam honoris deturbari furiosus arbitratur, dum à reverentia erigitur. Psalm. 34. 26. Induitur *confusione, & reverentia*, tuncque vacui cerebri pellucet insania: igitur dum reverentia astruit cultu auctoritatem, excogitat amens reverentiæ confusionem. Senec. *Noli* (ait Seneca de *Consol. ad Polyb.* cap. 73.) *contra te ingenio uti tuo. Noli adesse dolori tuo.* Quo ergo pungitur pectus, si non est ictus? Mordet cogitatio, ac proprio stimulatur ingenio: siquidem ita studium in honoris auctoramen, ut inimicum affectio reputet, vel propriam cogitationem.

Sibi nocet, & pungit.

Virgil. *Impositum ignem, sopitos suscitat ignes.* Ut canit Virgilius, lib. 8. *Æneid.* v.410. Unde, ubi pro concepta injuria proximum destruere conatur, ipse turpiter, atque furiosè destruitur.

2 Ignis fatuus, de quo sæpe egimus, semper index felicitatis, sicut ignis communis signum ultionis. Apprimè. Patet jam, quod ultionis auctoritas non est felicitas. Habet ignis comburere, & lucere. Ita injuria accepta in corde, commotà, aut immotà bile; igitur furiosus vocat fatuitatem, potestatem non tendere in ultionem, quin cogitet splendorem amitti, dum intendit splendorem: se sibi nocere ardore impetuoso flammæ; quippe honor magis obscuratur sine luce: fatuusque verè judicandus, qui prorrumpit in vindictam, quanvis viderit offensam; siquidem propter futilem vindictæ voluptatem, indicat læsum inviolabilem honorem. *Tunc, cùm facere videntur injuriam, accipiunt*: infit Stoicus lib.6. *Nat. qq.* cap.3. Patet: ignis si materiam consumit, illicò perit. Fatuitas est, ut alius pareat, perire; & quærere splendorem ex flamma offensæ: cùm idem sit tendere in injuriæ ultionem, ac proprium videre finem. Semper ignis luceret, si materiam in splendorem unicè tangeret. Vorax haud cessat, quousque redigat in cineres. Ita furor causà, vel leviter tacti honoris: igitur vindictà perit honor, & simul ruinà evanescit splendor. Ignis communis amittit flammam, ubi intendit offensam. Ille alius tantùm tangit materiam ut luceat: communis ut ardeat: & qui solicitat erga honorem majestatem, debet reprimere cordis inflammati ardorem; quippequàm honor ampliùs lucet prætermissione injuriarum, quàm executione ultionum.

Ultionis auctoritas non est felicitas.

Destruit quod astruit.

Senec.

Ignis fatui, ac communis discrimen.

Ex offensa Indulgentia maxima gloria.

3 Conflictum singularem contra conflictum assignat Assertor N. Descendunt in arenam ratio status, & status rationis. Primùm ille palæstram occupat, post illa oppugnat. Morbus sanè inveteratus quo dulciter laborat homo, inclytæ vanitatis studio. Rationi congruit judicare, statui judicium rationis sequi; & dum bellum vel umbraticè initur, ratio semper posthabetur; quia nequaquàm obtinetur status, ut mancipetur rationi, sed detruditur ratio, ut obediat statui. Patet in Christi causa à Pilato Judice cognita fuit innocentia; & excidit causa, Cæsaris [illegible] citia. Exulant jus, lex & fas. Nil rectè geritur, ubi status sine ratione suffragatur. Status & ratio, cùm conciliari possint, decertant uti adversarii. Hieroglyphicon rationis perstat, atque præstat Sol: lemma: *Super bonos & malos.* Matth.5; à v.43. Insigne status Lupa agnos discerpens & catulos fovens: epigraphe: *Ethnici hoc faciunt.* Hæc signa in signis: & sæpe homines pro peculiari meditata offensa, ponunt signa sancta signa; quoniam ulciscuntur, quæ cordis scribit amaritudo, quasi decerneret ratio. Ab statu profertur: *Dictum est.* A ratione, & æterna: *Dico vobis.* Justum utique erit, quòd injuriarum pessundetur ultio, siquidem in commodum jubet ratio, quæ respicit legem, & simul amplectitur status honoratam majestatem.

Rationis status adversatur rationi.

Oblivio injuriarum, parcètis commodum.

Du-

4 Durum, dices, videtur, fovere in pectore aspidem ut calore reviviscat in amplectentis perniciem: unde sub emblemate capræ, à qua lactatus lupus, queritur Alciatus *Embl.*64.

Capra lupum non sponte meo nunc ubere lacto,
Quod malè pastoris provida cura jubet.
Alciat. *Creverit ille simul, mea me post ubera pascet:*
Improbitas nullo flectitur obsequio.

Quid ergo faciendum? Vincere in bono malum. Accedat charitas, simul status severitas, ut charitate redeat malus in frugem; ac severitate, ne audeat iterùm abrumpere legem. Est amor verus sub odii larva, ut compescatur turpis audaciæ impudentia: igitur pervicacia detinetur compede, cogitans læsum posse facere mala, cæterùm nolle perficere. Odium amantissimum est, quod construit in facti pœnitudine pectoris charitas; & nequaquàm in geminandam patrationem sceleris, vafra cordis malignitas: igitur quantunvis torvum aspectum demonstret, odium non ab affectione, sed ab amore procedit, minimè intendens in hominem, sed in crimen. Vide Greg.Pap. Homil.37. in *Evangel.*

Odium non in delinquentem, sed in crimen.

5 Lucta insignis Angeli & hominis consideranda, ut homo sese gerat præclarè in rationis, atque status frequentissima pugna. *Solus erat Jacobus, & ecce vir luctabatur cum eo.* Non armis initur bellum, sed lacertis, tota pectoris virtute. Auspicatissimo sanequàm omine. Felix profectò pugna, ubi excitantur corda, ut arctiùs jungantur pectora. Luctabantur; sed luctà [illegible]imebant, quo pacto homines vincerent, si vincerentur. Potior virtute Angelus, & homo prævalet: verùm vel antagonistam vincens, Jacobus *flevit, & rogavit eum.* Cur ergo rogat victor, & flet triumphator? Ut amplior ex cessione claresçat honor. Rogare contendentem in privatam aut publicam pacem, videtur hominibus honoris, atque auctoritatis dedecus: & pacem etiam victor rogat Jacobus; quoniam minimè splendori status ingerit ignominiam, flectere lachrymis adversarium in concordiam.

Genes. 32. 24.

Quæ felix pugna?

Osee. 12. 4.

Non detur-pat honorem ab adversario petere pacem.

6 Ulteriùs. Ne inter homines grassetur honoris stoliditas fatua; describitur pro modo in pacem, Angelica cum homine pugna. Ampliore virtute pollebat Angelus, quàm Jacobus: & sese fatetur infirmiorem, in pacis felicitatem, propter potiorem honorem: etenim illustrior honor, virtutis splendor, ac animi Angelici gloria, mutuo certante inimicorum potentiâ, virtutem propriam reprimere, ut queat inimicus de certamine flere. Hisp: *Para poder confundir à el enemigo en la lid, es preciso reprimir el poder, y el natural.* Flet Jacobus. Indicat dolorem fletus. In detestationem certaminis, hoccine exponitur certamen virtutis: igitur si ferente inimicitiâ, protraheretur pro viribus pugna; unusquisque, quoad posset, extenderet fortitudinem, expellentem cordium reconciliationem Pax certamine quæritur, & invenitur; quippe auctoritas fulget, si uterque cedit. Quid faceret Jacobus, si cessit Angelus? Necesse utique pacem pacisci etiam victorem cum lachrymis, dum cessionem videbat voluntariam potentioris.

Potestatem reprimere, est augere.

Astruit pacem, cedere superiorem.

7 Altiora inuit pugna, ut vanitas læsi honoris ab hominum relegetur phantasia. Jacobus quietè stabat, inimicus obviat. Vincit, qui pugnæ occasionem non quærit. Cadit virtute, qui non parcit occasioni. Si Jacobus duceretur insultationis causà, non fleret, sed potiretur victoria; & pro gloria ampliss ima tam virtutis, quàm honoris, victum etiam rogat lachrymis; quoniam inter inimicos gloriam magnam sibi vendicat, qui etiam provocatus in pugnam, quæ ad pacem à victo rogat. Prætermittunt homines ratione status proprium commodum, foventes auctoramine falso nocumentum, cùm prius optent vinci, quàm flecti, læso honore, læsionis cogitato medicamine; ignorantes magis dolore pectus, dum exulceratur vulnus, & cessionem certaminis, medicam esse conservationem honoris. Unde Jacobus victor luget, victor cessit; quippe victor certamine caderet, ni Angelo victor, quasi victus succubuisset.

Gloriam obtinet, qui vel lacessitus cedit.

8 Prætereà. Non solùm homo luget pugnam, sed victoriam, quippe sæpissimè nactus triumphus attulit victori dedecus. Ille virtute prævalebat, sed ille alius prævalere poterat: partàque victoriâ, pacem exposcit etiam lachrymis prudentia; siquidem stulta insania, cum eo implacabiles inimicitias exercere, qui potest, modò velit, victorem vincere. Etiam alio vinculo pax nectitur, sive adstringitur à Jacobo. Solicitat Angelus pacem, abdito certamine; & ille annuit benedictionis optabilis conditione. *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Non sat fletus, & preces, quibus animus ostenditur supplex; sed etiam addenda verecundia

Vindicta in Superiorem fatua.

Ubi supr. v.26.

pro

Vanitas conciliat inimicitias.

pro benedictionis gratia? Exterminatur operatione à corde hominum, quicquid concordiæ obest stoliditate vanitatum. Reconciliarentur profectò corda, si victus, vel adversarius humiliaretur pro gratia; quoniam commovet pectoris humanitatem, adversarium considerare humilem & indigentem. Nequeunt petere, quia cupiunt ulcisci, fugientes reconciliationem, ex qua productúri pacem. Hanc Jacobus exoptat: igitur si gratia adversarium conciliat; ut arctiùs adstringeret amicitiam, etiam victor ab Angelo petit gratiam.

Dirimitur discordia, interveniente gratiâ.

9 Vide quantum commodi in Jacobo cum certante illustris reconciliatio. Luctabantur. Superior conditione & virtute Angelus erat. Jacobus licèt inferior pro viribus decertabat, concipiens animos, eò quod esset appetitus, nec vires demonstraret, nisi ut se defenderet. Angelus potuit vincere, sed noluit: & quia noluit, victor reconciliationem petit; quippe nihil magis flectit animum inferioris ad votum pacis; quàm Superiorem videre posse vincere, sed nolle. Hoccine stemma elucet in pugna. *Nervum femoris* victoris Angelus tetigit, cujus tactu illicò *emarcuit*. Eminuit in Angelo majestas conditionis, rejectà generosè potestate majestatis: tuncque instat in amicitiam, qui jam obtinuerat ex superiore victoriam; cogitans animi virtutem, & quàm sibi cum illo congruam pacem, qui cum percutere posset, tetigit, & non percusit. Ex ungue cognovit leonem, & sibi consulens dirimere cupit certamen: igitur æstu vindictæ experiretur ictum, ni prudens resipisceret ad tactum. Cognovit animi docilitatem Angelus, & virtute erga luctantem non est usus: equidem sat erat in superioris decorem, quod inferior illius in vindictam cognosceret potestatem. Verùm hoc aliàs tam in Petri gladio, quàm in Cherubico.

Superioris auctoritas, quòd tantùm ostendatur in ultionem potestas.

Vers. 25.

10 Denique: Luctabantur. At nequaquàm lucta in luctam, sed in arctam animorum concordiam. Unde igitur inimicorum ad speciem, certamine inito, tam prompta stabilis in perpetuum reconciliatio? Quia Jacobus vincens se fatetur inferiorem, & Angelus cedens abdit superioritatem, hebete gladio, corde sumisso, etenim ensis evanescit acies, maximè in supplices? Intimiùs pax adstringitur, ut inter Superiorem & Inferiorem firmetur. Cedit Angelus, & gratiam in benedictionem petit Jacobus. Non mirum, quòd

Conciliant animos inferioris humilitas, atque superioris generositas.

Ubi supr.

corda vinceret utriusque comitas: igitur nil magis expellit à pectore inimicitias; quàm quòd inferior superioris gratiam exposcat, ac superior generosè concedat. Hinc Christus jubet: *Benefacite his, qui oderunt vos*. Ita erit pax. Si acceperit gratiam, adipiscéris concordiam: ni acceperit, nobilissimam vindictam: igitur & generosum exprimis animum, & confundis inimicum.

Quid me pestifero tenes
Amore victum?

Senec.

Dixit Oedipus apud Senecam in *Thebaid.* v. 38. Pestifer signatur amor, dum pectus invitè favoribus demulcetur: equidem potiùs quàm vulnera, suffocat beneficentia. *Inter se contraria sunt beneficium, & injuria*: astruit idem lib. 3. de *Benef.* cap. 22. Fallitur. Aliquando sanè non contraria: quandoquidem renuenti inimico gravior infertur injuria, collata gratia.

Acriùs quàm jacula percutit beneficentia. Idem. *Quomodò injuria?*

11 *Multis honoribus nos honorave-* Act. 28. 10
runt: dicit Lucas de se & Paulo deportatis in Melitam post naufragium. Quid hoc? Nonne si honores erunt honori? Nullo modo. Considerandi pro pectoris diversitate. Amicabiles epulæ nocent venenato stomacho. Beneficia sunt toxica cordi maligno, maximè æstuanti veneno vindictæ, pro ultionis cogitatione. Sæpe ut sopiantur acervitas & cordis aversi discordia, studet animus remolescere gratiâ, honorare inimicum & ultorem, exprimere muneribus pectoris benignitatem: igitur patet oculis cordis manifestatio, obsequio exhibito, verùm improbitas nullo flectitur obsequio. Riget gratiis: & in gratis pectoribus in honorem designantur honores; quoniam honor, quem inimici effrontis renuit improbitas, convertitur in injurias. Respuit ulceris medicamen, quisquis cogitat medicamen ulceris, offensæ ultionem. Satagit stultè sanitatis, sed pungentis exacerbatione vulneris. Studet honori, & consulit ignominiæ; dicunturque honores honori; quippe dum fatui ultionem pro honore quærunt, vindicta dedecorantur. Honores conferuntur in honores, verùm patent ægritudines: nequeunt accipere præ dolore; ut majora possint pati, si excogitantur majora: etenim interveniente vel levi gratiâ, totius pectoris ravidè despumant vulnera.

Inimici improbitas in venena mutat gratias.

Vindicta honorem dedecorat.

12 Concors videnda sententia, quamquàm in materia opposita. *Oneratis homines oneribus*: dixit Legisperitis Salvator Christus. Hi onerant oneribus: illi honorant

Luc. 11. 46.

rant honoribus. Facillimè exponuntur Tautologiæ, assumptione indigni, in dignitatem electi, ut luceat, & splendore evanescat: etenim tunc honor non est honori, sed propudiosæ ignominiæ; quia honores tanquàm onera gravant, ut lapsu majore ruant. Sed hoc alibi. Inter honores numerare debemus beneficia, quippe favoribus alliciuntur corda. Pondus sunt, aliter tamen & aliter. Amicis in gratitudinem, inimicis in frontis confusionem. Qui iniquo vivunt animo (quos velicat ultio) magis appetunt tolerare offensam, quàm sustinere gratiam: & beneficia propter honorem collata, vocantur onera; quippe liberalis pondera gratiæ nullo modo possunt ferre. Intolerabile illis videtur pondus, quo levatur ægritudine pectus; fitque gravior molestia quia gravitas voluntaria: unde demonstrationes charitatis intima pungunt vulnerati cordis, in nova vulnera beneficium despicientis: equidem quia ultrò gratias collatas non ferunt; onera ferre coguntur.

Indigno honor, onus.

Cur beneficia dicantur onera?

13 Demùm. *Oneratis oneribus.* Quid nisi oneribus onera? Etiam onerant & propensiùs beneficia, maximè si diriguntur in aversum, atque in animum obliquum; contendentem, nil esse vel quoad speciem, quod impediat præmeditatam ultionem, imò astruat uti justam futilem auctoritatem. *Genus ultionis est* (inquit Seneca de *Constant. Sap.* cap. 17.) *eripere ei, qui fecit, contumeliæ voluptatem.* Penditur beneficiis propositum iniquum malignitatis, & proscinditur intentio, quia gratiarum non est ultio, sed redamatio; nec excusari potest in dedecore vindictæ, in beneficium [illegible]tum emissione: dicunturque jurè beneficia tam honores, quàm onera; ut constet quanta & qualis erga aversos generosa gratia: igitur in gloriam tunc honori sunt honores, cùm onerantur inimici gratiis. *Egredietur gratis, absque pretio:* dicitur de serva. Non idem ab offenso collata gratia: quandoquidem etsi gratis beneficium inimico, non sine pretio: quippe ampliorem nanciscitur gloriam, qui inimicum amplectitur etiam offensus in gratiam.

Senec.

Quinam honor honori, & oneri?

Exod. 21. 11.

14 *Omnes peccaverunt* (ait Rector Gentium) *& egent glorià Dei.* Glorià? Gratià: igitur hæc immediatè opponitur peccato, ac illius beneficio fit in filios Dei adoptio. Haud peccati vulneri alia medicina, nisi gratia. Ergo si omnes peccaverunt, egent gratià, sed non glorià; quandoquidem gloriam Dominus non concedit sine gratia. Gratiam & gloriam dabit Dominus pœnitentibus, sed minimè peccatoribus: unde semper erunt peccatores, quousque abstergat gratia maculam criminis. Quo igitur pacto non gratiæ, sed gloriæ Paulus exponit hominibus beneficium, si omnes peccarunt? Quia quæ nobis gratia, Domino est amplissima gloria: equidem comprobatur glorioso in nos amoris generositas, dum effunditur in gratias: peccatoresque dicimur, quando sic gratiis dignamur; ut emineat gloria in gratia: igitur gratiarum præstantior honos, dum perveniunt, ne sint, in ingratos & indignos.

Rom. 3. 23.

Amoris Dei nobilitas effusi in gratias.

Et erga in gratos.

15 Penitiorem sensum habet Pauli sententia. *Omnes peccaverunt & egent gloria.* Nota discrimen in Dei glorificationem. Gratia & gloria hominibus datur, verùm diversimodè conceditur. Gloria datur existentibus in gratia: gratia gravatis à culpa. Gloria in amicitiæ comprobationem, atque dignitatis notam: gratia verò in dignationis signum, atque amicitiam. Amicis conceditur gloria, verùm inimicis gratia: Paulusque, dum egent gratià, asserit peccatores egere glorià; quippe gloriæ Dei insigne, inimicis abundè gratiam conferre. Honor Dei ab Apostolo Gentibus prædicatur, & in gratia ejus gloria meritò stabilitur: etenim si per benefica auxilia, ac favores, divinæ excellentia cognoscitur majestatis; nulla major, quàm per gratiam, inimicum admittere in amicitiam. *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei.* Cajetanus: *Egent glorià apud Deum.* Apprimè, ut Dei imitentur gloriam, qua pro libito carent, quanvis in proximos usquequaquè peccent. Gloria, quæ est in cœlo, potest obtineri in mundo. Qui nulli nocet, & cunctos favet; pro gloria etiam inimicis gratià continuò consulit. Qui vicissim in alterutrum peccant, necesse est, quòd beneficiis ejusmodi gloriæ studeant: quandoquidem nulla major, si quæritur honor; quàm gratiam inimicis ultrò conferre, atque in amicitias aversantes conciliare. Mali queritur Jocasta apud Seneca ubi supr. v. 370. dicens:

Gloria Dei, conferre inimicis gratiam, & fovere in amicitiam.

Cajet.

Deerat ærumis meis,
Ut & hostem amarem.

Senec.

Non est ærumna, sed gloria: equidem ex injuriis oritur materia laudis, & salus ex inimicis. Aptiùs Tibullus *lib.* 3. *Eleg.* 7. v. 23. ut arctentur corda,

Æmulandæ ab hominibus.

Perfida, nec meritò nobis inimica, mœrenti
Perfida, sed quanvis perfida, chara tamen.

Tibull.

TAU-

TAUTOLOGIA DECIMA.

PERCUTIAM VOS GLADIO.

Exod. 22. vers. 24.

EXPOSITIO LITERÆ.

PARUM Nobis negotii faceſſet hujuſmodi Pleonaſmus, quippe in ejus expoſitionem plura congeſsimus *Tomis prioribus*, & deinde quæ pertinent ad Tautologias percuſsionis, & occiſsionis ſine miſeratione, de quibus à num. 14. latè illuſtrabimus hìc *Taut.* 14. à n. 34. ideoque brevis, verùm non mutila erit expoſitio literæ, cùm locis citatis latiùs videri poterit. Ne fortior inter cives omnia poſſet, ſed de potentia inordinata, vel inſolenti caveret, cùm potentia non ſit poſſe, ſed licitè poſſe, orto poteſtatis auctoramine non à poteſtate, ſed à lege, non moderatà, ſed moderante ratione; quanvis rumpantur faſtosè infulati, ſibi dignitatibus blandientes, & perforentur ſuggeſtione munerum vellicatæ ſuaviter aures, ſtabilientes propter ſtatus rationem, rationis exulis terminum; ac propter ſenaculum regiminis, regiminis exterminium;

Potentia nõ eſt poſſe ſed poſſe licitè.

Qui neque leges, neque æquum bonum uſquam colunt.

Ut ait Plautus in *Menæch.* Act. 4. ſcen. 2. verſ. 10. & Ægyſthus apud Senecam in *Agamemn.* Act. 2. verſ. 269.

Plaut.

Ignota tibi ſunt jura regnorum, haud nova:
Nobis maligni judices, æqui ſibi,
Id eſſe regni maximum pignus putant,
Si quicquid aliis non licet, ſolis licet.

Senec.

(Præſcripſerat Machiabelliſmum Photinus eunuchus in conſilio amplectendi vel repellendi Pompejum Magnum à Cæſare victum, dicens Ptolomæo adhuc puero regnanti, uti canit Lucanus de *Bello Pharſal.* lib. 8. à v. 484.

Jus & fas multos faciunt Ptolemæe nocentes.
Dat pœnas laudata fides, cùm ſuſtinet, inquit,
Quos fortuna premit. Fatis accede, Deiſque,
Et cole felices, miſeros fuge. Sidera terra
Ut diſtant, & flamma mari, ſic utile recto.
Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere juſta
Incipit; evertitque arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt, quæ regna inviſa tuetur,
Sublatuſque modus gladiis. Facere omnia ſævè,
Non impunè licet, niſi dum facis. Exeat aula,
Qui volet eſſe pius. Virtus & ſumma poteſtas
Non coëunt. Semper metuet quem ſæva pudebunt, &c.

Lucan. *Machiabelliſsimus, qui ſemper vel frequenter in aula.*

Ecce norma tyrannidis, & conſiliarius pueri regis) ut retundantur judicum ſuperbiſsimi ſpiritus, & diſcant juſtitiam moniti, & non temnere Divos; quoniam etſi latet, patebit quo tribunali juſtitiæ judicandæ; igitur tandem tandem faciet judicium & vindictam pauperum; ita Dominus loquitur filiis Iſraël: *Advenam non contriſtabis, neque affliges eum: advenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio; & erunt uxores veſtræ viduæ, & filii veſtri pupilli.*

Exod. 22. 21.

2 Minimè quia causa advenarum, viduarum & pupillorum impià miseratione est protegenda; cum dicatur & ad rem *Exod.*23.2.3. *Non sequèris turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut à vero devies* (perpendant qui suffragantur) *Pauperis quoque non misereberis in judicio.* Caput tradendum legi, pectus inopi. Jus discernendum justitià, neutiquàm miseratione. In pauperes intendat totis visceribus mater bajula clementia: in causas pauperum integerrima justitia. Melius est enim, benè odisse, quàm sic malè misereri. Nemesis collocabatur olim, ut asserit Chartarius in *Fortun.* à fol. 307. cum mensura,& statera, cujus comes Victoria inter pauperem & divitem, adstantibus Calumnià, Discordià, Invidià, Jure, Ratione, & Lege; ut perpensis actibus victorià judicii surgeret discretione juris & calumniæ, rationis & discordiæ, legis & invidiæ, inter potentem & inopem. Frænat utrumque Astræa. In cœlum dirigit luminum aciem; quippe congruit litigantium respicere causas, & nullo modo personas. Verùm quia plerunquè proteruntur miseri, advocatus pauperum, & judex judicum hìc exponitur Deus. *Propter miseriam inopum & gemitus pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus*: Psalm. 11. 6. Cognoscetur que Dominus judicia faciens, cùm in operibus manuum suarum comprehenditur judex, ut discat parcere alterius oppressioni, eandem opressionem patiens. *Lex recta est, quùm quis patitur, quod fecerit ipse.* Jus Rhadamanthi est. Meminit legis Augustinus lib.13.*contr.Faust.* Isidorus Peluslota *lib.*2.*Epist.*113.*lib.*4.*Epist.*86.& 209. Etiam Aristoteles 5. *Ethic.* cap.5.& 8. Seneca in *Hercul. furent.* Act.3. v. 730.

Exod. — *Quid illustre in causa pauperis?* — *Imago Justitiæ.* — Chartar. — Psalm. 11. — *Pœna Talionis.*

Non unus alta sede Quæsitor sedens
Judicia trepidis sera sortitur reis.
Auditur illo Gnosius Minos foro,
Rhadamanthus illo, Thetidis hoc audit socer:
Quod quisque fecit, patitur: auctorem scelus
Repetit, suoque premitur exemplo nocens.

Senec.

Sumpsit Seneca ex Virgilio, qui elegantissimè lib. 6. *Æneid.* à vers. 566. succinit:

Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna,
Castigatque, auditque dolos, subigitque fateri,
Quæ quis apud Superos, furto lætatus inani,
Distulis in seram commissa piacula mortem.
Continuò sontes ultrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans, torvosque sinistra
Intentans angues, vocat agmina sæva sororum.

Virgil.

3 Patientia pauperum non peribit in finem. Fugit terras,in cœlum ducta justitia, propter hominum scelera: verùm nefas de cœlo prospicit,& propter afflictos descendit de cœlo ad terras; quippe patientia jamiàm libertate caret, currit in pœnas, sequiturque quà duxerit ira.

——Subitò liquida cessantem vidit ab æthra
Justitia, & tanto viduatas judice leges
Continuò frontem limbo velata pudicam,
Deserit autumni portas, quà vergit in Austrum
Signifer, & noctis reparant dispendia Chelæ.
Pax avibus, quacunquè volat, rabiemque frementes
Deposuere feræ: lætatur terra reverso
Numine, quod prisci post tempora perdidit auri.

Claudian.

Canit Claudianus in *Panegyr.* Manlii Theodor. à vers. 115. Illustris sanè periphrasis cum Somatopaia, Græcè, *Anthropopathos.* Hìc Deus loquitur de judicibus aulicis,de quibus, estò juriperiti, legibus sopitis affectu, vel Ethnicus in *Heautontim.* Act. 4. scen.1. vers. 29. dicit:

Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum,atque æquum sciunt?
Melius pejus; prosit, obsit: nil vident nisi quod lubet.

Terent.

Quasi non esset scientia in excelso,& Deus dormiret,nec injustos notaret,nec supplicibus faveret, nec miseris parceret: quandoquidem & gemitus audit, & commutatis decussim brachiis, qui iniqui judices, à Deo in trutina ponuntur eadem, recipientes dupliciter quæque fecerunt. Haud quia advenæ & peregrini sine notis,viduà sine marito, pupilli esse videntur sine parentibus opprimendi sunt: equidem *Percutiam vos gladio, & erunt uxores vestræ viduæ, & filii vestri* morte vestrà, *pupilli.* Idem

exa-

examen erit in trutina, èadem profectò pœna. *In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini; & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Matth. 7. 2. Caro vestra carebit patrocinio, igitur *percutiam vos gladio.*

4 Cur autem additur *Gladio*, est propositum nostrum, simulque aliarum expositio Tautologiarum affinium, uti illud Lucæ cap. 22. 49. *Si percutimus in gladio*: & alia similiter obvia in Scriptura. *Percussit eum & vulneravit.* 3. Reg. 20. 37. idem Cantic. 5. 7. *Percussisti, nec misertus es.* Thren. 2. 21. *Occidisti, nec pepercisti.* ibid. cap. 3. 43. *Lapidabunt te lapidibus.* Ezech. 16. 40. & 23. 47. Pro harum & similium intelligentia observanda est varietas acceptionum Percussionis. *Percutere* ergo propriè significat valdè quatere, seu nimis affligere. Unde, ni fallor, magis quàm ex se, ex materia, cui applicatur, sumenda est indicatio: etenim quicquid offendit, vel displicet, percussio dicitur, ut cùm lucis radii offendunt, percutiunt oculos, aspera tactum, clamor auditum, ingrata palatum, imò totum hominem, ut dixit ille senex Megadorus apud Plautum in *Aulul.* Act. 2. scen. 1. vers. 29. *Percussio pro displicentia.*

——*Mihi misero cerebrum excutiunt*
Tua dicta soror: lapides loqueris. Plaut.

Sicut econversò, cum grata audiret, dixit Aristophanes: *Rosas mihi locutus est.* Metaphoricè hujusmodi locutio transit ad animum: quapropter quicunque amore, solicitudine, suspicione, mœstitiâ, superbiâ, amaritudine, irâ & aliis id genus affectibus perculsus quatitur, percussus dicitur. Aristoph.

5 Interdùm sumitur pro vulnere vermis conscientiæ, cognitis malefactis, & explicitis pavore tremuli cordis. Jurè dixit Plautus in *Menæch.* Act. 5. Scen. 6. v. 20.

Metum ut mihi adhibeam (subtraham) *culpam ab stineam.* Plaut.

Ictum validum conscientiæ retuli *Tom.* 1. *Tautolog.* 5. Didascal. 1. à num. 8. & *Tom.* 2. *Tautolog.* 9. in Lit. E. n. 5. Attamen audi Boëtium lib. 1. de *Consol. Philosoph.* Metr. 4. vers. 15. *Pro conscientia.*

At quisquis trepidus pavet vel optat
Quod non sit stabilis, suique juris,
Abjecit clipeum, locoque motus
Nectit, qua valeat trahi catenam. Boet.

Juvenalis *Satyr.* 13. à vers. 1.

Exemplo quocunque malo committitur, ipsi
Displicet auctori. Prima est hæc ultio, quòd se
Judice, nemo nocens absolvitur, improba quamvis
Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam. Juvenal.
Quid sentire putas omnes, Calvine, recenti
De scelere & fidei violatæ crimine?

Lucanus lib. 7. de *Bell. Pharsal.* v. 470. & 781. *Conscientiæ tormentum pœna maxima.*

Dii tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur
Sed sensum post fata dent.
Hunc omnes gladii, quos aut Pharsalica vidit,
Aut ultrix visura dies, stringente senatu,
Illa nocte premunt: hunc infera monstra flagellant,
Et quantum pœnæ misero mens conscia donat. Lucan.

Senec. in *Hippolyt.* Act. 1. v. 145.

Tutum esse facinus credis, & vacuum metu? Erras. Senec.

Horatius lib. 3. *Carm.* Od. 2. v. 31.

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo. Horat.

Nostro ergo proposito aptiùs Virgilius lib. 12. *Æneid.* v. 160. & Ovidius lib. 5. *Metam. fab.* 6.

——*Et tristi turbatam vulnere mentis.*
Jura sui mœrens, inconsolabile vulnus
Mentis gerit tacitæ, lachrymisque absumitur omnis. Virgil.

Quæ acceptio frequens in Bibliis. Prov. 12. 18. *Quasi gladio pungitur conscientiæ.* Unde illud Matth. 27. 3. *Pœnitentiâ ductus*: ideſt, conscientiâ, de quo nobis sermo, *Tom.* 4. *Tautolog.* 7. ad illud Deuter. 28. 28. *Percutiet te Dominus amentia, & cæcitate, & furore mentis.*

Percuſsio pro tactu, aut ſeparatione.

6 Aliquando quoque percuſsio ſumitur pro tactu, ictu lædente, aut ſeparatione. 4. Reg. 2. 8. *Percuſsit aquas, quæ diviſæ ſunt*: ideſt, tetigit. Ita Pſalm. 77. 20. *Percuſsit petram, & fluxerunt aquæ.* Exod. 21. 20. *Qui percuſſerit ſervum ſuum, vel ancillam virgâ*: hoc eſt, læſerit. Prov. 23. 13. 14. *Si enim percuſſerit cum virgâ, non morietur: tu virga percuties eum.* Iſai. 30. 31. *A voce Domini pavebit Aſſur virgâ percuſſus.* Pſal. 101. 5. & 104. 33. *Percuſſus ſum, ut fœnum. Percuſsit vineas eorum, & ficulneas.* Jonæ 4. 7. *Percuſsit hæderam & exaruit.* Amos 4. 9. *Percuſsi vos in vento urente.* Quæ acceptiones etiam apud Profanos. Euripides in *Suppl.* v. 233. *Vulneraſti domos.* ideſt, evertiſti. Virgilius lib. 7. *Æneid.* v. 190.

Virgil.

——Quem capta cupidine conjux
Aurea percuſſum virga.

Idem referens Ovidius lib. 14. *Metam. fab.* 6. ait:

——Ad inſidioſa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Repulit, & ſtricto pavidam deterruit enſe.
Et tetigit virga ſummos Dea dira capillos.

Ovid.

Unde patet percuſsio pro tactu: pro læſsione exprimit lib. 3. *Triſt.* Eleg. 8. ubi canit:

Quique per autumnum percuſsis frigore primo
Eſt color in foliis, quæ nova læſit hyems.

Idem.

Pro deformatione.

7 Multoties ſumitur pro deformatione, vel devenuſtatione, aut tædio exprimente percuſsione cordolium vel pœnitudinem. *Percutiet eum* (Nilum) *in ſeptem rivis, ita ut tranſeant per eum calceati.* Luc. 22. 64. *Percutiebant faciem ejus.* Apoc. 8. 12. *Percuſſa eſt tertia pars Solis, & tertia pars Lunæ, & tertia pars ſtellarum.* Affabrè Virgilius lib. 6. *Æneid.* à v. 494.

Virgil.

Atque hìc Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora,
Ora, manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

Pro tædio.

Pro tædio Luc. 18. 13. *Percutiebat pectus ſuum.* & Jerem. 31. 19. *Poſtquàm oſtendiſti mihi, percuſsi femur meum.* Plautus in *Milit.* Act. 2. ſcen. 2. v. 49.

Plaut.

——Rationem computat, feriens femur
Dextrum, ita vehementer, quod tactu ægrè ſuppetit.

Et Virgilius lib. 12. *Æneid.* v. 155.

Virgil.

Terque, quaterque manu pectus percuſsit honeſtum.

De hujuſmodi ritu plura diximus *Tom.* 2. *Tautolog.* 7. in *Expoſ. lit.*

Vulnerata dicuntur [illegible] Ethnicis eorum Numina.

8 Verùm occurrit quanta dementia in Gentibus; igitur ut Clemens Alexandrinus in *Protrept.* ait: *Eſt ergo his meritò conſequens, hos veſtros Deos, qui & amore languent, animi vexantur perturbationibus, omninò inducere obnoxios humanis affectionibus, nam mortale illis eſt corpus. Rectè autem admodum conjicit Homerus, introducens Venerem propter vulnus acutâ & magna voce clamantem: & narrans bellicoſiſsimum Martem fuiſſe à Diomede in ventre ſauciatum. Polemo autem dicit etiam Minervam fuiſſe vulneratam ab Ornyto. Quinetiam dicit Homerus, Plutonem fuiſſe vulneratum ab Hercule, & Eleum Augeam refert Panyaſsis. Jam verò Junonem quoque conjugalem, ab eodem Hercule fuiſſe vulneratam in Pyllo arenoſo, narrat hic ipſe Panyaſsis. Soſibius autem dicit, etiam Herculem fuiſſe in manu ſauciatum ab Hippocoontidis. Quod ſi ſunt vulnera, eſt etiam ſanguis, &c.* Homerus *Iliad.* 5. à v. 341. ubi plura hujuſce farinæ videris à v. 390.

Clem. Alex.

Tunc porrectâ lanceâ magnanimi Tydei filius
Summam vulneravit manum, inſiliens acutâ lanceâ
Imbecillam: ſtatim autem cutem perforavit
Divinum per peplum, quem ei Charites elaborarunt ipſæ,
Extremam ſub volam fluebat immortalis ſanguis Deæ
(Cruor qualis fluit nempe beatis Diis:
Non enim panem edunt, neque bibunt ardens vinum.)
Illa verò valdè clamans abs ſe dejecit filium, &c.

Homer.

De Marte ab ipſo Diomede etiam percuſſo refert plura idem Poëta ibid. à v. 329. ſed vulnus inflictum à Minerva refert graphicè 9. *Iliad.* à v. 862. Seneca in *Hercul. furent.* Act. 2. v. 562. de Plutone accinit:

Telum tergemina cuſpide præferens,

Effu-

Effugit tenui vulnere saucius,
Et mortis dominus pertimuit mori. Senec.

Quum Pæon medicus curavit, ut ait Homerus *Iliad.* 5. Quod quidem vel Plautus ridet in *Menæchm.* Act. 5. scen. 3. v. 9.

Ait se obligasse crus fractum Æsculapio.
Apollini autem brachium. Nunc cogito,
Utrum me dicam medicum ducere, an fabrum. Plaut.

Vide Arnobium lib. 4. *contr. Gentes.* Hæc sint in seriis pro ludicra scena.

9 Acceptioni præcedenti jungi quit adversitas, amor, vel quilibet alius affectus; igitur ab AA. nomina vulneris, vel percussionis aliquando hujusmodi conatus, cogitationesve opportunè signantur. Ovidius lib. 2. de *Pont.* Eleg. 7. & lib. 3. *Trist.* Eleg. 11. *Percussio pro adversitate.*

Sic ego fortunæ continuo vulneror ictu
Vixque habet in nobis jam nova plaga locum:
Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet:
Deque gravi duras vulnere tolle manus. Ovid.

Propertius *lib.* 11. *Epigr.* 28. & lib. 3. *Epigr.* 21.

Nunc utcunque potes fato gere saucia mortem
Et Deus, & durus vertitur ipse dies.
Aut spatia annorum, aut longa intervalla profundi *Pro amore.*
Lenibunt tacito vulnera nostra sinu. Propert.

Virgilius lib. 1. *Æneid.* v. 4. & lib. 4. à v. 1.

Cùm Juno æternum servans sub pectore vulnus.
At regina gravi jam dudùm saucia curâ,
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne. Virgil.

Lucretius lib. 1. de *Rer. nat.* v. 919. accinit:

Percussit thyrso laudis spes magna meum cor,
Et simul incussit suavem mi in pectus amorem. Lucret.

Attestatur Guillielmus Hesius lib. 3. de *Charit.* Embl. 8. uti ingeniosè succinit:

Qui charus cupit esse, vulneretur:
Crebro vulnere sæpe vulneretur.
Non est integer ille, nec decorus,
Qui nullum patiens subivit ictum.
Vulnus nobile, nobilis cicatrix:
Quam suscepit amor, suamque fecit. Hesius.
Res est integra, amore vulnerari.

Eadem acceptione invenies plura apud Cicer. 1. *Philipp.* Corn. Tacit. lib. 1. *Ann.* cap. 61. *Vulnus adactum*: pro clade. *Vulnere domestico ictus*: pro filii morte, in *Agric.* cap. 18. Idemque ibid. cap. 7. etiam pro infortunio. Quo sensu Seneca de *Consolat.* ad *Helviam.* cap. 13. subdit: *Cùm semel animum virtus induraverit, undique invulnerabilem præstat.* Etiam invenitur stylus in Scriptura, Genes. 4. 23. *Occidi virum in vulnus meum.* Psalm. 68. 27. *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Jerem. 30. 17. *Et vulneribus tuis sanabo te*: & sic alia usquequaquè. Cicer. Tacit. Senec.

10 Denique *Percutere* absolutè ponitur pro interficere, maximè cùm nihil additur: Deuter. 1. 4. *Postquàm percussit Sehon: regem Amorrhæorum.* Idem cap. 8. 21. Josue. Cicero lib. 2. *Philipp.* infit: *Deprehensus cum sica percussor* (idest, interfector) *Cæsaris.* Sueton. in *August.* cap. 10. *Percussores ei* (M. Antonio) *subornavit.* Etiam Tacitus *Annal.* lib. 2. cap. 31-11. 37-4. 16-9. 3. & 14. 11. & Euripides in *Suppl.* v. 934. de Capaneo: *Percussum quidem igne Jovis.* Percussio ex se solum exprimit ictum: dum aliquid additur, vel est ut exprimatur instrumentum quo percussus aliquis, vel quod percussione sit occisus. 2. Reg. 1. 15. *Percussit illum, & mortuus est.* Deuter. 3. 3. *Percussimus eos usque ad internectionem.* Patetque distinctio. *Numer.* 35. 18. ubi: *Si ligno percussus interierit.* idem *Exod.* 21. 20. Claret percussionem non semper exprimere mortem, sed ictum: quo quidem potest fieri contusio, vel plaga, aut vulnus (facilius ferro, quàm aliis instrumentis, licèt non periculosius) quod ita dicitur, ubi ictu interna caro disjuncta patet, & hiat, manante cruore. Quo intelligitur illud: *Percussit eum & vulneravit*: hoc est, ita ictum impegit, ut vulnus ex ictu inflicto læsâ carne resultaret, & sanguis è plaga flueret. Quo sensu ita queritur Sponsa dicens: *Percusserunt me & vulneraverunt me.* Hæc phrasis invenitur apud Homer. 11. *Pro morte.* Cicer. *Quid sit vulnus additum percussioni?* 3. Reg. 20. 37. Cant. 5. 7.

Iliad.

Pro ictu. *Iliad.* v. 652. *Percussi*, *vulneratique*. Licèt à Spondano legatur ibid. v. 819. & 13. v. 761. *Percussi eminùs, vulnerati cominùs*; Percussionem Homerus pro ictu accipit, & vulnus pro dolore percussionis 13. *Iliad.* v. 250. dicens: *An vulneratus es, telique te affixit cuspis?* & pro præfato nostro sensu 5. *Iliad.* v. 215. *Verum sanguinem elicui vulnerans.* Hìc incidunt duæ quæstiones scilicèt, Quo jure qui rectè abstinuit percutere proximum suum, interficitur à leone? Vel quo pacto licitè potuit percutere qui percussit? Nostri instituti non sunt modò. At si lubet scire, vide circa primam Gregor. Magnum lib. 4. *Dialog.* cap. 24. Abulens. in cap. 21. *Numer.* q. 14. & in 3. *Reg.* 13. q. 19. ibid. Cajetan. Alapid. in cap. 19. *Genes.* & Casianum *Collat.* 7. Circa quæstionem secundam, D. Thomam 2. 2. q. 104. à 4. ad 2. & Augustin. *Contr. Faust.* lib. 26. cap. 3.

Cur instrumentum additur percussioni? 11 *Gladio.* Cùm percussio possit esse lethalis vel levis, per instrumenta cognoscitur: uti cùm dicimus pugnis, alapà, unguibus, virgis, intelligitur ictus futilis læsionis: at si additur gladius & quodlibet aliud simile instrumentum, indicatur absdubiè plaga gravis. Hebr. 11. à v. 36. exprimitur quid sit inter pœnas, & pœnas lethales. *Alii* (ait Paulus) *ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres. Lapidati sunt,* Hebr. *secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt.* Quare ut connotetur mors, frequenter percussioni jungitur gladius, securis, &c. Quo lucem accipit locus Lucæ 22. ubi discipuli Servatori, visà cohorte, dixerunt: *Domine si percutimus in gladio?* Interrogant, quippe necdùm satis intelligentes mysterium, audierant, *Sed nunc qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium*, an tunc esset illud nunc, ut vi vim repellentes, ejus invasores interficerent, quòd facilè quidem illis videbatur: tùm quia nullum timet qui mortem non timet, tùm quia ibi duo gladii erant, qui satis suo judicio vel adversus plures alios, cùm vidissent universos illos unica voce prostratos. Conatus Petri in mortem audacis intendit: ideò non vulneri, sed proposito Petri Christus respondit: *Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt.* Hoc est, mors morti respondebit & gladius gladio. Nimirùm mors violenta morti illatæ, ita Plautus in *Amphitr.* Act. 1. scen. 1. v. 77. *Ferro ferit.* Euripides in *Iphig. Taur.* v. 27. *Occidebar gladio.* Homer. 17. *Iliad.* v. 556. & 21. v. 454. *Ferro trucidare: Abscissurum, aures ferro.* Cicero in *Catilin.* 1. *Ferro trucidare.* Columell. lib. 4. cap. 25. *Ferro cædere*: & lib. 6. cap. 14. *Ferro sauciare.* Phrasim ne mireris: igitur Ambrosius de *Elia & Jejun.* cap. 13. infit: *Tanquàm vulnere icti in terram defluunt::: sine ferro vulneratos, sine pugna interfectos, sine hoste turbatos.* Hinc eruitur sensus principalis Tautologiæ. *Percutiam vos gladio.* Idest, mortem violentam patiemini: violentam, propter injuriam factam pupillis, viduis & advenis: mortem, ut filii vestri & uxores succumbant judicio, quod neglexistis facere.

Luc. 22. 49.

Matth.

Plaut.

Cicer.

Columell.

Ambros.

Prima expos.

Auctor sæpè dicitur operis, qui aliquo modò influit in opus, vel permittit.

12 Sæpe in Scriptura, auctor operis vel sermonis dicitur qui influit vel permittit. Rom. 8. 26. *Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*: idest, postulare facit. Galat. 4. 6. *Misit Deus Spiritum filii sui in corda clamantem Abba Pater*: hoc est, clamare facientem. 2. Reg. 19. 9. *Uriam Hethæum percussisti gladio*: nimirùm, indulsisti percuti. Matth. 19. 5. tribuitur Deo illud: *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ*, cùm dictum fuerit ab Adam. *Genes.* 2. 24. Ita Matth. 20. 22. *Nescitis quid petatis*: quùm mater postulat, quia afflata ab illis; sicut Adam à Deo, dum præfata protulit. Ad Rom. 1. 24. *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam.* v. 26. *In passiones ignominiæ.* v. 28. *In reprobum sensum*: idest, permisit: de quo Nos plura, Deo volente, & vita comite, *Tom. 6. Tautol.* 2. ad illud Jerem. 20. 7. *Seduxisti me Domine, & seductus sum.* Ita pariter in præsenti: *Percutiam vos gladio*: idest, indulgebo percuti: additurque *gladio*, ut designetur summa potestas, uti PP. exponunt in illud Luc. 22. 38. *Ecce duo gladii hic.* Constat ex Scriptura. Judic. 7. 20. *Gladius Domini & Gedeonis*, & innuit Salomon in lite fœminarum, dum dixit 3. Reg. 3. 24. *Afferte mihi gladium.* Vide Pier. Valer. lib. 42. *Hierog. Ægypt.* cap. 61. 64. 65. & 68. Hinc illud: *Nec puero, nec fœminæ gladius tradendus*: ut notat Erasm. in *Chiliad.* 1. *Centur.* 1. & 2. *Centur.* 5. Olim etiam, in signum potestatis demonstrabatut virga, ut dixi *Tom. præc. Tautol. 6. Didasc.* 7. num. 5. Ideo virga insigne Deorum Gentilium, ut videris apud La-Zerda in Virgil. *Æneid.* 7. v. 190. num. 28. Quia penes Dominum summa potestas, dicit se gladio percussurum judices, ad quos causa viduæ, & pupillorum non ingreditur; igitur annuet illos gladio perire, & propter injustitiam tradet in mortem.

Secund. expos.

Per gladiũ signata sum ma potestas. Virga insigne Deorum.

Sic

13 Sic apud Romanos Principes mos inolevit, ut aliqui destinarentur gladio, seu ferro, idest, ut in Amphiteatro cum bestiis pugnarent, vel in arena cum gladiatoribus. Suet. in *Neron.* cap. 12. *Exibuit autem ad ferrum etiam quadringentos Senatores, sexcentosque equites Romanos, & quosdam fortunæ atque existimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectoresque ferarum, & ad varia arenæ ministeria.* Unde Juvenalis *Satyr.* 8. v. 190. *Quid sit damnari gladio, aut ferro?* Sueton.

—Populi frons durior hujus
Qui sedet, & spectat triscurria Patriciorum
Planipedes audit Fabios, ridere potest qui
Mammercorum alapas, quanti sua funera vendant,
Quid refert? Vendunt nullo cogente Nerone,
Nec dubitant Celsi prætoris vendere ludis. Juvenal.

Hoccine munus subire fecit Caligula, & intensiore crudelitate, utpotè invidià etiam percitus, quemque; maximè si displicebat animæ corporisque dotibus, ut accidit Æsio Proculo, de quo Sueton. cap. 35. ait: *Proculus erat patre primipilari ob egregiam corporis amplitudinem, & speciem Colossæus dictus. Hunc è spectaculis detractum, repente & in arenam deductum Threci* (idest Traci gladiatori) *& mox hoplomacho* (Myrmillo-ni gravi armatura ornato) *comparavit: vixque victorem constringi sine mora jussit, & pannis obsitum vicatim circunduci, ac mulieribus ostendi, deinde jugulari.* Ita homines destinabantur ad gladium: & in hac acceptione interpretari possumus, *Percutiam vos gladio.* Q.d. Propter patriam in bellum vos permittam exire, & licèt justà causà, propter despectum clamorem litigantium viduarum in judicio, corruetis profectò gladio. Sin aliter, aliter interficiam, vel faciam perire: ut contigit in diebus Jeremiæ, qui ob exercitum Chaldæorum cap. 18. dicebat: *Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in civitatem, ecce attenuati fame.* *Invidia & crudelitas Caligulæ.* Sueton. *Tertia exposit.*

14 Proclivè jam intelligitur illud Threnorum Jeremiæ: *Percussisti, nec misertus es. Occidisti, nec pepercisti.* Sæpe in Sacra pagina diversarum sententiarum idem est sensus, ut exprimatur per epitasim cordis animique conatus, diciturque *Epexegesis*: idest, interpretatio, qua claret sententia prior, de quo schemate plura diximus in *Prolog. Galeat.* §. 4. n. 12. Apud Profanos identidem. Ovidius lib. 10. *Metam.* fab. 9. Thren. 2. 21. 3. 43. *Epexegesis in Script.*

——Coeunt animalia nullo
Cætera delicto, nec habetur turpe juvencæ
Ferre patrem tergo: sit equo sua filia conjux:
Quasque creavit init pecudes caper; ipsaque, cujus
Semine concepta, ex illo concipit ales.
Tune eris & matris pellex, & adultera patris?
Tune soror nati genitrixque vocabere fratris? Ovid.

Plautus sæpissimè: in *Menæch.* Act. 4. Scen. 2. v. 74. & Act. 5. Scen. 7. v. 8.

—Quid hoc est uxor? Quidnam hic narravit tibi?
Quid id est? Quin dicis Quid sit?
Quid hoc est negotii? Quid illic homines ad me currunt, obsecro?
Quid vultis vos? Quid quæritatis? Quid me circumsistitis? Plaut.

Quare sensus testimoniorum est: *Percussisti nec* (idest, non) *misertus es. Occidisti nec* (hoc est, non) *pepercisti.* Clariùs inverso ordine: ita ut causalis sit quod absolutè ponitur, & periodus consequens sit antecedens: tuncque utraque sententia claresçit, si prior ponitur posterior, & signatur per causalem, aut rationalem particulam: v.g. *Igitur, Quia, &c.* uti si dicas: Profectò *misertus non es*: igitur *percussisti nos.* Patet quod *nec pepercisti*, quippe *occidisti* populum tuum. Ita apud Ethnicos. Horat. lib. 2. *Epist.* 2. v. 138. *Me occidistis, non servastis.* Euripides in *Hecub.* v. 387. *Occidite, ne parcatis.* v. 717. *Laniasti corpus ferro, secans ense, neque misertus es.* Homerus 21. *Iliad.* v. 146. *Interfecerat, neque misertus est.* Negativè astruit Euripid. in *Hecub.* v. 289. *Non interfeciistis, sed miserti estis.* Vide plura *Tautolog.* 14. à num. 38. Vel unum ex verbis accipe pro adverbio, ut sæpe monui: & videbitur num. 16. tuncque expositio erit: *Graviter percussisti.* Plagà inflictà non es motus, sed concidisti vulnere super vulnus, quousque lassata corpora privarentur vita. Ita lethaliter icti, à Domit. Calderino dicuntur *Vulneribus vulnerati*: Epigram. 30. in lib. *Spectac.* Martial. *Antecedens pro consequenti.* Dom. Calderer.

15 *Gladio.* Non solùm percutiam; sed & perimam. Gladius multoties in Scriptura sumitur metaphoricè pro gravi supplicio. 2. Reg. 12. 10. *Non recedet gladius de do-*

Gladius pro gravi pœna.

domo tua. Job.15.22. *Non credit, quòd reverti possit de tenebris ad lucem, circumspectans undique gladium.* Psalm. 7. 13. *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit.* Quibus in locis gladius pro pœna, tormento, supplicio, aut calamitate. Unde ubi de-

Quarta expos.

lictum metaphoricè exponitur, supplicium etiam metaphoricè intelligendum. Homicidæ & adulteri plectebantur gladio, & lapidatione. De homicidio constat *Genes.9.6.* & *Matth.26.52.* de adulterio Levit.20.10. *Deut.22.21.22.* & 23. & *Joann.* 8. 5. Quo clarebit testimonium Ezechielis, ubi judicium fit de Jerusalem propter idololatriam adulterà, quippe fluxà fide desciv it à Sponso Deo, & in obsequium idolorum filios immolabat. Juxta leges damnatur, respondentibus pœnis criminibus: quapropter dicitur:

Ezech. 16. 40.

Lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis. Q.d. Adultera & homicida fuisti. Haud impunè abibis: propter adulterium lapidaberis, propter homicidium gla-

Pœna adulterii, & homicidii.

dio morieris. Ita lex. Hinc cap. 23. 45. & 47. ait Dominus: *Viri ergo justi sunt: hi judicabunt eas* (de Samaria & Jerusalem sermo fit) *judicio adulterarum; & judicio effundentium sanguinem, quia adulteratæ sunt, & sanguis in manibus earum:: Lapidentur*

Ibid.

lapidibus populorum, & confodiantur gladiis. Junxit Euripides in *Orest.* v. 50. *Oportet*

Euripid.

nos mori, lapidante saxo, an acuto ense ferire collum?

Non incongruum mihi videtur, hìc signare supplicium destinatum à lege, & ultimum, nimirùm, mortem, & lapidibus, uti præscriptum. Apud aliquas nationes nudæ proferebantur adulteræ, nec tamen, estò diris flagris, internecabantur; quippe sanè videbatur satis fœminæ pœna, publica infamia. *Pauci ssima in tam numerosa gente* (ait Ta-

Tacit.

citus de *Moribus German.* cap. 19.) *adulteria, quorum pœna præsens, & maritis, permissa. Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia.* Ita cum meretricibus sæpè fit,

Quid sit lapidari luto?

ut raso capite, nudà facie, priusquàm eliminentur, exponuntur ridendæ populo, uti puerile ludibrium (Vernaculè: *Sacarlas à la verguenza.*) igitur in illas pluit candicibus, ejaculantibus obviis pilas luti. Hinc Adagium: *Ponerle de lodo.* Quo intelligitur Siracides cap. 22. 1. & 2. *In lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquentur super aspernationem illius. De stercore boum lapidatus est piger, & omnis qui tetigerit eum, excutiet manus.* Quibus in locis metaphoricè sumitur lapidatio, quoniam estò lutum jaculetur adinstar lapidis, non in mortem jacitur, sed in ignominiam, ut castigetur reus criminis, vel ut pateat evacuatio mentis, uti refert Sophocles in *Ajace*, amente, vel *Flagellif.* & notat Gabia in *Procem.* Non ita plectetur adultera Jerusalem, siquidem confusione non est confusa, & induravit faciem supra petram; sed verè *lapidabitur, lapidibus*, uti adultera & apostata à fide, abjens post idola. Vide *Tom.5.T.9.à n.* 70.

16 Diximus de Tautologia per ly *Gladio.* Modò loquemur de præsenti per ly *Lapidibus*: igitur in utraque promittitur instrumentum supplicii. Nomen ejusdem ratio-

Verba & nomina geminata pro adverbiis.

nis cum verbo exponendum est per adverbia. Aliqua dixi in *Prolog. Galeat.* & *Tom. priori bus*: at aliqua addam, ut claresçat genuinus sensus: tu illa videris, quippe ad rem. Exempla plura sunt in Scriptura, igitur Idiotismi propriè Hebræi, & Hellenismi etiam. *Morte morieris.* Genes.2. 17. idest, infallibiliter morieris. *Iratus iracundia.* 1. Reg.19.21. hoc est, maximè iratus. *Gement gemitibus.* Ezech.30. 24. nimirùm, inconsolabiliter gement. *Aversione aversi.* 3.Reg.9.6. scilicèt, penitùs, & meditanter aversi. Ita plura: vide fusius *Tautolog.* 2. 9-8. 53-9. 41-14. 37. Profani etiam utuntur verbis pro adverbiis. Martialis *lib.*10. *Epigr.* 100.

Mart.

Habeas, licebit, alterum pedem.

Licebit: idest, quanvis habeas, vel licèt habeas. Non secùs in præsenti auctoritate. *Lapidabunt te lapidibus*: nempè, profectò, jurè, atque sanè lapidaberis. Sic apud

Plaut.

Profanos. Plautus in *Amphitr.* Act. 1. scen. 1. v. 97. *Pugnata pugna.* Q.d. fortiter pugnatum. ibid. v. 261. *Memorat memoriter.* in *Capt.* Act. 1. scen. 3. v. 62. *Laudetur laudibus.*

Quoties verba conjunguntur nominibus idē significantibus, effectū nominum significant verba.

17 Aliter exponi possunt hujusmodi testimonia: videlicèt variatione verbi, remanente nomine. *Trepidaverunt timore.* Psalm. 13. 15. idest, concussi fuerunt timore. *Salvatores, qui salvarent.* 2. Esdr. 9. 27. putà, qui redimerent. *Exterminati sunt ab exterminatore.* Judith.8.25. hoc est, contriti, dissipati ab exterminatore. Jungit utrumque Isaias 28. 21. *Ut faciat opus suum, ut operetur opus suum.* Ita in præsentiarum. *Lapidabunt te lapidibus*: idest, interficient te lapidibus. Digna mortis es. Mors variis modis insilire potest. Profectò morieris: non morte naturali, sed violentà, quæ quidem licèt possit esse suspendio, suffocatione, gladio, sagittis, & aliis instrumentis:

non

non ita morieris, sed cruciamine respondente sceleribus, igitur morieris proculdubiò lapidibus. Utuntur phrasi Profani ut vidimus ex Eurip. num. 15. Sophocl. in *Oedip. in Colon.* v. 445. ait: *Jucundissimum mori erat, & lapidari saxis.* Hoc enim aliquando aliis terminis designatur, ut obrui lapidibus. Stylus prædictus sæpe invenitur in Plaut. in *Asinar.* Act. 2. scen. 3. v. 17. *Mercatori mercatus*: idest, à mercatore emptus. Plaut. in *Bacchid.* Act. 3. scen. 2. v. 15. & in *Casin.* Act. 3. scen. 1. v. 2. *Specimen specitur*: hoc est, videtur, demonstratur, palàm fit. Aliis testimoniis supersedeo, quippe servo in alias Tautologias, ubi opportuniora, quippe de eàdem materia.

18 Etsi ista placent, quia congrua, alia libet cogitare, cùm Dominus idem geminat & nomine & verbo. Hìc videor mihi videre Dominum justè iratum irrevocabilem in Jerusalem mortis proferre sententiam. Non omnes qui lapidantur, moriuntur, uti contigit Paulo. *Act.* 14. 18. & 2. *Cor.* 11. 25. Quod propriè non est, lapidibus lapidari, sed insectari lapidibus, ut ait Plautus in *Captiv.* Act. 3. scen. 4. v. 61. At cùm lapidationi, ad quam necessariò lapides, apponitur instrumentum, sententia mortis fulminatur. Q. d. Non utcunque lapidabunt te, sed lapidibus, quia ut tua commissa crimina morte profectò morieris & lapidata. Patet ex Hebræo: etenim ubi mors secuta lapidationem, geminatione exprimitur. *Josue* 7. 25. de Achan. *Levit.* 24. 14. de blasphemo, 3. *Reg.* 12. de Adura. & aliis in locis. Hebr. legit: *Lapidaverunt lapidibus: lapidibus lapidatus.* Quod quidem vulgatus eximiè transfert: *Lapidibus interfecerunt.* 3. Reg. 21. 13. & v. 14. *Lapidatus est Naboth, & mortuus est.* *Etiam significant animi firmitatem, vel irrevocabilem cogitationē.*

19 Nulla igitur penes auctores invenitur varietas in lectione testimonii principalis. Apud aliquos magis est periphrasis, quàm lectio: *Uti percutiam vos gladio, Interficiam gladio, Occidam gladio, Corruetis gladio, Gladio moriemini.* Cominùs ad mores, ne percutiamur à Deo. *Varietas lect.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1 *Percutiam gladio.* Quæ virtus in gladio, invenitur in verbo: etenim quæ in auribus verba, patent in corde hæreticorum vulnera.

2 *Percutiam gladio.* Notatur triumphus de hæretico, cadente malitia, & prævalente Doctorum scientia: igitur si luce scientię intima cordis percussio, percutitur sine gladio.

3 *Percutiam gladio.* Quorsùm gladio, ubi signatur percussio? Claret discrimen inter vulnera carnis, atque vulnera cordis: quandoquidem sensibiliora non à gladio, sed à lingua.

4 *Percutiam vos gladio.* Quo ergo nisi gladio percutiendi? Dicunt & dolentes Turcæ: etenim in illos utitur Virgo rosis, quasi acutissimis gladiis.

5 *Percutiam vos gladio.* Gladius est vulneris instrumentum: & signat gladium; quoniam aliunde percussio, ubi in supplicio non intenditur correctio: etenim percutiens in pœnam, non pro emendatione culpæ, non percutitur gladio, sed percussi percussione.

6 *Percutiam vos gladio.* Gladio tanquàm instrumento, verùm juxta crucem filii aliter percussa Virgo: siquidem intuens vulnera, luminibus, filii patientis percutiebatur vulneribus.

DIDASCALIA I.

Verba Ildephonsi splendore scientiæ lucida, hæreticis indeclinabilia jacula.

1 Occurrit placidè Ildephonsi, Doctoris Virginis gloria, & pro Virginis gloria adorsa à Doctore pugna. *Immortalis est ingenii memoria*: ait Seneca de *Consolat. ad Polyb.* cap. 37. Nanciscetur sanè jurèque immortalitatem, eò quòd à tanta dedecoris notà vindicavit Virginem. Posuerunt hæretici in cœlum os suum, haud alio ducti, nisi quia pulchrum, ac singulari luce totum splendidum & dotium varietate, & charismatum perpeti decore, rutilantibus virtutum stellis, atque perfectionum astris: quandoquidem plures dotes habuit Virgo, quàm sidera fixa cœlo. Verùm hæretici posuerunt lucem in tenebras, in amplissimo & maximo splendore somniantes umbras: quas Ildephonsus discussit

Senec.

Cœlum animatum Maria.

sapientissimè verbo & scriptis, dividens lucem à tenebris. Ad unguem quadrant Manilii carmina lib. 2. *Astron.* c. 12. v. 16.

Hinc quoque magna tibi venient momenta futura
Manil. *Cum ratio tua fert stellas & sidera curet:*
Argumenta petes omni de parte, viasque
Artis, ut ingenio divina potentia surgat,
Exæquentque fidem cœli mortalia corda.

Quod Ildephonsus portat. Alcides est Ildephonsus portans cœlum verbo virtutis suæ proscindens hostes gladio sapientiæ pro Virgine Matre.

Exod. 22. 24. 2 *Percutiam vos gladio*: Sæpe dicitur in Sacra pagina, uti vidimus in litera. Gladio sanè fit vulnus. Ad quid ergo designatur gladius? Ut constet eadem virtus in verbo, quæ videtur in gladio: igitur verba pro veritate ita valida; ut ingressa per aures, pateant in pectore vulnera, corruantque adversarii verbo, uti possent acuto percusi gladio. Blandiebantur Augusto Romani picturâ Cæsaris orbem calcantis, dextrâ tenentis gladium, sinistrâ librum; epigraphe haccine. *Ex utroque Cæsar.* Unde Solorzanus floridè 26. *Emblem.* succinuit:

Veritatis verba errores secantia.

Imago Cæsaris.

Ensiferam spectate manum, quæ comprimit orbem:
Solorzan. *Attamen in solo nititur illa libro.*
Ense valet Sophia.

Etiam in fronte stellam rutilantem fixere, ex illo Ovidii lib. 15. *Metam.* fab. ult. dicente:

Flammigerumq; trahēs spatioso limite crinē.
Ovid. *Stella micat.*

Splendor fuit imperii, qui primus habuit; igitur librum & gladium splendore conjunxit: ita ut ambigeret mundus, plausu Cæsaris plenus, an subegisset superbum glorioſum orbem resistentem fortunæ vel potestati, libro vel ense. Hujusmodi blandimen Cæsari astruit virtutem Sapientissimi Ildephonsi, radiis doctrinæ perstringentis hæreticos, negantes in Virgine decoris integritatem, & maternitatis singularis honorem; quousque in confessionem veri invitos compulit. Librum & gladium exacuit. Utroque constat. Utroque micat, & dimicat: dubitante Hispaniâ, an potitus victoriâ, concluſis hæreticis, gladio verborum, vel pretiosis scriptis: siquidem illius quæ in auribus verba, pateunt in corde hæreticorum vulnera: quæ quidem profundiora facta verbo, quàm fierent gladio.

Armis & literis firmatur imperiū.

S. Ildephonsi verba hęreticorum vulnera.

3 Umbra hujusce triumphi, ni fallor, portenta in Apocalypsi. Militat Ecclesia, cui hostiliter opposita Babylonia. A mundi exordio in Jerusalem & Babylonem elarigatum est bellum, & usque in orbis finem minimè profligandum. Haud alia queis mereat vel demereat homo, inveniuntur castra. Sequuntur milites signa & insignia. Unde Joannes ait: *Signum magnum apparuit in cœlo.* Græc. *Vexillum magnum.* Stemma? *Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.* Mulier ita singulariter ornata quid significat? Deiparæ maternitatem & virginitatem, uti observat Viegas hìc *Comment.* 3. *sect.* 1. *num.* 1. Videtur vexillum & signum vexilli insigne pro tessera militum: verùm subdit Joannes: *& visum est aliud signum in cœlo.* Symbolum ejus quale? *Ecce draco magnus & rufus habens capita septem.* Ecce magni exercitus cum signis & ducibus in conflictum, queis factum est prælium magnum, Michaële pugnante pro vexillo, cujus insigne maternitas & virginitas; & Lucifero pro phalange hæreticorum, cujus signum draco magnus septem capitum. Manibus igitur consertis, collatisque signis, Michaël & Angeli ejus præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli ejus: attamen non valuerunt, equidem relictis sellis & tabernaculis, Marte minimè propitio: neque locus eorum inventus est ampliùs in cœlo. Ita cœli propositum habuit feliciter exitum, & juxta votum.

Apoc. 12. 1. *Signum pro vexillo.* Vers. 3. *Pralium Angelorum.*

4 Depulsus igitur è cœlestibus est inquietus, verùm in orbe haud omninò quievit invidus: equidem in cœlo corde concepit dolorem, & in terra peperit iniquitatem, ducens hæreticos suæ factionis asseclas, in vexillum, cujus symbolum maternitas, & virginitas, devictis fidelibus multis, & seductis in hujusmodi cladem; quousque Ildephonsus Toleti evaginans ensem pro perpetua Deiparæ Virginitate (vexilli insigni) draconem, hydram septem capitum proculcavit, ac ab Hispania profligando feliciter expulit. In cœlo Michaël fuit primipilus, Ildephonsus in terra antesignanus. Peregit Ildephonsus in mundo, quod Michaël inchoâverat in cœlo. Reliquit, ac deposuit signum illud magnum, ut in terra videremus alterum Angelum habentem signum. Vidimus, & quia eadem merita, eadem & volupè videbimus munera. Michaël constitutus est *Princeps militiæ* Angelicæ, *Præpositus* etiam *Paradisi*, *quem* ob res gestas in primo bello mirabiles, nonnunquàm *honorificant Angelorum*

Ildephonsus comprimit hæreticos.

Dotes & munera illius.

ci-

cives. Si eadem facinora, similia rutilabunt in Ildephonso præmia: igitur eisdem laboribus præclaris pares debent respondere honores. De honore præstito à Deipara, cœlestique aula egimus *Tom. præc.* T. 11. D. 3. modò sermò erit de militiæ principatu, ac de paradisi Mariani satellitio.

Doctor & Dux.

5 Verùm dices: Quomodò Princeps militiæ, ubi plauditur lux mundi? Lux dicitur à scientia, dux à militia: lux signat doctorem, bellum demonstrat militem: videtur haud rectus ordo, munera belli tradi literis, & exercitia literarum armis. Militem moderari cathedram, arbitraremur ludicram stultitiam. Doctorem ducere exercitum, jurè designaremus periculosum. Quorsùm ergo si luce doctrinæ doctor peritissimus, erit militiæ stratègus: vel quo pacto dum sceptrum habet belli, erit literis lux mundi? Phrasis digna observatione, maximè propositio nostro, invenitur in Scriptura. *Magister militum, Magister militiæ*: dicitur de summis Imperatoribus, ducum aliorum ducibus, penes quos exercitus regimen, & ordinum ordo, ut cuncta strenui militis dirigerent magisterio. Distinctæ profectò Martis, ac Minervæ phalanges: diversæ utique incumbentiæ magistri & ducis: discreta munera scientiæ & militiæ, artis bellicæ & artis, doctrinæ & ensis: fitque gladii & scientiæ mirabiliter nexus; quia scientiæ modus valet in hostes acutissimus gladius.

1. Reg. 12. 9. Jerem. 39. 9. 10. 11.

Qualis scientiæ gladius?

Iræneus.

6 Sub id tempus, quo Cerinthus in Virginem-Matrem evomuit postifer pectoris toxicum, Averni cordis venenum, asserens: *Christum natum more hominum cæterorum*; ut observat Irenæus *Adverss. Hæres.* cap. 25. vidit Joannes in cœlo visionem magnam, imaginem miram, prodigium insigne, miraculum singulare: scilicet, *in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis.* Situs demonstrat scientiæ splendorem, habitus dignitatem: igitur apparuit habitu Pontificio, pellucido, pulcherrimo, vestitus podere, insignitus etiam pectorali: *& habebat in dextera stellas septem, & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat.* Objectum sanequàm mirabile, ac dignum observatione! Sidera in digitis? Gladius in labiis? Inconcinna videtur collocatio, & instrumentorum distributio. Gladius dextræ destinatur, fulgor siderum vultui instituitur: quanam igitur cogitatione in dextra hujusmodi imaginis stellarum rutilat fulgor, & ab ore procedit ensis formidabilis splendor? An quia tunc à concionatore proscinduntur vitia, ubi verbo Dei penetranti gladio respondent nitida opera, ut faciliùs aversus corde convertatur homo; concionatoris exemplo? Nulla sanè efficacior peccatoribus doctrina, quàm regentium lucidissima exempla. Cæterùm Didascaliæ instituto.

Apocal. 1. 13.

Vers. 16.

Concionator eloquentior factis, quàm verbis.

7 Dum hujusmodi apparuit imago, Cerinthus mundum inficiebat veneno, ejaculato in honorem singularem Virginis-Matris, quasi non fuisset benedicta signanter inter mulieres.

Partus Virginis purissimus.

——Interiùs Virgo commota repentè
Parturit, ac nullo pariens confusa dolore,
Edidit eximium divina puerpera natum.
Ingressus virtute fuit, sic exiit idem
Æterno genitus, proles divina, parente.
O mentis cœlestis opus! Miracula nunquàm
Intellecta viris.

Mell.

Accinit Mellius de Sousa lib. 6. de *Nativ. Christ.* in partu plus virginitas rutilavit florida prole, quoniam singularis visa fœcundà virginitate, qua ut miraculum novum pateret mundo Deus-homo, atque Mater-Virgo. Hujusmodi privilegium, sagittarum suarum virulentus Cerinthus habuit scopum, ut deleret celestem singularem honorem & gloriam, queis jurè mundus mundam venerabatur Mariam. Serpebat venenum, & in medicamen luis apparuit cœlitus simulachrum habens in manu stellas, & in ore gladii ancipitis acies præfulgidas: etenim licèt gladii evaginati situs manus sit, & lucis sapientiæ os; ut proteratur, ac propulsetur hæreticus, lux doctrinæ fulget gladius: igitur sapientiæ cœlestis fulminata luce, ut vi[illegible] avolet, jugulantur hæretici.

Sapientiâ Doctorum jugulantur hæretici.

8 Extricemus abdita in visione mirifica. In dextera stellæ, & gladius in ore? Jurè. In hæreticos signum omninò cœleste. Modò illa similitudo filii hominis, Summi Pontificis gladium in dextera haberet; sanè defenderet, verùm non illuminaret. Si in ore fulgor luceret doctrinę: illuminaret utique, sed non defenderet. Insigne hujusmodi imaginis, & summitas facinoris erat defensione illuminare, atque præstità illuminatione defendere; ut hæreticos gladio arceret, & ortodoxos fulgore siderum illustraret. Unde separato gladio à manus dexteritate, & à labiis doctrinę fulgurantis splendore; manet lux gladius illuminans, micat gladius lux usque ad interiora secans: gladius, fideles illuminans in Virginis clarum honorem; & lumen, protervam resecans hæreticorum cervicem.

Est lux & gladius.

9 Ulteriùs. Liquent in specie objecta, quæ maximè articulo spectabilia, ut clareat honor insignis Doctoris, & singularis excellentia Supremi Ducis. Si gladius locaretur in dextra, esset miles; verùm non insignitus magisterio. Si lumina illustrarent labia, esset magister, cæterùm militis careret encomio. Utrumque necessarium, ubi Virginis-Matris exponitur speciale privilegium: & separatur ab ore ensis splendor, à manu doctrinæ ac sapientiæ fulgor: ut quæ in hominibus clarent opposita, indiscreta rutilent instrumenta: quandoquidem demonstrandà Virginis puritate, meritò conjunguntur (cœlesti effigie, lumine & ense) laurea honorifica Doctoris, & excellentia singularis militiæ Principis.

Ut eformet Ducem & Doctorem.

10 Tradidit, dum ipse errores hausit, Helvidio Cerinthus onus toxici, ut seminaret in hominum pectore, decerpendo ab arbore vitæ florem intemerati pudoris, devenustatione integerrimæ cœlestis puritatis. Gallia erroris conflagravit igne, quem inferre conati sunt hæretici in interiora Hispaniæ; quin saperent vicino malo, cùm noceat error vel susceptus hospitio: cogitantibus heterodoxis avellere è campo florido radices tritici catholicarum veritatum, vel suffocare sementem zyzaniis lethalium dogmatum: verùm Toleti occurrit Præsul Ildephonsus, podere insignitus, oftendens hæreticis in manu refulgens stellis cœlum, in ore utraque acie acutissimum gladium. Gladium in ore, lumen in manu? Utique. Est Doctor, & Imperator. Est lux mundi, & princeps militiæ. Est miles, est sapiens, qui quidem prostravit agmina hæreticorum, in intellectu manuum suarum. Doctrina erat gladius hæreticus findens: gladius lux in cordibus catholicorum splendens: & ut clareret apex doctoratus singulari militiâ, & virtus militis in doctrina sana; collocavit in ore findentem ensem: transtulit in dextram obcæcantem lucem, vibrans in hæreticos manu, sapientiæ fulmen, trisulcum gladii mucronem; ac ore dirigens gladium flammeum, efficacem, fulgidum, doctrinæ insignis penetrantem gladium. Luce ruit hæreticorum exercitus.

In Ildephõso laurea Doctoris, & dexteritas militis.

Ovid. *Tam doctas quis non pẽsit amare manus?* Dicam ex Ovid. lib. 2. *Amor.* Eleg. 4. v. 28.

11 Vividè cogitavit Ægyptius, vim Solis designans radiis, atque pro radiis utentis sagittis, queis formabatur corona, dum radiis lucis facies apparebat illustrata. Vide Pier. Valerianum *lib.* 42. *cap.* 6. Unde Lucretius lib. 2. de *Rer. natur.* vers. 176.

Radii Solis cur sagittę?

Radii Solis lucida tela. Lucret.

Uti canit etiam Homerus lib. 3. *Iliad.* Ovidius 1. *Metam.* fab. 8. de Pythone, & 2. fab. 9. de Coronide, notatque Natal. Comes tam hìc, quàm in *Mytholog.* lib. 5. cap. 17. *Usque hodie fulget ut Sol*, ait Cixila de Ildephonso. Vix radii scientiæ ab ejus ore fulminantur, cùm hæretici sub pedibus proteruntur. Radii Solis sunt lucida tela. Ita in Ildephonso verba sunt fulmina: igitur in disquisitione de puritate Virginis, ita Sol ornatur rutilis radiis: ut quæ verba in ejus ore, essent hæreticis venenatæ sagittæ. *Jupiter olim idem ac Pan*: ait Chartar. in *Jovis imagin.* fol. 90. Idem? Longè distant insignia, summè discreta; quandoquidem Jupiter ornabatur fulmine trisulco, Pan verò sonoro lucido calamo. Ille sceptro insigni plenissimæ majestatis & virtutis: hic autem nebridem stellatam habebat in medio pectoris, pedumque in manu curvum, tanquàm ornatum pastoris. Quod videtur imaginum discrimen, Ildephonsi præ se fert spectabilem imaginem, habentem, uti pastorem decebat, insigne, pedum; & uti doctorem, radiantem calamum: qui quidem in manu ejus mutabatur in fulmen; quoniam calamo destruxit hæreticam pravitatem.

Ildephonsi verba, fulmina. Chartar. *Imago Jovis & Panis.*

12 Ubi fulmen indicium potestatis, apponitur calamus instrumentum doctoris; & quia lucida scripta splendore calami, & quia valida argumenta pro confusione hæretici: igitur quæcunque ab ore procedebant verba, fiebant hæreticis indeclinabilia fulmina. Fulmen quæque obvia in nihilum redigit: calamus autem scribit: conjungunturque in Ildephonso & calamus & devorans fulmen; ut in verbis & scriptis miremur virtutem & splendorem: equidem hæreticos tanquàm fulmine afflabat, verbis ac scriptis quibus per orbem lucebat. Ejus instruebatur & pulcherrimè diadema, ex sagittis vibratis in inimicorum corda. Instruitur sagitta ut volet, ex ferro & pennis. Lucebat hujusmodi ars in Ildephonsi scriptis: equidem ita argumenta efficacia, ita fulminata verba; ut plusquàm cuspis validæ immissæ sagittæ, formidaretur ab hostibus acies penetrantis calami. Calamus est effulgurans, quoniam nitida quæ scribit: & est sagitta pennata, quoniam volando percutit. Plus timetur manus scribentis, quàm gladius exercitus propugnantis; aptat Ildephonsus,

Ildephonsi scripta fidelibus lumina, hæreticis tela. Daniel. 5. 5. 6.

fus, ut honoretur Maria, & graciles calamos & nervis insita verba; ut cadant coràm, qui livore loquaces, expuebant in illam antiqui virus serpentis: siquidem industriâ militis & doctrinâ doctoris, argumenta contraria ita plena levitatis; ut quæ tanquàm tela mittebantur ab hæreticis, ab Ildephonso fracta tanquàm arundines.

Psalm. 67. 31.

13 *Increpa feras arundinis*: exclamat David, ut Deus destruat sævientes in Ecclesiam, è lustris perfidiæ prodeuntes, & adversùs Sanctos & Sanctuarium malignantes. Alii legunt: *Increpa* (idest, destrue per Metalepsim) *feras calami*. Alii: *Feras cannarum*. Alii: *Bestias sagittarum*: sumptà arundine pro telo, ut apud Virgilium lib. 7. *Æneid.* v. 499. & aliis in locis.

Arundo pro sagitta.

Virgil. —*Actaque multo*
Perque uterum sonitu, perque ilia venit arundo.

Cur hæreticorum scripta, vulnera?

In Hebr. æquivoca vox *Kaneh*. Ideo variè ab Expositoribus legitur. Frange, inquit David, feras calami. Sunt hæretici hujusmodi feræ: & vocantur jurè belluæ calami hæreticorum, ob tantarum ineptiarum ratiocinium: siquidem calamis non lucent scripta, sed vulnera venenata; tanquàm à feris, quæ loquendo mordent, & quos erudiunt trucidando, perplacent. *Increpa feras arundinis*. An arundines feras? Haud deviat Hendiadys in Scriptura usitato Hebraismo, ab acumine quod intendit cogitatio. Verùm quomodò? Nonne arundo flectitur docilis, quassatur fragilis? Quo ergo pacto erit calamus terribilis? Si quia fera, etiam arundo formidatur sagitta: sagitta profectò fera: verùm quo intuitu vocat calamum telum, & telum formidabile fragilem calamum? Exprimitur jactantia scientiæ carnis, præ efficacitate doctrinæ cœlestis. Aptè David de infidelibus ac perfidis dicit: *Ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra; ut sagittent in obscuro rectos corde. In obscuro*; quin videantur projicientes, sed duntaxàt sagittæ volantes (ex his frequenter qui ejaculantes telum, abscondunt in sinu artificiosè manum) ut roboretur vel stulta cogitatio: & dum sagittare conantur rectos corde, est in occulto; siquidem dum disputationi accedunt, & rationes conferuntur, apparent in publico leves putridi calami, quæ in obscuro callidè contorquebantur sagittæ.

Eorum calami fera.

Psal. 10. 2.

Et sagittæ, putridi calami.

14 Depromitur utroque testimonio sapientiæ humanæ ac divinæ collatio, ut clareat ortodoxa veritas, & heterodoxa falsitas, sagittis & calamis vibratis in obscuro, ac in publico theatro: quandoquidem ab examine rationis perpensis, ac lapide Heraclio judicii tactis, visa luce, micante cognitione; verba quæ heterodoxis videntur calami, figuntur in corda illorum velut sagittæ: & quæ ab illis propelluntur ut sagittæ, confringuntur quasi calami: etenim dum catholici rutilant publicâ disputatione, eàdem fugiunt vulnerati hæretici. Lux fidei & calamorum Doctorum Ecclesiæ splendet, ubi splendor calamorũ hæreticorum uti obscuritas jacet: vocanturque arundines horum scripta, quæ mittebantur ut tela; quia visâ luce Catholica in argumentum inconcussæ stabilis veritatis, sagittæ statim frangebantur ut arundines. Hoc est opus candelabri in Ecclesiæ Tabernaculo mystico: nimirùm quòd calamis subsistat & subsideat illuminatio. *Hoc erit opus calamorum, qui producendi sunt de hastili.* Lux intenditur, & calami proponuntur: tùm ut calamis Doctorum clareat lux Catholicæ veritatis, cùm ut illorum calami splendore fulgeant lucis: ita ejaculatæ in pectora hæreticorum, veritatem aversantium; ut experiantur tela & ignea, Doctorum lucida verba: cadentibus lucifugis, prostratis protervis, ac percutiente fulmine veritatis, ut fragiles calamos verberat aura levis.

Sicut ortodoxorum calami sagittę.

Calami Catholici lucidi.

Exod. 25. 33.

Hæreticis sunt tela ignea.

15 Tradidit Helvidio Cerinthus, illeque assèclis, excogitatum pestiferum venenum in integritatem Virginis. E Gallia corripuit Hispaniam, ex qua duntaxàt glorioſam virus parabatur in victoriam, ut penitùs è corde fidelium deleretur virginalis maternitas: verùm Ildephonsus fregit feras & sagittas. Incutiebant multitudine formidinem, priusquàm Ildephonsus gladii ostenderet splendorem: igitur arcus contrivit, arma confregit, atque sagittas combusit. Quæ horrida tela, phylura, & folia: jacent profectò scuti & gladii ludibria: equidem in congressu, quo defensio Deiparæ credita scientifico Ildephonso; argumenta quæ ab hæreticis, ut sagittæ ejaculantur, ab Ildephonso uti arundines franguntur. Plaudebantur concepti ex inferno ignes, at jacent contemptæ & sine luce faces. Quæ timebatur spiculi contorsio, patuit propulsata arundo. Jaculi virtus apparuit calamus, expulsis feris arundinis: quippe virtus argumentorum ita fragilis in devenustationem puritatis Virginis; ut quod jaciebant in Ildephonsum

Illudebat Ildephonsus hostium sagittis.

Illi non sagittę, sed arundines.

sum rapidissimum telum, calamus arundineus luceret, venti ludibrium.

16 Hinc arbitror, ortum insigne successivum miraculum, scilicèt in Toleti confinio, etiam serpentes non habere venenum. Patuit in terræ reptilibus, quid fecit cum hæreticis serpentibus, lucis fugacibus, quos nudavit imbelles armorum præsidio; & ne nocerent, etiam reptantes spoliavit veneno. Nil commodius, quàm quod de paradisi colubro cantavit Alcimus Avitus lib. 3. *Geneseos* v. 122.

Pro victoriæ signo, reptilia in confinio Toleti sine veneno.

Alc. Avit.

Nec tibi sublimis constabit pectore vertex,
Callida sed pronus per terrã corpora volvas
Utque fugà trepidà sinuosa volumina currant,
Non gressus, sed lapsus erit; teque ipse sequeris
Flexibus & spiras vivãtia vincula nectent.

Haud aliter faciem Ildephonsi fugerunt hæretici: in cujus signum, pro triumpho, ubi sedit, degunt serpentes sine veneno; ne quisquam hominum cum hujusmodi vomica, vivere possit in Catholica Hispania. Reor profectò impletum, quod de Evangelii tempore à Propheta prædictum.

Isai. 11. 10

17 *In illa die radix Jesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Signum hoccine, nimirùm, radicis Jesse (quæ Maria, ornata virginis & matris gratiâ, cui soli collatum hujusmodi privilegium) elevavit in nostra natione ad alias, Ildephonsus ut vexillum: igitur idem Vates prædixit: *Virgo concipiet & pariet.* Quid ergo ex vexilli exaltatione, cujus insigne maternitas in intemerata virgine? Serpentes insurgent in mirabile virgultum, florem producens pulcherrimum; sed *non nocebunt, & non occident in universo monte sancto meo*: ait Dominus: quandoquidem licèt sint, ita sine veneno degent: ut vel *infans ab ubere delectetur super foramine aspidis, & in caverna reguli qui ablactatus fuerit, manum suam mittat.* Patent sanè mirabilia. Unde causa? Subditur? *Quia repleta est terra scientia Domini.* Scientia humana sensu proprio abundans, nihil mirabile cogitans, spuebat virus, ut temeraret signum vexilli, illustratum fœcundà virginitate: quare homines conversi sunt in serpentes, ab aspide & regulo venena mutuantes. Ambulavit Ildephonsus, defendens scientià Domini, cui nihil impossibile, virgam radicis Jesse, cui semper inhæsit pudoris decori flos; super basiliscum & aspidem, conculcando virulentum draconem: at cùm ab scientia Domini nec noceant virulenta, & sine veneno reptent, quæ lethifera; dum in signum populorum vexillum Mariæ virginis matris elevat scientià Ildephonsus, hæreticorum quærentium latebras, evanescit turpe virus, ut in illis sit lapsus, quod aliis gressus, nectentibus spiras in fugam, currentibus sinuosis voluminibus in foveam. Scientia Ildephonsi valuit theriaca in virulenta serpentia: & ut clareret, quid fecerit in hominum corda, exaltato virginitatis Marianæ vexillo; serpunt in confinio Toleti serpentes, sed serpunt sine veneno; ita ut vel infantes ludant aspidibus, & illudant innocui cunctis serpentibus. Vide *Did. seq.* à n. 3. Hinc Virginis fulget Doctor, orituque militis singularis splendor: quandoquidem illius scientiæ nitore lucida verba, in corda hæreticorum mittebantur ut jacula. O Hispania! O Ildephonse! Virginis es atque nationis vindex, spes & solatia nostri. Liceat torquere, quod aliò Princeps Poëtarum dixit blandimina Principum, lib. 8. *Æneid.* v. 515.

Vers. 9.

Vers. 8.

Vers. 9.

In Jerusalem serpentes non virulenti.

Idem fecit Toleti Ildephonsus.

——*Sub te tolerare magistro,*
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta,
Assuescat, primis & te miretur ab annis.

Virgil.

DIDASC. II.

Ildephonsus Custos paradisi Virginis.

1 SÆpe in rebus humanis mala sunt vicina bonis: igitur nulla spectabilis rosa sine spinis. Florebant aurea Hesperidum poma, verùm draco vigil juxtà; ut clareret, quòd pulchrum virulentis pectoribus ingratum, & magis infelicia, quæ pulchriora.

Hesperidum poma aurea

——*Fuit aurea silva,*
Divitiisque gravis, & fulvo germine rami,
Virgineusque chorus nitidi custodia luci,
Et nunquàm somno damnatus lumina serpens,
Robora complexus rutilo curvata metallo.

Lucan.

Canit Lucanus lib. 9. de *Bell. Pharsal.* v. 360. & Plinius *lib. 5. cap. 1.* Surripere conatus est Hercules hujusmodi mala, ut spectarentur veneratione congrua: quàm quidem statuere judicavit difficile, ni venena essent procùl, mortuo dracone. Hujusmodi arbores pomis aureis onustas, fama fuit apud Priscos, pro dote Junonem dedisse Jovi; undè illud Virgilii lib. 6. *Æneid.* v. 136.

Illorum custos draco, & hujus Hercules victor.

La-

Virgil. ——*Latet arbore opacâ.*
Aureus, & foliis & lento vimine ramus,
Junoni infernæ dictus sacer.
Juxta Natal. Comit. lib. 7. *Mythol.* cap. 1.

Maria paradisus deliciarum.

2 Superat Gentilium fabulas simplex Catholica veritas. Copulavit sibi Verbum Divinum Virgine-Matre humanam carnis fragilitatem, ac genitricis tunc expressit singulariſsimam dotem: nimirùm, hortum conclusum, fontem signatum, rationalem voluptatis paradisum, fructu aureo, rutiloque flore decorum: fructu aureo, ut clareret majestas inclyta matris: floreque, ut ampliùs niteret integritate virginis; plausa gratia celebratione Angelicâ; igitur virgineus chorus horti nitidi custodia. Verùm, proh dolor! draco persecutus est mulierem, Virginem Matrem, militibus heterodoxis, veneno plenis, decoris singularis oppugnatoribus, venustatem pudoris torve aspicientibus; quos in propositum juvabat malignitatis, somno nunquam damnatus lumina serpens. Ita videbatur desiderabilis paradisus: cæterùm apperuit Hercules Ildephonsus, qui dextrè, validèque fugavit serpentes hæreticos: igitur fructus Deiparæ floridos exposuit antiquæ veneration & cultui, sagittis gladioque sapientiæ interempto dracone.

Ildephonsus hujus paradisi custos.

Aurea servabat flaventia mala decora
Anguis terrigena, hìc ubi cœlo attollitur Atlas.

Apollon. *Illum curabant nymphæ prædulce canentes*
Hesperides. Truncum amplexus, sed ab Hercule cæsus
Draco fuit.
Ita ex Apollonio *lib.* 4. Natal. Comes ubi supr. *cap.* 7. Factà igitur ab Ildephonso paradisi Mariani custodia, nec pertransit per illum mala bestia.

Terra Cretæ sine reptilibus venenosis.

Ælian.

3 *Creticæ terræ concessum hoc munus à Jove* (ait Ælian. de *Animal.* lib. 5. cap. 2.) *ut ab omni malefica & noxia fera libera sit: ita ut nec ipsa ullam producat, neque aliundè invectam alat: & hac re ipsa declarari, cùm nullum in ea maleficum animal reperiatur: hoc si quis vellit experiri, venenatum animal quodpiam foris assumit, quod primùm ut hanc terram attingit, statim perit.* Vidimus *Didasc. ant.* hujusmodi miraculum; sed tanquam virtutis Ildephonsi signum, ut clareret in materiali tellure; quid fecerit in hominis corde: igitur cùm serpentes venena afferentes ex Gallia in Hispania transirent; vel suffocavit, vel expulit. Terra hæccine haud tolerat animalia virulenta: compellit quippe Ildephonsus virtute antidoticâ, vel sine veneno serpere, vel veneno mori, vel aliò à terra propria migrare. Inter miracula, quæ ab ædificato Jerosolymis templo referunt Rabbini, teste Alapide in 3. *Reg.* cap. 6. ante v. 1. apponitur magis insigne; nullum fuisse læsum à serpente & scorpione. Alexipharmaca præbuit Salomon, ut vel à serpentibus ulli minimè noceret venenum, dum ædificaretur domus Dei. Ecce plusquam Salomon hic: siquidem cùm ædificata fuisset domus Dei & genitrix Maria, instrumentis & dotibus orhata, ut digna fieret habitatio Omnipotentis, charisinatibus singularibus matris & virginis, circulatore serpente in fructum & florem; Ildephonsus ita compressit serpentem, ut apud fideles maneret, ac permaneret speciosa habitatio, & reptilia virulenta fugerent sine veneno: igitur scientia ejus, tanquàm Mariani Doctoris; terra Hispaniarum hæreticos stringit venenatos serpentes.

Ildephonsus expulit ab Hispania hæreticos.

Alap.

Jerusalem sine scorpione & aspide noxiis.

Ephræm.

4 *Paradisus deliciarum, totiusque amœnitatis, & lignum vitæ*, plauditur Deipara ab Ephræmo serm. de *Laud. Virgin.* Paradisus Virgo-Mater vocatur, & ab Ildephonso Custode defenditur; ut venustas fructus & floris, illibata subsistat sine veneno serpentis: igitur virginem vel reptilium draconum pulchram fascinat oculus; quoniam lethifer virulentus reguli flatus. Custodit & sedule Virginem paradisum, ne ingrediatur hæreticorum, reptantium propè, venenum. In paradiso non fuisse animalia venenosa, astruit Rupertus lib. 3. de *Trinitat.* cap. 2. Imò nec serpentem habuisse ingressum, dum Evam alloquens meditatus est dolum: *Prospectans mulier qualis extra paradisum mundus haberetur* (inquit) *serpens, utpotè astutus, dulcedini terræ illius propius, & ambitiosus inhiat.* Causa disquirenda. Circuibat ambitum paradisi murus igneus, incutiens serpentibus formidinem, ut vel venena deponentes, nullo modo hortum voluptatis intrarent; priùs enim viderentur cibus ignis, quàm potita vota cordis audacis. Vide Haye tam in *Bibl. Maxim.* quàm in *Arbor. vit.* in *Expositon.* vers. 24. Quapropter Tertull. & ut alii volunt, Cyprianus in sua *Genes.* vers. 137.

Hæresis vel flatu nocet.

Genes. 3. 1.

Rupert.

Paradisum ambiebat murus igneus.

——*Dimovet hortis,*
Obversosque locat, medioque eliminat ignis,
In quo perceleri Cherubin evolvitur æstu,

Cyprian.

Dum

Dum calidus defervet apex, flammaque volutat.

Post transgressionem protoparentũ Cherub erat & cum flammeo gladio ad ostium: quippequàm locus insignis deliciarum, voluptatis hortus, terrenus paradisus, gloria naturę humanæ, imagoque gloriæ, si expugnari statuebantur à serpentibus, factà irruptione per muros; ignis vorantis inveniebant globos: si verò per ostium incursibus, impetuque violento; adstabat in ostio Cherub igneo volubili gladio. Hæretici, ut serpentes nocui circuibant murum paradisi Mariani, conantes venena in virginalis floris pulchritudinem vomere: verùm Ildephonsus scientiæ gladio confregit capita inimicorum ambulantium in circuitu. Propè serpunt. Non ingrediuntur: quantunvis rumpantur, introire non possunt. Ibi adest Ildephonsus paradisi Præpositus, floris arboris vitæ pervigil custos. Est ibi Cherub Doctor vibrans radios flammantes: est ibi miles versans ad ostium gladium devorantis ignis, quo retrocedunt serpentes: igitur hoc doctore Cherubico subarcente vim hostium, nullum animal nocuum ingreditur paradisum.

Vers. 24.

Ildephonsus cur Cherub humanus, cui creditur custodia Virginis paradisi.

5 Custos paradisi plauditur hujusmodi miles gloriosà dexteritate: at contemplemur, quid acciderit Cherubico paradisi custodi: Post primiparentum lapsum, Deus *collocavit ante paradisum Cherubim & flammeum gladium* (Hendiadys est: idest, cum gladio flammeo) *atque versatilem ad custodiendam viam*: indicante hujusmodi formà, quòd clausa erat cœli janua, quousque per Christum aperirentur cœli, quos vectes concluserant labis Adami. Venit ergo ille in plenitudine temporum, & morte crucis homini exuli patefecit paradisum; ante cujus ostium erat insomnis Cherub cum gladio ignito. Sit ergo. Cherub ne modo est apertà cœli portà, januà paradisi patulà? Est profectò. Quid ergo factum de gladio? Projecit, deposuit, atque triumphum voce cecinit. *Quo tempore confossus Dominus N. eodem à Cherubino custode paradisi & arboris vitæ ablata est lancea*: ait Moyses Barcepha lib. de *Paradis.* Haye ubi supr. Modò Cherub cantat? Utique. Nil amplius victoriæ restat: projicitque gladium, quoniam non opus ad triumphum.

Ubi supr.

Cherub paradisi cur modò sine gladio?

Moys. Barceph.

6 Exercitium Superioris Cherubicæ intelligentiæ imitatus est Ildephonsus custos paradisi Mariani. Circuibant serpentes Virginis paradisum animatum, an appareret rimula, quà expueretur pectoris toxicum: verùm Ildephonsus versans ignis deterrentis versatilem rhomphæam, venenatorum alligavit linguam. *Mutos fecit*: subdit Cixila in *ejus Vit.* siquidem vel invitos coëgit fateri Matris virginitatem, singularem fructus benedicti decorem, datà pro signo victoriæ celeri fugà, ac concessà Ildephonso inclyti Doctoris laureà. In templum ut grates referret, festivus ingredietur, & ab illo perennis solemnitas instituitur, Expectationis nempè Virginis-Matris, illibata flore pudoris; igitur partus virginitatem non minuit, sed duplicavit; quoniam virgo ante conceptionem, in effusione lucis, & post revelatum à divina Aurora justitiæ splendorem Solis: cantat Ildephonsus extollens voces, privilegium insigne claræ fœcunditatis; ut per cunctorum fidelium linguas, Mariæ plauderetur virginitas & maternitas. Nonne est Cherub, custos paradisi? Sanè. Ubi ergo gladius? Projecit. Necessarius fuit gladius, ne à serpentibus occuparetur paradisus. Necessaria gladii flamma, ut erueretur atque proscinderetur venenatorum lingua, deterritis draconibus, aspidibus, scorpionibus, vibratis à custode desolatoriis fulminibus: at cùm clareret virginitas matris, & rutilaret undique flos virginalis decoris; ut decantet partam celebrem victoriam ingreditur chorum, & pro signo triumphali deponit gladium.

Cixil.

Festum expectationis Virginis.

Maria semper virgo.

Ildephonsus mutat in chorum armorum stre pitum.

7 Rimor in triumpho Davidis, quicquid factum in triumpho Toletani Præsulis. Assueverat, uti pastor inter greges, Domini exercituum celebrare victorias, voceque promere Conditoris excellentias. Egreditur gigas blasphemus, evomens pro verbis virus. Arcet insurgens David in virulentum gigantem: valet, prævalet, ejus gladio proprio secat cervicem, & illicò voce redit in chorum, efformando novum canticum. *Adversus Goliath, Deus canticum novum cantabo tibi.* Perpende. Canticum modò novum, quoniam priùs etiam panxerat canticum: iteranturque à pastore encomiasticæ voces, ex triumpho parto à superbia gigantis. Esto. Quid factum de gladio? *Arma posuit in tabernaculo suo.* Ad quid ergo gladius, ubi jam obtentus triumphus? Deponat ergo gladium, & acuat vocem in Domini laudem, videns gigantem blasphemum ignominiosè jacentem. Cantet Ildephonsus pastor & Præsul Toletanus triumphum ex prostratis hæreticis. Cantet laudes & præ-

Psal. 143. 1. 9.

1. Reg. 17. 34.

Et projicit gladium.

ro-

rogativas Virginis-Matris, signans diem, quo recolant fideles Mariæ partus puritatem. Celebret victoriæ clarissimæ plausum, quo coli debet cœlum illud, uti purum: igitur hæretico victo, gigante blasphemo; jam non est tempus, ut fulminetur gladius, sed ut musicis vocibus plaudatur triumphus.

8 Occurrit conflictus insignis in præludio Dominicæ passionis. Priusquàm Assertor N. ingrederetur in hortum oraturus Patrem, ac expressurus spiritus in tormenta promptitudinem, carne languente, cogitatâ cruciaminum acerbitate (igitur ut illum comprehenderet, ac in crucem tolleret, usque ad satietatem livido cordis, cohors adventura fustibus & armis) dixit meditanter discipulis: *Nunc, qui non habet, vendat tunicam & emat gladium.* Nunc. Facinus poscebat robur, brachiique virtutem: quandoquidem adorientem constrinxit usque ad sanguinis sudorem. Venit cohors, cunctis procinctis; sed unico verbo, virtute fulminis, humi prostrata jacuit, imò si vellet, in perpetuum jaceret. *Ut ergo dixit eis: Ego sum: abjerunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* O malignitas cordis! Quanta protervia humani pectoris! Qui intendunt projecti in cordis pravi præconcepta desideria, perdita perdunt, jaciuntque cum situlâ lora. Iterùm obstinati agressi sunt scelus, quanvis immineret vulnus: cunctisque, qui circa Salvatorem, interrogantibus: *Domine si percutimus in gladio?* Petrus fervidè ductus honore Magistri, pectorisque zelo, exemit gladium, ut vindicaret servi Pontificis præstantem audaciam, ac amputavit ictu auriculam ejus dextram. Tunc Dominus: *Sinite usque huc.* Satis est. Percussioni non est tempus: sufficit ante Petri conatum inflictum vulnus. Satis percussum, satis dimicatum. Si placeret, non hìc descenderent *plusquàm duodecim legiones Angelorum?* Quid Domine? Nonne Angeli te laudant, tanquàm astra matutina, choroque acordi celebrant magnalia? Hic non obviat, circuitque manipulus & procinctus, cui necessarius intrepidus gladius? Quare igitur dum opus est armis, choros Angelorum recolis? Quo intuitu competcis Petrum, educentem gladium, dum instat vitæ periculum? Nonne jussisti emere in conflictum machæram, quanvis venderent discipuli tunicam? Profectò. Et nunc gladium projicere? Sine dubio. Necessarius est gladius in pugnam atque victoriam: unico verbo inimici advenientes ceciderunt in terram: & cùm videret prostratum hostium exercitum, recolit choros Angelorum cantantium; igitur constrato hoste, verbi virtute, quasi ancipiti ense; jam importunum triumphanti educere gladium; sed congruum, quærere choros, ut voce & laude decantarent triumphum.

9 Duo gladii sunt in defensionem causæ Ildephonsi pro Virgine-Matre. Unus calybis lucentis & fulgurantis. Alter lucis hæreticos proscindentis. Venit in conflictum, gladium educit, hostes prosternit, & attollens voces in Virginis efferendam laudibus excellentiam, & singularem Matris prærogativam; ingrediens gaudibundus in templum, projicit gladium. Gladium? Utique. Hæretici jacent, quin possint hiscere. Ceciderunt in terram, postquàm mutos fecit: usque ad interneccionem percussit, usque in exterminium debellavit: quæritque ingrediens in Ecclesiam choros canentium Angelorum; quippe jam non est tempus educendi gladium. Satis est, dum hæreticorum igneo gladio riguit cor, quin in aliqua verba possent vel audacia erumpere labia muta: Custosque paradisi Mariani, partâ victoriâ pro Virgine; in triumphi signum, atque nobile trophæum, ante fores Ecclesiæ reliquit gladium. Satis est: gladioque non est opus, dum jacet mutus hæreticus.

10 *Per divinam virtutem jacebat mutus*: dicitur de audaci Heliodoro, dum sacrilegus accessit Jerosolymitano augusto per orbem templo. Summa est malitia humani ferini pectoris; propria curare, etiam protritâ causa religionis, maximè à quibus debet coli sacrum templum: verùm ambitiosus nihil unquàm relinquit intactum. Per Simonem Apollonius, per hunc Rex Asiæ Seleucus ærarii Jerosolymitani factus est conscius; ut quod depositum ibi tamquàm in loco tuto, vel sacrum templo, expenderetur pro alendis copiis, modò cederent thesauri fisco Principis. *Nunciavit pecuniis innumerabilibus plenum esse ærarium.* Tunc Rex Heliodorum jussit, ut prædictam pecuniam in Regiam ab Jerosolymis festinanter transportaret. Plerunque hujusmodi decreta, regni sunt ruina: igitur indicat moribundum regnum, gravique morbo; dum sibi vindicat dedicata templo. Mandata Regis Heliodorus decrevit illicò exequi, quæ urgebant specie

Luc. 22. 36.

Quanta cæcitas peccatorum.

Joann. 18. 6.

Luc. 22. 49.

Vers. 51.

Matth. 26. 54.

Hostibus devictis superfluus ensis.

Projecit Ildephonsus gladiũ post debellatum hæreticum.

2. Mach. 3. 39.

Ambitiosus religionem post habet.

Vers. 6.

Extẽsio manuũ ad sacra sæpe regni, atque regnantis ruina.

atheistica necessitatis publicæ: cæterùm ut accessit ad ærarium Heliodorus; subitò corruit in terram, & jacuit mutus. Quid hoc? Cum multis cursoribus & satellitibus, inflatus Regis potentia, templum adit, & modò cunctis succumbit, vel ictibus mutescit, & flagellatus tacet? *Apparuit quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus.* Vidit Heliodorus, dum conabatur spoliare templum, in manu Angeli strictum in mortem gladium. Vidit in ærarii protectionem, militem Angelicum de cœlo descendentem. Vidit Doctorem superiorem cœlestem intelligentiam: Vidit Ducem, cœlicamque ordinatam militiam. Vidit Angelum vibrantem ensem: vidit militem de ærario disputantem: jacuitque in terra constratus, linguaque mutus; quoniam resistendo Angelo militanti, fulminantique flammas, neque aderat voluntas, neque potestas: unde pro signo reportati triumphi, nec potuit, nec ausus verbum minimum loqui.

Vers. 25. *Irritat Dei iram.* *Hæretici erroris convicti, nec audens loqui.*

11 Mutos Ildephonsus hæreticos fecit, ut vidimus ex Cixila. Mutos? Næ. Illorum cogitavit audacia profanare templum Virginis, plenum cœlestibus locupletibus thesauris: tangere pretiosius sacrum ærarium, quàm continuit terra & cœlum. Ibi vel illi aspicientes mirabantur aurum purissimum charitatis, argentum depositum cœlestis candoris, monile matris, spinther virginis, varietateque ornatum Virginis-Matris: at illicò ut hujusmodi margaritam pretiosam devenustare conatur hæreticus, in terram cadit, & jacet invitè mutus. Ligata est lingua? Compressa audacia? Sanequàm. Vidit stricto gladio Ildephonsum, protegentem Dei genitricis ærarium. Vidit Solem cum sagittis, vidit splendorem ensis, militem scientificum, Angelum cataphractum: & inter tot miracula, mutescit lingua; igitur nemo audet, neque valet verbum loqui, coram insigni Doctore & sacro Duce.

Virgo vivû Dei templû singulariter ornatum. *Coram Ildephonso hæretici, nec audent, nec valent hiscere.*

12 Aptiùs instituto Didascaliæ. Descendit Angelus Domini in defensionem sacri ærarii, gravi armatura præcinctus, cui ornatui semper adjungitur gladius; huncque habuisse inconcussum habendum, ut terrorem incuteret audaciæ hostium. Cur igitur dum cœlo mittitur in protectorem, ejus sacra pagina non indigitat ensem; sed tantùm legitur: *Apparuit equus terribilem habens sessorem*? Prompta ratio: qui audaci manu evacuare intendit ærarium templi, viso cœlesti milite, jacebat humi, plenus caligine & confusione; quin posset os aperire in auxilium, propter flagella & visionis spasmum: unde licèt armorum aureorum militis fiat mentio, nec verbum profertur de comite gladio; quoniam nihilo gladius, ubi hostis qui feriendus jacebat mutus. *Templum* (subditur) *quod paulò ante timore, ac tumultu, erat plenum, apparente omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum est.* Ad laudes procedunt cuncti, visâ sacrilegi prostratione: nullaque fit gladii potentis memoria, victoria insigni mirabiliter nactâ; quippe tunc tempus erat non exercitii gladiorum in propugnaculum, sed minurizantium flexarum vocum in reportatum triumphum.

Vers. 25. *Nihilo gladius, ubi jacet hostis mutus.* Vers. 30. *Prælium vertitur in chorum.*

13 Ecce articulus victoriæ Ildephonsi, stabilità virginitate Mariæ. Gladium projicit, postquam hostem vicit; & procedit in chorum, ut pro victoria parta proferat canticum. Jam vox tonitrui magni confusis hæreticis, est vox citharedorum citharizantium in citharis suis. Servavit arborem vitæ à toxico draconum illæsam, coërcens serpentium audaciam. Aptè in aureis pomis Hesperidum describuntur serpens, custos, virgineusque chorus: igitur interfecto dracone à custode Ildephonso, canendi tantùm intendit studio. Hinc cœlo attollitur Atlas, canenteque Musâ, Virginis-Matris servantur poma decora. *Omnia poma nova & vetera servavi*: dicebat illa uti cœlestis Sponsa. Si eadem sunt, & inveterari nequeunt, quomodò quæ vetera renovantur? Dotes Virginis, ut dixi, sunt hujusmodi aurea poma: dicunturque nova, quæ sanè vetera; quoniam prærrogativæ quæ lucebant in Virgine, quandiù vixit in hoc orbe, floruerunt modò, Ildephonso protegente: siquidem charismata sacra & privilegia olim prodita in lucem, compulit hæreticos, ut noviter faterentur & cognoscerent. Iccircò illi dixit Leocadia: *Per te vivit Domina mea, quæ cœli culmina tenet*: per Ildephonsum itaque vivit; igitur restituit in pristinum honoris statum, sacrum ac regale templum, quo augustè per singulariss. gratias, fulgebat maternitas & virginitas: unde per illum cognovit perspicujùs orbis, quod hæretici privilegium negabant Virginis-Matris, paradiso servato à Cherubico custode, & illæso arbore vitæ. Ecce miles. Ecce Doctor (utar Homer. sententia 6. *Iliad.* v. 403.

Ildephonsus cantus intendit studio, confecto prælio. Cantic. 7. 13. *Per illum innotescunt Virginis privilegia.* *Et honoris singularis restituitur vita.*

Solus tutabatur Ilium Hector. Homer.

DI-

DIDASC. III.

Linguæ imperium teneat, qui tenet imperium.

1 TAnta enim est linguæ volubilis ruina, ut timeatur vel immota. *Omnis labor hominis in ore*, siquidem labor tacere; ut qui loquitur liberetur à labore: erit profectò majestatis splendor, quandiù Principi fuerit loquela labor.

Eccles. 6. 7.

Verborum erit splẽdor, si loqui labor.

Æschil.

Pauca loqui Princeps, audire plurima debet

Os unum, binæque aures iccircò tenemus.

Sumptum distichum ex Æschylo in *Eumenid.* videris in *Axiomat. juris* lit. *M.* num. 57. Duas venas habet hominis lingua, ut observatur ab Ambros. in *Theatr. Polit.* cap. 7. quarum una in cerebrum tendit, & alia in cor cursum ducit. In cor, ne verbis fallat, interprete linguâ: in cerebrum, ne deviet verbum à rationis regula: etenim cum lingua sit speculum mentis, desipiet Princeps, ni verbum juxta libramen rationis. *Cerebrum* (inquit Plinius lib. 11. cap. 37.) *in hominum infantia palpitat, nec corroboratur ante primum sermonis exordium.* Altè natura instruit hominem in prudens verbum, dum infantem constituit, ni cerebrum solidatum: igitur maluit hominem mutum constituere quàm sine ratione loqui. Unde cùm confortatio cerebri insigne judicii sit, & soliditatem mentis indicet perfecta vox, minimè concessus homini usus lubricæ linguæ sine usu rationis; procul hac, usus vocum vel infantis vel furentis: quippe prolatis verbis citra pondus rationis, & judicium; quisquis loquitur homo non habet cerebrum.

Cur homini os unum, & binæ aures?

Marlian.

Lingua imago mentis.

Plin.

Cur ex perfectione linguæ cognoscatur in homine perfectio cerebri?

Exod. 22. 24.

2 *Percutere gladio*: dicitur sæpe in Sacr. pagina, uti vidimus in litera. Ad quid *gladio*, si designatur percussio? Quia sensibiliora vulnera non à gladio, sed à lingua; siquidem hac percutitur animus, & gladio corpus: sed vulnus magis sensibile, quod altè sedet in corde. Utrumque gladium habet Princeps in regimen: verùm videat ne polluat auctoritatem, modo concedat verbo, creditum gladio, verbis prolatis à lingua sine judicio: etenim ni vox erumpat juxta confortatum cerebrum, atque rationis judicium; quod verbum tantùm in circunferentia oris, est vulnus in corde audientis.

Sensibiliora vulnera à lingua.

Quomodò verbum audienti vulnus?

3 Vidit Achanus purpuram & regulam auream inter spolia eversæ Jericho, quæque attingere nemo est ausus filiorum Israël. *Vidi* (confitetur) *pallium coccineum, regulamque auream, & concupiscens abstuli & abscondi.* Plura dixi alibi, & adhuc locus doctrinæ. Villalpandus in *Appar. Urb. & Templ.* part. 2. lib. 2. disp. 4. cap. 23. pro *Regulam* legit, *Gladium.* Gladius pro regula est tyrannidis notà; quippe jus ubi non est, pro jure denudat gladium ultima ratio regum, ut sit jus infractaque lex, quod non fax, sed solùm vis. Quodnam ergo similitudinis vinculum inter regulam & gladium? Ex lectione Greca, ex Septuag. aliisque Versionibus; de quibus egi hìc *Tautolog.* 2. *Didasc.* 1. n. 3. innotescit vocum proprietas, ut absistat Principe loquacitas, & clareat caput ejus judicio decoratum, dum linguæ imperium tenet, qui tenet imperium. Pro *Regulam auream* proferunt, *Linguam auream.* Unde in tabernaculo Achan erat regia purpura, aurea regula, aurea lingua & simul gladius. Admirabilis nexus! Purpura indicat Principem, lingua sermonem: & simul describuntur aurea regula & gladius; ut clarescat ex lingua Principis lapsus, vel modus: an palpitet in cranio medulla cerebri, vel floreat sano sincipite: siquidem ni verba quadrent ad rationis unguem, & cadant ab ore secundum judicii examen: phronesi ductrice; atque regulà aureà ratione; pro lingua Princeps evaginat gladium, quoniam verbo corda proscinduntur subditorum. Haud ambigua percussio, fulminato è pectore verbo, vel rustico dedecore dignitatis, vel aspero, gestu fatali dedignationis: etenim patet verbum acutus gladius, per intimum cordi vulnus. Sæpesæpius quia vel commoto corde, nefas est; ense fatidico rescindere; Princeps utitur, seu abutitur voce, quæ mitior videtur tæli vindicta, & patet dolore cordis acerrima plaga: igitur cùm Princeps vibret furoris, seu bilis aciem, quò dirigit vocem; verbum (quid si verba & verba?) ostenditur gladius, quia specie verbi per aurem transivit vulnus in pectus.

Josue. 7. 21

Villalp.

Græc. 70 Interpr.

Ni verba juxta judicium, proferens non habet cerebrũ.

Verbum insipiens, gladius ex quo cordi vulnus.

4 Sapienter, argutèque ne in gladium convertantur verba, linguam comitatur regula syndereseos aurea; ut possit dicere quisquis habenas regiminis habet cum Catone, de quo Cicero 1. Offic. *Nunquam verbum emisit, de quo dolere.* Lapis est verbum ab ore jactatum, quod quidem revocare difficillimum. Unde Menander inquit:

Cautio in verbis propria Principis.

Cicer.

Neque ex manu demittentem ponderosum lapidem.

Menand. *Facile est cohibere; neque ex lingua sermonem.*

Verbum irrevocabile. Horatius elegantiùs succinuit lib.1.*Epist.* 18. v.68.

Quid de quoque viro, & cui dicas sæpe videto:

Horat *Nam semel emissum volat irrevocabile verbum.*

Quid circunspiciendum in eloquio? Aptiùs dices, & in distichum rediges, comprehendens cuncta dulciore camœnà:

Quo semel emittis, nunquàm est revocabile verbum:

Cur, ubi, quando, cui, quidve loquare, vide.

Cur verba similia lapidi vibrato? Hinc sociantur lingua & regula, ne pro verbis magniloquus loquatur saxa: quæ sanè cùm ejaculata revocari non possint, quin nocuerint; accedit impossibilitati pœnitentia, verùm post capita fracta: doceturque Princeps loqui, ut sapiat alieno capite, & cordium vulnere; ne sine delectu verba proferat, quorum irrevocatione serò pœniteat.

5 De hujusmodi tempestatibus, & nimbis, efformatis à turbine cerebri aëre cœli oris, expositisque labiis, dicit facetè Plaut. Plautus, ut vidimus in *Expos.Lit.* num.4. *Lapides loqueris*: quippe sicut lapides excutiunt cerebrum, aspera verba impetè concutiunt caput: quapropter ingeniosè quæ verba, designat saxa; quia loquens sine delectu, tundit aures lapidibus locutionis. Morbus quidam describitur ab Holer. Holerio, & Fuentelapeña in *Ent. dilucid.* sect.1. num.31. quo laborantes pro saliva conspuunt saxa. Quod physicè haud facilè credimus, frequenter metaphoricè in garrulis experimur, vel patimur: siquidem dum verba tumultuariè formant, prolatione verborum lapides jactant, convertentes in saxum quodlibet ita verbum, ut ictibus locutionis tuberent aures. *Lapidabunt lapidibus*: dicitur ab Ezechiele Ezech.16. 40. Synagogæ adulteræ. Num aliud instrumentum ad lapidationem, ut designet Propheta quatiendum lapidem? Profectò: lapidat etiam ex abrupto incogitata locutio: diciturque lapidibus lapidanda, ut ostendantur fatui sincipitis verba: igitur saxum est quodlibet verbum, cujus ictu tumescit pellicranium. Hispan. *Descalabra.*

Quid sit, lapides loqui? *Pro verbis proferre lapides morbus.* *Insipientes lapides formant, dum verba jactant.*

6 De regione ubi concipiuntur tempestates, dicit Plinius lib.2. cap.38. *Ventorum hoc regnum::: quoniam tonitruum & fulminum jactus. Quin & ideo lapidibus pluere interim, quòd vento sint rapti, & multa similiter.* Quod debet esse pluvia; quia rapta, mutatur in tempestatem: non secus in homine, si verbum citra rationem: etenim ducitur vento, dirigendum judicio; & dum turbulentè pectora verba fulminant, ore detonant, aures attonant, formantia turbinem, parturientia typhonem, desinentia in tempestatem: quippequàm pluunt lapidibus, concussis auribus, dum prorrumpunt in verbum, & pro verbo jactatur pluvia saxorum. Vernaculè: *Les viene una tempestad à la boca, si han de hablar una palabra. Fluat ut ros eloquium meum*: optabat Moyses. Ita igitur Præsidis, sive Principis eloquia, minimè saxa. Ros leniter super arva nutrienda cadit, nec folium, nec florem percutit, grando verò omnia corrumpit: dicunturque ut ros Principis verba, minimè grandinis pluvia; quoniam amittitur fructus verborum, turbine tempestatum, & frustratur quod intenditur lubricitate linguæ, & obtineri quibat Præsidis atque vocum suavitate. Spuere salivam valetudinis est signum; sanguinem, morbi lethalis prognosticon; lapides, quoniam invisum, indicat cordis duritiem, mentis furorem, voluntatis & rationis infirmitatem, qua laborant, estò delectentur, maximè Principes: sese absidunt gloria vulnera subditorum non cognoscentes: sciendum ab illis, ut exulet à thronis loquacitas; quòd spuere pro verbis lapides, non est gloria, sed infirmitas.

Unde ex verbis pluvia saxorum? Deuter.32. 2. *Principis verba sint verba, non saxa.* *Loqui lapides pro verbis, sunt tempestatis voces.*

7 Unde, dices, tanta audacia, ut sæpe glorientur impudentiâ? Ex inflatione dignitatum inflatum verbum: unde quantunvis extendantur, quoniam abundant vento, flatu rumpuntur. Lingua est imago mentis: cumque sine mente, quasi audientes non haberent, proferunt voces; apparent honore tumescentium, verborum loco cerebri vacuitates. Hujusmodi lubricitatem linguæ eliminare à Superiorum sede, intendens SS. Confessor Christi P. N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap.64. subdit: *Sciat Abbas sibi oportere prodesse magis, quàm præesse.* Sic construendum: *Sciat oportere, magis prodesse sibi, quàm præesse aliis.* Rationem indicat ibid. *cap.2.* inquiens: *Cùm de admonitionibus suis emendationem aliis subministrat, ipse effi-* Idem. *citur à vitiis emendatus*: siquidem adversùs eos minimè poterit imperare, per quos acquisivit posse; modò Superiorem contenderit vivere, quemadmodùm vellet, secum vivere inferiore. Quàm aptè Euripides in *Iphigen. in Tauric.*v.729.

Ex vento dignitatum inflatù verbum. *Horum voces, cerebri sunt vacuitates* S.Bened. *Ordo insignis regiminis in quo?*

Ne-

1 Euripid. *Nemo calamitosus sui similis est,*
Quando cadit ex metu in confidentiam.

Unde audacia Præsidum?

Hæc confidentia est audacia: studentque Præsides non prodesse verbis, sed præesse ratione dignitatis; quoniam illà fulti audent dicere; quæ sine auctoritate non auderent cogitare.

8 Murmurante populo Israël præ siti, vel murmurationem durà cervice sitiente (siquidem dum viget insita procacitas hominum, quantumlibet fuerint saturati, murmurabunt) Moyses & Aaron cucurrerunt in Tabernaculum fœderis, ut protegente Deo jurgia fugerent commotæ multitudinis. Tunc ille dixit Moysi: *Tolle virgam & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas.* Cuncta illustranda sunt. Virgam jubetur sumere, dum jubetur loqui. An quia protervi minimè frugi redibunt, nisi tundantur? Iccircò cum loqui jubetur ad petram, eloquium prætermittit, & saxum percutit. *Percutiens virgà bis silicem.* O insignem Præsidem! Silicum cordium verba propria, non sunt verba, sed verbera & vulnera. Alia rimor. Moyses tollit virgam, ubi loquitur ad petram. Virga est Superioris insigne, sive auctoritatis symbolum nobile: & assumitur potestatis sceptrum, in proferendum eloquium; ut Princeps cogitet quantum verborum momentum, ne lapsu linguæ & commotà ratione, virga directionis cadat sine auctoritate: unde, qui ratione offensæ vel injuriæ in verba minus grata percelleretur; visà virgà, aut sceptro ab impetu revocatur. Potestas habetur in eloquium, ut judicium Superioris sit vel verbis circunspectum. Non accipit manu virgam, ut demonstret dignitate impudentiam, & frontem audacter perfricet; siquidem dedecus Præsidis prorumpere in dedecora, quia virgam habet, maximè cum non auderet explicare labium, ni haberet imperium. Dialecto nostra: *Se atreve à un descoco, quien sino fuera la vara, que empuña, no se atreviera à hablar una palabra.*

Num. 20. 8 *Protervi in mentem non redeunt, nisi tundantur.*

Vers. 11.

Verborum phronesis, cōsideratio dignitatis.

Dedecus Præsidis dicere, quæ non diceret, ni Præses.

9 Deinde. Ad quid virga sumitur, si eloquium tantum intenditur? Si Deus consultò præcipit, alta docet. Haud creperum, Moysen posse loqui sine adminiculo virgæ: verùm sine virgà verba nequaquàm æstimarentur tanquam à Præside. Ictus erat dicteriis populi, dolebat punctus pectore: jubeturque ornari dignitatis virgà, ut pauca proferat verba, ne degenerent ab auctoramine eloquia; igitur si perstrictus & percussus verbis Moyses, jus non est æmulis subditis loqui uti Moyses, sed ut Præses, qui in bonum publicum, obliviscitur penitùs malum proprium. Sumat igitur virgam & loquatur ad petram, ut constet mansuetudo Moysis, vel virgà Præsidis in colla inimicorum & rebellium: siquidem debet extolli tanquàm miraculum; quòd habens virgam Superior bile commotà, erumperet dumtaxàt, quoniam Superior, in verba.

Si Præses ictus, non loquatur, ut ictus, sed uti Præses.

Oblivioni dentur in dignitate privatæ injuriæ.

10 Ulteriùs. Virga juxta præscriptum tollitur, ut petram Præses populi alloquatur: verùm proferendum labiis, debet fieri *coram eis.* Quo igitur intuitu saxo aut silici dirigitur sermo? Sentit? Nullatenùs. Dicat populo, cujus sensibile pectus. Corripitur arte petra, ut intelligerent corda, obliquis objectis in acquisitionem correctionis, docente saxo erumpente in flumen, quid facturi qui fecerunt crimen: etenim propositum adipiscitur correctio, quoties crimen subtrahitur prudentiâ à capite proprio: quoniam pectus tædet facti, & pudens lætatur corde; quasi Præses solummodò sciret crimen, & penitùs ignoraret transgressorem.

In quo prudentia Præsidis, ut artè finis obtineatur correctionis?

11 Prætereà. Illa petra alloquenda *coram eis*, quæ aquas eliciet, ubi illi præsentes; ut vel pœniteant, vel fiant saxis insensibiliores. Illa mollescet. Quare? Habet virgam Moyses, quæ potest dirigi in ictum, & vulneribus pertundere saxum: & dum tantùm loquitur, cedit Præsidi duritiei; quippequàm corda insensibiliora saxis, ni mollescant, ubi Præses potens percutere ex lege, pro conversione cordis cessât à vulnere. *Illa dabit aquas.* Næ, cæterùm hominum haud confringetur protervitas, etiam videntium saxa liquari in lachrymas. Hinc coram illis in lapidem Præses dirigit vocem, ut discant corda saxea obliviscì duritiem, ac relinquere efrontem judicii tenacitatem: igitur si plorant larguissimè saxa; jus est, exemplo facti pœnitere pectora, dum videtur virgà Præses posse injuriam vindicare, & propter bonum pacis cedere jure. Hinc dubium. Sermo jubetur dirigi in lapidem, & Moyses retorquet in seditiosam cervicem. *Ante petram dixit eis: Audite rebelles.* Non percutienda, sed alloquenda erat petra; & percussit lapidem: *Percutiens bis silicem.* Quo ergo intuitu dirigitur sermo, ad quos haud instruitur locutio; vel quo jure fit percussio, ubi dun-

Magna, ubi potitur verbo, quod potest ictu.

Major, dum cedit jure, & potest cædere.

ta-

taxàt præcipitur sermo? Ars notatur Præsidis cum subditis dyscolis. Erant corda saxea, cæterùm corda, intelligentiæ & correctionis capacia: & ad illos loquitur, dum loquendus silex sine loquela percutitur; ut ex Præsidis pietate resipiscerent corde: quandoquidem si saxa cedunt vulneri, & nullo modo sermoni; quæ debita crimini vulnera, suavitas Principis commutavit in verba.

12 Virga sumenda est, an forsitàn in subditis ferreum os; ut licèt illà non percutiat, adminùs habeat, & sciant habere, si velit uti (de quo egimus hìc *Tautolog.* 2. *Didascal.* 2. *à num.* 2.) siquidem refractarii ni videant potentem Superiorem, vel jure fulti despicient auctoritatem: jungiturque decreto Dei virga potestatis eloquio mitissimi Præsidis; ut si noluerint resipiscere eloquio, cedant supplicio: equidem hos justitia est exagitari virga, qui minimè percelluntur audientes verba. Egregiè SS. Benedictus ubi dudùm: *Miscens temporibus tempora* (quoniam nocet importuna medicina) *terroribus blandimenta; dirum magistri, pium patris ostendat affectum* (Nil laboriosius in regimine, sed omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci) *idest, indisciplinatos, & inquietos debet duriùs arguere; obedientes autem, & mites, & patientes, ut in melius proficiant, obsecrare; negligentes autem, & contemnentes, ut increpet, & corripiat, admonemus.* Patet quando sola verba & sola virga, & etiam quando simul virga & verba: etenim si non audierint Superioris voces, quia pertinaciâ insensibiles; verbis addenda sunt verbera, ut cedant juri pœnitudine corda: quippequàm si Præses operatur juxta jus, & virgam assumit mandato Dei; ictus verberum & verborum haud respuent homines, dum cedunt lapides. Vividè Vernaculè: *Què haràn en los corazones sus palabras, si quando tiene justicia, hacen mella en una piedra?*

13 Proposito ergo Didascaliæ cursum flectamus. Ut loquatur, Moyses tollit virgam, attamen illà, ad quos loquitur, non utitur. At quorsùm tollitur? Ut ostendat sibi prodesse, dum præest aliis credità auctoritate. Si loqueretur, quia præerat, & virgam imperii Dominus illi tradiderat; tantùm loqueretur juxta cultam à subditis auctoritatem, nequaquàm juxta colendam rationem, cùm sit loquacitas, quoties loquitur auctoritas: jungiturque virga dignitatis in eloquium, ut clareat quàm circumspectum, dum loquitur Præses, non quia Præses loquitur, sed quoniam ratione impellitur: igitur sæpe fatuitatem, stultitias, & ineptias loquendo Præsides fovent; si duntaxat loquuntur, quia virgam habent. Demùm. Quamvis virgam continet manu, vel intimè punctus solùm studet eloquio, sibique consulit in regimine, corda mulcens suavitate, docensque abditione virgæ, sibi etiam præesse & prodesse: siquidem cùm aliis velle cuperet, quod ab aliis sibi vellet, licèt habeat virgam, haudquaquàm quoniam habet, format loquelam: igitur profectò mœreret, si à Superiore audisset opprobrium, non aliâ causa nisi quia dignitatis habebat sceptrum.

14 Sunt hujusmodi morologi, sive stulta loquentes, uti Labani idola vel imagines loquaces, de quibus Rab. Salomon, Oleastr. Abulens. in 31. Genes. & Nos egimus *Tom.* 2. *Tautolog.* 12. *Didascal.* 1. *num.* 21. Hæccine idola seu figuræ nisi elevatæ in altare omninò mutæ: ideo à Rachele collocatæ sub clitella camelli; ne patri dicerēt, quid illa cum aliis fecerit. Haud secùs his accidit, quibus audacia ab elevatione provenit: siquidem ni haberent thronum, nullum expromerent verbum. Damna isthujus facilitatis ignorant, dum ita loquentes vulnerant. Ubi Isaiæ 27. dicitur: *Visitabit Dominus in gladio suo duro*, Saa legit: *In verbo duro*. Idem Psal. 44. 4. quoniam si Princeps loquitur, quia possidet thronum, nulla distinctio inter glaudium, & verbum. *Alata verba & volucria*, usquequaquè dicit Homerus. Vid. 4. *Iliad.* v. 66. & 92. & Chartar. in *Mercur. imag.* fol. 216. igitur vix verbum Princeps pronunciat, quùm illicò volat, nocens quà pergit, à Principeque alas & auctoritatem sumit: igitur quod in alio simplex censeretur, vel despiceretur verbum; quia dictum à Superiore accipitur ut oraculum.

15 *Divinatio in labiis regis*: dicitur & jurè à Salomone. Vel verba simplicia sunt mysteria: siquidem cum subditi non arbitrentur posse Principem in hujusmodi prorumpere verba, sine gravi fundamento, & præcognità causa, imò loqui juxta rationis atque causarum libramen; quodlibet verbum accipitur, præut decet Principem; datà vità mortuo verbo non ab auctoritate rationis, sed solummodò à ratione auctoritatis; quia verbum concipitur, prout unusquisque cogitat, & nequaquàm uti deceat, augur factus

Qui respuit resipiscere eloquio, cedet supplicio.

In quo dexteritas Superioris? S. Bened.

Prudentiæ cedent subditorū corda, quantumvis saxea.

Semper loquacitas, si in Præside duntaxàt loquitur dignitatis auctoritas.

Minimè proferenda audacia, quia habetur virga.

Cur similes audaces ita imaginibus Laban? Genes. 31. 34.

Isai. 27. 1. *Si ita Principes loquūtur, nulla distinctio inter gladium & verbum.*

Prov. 16. 10.

Quod in aliis simplex verbū, quia à Superiore accipitur, ut oraculum.

tus verborum quæ sæpius fœtent, & prolata meditanter sæpesæpiùs, ut audientes alta cogitent: diciturque divinatio in regis labiis; quoniam auditis delirant audientes, famâ proximi spurcatâ, interpretatione propriâ: quandoquidem rumor volans est cogitatio audientium, toto cœlo diversa ab animo Principum. Quapropter longè à Principis labiis arcenda verba fœta, aut verba ambigua: etenim serpit lethiferum nocumentum, quod prolatum in cassum, vel per jocum. Canit Petronius in *Epigram.*

Quàm nocua ab illo incogitata verba, estò in cassum, vel per jocum!

Nam citiùs flammas mortales ore tenebunt,
Quàm secreta tegant. Quicquid dimittis in aulam,
Petron. *Effluit, & subitis rumoribus oppida pulsat.*
Nec satis est vulgasse fidem, simulatius exit
Proditionis opus, famâque onerare laborat.

Ad hæccine lamentabilia deservit divinatio ex verbis Principis, dum linguâ faciles, ostentantes per verba capita vacua, quorum signum impudentia; quasi nullam haberent potestatem in dignitate, ni ineptirent corde, capite, voce. Voces sunt adinstar gnomonis horologii, signantis aptam, vel ineptam interioris motus harmoniam in pectore. Ordine cuncta cadunt ad horam, sine ordine excitantur, vel dormientes in vigiliam: igitur tunc pectus Præsidis non horologium, sed horologii cymbalum, crebro pulsu verberans aures, quousque quiescat, vel rumpatur funis. Imperium linguæ teneat, qui tenet imperium, ut loquatur ad horam horologium. Audiatur Marlianus ubi supr.

Verba index horologii & interioris motus animæ.

Vis regnare diù? digito compesce labellum:
Marlian *Hoc prudentis opus; qui tacet, ille sapit.*
In rebus magnis magna est doctrina, tacere.
Sermo tuus tecum: sic age, tutus eris.

DIDASC. IV.

Rosarium Virginis triumphale decus, ac triumphale pignus.

Virgo liber bellorum Domini.

1 QUID quod plaudatur Virgo liber bellorum Domini? Elucet illius encomium, nobis quàm utile: etenim sine illius auspicio, tot irruentibus inimicis in Ecclesiam, nullam nanciscereмur victoriam. Victoria aurea olim deportabatur de lararium in lararium, in omnem felix ac faustum Imperatorum: de quo Chartarius in *Imag. Jovis* fol.98. Cedat veritati figmentum, siquidem avolat à manu Jovis in nostras feliciter ædes, ubi victoria paritur interventu Virginis Matris. Retorqueatur Claudianus lib.3. de *Laud. Stilic.* v.203.

Victoria in dextra Jovis.

—*Cùm totis exurgens ardua pennis*
Ipsa duci sacras Victoria panderet ædes,
Custos Imperii Virgo, quæ sola mederis
Et palmâ viridi gaudes, & amicta trophæis
Vulneribus, nullûque doces sentire dolorem.

Claud.

Unde igitur nobis è cœlo felicitas tanta? Virginis sanè Coronâ; ut canit illicò, quanvis ignoret, quò canat.

Seu tibi Dictææ placuerunt astra Coronæ.

Idem. *Maria Imperii custos.*

Fabula, seu verum canitur? Victoriâ profectò potimur, Imperium per custodem Virginem dextrè defenditur, illa medetur vulneribus, removet laborantes à laboribus, caditque Turca, roseâ Virginis Coronâ: quandoquidem uti gladii proscindunt inimicorum cervices, quos venustè producebant amœna rosaria flores.

2 Phrasis sacræ paginæ, ut vidimus, est: *Gladio percuti*, aut *percutere*, unde Deus rebellibus minatur: *Percutiam vos gladio.* Quo igitur nisi gladio percutiendi? Dicant qui in pugna navali Turcæ. Proferam ex Propertio *lib.4. Eleg.5. v.59.*

Exod. 22. 24.

Vidi ego odorati victura rosaria.

Propert. *Utitur rosis quasi gladiis.*

Equidem in Turcarum exterminium, ac Catholicorum immortale trophæum, utitur Virgo rosis, quasi ancipitibus gladiis. De Heliogabalo astruit in *Ejus vit.* Lamprid. rosis suffocasse convivas. In navali bello claruit altioris virtutis veritas: siquidem rosis, quas Virgini miles Catholicus offerebat, universam Turcarum classem celerrimè suffocabat. *Vitale nomen est Maria*: ait Novarin. in *Umbr. Virg.* Excurs. 127. num.1129. Salutatur, & jurè, *Virgo-Mater*, plenissima gratiis, quasi ornata rosis. Hinc Sponsus collaudat proferens:

Lamprid.

N var. *Maria vitale nomen.*

Venter tuus acervus tritici vallatus liliis.

Cant.7.2. *Laus Virginis.* Virgo-Mater.

Plures apud Ghisler. & Alapid. *Circundatus rosis.* Quorsùm ergo flores, si uberrimi fructus; dum in ventre sacro, habitaculo filii, micat tritici acervus? An ut clareat benedictus fructus ventris? Fateor, sed in amplius profertur elogium Virginis. Floribus indicatur virginitas, fructu maternitas: & dum amor incumbit encomio Virginis, signat & fructus & flores: igitur ampliorem nequit efformare laudem, quàm appellare Mariam, Virginem & genitricem. Rosis vallatur, & simul fructu circundatur, ut pateat fructus

Ro-

Rosarii, ex floribus salutationis Angelicæ: etenim vel nominis dulcissimi prolatione, proteruntur statim implorantium inimici.

Nomen ejus excellentiæ quantæ. Idiot. *Tantæ excellentiæ est tuum sanctissimum nomen* (infit Idiota de *Nomin. Virg.* cap. 5.) *quòd ad invocationem ejus, Beatissima Virgo, cœlum rideat, terra lætetur, Angeli congaudeant, dæmones contremiscant, infernus conturbetur, atque inimici corruant.*

Columell. ——*Jam versicoloribus anni*
Fœtibus alma parens cingi sua tempora gaudet,
Virgineas adoperta genas rosa præbet honores
Cœlitibus, templisque Sabæum miscet odorem.

Astruo & lubenter ex Moderato Columell. Poëmat. de *Cult. Hortor.* Flores Virginis fructus apparent in terra nostra per oblata à fidelibus pretiosa rosaria. Hinc illa clamat: *Flores mei fructus*; quippe ex floribus rosis, queis formatur Virginis laurea, fructus è Turcis infalibilis victoria.

Eccli. 24. 23.

Ibid. v. 18. Maluend. 3 Jubat ex facili lecta corona. *Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Jericho.* Maluend. ex Græco appotè legit: *Quasi palma circa littora.* Ita gratiis Altissimi pulchrè comptam, exponit mirantibus Virgo dignissimam eminentiam. Haud de palma difficultas nec de rosa, quæ quidem Virginis pulcherrima symbola; sed de corona pactili, vel de nexu, in pancarpiam hujusmodi, palmæ & rosæ. Quid venustas amœnitatis rosæ suaveolentis ac versicoloris, cùm invenustate palmæ in ipsamet viriditate arescentis? Fastigium, umbella, tegmen dilatum atque diductum in orbem, minimè respectu rosæ ostendunt oculis amabilem pulchritudinem: etenim flabellum expansum ex complicatis rosarum rutilis foliis, oculos amœnans summam objicit speciosæ venustatis; qua de causa olim Veneri sacra rosa. Unde ergo nexus exaltationis ex commendatione palmæ, dum commendabilior speciositate desiderabili rosæ?

Cur Virgo confertur & palmæ & rosæ?

Rosarium victoriæ signum. 4 In hujusmodi hieroglyphicis micant Virginis prodigia, & in utroque splendidè rutilat umbra. Palma portendit triumphum, rosa Mariæ corollam, quam dicimus vulgò Rosarium: & dum signantur ex rosario Virginis serta, etiam comitatur palma; quoniam classi catholicæ in clademTurcarum, sacrum Rosarium concessum, victoriæ tantæ commendabile signum. Ulteriùs. *Quasi palma & quasi rosa.* In utraque nomen distinctum, sed idem mirificè objectum: siquidem tantum vinculum inter rosarium & triumphum; ut triumphum designatum per palmam, pariant fideles gratulabundi per rosam. Præterea. Gloriatur Virgo quasi palma & rosa triumpho & rosario. Palmarum folia signant victoriæ manus victrices, quoniam efformata in modum falcati ensis: & dum exponitur rosa, etiam exponitur palma, ut rosarii sacri demonstretur victoria: etenim rosarii Virginis pulcherrimi flores, in Turcarum assultum fuerunt secures.

Illius flores in Agarenos secures.

5 Clariùs ergo. Extollitur Maria quasi palma, & quasi rosa. Rosis & palmis insertatur laurea. Palma ministrat Virginis gladium, flores rosarum spectabile sertum. Verùm ubi exaltatur? Dicit & promptè: *Quasi palma exaltata sum in Cades. Cades imminet regioni Agarenorum, quos nunc Saracenos vocant*; infit Christian. Adrichom. in *Pharan*, num. 27. Sicut rosa *in Jericho. Jericho Luna interpretatur*: ait Gregor. Magn. Homil. 2. in *Evangel.* Aptè nectuntur in triumphi & rosarii emblema palma & rosa: quandoquidem in triumpho è Saracenis à Virgine parto, excelluit ut rosa, contrità Turcarum Lunà, ne totum orbem impleret; sed passa eclipsim decideret; & ut palma circa littora fulminavit securem, acinacem, gladium, queis Turcicum penitùs jugulavit imperium.

Adrich. Greg. M. *Lunam Turcicam calcavit & fastum sustulit.*

6 Ut palma victrix effertur, & jure in Jericho extollitur. Retrò sæculis prævisus triumphus, fidelium plausus, & Agarenorum fletus. Jericho, quæ Luna dicitur, *Civitas palmarum* appellatur. Vid. Adrich. in *Beniam.* num. 81. etenim pro victoria ex Turcis & Agarenis, præventa palma vel in umbra nominis: quippequàm vel triumpho obtento, haud quiescit à persecutione Virgo; sed pugnax exaltatur ut palma, donec auferatur Luna. Quid quòd Agareni summerguntur in mare, si coram Arca corruunt uti labiles solidissimi muri?

Deuter. 34. 3. 2. Paral. 28. 15.

Conteritur Ottomana Luna, Mariæ corona.

Vincendi quæris Dominam? Sua dextèra cuique est,
Et Deus omnipotens.

Prudent.

Canit Prudentius lib. 2. contr. *Symmach.* v. 842. etenim Deo favente & Virgine auspicatrice cuilibet in Turcas concessæ victoria & palma; quoniam rosarium sacrum florebat in dextra.

7 Denique. Objicitur venerationi Virgo quasi rosa, & quasi palma: etenim

si

Cur in rosario signatur corona Virginis?

si in palma renident victricia rosarii signa, in rosâ emicant sacra rosarii mysteria. In roseto sedent flores, insunt spinæ, hærentque folia. Mysteria coronæ Virginis præ se feruntur, ubi in rosario flores, folia & spinæ tanquàm symbola videntur. Mysteria sunt ex lætitia, ex dolore, & etiam ex gloria, quorum patent in rosario hieroglyphica. Spinæ ingerunt dolorem, igitur pungunt mucronibus carnem: folia, utpotè ornatus elegans, sunt gloria roseti; & denique flores gaudium, quo exultant læti conspicientes oculi. Ergo copuletur rosa palmæ, signo præstantissimo victoriæ: quandoquidem coronâ Virginis fideles ex Turcis reportantes triumphum, construunt Virgini trophæum, quo superborum calcans colla, effertur tanquàm rosa, & quasi palma: quasi palma conterens ensibus Turcam: quasi rosa pede premens Lunam deficientem Ottomanam.

Mysteria Virginis dolorosa, læta, gloriosa.

8 Ecce Virginis gloria, Imperii, imò totiùs Christianissimi palma. Innuit, etsi aliò tendat Prudentius, ubi supr. v. 819.

Si vobis vel parta viri victoria cordi est,
Vel pariendi dehinc, templum Dea Virgo sacratum
Obtineat, vobis regnantibus: ecquis amicus
Hostibus, hanc sanctè vestro negat esse colendam
Imperio? Cui semper adest, quod laudibus implet.

Prudent.

Refert Philipp. Brietius part. 4. Tom. 2. *Chronic. univers.* lib. 16. cap. 8. *Christianis per Virginem* (inquit) *est concessa victoria, mutato repentè vento, & tormentorum fumo in oculos Ottomanorum delato. Ideo festum B. Virginis de Victoria, adjuncto huic præcipuo Rosarii festo.* Unde ergo victoria? A propugnatrice Maria. An quia adinstar Palladis, sufficit in victoriam præsentia Virginis? Cecinit olim Claudianus in *Gigantom.* v. 91.

Philipp. Briet.

Mariæ præsentia sufficit pro victoria.

Virgo
Aspectu contenta suo non utitur hasta:
Nam satis est vidisse semel.

Claudian.

Quid mirum? Utitur palma rosæ in glorioſum trophæum: idem rosarium, ac exponere triumphum: igitur antequàm pro victoria milites conserant manus, jacet Virginis coronâ consternatus, & constratus inimicus.

9 Aperto sigillo primo à mystico agno, qui sedebat in throno, vidit Joannes equitem solâ præsentiâ prosternentem orbem: igitur subjugatus offerebat palmam, antequam pugnâ consequeretur victoriam. Ita enim describitur: *Ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret.* Permulti intelligunt per equos persecutionem Ecclesiæ per Gentiles, & Ethnicos: ego verò de illis, æquè ac de Saracenis, Ecclesiæ triumphos. *Exivit* gloriosè eques *vincens, ut vinceret.* Peregrina sanè phrasis. Si jam vincens, ad quid exit? Qui si vicit, vincet? Nil est, quò tendat virtus brachii potentis, si ante bellum, ac conflictum plauditur vincens. Quo ergo pacto jam victor, qui ut vincat, in pugnam ita ferox ingreditur? Præmittitur causa, unde jurè nacta ante victoriam victoria. *Data est ei corona*, dicitur. Corona? Sat est. Corona vocatur Mariæ rosarium: & ante pugnam exhibetur victoriæ signum; quippequàm victor studens salutationi Mariæ, priusquàm, ut vincat, congrediatur cum hoste. Exit profectò vincens ut vincat, qui ex rosis laudibus Virginem ornat, pexâ corollâ violis, liliis & rosis, floribus consertâ sacris: igitur ante hostile conflictum, habet corona spectabile trophæum. Nonnunquàm singularia Virginis opera, ut ejus clareant vel odientibus portenta. Victoribus datur pro coronide palma: & hic meditanter conceditur ante congressum corona; quoniam habens sacrum Virginis Rosarium, victor triumphat ante triumphum.

Apocalip. 6. 2.

Coronâ Virginis ante victoriam victoria.

10 Quanta virtus in rosario, elucet ex ipso contextu. *Habebat arcum.* Ubi ergo sagittæ? Arcus sine sagittis est brachii virtutisque impedimentum, sed non præliantis auxilium. Habebat spicula in vulnera, ut transadigeret inimicorum corda? Habebat profectò, ut percussi caderent, & in perpetuum jacerent. Ubi & unde? Mente pende. *Habebat arcum & data est ei corona.* Corona suffecta pro sagitta: etenim cùm corona signet Virginis rosarium, cujus floribus contexitur sacrum sertum, pro victoria habebat divitem spiculis arcum: quandoquidem flores rosarii ex quibus Mariæ corolla, hostibus erant acutissima tela. Probavit eventus certamine inito in sinu Naupactico. Visæ classis Turcica & Christiana. Nunquam utrinde certatum majori ardore neque arte. Retorqueatur in propositum Claudianus ubi dudùm, v. 60.

Eadem corona & sagitta.

Jam tuba nimborũ sonuit, jam signa ruendi
Bis æther, bis terra dedit, confusaque rursus
Pro domino natura timet. Discrimina rerum

Claud.

Miscet turba patens: nunc insula deserit æquor,
Nunc scopuli latuere mari.

Erecta est Christicola classis, Turcarum navibus, vel summersis, inflammatis, aut in scopulos allisis. Exierunt victores ut vincerent Catholici milites. Ad quid ergo exierunt? Ut ante victoriam reportarent triumphum. Triumphus ante victoriam; sanè novum. Profectò novum, sed verum. Data sunt classi sacri rosarii insignia: data est ei victrix corona, qua tanquàm floribus, salutationibus ornabatur Virgo, ut potens assisteret irruente Turcarum prælio. Unde cùm palma hæreat in rosarii corona: triumphusque præcedat certamen, ubi rosæ exornant Virginem; habent milites ante coronam coronam, atque palmam ante palmam, exeuntes in triumphum, dum egrediuntur in prælium: etenim rosis ostendunt manus victrices, antequàm gladiis adordiantur hostes. Ecce rosæ: ecce arcus fortium sagittæ, queis Virgini à militibus conficitur corona, & configuntur adversantium pectora.

Triumphus per Mariam & ante victoriam.

11 Modò intelligitur quid intenderit emblema celebre, vinculo sagittæ & coronæ, cum haccine epigraphe: *Unita triumphant.* Vid. Octav. Strat. Tom.3. *Symbol.* Quorsùm nexus coronæ & spiculi, seu sagittæ coronatæ, ut ab utriusque virtute validà optabilis germinetur clara victoria? Formatur floribus coronæ circulus, mucro sagittarum ferreus. Corona illustrat, ornatque venustissimè tempora: spiculum infert profundissimè vulnera: qua ergo lege quæ uniri non possunt, parient unita ex certamine triumphum? Nobile næ profertur schema, ut clareat, qua arte Virginis industria, ex Turcis victoria Naupacti nacta. Unita triumphant tam spicula, quàm serta. Spicula è manu Virginis, ac ex militibus flores: etenim si floribus redimitur tempus, & telum cuspide aptatur in vulnus; quos flores milites colligebant in coronas, conversi sunt in penetrantes sagittas: quippequàm in Turcas pluvia erat spiculorum, quæ in capite Virginis erat corona rosarum. Exercitus nectebat Deiparæ corollam pactilem, & flos quilibet utpotè ex rosa, præferebat cuspidem. Haud alia erant in manu Virginis arma, dum in Agarenos arcum indignationis tendebat dextra; quandoquidem milites pro spectabili triumpho, illi ministrabant jacula ex sacro prompta rosario.

Octav. Strat.

Virgini serta, inimicis jacula.

Cant.7.1. 12 *Quid videbis in Sulamine nisi choros castrorum?* Quid videtis, aut miramini contuentes pulchritudinem? Solamnum amabilem venustatem?

Quid sponsæ eximium putatis esse?
Tota est musica grata; sed virilis.

Marian.

Ita socios alloquitur Sponsus. Si intenditis in speciem, pulchrum videbitis agmen. Cuncta consona in munerum differentia. Spectabitis certocertiùs ordinatam aciem, in singularem aspectantes pulchritudinem. Si placet nova & noviter speciositas, haud levi armaturà, sed Achilleà floret ornata Pallas.

Diva ferox, magni decus, ingeniumque parentis,
Bellipotens, cui torva genis horrore decoro
Cassis, & asperso crudescit sanguine Gorgon.

Stat.

Ut utar descriptione Statii *Thebaid.* lib.2. v.715. non invitè propositò succino. Verùm urbaniùs & obsequiosiùs loquamur. Bellum ne, vel pulchritudo describitur? Species Sponsæ, vel phalangis exhibetur? Pulchritudo, estò belli eximia, est imbellis etiam viris: quid in delicatis teneritudine fœminis? Non Charites aptæ feris, nec filius pulchritudinis armis. Unde ergo pro commendatione decoris Sponsæ, color ordinatæ pugnæ; vel pro specie venustatis, nexus speciositatis, ac militaris virtutis, ut dicat choros castrorum, Sponsà ostendente vultum, & nihil plus in egregiam insigne formam, si contuentes, amplius videre desiderant? *Circundabant eam flores rosarum*, infit Bernardus serm.de 12. *Stell.* Cyclopis sanè videtur antrum, in difficilius expositione argumentum. Rosæ num arma sunt, ut clareat insigne virtutis ex futilibus rosis? Habent utique floridum splendorem, sed non vulnificum chalybem. Erunt in viridaria, ut decorentur florum reticula; non in vulnera, igitur licèt speciosa, non sunt tela: longèque distat ab strue armorum, pancarculus rosarum decore ridentium, ac parùm interitioni disposita rosarum pharetra. Quo ergo obsequio, Amasii studio, Sponsa pulchritudinis decoræ miraculum, chorus insignitur castrorum?

Rosarii flores inimicis sunt phalanges.

Bernard.

13 Mirabilis Sponsæ forma, verùm ex forma in hostes conflantur arma. Sponsa est Deiparæ imago, cujus corona ex sacro lecta roseto. Flores illam circundant, & arma muniunt Sponsam, habentem ad manum omnem armaturam fortium. In ornatum micant flores, in auxilium nitent enses: igitur quæ speciosa, & suavis, etiam terribilis; quæ progredi-

ditur adinstar Auroræ, Lunæ, imò Solis pulcherrima, objicitur hostibus ut castrorum acies ordinata. En articulus pugnæ Naupacticæ, qua retusus fastus Turcæ Selimi. Classis Catholica Angelicis salutationibus Virgini offerebat rosas; quæ ab illa convertebantur in sagittas: & ubi illam circundant flores rosarum, planditur chorus castrorum; quoniam flores ex quibus Virginis servia, in corda inimicorum volabant ignita jacula. Sese exponit in auxilium Christianorum, ac exterminium Turcarum: & dum pro ejus pulchritudine designatur rosa: simul demonstrantur castra: unà flores & enses, rosæ & phalanges: unà arma bellica, atque copiæ ex florum copia: igitur ex floribus rosarii coronæ Virginis bellatricis, tela missilia retorquebantur in hostes. Nescio an hoc intuitu, ubi in illa Amasius contemplatur validissimum exercitum, recolat meditanter pro tuba chorum. *Quid* (ait) *videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?* Castra instruuntur in certamen & bellum: chorus autem in laudationem & plausum: & dicit chorus & castra; ut constet quantæ virtutis in hostes sacra corona: equidem ocurrebant Turcis tot invictæ phalanges, quot Virgini oblati à Christicolis flores; & quas chorus dicebat salutationes Angelicas, hostis intuebatur castrorum acies in adversum ordinatas.

Virgo nobis speciosa & suavis, Turcis terribilis.

Accipiens rosas & cõvertens in sagittas.

14 Hæc est Turris Davidica: in Christianorum auxilium mille clypei pendent ex ea. Quicquid accidit cum Turca bello navali, quotidie occurrit homini, imò usquequaquè infesto dæmone. Subigere intendit criminibus hominem, sicut Selimus Christianismi totius abolere libertatem. Excæcavit eos malitia eorum. Micat pro scuto rosarium. Hæc ex floribus micans corona patet Christianis antemurale. Sunt flores in dœmonas ignitæ sagittæ, fulmina conterentia ferociam, atque quassantia hostium implacabilem iram. In caput colubri rutilant ad modum harpes, qua resecantur inimicorum cervices. Volant uti gladius, & elucent ut scutum in hostiles incursus. Vox salutationis Angelicæ liberat à sagitta volante in die, & ab incursu inimicorum & dœmone. Liberat animas de laqueo venantium, quippe Virginis laudibus frustrà jacitur rete ante oculos pennatorum. Hinc illa ab Ephræmo de *Laudib. Virgin.* plauditur: *Clavis regni cœlestis, & suosidium hominis.* Si insurgant venti tentationum, si incurreris in scopulos criminum, respice in cœlo Virginis collocatam coronam; invoca dulcisonà salutatione Mariam. *In periculis, in angustiis, in rebus dubiis* (inquit Bernard. Homil. 2. *Sup. Miss. est.*) *Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum*: etenim, ut loquar, aliò ductà camœnà Martial. *lib.* 8. *Epigr.* 77. coronà Virginis fidelis anima.

Rosarii sacri virtutes.

Virgo clavis regni cœlestis, & subsidium hominis.

Ephr.

Bernard.

In æterna vivere digna rosa.

Martial.

DIDASC. V.

Proximus ille Deo, qui scit ratione punire.

1 HUJUSMODI prudentiæ cautio est hominis extra cœlum beatitudo, ne crescat scelus, dum punitur & vulnus, ubi archiater medicatur. Floridè Claudian. in *Paneg.* Manul. Theodor. à 216.

Ratio vel in punitione regat.

Diis proximus ille est, quem ratio non ira regit:
Servat inoffensam divina modestia vocem,
Et placidus delicta domat.

Gloria Agricolæ ita describitur à Tacito in *ejus vit.* cap. 19. *Omnia scire, non omnia exequi; parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare; nec pœna semper, sed sæpiùs pœnitentia contentus esse.* Correctionem nanque nescit, qui in pœnam & non in facti resipiscentiam delicta punit. *Qui discretionis spiritum non habent* (ait Gregor. Magn. Homil. 19. in *Ezech.*) *sic dissimulant peccata, ut non corrigant; aut sic quasi corrigendo feriunt, ut non dimittant.* Causam astruit Gloriosus Benedictus *Regul. Sancti.* cap. 46. ubi de culparum correctoribus agens, monet sciendas tantùm ab his, *qui sciant curare sua & aliena vulnera non detegere.* Quid medelæ in propria, si arte curantur aliena vulnera? An quia à nimia recederent severitate, si cogitarent se sine pœna deliquisse, & impunè vivere pejores, levia in aliis corripientes; cùm idem eisdem sit decretum à jure, & sint, esto tecti, in eàdem sceleris damnatione? Comprimeret sanè audaciam, qui communem consideraret culpam, & non pœnam; simulque detegere propria, qui furenter invehitur in aliena, quippe aliena.

Prudentiæ regentis in quo? Tacit.

Unde nõ extincta etiã correpta peccatæ Greg. M. S. Bened.

Quo pacto evanescit proprium, ubi curatur alienum.

2 Altius acumen sententiæ. Qui reum plectit, haud conari debet, quod luta

Intentum Præsidis in pœna culpæ repulsa.

pœnas, sed quòd pœnâ effugiat culpas: procedere debet disciplinâ in pœnitentiam, sed nequaquàm in vindictam. Aliter propriam admittit, dum alienam corripit, qui peccat furore, ubi peccata compescit: quippequàm intendens sine ratione in delinquentis cruciamen, sese demonstrat vesaniâ gravioribus delinquentem.

Aliter furiosus. Lips.

Peccant sæpe sæpiùs correctores (inquit Lipsius in *Fabul. Menipp.*) *& vulnus faciunt, cum medentur.* Perperam peccatis peccata delentur, nec destruuntur materiâ, qua fabricantur: modestia indicat odium in crimen, nequaquàm in peccatorem: fitque placidè correctio, siquidem vel dolore premente demulcet ratio. Ira etiam resipiscentem exacerbat, ut quæ cognoscit ut crimina, non cognoscat: unde peccat correctione, qui correptione debet peccata compescere: jubetque S. Benedictus correptionem fieri propter correctionem; ut corrector crimen plectens fugiat crimen: etenim patebunt digna pœnis crimina propria, dum acerbitate cupit amandare aliena.

Discrimen modestiæ & iræ, in pœnarum inflictione:

Exod. 22. 24.

3 *Percutiam vos gladio*: dicit Dominus, qui sanator Israël, his qui criminum vulnere non convertuntur ad cor. Videtur quàm acre peccatorum fastidium, dum urgent summam pietatem in illa sumere gladium. Gladius sumitur, vulnereque medicatur: hoc enim cœlesti medico peculiare, sanare scilicèt vulnere. In hujusmodi scopum collimare debent Superiores, ubi animadvertunt in delinquentes.

Peccatis patet gravitas ubi exacerbatur pietas.

Augustin. Quapropter Augustinus in *Regula*, ait: *Si ultrò confiteatur, parcatur illi: si convincitur, gravius emendetur.* Eodem stylo Columbanus apud Hesten. in *Disq. Monastic.* Tract. 7. disq. 3. num. 4. & 42. num. 5. ubi: *Duodecim percussionibus emendetur.* Ergo qui supplicium intendit, minimè intendere debet in supplicium: igitur dum plectit crimen propter crimen, delinquentis haud videbit emendationem: frustraturque correptionis propositum, quoniam infertur supplicium, & non aufertur peccatum. Modò in textum. *Percutiam vos & gladio.* Aptè: infert pœnam, & simul vulneris medicinam. Sumit gladium in vulneris medicamen, quia percussione dolent in emendationem: & signans, qua arte, quàm placidè, quàm modestè, fiat à Superioribus correctio, dicit: *Percutiam vos gladio*; etenim qui subditum percutit in pœnam, non pro emendatione culpæ; percutit, & alterius percutitur percussione; quoniam pro vindicta fastu potestatis, non zelo percitus, cordis ostendit insanabile vulnus.

Columb.

Plectatur crimè propter emendationem.

Et pœna sit medicina.

4 De quibusdam, qui in aqua fœculenta lavabant corpora, ita ut potiùs viderentur conspurcati, quàm lymphis loti, dixit Diogenes Cynicus, ut in *Ejus vit.* refert Laërt. *Qui hic lavantur, ubi lavantur?* Ut errantium purificent conscientiam, procedere debent, qui plectunt in malefactorum vindictam: sin autem, fugientes emendationem augent delinquentium crimen, faciuntque vulnera ampliora ex vulnerum medicina. Unde de ipsis inquirere fas est: *Qui ita medentur, ubi curantur? Qui ita eluunt sordes, ubi abluuntur?* Jurè quidem: etenim lavacro impuro sordescunt, demonstrantes mentis ac cordis maculam; dum extendunt manus in correctricem virgam: egente pectore præsentiore medicamine, ubi pœnâ consulentes alieno vulneri *Nardus & crocus* debent inveniri in correctionem, quoquo tempore Superior exercuerit potestatem. Nardus, quia calida, ignem zeli in corde æstuantem demonstrat: crocus verò ignitas febres refrigerat, ut observat Alapid. hic in 1. *sens.* & ubi floret nardus, illam comitatur crocus, ut placidè qui vulneribus apponit herbas, sanet conamine culpas, nec se explicet infirmum, intendens sanare ægrotum: siquidem si non adhibetur rationis crocus, febris erit & non zelus, quoniam iracundè procedens in delinquentis supplicium, sese objiciet adstantibus, ut phreneticum.

Diog. Laert.

In manu furiosi est gladius, ubi percussione alterius patitur vulnus.

Cant. 4. 14

Præses se nõ explicet infirmum, intendens sanare ægrotum.

5 Plura miracula fiebant per manus Apostolorum: at *Princeps Sacerdotum, & qui cum illo erant repleti sunt zelo, & posuerunt eos in custodia publica.* Alii, *repleti sunt irâ.* Quæ ex corde morbido fervens ira, deauratur ut zelus, quo decore tingitur virulentus Præsidis animus, quasi posset Deum fallere, dum intendit in vindictam religionis specie: quandoquidem qui videtur religionis fervor, est lymphatici capitis fervidus furor. Videbant Principes Sacerdotum mirabilia Ab Apostolis patrata, & decantata à turba. Horum à cunctis plausus, suum arbitrabantur dedecus; vel quia conceptam amittebant utilitatem, vel quia deficientem proprium intuebantur honorem, opinionem fractam, pro cujus eclipsi, ex miraculis corde fovebant invidiam. Conceperunt odium & ex-virtute dolorem, donec occasione nacta in ultionem parerent iniquitatem. Livor urgebat, malignitas exterminium cogitabat: & nunquam securius vel saturitate implacabilis pectoris, quàm specie pulchra ve-

Act. 5. 17.

Zeli qui videtur fervor, solet esse mentis emotæ furor.

Malignitas tegitur pectoris sub specie religionis.

ne-

nerandæ religionis. Haud respiciunt tribunal divinum, sed humanum duntaxàt aspectum, qui tantum rectum, aut pravum judicat secundùm visionem oculorum; quasi ita ignari homines, ut non callerent malignitatis artes, nescirentque sine livore, aut odio non posse puniri custodiâ publicâ, quæ ab universis plaudebantur ut miracula. Quod evellere nequibant virtute, eliminare decreverunt potestate, ut obtinerent artificio tyrannidis, quod non valebant præscripto legis, aut juris: vocaturque zelus stomachi despumantis indignatio; quoniam sæpesæpius quæ apparet coràm religio, est cordis virulenti detestanda amaritudo, unde saturatur odium sacro velamine legum.

Et verum odium velamine legum.

6 Præcavet Legislator N. Benedictus lubricum hujusmodi, dulcevè malum, dicens *Regul. Sanct.* cap. 65. *Cogitet Abbas se de omnibus judiciis suis Deo redditurum rationem: ne fortè invidiæ, aut zeli flamma urat animam suam.* Aurea sanè sententia. Quàm sana, si juxta divinum judicium essent judicia? Longè abiret à potestate operatio, si Abbas à pravo abstineret judicio: etenim vel percito dignitatis auctoramine, vel incognito sibi, pungente aut demulcente livore, demonstratur factis turpis invidia, quæ effulgerat extrinsecùs uti zeli legum flamma. Respuet officii uti inutile pravè posse, igitur non est posse, posse operari non rectè. Sequetur rationem; modò cognoverit, ministerio *non suscepisse super* (oves) *sanas tyrannidem*: inquit idem cap. 27. *Tyrannidem!* Utique si fugerit in punitione rationem; quæ quidem semper sepulta, ubi pungitur in ampliorem lapsum innocentia. Ars est malignitatis se non ostendere, sed in vindictam per cuniculos progredi: molitur fabricam, ut destruat specie pulchrà innocentiam; & acceptam, vel cogitatam tutò ulciscatur injuriam. Provocat, malitiam prudenter circunspectio declinat. Urget, ut lacessita queratur; plectit si queritur. Arte Pelasgà captat ansam in prædam, frangit phronesis opportunitatis ansam. Tacet, malignus disrumpitur: tolerat, discruciatur, quia nec pro innocentia loquitur. Nullum lapidem non movet, cæterùm prudentia fugit. Cessabit affectus etiam fractus à pravo? Nullo modo. Ut corripiat virtutem quasi iniquitatem, retorquet in pœnas legem: effingit crimina, ut excusatione possint effingi majora, & juxta gravitatem majora apponi supplicia. O bone Deus! Hoccine judicium? Summa inolescit tyrannidum, & super oves sanas, quia nulla criminis invenitur infirmitas; sed vitium Præsidis quoad speciem deauratum, sanctarum velamine abominabili legum.

S. Bened.

Zeli decoratur flamma turpis invidia.

Idem.

Artes malignitatis improbi Præsidis.

7 *Diligite justitiam, qui judicatis terram*: inquit Sapiens. Erunt utique indicia prava, modò fugerit à tribunali justitia: igitur ibi legum astruendæ inconcussæ veritates, & nequaquàm auctoritate officii judicum machinationes. Sapient. 1. 1.

Quid ista sacri signa terrifici?
Solent suprema facere securos mala. Senec.

Dixit Seneca in *Oedip.* Act. 2. v. 384. Hæc integritas veritatis in rectum judicium, *quoniam invenitur ab his, qui non tentant* Deum. Jurè *cogitationes* vocantur *perversæ*, & *sine intellectu* improbæ cogitationes, Deum in vindictam tentantes: quandoquidem condemnantibus technis atque dolis innocentiam, videtur, justitiam Dei præterire sycophantam. Nulla omnino cogitatio sine intellectu, siquidem ab intellectu cogitatio. Intellectus pravus non dicitur intellectus, quoniam non attrit intellectionem, quisquis intelligentiâ non tendit in rectitudinem: innocentiàque protritâ, vel quæsitâ in ruinam causa, dicuntur cogitationes sine intelectu; quippe nonnunquàm prava cordis cogitatio, perscrutari crimen in ultionem: ac retorquere pro tribunali legem, effugio palliatæ rectitudinis, quoniam injustitia sub velamine legis. Intellectus tendit in verum: cogitatio in falsum, ut crimen, ubi nullum, appareat sub imagine veri: & nullus exponitur intellectus, vel promptâ cogitatione; siquidem nequaquàm quit dici cogitatio mentis, quæ è fonte nascitur depravatæ rationis. Hinc vocatur *Malevola anima*, à qua longè vera sapientia. Malè vult, dum pervertere machinatur judicium, & prævalere sutelis adversùs justum. Benè vult, modò in judicio decernat etiam pœna secundùm probatam iniquitatem, non probans iniquitatem juxta propriam malignam cogitationem, pugnans cum larvis, & astruens fictum apiculis juris; siquidem cordis calliditas pravi, ubi nec umbra, corpus invenire delicti: diciturque malevola judicis anima: quia sententiis patescunt putrida viscera.

V. 2. 3. 5.

Quo Deum tentant?

Intellectus pravus non est intellectus.

Quænam judicis perverse dicantur cogitationes.

Vers. 4.

Anima malevola, ubi putrida corda.

8 Clareat ergo, unde malevola. Qui justitia est, *Spiritus Sanctus* (Deus scilicèt, quia *Spiritus est Deus*, ut dicitur Joann. 4. 24. & juxta Apostolum 2. Cor. 3. 17. *Dominus autem Spiritus est*) *disciplinæ effugiet fictum.* Sibi complacet in dis-

Vers. 5.

disciplina, verùm ad illam fugit omninò commenta. Disciplina est, ubi bona distribuuntur bonis, & mala malis: disciplinæ autem fictum, dum bonum dicitur malum & malum bonum, quæsito dolo, ut malum à judice prætermittatur, & bonum pro libito castigetur, astructis causis ipsis regulis juris: & ubi ita infligitur pœna, quia conficta (estò legum specie ornata) causa, designatur disciplinæ meritò fictum; quoniam summè justitiæ divinæ odiosum, pravum exponere ut rectum, & quam venerari debet judex spectabilem virtutem, decreto pravæ rationis punire ut iniquitatem. *Fictum*: ideſt, terriculamentum, speciem, formidinem, apparentiam, figuram, aut disciplinæ larvam: etenim licèt crimen puniendum, vel punitum, pateat ad oculum; totum fictum, totum falsum: specie ac apparentiâ religionis, verùm detecto pectore corpus phantasmatis, latente dolo, legum inventione, mortificato innocente, haud jure, sed juris arte, proculcatione juris & legum: unde disciplinæ claret coram Sole fictum; quippequàm in zelo flagrante, ac religionis specie, neque zelus, neque subsistit religio, sed malevolæ animæ, tinctæ auctoramine maligniſsima affectio.

Summa malignitas punire ut iniquitatem, quam judex noscit virtutem.

In malevola anima tantùm religionis apparentia.

9 Materiam etiam tanti sceleris tangit acu contextus. Ubi fictum demonstratur disciplinæ: *Corripietur* (*homo* nempè, ut cogitat Augustin. *Contr. Adim.* cap.7.)

Vers.5 *à superveniente iniquitate.* Multa discutienda occurrunt: Cur homo veritate disciplinæ, sed ficto scelere, non dicitur corrigi, sed corripi? Et etiam, quare non corripitur à veniente iniquitate, sed duntaxàt à superveniente? Dicam. Pœna quæ peccanti infligitur à probo judice, uti pœna non intenditur, sed ut ejus punctione audacis animi coërceat malum, vel ut aliis notescat in exemplum: aliàs tendet crudeliter in cruciamen pœnæ, & non in salutem animæ, dum à lege pro animæ medicina, tantùm præscribatur pœna. Excandescet in peccatorem, & non in crimen, gaudens de peccatis ut puniat, non ut evellat. Unde Novarin. in *Umbr.Virg.* Excurs. 5. num. 11. ait: *Iratum Deum sentiet, qui sceleribus non irascitur.* Et Div. Benedictus Præceptor N. ubi supr. *cap.*64. Præsidem ita alloquitur: *Oderit vitia, diligat fratres.* Floridè. Major pœna constituitur, quæ etiam amanti videtur: avolatque culpa à pectore, ubi pœna decernitur ab amore. Verùm hoc aliàs. Ira pœnæ avida est. Amplius oritur fastidium ex ira, quàm ex pœna: hæc tendit in vulneris medelam: illa verò duntaxàt in vindictam, qua nemo corrigitur, quanvis acriter pungatur: diciturque vel flagellatus non corrigi, ubi fictum ostenditur disciplinæ; quia nullam potest cognoscere criminis emendationem, in causa, qua nullum crimen. Corripietur, sed non corrigetur: equidem cùm animus judicis, magis quàm pœna medicina sit animis, loco resipiscentiæ nascitur odium, quoniam non propter peccatum, sed propter pœnam prolabitur in supplicium; subdito exercens tyrannidem, siquidem sine delicto non habet jurisdictionem. Corripietur, non corrigetur. Haud corrigit dignitatis potestas, sed pœnæ debitæ rationabilitas: longèque erit correptus à correctione, si cognoscit abuti corripientem potestate. Perperàm pœnitudinis agnoscet faciem, ubi judicis, ut canit Claudianus *Epigr.*3. v.96.

Malus, gaudet de peccatis ut puniat, non ut evellat.

Novar.

S. Bened.

Avolat culpa à pectore, ubi pœna decernitur ab amore.

Ubi culpa pro punientis lubito, nulla correctio.

Nimio viscera felle rubent.

10 Ergo in posteriorem quæstionem, ut correctionis nullius ex correptione videamus speciem. *Corripietur à superveniente iniquitate.* Non à veniente? Non. Nihil mirùm, quòd fieret à Præside supplicium, si veniret à transgressore peccatum. A peccato per virgam fit emendatio: & nulla datur in correctione correctio; quia judicio ac pœnis non commovetur voluntas, ubi nulla in judicium & pœnam venit iniquitas. Tyrannidis tunc constat imperium, & ex fastu ultra posse, ex affectione supplicium: igitur si veniens iniquitas poscit à justitia pœnas, amens Præses pro lubito castigat: quanvis non veniat. *Hæc non est ira* (inquit Senec. *lib.*1.*cap.*5.) *feritas est. Non enim, quia accepit injuriam nocet; sed parata est, dum noceat, velle accipere: nec illi verbera, lacerationesque in ultionem petuntur, sed in voluptatem. Quid ergo? Origo hujus mali ab ira est, quæ ubi frequenti exercitatione, & satietate in oblivionem clementiæ venit, & omne fœdus humanum ejecit animo, novissimè in crudelitatem transit.*

Amens qui fingit peccatum in supplicium.

Senec.

11 Adhuc inolescit arte malignitas fraudis, ingenio callidioris inventionis. Corripitur homo etiam innocens à doloso judice, non à veniente, sed à superveniente iniquitate. Quænam, dices, superveniens iniquitas, ut potiatur voto vafri pectoris dexteritas? Pende disciplinæ fictum, & Argolicum inventum. Vel quia innocens contrarius operibus Præsidis, quem arguit reprehensionibus tacitis, vel scit arguere posse, ut audacia coërceatur lege;

le-

levem rem notat, vel falsam, ut percitus calumniâ aliquid immoderatè loquatur, vel in bilem excitetur, cujus effectu clamet Præses constupratum honorem, subactam & audacter dignitatem, se inhonoratum, vigere scandalum publicum, statum recti regiminis jacere in ruina, quoniam suppositâ audacia procaciter pro obedientia. Scit Præses (tunc dæmon cum potestate) nil in primo objecto esse, quo satiet viscera sanguinis avida, sine prudentium nota, & instruit retia fraudulenter in crimen, ut dolo incognito, criminis saltem intueatur speciem, ac superveniat iniquitas, qua vel apparente inardescat crudelitas, & tempestas tota procellosi pectoris detonet in impollutum, tonitruis legum, ac fulminibus pœnarum: tuncque innocens ab iniquitate superveniente corripitur, cæterùm correptione nullatenùs emendatur: equidem Præses furiosus, & à demone possessus non intendit in lapsi (estò falsò) correctionem, sed tantùm in futuram optatam iniquitatem. *A superveniente.* Proh Superi! Haudquaquàm reprimunt mali Superiores subditorum excessus; sed in capturam horum disponunt laqueos: igitur non solicitant pœnas in coërcitionem delictorum, sed tantùm in subditorum præcipitium; quoniam nolunt non esse peccata, sed esse & graviora, ut exerceantur supplicia. Non sufficit subditis fuga in effugium, equidem frustratur intentum. Peribunt, si apparent: etiam peribunt, si fugerent. Peribunt eloquio, peribunt silentio. Peribunt queruli, peribunt muti: lacessiti cadent, vel inviti. Haud desistent, resecantes usque ad animam: urgebunt, quousque exhauriant insensibilem patientiam. Hisp. *Hasta apurarlos.* Insistent in ruinam vel per apertam fraudem, vel per coruscam religionis speciem.

Extremum malignitatis diabolici Superioris.

12 Minimè demisit indolem dives ille habitans infernum. Cogita embolium. Ibi vidit Lazarum inimicum in gloria, & qua arte ab illa detruderetur, excogitavit invidia. *Pater Abraham* (exclamat) *miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam.* Quo ergo intuitu? Ex clementia? Imò ex malitia: machinabatur Abraham deficere à præscripto legis, titulo venerabili pietatis. Verùm inquires: Quare non deprecatur, ut ille veniat, sed quòd Lazarum mittat? Præses sinus erat Patriarcha Abrahamus, & ibi Lazarus subditus, quem obedire oportebat, quæcunque Abraham ordinationibus jusserat.

Luc. 16. 24.

Cunctæ ejus fraudes sub larva venerandæ religionis.

In inferno invidus patiebatur digna, ac in vindictam flagrabant putria præcordia. Moliebatur cogitatio qua arte Lazarus pateretur, ubi ille dignissimè cruciabatur. Meditabatur exitum, & quasi nacturus votum, dixit Præsidi Abrahamo: *Mitte Lazarum*: equidem cùm odoraretur malis frustrari intentionem; excogitavit religionis speciem, qua securior tutela, ut arte tuta fallacia: quandoquidem si ab Abrahamo injungeretur mandatum; Lazarus per obedientiam truderetur in infernum. Ecce pravi affectus inventiones, ac in leges legum fraudes. Succinam ex Virgilio lib. 7. *Æneid.* v. 335.

Tu potes unanimes armare in prælia fratres,
Atque odiis versare domos: tu verbera tectis,
Funereasque inferre faces: tibi nomina mille, Virgil.
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus,
Disice compositam pacem, sere crimina belli,
Arma velit, poscatque simul, rapiatque juventus.

13 Aliter se gerit, estò provocatus, qui paci ac prudentiæ studet. Exivit cohors gladiis & fustibus, aptiùs, vallata criminibus, ut apprehenderet Salvatorem, ac tollerent Sacerdotum Principes in ignominiosam crucem. Jesus autem sciens omnia, quæ ventura erant super se, obviam eis processit: tunc discipuli videntes, quantum audacia militum procacitatis evomeret; dixerunt ei: *Domine, si percutimus in gladio?* Interrogatio hujusmodi quorsùm? Nonne pro hujusmodi articulo dixerat: *Qui non habet, vendat tunicam, & emat gladium?* Læsa majestas & divina, poscit ultionem: habent utique Apostoli & gladios & potestatem. Ut quid Jesum interrogant, & jam strictis gladiis in audaciam, atque injuriarum vindictam? Digna sanè crimina pœna: & Christus mavult impunita præterire, quàm sine emendatione castigare. Cæterùm de hoc alibi. Offensus erat Deus & ab homunculis, unde major injuria majestatis: verùm cùm pœna non infligenda etiam peccatoribus pro lubito, sed ut suppliciis possideatur correctio; prudenter de occasione pœnæ interrogant, ut pœnâ eliminent culpam: igitur vel nudo gladio haud infligendus ictus, ni jubeat animadversionem Deus.

Luc. 22. 49.

Vers. 36.

Etiam cum potestate nō imponendus ictus, nisi cùm jusseris Deus.

14 Ulteriùs. Lucratur fratrem, estò delinquentem, in anteactæ vitæ pœnitudi-

dinem, quem etiam in ultionem legum non ira, sed ratio movet. Accedit in pœnam provocatus, & propter crimina invitus, ut amoveatur iniquitas, dum irascitur in ipsa peccata pietas: & Deum interrogant, ut jurè procedant in injuriarum vindictam; quoniam vel pervicax in mentem & optimam frugem it, quandiu supplicium imponitur juxta voluntatem Dei. Ibi Christus erat qui ratio Patris, dum illi obsistebant cohorti gladiis strictis: & interrogant occasionem, ut pœnà expellatur crimen: etenim vulneribus fiet peccatoris correctio, ubi imponi supplicia jusserit ratio. Videte Petri percutientis discrimen. Gladium eduxit in audaciorem: tuncque Jesus alloquitur: *Sinite usque huc.* Non placet correptio? A Petro ignoratur quando? Miraculum fuit necessarium, ut Petri evanesceret abruptum: igitur estò debita pœna, ratione culpæ, vociferante crimine, & deformitate audaciæ; semper periculosum, plectere delinquentes inconsultà ratione. Datur profectò præsidi potestas, ac in criminosos auctoritas: attamen intuendum, voluntati Dei conformandam esse, ut pœnis peccatores resipiscant à crimine. Unde pœna inflicta à Petro, arguitur estò justa, quasi ex abrupto; quippequàm nullius momenti; dum supplicium datur renuente ratione. Hinc est, quòd noceant, quando Præsides prodesse videntur. Percutiunt, non medicantur: placidè delicta non domant, nec superflua resecant (& ut canit Claudianus ubi supr. v.97.)

Est peccatorum correctio, ubi castigat delinquentes ratio.

Vers. 51.

Aliàs pœna procedit ex abrupto.

Claud. —*Nec vulnere vulnera sanant.*

DIDASC. VI.

Juxta stipitem Crucis martyrium insigne Virginis.

Fulminis miraculum.

1 INTER fulminum miracula, ut referunt Plinius *lib.2. cap.51.* Senec. *Quæst.natur.* lib.2.cap.31. ac Cœl. Rhodig. *Lect. Antiq.* lib.8. cap.13. experimur ossa pulverem usque contrita, sed membra prorsùm illæsa, vultum tacti de cœlo pulchriorem, & tranquillam icti faciem. Fulmen dicitur à D. Bernardo serm. de 12. *Stell.* verbum illud Christi, pendentis è cruce: *Mulier ecce filius tuus.* Quid ergo hoc ictu Virgo beata? Astitit usque ad intima percussa, cæterùm facie serenà. Sensit & summum cordi tormentum, attamen

Bernard. *Virginis juxta crucem mira constantia.*

Invictum potuit tenere vultum.

Accinit Boët. de *Consolat. Philosoph.* lib.1. metr.4. v.4. Retorqueatur Sil. Italic. in propositum lib.1. à v.165. Boet.

Quæ postquàm diro suspensum robore vidit
Deformem, lateri famulus clam corripit ensem
Dilectũ Domino, pernix irrumpit in aulam, Sil. Ital.
Atque immitè ferit geminato vulnere pectus.
Et sævis gens læta ruunt, tormẽtaq; portant,
Ictibus innumeris lacerũ scindentia corpus.
Mens intacta manet, superat, ridetq; dolores,
Spectanti similis: fessosque labore ministros
Increpitat, Dominique crucem clamore reposcit.

2 Ecce passio Domini in umbra, & Virginis Matris constantia: etenim dum è cruce pendebat dilectissimus filius, duplici sanè vulnere confussum pectus: equidem è vulnere vulnus intimi cordis, & amplioris (quippe non saucia) cruciaminis; cùm pro solamine Domini reposceret crucem, ut doloribus leniret tantum dolorem: cæterùm mente immotà, facieque æqualis, quasi spectanti similis, minimèque esset tacta flamine fulminis, *In filio, cum filio, & pro filio pungebatur*: ait Daniel Agricola in *Decachord. Virg.* Stell.12. Ratione triplicis circunstantiæ premebatur vita triplici morte. Patiebatur in filio, etenim ex duobus unum fecit dilectio, & commune utrique vulnus: qua de causa à Simeone dictum: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Patiebatur cum filio crucis dolorem; quippe stabat *juxta* filii crucem: & denique patiebatur pro filio, quoniam non ut reliquæ, sed ut *mater* patiebatur. *Cor Virginis* (infit Laurent. Justinian. de *Agon. Christ.*) *fuit clarissimum speculum passionis Christi, & perfecta mortis ejus imago.* Hinc dolor exprimitur vigilanter dolore, & vir dolorum in viva genitricis imagine. Pro symbolo alti mœroris, penetrantique cordolio, apositum speculum cum lemmate: *Par nulla figura dolori.* Vide Petram-Sanct. lib.7. *Symb.* cap.2. Speculum apposite filii patientis insignitur mater; etenim nulla par figura dolori, cùm quicquid filius cruce patiebatur acerbà, genitrix ejus imago patiebatur in anima.

Quomodò crucem sine cruce patiebatur?

Daniel. Agric.

Luc.2. 35.

Speculum fuit passionis filii.

Laur. Just.

Petr. Sanct.

3 De speculo Pythagoræ dicitur, quicquid in illo scriptum sanguine, in corpore Lunæ legi. Videsis Athanas. Kircher. de *Perspect.* Quod tantùm excogitatum, vel arte dæmonis fictum præstigiis oculorum, in Calvario patet verum. Volumem dolorum erat corpus Christi, fixi cruci, undi-

Speculum Pythagoræ quale?

undique scriptum sanguine. Dolores nostros ipse tulit : ideo prædictum Psalm. 138. 16. *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur.* Speculum nitebat cui objecta cruciamina juxta cunctorum delicta, & juxta dira, quæ præscripserat Synagoga, decreta. Subtulit in crucem, aggravavit in vulnera vulnerum acrem dolorem. Matrem Lunam niger Sol videt, toto corpore saucius,

Virgil. 12. Æneid. v. 70. ——*Figitque in Virgine vultus.*

Unde in Luna tot legebantur cruciamina, quot in speculo erant sanguine scripta. Juxta filii vulnera & amaritudines pectoris,

Ibid. ——*Tales Virgo dabat ore colores.*

Tibull. lib. 3. Eleg. 4. *Candor erat, qualem præfert Latonia Luna,*

Et color in niveo corpore purpureus.

Qua arte ex Virgine cognoscebatur quanta filius pateretur. Ex Virgine, juxta crucem stante, cognoscebatur, quanta crucifixus pateretur : & per notas in Luna excussas, legebat amor Solis deficientis plagas. Jam non falsum quicquid excogitavit,

Claudian. ——*Dixitque tacendo Pythagoras.*

Patet doloribus geniti dolorum typus: &

Idem. ——*Major collectis viribus exit.*

Dicam ex Claudiano in *Panegyr.* Manl. Theod. v. 89.

Plin. *Cerauniæ gemmæ proprietas.* 4 De Ceraunia gemma inquit Plin. *lib.* 37. *cap.* 9. non alicubi inveniri, quàm in loco fulmine icto : ipsam crystallinam, fulgorem siderum rapientem, & radiare versus Solem. Intùs habere stellam & fulgidam, verùm languentem splendorem nitro & aceto per aliquot dies maceratam, concipere. *Pretiosa gemma orbis terrarum* effertur Virgo dolorosa à Novarin. de *Umbr. Virg.* cap. 40. num. 644. Ceraunia possidet excellentiam, corde fulmine juxta crucem icto : at per aliquot dies nitro passionis, ac aceto dolorum macerato, iterùm stella concepit fulgorem versùs Solem à mortuis resurgentem. Aliter cogito Didascaliæ instituto. Per stellam notatur firmitas. Sole languente quænam vel in gemma claritas? Aceto & nitro decidit in lapillis amœnitas splendoris, ut liquet in margaritis ; de quo Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Verùm in Virgine, gemma cœlesti, etiam percussa fulmine, & corde macerato nitri acris filii morientis mordacitate, aceti pungentis tantorum ac talium vulnerum amaritudine; mansit virtus immutabili constantia, fulsitque cordis vel percussi stella; igitur stabat, quantunvis Sol deficiebat : ex defectu Solis, viscera punctim attritis, attamen quasi non esset dolor, immotæ mens, atque facies. *Et etiam magnanimitatem.*

5 Hoc est summum tormentum, pati scilicet, & stare, quasi non pateretur tormentum summum. Hoc est summum? Sanè. Verumenimverò in Virgine insigne, siquidem intimè percutiebatur absque ullius vulneris percussione. *Percutiam vos gladio* : stylus patet in Sacra pagina frequens. Quo ergo percussio, nisi gladio? Aliter vulnera in pectore Virginis, juxta patientis filii crucem stantis: igitur vulnus quo gladio deturpabat filii corpus, genitrici adstanti erat altissimum vulnus; sed sine gladio, quanvi hærebat percussio, quippe dum filium patientem in stipite intuetur, illius vulneribus intimè vulnerabatur. *Non legimus Mariam ab hoc sæculo gladii occisione migrasse* : ait D. Thom. ex Origene in *Luc.* 2. v. 25. *Caten. aur.* Unde ergo Virgini-Matri non tantùm martyrium, sed martyrium insigne? Intelliges pro expositione modò aliam Tautologiam. *Percusserunt me, & vulneraverunt me* : querula exclamavit Sponsa. Nonne vulnus, ubi percussio? Utique. Quorsùm igitur post percussionem recolitur vulneratio? Ut constet Virginis martyrium insigne, procul à sanguine : siquidem geniti dilectissimi passio percussit intima cordis, sed sine vestigio etiam levissimo vulneris. Michæam quidam *percussit & vulneravit.* Secùs Virgo percussa, cruci adstans dolorosa : quippe passio tanta illam acriter percussit, sed nequaquam vulneravit. Ubi percussio & vulneratio concordes, vulnus est solatium vulneris. Levior videtur percussionis ictus, dum vulnus videtur: aspectus profectò mitium oculorum aliquod afferunt vulneratis solatium. Tolerabilis apparet etiam gravissimus ictus, ubi in eodem loco dolor & gladius : jungiturque gladio percussio, & etiam percussioni vulneratio; quia summus dolor, dum membra illæsa sine vulnere videntur, & viscera sine icta crudeliter percutiuntur. *Exod. 22. 24.* *Vulnerabatur filii vulneribus.* D. Thom. Cant. 5. 7. *Vulnus cordis sine vestigio vulneris.* 3. Reg. 20. 37. *Quo vulnere Virgo percussa & nequaquam vulnerata?*

6 Filius in cruce saturatus doloribus erat : genitrix verò *juxta crucem stabat.* Insigne amoris cruciamen. Crux næ Virgini stare juxta crucem. Fictum olim, aliquos præ doloris magnitudine conversos in saxa, uti de Ariadne, & Niobe finxit Poëta *Epist.* 10. & lib. 6. *Metam.* fab. Joann. 19. 25. *Crux Virgini juxta crucem stare.*

fab. 6. ac de se idem optat: ita dirè amaritudo premebat.

Felicem Niobem, quanvis tot funera vidit
Quæ posuit sensum saxea facta malis.
Vivimus ut nunquã sensu careamus amaro:
Ille ego sum frustrà, qui lapis esse velim.

Ovid.

Virgini martyrium insigne, dira pati & non ostendere.

Canit lib. 1. de *Pont.* Eleg. 2. Videtur pro doloris medicamine concessum sensu carere, vel præ acerbitate amittere. Est pœnæ fœmineus metus: aliter se gerit virilis etiam in fœmina virtus: equidem ita animus portat dirum cruciatum, quasi nullum, corpus haberet in pœnam sensum. Connaturale vivo cordi, dolorem vulneris sentire: sed insigne, ita ferre quasi sentire non posse. *Cor carneum*, & *lapideum* signatur ab Ezechiele, & *cor lapideum de carne*. In hujusmodi contrariante nexu, Virginis-Matris rutilat fortitudo. Erat cor carneum, & stantis ad crucem videbatur lapideum: igitur vulnera filii sentiebat intra delicatiora teneri cordis; sed stabat corde saucio tanquàm lapis, qui percuti posset, sentire verò nequiret.

Ezech. 11. 19.

In vultu color est sine sanguine: lumina mœstis
Stant immota genis: nihil est in imagine vivum.

Ovid.

Succinit idem ubi dudùm.

Quænam in dolore ars? Martial.

7 Aliud est natura doloris, & aliud doloris ars. Esse artem in dolore, canit Martialis, *lib. 7. Epigr.* 38. dicens:

Quantum cura potest, & ars doloris!

Et sciebat Caligula, centurioni commendans, ita quendam interficere, ut sentiret mori. Consule Sueton. in *Ejus vit.* cap. 30. Aliud in Virgine fuit ingenium doloris ex amore & cura parentis. Videbat ictibus morientem filium, & discruciabatur, quia videbat: quia juxta crucem erat, & crucem pati nequibat. Sentit cor dolorem, quippe sentit corpus crucem: & fecit ars doloris, matrem sentire crucem patientis. Etiam pœna subtilis juxta ingenium dilectionis. Haud sentiebat dolorem, nisi quia in dilecto visum: & cogitavit ars sensu illæso pati sensum. Oculus deprædatus est animam, & cor sine passione passum est patientis pœnam. Nil majus in arte, nil ingeniosius amore. Juxta crucem passa est crucem, dum in cruce spectavit filium morientem.

Sueton.

Dolor Virginis subtilis juxta ingenium dilectionis.

8 In textu obvio, quasi tanti doloris umbra, quippe pœnæ & amoris specimen, singulare perscrutabimur acumen. Audit David, ob raptum Bethsabeè, fulminatam à Domino sententiam de filii morte, qui quidem lethali illicò laboravit ægritudine. Acquievit divinæ prolatæ per propheten voluntati, ac statim perculso, percussoque simul quasi fulmine corde, inquit: *Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* Vide Cajetan. in *Summar.* hìc. Si paratus ad omnia, unde de conspecto dolore querela? Imò videtur inficiari animi promptitudinem, dum exaggerat quasi intolerabilem extrinsecum ex visu dolorem. Consonum lamentum, modò sentiret: verùm quia videret? Dolor sentitur, si patitur oculus: attamen nulla oculorum alteratio, dum exercetur sensus. Quo ergo ingenio, ac doloris arte dolor visus decumbere quit in corde, ut resultet, vel in flagella parato, summa in corde amaritudo ex dolore conspecto? Pende articulum, & patris affectum. Videbat filium pro alienis peccatis pati, videbat mori; & percussit intimè & graviter patrem, mori filium innocentem. In corde erat dolor, quia non erat in corde, sed in oculis; cùm vellet pater subjacere tormentis. Sentiebat non pati, quæ sine noxa filius: & queritur de hujusmodi doloribus paternus sensus; quia ad hujusmodi doloris artem deficit animus; igitur gravior pœna, vel prompto ad flagella omnia, non posse pro filio tolerare flagella.

Pſalm. 37. 18.

Percutitur patris affectus, ubi percutitur innocens filius.

Petitur quia non percutitur.

9 Ulteriùs. *In conspectu dolor*, ait. Hæc est in patre, maximè filii innoxii passione, doloris pungentis differentia, ut constet pœna ex visu pœnæ gravissima. Dolor est, sedens in pectore saucio: non est passio cordis, sed compassio, ubi manet in conspectu. Dolor in corde est pati: dolor ex visa passione, est non posse pati, & velle: esse paratum ad omnia, & nulla pati flagella: esse cor adinstar Tantali avidum volitantium tormentorum, & quod juxta, fugere cunctum tormentum: intendere ore in cruciamina patulo, & carere optato voto: unde dolor in conspectu amantis dicitur intimi pectoris pœna; quippequàm omninò dira, desiderare pro solamine cordis, cordis cruciatum, & pati non posse, quicquid habet ad conspectum. *In conspectu dolor.* Maluend. *Præsentia mea.* Haud esset dolor tantus, modò non esset testis vigilanter oculus: præsentiâ augetur, quoquo cor acriter pungitur: siquidem parenti grave, tormenta cuncta in dilec-

Cor amans afligitur, ubi compatitur & non patitur.

Maluend.

to

Illi grave omnia tormenta videre, & nulla pati.

tō videre, & nulla pati. *Præsentia mea.* Artis doloris est summa. Prosilit cor in dolores, & detinetur, duntaxàt ut videat. Labitur, ut inquirat oculis, & conspectos non inveniat: unde dolor ex dilecti doloribus & præsentia, parentis torquebat viscera; quoniam videns passionem patiebatur, ex eo quòd patientis tormenta non pateretur.

10 Denique. *Dolor meus* (inquit) *in conspectu meo.* Conspectum proprium judico, de dolore ambigo. Si conspicitur cruciatus, unde ex visu dolor proprius? Proprius sentitur, alienus tantùm videtur: qua ergo lege se signans filii dolorem videntem, designat proprium dolorem? Quid omitteret vis amoris in corde saucio parentis, moriente filio animæ fragmine? Vulnerabitur amore, & cadet, quia sine vulnere. Malet mortem perpeti, quàm filii mortem aspicere; igitur eligeret propriam, modò filius non ammitteret vitam. Ut magis sentiat filii patientis cruciamen, subtrahit amor in dolorem sentiendum occasionem: dicitque David & jurè *Dolor meus*, qui in filio visus: non solùm quia dolorem mortis intuetur, ubi dolore filii non moriebatur; sed quia proprium, & propriorem judicabat, quippe ut proprium non sentiebat, & impediebatur Domini voluntate, amore vulneratum pro filio mori. *Quæ vis voluntaria?* Inquit Ambrosius lib. 3. de *Virgin.* Ipse respondet sibi: *Mori velle, nec posse.* Vivit amans per plagas: quærit pro dilecto pœnas; quæ gliscunt præsentiâ dilecti: etenim ad flagella parato videtur penè impossibile, videre filium morientem, quin simul patiatur mortem. Ecce scena Virginis in tragœdia Calvarii. En ars summa etiam in summo dolore. En martyrium Virginis. Succinam ex Virgilio lib. 11. *Æneid.* v. 53.

Non mori pro dilecto moriente, magis grave.

Ambros.

Cuncta filii tormenta in Virginis anima.

Virgil.

Infelix nati funus crudele videbis.

11 Sic igitur ictum Virginis tenerum pectus: quapropter illi Simeon prædixit: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Altè dolet in corde: ratio suadet, sed quo vulnere? Non esse vulnus illo in articulo matris pertransivit pectus. Vulnus super vulnus videtur sæpe decreto crudelitatis, ut vulnera torqueantur, & non membra. Ex non vulnere vulnus oritur in corde Virginis, ut etiam torta conquassetur anima. Anima? Utique. Quomodò? Non dixit Simeon de gladio, *Tuam animam*, sed *Tuam ipsius animam pertransivit gladius.* Tuam ipsius etiam. Singularem profectò in corde videbis plagam. Vulnus filii tuum transfodiet quasi cuspide pectus, quia filii vulnus: & plaga acerba perveniet usque ad animam, quoniam plagam videbis & non propriam, tuaque à te genitrice patientis reputabitur, siquidem vulnus uti vulnus non sentietur, & sedebit altiùs, quia sine vulnere pectus. *Tuam ipsius animam.* Idest, tuam etiam animam transjiciet mucro, quem acuet diriter passio; uti videbimus *Tautolog.* 12. *E. num.* 23. Erit tibi gladius, quoniam ipsius. Vulnera non anima, sed caro recipit: & animam Virginis filii patientis gladius acutus percusit? Haud refragabitur effectui singulari vulneris, qui vulnus norit amoris. Elucet doloris ars, cùm Virgo patitur sic. Volebat pati, quæque filius patiebatur in cruce. Sedent vulnera in carne, si propria: ubi aliena, & optata sedent in anima: dicitque Simeon: *Tuam animam, & ipsius*, ubi passionis prædicitur gladius; quippequàm Virgini erant vulnera animæ, quæ non sedebant in corpore.

Qua arte in corde Virginis plaga singularis?

Vulnera animæ, quia nō sedebant in corpore.

12 Hæc prophetia dicitur impleta, dum filio patienti astitit Virgo Maria. Anima nequit percuti gladio; & animam matris ejus transadegit mucro; etenim cùm pateat cruciaminis entitas, ubi magis viget doloris activitas; minimè exprimerentur uti erant, dolores Virginis, si signarentur uti carnis dolores. Aspiciebat Virgo filium patientem: & dum simul pati volebat, solummodò æstuante corde spectabat. Non in cruce erat Virgo, sed *juxta crucem*: unde gravior pœna, quia tantùm juxta. Dolor ab amante minimè passus, sed visus, est animæ grave vulnus: & dicitur lege amoris, animam usque Virginis pervenire dolorem; quia non patiebatur dilectum videns patientem.

Summum passa dolorem, quia nullū, aspiciens filium patientem.

13 Appositè dicere quibat: *Amove à me plagas tuas.* Extricabit dubium, Virginis animam urgens tormentum. Dicere debebat: *Amove à me plagas meas.* Si in illa sunt, sua sunt: si aliena, in illa non sunt: utquid igitur dicit filio: *Plagas tuas amove à me?* Sunt in filio vel in illa? Quia sunt in filio, sedent altè in ejus anima. Transtulit à filio in se, ut amoris & doloris simul patesceret ars: dicunturque meritò Virginis, quæ plagæ filii patien-

Psalm. 38. 14.

Vulnera matri quæ propria filii.

tientis; & quia passas à Christo tenero corpore, cruce acerbà, habebat mater in anima; vel quia vulnera sentiebat, non pati vulnera. Implicatoriè loquitur, ut vividè de dolore ob dilecti dolores loquatur: dicitque proprium, eundem à dilecto passum; quippe non exprimeret animæ genitricis cruciamen, ni dolor summus, ut summus, mutaret ordinem.

Ut amplius pateretur cruciamen, immutavit dolor ordinem.

14 Quid ultrà potuit excogitare pœna? Gladius in filio, & ictus in Virginis erat anima. Concessit enim ex desiderio intimo matris pectori ars mira dolorem, dum gladio subtraxit in ictum doloris activitatem. Ab ictu provenit dolor, quo tumet caro: at fuit dolor & acerbus procul ab ictu; & pœna matris, quia procul. Etiam acrior interfuit in plaga, siquidem procul, & juxta. Gladium noscere, disruptà carne, est naturæ: attamen superatur ab arte, ubi non sentire sentit, vincente non sensu sensum, quoniam dolor doloris devincit ictum. Qui tibi nunc sensus dum cernis talia Virgo, & patitur filius, quæ pati debebat homo? Habeat igitur ex compassione cordis nostri cor, jurè mœstum, levamen; igitur ita passa propter hominem. Dicam ex Ethnico, sed intuitu sacro, nobiliori proposito, quòd succinit: lib. 5. *Trist.* Eleg. 6.

Pœna in Virginem exercuit, quicquid cogitare potuit.

Non mibi, qui pœnam fateor meruisse, Ovid.
sed illi
Parcite; quæ nullo digna dolore dolet.



TAUTOLOGIA UNDECIMA.

INSONTEM ET JUSTUM NON OCCIDES, quia aversor impium.

Exod. 23. vers. 7.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 ITIAM fuminat Dominus in præsenti Tautologia, ne judices, qui vigilantiores debent esse, subterfugiat technis, jure judicanda causa, & sedeat iniquitas justitiæ larvà, ubi judicio debet rutilare justitia. Clamant in cœlum oppressiones pauperum, etiam offendunt interventiones divitum: judices sumunt facies peccatorum, causa viduarum non ingreditur ad eos, proterunt clamantes vexatione pupillos: socii furum specie legis trahunt iniquitatem in funiculis vanitatis, dicentes bonum malum, & malum bonum: igitur in Senatu expectatur spectabile judicium, & ecce iniquitas: judicium rectissimum, & ecce clamor. Instat æquitate inops, & fit judicium & contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex, & non pervenit usque ad finem judicium. Impius prævalet adversùs justum; propterea egreditur judicium perversum. In præsenti igitur Tautologia præscribitur modus, & etiam circumspectio, ut quantunvis recta, rectè quoque judices meditentur in judicio. Necesse profectò gladio & igni invehi in mala; quippe impii deteriores indulgentià. Bonis pessimi fiunt, monitionibus superbiunt, quasi timeantur: & dediscunt justitiam; ubi illorum, qui compescere peccata possunt, crudeliter miserentur. Ex illorum abominabili vita germinatur Reipublicæ, atque morum corruptela. Unde ne alii pereant, congruit perire; quoniam vitale medicamen ex scelestorum justissima morte. *Nulla victima pinguior mactari Deo potest, quàm homo sceleratus*: ait Joannes Nævizanus lib. 1. *Silv. Nuptial.* num. 7. ex Seneca in *Hercul. Fur.* Act. 4. v. 919. ubi infit:

Justitia vulneratur à judicibus.

Impiorum mores.

Joan. Næv.

Utinam cruorem capitis invisi Deis
Libare possem! Gratior nullus liquor
Tinxisset aras. Victima haud ulla amplior
Potest, magisque optima mactari Jovi,
Quàm Rex iniquus.

Senec.

2 Ita decrevit ipsa Justitia. *Non accipietis pretium ab eo, qui reus est sanguinis: statim & ipse morietur.* Vendunt facile judices jura, si emerunt juris officia. *Ne polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium cruore maculatur; nec aliter expiari potest, nisi per ejus sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit: atque ita mundabitur vestra possessio, me commorante vobiscum. Ego sum Dominus.* Prævalent sanè mala, quia sine punitione sunt exempla; ni quàm primùm exhibeatur aspicientibus, malorum pœnis præsentanea medicina: quandoquidem in impiis, maximè perfrictæ frontis, incurvæ cervicis, audaciæ insolentis, gloriantibus in malefactis, venundatis sub peccato, desperatur omninò correctio: etenim quasi serpentes venena invitè relinquunt, dum animam torti propter crimina vomunt. Actorum (tanta inest audacia, & impudentia) turpis illis infamia placet, cujus alios jurè pudet. Audi hujus farinæ pervicaces, & improbos, in omnem aleam projectos.

Numer. 35. 31. Vers. 33.

Prævalent mala, quia sine pœna.

—Eho lutum lenonium,
Commictum cœnum, sterquilinium publicum,
Impure, inhoneste, injure, illex, labes popli,

Pe-

Pecuniæ accipiter, avide, atque invide,
Procax, rapax, trahax: trecentis verſibus
Tuas impuritias traloqui nemo poteſt.

Plaut.

Pſ. *Sacrilege.* B. *Fateor.* Pſ. *Perjure.* B. *Vetera vaticinamini.*
C. *Legirupa.* B. *Validè.* Pſ. *Pernicies adoleſcentum.* B. *Acerrimè.*
C. *Fur.* B. *Babæ.* Pſ. *Fugitive.* B. *Bombax.* C. *Fraus populi.*
B. *Planiſsimè.*

Projecti impii de impietatibus gloriatio.

Pſ. *Fraudulente.* C. *Impure leno. Cœnum.* B. *Cantores probos.*
C. *Verberaſti patrem, atque matrem.* B. *Atque occidi quoque.*
Pſ. *In pertuſum ingerimus dicta dolium. Operam ludimus.*
B. *Nunquid aliud etiam vultis dicere? Ecquid me pudet?*

Ita Plautus tam in *Perſa*, Act.3.Scen.2.à v.2.quàm in *Pſeudol.* Act.1.Scen.3.à v.126. Ecquid faciendum,ubi illis impudentibus mulcimina & blanda,quæ etiam inverecundis propudia? Hi(ni fallor)ſuſpendendi,uti ſerpens Moyſis:ſuſpenſi nanque erunt medicina vulneratis.

3 Sicut mala congruunt malis, ſimiliter bona bonis.Nunquam evertendum perverſione judicium. Quid in cauſa ſanguinis, occiſo homine,cùm Deus requirat etiam de manu beſtiæ? *Homicida ſub teſtibus punietur. Ad unius teſtimonium nullus condemnabitur*: dicit ubi ſupr.Cauſa vitæ hominis longà meditatione judicabitur;quippe præcox judicium, felicem non habet exitum. Si ita in peccatore, quidnam in innocente? Videat judex, quo jure plectit: etenim eſt, qui quærat & judicet. Hinc quia technis ſupplantatur innocentia, vigilante iniquitatis verſutià,judici dicitur: *Inſontem & juſtum non occides, quia averſor impium.* Hoccine argumentum Tautologiæ, cui conſentanea alia teſtimonia. Daniel. 13.53.*Innocentem & juſtum non interficies. Mundus ſum ego, & abſque delicto: immaculatus, & non eſt iniquitas in me.* Job.33. 9. *Abſque peccato & innocens ego ſum.* Jerem. 2.35.*Juſtus es Domine, & juſtum judicium tuum.* Pſal. 118.137.*Juſtitia tua juſtitia in æternum*: Ibid. v.142.*Juſtitiam juſti aufertis ab eo*: Iſai.5. 23. *Juſtitia juſti*: Ezech.18. 20-33.12. Denique Sapient.6.11. *Qui cuſtodierint juſta juſtè, juſtificabuntur.* Ita alia in Bibliis obvia, quæ ſimul exponentur, expoſito principali teſtimonio.

Verſ. 30.

Modus juſtitiæ.

Teſtimonia affinia Tautologiæ.

Job.33. 9.

4 Sæpe dixi, particulam & ſumi debere expoſitivè, exegeticè, ſeu exergaſicè, & non conjunctivè, aut copulativè, quaſi rerum diverſarum. Vide priores Tomos, & hìc dicta *Tautolog.*8. num.52. & 9. num.30. Perſpicuè videtur Ezech. 18. 5. ubi: *Vir ſi fuerit juſtus, & (ideſt) fecerit judicium & juſtitiam.* & cap. 24. 6. *Cujus rubigo in illa eſt, & (ſcilicèt) rubigo ejus non exivit de ea.* Amos 5. 18. 20. *Tenebræ, & (hoc eſt) non lux.* Iſai.42.13. *Vociferabitur, & (nimirùm) clamabit.* Jerem.20.7. *Seduxiſti me Domine, & (putà) ſeductus ſum.* Ita alia. Sic intelligendum, quanvis non exprimatur particula; ſed ſubaudiatur, quod dicitur *Aſyntheton*, ut aſtruxi loc. cit. ut Ezech. 18. 21. *Vitâ vivet, non morietur.* q.d. Non morietur; imò verè vivet. Deut.32.4. *Deus fidelis, & abſque ulla iniquitate juſtus & rectus*: ideſt, Deus fideliſsimus, quia caret iniquitate, imò juſtus, quippe rectiſsimus in conferenda lege, nec ultrà judicabit, quàm legibus præfinivit.Similiter in præſentiarùm.Circa idem profertur particula copulativa, quæ quidem non intelligenda copulativè, ſed exegeticè. *Inſontem*, & (ideſt) *juſtum non occides. Abſque peccato*, & (hoc eſt) *innocens ego ſum. Innocentem &* (nempè) *juſtum non interficies.* Hujuſmodi acceptio & juxta præſens argumentum invenitur apud Poëtas. Joannes Mellius de Souſa de *Incarnation. Domin.*lib. 5. ſuccinit de Joanne Baptiſta:

Et *pro particula expoſitiva.*

Aſyntheton in Sac. Pag.

Prima expoſit.

Sanctorum juxta reſipiſcere corda monebit.
Criminis immunem ducet ſine labe juventam.

Souſ.

De quo infra à n.25. Profani quoque Vates phraſi phraſibus arrident. Senec.in *Medea*,Act.ultim.v.934. accinit.

——*Crimine & culpâ carent:*
Sunt innocentes.

Senec.

Plautus in *Pſeudol.* Act. 1.Scen.5.v.45.& in *Captiv.*Act.3.Scen.5. v. 7:

Decet innocentem, qui ſit, atque innoxius.
Decet innocentem ſervum atque innoxium
Confidentem eſſe.

Plaut.

Denique Ovidius lib. 4.*Triſt.* Eleg. 2. v. 13:

Et pariter matres, & quæ sine crimine castos
Perpetuà servant Virginitate focos. Ovid.

5 Alia igitur congruit rimari. Ex mea enim sententia inest discrimen & magnum inter insontem,& justum,etsi primo oculorum jactu, idem diversis vocibus videantur significare. *Insontem & justum non occides.* Altè præmittitur consultum in actibus causæ,quæ discernenda & decernenda jure,ac juxta legum præscriptà,ipsarum observato fine & tenore:igitur aliquando justus damnatur sine culpa;sed non sine causa;uti contigit Naboth,& Susannæ. Interdùm damnatur sine culpa & sine causa,uti Joannes Baptista. Aliquando factà causà,& nullà inventà vel accusationibus culpà,læsà lege & cognoscente judice;uti in morte N. Servatoris: quo in judicio Præses nullam causam invenit, & innocentem sine causa damnavit. Insons dicitur, qui crimen objectum non perpetravit. Justus autem,qui licèt perpetraverit,juxta examen causæ,testibus scilicèt, & indiciis,commisisse non putatur,vel unico teste, cui minimè præstanda fides, ut dicitur Numer. 35. 30. *Homicida sub testibus punietur: ad unius testimonium nullus condemnabitur.* Hoc est:Homicida sine testibus non interficietur, sed nullo modo,ad testimonium unius. Unde cùm definitur:*Insontem, & justum non occides*; signatur, quis cum causa & sine culpa,& quis sine culpa & causa;quis denique sine causa & sine culpa: igitur vel criminosus, actis non ritè probatis, erit, sine causa, justus. *Differentia justi,& innocentis.* Num. 35.

6 Nec criminosus sceleſtus, nec innocens insons occidendus citra judicium. Judicialiter etiam noxius quit esse justus, quoniam non convictus, nec confessus: & econtrà innocens potest esse criminosus,vel non justus;quia juxta allegata & probata judiciali foro absdubiè criminis reus. Quapropter dum interdicitur damnatio insontis & justi, legis sensus est: Ritè examinetur causa, siquidem etiam in nocente,ni probetur justè, quicquid objicitur actum, erit judicium perversum, & longissimè à justitia,quæ pœnas fulminat juxta allegata probata, & nequaquàm probabilia. Unde Septuag. & Chald. legunt: *Eum qui fuerit justificatus* (non justus actione, sed vel sceleſtus justificatus examine) *& exierit justus à judicio, non occides.* Cætera à n.25. • *Innocens quit damnari sine culpa sed non sine causa. Secunda expos.* Septuag. Chald.

7 Proclivè modò clarescent alia affinia testimonia. *Absque peccato & innocens ego sum.* q.d. Non tantùm sine peccato sum,quippe non feci;verùm etiam innocens, quoniam discussà examinatàque in judicio exactè causà,constat nec leve peccatum. *Innocentem & justum non interficies*: etenim causa Susannæ non solùm mendax, quia illa sine crimine;sed etiam quia improbata,uti conficta monopolio à judicibus actoribus. Quapropter dum dicitur: *Justitia justi.* Isai. 5. 23. & Ezechiel. 18. 20-33. 12. per ly *Justitia*,intelligi debet causa,vel rectitudo operationum,quibus justus in judicio causam defendere potest: vel evacuationes objectorum à contrariis, quibus in judicium vocatus, quit purgari à falso crimine. Hinc qui justum in judicio sese ostenderit; jurè estò noxius, non interficiendus. Ampliori, potiorique jure qui insons, & justus districtà causà invenitur: quandoquidem,nec commisit, nec commisisse probatur. Quid ergo faciendum,si reus innocens est,& judex scit,nihilominùs tamen justus non apparet; etenim juxta allegata & probata reatus convincitur? Jerem. 2. 35. Daniel. 13. 53. Isai. 5.23. *Justitia pro causa innocentis.*

8 D. Thomas 2. 2. quæst. 64. art. 6. ad 3. infit: *Dicendum, quòd judex, si scit aliquem innocentem esse, qui falsis testibus convincitur; debet diligentiùs examinare testes, ut inveniat occasionem liberandi innoxium, sicut David fecit. Si autem hoc non potest* (impossibile arbitror non posse) *debet eum Superiori relinquere judicandum. Si autem nec hoc potest, non peccat secundùm allegata sententiam ferens, quia ipse non occidit innocentem, sed illi qui eum asserunt nocentem.* Aptè: equidem secundùm ordinem justitiæ fulminatur sententia, estò in foro interno nulla sit causa; quippe judex ut homo judicat, minimè ut Deus, qui novit abscondita cordis. Rectè judicat, licèt non recta. Potest utique judicare recta non rectè,& potest judicare rectè,quæ non recta. Peccabit sanequàm, etsi recta judicaverit,ni judicaverit rectè: secùs autem, si jus dixerit rectè, quantunvis juxta falsa, ut falsa cognita, ut ait Angelicus Doctor. D. Thom. *Quomodò in re injusta judicium rectum?*

9 His patebit illud Sapientiæ: *Qui costodierint justa justè, justificabuntur.* Non sufficit quod justum,ut justè fiat judicium. Si fieri potest,justè justum judicandum. Sin verò, sat est,quòd justè sit,uti contingit, quùm juxta acta causæ probata,tradit judex in mortem, quem cognoscit innocentem. *Innocens, si accusatus fuerit, absolvi potest. Nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest*: ait Cicero Orat.pro *Rosc. Amer.* Ubi,ut vides,rectum sanè videtur de nocente judicium:verùm sine accusatione,quod rectum, non erit rectè; at si non rectè, non rectum: quoniam aliud ex jure, quo absSap. 6. 11. Cicer. *Quomodò justum injustum?*

sol-

solvendus, & aliud ex facto, quo probato, damnandus. *Re recta rectè utitur justitia:* Plutarch. inquit Plutarchus in *Apophthegm. Græc.* siquidem quæ justa, nequaquàm justa, ni justè fiant, ut astruximus fusè hìc *T.1. D.1.*

Plaut. *Modus omnibus in rebus optimus est habitu.*

Dixit Plautus in *Pœnul.* Act.1. Scen.2. v.29. & Euripides in *Oreſt.* v.600.

Euripid. *Non dicas, quòd hæc non sint rectè facta,*
Sed nos id feciſſe infeliciter.

Modus forma rerum. Bernard. Consule Solorzanum *Embl.*43. à num.16. Unde Mellifluus Doctor ad Eugen. de *Consideratione* lib.2. cap.10. infit: *Tene modum, si non vis perdere modum.* Nimia lubrica: infima, infima. Medio tutissimum iter. Medium thronus modi, atque sedes prudentiæ. Hic juris habitaculum: ultrà, citràque nequit consistere rectum.

Deute. 16. 20. 10 Hac Nemesis lance reguntur recta; ne procul modo, temporis comite, fiant à juris regulis devia. Quapropter Deuteron. 16. 20. dicitur: *Justè quòd justum est, persequeris.* Non justa, tametsi justa judicantur; ni justè, quæ uti justa concepta, judicentur. Minimè justè, si odio fit justum judicium, aut prece, vel pretio, munerum, personarumve amore; & non amore justitiæ. Propterea à vers. 18. ibidem præmittitur: *Judices & magistratus constitues, ut judicent populum justo judicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies personam, nec munera; quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba justorum.* Obiter nota: pro *Judicia*, dicit *Verba*: igitur quodlibet judicis verbum, etiam extra tribunal redolebit judicium. *Verba*, dum signat *Judicia*: & propriè, ubi accipit pro causa vel personam, vel munera: siquidem cùm verba significent mentem, & affectione velit extinguere lucem; quodlibet sententiæ verbum est contra proprium judicium. Verùm ad rem. Quovis affectu depravatur ratio judicis in causa, & claudicat à jure sententia: additurque ad *Justa*, ut judices judicio justificentur, *Justè*; quia non sufficit entitas (ut dicunt Theologi) substantia, aut materia operationis, ubi deficit modus, vel finis legis. Non sufficit, quanvis dicas, quod plerique insipientes: *Finis legis non cadit sub lege.* Cadit sanè, & hoc intenditur: verùm cùm lex justo non ponatur, sed transgressori, & ex actione constet, an sit lex omissa, aut impleta, quæ sine fine frustrà; finis legis cadit sub lege in foro conscientiæ: & non cadit sub lege, ideſt sub pœna; quia cùm finis sit intentionalis, non patet oculis. Ita intelligendum proloquium. Iccircò Gregor. Magnus lib. 6. in *Exposit.* 1. *Reg.* cap. 3. in illud: *Surge, & unge eum, ipse enim est, subdit: Quid est, nisi sublimi sublimia sacramenta sublimiter præbe?* Ubi, ut claret, plusquàm res, notatur qualitas subjecti ungendi, modus actionis, sublimiori modo. Ita in causarum judicio. *Sola justa quæ justa:* dicit, ubi supr. Plutarchus. Si nominibus aut verbis non hæret adverbium; quæ justa injusta, & curvissima quæ recta. Canit Plautus in Prolog. *Amphitruon.* v. 33.

Circunspectio in judice necessaria.

Quomodò intellig-ndus: Finis legis non sub lege? Greg. M.

Plutarch.

Plaut. *Justam rem & facilem esse oratum à vobis volo;*
Nam justè ab justis justus sum orator datus.
Nam injusta ab justis impetrare non decet:
Justa autem ab injustis petere insipientia est;
Quippe illi iniqui jus ignorant, neque tenent.

Geminationes per nomina, verba & adverbia 11 Apud Plautum, quia nervosus & festivus, similes inveniuntur geminationes; in quibus frequenter aliquid arcani ostenditur, ut nominibus, verbis & adverbiis iteratis, vel conjunctis, ampliùs rutilet politiore exergasiâ, quid in actione, aut animo fœdum vel pulchrum. Aliqua subscribam & in propositum, ut clareat magis testimonium Sapientiæ prolatum. In *Epidico* Act.3. Scen.1. v.10. infit:

Idem. *—Verùm aliquid, aliquà, aliquomodò*
Alicundè, ab aliquo aliqua tibi spes est, fore mecum fortunam?

In *Pseudol.* Act.1. Scen.2. v.2. Act.2. Scen.2. v.17. & Scen.3. v.3. in *Curcul.* Act. 3. v.10. Act.4. Scen.2. v.10.

Nunquàm quicquam cuiquam venit in mentem,
Ita videre & non videre dignus, qui liber ſies.
Opportunitate non potuit opportunius evenire,
Idem. *Quàm cavata est mihi opportunè epistola!*
Qui homo maturè quæsivit pecuniam,
Nisi eam maturè parsit, maturè exuriet.
Alienos mancupatis, alienos manumittitis, alienos imperatis.

In *Casin.* Act.4. Scen.4. v.7. in *Mostellar.* Act.3. Scen.3. v.22. & in *Milit.* Act.2. Scen.2.

Ma-

Mala malè malæ monſtrant.
Tibi nunquàm quicquam poſtquàm tuus ſum Idem.
Falſiloquum, falſificum, falſijurium.

In *Amphitruon.* Act.1. ſcen.1. v.122. & Act.2. ſcen.2. v. 181.

Optumè optumo optimam operam das.
Ne me falſa appella falsò falſo nomine. Idem.

In *Aſinar.* Act.1. ſcen.3. v.22.& 56.in *Captiv.* etiam Act.2. ſcen.2. v.5. & 108. Act.4. ſcen.1. v.7.

Neque fictum, neque pictum, neque ſcriptum.
Me unicè unum ex omnibus.
Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cùm etiam cavet. Idem.
Etiam cùm caviſſe ratus, ſæpe bis cautor captus eſt.
Quod bonis benefit beneficium.
Amœnitate amœnà amœnus oneravit dies.

12 Alii etiam inſigniorum Poëtarum etiam hujuſmodi circulis, & circunflexionibus uſi ſunt, diverſa iiſdem verbis, vel paranomaſticis ingeniosè proferentes. Ennius in *Satyr.* ita ſuccinit:

Nam qui leviter poſtulat alterum fruſtrari.
Quem fruſtratur, fruſtrà eum dicit, fruſtrà eſſe.
Nam qui ſeſe fruſtrari, quem fruſtrà ſentit, Enn.
Qui fruſtratur, is fruſtrà eſt: ſi non ille eſt fruſtrà.

Quid hoc? quæres. Dicam. Qui lepidè, & verſutè fallere alium cogitat; cogitet, ne fruſtretur: igitur cognoſcit eludi ac falli, quem ille fallere intendit. Qui molitur aliquid in fruſtrà, ni fruſtrà ſit, ne falletur; ut qui fallitur, fallatur: quippe niſi fallatur, cui fallacia objicitur; ipſe qui fallere cogitat, cogitatione fallitur. Ecce ſoluta involucra ſententiarum. Ovidius lib.2. de *Pont. Eleg.*5. v.63.

Tu quidem Pieridum ſtudio ſtudiosè teneris:
Ingenioque faves ingeniosè meo. Ovid.

Cicero lib. 1.de *Divinat.* vaticinium Caſſandræ de Paride fratre, ita profert:

Heu! videte. Judicavit judicium inclytum:
Quo judicio, &c. Cicer.

Euripides in *Oreſte*, v. 816. & denique Jacobus Bornitius *Embl.* 20.

Epulæ & cædes nobilium liberorum:
Cædes cæde mutata per cædes non deſinit. Eurip.
Innumeros numerus numeros numerabilis edit,
Cantio ceu miris fert variata modis. Bornit.

Loquitur de ciphris Muſices.

13 Ergo in teſtimonium Biblicum: quandoquidem teſtimoniis prefatis conſtat geminationes, replicationes, at reflexiones terminorum, conatum animi promere, & modum ſubſtantiæ rei; ut magis quàm per entitatem cognoſcantur acta per diſtinguentem modificationem. *Qui cuſtodierint juſta juſtè, juſtificabuntur.* Non juſtificatur judex per juſta decreta; ſed per judicata juſtè: etenim juſtum poteſt eſſe judicium; ſed non ex jure: uti ſi peccaverit aliquis, ſciente duntaxàt judice, & pœna infligeretur ad legum amuſsim, debitam quidem; ſed judice ſolo teſte, immeritam, quia deficiunt requiſita ex jure in punitionem. Unde ſententia juſta, lata propter crimen eſſet injuſta; quia non juſtè, utpotè non jure prolata. Jus dicitur objectum Juſtitiæ à D. Thoma ubi ſupr. *quæſt.* 57. *art.*1.& ubi jus non eſt, juſtitia abeſt, & non probatum, licèt objectum, punitioni obeſt; quippe nihil probatur in judicio recto, unius teſtis teſtimonio. Sap.6. 11. *Quid neceſſarium in judicium rectum?*

14 Ex atteſtatione Scripturæ omninò conſtat. *Feci judicium & juſtitiam* dicit Regius Vates Pſal.118.121.& ſæpe alibi unà exprimuntur judicium & juſtitia. Ut juſtitia fiat, non ſat, quòd ſit juſtum Regis judicantis decretum; ſed quòd ſit juſtè prolatum, nimirùm jurè, non entitate, vel lege; quia vel crimen commiſſum ex jure non eſt crimen, ſi improbatum. Quare additur ad *Juſta*, adverbium *Juſtè*; ut ſenſus ſit: Ad hoc ut cauſa omnibus numeris conſtet perfecta, neceſſarium eſt, quòd juſtè fiant quæ fiunt juſta: ſiquidem juſtis cauſis, juſtis judiciis judices non juſtificabuntur; ſi abdicunt procedendo juris ſeriem & modum. Recta nanque poſſunt fieri non rectè: & ut rectum ſit rectè, judicare debent judices jure. Hic ſenſus eſt ſententiæ Sapientis, juncto *Juſta* advervio *Juſtè*. De alterius punctorum mutationis congruà intelligentià dicemus poſtea Pſal. 118. 121. *Quid ſit juſtitia cum judicio?*

teà num.17.Senſum præfatum aſtruunt vel Ethnici. Plautus in *Pſeudol.* Act.4. ſcen. 7. v. 37. inquit.

Plaut.

Ad me rectè habet rectam viam.

Seneca de *Conſolat. ad Helv.* cap.ult. *Vitam agit ſimplicem, rectam ſine crimine.* Tacit. lib.4. *Hiſtor.* cap.5. *Recti pertinax, conſtans.* Virgilius lib.1. *Æneid.* v.607.

Virgil.

Dii tibi (ſi qua pios reſpectant Numina, ſi quid
Uſquàm juſtitiæ eſt, & mens tibi conſcia recti)
Præmia digna ferant.

Ita plura, uſquequaquè obvia, apud Poëtas & Oratores reperies: noſtro magis argumento accedit Euripides in *Supplicib.* v. 378. ubi:

Eurip.

Ne polluantur leges hominum, tu colis
Juſtitiam, & minus injuſtitiæ tribuis ſemper.
Injuſtè afflictum quemlibet liberas.

15 Pro ampliore intelligentia obſervandum eſt diſcrimen inter judicium & juſtitiam. Judicium ex ſe ſolùm ſignat officium judicis, & quicquid ad illum quomodolibèt pertinet, uti latè videbimus *Tom.*5. *Tautolog.*1. ad illud Ruth: *In diebus unius judicis, quando judices præerant.* Interdùm accipitur metonymicè, quaſi ſignum pro re ſignata: quo ſenſu Pſalm. 118. 39. *Judicia tua jucunda: Judicia* pro *Mandata*; quia per illa, uti amuſim, judicabimur. Idem v.13.30.72.108. & alibi ſæpe. Aliquando vox ſignificat conſuetudinem: Eccli.11. 9. *In judicio peccantium non conſiſtas*: ideſt, ne aſſueſcas delinquere. Ezech. 5. 7. *Juxta judicia Gentium*: hoc eſt, juxta mores Gentilium. Sæpe deſignat pœnam, vel ſupplicium: ut ibid. v.8. *Ego faciam in medio tui judicia in oculis Gentium.*: nimirùm, lues pœnas coram Ethnicis, quorum vitia æmulata es. Iſai. 26.8. *In ſemita judiciorum tuorum ſuſtinuimus te.* q. d. Et te percutiente toleravimus. Multoties pro ſententia, ſeu decreto. Pſalm. 118. 106. *Judicia juſtitiæ tuæ*: putà, tuæ rectitudinis, & æquitatis decreta. Eccli. ſimiliter 42. 2. *De judicio juſtificare impium.* Habac. 1. 4. *Egreditur judicium perverſum.* Ezech. 7. 23. *Terra plena judicio ſanguinum.* & 1. Tim.3. 6. *In judicium incidat diaboli.*

Acceptiones Judicij.

16 Non ſecùs Juſtitiæ acceptiones variæ ſunt. Pro præmio ſumitur aliquando. Geneſ.30. 32. *Cras juſtitia tua.* 1. Tim. 4. 8. *Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ*: nempè, præmium. Pro legè interdùm. *Qui ambulat in juſtitiis*: Iſai.33.15. *Ut cognoſceret juſtitias Domini.* Mich. 6. 5. ſcilicèt, leges. Etiam pro pulchritudine, ſeu in pulchritudinem ornatus: Ezech.16.27. *Auferam juſtificationem tuam, & dabo te in animas odientium te.* Iſai. 32. 16. *Juſtitia in Carmelo ſedebit*: videlicèt, venuſtas, pulchritudo, & ſpecioſitas. Pro judicio, & ratione: Proverb. 8. 20-16. 31. *In viis juſtitiæ ambulo.* Sapient.1.1. *Diligite juſtitiam, qui judicatis terram.* Pſalm. 74. 3. *Ego juſtitias judicabo.* Pro Deo etiam: Pſalm. 84. 12. *Juſtitia de cœlo proſpexit*: & Iſai. 45. 8. *Et juſtitia oriatur ſimul.* Demùm Juſtitia ſumitur ſæpe pro gratia juſtificante, causà formali noſtræ juſtitiæ: Ezech. 18. 26. *Si averterit ſe juſtus à juſtitia ſua*: ideſt, à gratia, qua juſtificatus. Oſee 2. 19. *Sponſabo te mihi in juſtitia*: & 2. Petr. 3. 13. *In quibus juſtitia habitat.* Sic alia.

Juſtitiæ etiam.

17 His acceptionibus clarè patebit, quid intenderit Joannes dicens: *Qui facit juſtitiam, juſtus eſt.* Non ſumitur hìc juſtitia pro infuſione gratiæ, ſed pro exercitio virtutum, aut cuſtodia legum; quarum tranſgreſsione, qui juſtus, injuſtus fit, ut dicitur *Ezech.* 18. 20-33. 12. Quare ſenſus auctoritatis eſt: Qui facit opera juſta, ideſt, ad tenorem legum, juſtus eſt: hoc eſt, juſtus cognoſcitur (de quo infrà num.29.) ſiquidem operibus eſt credendum. Non ſolà fide juſtificamur, uti intendunt Novatores: nec ſolis operibus, vel cum fide, ni ſit viva: equidem qui peccatores, & Deo inviſi, plura opera faciunt juſta, videlicèt legibus adaptata; & tamen juſti non ſunt, quia deficit principium meriti, nimirùm gratia Dei, qui per gratiam juſtificat impium, ut acta quæ fecerit, ſint meritoria: quæ ſanè forma aberit à juſtis, ni per bona opera certam demonſtrabilemque faciant in gratiæ ſtatum præſtitam vocationem. Unde optimè Thomas Anglus hìc: *Certum eſt* (ait) *juſtitiam facere, quiſquis juſtus eſt. Non verò formaliter eſt verum, juſtum eſſe, qui juſtitiam facit. Non enim vivit homo, quia movetur: movetur, quia vivit.* Motus confirmat vitam: bona opera gratiam; verùm ſine gratia nulla opera vitalia, ſeu meritoria. Hinc qui adimplet legem totam, facit juſtitiam, qua de congruo meretur gratiam; quippe facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat: quo etiam ſenſu exponitur præfatum teſtimonium Sapientiæ: *Qui cuſtodierint juſta,*

1. Joann. 3. 7.

Juſtitia pro lege.

Th. Angl.

justa, justè justificabuntur. Non *justa justè*, ut supr. sed applicato adverbio justificationi. q. d. Meritò, & jurè justificabuntur, quia disponuntur ad gratiam omnium adimpletione legum. Cæterùm tametsi fecerint justitiam, justi non erunt, ni habuerint justificantem gratiam. Habebunt gloriam adimpletione legum & præceptorum; sed non apud Deum. Opera recta cum fide tantùm reputantur *ad justitiam secundùm propositum gratiæ Dei*: ut ait Paulus ad Roman. 4. 5. Unde Joannes non dicit: *Qui facit opera justa*; sed *qui facit justitiam*: hæc constat observatione totius legis, ad quam necessaria est gratia, quam solus habet justus: quare erit justus, qui facit justitiam; quoniam non custodiet totam legem, ni in auxilium habuerit gratiam justificantem: vel ut theologicè loquar, ni gratia auxilians justificantem ad totam legem supponat. Verùm hoc D. D. Scholasticis. Observa etiam per transennam, non dici: *Qui credit*, sed *qui justitiam facit*: igitur non est salus in sola fidè, ut illo in tempore, quo scripsit Joannes, intendebant Gnostici. Sap. 6. 11. *Quomodò, qui facit justitiam, justus non est?*

18 Quæstio incidit opportuna, nimirùm: quid signetur in Sacra pagina, dum justitia & judicium proferuntur simul? Dicam & volupè, quia pretium est operæ explanari perspicuè. Dupliciter exponi potest, & politicè & moraliter, quibus expositionibus addam & alias literæ omninò germanas. Primo modo, quatenùs connotetur justitia distributiva: judicio, damnando reos; & justitiâ, absolvendo justos. Ex duplici materia constat judicium, ut ait Petrus 1. Epist. 2. 14. *Ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* Propterea ex ore judicis vivorum, & mortuorum, *gladius utraque parte acutus exibat.* Apocal. 1. 16. siquidem gladii mystici acies una pro judicio in damnationem sontium: altera autem pro justitia in protectionem & auxilium innocentum. Gladium accepit Salomon, quo fecit judicium & justitiam in jurgio mulierc ularum pro puero vivente. Judicium, remittens vacuam illegitimam matrem: justitiam vero, ubi filio honoravit genitricem, uti dicitur 3. *Reg.* 3. 24. *Quid sit judicium, & justitia simul?* 1. Petr. 2. 14. Apocal 1 16. *Prima expositio, pro damnatione, & absolutione.*

19 Intelligitur modò, encomium Davidis signatum 2. *Reg.* 8. 15. *Regnavit* (dicitur) *faciebat quoque judicium & justitiam omni populo.* Quæ quidam munera optat filio Salomoni, post se habenas principatus obtenturo, Psal. 71. 2. *Deus* (inquiens) *judicium tuum regi da, & justitiam tuam filio regis.* De distributionis corruptela sæpe queritur Deus. Isai. 5. 7. *Expectavi* (clamat) *ut faceret* Juda *judicium; & ecce iniquitas:* etenim absolvebantur iniqui: *& justitiam, & ecce clamor:* igitur vexabantur innoxii. Hanc ob causam subdit v. 23. *Justificatis impium pro muneribus, & justitiam justi auferetis ab eo.* Clariùs Proverb. 17. 15. *Qui justificat impium & qui condemnat justum, abominabilis est:* hoc est, qui suffragatur causæ iniquæ, & refragatur causæ rectæ. Pondus in lance justitiæ, & pondus est: mensura & mensura. Statera dolosa, quæ non bona: equidem justitia sine judicio, judicium sine justitia, & utrumque sine pondere & mensura; quippe mensura duplici pondere. Ita inter judices grassatur iniquitas. Unde vel Ethnicus lib. 1. *Metam.* fab. 4. queritur exclamans: 2. Reg. 8. Psalm. 71. Isai. *Quando judicium sine justitia, & contrà.*

Omne nefas. Fugère pudor, verumque, fidesque:
In quorum subiere locum fraudesque, dolique.
Insidiæque, & vis, & amor sceleratus habendi.
Victa jacet pietas, & virgo cæde madentes
Ultima cœlestium terras Astræa reliquit. Ovid.

Plautus in *Prolog. Rudent.* v. 11. præ se fert (utinam in resipiscentiam judiciorum ad libitum!)

Hominum qui facta, mores, pietatem & fidem
Noscamus, ut quemque adjuvet opulentia:
Qui falsas lites falsis testimoniis
Petunt, quique in jure abjurant pecuniam. Plaut.

Munus justitiæ distributivæ est, reddere unicuique juxta opera propria: quare ut idem dicit in *Pœnul.* Act. 3. Scen. 3. v. 20.

Malo benefacere, tantùm est periculum,
Quantum bono malefacere. Idem.

20 Moraliter etiam interpretari possumus judicii & justitiæ nexum: ita ut justitia judicet amorem boni, & judicium odium mali. Ex judicio oritur timor transgressionis legis: ex justitia verò amor studiumque virtutis: jungunturque judicium & justitia, ob affirmativa & negativa præcepta, quorum observantiâ vel omissione fit homo bonus vel malus. Constat perspicuè ex Sacra pagina, Ezechiel. 18. 5. dicitur: *Vir si fuerit* *Secunda expositio, de odio mali, & amore boni.*

Ezech. *rit justus & (ideſt ſi) fecerit judicium & juſtitiam* : ubi faxò ſubduntur præcepta,ſcilicèt ; *ſi in montibus non comederit , & oculos ſuos non levaverit ad idola domus Iſrael, & uxorem proximi ſui non violaverit , & ad mulierem menſtruatam non acceſſerit , & hominem non contriſtaverit , pignus debitori reddiderit , per vim nihil rapuerit , panem ſuum eſurienti dederit , & nudum operuerit veſtimento, &c.* Ubi , ut liquet , præcepta affirmativa & negativa ſignantur judicii atque juſtitiæ materia. Pſalm.88. 15. *Juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ* : hoc eſt,itineris in cœlum, quo ſedes Dei. Pſal. 118. 121. *Feci judicium & juſtitiam.* Sic alia.

Pſal. 118. 121.

21 Juxta priorem ſenſum exponere etiam poſſumus per juſtitiam præmium,& per judicium ſupplicium:hoc leges tranſgredientibus, & illud obſervantibus; maximè ubi utrumque tribuitur Deo. Iſai. 9. 7. *Super ſolium David & ſuper regnum ejus ſedebit; ut confirmet illud , & corroboret in judicio & juſtitia, amodò & uſque in ſempiternum.* Qua interpretatione clareſcunt expoſitiones Tautologiarum ex Pſal.118. *Rectus* (ſcilicèt) *es Domine , & rectum judicium tuum*: ideſt , rectè diſpoſita cuncta. *Juſtitia tua juſtitia in æternum.* Gloria ſanequàm juſtorum erit æterna,ſicut erit æterna pœna iniquorum. Hinc dicitur per Ezechielem : *Juſtitia juſti ſuper eum erit,& impietas impii erit ſuper eum*: nimirùm, juſto præmium , & peccatori ſupplicium. Omnia in vero judicio facit; tametſi aliter videatur peccatoribus , quin poſsint cum eo contendere, ut audaces olim intendebant,& Deus exprobrat, Jerem. 2. 29.

Tertia expoſitio , pro præmio & ſupplicio.

Iſai. Pſal. 118. 137. & 142. Ezech. 18. 20.

22 Quanvis hęccine mihi nequaquàm ingrata,quippe non abſre,& aſtructa Scripturæ teſtimoniis ; veriùs & commodiùs literaliter exponenda per Hendiadym , quo ſchemate rhetorico unum veluti dividitur in duo; de quo fusè egi *Tom.1.Tautolog.6. num.36. Tom.2. Tautolog.3. num.* 12. & hìc *Tautolog.9. num.* 38. Exempla ſuppetunt profana, & ſacra. Eccli. 31. 8. *Nec ſperavit in pecunia, & theſauris* : ideſt , *in pecunia theſaurorum , aut theſauris pecuniarum.* Pſalm. 73. 3. *Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem* : hoc eſt , in finem,vel exterminium ſuperbiæ illorum. Pſalm.79. 6. *Potum dabis nobis in lachrymis in menſura* : putà , in menſura lachrymarum. Iſai. ubi dudùm: *Super Regnum* (David) *ſedebit, ut confirmet illud & corroboret* : ſcilicèt , robore confirmet. Geneſ. 3. 24. *Collocavit ante paradiſum Cherubim , & flammeum gladium*: nimirùm, Cherubim cum gladio flammeo. Daniel.7.5. *Tres ordines erant in ore ejus, & in dentibus ejus*: videlicèt , in ore tres ordines dentium : Sic multa : claretque ex Hebr. igitur ubi: *Ex cunctis animantibus univerſæ terræ.* Geneſ. 6. 19. legit per Hendiadym : *Ex omni vivente, & ex omni carne.*

Quarta expoſitio per Hendyadim duobus ſignificantibus idem.

Exempla.

23 Stylus idem in Profanis. Sat eſſe Virgilius , qui paſsim utitur hujuſmodi figurà, lib. 1. *Æneid.* v.58. *Vinculis & carcere frænat*: ibid. v. 549. *Nec bello major & armis* : lib. 2. v.89. *Nos aliquod nomenque, decuſque* : nomen, ſcilicèt, decorum, vel decus nominis: lib.3. v. 137. *Jura domoſque dabam*: id. domorum jura. ibid.v.413.*Dextrum fuge littus & undas* : hoc eſt : Undas dextri littoris : lib. 4.v. 615. *Bello vexatus & armis*: lib. 5. v. 510. *Nodos & vincula linea rupit* : lib. 6. v. 255. *Primi ſub lumina Solis & ortus*: ibid. v. 643. *Contendunt ludo , & luctantur arenâ* : hoc eſt , ludo luctæ, & lib. 9. v. 26. *Dives pictai veſtis & auri*: nempè,auratæ veſtis. Utitur etiam, nec mirum, quia Helleniſmus eſt,Homerus,quem ferè in cunctis æmulatur Virgilius.*Iliad.6.* v.43. *In pulveribus, in os.* & *Odyſ.* 15. v.45. *Calce,pede motum*: pro pedis calce.Etiam 19. *Iliad.* v. 161. *Hoc enim robur eſt fortitudo* : pro robur fortitudinis. Euripides in *Supplicib.* verſ. 974. *Tonſuræ , & coronæ comæ* : nempè , corona ex coma tonſa. Vide Propertium *lib.* 3. *Eleg.* 13. & ibid. Paſſeratium , ſimulque Frideric. Taubmann. in illud Plauti *Curcul.* Act. 2. Scen. 3. v. 69. *Cum auro , & veſte.* Non ſecus intelligendum,dum Sacro eloquio unà proferuntur juſtitia & judicium. q. d. Sententia,diſcuſsà causà,fulminanda juxta leges judicio æquitatis & juſtitiæ: vel juſtitia juxta jura , & judicium rectum , & acceptabile cunctis. Hac enim luce exponuntur cætera teſtimonia ſacra.

Profana.

Virgil.

Homer.

Eurip.

Plaut.

24 Attamen excogitatur alius expoſitionis modus , quatenùs geminatio accipiatur pro ſuperlativo per Epitaſim,aut exaggerationem,maximè cum Hebræum idioma ſuperlativis careat, uti diximus in *Prolog. Galeat.* §.4.n.6. Unde cùm dicitur: *Juſtus es Domine , & rectum judicium tuum* : idem eſt ac , tu juſtiſsimus , vel rectiſsimus es in judiciis : *Juſtitia tua juſtitia in æternum* : ideſt , juſtitia firmiſsima. *Inſontem , & juſtum* : hoc eſt, innocentiſsimum. *Abſque peccato & innocens* : nempè immaculatiſsimus.*Juſtitia juſti*:ideſt,exitus cauſæ in judicio erit firmiſsimæ felicitatis juxta qualita-

Quinta expoſitio , Geminatio pro ſuperlativo.

tem

tem virtutis : igitur nullo modo amittet felicitatem,si justitia,qua justus, permanserit usque in finem. Ita vox *Deus* nonnunquàm Hebræo idiomate æquivalet superlativo. Exod. 3. 1. *Montem Dei*: q. d. altissimum montem. 4. 20. *Virgam Dei* : id. prodigiosissimam. Job.1. 16. *Ignis Dei* : pro incendium magnum , & ingens. 1. Thessal. 4. 5. *In tuba Dei* : pro in strepitu & sonitu maximo. Psal.79. 11. *Cedros Dei* : valdè proceras : & Psal. 35. 7. *Justitia tua sicut montes Dei* : scilicèt , perpetua , stabilis , non cassura , altissima, quasi se extollens super nubes munerum,acceptionis personarum,super altitudinem malitiæ,& sublimitatem ignorantiæ, vel humanæ versutiæ. Etiam interpretari possumus, & exponere terminos æquipollentes,quibus efformatur Tautologia , per adverbia. *Insontem & justum* : ideſt, omninò justum. *Sine peccato & innocens* : sine ulla peccati macula , & penitùs sine culpa. Unde Plutarch. in *Cajo Graccho*, subdit : *Purum & insontem esse constavit*. Homer. 10. *Odyss.* v. 383. *Æquus & justus*. Ita cætera. Hanc expositionem illustrarem , ni Tomis prioribus feciſſem , & hìc feci *T.* 2. num. 16. *T.* 4. num. 14. *T.* 7. num. 8. & 21. *T.* 10. num. 16. & faciam *T.* 12. num. 32.

Deus additum nominibus etiam superlativũ efformat.

Sexta expositio per adverbia.

Plutarch.

25 His igitur præmissis liquidò constat quare in principali testimonio Tautologiæ fiat geminatio, & quo sensu. Nimirùm per Hendiadym, per superlativum, & per adverbium.Geminantur voces,ut absque ambiguitate per materiam & in materia pateant expositæ veritates. *Insontem & justum* (dicitur) *non occides*. q. d. omninò innocentem & justum. *Innocens* (inquit Cicer. lib. 5. *Tuscul. qq.*) *dicitur , non qui leviter nocet,sed qui nihil nocet*.Ut ergo exprimatur prorsùm innocens,& nullam esse ad damnationem causam , iteratur materia circa quam innocentia vitæ , & rectitudo constat animi,ut astruximus variis auctoritatibus num.4.& 14.Dixi etiam num.23. hujusmodi phrasim esse Græcismum:claret in sacris, Luc.1.6. invenitur de Baptistæ parentibus sic efformatum elogium : *Erant autem justi ambo ante Deum , incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela*. Joann. Mellius de Sousa lib. metric. in *Job*. cap.1.accinit in hoccine propositum:

Expositiones aliæ principalis auctoritatis

Cicer.

Luc.

———*Sine crimine vitam*
Justitiæ cultor , recti servator & æqui,
Duxit , & insigni pietate & moribus ornat.
Cui simplex animus , quæ mens est insciа fraudis,
Qui rectum virtutis iter terit arbiter æquus
Omne malum fugiens, abigit commercia culpæ.

Sous.

De Deipara idem lib. 3. de *Concept. Virgin.* subdit:

———*Puram sine labe parentem*
Excipies , pura sumes à Virgine carnem.
Illa decus niveum , pectusque immune veneni
Sola ferat : cunctas superet virtute puellas.

Idem.

De Sanctissimo Sponso Josepho lib. 5. de *Incarnat. Domin.* etiam canit:

———*Toto nam pectore legi*
Obsequitur Domini , rectum custodit & æquum.

Idem.

Ibidem de Zacharia & Elisabetha , textum exponens Lucæ , infit:

Justus uterque Deo coram : præceptaque legis
Intemerata sedent animo : quibus absque querela
Dulcis inoffensæ fuerat concordia vitæ.

Idem.

Stylus quoque frequens apud Profanos. Virgilius lib.2. *Æneid.*v.426.

———*Justissimus unus*
Qui fuit in Teucris , & servantissimus æqui.

Virgil.

Ita Claudianus sæpe in *Panegyr.*Hi modi dicendi optimè per adverbia donantur luci: quandoquidem geminatio ad Epitasim , Emphasim , atque intensionem & expressionem animi proferentis attinet. Quapropter *Justi* , & *sine querela* per adverbia Syrus exponit : *Inculpatè*. Alii apud Haye in *Bibl. Maxim.* & Cornel. Alap. hìc : *Mundè, irreprehensibiliter*. Qua etiam acceptione usus est Homerus 4. *Odyss.* v. 898-8. 123. & 246-9. 384-11. 470. Ex quo sensus perspicuè genuinus emanat. Deuteron. *Deus absque ulla iniquitate justus & rectus*: hoc est,justè rectus, vel rectè justus sine ulla reprehensione,imò reprehensibilitate. Jerem.2.35. *Absque peccato,& innocens*: ideſt, inculpatè procedens.Psal.118.137.*Justus es Domine,& rectũ judiciũ tuum*:scilicèt, rectè judicium tuum; ut exclamavit jugulatis filiis & conjuge jamjam moriturus, imò occi-

Adverbia pro nominibus.

Deute. 32. 4.

Jerem. 2. 35.

Psal. 118. 137.

den-

Daniel. 13 53. dendus Imperator Mauritius, de quo vide Hubert. Goltz. Daniel. *Innocentem & justum* (nimirùm justè) *non interficies*. Pariter in præsenti auctoritate: *Innoxium & justum non occides*: equidem rectè & justè, jurèque tradere morti non poteris, cùm constet innoxium & sine culpa vivere; quia *aversor impium*.

26 In hac enim clausula excluditur in damnationem justi causa ficta. Valet judex, vel cognità innocentià, damnare innocentem, & quærere, quæsitamque inaurare causam, ne appareat innocentia: ut patuit in causis iniquis num. 5. præfatis: verùm Deum scrutantem renes & corda, cui cogitationes revelantur, minimè latet studiosum velamen legum, quo iniquus judex tutò adoritur homicidium. Hinc Septuag. legunt: *Non justificabis impium propter munera*: quippequàm si horum intuitu absolvit peccatorem, & condemnat innocentem; Deus non irridetur: etenim illi refragabitur judicio, & potenter puniet judicem: tùm quia innocentem à Deo dilectum potestate proterit; cùm quia impio, quem aversatur Dominus, pro libito parcit. Tandem tandem innocentia damnati, & malitia apparebit damnatoris. Multoties enim innocentes tracti in mortem iniquè (quin in terris invenirent, qui damnantium infringerent potestatem) compellarunt judices ante tribunal Dei, qui fallere non potest, nec qui falli. David Saulem 1. Reg. 24. 12. & 13. dicens: *Non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in te: tu autem insidiaris animæ meæ, ut auferas eam. Judicet Dominus inter me & te, & ulciscatur me Dominus ex te.* Zacharias Joam. 2. Paral. 24. 22. *Videat Dominus & requirat.* De citatione Ferdinandi IV. Castellæ Regis, vide Marianam, Nauclerum, & Baptistam Fulgos. Eosdem etiam de Philippi Pulchri Regis Galliæ. Joannem Paulum de Rodulphi Austriæ Ducis, & denique Æneam Sylvium de obitu Francisci Ducis Britanniæ.

Septuag.

Exempla compellantium judices ad Dei tribunal.

1. Reg.

2. Paralip.

27 Pro *Aversor impium*, Hebr. Oleaster, Cajetanus & alii legunt: *Quia non justificabo impium.* Justifico pro declaro. Tametsi ab hominibus abscondatur injuria; ostendet cœlestis justitia, tempore destinato à divina providentia. Vel Ethnici cognoverunt. Quàm aptè cadit de Providentia, quod Plutarch. in *Vit. Timoleon.* protulit de Fortuna! *Rem* (ait) *testimonio quorumdam astantium comprobavit; qui magnoperè machinamenta fortunæ admirabantur, quæ per causas alias alia monens, ac longè omnia colligens, & his quæ plurimùm abesse, & nihil invicem commune habere videntur, omnia concinnans, mutuis semper rerum principiis, & finibus utitur.* Unde quidam injustè perperam habitus, clamat apud Plautum in *Captiv.* Act. 2. scen. 2. v. 63.

Ostendit divina providentia, quæ hominibus sunt occulta.

Plutarch.

Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus auditque & videt.
Is uti tu me hìc habueris, proinde illum illic curaverit:
Benè merenti, benè profuerit, malè merenti par erit.

Plaut.

28 Quod justificatio, aut sanctificatio in Sacris literis significet declarationem, constat ex Isai. 5. 16. *Deus sanctus sanctificabitur* (idest, cognoscetur) *in justitia.* ibid. v. 23. *Sanctificatis impium*: hoc est, ostenditis impium uti sanctum & justum. Sapient. ubi supr. *Justè justificabuntur*: videlicèt, cognoscentur: Bibl. Antiqua: *Judicabuntur.* q. d. in judicio justi invenientur. Genes. 22. 12. *Nunc cognovi, quòd timeas Dominum*: nimirùm, nunc cognoscere feci, vel nunc patet. Jerem. 1. 9. *Ecce constitui te* (idest, signo, declaro, & palàm ostendo) *super gentes & super regna, ut evellas & destruas, &c.* Quo sensu à Doctiss. Expositoribus explicatur illud v. 5. ibid. *Antequàm exires de vulva, sanctificavi te, & prophetam in Gentibus dedi te.* q. d. Exposui te prophetam.

Sanctificare & justificare pro declarare.

29 Oritur hujusmodi regula: ex eo quòd commune in Sacra pagina, dici aliquid fieri, cùm demonstratur. Levit. 13. 30. *Contaminabit eos*: pro ostendet contaminatos leprosos. Job. 9. 31. *Abominabuntur me vestimenta mea*: putà, abominabilem ostendent me. Isai. 6. 10. *Excæca* (ostende excæcatum) *cor populi hujus, & aures ejus* (aggravatas) *aggrava, & oculos ejus* (clausos) *claude, &c.* Psalm. 2. 7. *Hodie genui te*: idest, hodie te ostendo genitum meum. Joann. 11. 41. *Gratias ago tibi, quoniam exaudisti me* (ostendisti, me à te exaudiri) *ego autem sciebam, quia semper me audis.* 2. Cor. 6. 11. *Tempore accepto exaudivi te* (ostendi videlicèt exauditum) *& in die salutis adjuvi*, similiter, demonstravi adjutum. Denique ad Rom. 1. 4. *Qui prædestinatus est* (cognitus, ostensus) *filius Dei in virtute secundùm spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum.* idest, in die resurrectionis à mortuis patuit quòd esset filius Dei, gloriâ plenus, & immortalitate donatus. Plura testimonia exposui, ut simul exponantur omissa. Vide quæ hìc diximus *Tautolog.* 7. num. 14. Augustin. lib. 83. *Quæstion.* q. 69.

Aliquid fieri dicitur, dum ostenditur.

D.

D.Thom.1.*p.q.*24. *art.*3. in corp.& 3.*p.q.*13.*art.*2. ad 1. & Salmer. in *Prolegom.* 12. *Quinquag.*2. *can.* 6.

30 Sufficiant dicta. Modò ad Verſiones. *Inſontem & juſtum non occides, quia averſor impium.* Hebr. *Mundum, & juſtum non occides, quia non juſtificabo impium.* Arab. *Innocentem & juſtum non occides.* Perſic. *Liberum & juſtum non occides.* Syr. *Innocentem pronunciabunt eum, qui innocens eſt.* Rabb. Jonath. *Innoxium declarabunt inſontem.* Septuag. & Chald. *Eum, qui fuerit juſtificatus, & exierit juſtus à judicio, non occides, quia non juſtificabo impium; & non juſtificabis impium propter munera.* Denique Maluend. *Et vacuum culpa, impunem, innocentem, inculpatum & juſtum non interficies.* Quàm aptè, conſtat ex literæ expoſitione, ubi cunctæ ſparſæ auctoritates. Ergo dirigantur ad mores. *Varietas lect.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurſ.

1 *INſontem & juſtum*: hunc lex non obligat,& lex exemptionem iterat? Inculpatus eſt inſons, & quit ſpontè non videri juſtus; quoniam propter amoris magnitudinem, poteſt facere ſpontè non legem legem.

2 *Inſontem & juſtum.* Innocentia exponitur abſque peccato: verùm ampliùs Virginis rutilat magnitudo, ubi in carne peccati, qua fixa culpa, ſingulariter micat innocentia.

3 *Inſontem & juſtum.* Non juſtus invenitur, qui juſtus ſibi videtur: etenim ſi in vita publica, non ſibi vivere eſt vita; non juſtus qui ſibi vivit, ſed qui vitâ officio ſervit.

4 *Inſontem & juſtum.* Non juſtus, qui ſibi videtur inculpatus: imò quia ſibi videtur ſequi juſtitiam, offendit noxam.

5 *Inſontem & juſtum.* Inſons à voluntate, juſtus à judicante ratione: & quæ videtur juſti integritas, ſontis apparet iniquitas; quippe quæ debet immobilis ratio, decernit lubens voluntatis affectio.

6 *Inſontem & juſtum non occides, quia averſor impium.* Plectendus eſt impius, non innoxius: hic damnatur, dum ille abſolvitur: præſcribitque Deus juſtitiam in cauſa utriuſque, ne judices delinquant titulo miſericordiæ: quoniam ſpecie pietatis, videbitur in exemplum miſericordia crudelis.

DIDASCALIA I.

Luſtratio in Purificatione Virginis eſt amoris illuſtratio.

1 OCCURRIT quod alibi ſpopondi, nimirùm, de puritate Virginis inter tenebras legis, & de ampliore luce nube purificationis.

Souſ. *Signa dedit populis ſtellæ fulgentis ad ortus*
Puniceos Aurora tuos.

Ait Mellius Souſa lib.6.de *Chriſt.nativit.* Plauditur jurè Aurora, dum objicitur legis nubecula; quippe magis elucet cum legis umbrâ. Olim purificatio magna fiebat oblatione columbarum nigrarum. *Ad animæ ſimplicitatem* (ait Pier. Valer. *lib.* 22. *cap.* 2.) *quæ non niſi inde purgato à vitiis animo locum habet.* Purificatur Maria.

Purificatio magna columbis nigris.

Pier.

Souſ. ——*Ferret cùm diva tenellum*
Infantē genitrix ſummi genitoris ad aras,
Oblatura pares populi de more columbas,
Et puerum cœli Domino luſtrabile munus.

Canit idem ibid. Lex quæ præcipit ferre, & offerre pullos columbarum, umbra eſt, & ideo nigra, quoniam luci oppoſita: & purificatio ex lege, puerperà Virgine, ſignatur nigredine; ut magis eluceat diva puerpera, quæ purificatur ſine macula: equidem fulgor ampliùs rutilat lucis, umbris oppoſitis. Purificatio cæterarum mulierum fit columbis albis, ut conſtet in immundis effectus purificationis: in Virgine columbis nigris, quia non purificatur ſecundùm partus immunditiem, ſed tantùm ſecundùm legem: igitur ſi nigra legis umbris purificatio deſignatur magna; maxima ſanè modò videtur purificatio, dum juxta legem purificatur illibata Virgo.

Amplior fulgor lucis umbris oppoſitis.

Rutilat puritas Virginis lege purificationis.

2 De Luna dicit Siracides: *Creſcens mirabiliter in conſummatione.* Conſummatio dicitur & non defectio, dum ab orbe evaneſcit; quippe ubi videtur deficere, in perfectionem reſplendet. Ecce Luna & plena in purificatione Virgo: videtur à puritate deficere, dum umbraticæ ſubjicitur

Eccli.43.8 *Cur dicitur Luna?*

Exprimitur integritatis perfectio, ubi illius figuratur purificatio.

tur legi: & est puritatis virginalis consummatio seu perfectio, ubi exponitur Virginis purificatio; quippe crescit mirabiliter splendor lucis inter vapores denigrantis legis. Aliqui dixerunt semiglobum Lunæ esse lucidum, & alterum hemicyclum opacum. Vide Dalecamp. in *Plin.* lib. 10. cap. 27. & 16. 39. simulque Vitruv. *lib. 9. cap. 4.* Palàm est jam quomodò deficiente luce, Luna mystica pulchrior crescat mirabiliter in consummatione. Pulchra est Maria, & tota pulchra, uti Luna plena: opponitur lex, quæ connotat in corpore opacitatem: Virgoque purificatur lucida secundùm legem; ut adinstar globi Lunæ, crescat mirabiliter in consummatione: igitur ampliorem obtinuit puritas splendorem, ubi umbra legis nigredine occulebat puritatem.

Cretens.

3 Inter excellentias præfulgentes Virginis-Matris, inserit Cretensis munus Purificationis. *Quòd ex lege fuerit purgata:* infit Homil. 1. in *Virg. Assumpt.* Hic splendor videtur cadere, & Virgo nequaquàm lucere: sed inter Virginis prodigia, signat, quòd ab illa lex purgationis impleta; quoniam inter legis umbras, magis effulguravit virginitatis claritas. Sine obstrictione in legem, legem adimplet, & puritas fulget. Sit ergo, & lege; ut crescat in consummatione: cæterùm ex qua lege? Propter purissimum partum, haud observare debebat hujuscemodi ritum.

Inter legis umbras amplior claritas.

D. Thom.

Subjicitur legi (ait D. Thomas 3. *part. q.* 35. *art.* 4. ad 1.) *non propter indigentiam, sed propter legis præceptum.* Sanè videtur obscurum. Obligatio in legis observantiam, denotat adimplentis indigentiam: si nulla indigentia in Virgine, quo pacto ob præceptum subjicienda legi? Quia immunis vult obligari: & ubi nulla urgentia necessitatis, urget præceptum fulminatæ legis; quippe quæ excipitur jurè, quia vult adimplet amore.

Exod. 23. 7.

4 *Insontem & justum* vocat Scriptura culpà vacuum & omninò impollutum. Quare igitur hujusmodi geminatio, ubi omnimoda perfectio? Qui culpa vacuus non subjacebit legi, & immaculatus immunis est ipso jure. Quare nam exposità lege, bis exponitur exemptio? Ut rutilet amoris magnitudo: quandoquidem lex quæ non obligat jure, adimpletur amore potestque qui culpà vacuus, esse insons, & non videri justus; quoniam voluntariè implet legem, quanvis exemptus. Patet in Virginis purificatione, quid factum ex amore juxta legem nullo jure. Quodnam etiam præceptum legis, procul urgentià necessitatis: igitur lex ab immaculata claret impleta, quasi Virgo non esset immaculata. Hoc est legis mandatum? Utique, & Virginis privilegium. Qua igitur lege erit præceptum legis, si purificatione non indiget? Quia amor in legem, vel immunem jubet: siquidem ut vehementiam voluntatis explicet, non legem legem ingeniosus facit.

Lex quę nõ obligat jure, adimpletur amore.

5 Ambigitur inter Expositores, an Deipara obnoxia fuerit legi purificationis, dum singulariter fœcunditatem obtinuit cum dote virginitatis? Abulensis in *Levit.* 12. quæst. 2. asserit ex lege obstrictam. Angel. Magister, Suarius ubi suprà D. Thomas, *sect.* 2. & Maldonatus *Luc.* 2. astruunt adespotam; quippe inspectis fine legis & tenore, immunis apparet ex ipso jure. Exceptio regulæ firmat regulam in contrarium: lex ita præscribit: *Mulier si susceptο semine.* Patet privilegium exprimens immunitatem, cùm Virgo nullum à nullo susceperit semen. Qua ergo via in Deiparę purificatione intelligetur à nobis obstrictio Virginis, & libertas à lege? Quo jure lex obligabit, quam uti virginem excipit? Sospitem à lege legis non constringit tenor. Utique, sed obligat amor. Impellit expertem amor legis, cæterùm magis urget lex amoris. Lex Virginem non obligat in purificationis legem, quia Sol puritatis ejus nullam patitur eclipsim: & obligatur purgationis legi, quia illa voluit obligari. Libera existit, quia lex immaculatam non comprehendit: & non est libera, quoniam per libertatis captivitatem, ostendit cunctis inflammatum amorem.

Que non lex Virginis amori.

Levit. 12 2.

Quomodò Virgo legi obligata & exempta?

6 Amor olim pingebatur cum jugo, ut observat Otho Væn. *Embl. Amor.* 37. Unde Propertius *lib. 2. Eleg. 2.*

Amor cum jugo.

Liber erã & vacuo meditabar vivere jugo:
At me compositâ pace fefellit amor.

Propert.

Causam affert Publ. Syrus succinens v. 1.

Amor arbitrio sumitur, non ponitur.

P. Syr.

Plura dicam *Tautolog.* 13. n. 21. Videtur utique in corde libertas absque libertate, cùm absit voluntas ab amore, qui libertate æstimatur, & à voluntate voluntariè oritur. Jugum profectò in amore invitam exprimit servitutem. Næ, sed in servitutem fidei amplioris demonstrationem. Amor uti à voluntate procedens, semper liber est: si ergo non liber, haud secùs, nisi quia vult: & amor collocat amoris excessum, in eo quòd liber se profiteatur mancipium. Sese obstringere legi, non est signum servitutis, sed insigne libertatis.

Libertatis summitas ubi nulla libertas.

Qui

Qui liber minimè lege constringitur: & amor, ut excellat obsequio, jugo legis signatur; quoniam exprimit libertatis summitatem, ubi sponte servus legis, quasi jugo coactè subdit cervicem.

7 Impleti sunt dies, ut inducerent parentes puerum Jesum in Jerusalem, & sisterent eum Domino, sicut præscriptum à lege. Sicuti puerperæ purificantur, ita puerull offeruntur, ut redimantur, si primogeniti; pro quibus assumpti à Domino sunt Levitæ, de quo fusè egimus *Tautolog.* 9. in *Liter. expos.* *Redemptio erit siclis argenti quinque pondere sanctuarii.* Redemptorem redimi! Novum sanè. Quisnam immunior lege? Legislator legi subditus! Filius Dei vivi & veri legis servus! Hucusquè inauditum; sed amor imposuit jugum: & qui liber, legem exactè observavit; quia liberè & ultrò servus observare voluit. Provide dicitur *pondere sanctuarii*, in his qui obnoxii, velint nolint redemptioni; quippe subjectio Salvatoris sub jugo legis, facta fuit pondere amoris; quandoquidem legis constituit mancipium, omninò adespotum. Argentum ponderandum pro primogenitorum redemptione, subjiciendorum legi. Nobiliora sunt momenta, & metalli pondera, dum speculatur ipsa redemptio redempta: etenim duntaxàt pondo auri amoris, & mirabilis in homines charitatis librari quibat, quod Redemptor liber, quasi servus exercebat; quippequàm ut obedientia liberà tantæ dilectionis constarent justa momenta; dedidit in legis excipientis servitutem omnimodam Redemptoris libertatem.

Num. 18. 16. *Amoris jugum, amantis obsequiū.*

Pondus amoris ampliùs quam legis.

Luc. 2. 22. 8 *Ut sisterent eum Domino*: ait Lucas. In actione redemptionis demonstratur jugum legis. Quis Dominum fecit servum? Si libertas est Domini, ubi libertatis insigne? Contraria omninò subjectio & dominatio, redemptor & redemptio; servus & dominus, libertas & captivitas, arbitrium adespotum, & legis urgentis jugum. Quo modo speculabitur liber à lege, & cum legi subjectione? Quia mancipium amoris & non legis. Quia legi subjicitur per amorem, cujus subjectio præ se fert voluntariam servitutem: & claret subjectio libera, quia voluntaria. Subjiciebat legi Redemptorem præceptum amoris, neutiquàm præceptum legis. Jugum amor imposuit, quem liberum declaravit: ut rutilaret subjectione, qui olim gloriabatur libertate: & in ipsa lege cujus immunis, lucet excessus amoris; quoniam insignis demonstratio, signare legis mancipium, quem nullum obligabat, uti sospitem, præceptum.

Modus libertatis ab amore collocatur in servitute.

9 Simul cum jugo Redemptoris, subjectio recolitur genitricis. Legis jugo collum subdit, quin lex purissimam obliget. Immunis est, & à lege comprehenditur. Non implicatio, sed ingenium amoris palàm exponitur. Lex comprehendit, dum expertem declarat: privilegium habet, & in custodiam lex sospitem obligat. Qua lege? Præcepto amoris, qui ob demonstrationem insignem, in legis servitutem, adegit omnigenam libertatem. Non ponderare puritatis & privilegii, sed pondere sanctuarii facta fuit purificatio; ut Virginis-Matris purissimæ ostenderetur dilectio: siquidem cùm ingeniosus amor cogitet mira, ut flagrantis pectoris eluceat rutila flamma; imposuit Virgini jugum ipsiusmet legis in qua habebat privilegium.

Sumpsit Virgo jugum, cujus legis habebat privilegium.

10 *Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege*: inquit Paulus. Quo intuitu legi exprimit subjectum, quem designat uti filium? Filius Dei immunis à legum jugo. Quo jure fiet libertatis subjectio? dixi aliter *Tom.* 2. *T.* 5. *D.* 8. num. 11. Modò quæstioni hìc respondet Anselmus: *Non obligatione, sed usu; non jure, sed facto.* Sit. Verùm, leges obligant in decretorum exactam executionem: aliàs frustrà latores fulminarent: qua ergo viâ, si à jure legis exemptus, legis non obligantis obligavit usus? Quoniam ut facto juri obligaretur legis, aliam legem decrevit jus amoris. Solummodò ob amoris servitutem, liber observavit legem: diciturque verè obligatione in usu, & non obligatione; jure in facto sed non jure; quippequàm ex jure amoris obligavit immunem tenor legis.

Galat. 4. 4.

Anselm. *Pro exemptione legis alia lex in corde amantis.*

11 Ex verbis Evangelistæ referentis ritum, constat amoris ingenium. Puer sistitur Domino *secundùm legem Moysi*: ait Lucas, & illicò subdit: *Sicut scriptum est in lege Domini.* Modò lex Mosayca, modò lex propria? Quomodò propria & aliena, si ipsa? jurè quod proprium Dei, Superiori commune; ut qui observat, consideret, quis loquatur in lege: equidem facilè observaretur, si adesset consideratio, quòd in lege ab homine lata, haudquaquam loquatur homo. Lex Moysi, & lex Dei. Utique: loquebatur Deus in Moyse: faciliùsque patet difficilis legis usus, dum in Superioris præcepto loquitur Deus. Ergo Didascaliæ propositio. Lex Moysis fuit, & lex Dei. Quæ Moysis, dici-

Luc. 2. 22. 23.

Per Superiorem subditis loquitur Deus.

Quæ lege lex aliena ab amore dicitur propria?

tur propria; ut emineat amoris excellentia. Immunis legis Moysis erat quoad obligationem & usum; at lex propria constringebat ad usum, quanvis jus liberè salvum: & dicitur meditanter decretum legis propriæ quod periodus sanè legis alienæ, ob fidei vehementiam, teste servitute; & servitutis causam deditità libertate: etenim duntaxàt obligavit lex amoris servitutis, ut custodiret exactè adespotus legem Moysis.

12 Eadem immunitas Matris Mariæ ab obligatione legis, ac filii redempti hominum redemptoris. Purificatur puritas, etiam cùm esset privilegiata virginalis maternitas. Subjecta patet purificationis legi, quin lex constringat purificari; & est lex quæ adigat in servitutem, immunem, illibatam, & glorioſam libertatem. Immunis fœcunda integerrima Virgo, & sine lege obnoxia legis præcepto? Utique. Amore fit: Duplex est lex. Lex Moysis designans usum & in usu privilegium: lex amoris exprimens immunitatem, & jubens factum. Decernit amor Virginis, adimplere legem exemptione legis; quippe amore observat, ad quod lex neutiquàm obligat: unde lex est & præceptum, tametsi sit voluntarium; cùm immunis existat secundùm legem Moysis, & Moysis legi subdatur juxta legem charitatis: etenim solummodò jubere quibat legis amoris summitas, quod secundùm legem Moysis purificaretur virginalis integritas.

Virgo observat amore, quo libera lege.

13 In redemptione filii clarescit, quid signet tenor legis, & quid jubeat lex amoris. Ille quinque siclis redimitur, dum mater columbarum pullis purificatur. Idem dubium de genitricis ritu lustrali, ac de filii redemptione. Primogeniti apparebant ulnis matrum coram Domino in Sanctuario, vel in templo. Pro primogenitis Israëlitarum dono donati sunt Levitæ, ut dicitur *Numer.*8. à v. 16. & redimebantur primogeniti quinque siclis, ut ibid. præscribitur cap. 18. 16. Modò inquirendum, an primogeniti Levitarum, qui oblati, etiam quinque siclis fuerint redempti? *Non redimebantur* (ait Gislandis dub. 12. in *Virgin. Purif.*) *quia semper serviebant Domino.* Sit igitur. Qua ergo lege Christus redemptus? *Nihil differt à servo*: fatetur Paulus. Si qui templo obsequitur, non redimitur; quo jure qui servit Domino, redimetur argento? Jure amoris fit: legi obstringitur, quia vult: & subjici immunitatem jugo legis, est demonstratio insignis legis amoris; quandoquidem nihil differt à servo legis suscipiendo jugum, vel cùm sit Dominus omnium. Legi obligatur, qui servus, & qui non servit: lege amoris, qui non servus, & qui serviendo immunis: unde serviendo redimitur, & qui filius, servituti mancipatur; quoniam minima illius obedientiæ gloria, ni legi subjiceret quasi servus omnimodò privilegia.

An primogeniti Levitarum fuerint redempti?

Numer. 18. 16.

Gisl.

Galat. 4. 1.

Amoris summa gloria, abdicere privilegia.

14 Sequitur genitrix obsequiosè exempla & demonstrationes amoris gnati, in virginitatis fœcundæ & illibatæ lustratione, seu potiùs, illustratione. In perfectionem cor anhelabat amoris, flagrans in expressionem divinis flammis. Haud illi satis placitum, nisi summum: & quanvis non debeat purificari, quia virgo, Virginis tamen fit purificatio: quoniam exiguam arbitraretur demonstrationem amoris, ni munus obiret ultra tenorem legis. Si serva legis esset, lex in custodiam ac observationem impulisset. Immunis legum, operabatur ultra legum præscriptum. Ultrà, judicabatur uti reliquæ fœminæ, quæ propter fluxus obstringebantur juri; & cùm esset clarior Sole Virginis puritas, lustratur lege virginalis maternitas; quoniam stemma amoris Virginis, lege non distingui à servabus legis. Sanè inconcussum, legem Virginem non comprehendere: & amor urget, ut subjiciatur purificationi; quippequàm summi amoris insigne, non legem facere legem, & in servitutem commutare libertatem. Ubi amor ostendit flammas, evanescit amore dulcis libertas. Canit Otho Vænius *Emblem.* 37. *Amor.*

Virgini non sat placitū, nisi summum.

Non legem fecit legem, propter amorem.

Si mihi servitium video, dominamque paratam.
Jam mihi libertas illa paterna vale.

Oth. Væn.

DIDASC. II.

Magna Virginis gloria, ex peccatrice carne carnis singularis innocentia.

1 NOn progredimur ultrà nisi in Virginis laudem, quia reflectitur sermo in illius illibatam conceptionem. Haud extra propositum ex voto sententia, dum innocentiam demonstrat Tautologia. Non est bonitas, pessimis esse meliorem. In infimis non invenitur cacumen. Ubi præ se fertur admiranda Virgo virginum, collocatur mons Domini in vertice montium.

Sol Mariâ non vidit meliorem.

Me-

Meliorem nec tu reperies, nec Sol vidit.

Plaut. In album efferret Plautus sententiam, si designaret Mariam, dum ita locutus in *Stich.* Act. 1. scen. 2. v. 53. etenim nec primam similem visa est, nec habere sequentem. De innocentia loquitur omnimodà

Exod. 23. 7. sacer textus, dum dicit: *Insontem & justum.*

Jerem. 2. 35. Justum scilicèt omninò, ut ait Jeremias: *Absque peccato, & innocens ego.* Magna profectò virtus, verùm ampliori excellentiæ datur locus: igitur qui insons culpæ, adhuc expers justitiæ, quoniam maculatus Adami carne: cæterùm Mater Christi Maria, intemerata Virgo, innocens omninò & absque ullo peccato (rutilante animæ glorià, ex communicata, vel in primo instanti animationis, gratia, constante corporis carne, ex Adamo obnoxià culpæ, & ideo carne peccati) unde oritur magnitudo Virginis, & ejus excellentia conceptionis: siquidem in carne peccati, cui fixa culpa singulariter fulsit innocentia. Canit Joannes Mell. Sousa lib. 3. de *Concept. Virgin.*

Concepta gratia originali, ex natura virulenta.

——*Hæc sancta fuit sine sorde nocenti:*
Nam Deus abstersit penitùs contagia labis
Antiquæ: velut ipse facit splendescere gemmam
Cautibus in mediis, interque asperrima sentum
Puniceam florere rosam, ceu lilia pratis
Candida, crystallum niveam coalescere rupe
Floruit haud aliter sordis purissima Virgo.

Sousa.

2 Aliter sententia imaginis Dei Mariæ, quàm de Jalyso Protogenis tulit Apelles. *Protogenes pictor* (ait Ælianus, *Histor.* lib. 12. cap. 42. Plutarch. in *Demetr.* Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Dalecamp. hìc, Cornel. Alapid. in Epist. Paul. ad *Colos.* 4. 6. & Chartag. Homil. 10. de *Concept. Virgin.* *Toto septennio in pingendo Jalyso consumto; tandem summam manum imposuit: eum cùm cerneret Apelles, primùm substitit mutus & obstupefactus, inopinatà, atque admirabili contemplatione. Deinde respiciens: Labor quidem, inquit, magnus est, & item artifex excellens, verùm operi gratia non inest: quam si homo consecutus esset, labor ejus cœlum attingeret.* Vulgaris sanè notitia. Verùm unde illi abfuerat gratia? Innuit Plinius ubi supr. ut plenè intelligatur Mythologia. *In ea canis mirè factus, ut quem pariter casus & ars pinxerint.*

Imago Jalysi pulcherrima, unde devenusta?

Ælian.

Plin.

3 Longè aliter contigit in Virgine, Deitatis floridissimà imagine. Mundus visà perstat mutus, & meritò summitate artificis stupefactus; igitur ex imagine constat excellentia (fecit illi magna qui potens est) ut clamet jurè: *Eximium opus! Mira res! Artificium maximum.* Attingit sanè opus cœlum empyrium, Deitatis thronum, quin desit imagini gratia, à qua maximæ summitatis maxima & æstimabilior excellentia, cùm vel à primo instanti animationis adstarent Charites, & comitarentur gratiis. Nulla prorsùs rationalis prodiit imago in usuram lucis, quæ non morsa à cane originalis labis, casu denigrante externam & internam pulchritudinem, & deturpante veneno elegantiorem animæ venustatem.

Virgo Deitatis floridissima imago.

Cui à primo instanti perfectio.

In quæ omne mersum pereat humanum genus.
Nec ire labor est, ipsa deducit via.

Seneca. Nescio quo enthusiasmo dixit Seneca in *Herc. furent.* Act. 3. v. 674. Sola Virgo traxit, à quo cuncti tracti, revinctum Cerberum, quia ignoravit originalem casum: igitur ut exiret è manu divini artificis opus eximium, & in imagene, formàque Dei artificium rutilaret maximum, visà ex Adamo in Virgine carne purissimà; à primo existentiæ instanti comitata fuit gratia.

4 Qui canis dictus à Priscis Cerberus, serpens immanis designatur à multis: de quo vide Delrium loc. cit. *Senecæ*, v. 662. *Iccircò inferorum canis dictus, quòd quem morsu impetisset; subitò eum vi veneni, statim necesse mori*; ait Pausanias in *Lacon.* Jam agnoscitur unde imagini Protogenis gratiæ defectus: ex morsu canis, & veneno serpentis contigit casus. Protogenes idem est ac protoparens, qui Adamus fuit; cujus homines, utpotè filii, sumus rationales imagines, deturpatæ in illo per serpentis virus; siquidem tunc perivit mersum omne genus humanum. Ex manu Superni artificis & è polluto luto, formanda erat celeberrima imago, cujus artificium summum, & singulare privilegium, non comite infernali cane, sed gemente pressu pedis antiquo virulento serpente, summitate artificis florente humanà naturà, in cujus imagine originalis effulguravit gratia, & simul Auctoris excellentia: etenim Virginem efformavit ex maculata carne protogenis, sine ingenita cuctis macula carnis. Ecce imaginis Virginis pulchritudo, sola rutilat ex virulento semine sine veneno.

Pausan. *Imago Cerberi qualis?*

Unde in conceptione purâ Virginis excellentia?

5 Liceat igitur sacris miscere profana.

——Quod jus habuisse in ipsam
Ulla lues! ——Gens unica terras.
Incolit à sævo serpentum innoxia morsu.

Lucan.

Ejus prærogativa, quia pura, & quia sola.

Canit Lucanus lib. 9. *Bell. Pharsal.* v. 887. uti diximus hìc *T.* 2. *D.* 7. *n.* 15. ubi latè de hominibus obnoxiis ipsis serpentibus. Profuit Mariæ mediis sedem posuisse, venenis. Unde prærogativa quia intacta, & excellentior quia sola. Pax illi cum morte data est. Auxilium gratia dedit, ut illa sola, pereuntibus omnibus, non periret. Est imago artificis sine macula, quam uti propriam depinxit omnipotentia. Magnum profectò opus, quo Deus totus occupatus; igitur condens in Adamo humanam naturam, simul animæ elargitus est gratiam, ita ut non haberet esse sine ornamento gratiæ, qua Deo artifici acceptus, & à primo instanti gratus, formatus in natura, & illustratus gratià, quin cogitaretur tempus, quo imago gauderet esse, sine divinæ naturæ pulchra participatione. Ibi de Virgine terra constituta est rationalis statua. Magnum opus; sed ut cogitatum, factum immediatè à Deo. Imago Mariæ emanavit ab Adamo, cujus caro in omnibus læsa jacebat, & in singulis vulnus protogenis indicabat: verùm circa Virginis, Matris filii artificis futuræ, effigiem; penicillus demonstraturus erat singularem summitatem, qua rutilaret imago sine criminis macula, cæterorum ex Adamo carne corruptà. Ni ex Adamo proveniret conditio, speciosa gratià Virginis floreret imago: sed non esset ita mirabilis & speciosa; quoniam caro ex qua facta non corrupta: in Virgine eminere congruebat penicillum speciosùm, quo opus singulariter eximium: nullumque majus, quàm ex semine corrupto immaculata imago, atque ex natura depravatà incontaminata Virgo, habens esse ex radice corruptionis, sine connaturali corruptione radicis. Spectabilis utique forma, naturà mundà: cæterùm eximium opus, quòd caro ex corruptione originis, esset purissima etiam in primo instanti conceptionis; quin esset momentum, quo imago Adami protogenis (polluti, & polluentis totam humanam naturam) non floreret pulcherrima, quasi non haberet illam: igitur cunctæ Charites naturæ comites, ex quo esse Virginis. Non esset tanta ejus prærogativa, si aliter esset. Non ita excellens, modò ex Adamo non fuisset: quippequam prodigium micat conceptionis Virginis, in eo quod, ex quo omnes, esset, & non esset sicut omnes. Gaudet naturà, quam prævenit gratia singulari prodigio: etenim ejus natura ab Adamo proveniens, quasi non proveniret ab Adamo.

Adamus cõditus in gratia.

Magna Virginis Cõceptio, quia immaculata ex maculatis imago.

Non ita excellens esset, ni ex Adamo fuisset.

6 Sociatur, ut levet, abluat, mundet, humanæ naturæ Verbum Divinum, eligens Virginis immaculatæ thalamum; ut inde caro factum hominibus appareret, & à servitute diabolica vindicaret. *Semetipsum* (ait Paulus) *exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inventus ut homo.* Profectò hoccine inexcogitabili opere renidet speculum humilitatis insigne: siquidem apparuit omnibus similis, qui superabat omnes: de quo egimus hìc, *Tautol.* 5. *D.* 3. *n.* 14. Similitudinem exponit, sed naturam non excludit, ut diximus *Tom.* 1. *T.* 3. *D.* 9. *n.* 9. Verùm cogitandum, quo pacto ubi similitudo designat distinctionem; in natura, qua gaudet, quit haberet similitudinem? Eandem conditionem specificam habet, qua gaudent cæteri homines, & habuerunt etiam protoparentes: nullaque propter similitudinem intercedit distinctionis nota, ubi datur & signatur omnimoda convenientia. Philipp. 2, 7.

Quomodò si Christus homo verus, in similitudine hominum factus?

Christus verè est homo, non tantùm rationalis imago: ut homo verus exprimit identitatem, non similitudinem: quorsùm ergo qui homo verus dicitur à Paulo in similitudinem hominum factus? Quo modo amplectens Adami conditionem, in natura participata habebit similitudinem?

7 Alta mente loquitur Paulus, & ut cœlestis in doctrina Theologus. Est similitudo substantialis, & etiam similitudo accidentalis. Accidentalis dicitur forma exterior, species, aut figura: substantialis, qua in esse constituitur natura humana. Hanc & illam suscepit Verbum, & fuit verè, & apparuit in similitudinem hominum; quoniam operationes rationales, & corporis species Christum demonstrabant, uti cæteros homines. Est etiam alia forma accidentalis moralis, qua & sine qua homines similes & dissimiles in eadem natura, quæ dicitur gratia, forma formæ hominem constituentis, & respectu Dei demonstrans statum supernaturalitatis. Natura humana eadem est in cunctis, ut fuit in Adamo post lapsum, quoad substantialia & accidentalia; sed minimè quoad gratiæ ornamenta. Gratià originali natura humana nudata caruit, simulatque Adamus corruit: igitur quicquid prolis ex illo, & simul damnatà, per quam peccaverat, conjuge, gaudet vel in tenebris usurà vitalis lucis; per dolores trahitur & errores, quibus cogitur fateri conditio, privatam fuisse gratiæ originalis dono. Qualitas hujusmodi refunditur in substantiam;

Gratia formæ rationalis forma.

ita

ita ut in eàdem conditione cum dono gratiæ non dicatur dignatus habere naturæ conditionem, sed tantùm similitudinem: meritòque Paulus in carne Adami Dei filium ostendit solummodò in similitudinem hominum; quoniam estò habuerit verè ex protogene carnem, nec minimam habuit carnis læsæ conditionem: igitur in corpore patuit carnis origo, sed pro similitudine, licèt verè, quippequàm absque peccato.

Caro Christi ex Adamo, sed sine veneno.

In illo caro Adami, sine carnis quoad peccatũ conditione.

8 Clariùs promam. Christus esset sicut cæteri homines naturà & similitudine; si in illo esset caro, sicut cæterorum in Adami carne. In Adamo erat natura privata gratià, & imbuta originali culpà, communicatà filiis per traducem, ob labem originalem. Ubi caro est sine noxa, licèt ex Adamo sit natura, modò non sit, uti fuit in Adamo; substantia carnis non dicitur substantia, sed carnis duntaxàt similitudo. Unde Paulus jurè signans Christi veram ex Adamo carnem, appellat illam carnis similitudinem; quoniam verè assumpsit carnem protoparentis, sed nullo modo illius conditionem carnis. Habuit reapsè carnis Adami constitutionem, & in illa duntaxàt hominum similitudinem. Distinctionem ostendit carnis similitudo: convenientiam autem assumpta caro: & in carne ob carnis naturam & differentiam convenit & distinguitur, dum hominibus cunctis homo in assumpta carne exponitur; quia gaudebat corpore, & animà rationali, quemadmodùm reliqui generis, sed sine ulla imperfectione atque macula carnis.

In carnis consonantia erat carnis differentia.

9 Deinde. Habere naturam protoparentis Adami, & neutiquam ut fuit in protoparente; erat convenientia in esse, quoniam homo; & differentia: igitur in illo non erat, sicut erat in principio. Gaudere esse, seu humanà substantià, erat hominis natura: sine modo, quo fuit in Adamo, erat solùm in assumpta substantia substantiæ similitudo: meritòque Paulus gaudenti naturà Adami, signat Christo similitudinem esse; quoniam à primo conceptionis instanti habuit naturam & gratiam, sine qua natura Adami errore ac dolore gemebat gravidam culpam. Succinit Sousa lib. 3. de *Concept. Virgin.*

——Quem nulla decerent
Antiqui virosa mali contagia: cujus
Nobile corpus erat Divæ genitricis in alvo
Formandum virtute Dei. Super omnia felix
Venter erit, felix animus, felicia matris
Ubera, quæ talem lactabunt candida natum
Quæ te Christe decent, puram sine labe parentem
Excipies: purà sumes à Virgine carnem.

Joan. Mel. Sousa.

10 Pura sanè caro Virginis, & ex polluta carne protoparentis. Habuit ut filia naturam ab Adamo; sed sicut erat in Adamo, non habuit naturam Virgo: existente miraculo conceptionis, in puræ candore carnis: igitur habuit immaculatam carnem, quasi ab Adamo non haberet originem. Habet humanam naturam & non habet; etenim est ab Adamo, quasi non esset. Quod videtur implicantia, est Virginis excellentia. Natura sequitur principium esse, quippe generatio est in similitudinem naturæ; unde Virginis caro provenit ab Adamo principio. Si filia Adami, propter humanam substantiam; debet habere cum cæteris similitudinem & naturam: & solummodò dicitur habere naturæ similitudinem, propter singularem in eàdem natura cum reliquis distinctionem: equidem etsi esse ab Adamo participavit Virgo, non fuit esse, sicut fuerat in Adamo; quoniam à primo instanti naturalis conceptionis, caro Virginis concepta sine corruptione carnis. Ab Adami carne habuit originem; sed non habuit originis conditionem; ut floreret privilegium Matris, ex singulari miraculo conceptionis: cùm nullum majus, quàm à radice generis infectà participare formam, & in ipsa forma ignorare naturam.

Summum quod pura caro Virginis ex carne polluta protoparentis.

Habuit naturæ formã, & ignoravit naturam.

11 Ulteriùs: si è radice profectio fructus aut imperfectio; in conceptione naturali, gratiæ excelluit magnitudo: quippe ex corrupta radice humani generis, caro humana resplenduit sine macula radicis. Ubi in reliquis terrenis pungens eminebat spina, flores apparuerunt in terra nostra. Ubi è trunco Adami soboles sentico-sa sauciata atque saucians surgit, in Maria flos de radice ejus ascendit. Nota *ejus*, etenim hinc conceptionis miraculum, & Virginis privilegium. Radix fuit Adamus: & origo Virginis signatur meditanter *ex radice ejus*; ut notetur conceptionis excellentia, & genitricis filii Dei insignis prærogativa, quæ accepit munda mundè immaculatum esse, ab esse Adami, totius generis maculata radice. Hoc est miraculum magnum, pro Virgine immaculata decretum: magnum jurè singulari conceptione: igitur cùm esset simul natura comite noxà, naturam accepit sine comite culpa.

Florida apparuit, illicò ut subsistit.

Isai. 11. 1.

Et pura ab Adamo, ex quo naturæ pollutio.

12 Astruit in filio præfata auctoritas

Pau-

Pauli, ut idem miremur in Virgine genitrice. Ut homines respondeant amori Salvatoris, consideratis & perpetim cœlestibus beneficiis; exponit Verbum Divinum assumens humanam carnem, qua cunctorum adeptus est redemptionem. Filius Dei qui in sinu Patris splendoribus plenus, tantæ majestatis, & sui pro nostra dilectione quasi oblitus, *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Hominem subivit, *cùm in forma Dei esset.* Erat dominus, & factus est servus; *in similitudinem hominum factus.* Difficile profectò argumentum. Christus, etiam ut homo, est filius naturalis æterni Patris, ratione hypostasis. Si filius, non servus. Quo pacto in illo forma servi inerit, cùm in forma Dei esset? Theologicè proclivè enodatur difficultas, juxta naturas diversas: modò in argumentum Didascaliæ, & exemptionem Mariæ.

Philipp. 1. 6. 7.

Quomodò Christus servus, si filius?

13 Servum & filium plaudit Paulus, ubi ejus subsistentiâ ornatur humanum genus: verùm formam servi designat Doctor Gentium in *similitudinem hominum.* Similitudo tantum, ubi inest verum hominis esse? Utique. Homines servi sunt ob primi peccati virus. Signum sanè servitutis est corpus, quòd propagatum traduce naturæ, dicit ordinem ad originem noxæ: at cùm Christus non haberet naturæ noxam, licèt habuerit naturam; dicitur servus similitudine, quia in natura servâ non fuit servus naturæ conditione: quandoquidem corpore & anima inventus ut homo, quin in illis videretur originis imperfectio. Perspicujus. Forma servitutis in singulis hominibus, est corporis caro: causa servitutis, prima transgressio; qua totius humanæ massæ ingesta corruptio. Non potest dari servitutis causa sine servitutis forma; quippe caro receptivum noxæ, & non est culpa originalis sine Adami carne. Qui carnem habet, & non carnis servitutem, similis est cæteris, duntaxàt secundùm carnem: unde Doctor Gentium signat Christum in similitudinem hominum; quia in ejus humana natura inveniebatur servitutis forma, sed non causa.

Erat homo, cui nulla cæterorum imperfectio.

Erat in illo servitutis forma, sed non causa.

14 Denique. Servi sunt homines ex quo gaudent esse, igitur naturâ filii iræ, filii gehennæ & filii pœnæ, causâ originalis culpæ. Ut ab hujusmodi labe homines homo mundaret, & ab exactore erroribusque redimeret; Verbum Dei factum est caro, inaudito & singulari prodigio, quippe habitu inventum ut homo. Potuit utique sibi copulare naturam humanam, & purissimam carnis conditionem, assumendo non ex Adamo carnem. Hoc erat opus potestatis: verùm cogitabatur opus amoris, ut de peccato damnaret peccatum, & homo in statum restitueretur pristinum: sumpsitque ex Adamo carnem, sed non carnis Adami conditionem, spectabili prodigio, & novo in assumptione miraculo: equidem individuis comitibus naturâ & noxâ, in similitudinem hominum facto, substitit sine noxa natura: apparuit quippe ex Adamo mundissima caro, dum filius Dei carne Adami habitu inveniebatur ut homo. Hinc formam servi qua ex carne accepit in similitudinem; ut signaret in eadem communi natura distinctionem: quandoquidem ex Adamo assumpsit naturam humanam, sed nequaquàm naturæ comitem culpam.

Assumpsit ex Adamo naturâ humanam, verùm non comitem culpam.

15 Magnum reverà Virginis privilegium in passiva conceptione, si caro non esset propagata ex carne peccati, & immunis labis originariæ subsisteret, quin ab Adamo descenderet. Majus, pulchriusque opus perficiendum in fabrica cœli animati corporis Virginis; & pro materia sigillatur caro primi parentis prævaricantis: igitur summitas operis stabat in eo quòd è radice læsa Adami formaretur substantia corporis, sine ulla usquàm corruptione radicis. Rutilabit corporis caro, sine corporis veneno. Accepit naturam, & simul gratiam, ut miraremur Virginis singularem conceptionis excellentiam: etenim ejus in carne à carne principium in similitudinem hominum; quoniam carne similis Virgo cæteris, & carne omninò dissimilis: etenim à primo animationis momento habuit singulariter gratiam, ubi à primo conceptionis instanti culpa Adami grassabatur in naturam. Hæc est Virginis miranda pulchritudo: gratiâ Dei gratiam obtinuit à primo animationis momento. Dicam, dum tenebræ originis illam non comprehenderunt, ex Jacobo Masenio in *Symbol.*

Omnia nox pullo tenebrarum velat amictu:
Mobile stellarum quæ solet esse decus.
Pulchriùs in tenebris sidus micat, absque tenebris
Offundit tenebras: nox vice lucis erit.

Jacob. Masen.

Mirabilior Virginis conceptio, provenientis ab Adamo.

Carne similis cæteris, & omninò dissimilis.

Stella rutilans, inter tenebras orbis.

DIDASC. III

Qui officio fungitur, serviat officio.

1 *IN omni quæstione propositum sit nobis bonum publicum*: ait Senec.

neca lib. 7. *Benef.*cap. 16. Alius servit officio, alius ab officio servitur, alius denique utrumque amplexatur. Hi errant, ille tantùm expectationi respondendo, electionem illustrat: equidem in munere fungendo, nullum computatur bonum, nisi sit publicum.

In officio tantum propositum bonum publicum.

Plaut. *Nil est, qui suum officium facere,*
Immemor est, Liberos se arbitrantur.

Accinit Plaut. in *Pseudol.* Act. 4. scen. 7. vers. 2. Liberos se arbitrantur, & falluntur: etenim ad munus assumpti, non in libertatem, sed in muneris rediguntur servitutem. Hinc Agamemnon apud Euripid. in *Iphigen. in Aulid.* v. 450. inquit:

Servitur est.

Euripid. *Habemus populum, & servimus plebi.*

Sub jugo quilibet jacet, & quasi sub jugo flectere se, ac respicere nequit. Hujusmodi onere gravatus Augustus, *Hoc* (ait Senec. de *Brevit. vit.*cap.5.) *labores suos, etiam si falso, dulci tamen oblectabat solatio: Aliquando se victurum sibi.* Nunquàm obtinuit votum. Impossible sanè, ni dimitteret imperium: siquidem non sibi, sed omnibus nascitur, qui munere fungitur. De his plura dixi hìc *Tautolog.* 1. *Didasc.* 4. modò taxanda aliquorum fucata sanctitas, ac in dignitate indignitas.

Non sibi, sed omnibus nascitur, qui officio fungitur.

Exod. 23. 7. 2 *Insontem & justum* dicit Scriptura, dum signare immunem conatur undique à noxa. Mirifica vocibus vincula. Quis justitiâ ornatus, si non insons? Potest esse justus, & non justus? Potest. *Sunt viæ* (inquit Legislator & dux Monachorum

S. Bened. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 7. grad. 1.) *quæ videntur hominibus rectæ, quarum finis usque ad profundum inferni demergit,* Non rectæ viæ sunt, sed videntur rectæ: & sunt semitæ usque in inferni profundum, quòd videtur uti rectum; quippe justitia non est in rectitudine apparente, sed tantùm in rectitudine. Cui vigilare super gregem incumbit, ac intra cubiculum gratiâ orationis secedit; videtur sequi justitiam, verùm duntaxat videtur: etenim licèt operatio optima, muneri non oportuna, cùm ejus officii sit, non incumbere orationi, sed muneris vigilantiæ. Unde insons videtur, & justus non invenitur; quia Superioris in officio operum justificatio, non est vivere sibi, sed officio. Haud excludo elevationem spiritus, reprobo tempus: quippe jus non est, quòd subditus crimen securè aggrediatur, quia illotunc Præses contemplationi deditur.

Superioris ordo, est vivere officio.

Act.1. 11. 3 *Quid statis aspicientes in cœlum?* dixerunt Angeli Apostolis, post assumptum Dominum. Quorsùm dirigitis intuitum? In cœlum? Apparet sanctitas, & est otiositas; siquidem titulo devotionis, sic statis. Publicum habetis officium, cui respondentes, vos & subditi possidebitis cœlum. Quid statis, curiositate aspicientes, specie contemplationis? Nemo destinatur, ut cœlum aspiciat; sed ut doctrinà & exemplo cæteris cœlum aperiat. Unicuique, in qua vocatione vocatus est, permanere congruit: cui quidem minime incumbit, si quod debet exercitiis crediti muneris, expendit studio contemplationis. Haud electi fuistis, ut sic aspicientes stetis; sed ut purgetis mundum, & hunc variis criminibus maculatum. Si præscriptio est itineris, quid statis? Sufficitis cœli contemplationem, habentes regimen? Fatuitas est larvà devotionis, ac apparentiâ virtutis; quandoquidem virtuti non consonum, subditum quærere Superiorem in subsidium, & invenire fatuè respicientem in cœlum. Videtur hujusmodi via recta, quasi orationi non esset alia nisi regiminis hora, ut videantur Prelati viri Apostolici, & non ut cœlum videant, sed ut videantur videre; vel ut aliquibus mulierculis contingit, dum operam orationi navant, tùm ut stent, tùm an cœlum in contemplatione aspiciant, & asserunt vidisse, quia aspicere voluere, vel orabant incœnatæ. Aliquid perfectionis est? Quid? Aspicientes stant. In ministerio, non est opus perfectionis. Quid statis aspicientes? Stolidum sanè stare in contemplatione cœlestium, dum instat cura observantiæ subditorum.

Quæ videtur species contemplationis, est fomes otiositatis.

Fatuitas larvà devotionis, & apparentia virtutis.

4 De populis Mosinis asserit Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 48. *Reges diligere, quos vinculis, & artissimà tenent custodiâ.* Hoc est habere regnum, se dedere Reipublicæ mancipium publicum. Hoccine regimen? Amplius videtur, appetere servitutem. O aviditas humana! Etiam pro deliciis vincula? Aurea vocabis, & pœnas meritò luis: etenim appetis vincula, quasi non essent vincula, vincula aurea. Ecce amor subditorum, & obsequium pro reverentia Principum: eos gloriantur diligere, dum gravant compede, & exhibent uti officia, illos habere sub artissima custodia. Plus rex illorum diligit dignitatem, quàm illi regem: igitur comprobant gravamine dilectionem, & ille percitus ambitu, in continuam miseram undique vitam, habet festivè pro dominatu patientiam. Ritus singularis pro auguratione Principis, & politicè sumptus vel grave lavaret onus: etenim

Rav. Text. *Apud Mosinos, Reges detinentur in vinculis.*

Subditorum corda sunt gratissima vincula.

gra-

gratissima vincula, modò ligarent subditorum corda. Instituto ergo. Vinculis & arctissimà custodiâ Molinorum tenentur Reges. Ita jurè addicuntur obligationi regiminis. Quæ apparet uti crudelitatis irreverentia; est infallibilis in rectum regimen norma. Vincula muneris sunt, quorum nexu acquiritur gloria, ac dominantium extenditur fama, collocans in templo immortalitatis, Principes dignitatibus servientes: quandoquidem exactè creditum adimpletur ministerium, ubi servitio fungentes alligantur ad officium.

Superiorum obligatio, ligari officio.

5 Elucet cur ex subditorum vinculis constet forma dilectionis: necesse utique à subditis eximiè diligi, dum ita tenentur à dignitate Prelati: conciliant enim amorem ita dirigentes regimen: quandoquidem nihil plus pro conciliatione voluntatum subditorum, quàm ligari in ministerium. Officium publicum est, quò semper janua aperta, & pro justitia & pro gratia: consultòque Rex habetur in custodia, tùm quia pessimum, non haberi, quà ad Superiorem ingrediatur suspirium: tùm quia extra publicum munus, quòd sibi vivat Prelatus: etenim ludicrum, inquiri in regiminis officium, & stantem invenire, ac aspicientem in cœlum. *Dedicato sibi officio servientes*: dicitur de filiis Asaph. Se se præclarè geret in dignitate, quisquis ita floruerit in munere: siquidem exactus videbitur in ministerio, modò servierit officio. *Officium dicatum* astruitur, ut integrè ministerium impleatur: etenim à proprio deficit stultissima audacia, si sese ingerit in aliorum ministeria. Forma patet exactionis, ubi fungentes alligantur officiis: non implet, qui altiora cogitat; sed qui opportuna operationi designat. Hi cantores erant, cantabant: & non servirent officio, si contemplarentur, quando jus erat adesse choro. Operabantur quod debebant, & quando debebant: illos munera ligabant: dicunturque meditanter servire officio; quia alligabantur ministerio dicato.

Et servire ministerio.

1. Paralip. 25. 1.

Quin perturbetur alio.

6 Pende exemplum. Exiit Servator N. orare, & erat pernoctans in oratione Dei. *Mane* facto discipulos vocavit, duodecim ex his elegit, & orbis principes potestate constituit: *& descendens cum illis stetit in loco campestri*, ubi multitudo copiosa, *qui venerant, ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis.* Obiter nota intuitum prædicatorum, ut rectum ex prædicatione nanciscantur exitum: etenim infaustum, quòd prædicatores audiantur, ut audiantur, nequaquàm ut languores expellantur audientium. Prædicatio patet vera, qua audientium sanantur vulnera. Ergo in propositum. Apostoli erant in monte cum Christo, antequàm fieret electio. Christus orat, & simul omnes cum illo. Si cœlestium contemplatio est nutrimentum animarum, altrixque virtutum; cur in monte orationem interrumpunt & in campestria descendunt, ubi attonanda tranquilla spiritus cogitatio à turbarum vociferantium strepitu? Erat infrà multitudo copiosa, & ægritudine languida: micatque insigne Principis descendere in languentium necessitates; quippequàm exaltat thronum, descendere ab illo in subditorum subsidium. Si essent in monte, excellerent tantum dignitatis majestate. Ampliorem gloriam format humilitas, ut sint cùm cæteris, qui dignitate celsiores. Ampliorem humilitas, verùm amplissimam charitas: etenim excellentia throni majestatis Superioris, non alia, quàm esse cum infirmis & languidis. Allevat nanque etiam molestum languorem, scire Superiorem non ignorare ægritudinem. Si ita scire, quid videre? Ergo estò suprà, descendat, & videat: parvum profectò pro tanto commodo impendium, ministerium oculorum.

Luc. 6. 17.

Vers. 18.

Prædicatio non vera, ubi fugiunt medicamina.

Exaltat thronũ, descendere in subditorum subsidium.

Quam commendabilis Præsidis humilitas, & simul charitas.

7 Descendunt Apostoli illicò in lachrymantium vallem, ut susceperunt dignitatis culmen. Astruitur electio uti optima, dum quamprimùm ligantur ad officia. Bona est oratio longè à turba, ac hominum conversatione, sed opportuno tempore. Bona oratio Prelatis; sed melius, succurrere subditis, quæsita occasione post illis illatum auxilium, ut pro illis clament orationibus ad Dominum: sed huic minimè acceptabile, quòd destinetur cœlestium contemplationi, tempus expendendum in dignitatis munere: descenduntque à monte, ubi orationi incumbebant Apostoli, principes facti, usque in vallem, quò subditi adventum præstolabantur languentes, & grassabantur in corpora infirmitates; ut discant Superiores dimittere elevationem spiritus quanvis veram, propter auxilium atque gregis custodiam: igitur specie pulchra ridiculum, subditos satagere Superiorum in ægritudinum & molestiarum levamen, & illos in altissimam recludi contemplationem.

Dimittat spiritus elevationem propter subditum languentem.

—*Quem te Deus esse,*
Jussit, & humana qua parte locatus es in re,
Disce.

Pers.

Accinit Persius *Satyr.* 3. vers. 71. Dum ju-

jùberis regere, haud incumbas orationi. Non est virtus, sed specie virtutis diaboli dolus, quo vitæ perfectio amittitur, dum anxiè per devia quæritur: igitur declinantes in obligationem, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Patet. Nequaquàm in culmen perfectionis anhelant, dum aspirando declinant. Eunt quà Deus non jubet ire, vacantes ab injuncta moderatione: offenduntque usquequaquè in errorem, dum sibi videntur amplexari virtutem.

Aliter non virtus, sed diaboli dolus.

8 In Magis, quærentibus Christum, elucet modus verè Dominum quærentium. Levi signo vocati & ducti per avia, Dei solicitantes gaudere aspectu, tandem tandem potiti sunt voto. Invenerunt, & adoraverunt puerum & Mariam: postque *reversi sunt in regionem suam.* Iterùm in errores? Maneant ibi. Contubernium optimum: imò in propria reversio ciet periculum. Si Deum inquirunt, cùm illo conversantes perseverent. Si Virginem salutare conantur, comitentur Virginem: verùm reverti in propria, derelictà Dei, atque Virginis præsentia? Optimè. Ita studuerunt virtuti. Reges erant, illorum muneri congruebat adesse subditis, quin sui obliviscerentur oblivione Deitatis. Illos oportebat, & quærere Deum, & regere populum; populique regimine, erga Deum comprobata dilectione: igitur dum munus obligat, & obligatio instat, Deo magis gratum, Deum relinquere propter Deum. Dei gloria est, vita Regis virtutibus addicta, orationi dedita; sed major, quòd populus sequatur legibus Dominum Regis ad exemplum: meritaque Magorum extolluntur, dum optabilem relinquunt Dei præsentiam; quoniam major sanè virtus, Dei gloriam relinquere ad majorem Dei gloriam.

Matt. 2. 12

Insignis virtus Dei, relinquere gloriam, ad majorem gloriam Dei.

9 Ulteriùs. Servitus Dei profectò astruitur, dum Princeps Deum, ac ejus beneficia grato corde contemplatur; quippe in tractu orationis discit moderari subditis juxta leges, juvatque in prudentiam, & in sublevandum onus, quodlibet in oratione consumptum, imò collocatum tempus. Verùm minimè congruit propter bonum privatum (si forsan bonum) abdicere bonum publicum: etenim deficit à virtute, locatà in obligatione, virtutis fucatà specie; quia non virtus, oblivisci munus; Magique in propriam regionem, post adorationem revertuntur, derelinquentes corpore & Virginem & infantem; propter illorum gloriam, & à cunctis principibus æmulabilem virtutem: igitur virtus eminentior, ampliusque Deo servitium: illum relinquere in subsidium subditorum.

Et proprium erga Dominum servitium, ob servitium subditorum.

10 Deinde. Miser principum esset status, ni vacaret tempus, quo quæreretur & inveniretur Deus. Est in illis ratio animæ propriæ juxta præscripta legum, & etiam est de animabus subditorum; qui quidem interibi possunt peccare, dum illi intendunt (& quia subditi sciunt) animæ inflammatæ elevationi, quasi liberarentur ab officio, modò intercedat oratio; igitur dulcior contemplationis suavitas, & intolerabilis occurrentium negotiorum asperitas. Si videris aliquem ita gementem, ingentem cogita hypocrisim; qua tenaciùs hærent parvipendentes officium, ob venditum phantasticum, dulcissimum orationis soliloquium. Medium est, quo salvetur cujuslibet principis anima, & publica non omittantur officia. Unde Magi, ut adorent, Deum quærunt, & post adorationem revertuntur; quia si jus, cœlestem adorare Imperatorem, etiam incumbit moderari gregem. Vulg. *A los Reyes les importa adorar, y acudir luego à regir.* Perperàm possent moderari subditis, maximè dyscolis, si tempus regiminis expenderetur in studium orationis; siquidem Deo opportunum obsequium, præsentià saltèm cogitatà, inhibere peccatum; fatuique fatuo exercitio, deficerent ab obsequio: igitur fatua excusatio, subditos regnumque amittere; & affirmare fuisse cum Virgine & cum infante.

Aliter larva virtutis, & abominabilis hypocrisis.

Princeps contemplatur cœlum, verùm non deserat, populum.

11 Hi præter insignem hypocrisim, quæ ubique claret in laxi pectoris indicem; videntur mihi ut noster Rex Alphonsus, cognomento Sapiens, & occupatione Astrologus: qui quidem abdicebat amittere credita regna, modò contemplaretur cœlum & astra. Eos ducere & allicere debet munus publicum; & missum faciunt, quoniam cor in astra mittunt: arbitranturque cunctis malis optabile allexipharmacum, corde longè vultum elevare in cœlum. Missus est Angelus ad Mariam, propter sæculorum negotium, igitur in illo & ex illa salus mortalium. Nunciavit à Deo missus arcana Trinitatis, decreto cujus Maria, genitrix vocanda cnm gloria virginis. Nunciavit, objectis respondit, illa consensit, illicò Verbum caro factum est, & nobis apparuit lux. Claruit, terrà cœloque expectantibus, Virginis consensus; *& discesit ab illa Angelus.* Discesit? Nonne agnoscit reginam? Agnoscit. Verbum

Regis Alphonsi Sapientis fatuitas.

Hypocrisis Præsidis.

Luc. 1. 38.

bum in carne, atque matrem? Veneratur; & discedit: Quorsùm? Versùs cœlum. Ubi cœlum speciosius, quia animatum, cunctis cœlis, quàm in domo Virginis factæ matris? Num alia desiderabilior societas? Alia ne potest amplior cogitari felicitas? Ergo minimè discedat. Nequaquàm recessu amittet felicitatem, imò nanciscetur ampliorem: gratius enim Virgini, divinæ obidere legi. Unde Angeli commoratio cum Virgine, quod fuerit opus, cætera ad munus. Insignibus prærogativis honorata florebat Virgo, in hujusmodi nuncium Angelus missus à Deo: & illam libenter, quantunvis veneratur, reliquit; ut mandatum Dei impleret: etenim deficeret à præscriptione legis, quanvis maneret in societate Virginis.

Obsequium acceptius Virgini, divinæ obedire legi.

Quænam devotio fatua?

12 Devotio inconsiderata plures constituit fatuos, quasi obsequium sit Deo, injunctum pessundare munus. Urgentur officio, ut visitent subditum, & tunc recedunt in oratorium, quo dicunt perfrui cœlestibus, illustrari visionibus, gaudere cogitatione Virginis, & Angelicis interesse dulciter choris, potos torrente voluptatis, atque allectos benedictione dulcedinis. O hypocritæ! Vel illusi. Mittuntur à Deo in alia, & ipsi eligunt contemplationis officia, exprimentes falsam devotionem, atque veram fatuitatem, quasi esset obsequium Virginis, omittere præcepta Deitatis. Discedat igitur, ac sequatur Angelicam regulam, qui optat Angelicam vitam: quandoquidem fatuum, esse in cœlestium contemplatione, dum consulere congruit credito muneri. Mittitur Angelus ad Virginem, & revertitur. Officio fungitur. Haud omisionis excusatio, quòd cum Virgine, reginà cœlorum esset, cùm Deus ad alia vocaret. Officium est officium, & officii exercitio itur ad Deum, qui jubet adimplere operibus legem, & non propriam sequi apparentiâ devotionis voluntatem: quandoquidem habetur cœlum, ubi adimpletur officium.

Non est obsequium Virgini, Dei legi obsequium præponere.

13 Sæpe cogitavi, cur si regnum cœlorum unum tantùm, diversis muneribus à Servatore legimus expressum? Simile dicitur agricolæ, *Matth.* 13. 3. 24. diviti, v. 44. negotiatori, v. 45. piscatori. v. 47. scribæ, & doctori, v. 52. patrisamilias, *cap.* 20. 2. regi, cap. 22. 2. conjugato, ibid. virgini, cap. 25. 1. servo, *Luc.* 12. 38. & sic alia. Aliter, *Tom.* 6. *T.* 4. *D.* 5. *n.* 2. Non dubium est in regno cœlorum juxta diversa merita esse diversa singulis domicilia; verùm si unicum, quo pacto simile muneribus diversorum? Quoniam diversi credito respondentes muneri, erunt participes gloriæ. Non excluduntur à regno cœlorum occupationes, sed duntaxàt illicitæ. Non excluduntur servi, & piscatores, scribæ & reges, negotiatores & divites; & solummodò admittuntur virgines, pauperes, doctores, agricolæ & alii hujusmodi in æternam beatitudinem, cum singulis detur ministratio spiritus ad utilitatem: unde regnum cœlorum his diversis muneribus simile, ut unusquisque respondeat commisso muneri: quippequàm quilibet exactè adimplens creditum ministerium, possidebit absdubiò regnum cœlorum.

Matth. 13. 3.

Quilibet proprium adimplens ministeriū habebit regnum cœlorum.

14 Corpus Ecclesiæ militantis mysticum diversis membris in pulchritudinem constat; ut in triumphante fulgeat, & decus præstet Ecclesiæ, cum singulari gloria, circundata varietate. *Corpus non est unum membrum, sed multa. Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore sicut voluit.* Non omnes oculi, non omnes aures, sed omnes membra mystici corporis, ut cum illi diverso ministerio aptantur, cum illo glorificentur: aliàs non esset pulcherrimum corpus mysticum, sed phantasticum horribile monstrum. His igitur occupationibus exercentur homines, ac disponuntur in aulam regni cœlestis: quapropter cuilibet in diverso ministerio erit salvatio, si ligatur ministerio. Sicut non præscribitur oculo, ut audiat, sed ut videat; haud dicitur regi, quòd scribat, sed quòd regat: quippequàm si regere officium, & propter hujus exactionem datur regnum cœlorum; sine dubio in æternum peribit, si alio ductus intuitu, ministerio non respondebit. Causam exponam *Didasc. seq.* Modò, ut dicit Poëta lib. 6. *Æneid.* vers. 629. in muneris decus.

1. Cor. 12. 17.

Erit cuilibet salvatio, si ligatur ministerio.

Susceptum perfice munus. Virgil.

DIDASC. IV.

Judicium proprium non est judicium.

1 DIxi, quantum uniuscujusque decori, respondere muneri, etsi alia vocarent in volupiatem; quoniam juris est, duntaxàt tendere in obligationem. Unde Dominus pro affectionum mo-

Optimi principis, esse tantùm dignitatis.

Marc. 3. 33. moderamine, protulit: *Quæ est mater mea & fratres mei?* Et Achiles apud Euripid. in *Iphigen. in Aulid.* v. 1386. dixit genitrici:

Euripid. *Perperisti me communem Græcis, non tibi soli.*

Igitur optimi est principis, totum esse dignitatis. Senec. *Turpe est* (ait Seneca *Epist.* 22.) *cedere oneri, luctare cum officio, quod semel recepisti.* Cyclopum more, vel officium exercere, vel relinquere; ni, ut astruit idem ibid. hærebit *in negotiis negotii causa.* Quænam ergo causa in negotio, ubi exponitur negotii expeditione occupatio? Judicium proprium & falsum, quo fatuus arbitratur ex alio & importuno proprium adimplere officium: daturque in negotio negotii causa, quia in officiis nulla officia: etenim in proprium facere congruit, quod operatione omisit, ac in opere facto oleum & operam perdidit.

Quando in officio nullum officium?

2 Clarè igitur hæc exponenda, quoniam ex hujusmodi oscitantia, & diligentia multorum ruina. Instat obligatio muneris, & aliæ inseruntur, imò solicitantur occupationes; quapropter in negotio nullum negotium, quippe in officio tanto nullum officium. Opera supererogativa munere impleto, sunt studioso optabilis occupatio: verùm occupatio vana, occupatione credità omninò abdicta; siquidem implicat in terminis, occupatus voluntariis exercitiis. Nihil sanè supererogatur occupationi quæ intenditur, si occupationis muneri nil erogatur: unde vel dum tanta officiosus efficit, nihil negotiosus agit; quippe operatio haud æstimatur à facto, sed ab officio. Fallitur & miserè quisquis ita molitur operationem: igitur amittit inquirendo per avia & devia virtutem: tuncque manet crimini obnoxius, quia sibi videtur justus.

Occupatio non æstimatur a facto, sed ab officio.

Exod. 23. 7. 3 *Insontem & justum* dicit pro omninò immaculato facet textus. Insons signatur, qui extra culpam: justus aliquid addit ultra insontis formam: insonsque dicitur omninò inculpatus atque etiam justus, ut juxta legem justitia connotetur, non juxta judicium proprium quod semper fallitur: quandoquidem ampliorem committit noxam; dum illi videtur exactiùs sequi justitiam. Bernard. *Lepra consilii proprii* (inquit Bernard. in *Resurrect.* serm. 3.) *pernicioſior, quò magis occulta: & quanto plus abundat, tantò sibi quisque sanior esse videtur.* Ingruit officium, sed propter ludicram devotionem missum fit totum. Modò in templo, aut angulo mancipium requiescat dæmonis, venundatus stolidè sub peccato voluntariæ devotionis: quilibet voluntarioſus arbitratur virtutis ascendisse culmen. & impleviſſe ad unguem totam legem: tuncque magis apparet peccator, quia justus sibi videtur.

Dolus philautiæ.

Amor sui cur lepræ similis?

4 Hujusmodi diabolicos spiritus taxat N. Legislator glorioſus *Regul. Sanct.* cap. 1. S. Bened. *Prolege eis est desideriorum voluptas: cùm quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum, & quod noluerint, putant non licere.* Metricè exponit Bugnotius hic.

Gabr. Bugnot. *Quippè quibus lex nulla præest, nullusque magister:*
At quibus hæc lex est unica, velle suum.

Non legem sequuntur, sed propriam voluntatem tanquàm legem, dicentes studere virtuti, dum aptantur voluptatum electioni, qua si inquiritur operum sanctitas, deregitur folio primo desideriorum voluptas, spiritus delicatulus odium spiritus, mundus religione larvatus, pompà mundanà simulata eremus, apparentia religionis, terriculamentum sanctitatis, dolus in perfectionis apice, ostium Averni; quin facile sit removeri ab hujusmodi lethali cogitatione, saniores se judicantes morsos dente philautiæ, infernalis serpentis: siquidem quo se peccatores esse non credunt, eo deteriùs peccatores fiunt, *Nisi ad regulam prava non corriges*: infit Seneca *Epist.* 11. Affectio non est regula, nec est regula voluntas propria; judicium utrique sine judicio, ubi judicio refragatur ratio: legisque cervicosus frangit tenorem, eisdem fulcris quibus videtur roborare legem. Unde adinstar Pharisæorum, perpetratur facinus, dicuntque: *Nos legem habemus.* Demonstrant quam pravam, ubi virtus tollenda, subdunt, *secundum legem nostram.* Fascinat illos species virtutis, cujus sunt legislatores, & destruunt radicitùs virtutem, propter virtutis speciem.

Effectus.

Magis fallitur, quo in lucem ducitur. Senec.

Joann. 19. 7.

Destruit virtutem ob virtuti speciem.

5 *Qui custodierint justa justè justificabuntur*: ait Salomon. Ecce articulus capitonum in suo sensu sine senso abundantium. Instat cura domus & abdicitur cura, quoniam videtur virtus esse in Ecclesia. Instant subditi, ut negotia expediat justitia ac prudentià comitibus, & sepelitur Superior clausis foribus, quin cogitet fastidioſum, petere facultatem ad quodlibet (sine quo illicitum) vel sine pretio pudoris. Quid si pluries? Unde jurè de licentia non obtenta querimonia, si clausa in obtentum janua? Quid ultrà, si occur-

Sap. 6. 11.

Cognoscat pastor oves, ut cognoscatur pastor.

currunt, in quibus subditi offendere possunt? Quid ultra, si nequeunt suggeri, aut inferri alia, quorum potiora momenta, ovibus errantibus, quia sine pastoribus? Senec. *O felicem* (infit Seneca ubi dudùm) *qui non aspectus tantùm, sed etiam cogitatus emendat! O felicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque ejus se componat, atque ordinet! Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat.* Quo pacto, ac auctoritate peccata *Officium Pastoris.* compescet, qui se ab aspectibus subditorum abscondit? Quomodò ingredietur in conscientiæ tranquilitatem, aliquo tractu commotæ, qui nequit ingredi? Quomodò infirmum firmabit, errantem reducet, projectum quæret, claudicantem solidabit; si nescit an sub potestate claudus, projectus, devius, vel infirmus? Orationi consulit; sed non virtuti. Exercitiis virtutum operam navat; sed operam perdit. Oratio non bona? Exercitia non justa? *Prima obligatio, respondere officio.* Sanè. Rectà sunt, sed non custodiuntur rectè; igitur prima obligatio est respondere muneri. Recta utique essent, si potiora non vocarent, igitur extra munus, consonum legi & rationi, consulere sibi: & nequaquàm justificantur, qui custodiunt recta, si rectè non custodiuntur, quoniam quantunvis bonum, non opportunum, & omninò deviat à rectitudine relinquere & sæpe inter lupos gregem, propter voluntariam ineptam stolidam devotionem.

6 Tristatur aliquis vestrum? Oret. Æquo animo est? Psallat. Hæc optima in negotiis privatis, non in publicis, quibus necesse aliquando hilarem ostendere faciem, quanquàm cor foveat vellicantem dolorem. Tunc virtutum exercitia *Unusquisque in proprium munus.* justa & justè, equidem tunc vivit Deo & sibi soli: unde per justa justificatur, quia quod justum justè à privato custoditur: & minimè justum, nec rectum; propter officia propria relinquere officium. *Sic eum volo manere*: dixit Assertor N. de Joanne, Joann. 21. 22. dum Petro dixerat: *Sequere.* In his vocibus vita activa & contemplativa exprimuntur juxta Augustin. in *Joann.* Tract. 124. Petrum jubet sequi; & Joannem, addici contemplationi? Meditanter, in exemplum Ecclesiæ. Hujus Petro tunc tradidit gubernaculum, Joannem destinavit contemplationi cœlestium. Hic signatur uti persona privata, ille ut publica: perperàmque Petrus navem gubernaret, si uti Joannes sic deditus contemplationi maneret. *Sic enim volo manere. Eum*, te nequaquàm: aliam meditaberis formam. Non *Te*, quia tibi otiosum, manere sic, dignitatisque propudium, Præsulem manere otiosum. *Si eum volo manere.* Erit *Muneris propudium, munus otiosum.* illi perfectio, quippe sic manere volo. Ille, non tu. Sequemini, alius sic, alius verò sic. Sic eum volò manere, verùm te ligatum muneri: igitur illi congruit diuturna cœlestium altissima contemplatio, & minimè quibus incumbere officio publico; quoniam alienum à credita dignitate, quæri in munera officii, & sic manere.

7 Prætereà. *Cum esses junior cingebas te, & ambulabas, ubi volebas: cùm autem* Vers. 18. *senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis*: Subdit Christus, dum successor in Ecclesiam signatur Petrus. In ligaturis signatur summa potestas, & suprema dignitas; ut juxta legem exerceant potestatem, neutiquàm ut solvant legem. Hispan. *No para* *Præses juxta legem exerceat potestatem.* *que se desaten. Tantum enim quantum vult potest* (inquit Seneca *Epist.* 89) *qui se, nisi quod debet, non putat posse.* Hinc funiculus præsignat regimen, quoniam vel extensio manuum est in ligamen, ne dum blanditur potestate auctoritas, extendant juiti ad iniquitates manus suas. Succinit Senec. idem in *Octav.* v. 641.

—*Ne tantus amor,*
Nostrique favor, principis acres
Suscitet iras. Idem.

8 Insuper. Olim *cingebas te, & ambulabas, ubi volebas.* Modò contrarium. Ecce dignitatis vinculum: non tantùm ligari, sed etiam ab alio duci. Fastidia explicantur dignitatis, multorum tædiis, qui sibi tantùm electos arbitrantur Superiores, & quasi incudem quatiunt, ac incessanter concutiunt, sive sit nefas vel jus: ibi ducêris, & ducêris quo non vis: siquidem propter ligamen muneris, pertraheris, velis nolis. Joannes manebit in con- *Ligari officio, est in Superiore vera in Cœlum mentis elevatio.* templatione, sicut tu, juniore ætate ambulabas, & ubi volebas: modò ligat & arctissimè collata dignitas: igitur dum illum accendit mentis in Deum elevatio, tu ligaberis officio, quin diem, horam, momentum (aptiùs) temporis efformet Sol, quo possis securè manere sic. Maneat quieta fors Joanni. Tu officium tuum cura & exequere: potior tibi contemplatio ligari officio.

9 Sicut in Joanne & Petro vita activa & contemplativa, haud aliter signata in Magdalena & in Martha, juxta eundem Doctorem serm. 27. de *Verbis Dom.*

In-

Intravit igitur Jesus in domum utriusque: adventu tanti hospitis corde lætæ, distribuerunt officia. Intenta erat Martha, quomodò pasceret Dominum: intenta Maria, quomodò pasceretur à Domino. Illa erat in cura ministrandi, hæc verò sedebat ad pedes Domini. Perpende emphasim Evangelistæ. Martha Dominum suscepit: *huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.* Etiam sedens? Ad quid *Etiam*? Sedebat tantùm Maria: quænam sedebat alia, ut dicatur etiam Magdalenam sedere secus pedes Domini? Martha utique. Martha? Martha satagebat, œconomæ habens officium, circa frequens ministerium. Quomodo sedebat simul cum sorore? Quia satagebat officii: auditque, atque contemplatur Dominum, quisquis exactè creditum impleverit ministerium. Infelix sanè esset in obsequio, si in contemplatione tantum verteretur beatitudo. Martha habebat curam domus, sui etiam, & contemplantis: Maria autem officium contemplationis: & utraque sedebat secus pedes Domini, fungens credito munere; quia si gloria juxta officium, utraque satagebat circa frequens ministerium. Contemplabatur sedens Maria, & cursans huc illucque contemplabatur Martha: quippe injuncto officio haud deficit contemplatio, modò serviatur officio. Illa sedet, hæc ministerium implet, & etiam sedet, auditque Domini sermonem, quandiu curat domus regimen: etenim si Magdalenæ injunxerat contemplari; Marthæ negotium, ministrare mensæ.

Luc. 10. 39.

Et etiam cum Domino, qui incumbit officio credito.

10 Ecce anfractus plurium animarum, dolum diaboli sub devotionis larva non cognoscentium. Ad fœminas spectat hujusmodi officium juxta Paulum: *ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei.* Hoccine ministerium. Quærit maritus conjugem; & illicò respondetur: *Audit sacrum.* Inquirit ad domestica officia; & dicitur: *Priusquam illucesceret, est in Ecclesia.* Filii curam poscunt, sed illa recluditur intra templum, titulo concionis à rebus omninò aliena domesticis. Utinam in bona, & non turpis lucri gratiâ. Tandem tandem necessitate percita, vaga (fabulis, & detractionibus devotione saturâ, & curiositate fartâ) prevenit domum, in qua jam per virum blasphematum Dei verbum. Sedet, à viro carpitur, sortem deplorat, & clamat, infeliciorem cunctis fœminis esse, cùm nec horam habeat, qua consulat animæ: verùm quiescit proferens: *nullum opus bonum, in quod diabolus non solicitet mittere symbolum*, domusque manet eversa, cuncta officia sine cura, & illi videtur vita recta, vita bona. Conveniunt aliæ ejusdem furfuris, & alitæ otiositate, garriunt, ineptiasque effutiunt de clausura animæ, de orationis dulcedine, de altissima contemplatione, de situ templi, de sacra lectione, de perfectione & excellentia deitatis, de dexteritate auditi prædicatoris, de eximia doctrina confessarii: & hoc in oratorio, ne cedat è loco sacro, vulgeturque ita cœlestibus esse addictam, ut si fieri posset, nunquàm esset extra Ecclesiam. Non hoc ridendum vel per Heraclitum! Risi sæpe in Regia fœminas, quæ in comptum mundum horas consumpsere plures, deportatas in lecticis, recitare officium Virginis, ne amitterent tempus, cujus in cultum animus omninò prodigus, ingrediunturque in alienas ædes pabulo conversationis, specie necessitudinis, & actutùm in virtutis apparatum, ancillæ alienæ, non ut custodiat, sed ut picturas pretiosas curiosè videat, tradit libellum. Illæ detrahentes cunctis visis in oratorio sedent, imo jacent. Interibi ancilla scribit amasio, filia in janua placet proco, xenia ingeruntur, fama cum pudore expellitur, casus infelix auditur; sed qui curam totius debet habere domus, terit patrimonium & tempus, arbitrans majoris esse verbiculam orationem, quàm ruentis domus inexcusabile regimen. Deum quærunt super cuncta, qui scrutatur corda, cui exhibitum grande in protectionem obsequium; modò, corruente familiâ, sacrum recitaverit Rosarium.

Vanitas & scurrilitas.

Gloriolæ ambitio.

Et sanctitatis apparentia.

Tit. 2. 4. 5.

Fœminarum munus sit cura domus.

Illarum fatuitas titulo devotionis.

11 Hujusmodi cervicosæ propensiones tollendæ virgis, vel fœminarum frangendi sunt pedes. Cogitant statum habere in luxus sine obligatione status, abutunturque venustate virtutis in amplioris ostensionem vanitatis, fœminasque omnes dicent insignes, pulchritudinis studium habentes, & volatilis cœlestium contemplationis, quasi Martha non secus pedes Domini sederet, ubi soror Magdalena sermonem Domini audivit. Talis fuit Virgo-Mater. Ejus unius vita omnium elucet imitabilis forma, ut quæcunque ejus exoptat votum, æmuletur exemplum. Quantæ in una Virgine virtutum species emicant. Videris officiorum redundantiam. Primogenitum peperit, pannis eum involvit,

Studeant propriis officiis.

vit, ac in quietem in præsepio reclinavit. Opus unaquæque probet, si auctor non displicet. *Sine intermissione orate* : dicebat Paulus etiam conjugatis. Non mirum, signari tempus utilitati orationis; sed sine intermissione signari, cùm vix aliquibus satis totum plenè tempus, ut obligationibus respondeant status: & perpetem illis orationem etiam occupatis signat, ut unusquisque officio injuncto respondeat: igitur continuò incumbent orationi conjugati, modò conjugatorum consulant muneri. Altè contemplatur cœlum, ac cœli Dominum, quicunque satagit circa injunctum ministerium.

1. Thess. 5. 17.

Orant, qui se obligationibus status & tempora ligant.

12 Ita & aliter errant matrimonio adstrictæ: etiam virgines & Moniales errant corde. Consilio proprio ducuntur in exercitia, & non est regula, quæ voluntas propria; evanescitque perfectionis inanis solicitudo, quia abundant in suo sensu. Non est vitæ religiosæ norma, nisi *communis regula*: infit N. Glorioſus Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap. 7. grad. 8. Hæc sunt exempla majorum: his in cœlum hærebit Monialis vestigium: etenim nec mica micat virtutis (quid perfectionis?) ubi ob voluntatis collubium, ne oret, orationis titulo deserit chorum: ludicrum sane propter orationis fictæ cogitatam dulcedinem, derelinquere orantem communitatem. Seraphim in choro clamabant *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. Ecce orationis scopus. In choro erant: tuncque dicitur ab Evangelico vate, quod *stabant, & volabant*. Difficile prorsum. Argumentum quæstionis exercet cogitationem scrutantis. Si continet chorus, quò volatus? In patriam cœlestem, ut qui æmulari cupiunt Seraphicam dilectionis plenitudinem, in exercitiis sequantur communitatem. Aliquibus videtur singularis esse virtutis; modò fuerint singulares, ambulantes vias difficiles in animarum interitum, quærentes, ni fallor, plausum, derelinquentes viam planam & tritam, ita ut stulti non errent per eam. Oppositum iter carpunt, dum proficiscuntur: stant dum volare intendunt: econtrà de spiritibus, plenis dilectione, dicitur in choro adesse, & volare; quin videatur impossibile: etenim perfecte volat recto tramite in cœlum, qui in choro cum cæteris cantat divinum officium.

Non est regula voluntas propria.

S. Bened.

Sed virulenta philautia.

Isai. 6. 2.

Non est singularis virtutis, qui singularis.

Volat in cœlum, qui suum adimplet officium.

13 Aliter non fit volatus; sed riget sine spiritu illusus spiritus, manentque sine fructu exercitia, quia omninò vana, singularitate, ac fastu arroganti plena. Dicit Benedictus *Grad.* 2. ubi supra. Perfectionem nanciscetur, *siquis propriam non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere*. Renuit spiritu falso percitus, propriam missam facere voluntatem; quippe consolicitat virtutem, sed tantùm desiderii desidis delectationem: unde præ oculis animæ damnum, quoniam non lucet virtus, sed virtutis desiderium: scatetque infernus operibus malis, atque desideriis optimis, inductà pœnà, quoniam irrita proposita. *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua*. Si sua non prospera: nihil potest esse prosperæ virtutis, in via singularitatis: igitur amore sui, declinat à via Dei. Semper suspectæ hujusmodi prosperitates, maximè in fœminis, quæ quidem somniis plenæ plauduntur prosperæ. Hinc additur: *In homine faciente injustitias*. Quid? Æmulabilis felicitas, cæterùm nulla in injustitiis prosperitas. Quorsùm injustitiæ, ac prosperitatis vinculum? Audi ex Hebr. Cajetanum: *In homine faciente quicquid cogitat*. Gradietur in via injustitiæ, qui procedit singularitate comite: igitur cùm singularitas supplantet judicium, & cæcè ducat, ut seducat cæcùm; cogitat uti perfectionis inaccessibilem apicem, quamlibet pro apparentia virtutis cogitationem. Intendit in virtutis gloriam, *& singularis ferus depastus est*. Non inimicus communis, sed singularis: etenim acriorem ignorat hostem, qui non ut hostem censet singularitatem. Non exercitia propria communibus præponenda: his non illis, nisi hæc ultra, præmia promissa. Quorsùm ergo anxietates, si hæc faciliora? Quia voluntaria? Resipiscite: & frangitur animus, & affligitur corpus, & amittitur fructus.

S. Bened.

In quibus, non virtus, sed virtutis desiderium, & hoc fictum?

Psal. 36. 7.

Infelix via singularitatis semita.

Cajet.

Regreditur dum proficiscitur.

Psal. 79. 14.

Singularitas blandissimus hostis.

14 Peccarunt parentes, imò peremptores, humani generis, & illicò subsedit cordibus vera imago pœnitudinis. Agnitum est indice pudoris scelus, *& consuerunt folia ficus*. Quasi silicium sibi aptasse in corporum mortificationem, atque pœnitentiæ indicem, autumant plures apud Perer. & Alap. hic. Damnat Deus utriusque audaciam in ampliorem pœnitentiam: & ut cognoscerent etiam fulminantis misericordiam; *fecit Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas & induit eos. Induit*. Carebant vestitu? Nullo modo: & induit indutos artus; quia qui propriâ electione, procedit nudus. Induti sunt tunica pelliceâ, qui quasi silicium sibi subcinxere folia; & ficus, cujus tactus asperrimus: Si peccarunt, & propter crimen, ut luant pœnas, eli-

Genes. 3. 7.

Vers. 21.

Mortificatio per obedientiam acceptior, quanvis sit minor.

eligunt foliorum asperitatem; quo intuitu etiam in sensus mortificationem, confert Deus pœnitentibus pellium mollitiem! Ut discant voluntatem Dei sequi, vel in mortificationibus propriam voluntatem fugere, & faciliùs meritum mortificationum obtinere: igitur ex pellibus à Deo traditis ampliora merita, quàm siliciis pungentibus afferent cruciata corpora. Pœnitentia placet, mortificatio corporis virtuti arridet: & secludit Deus à pœnitentibus silicium foliorum asperum, ut anhelent in obedientiæ meritum: etenim minore labore per obedientiam consequentur gratiam, quod minimè obtinerent per voluntatem propriam.

Singularitate ornatus meritis nudus.

15 Effectus indicat. *Fecit tunicas pelliceas, & induit eos.* Ostendebant pectus nudum, sine ornatu ac vestitu meritorum. Cum obedientia vel levis mortificatio fructum affert, & meritis animam induit. Voluntate propriâ meritis exuitur anima: unde in signum ostenduntur ficus non fructus, sed folia; quippequàm consilio proprio in acriore mortificatione, folia crepant virtutis & non fructus pœnitentiæ.

Obedientiâ facilior labor, & pœna jucundior.

Cruciamen videtur sine fructu, astructum philautiæ affectu: igitur toleratur ab electione tormentum, ob crepitum tantùm viridantium foliorum. Sequatur ergo virtutem, quisquis, ut canit Eurip. in *Bacch.* v.66. quærit.

Eurip. *Laborem jucundum, & fatigationem facilem.*

Judicium proprium, fluxum nonnunquàm patet judicium. Fugiat, qui proficere tentat, teste Horatio, in *Art.* v.195.

Horat. —*Ne quid medios intercinat actus,*
Quod non proposito conducat, & hæreat aptè.

DIDASC. V.

Affectio arbiter sine judicio.

Fortuna indignos auget honoribus.

1 NI cæca, haud illam avidè sequeretur fortuna; nec immeriti videntur exaltati, quoniam per affectionem fortunæ crediti. Fortuna immeritos auget honoribus: affectio pertinax locat culminibus.

Virgil. *Aurea nunc solio stellantis regia cœli*
Accipit, & numerum Divorum altaribus auget.

Similes bistrionibus. Canit Virgil. lib. 7. *Æneid.* v. 210. Verùm quid? Dicit Seneca *Epist.* 76. *Nemo ex istis, quos purpuratos vides, felix est, non magis, quàm ex illis, quibus sceptrum,* Senec. *& chlamydem in scena fabulæ assignant. Cùm præsente populo elati incesserunt, & cothurnati, simul exierunt: excalceantur, & ad staturam suam redeunt. Nemo istorum quos divitiæ, honoresque in altiore fastigio ponunt, magnus est. Nudum inspice: ponat honores, & alia fortunæ mendacia.* Haud videbitur aliud, nisi fortuna. Unde huic frequens usquequaquè obsequium, nisi quia longè à largitrice judicium? *Toto quippe mundo, & locis omnibus* (infit Plin. *lib.* 1. *cap.* 7.) *omnibusque horis, omnium vocibus fortuna sola invocatur: una nominatur, una accusatur, una agitatur rea, una cogitatur: sola laudatur, sola arguitur, & cum conviciis colitur. Indignorum est fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola utramque paginam facit.* Hæc indignorum merita, fovente affectione: ita cæcâ voluntate, ut pro justitia ac ratione pertinaciter teneat, quicquid voluntas inordinata delirat.

Fortuna cunctorum, & cunctis pagina. Plin.

2 *Insontem* vocat Scriptura sacra, & *justum*, omni capite inculparum. Quo igitur intuitu si idem signatur, diversis vocibus idem exprimitur? Quia sibi quisque potest videri justus, & quia videtur, manifestari scelestus: etenim cùm affectio pervertat mentem, judiciumque tantùm sit justum juxta rationem; crimen pro justitia adoritur, dum ratio affectione ducitur: equidem indigno fauto claret injustus, ubi sibi videtur electione immaculatus. *Morbus est judicium in pravo pertinax*: infit Seneca *Epist.* 75. Haud quit habere judicium, qui sequitur pravum. Voluntas rectitudinem pingit, ratio picturam in judicium non discernit: apparetque culpa, ubi gloriatur præditus innocentia; igitur proferens ex affectione judicium, rationis exprimit morbum.

Affectio cæca.

Senec.

Exprimens judicium indicat morbum.

3 Causam ægritudinis aperiamus, ne gliscat usque in viscera vulnus. Status inflatorum fortunæ prosperitate, sed longè à lege & virtute, exprimitur vigilanter à Regio Psalte. *Prodiit* (ait) *quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.* Præceps sanè transitus, ubi simulatur voluptuosè dolus: igitur dum expectatur sanctitas, prodit iniquitas: cujus magnitudo patet, quoniam ex cordis abundantia quasi ex adipe prodit. *Transierunt in picturas cordis*: legit Hebr. Aptè. Picturas vocat affectiones voluntatis: etenim affectio tantùm ducitur picturis; quia nequaquàm discernit quod præ oculis habet, sed quod ad lubitum fin-

Psal. 72.

Hebr.

Cur affectus confertur coloribus?

finxerit ; elaboratàque phantasticè pulchrà effigie, prodit iniquitas sub pretioso colore. Non sunt picturæ veræ, sed cordis tantùm picturæ : siquidem objecta solùm pinguntur, præut sunt in corde. Unde cùm ex affectu color, & ex coloribus oriatur simulachrorum diversitas ; prodit ex eisdem coloribus fucata iniquitas : quandoquidem pro varietate affectionis pingit asinum, quo pinxerat hominem pretiosis dotibus cultum. Apparentiam desiderat non entitatem, ut illius cuncti videntes mirentur effigiem : abscondit hominem instrumentis ornatum, quippe aversatur vel picturam, voluntatis prolatis imaginibus, cùm distinguere nequeat uti cæcus de coloribus : & alios deprimit, & alios extollit, imò quos extulerat deprimit, & deaurat quos libitum pinxerat turpes, quoniam transierunr in affectum cordis.

Affectio in affectibus quam varia!

Quænam affectio pingit & depingit?

Instar Protei.

4 Adinstar Protei, pictoris phantasia, equidem juxta affectionem prodit figura.

Sunt quibus in plures jus est transire figuras.
Nam modò te juvenem, modò te videre leonem:
Ovid. *Nunc violentus aper : nunc quem tetigisse timerent,*
Anguis eras : modò te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri:
Interdùm faciem liquidam imitatus aquarum,
Flumen eras : interdùm undis contrarius ignis.

Canit Ovidius lib. 8. *Metam.* fab. ult. & Horatius *Satyr.* 3. lib. 2. v. 73.

Horat. *Fiet aper, modò avis, modò saxum: & quum volet arbor.*

Putridum affectionis cerebrum in judicium.

Putidius multo cerebrum est.

Ecce picturæ cordis, ex affectione pectoris, quibus prodit iniquitas variata per mille figuras : simulque putridum affectione cerebrum, exprimens in judicio rationis morbum.

Videt oculis clausis.

5 Rationali haud operari congruit sine ratione, quæ quidem claret in prolatione judicii: eritque morbus, si pro ratione fallax ingeritur sensus. Nullum rationis acceptabile propositum extra rationis judicium : igitur structum à molimine affectionis semper fit oculis clausis. Formari debet judicium juxta rationis decretum, non supprimi rationis decretum juxta proprium infectum singulare judicium: quod sanè temperando colores, deturpat deaurando imagines ; & affectione quasi vulnere puncti, dum judicium faciunt, judicio amittunt judicium : proditque abundantia iniquitatis ex affectu pravo cordis, quoniam utilitatis intuitu, arrogantiæ fastu, voluntatis lubito, affectionis decreto, ita picturas variat, dum affectione vel fastidio colorat ; ut magnus, parvus, indignus, aptus, homo, non homo nil aliud sit, præter id quod ille vult.

Ezech. 1. 5.

6 Vidit Ezechiel currum insignem & luce splendidum, cujus in *medio similitudo quatuor animalium*, quæ quidem modò vocantur animalia, modò Cherubim, quatuor faciebus, alis pluribus, unumquodque juxta rotam, ac sedentis in solio hujusmodi figuris præ se ferens excellentiam. Inquiritur frequenter, cur si Cherubim exprimunt scientiæ plenitudinem, & animalia ingenitam stoliditatem ; signantur indiscriminatim & animalia & Cherubim? Haud negotium difficillimum : tantùm est differentia capitulorum. Judicium non fit juxta munera, sed juxta capita : & diversis judicantur dotibus & instrumentis, quia judicantur à diversis capitulis. Formam intendens scire Cherubinorum, incidi casù in Josephum, qui lib. 3. cap. 6. *Antiq. Judaic.* ait : *Effigies, quas Hebræi Cherubes appellant, ea sunt animantia volatilia, nova specie, neque unquàm cuiquam hominum visa.* Figuræ profectò raræ, neque unquàm cuiquam hominum visæ. Animantia & volatilia ? Species sanequàm nova : & necessarium, quòd mirarentur homines, animantes per aëra cursu volantes.

Ab illa diversa meritorum forma.

Joseph.

Quænam Cherubum?

7 Hujusmodi phrasem videris apud Æschylum in *Supplicib.* v. 1004.

Et homines quid ipsum,
Et bestiæ volucres, & gradientes.

Æschyl.

Et Plautus in *Pœnul.* Act. 2. v. 27. etiam astruit, dicens:

Plaut. *Sexaginta millia hominum volaticorum.*
An, obsecro, usquàm sunt homines volatici?

Quando homines volatici?

Quod diversis finguntur rebus, aptè cadunt, & aptantur fictis hominibus : etenim inveniuntur bestiæ volucres, ac hominum volaticorum irregulares species; cùm indignis conferuntur dignitates. Concedit cordis affectio, quod inficiatur animalium conditio. Trahere currum debebant, & super æthera volant. Nova sanè species, & penitùs adversa electioni rationis : siquidem illi novum, quanvis sæpe visum, decreto prævæ pertinacis affectionis, animalia volare in hominum dignitates.

Ergo

8 Ergo in textum. Cherubim erant animalia volatilia, quæ visa in gloria, ac in ostentationem triumphantis; etenim in triumphis mos, pro notitia debellatæ nationis, inferri nunquàm visorum animalium species, ut populus plauderet singulari naturæ monstro, & de novitate loqueretur in triumpho: unde dicitur: *Rota una juxta Cherub unum*: de quo infrà *num.* 14. Cherubim juxta rotas? Deprimitur sanè scientiæ plenioris innata majestas; quandoquidem uti Cherubinis, congruebat insigne præstantis moderationis. Erat tantùm species Cherubum, cætera animalium volaticorum: & juxta rotas jurè designantur loca, ut clareant his quàm opportuna munera: igitur aptiora, ut currum traherent, quàm ut regerent. En species volaticorum hominum de muneribus anxiè satagentium. Cum triumphante festinant, volant, elevantur, deprimuntur, intrant, exeunt, rotant, ambulant euntes & revertentes in similitudinem fulguris coruscantis. Novæ figurulæ! Singulares formæ! Invisæ puppæ! Risibiles larvæ, rationis ludibria, sensus terriculamenta, & denique novà specie animalia volatilia, de Cherubica apparentia glorioſa, verùm insignia animalia. Hisp. *Raros trastos, raros muñecos, figurillas, mequetrefes, preciados de Cherubines, pero insignes animales.*

Cap. 10. 9.

Indigni, quàm indigni in dignitatem elati.

Qui sint in illa.

9 Cæterùm unde tanta spiritus inflatio in animali stolido? *Pennas per quatuor partes habebant.* Unusquisque habebat quatuor alas, quibus fulciebatur auctoritas, & ad thronum proximitas, flexis & reflexis juxta lubitum regentis, pro aucupatione favoris. Nunquàm aptantur animalium pennæ vento in prosperitatem flanti. *Quatuor pennæ uni?* Plures sanè. Nocent alæ stolidis: quid si plures? Pennis intendunt ascendere, huc illucque vagari, ac per cuncta discurrere. Quippini in omnes formas, si assumunt alas. Vernaculè vividiùs: *Què han de hacer figurillas con tantas alas?* Qui notat hujusmodi assumptionis contagium, designat simul remedium. Alas sumpserat, quippe manum habebant. Undique damnum. *Manus* (dicitur) *sub pennis eorum.* Cunctæ pennæ propter manum hominis, spiritu inflato phantasiæ fictricis: & ut frangerentur spiritus, pennis conjungitur manus; quippe necessaria manus, qua homines animalia repellerent, ne alas assumerent.

Cap. 1. 8. *Nocent alæ stolidis, & magis plures.*

Vers. 6.

Vers. 8. *Expellantur, dum spiritus concipiunt.*

10 Ulteriùs. Facies erant diversæ, ne agnoscerentur ex facie: etenim totus conatus stulti, non agnosci. Facies utique diversæ, ne cor dormiret, sed cautione incessanter vigilaret. Facies leonis, facies rationalis, facies aquilæ, facies vituli; & singulis quatuor. *Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Facies & pennas per quatuor partes habebant.* Volatus respondebat faciebus. Non novum in cogitationibus animalibus, sed in hominibus, novà specie volatilia, qui animalia, neque cuiquam unquàm hominum visa. Nonne novum in homine, homo quadruplici facie? Facies peccatorum sumunt, & quia sumunt, elevantur: unde ne deprehendantur per pudorem, operit confusio faciem.

Vers. 6. & 8. *Novum in homine, homo quadruplici facie.*

11 Occurrit curiositati quæstio. Obiiciuntur oculis Ezechielis non tantùm facies, sed etiam in apparentia corporis, ut placet Theodoreto hìc, *colla, manus, pennæ, & oculi*, uti dicitur cap. 10. Cur igitur in tot faciebus non designatur caput; siquidem in capite facies? Præteritur sine capite animal? Pejus sanè, quia præteritur. Portio nobilior, uti thronus mentis, in fabrica hominis superſedet. Quid mirum? Caput non habet: omittiturque caput meditanter in homine, quia non est homo, homo multiplici facie. Perperàm erit in capite rationis pondus, ubi pro libito mutatur aspectus. Non est cerebrum cerebrum vacuum: & vacuum omninò, dum in aliam & aliam notitiam occurrentem, aliam & aliam servat ad placitum faciem. Pedes habent hujusmodi animalia in subsistentiam, facies multiplicatas in notitiam; sed capite carent pro cognitione facierum: igitur rationis ludibrium, & vulnus menti, stare animalia in pedes, sed sine capite.

Cap. 10. 12.

Unde homo non homo?

Indigni in munere sine capite.

12 Adhuc arbitror profundiorem sensum, ut magis eluceat horum ambitio animalium. Quatuor sibi accommodant facies larvatas, & totidem habent pennas. Nil est, quantumlibet elevatum, præteritum à cupiditate, indultum ab ambitione; etenim ut potiantur voto, plena oculis ante & retrò. Cuncta appetunt. Dialecto nostrà: *A todo hacen cara.* Nimia audacia & impudentia. Quanquàm in extrema maris avolet dignitas, sequuntur sumentes pennas, quin arceat ab audaci fervore forma interioris & exterioris figuræ. Caput conceditur in providentiam regiminis, facies verò in cognitionem regentis: & quanvis facies in capite collocatur, facie visa caput nequaquàm videtur; quia hujusmodi homines, monstris

Non habent caput in regimen facie multiplici in ambitionem.

omninò similes, faciem habent ut dignitates impudenter habeant, sed capite carent, ut prudenter creditas regant.

Ovid. *Aurea quæ pendent ornato signa theatro,*
Inspice quam tenuis bractea ligna tegat.

Canit Ovidius lib. 3. de *Art.* v. 231. Haud aliter hujusmodi vana simulachra specie Cherubicà, & veritate apparentia animalia. Bractea tenuis tegit, longè splendore fulget; verùm detractà dignitatis bracteà, apparent cunctis lævigata ligna.

Ligna sunt deaurata.

13 Perscrutemur alia. Illis videtur propter Cherubum speciem, exuere animalium stoliditatem; & tunc ostenduntur animalia, spiritum non habentia. Aliqui DD. inquirunt, quinam illi qui sub specie Cherubim custodiebant divitem hortum post primi parentis cum conjuge exilium? Magnum, atque curà dignum collatum munus, ut nulli indigno ibi concederetur introitus: iccircò pro insigni muneris, traditur gladius, signum potestatis. *Nihil aliud* (inquiunt Theodoretus & Procopius, cùm Haye hìc in *Expos. liter.* & *Concept.* 745.) *quàm spectra quædam & simulachra.* Erant figuræ novæ, variabiles larvæ, formidines, ficti homines, terriculamenta, atque phantasmata. Vernaculè: *Cocos, espantajos.* Ita Cherubim? Nonne exprimunt vel nomine omniscientiæ plenitudinem? Nonne nomina dicunt cumulum dotium? Utique. Quo ergo jure signantur spectrum? Promitur quid deliret affectio, dum exponitur oculis horum animalium spectatio. Deaurantur uti ligna theatri, ut præstent saltem ascititio fulgore. Hominibus videntur homines esse magni, utpotè dignitate atque potestate Cherubes, & non sunt homines. Eminùs visos, cogitant dotibus singularibus ornatos: & dum cominùs ratio, ut experiatur, accedit; spectrum videt: quandoquidem cogitans in Cherubibus literarum plenitudinem, tanquàm in larvis invenit emendicatam pannosam eruditionem. Expectant cuncti responderi dignitati, cujus infulis firmatur throni majestas, & plusquàm gladio, dotibus obtenta auctoritas, quoniam præclarum officium; & tunc pictus ab affectione, lucet spectrum, homo pictus & non homo, qui larva in cucumerario, & pro plausu auditur vox: *Undique phantasma est.* Cherub sanè dignitatis honore, sed animal veritate, terriculum passerum, qui rector hominum, occupans sedis inclytæ gloriam, qui nec aptus ad ficulneam.

Genes. 3. 24.

Theodor. Procop. & Hay. *Figura Cherubum.*

Volatica animalia, dignitatum spectra.

Occupat sellam, qui nec apti in ficulneam.

14 Alii autem arbitrantur Cherubim & rotas idem, unde *Cherub dicitur quasi rota*: ait Cornelius Alapid. in *Exod.* 25. vers. 18. *quæst.* 3. Quo intelligitur illud Ezechielis cap. 10. 12. de rotis dicentis: *Et corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis,* cum rotæ nequeant habere manus, & colla, estò pro metaphora pugnet hìc Doctiss. Sanctius num. 13. signans totam molem rotarum *corpus*, modiolos *colla*, radios *manus*, circulos *pennas*. Hoccine testimonium negotium nobis minimè facessat, intellecta (quod sæpe necessarium) comparatione sine nota similitudinis: unde planus sensus est: *Corpus illarum, & circuli plena erant oculis, sicut colla, manus & pennæ Cherubum.* Modò proposito. Rota volubilitatis ac inconstantiæ signum: Cherub dicitur plenitudo scientiarum: & patent operationes & molimina affectionis, in hujusmodi figuris: etenim totum illius conamen, ut spectra pennis manus hominis elevent, & plausi Cherubes usquequaque rotent. Nos dicimus vulgò: *Todas sus ansias en levantar figurillas, echando à rodar las letras. Rota una juxta Cherub unum, & rota alia juxta Cherub unum.* Unicuique rota, ut regnante affectione caveatur uti suspiciosa fortuna, cùm non construat ascensum, sed latenter præcipitium: etenim machinatur Cherubes collocare sub axe, spectra & larvas super rotam fortunæ.

Alap. Ezech. 10. 12. Sanct. *Comparatio in Script. sine comparationis nota.* Vers. 9. *Affectio dignum deprimit, & indignum extollit.*

15 Imponamus pro suffragio affectionum, ultimam acumini manum. Hujusmodi facies verè Cherubinorum non erat. Unde dicitur: *Facies una facies Cherub*, igitur illa vera in natura Cherubica, respondente conditioni facie: cæteræ verò visæ, quia videbantur, & præut videri cupitum. Erant imagines diversarum facierum juxta affectus oculorum aspectantium. Unde idem objectum uti Cherub, & animal videtur; quia videbatur judicio ostendente faciem juxta affectam vel aversam cogitationem. Perspicuitate est opus. Objicitur oculis quidam dotibus insignis, ut collocetur dignè in fastigio dignitatis, & dicitur: *Fulget Cherub*: alii verò: *Fulget, si fulget animal.* Nequaquàm, respondetur: Est homo insignis: *facies hominis.* Vel in facie appareret animus, prudentia & virtus. Quid, dicitur, si ferocitate taurus? Adinstar aquilæ cuncta ingenio, perspicacitate penetrat, præclara cogitat. Quid interest

Vers. 14.

mo-

momentum, dicitur, perspicacitatis cum sanguinolentia leonis? Hæc pro meo captu. Aptiùs diceret, affectu. Egrediatur alius in proscenium, quem nec pudeat quicquam, nec metuat quemquam. Videtur estò laborioſus stolidus, tardigradus. Prudentiæ, respondetur, ostenditur clarè lex: in cunctis procedit pedetentim uti bos. Videtur facie bovina, sed est aquila. Tremendus videtur, quippe bile commotà citò transit in leonem, & fovet nonnunquàm innatam asperitatem. Qui ita cogitat (dicitur) malè cogitat, & indolem immeritò devenustat. Austeritate utendum adinstar salis; haud expediunt præsides omninò dociles: congruit opportunè officio, quòd homo in dignitate videatur homo. Ecce visio. Nonne opposita ratiocinia? Quò procedent sine formidine conferenda in electionem suffragia? Nemo sibi suam contrariam quit habere conditionem. Unde ergo diversitas? Juxta faciem. Carebit prudentiâ, quisquis ratiocinetur circa hujusmodi judicia: cœterùm conciliabit oppositas, quicunque cognoverit affectionis sententias: equidem nullus est, vel non est, præter id quod illa vult.

Pro lubito affectionis voluntatis astruuntur, & destruũtur candidatorum dotes.

Plin. 6 *Oculi homini tantùm in diverso colore* (ait Plinius lib. 11. cap. 37.) *cæteris in suo quæque genere similes.* Alii habent nigros, alii atros, alii glaucos, alii rufos. Colores exprimunt affectiones pectoris; vident juxta affectionum colores: unde objecta videntur & non videntur, dum oculis diversi coloris ocurrunt; quippe juxta colores voluntatis, videntur vel bonis vel malis oculis. Nota, capillos infici eodem colore, quo oculi præditi. Nescio an color pupillarum à capillis, vel capillorum ab oculis: scio tamen per capillos cogitationes exprimi, ut affectio citò excutiatur à corde: etenim cùm ordinem non habeat, & judicet uti cogitat; cogitat juxta coloratam oculorum speciem, & solummodò videt juxta cogitationem.

Et affectio cogitat juxta speciem, & aspicit juxta cogitationem.

Pers. *Mille hominum species, & rerum discolor usus:*
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

Accinit Persius *Satyr.* 5. v. 52. & Virgilius *Eclog.* 2. v. 65. ut luat affectionis pœnas,

Virgil. ——*Trahit sua quemque voluptas.*

DIDASC. VI.

Misericordia in malos crudelissima clementia.

1 VUlpes semel è compede emissa, revertetur in furta. Haud aberit virus à serpente, quanvis indulgeatur elabi. Catuli luporum aluntur in nocumentum, quippe haud adolescunt nisi in damnum. *Ne fortè decipiat nos* (infit Senec. lib. 2. de *Clement.* cap. 3.) *speciosum clementiæ nomen, & in contrarium abducat.* In malos misericordia non clementia, sed dementia. Exorari in perniciem rogantium, blandum est, & affabile odium. Rogantibus pestifera largiri, tribuendum sævæ humanitati: etenim ni pectus specie bonitatis indulgeret, qui periculi sospes non periret. *Insontem & justum non occides*: dicitur judicibus Israël; additurque à Domino: *Quia aversor impium.* Quia impio infestus, non occidendus justus? Utique. Intendit Dominus, ne judices operentur contra insontem injustitiam, ubi Deus sontem plectendo operatur clementiam: equidem clementia magna non permittere delicta, ut dissimulatione fiant majora. Plectendus est impius, non innoxius: delinquitur, tam dum hic damnatur, quam dum ille absolvitur: jungiturque cum insontis innocentia, aversio Dei in operationes impii; ne judices peccent specioso nomine misericordiæ, ac sub specie humanitatis, appareat judicio misericordia crudelis.

Senec. *Prætermittere malum affabile odium.*

Exod. 23. 7.

Clementia plectere delicta, ne fiat majora.

2 Munera justitiæ sunt; honestè vivere, alterum non lædere, jusque suum unicuique tribuere: unde Seneca in *Thyest.* Act. 2. v. 214. ait:

——*Ubi non est pudor,*
Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.

Ad primum refertur pudor, ad secundum sanctitas, ad tertium pietas, & simul fides, atque ad omnia cura juris: quapropter instabile regnum, ubi vel deficit unum. Vid. L. *Justitia, ff. de Justit. & jur. §. Juris præcept.* institut. è tit. Jus suum unicuique tribuendum: & nullo modo tribuitur, dum justus premitur, & iniquus absolvitur, damnatà vità innocentis in absolutione peccatoris: igitur & damnat, quem Deus commendat; & munerat, quem Deus damnat;

Munera seu officia justitia.

Senec.

Non jus, si justus premitur, & iniquus absolvitur.

factà iniquè delictis indulgentià, ut pullulent ac adolescant delicta, cùm viderint non juxta leges puniri, sed dignari, atque in exemplum foveri: quandoquidem quidvis quilibet audet, quippe alius impunis exiit.

Juvenal. *Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum,*
Si vis esse aliquis.

Sæpe perditorum dotes prædicantur insignes.

Accinit Juvenal. *Satyr.* 10. v. 73. Munerantur scelera, & non alia de causa, quàm impià misericordià. Deplorantur horum perditorum dotes, ut adoriantur miseratione ampliores iniquitates. Iterùm elevantur ut sint aliquid, cùm fecerint exilio, & carcere dignum. Totis viribus iterùm elevant, ut lapsu, imò relapsu graviore ruant. Nihil reliquerunt intactum crimine, nullique pepercerunt sceleri, & ampliora facient, quia fecerunt: quæ quidem nequaquàm facerent, si spe veniæ non auderent, iterùm commissà noxà, quia prima pietate indulta.

Spe veniæ audacia fota.

3 Fugit prodigus paternam domum, ut viveret tantùm voluptatis ad lubitum. Quorsùm igitur tendet juvenis sine lege & sine fronte? In perditionem usque. *Ad rabiem* (inquit Cordub. Stoicus *Epist.* 47.) *cogunt venire delitiæ, ut quicquid non ex voluntate respondit, iram provocet.* Ad quanta mala pertrahit adolescentiæ miseranda libertas! Ligurivit omnia, quæ quidem summersa, ne emergerent à luxuria, frigente sanè sine Baccho & sine Cerere, ac designante voluptuosi exercicium, dum prodigum redegit in porcorum ministerium. Innuit vel Ethnicus *lib.* 1. *Epist.* 2. *v.* 23.

Senec. *Luxuriosus porcis similis.*

Sirenum voces, & Circea pocula nosti,
Quæ si cum sociis stultus, cupidusque bibisset,
Horat. *Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors,*
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

Pudeat igitur facti, quisquis horret à deformitate formæ.

4 Malo prodigus sapit, ac in bonum resipiscit. Cogitat redire ad patrem clementiæ immemorem, aspectuque potitur voto, qui indignus etiam aspectu. Pater, cùm ille vel longè esset, accurrit, ne inventà severitate discederet: non negat amplexum, imò clementer infigit osculum, fletque non præ gaudio, sed præ tristitia, strage geniti tanta. Præ tristitia fletus, ubi exultare debebat præ gaudio gratulabundus? Ad quid oscula, si receptione jam frugis filii tristatur? Si ingemiscit, cur amplectitur? Quare pretiosè induit? Quare & in convivium recipit? Gemitus opportunior, illo discedente è domo: cur ergo non tunc exprimitur lamentatio? Non potest non esse pater, dum recipit, sed perditorum mores intimè noscit. Perit ille fugiens paternam domum; in patre, quia pater, prævidet utile patrocinium: & jurè vel osculando plorat, atque deplorat venientem, quia spe clementiæ iterabit crimen: etenim in judice inveniendo patrocinium, minimè quiescet, quousque repetat exitum.

Luc. 15. 20.

Pejor statuitur, cui delictum indulgetur.

5 Audi Chrysologum *serm.* 3. *Filium* (ait) *trahit manibus, claudit gremio, ligat lacertis.* Unde & quare tanta in peccatorem obsequia? A patris affectu procedunt in perditum vincula, ac specie obsequii ligat, ne iterùm abeat. Haud facilè credenda horum pœnitudo: non trahit resipiscentia, sed perpessio, cujus clementià expertes pœnitent statim pœnitudinis, ac dolent verè de ficti simulatione doloris: quandoquidem non redeunt à sæculo, ut maneant domi, sed duntaxàt, quia vagi peribant fame. Vinculis paternis qui diligit, arctat, & arctè ligat obsequiis, ne iterùm abiret è domo patris. Perpende. *Dixit filius: Pater peccavi.* Et hic ad servos: *Citò proferte stolam primam.* Perperam à domo expellet geniti crimen, qui confert vestem, quem debebat ob crimen mittere in carcerem. Filius peccata dicit: pater nec verbum respondet. An quia verba amoris, sunt obsequia & demonstrationes pectoris, habentis labium electum in vocibus operum? Cautè pater processit, ne iterùm filius periret: igitur hujusmodi morum ita delicata criminum pœnitudo; ut levi verbo resiliant à meditato proposito.

Chrysol. *Indulto gravi peccato, suspiciosa pœnitudo.*

Vers. 21. 22.

Verba amoris, demonstrationes pectoris.

6 Fatèor necessariam prudentem industriam, ne perditi moribus fugiant denuò ædem paternam; cæterùm temperandam esse pietatem pectoris, ne iterùm peccent abundantià pietatis. Fugit prodigus & claret scelus. Ductus miseriâ fatetur: & pater tot delictis nec verbum loquitur. Prudenter obsequiis ligat, ne iterùm fugiat, & majora faciat: etenim tanta pietas impellit, ut se præcipitet, ac indulgentià radix peccati deteriora germinet: igitur vel in pudorem post famosum cumulum iniquitatum, audit à Superiore nec ullum verbum: imò post turpem luxuriosam vitam, lautè ac urbanè invitatur ad mensam. Pater semper debet delinquentibus

Tutò adolescit iniquitas, ubi omnimodò præcogitatur pietas.

oc-

occurrere ; sed non semper esse pater, ut confidentiâ piorum viscerum, foveatur audacia in peccatorum assensum. Non semper sese gerere congruit ut patrem. Convenit esse patrem & simul judicem: equidem plectendo culpam, potiore jure in amorem conciliat paternam benevolentiam.

Munus pietatis est pœna criminis.

In tuo, natura posuit jura.

Senec. *Cùm magna horreas,*
Quæ fieri posse non putes, metuas tamen.

Inquit Seneca in *Oedip. Act.* 1. v. 24. Declinantur, si timentur gravia scelera, quæ minimè putantur possibilia. Sine timore, nullum scelus imposibile: fovetur spe clementiæ, nullumque exponitur supplicium in iniquorum exemplum: quandoquidem audax adoritur, imò iterat grave crimen; quia semper invenit in judice patrem.

Haud sceleris pudor, si abstitit timor.

7 *Misereamur impio, & non discet* Isai. 26. 10. *justitiam*: dicit Evangelicus Vates. Singularis causa! Impellit in culpam, quod adsciscere debet resipiscentiam. Quia omissa vel prætermissâ criminis pœnâ, dediscitur à peccatore justitia? *Non pura corpora quantò plus nutries, tantò magis lædes*: ait Hippocrates lib. 2. *Aphor.* 10. Videtur ingenio docili, posse obsequiis pertinaciam flecti: verùm frustratur vel solicitudo nimia, quia infirmior anima, quàm ægra corpora, quæ quidem eo magis læduntur, quo plus cibantur: etenim cùm pus criminis ferro debeat expelli, ac viribus recissionis; altiùs studiosè reconditur in abdita pectoris: etenim venena non evomuntur, ubi obsequiis ut plus valeant, in deteriora foventur. Filii hujus sæculi callidiores sunt filiis lucis, observant facies, & cordis inclinationes; ut vivant libere sine jure, ac sine lege, vigeat scelus; quippe omne fas nefasque illis tantummodò lusus. Deaurant abominabilia, deceptâ specie bonitatis innocentiâ; signaturque ut fatuitas supersedere, & scienter præterire. Si cognosci cognoscunt, cuncta defendunt, & cunctos falli, estò facta coram Sole, quibus miseratione indulgetur, ut scelus glisscendo augeatur: igitur ignorant justitiam, quippe illicò pro flagris inveniunt misericordiam.

Hyppoc.

Ignorat justitiam, qui invenit misericordiâ.

Artes iniquorum.

8 Pœnà tantùm sapiunt insipientes, etenim pro magistris non audiunt nisi dolores. *Castigasti me, & eruditus sum*: dicebat Ephraim. Vulneribus corporis, sanantur vulnera mentis. Abstinentia, qua languent pura corpora, est ægrorum medicina. Quò natura juvat, eò ducere oportet: & anima vulnerata magis mulcimine languet, & favore læditur; si in humanorum pravitate cibatur: igitur ampliùs uti cibum appetet crimen, cùm nullam ex abstinentia habeat mortificationem. Discitur juxta leges observanda justitia, ubi pro meritis iniqui infligitur pœna, quæ nanque irrogatur pro supplicio, & simul pro pravitatis remedio, ut dolor erudiat sine dolore latentes sceleratos, ac discant justitiam, & non contemnere divos: perperàmque erudientur, si minimè castigantur: etenim fiduciâ (frustrati medicaminis) impiæ miserationis; proterunt confringentes cuncta repagula juris, avidi novarum iniquitatum, ac criminum; quippequàm, estò læduntur, cibantur.

Jerem. 31. 18.

Vulneribus corporis sanantur vulnera mentis.

Foventur iniquitates, quæ vagantur impunes.

9 *Nec miremur* (ait Seneca lib. 7. *qq. natural.* cap. 30.) *tam tarde erui, quæ tam altè jacent.* Vivitur igitur veneno, ac innocuo læduntur præsitio cibo; & quia aluntur humorum pravitate, & quia valent vomicarum consuetudine: siquidem si ob sanitatem rumpuntur, commovent usque in desperationem febricitantium stomachum. Altè jacent, & nequaquàm eruentur, nisi usque ad vivum pungantur: non discitur justitia, prætermissa, sed præmissà criminis pœna: igitur causis causa adolescit delinquentis, impiâ clementiâ miserationis judicis, ac speciosо nomine quo fulget misericordia, in nova crimina fovetur audacia. Innuit Legislator Gloriosus Benedictus Pater. *Dirum magistri* (alloquitur Abbatem, cap. 2. *Regul. Sanct.*) *pium patris ostendat affectum.* Minime in pietate vertitur pietas, nisi versùs dociles: congruit pro pietate diritas animis dyscolis: tuncque claret viscеribus pater, dum fulget severitate magister; quoniam docebit iniquos Domini vias, si quibus potest viribus, flagris corripitur pravitas.

Senec.

Indulgentiæ cõfidentiâ, glisscis criminum audacia.

S. Bened.

Erit verè pater, qui filii judex.

10 Haud exulat à pectore misericordia, dum pro lege inseritur integritate justitia. Haud medicus respondet officio, si parcit vulneri, ut parcat ægro. Non est severitatis vultus legis, maximè ubi honestior iniquo videtur pertinacia, quàm pœnitentia. Vultus illius non odit, sed improbanda damnat: uti speculum rationis, nil præter id, de quo agitur, vigilanter spectat: facies securior, vox clarior, sermo liberior, cultus delicatior, advocatio ambitiosior, illustrior clementiæ favor; quippe misericordiæ genus, ut vulnera sanentur, apponere vulnus. *Dimittit sæpe* (infit Senec. lib. 1. de *Ira*, cap. 14.) *cujus peccatum deprehendit, si pœnitentia facti spem bonam pollicetur. Si intelligit, non*

In iniquitatem vulnus, clementiæ genus.

Senec.

ex

ex alto venire nequitiam. Dabit impunitatem, nec accipientibus nocituram, nec dantibus::: Hoc semper in omni animadversione servabit, ut sciat, alteram adhiberi, ut emendet malos; alteram, ut tollat. Cuncta Stoicus comprehendit, sed modum, in quo nonnunquàm salus, ignoravit: Benedictus ergo Pater cap. 27. ubi supr. præfigit: *Uti debet omnimodò ut sapiens medicus, immittere quasi occultos consolatores Senipetas, qui quasi secretè consolentur fratrem fluctuantem, & provocent eum in humilitatis satisfactionem.* Ille visceribus amoris cum larva severitatis: illi quasi compuncti, ut punctus incumbat pœnitentiæ. Ille quasi pronus in delinquentis supplicium; illi, ut cognoscat meritum, mulcentes asperum. Ille, ut doleat: illi, ut pigeat. Ille, ut adimplens legem: illi, ut judicem invocet misericordem. Ille, ut pœnà in cognitionem criminis cadat: illi, ut à culpa spe veniæ actutùm surgat, mistis justitiâ & misericordiâ, ne iteretur miserationibus culpa: etenim si indeficientem cogitat patris clementiam, in nova crimina altè fovebit audaciam.

Quando & quomodo prætermittenda pœnæ?

S. Bened.

Qui præsumit in judice misericordiam, facilè amplectitur culpam.

11 *Cùm feceris judicia tua in terra,* Isai. 26.9. *justitiam discent habitatores orbis*: dicit Isaias. Totus utique perhorrebit orbis vel scintillâ fulminis. Quanta homines iniqui formidabunt, si cœli columnæ tremunt? Verùm quare cùm Deus judicium fecerit, homo ex divino judicio justitiam discet? Deus quippe pius, longanimis & multùm misericors. Si plectit, citra condignum pœnam infligit: nonnunquàm vel corripiens misericordiam ostendit, ut malos corrigat, & ut auferat: membrum igitur putridum magnà clementiâ reciditur, ne pars sincera illæsæ carnis ab inficiente trahatur. Hujusmodi munus æmulari congruit hominibus, ut effrontes & incurvi obediant exactè legibus, tentatis cunctis in correctionem vitiorum, priusquàm virga perveniat in supplicium, an indoles in bona ducantur suaviter, vel inducantur fortiter. Judices aliquando, vario intuitu, titulo pietatis speciosò, quin cogitent tacitè iniquitates jubere, cùm non studeant toto conatu vitare; indulgent criminosis & parcunt sceleratis, concedentes impunitatem accipientibus, & dantibus; quoniam quantunvis creverit peccatum, occurret obvia indulgentia, & micabit patrocinium: & cum Deus judicaverit orbem, discet homo suppliciis servare erga malos æquitatem; quippe discet, quanta mala ex retractione suppliciorum fecerit, ubi Deus misericors præ cunctis manu gravi sceleratos punit.

Malos corripere, est opus misericordiæ.

12 Discet homo justitiam, quia erga iniquos respexit misericordiam; sese jurè patiente, quod debebant meritis sceleratis: igitur publicum malum, prætermittere crimina in Reipublicæ exterminium. Justitiam discet, quia justitiam telo misericordiæ vulneravit; equidem pœnam tollere albis visceribus cogitat, ubi Deus, vel offensis longanimis, manum aggravat. Nequit misericordia esse, à justitia deficere, neque spe indulgentiæ in scelera prolabi: igitur ex matre misericordia non oritur pœnitentia, quæ nihil remedii aufert, etiam dum pectus conniventiæ dolet: & cùm Deus de factis & infectis judices indicaverit, justitiam iniquà pietate qui judicaverit, discet; quoniam experietur per supplicia, quanta mala grassatorum ex fatua misericordia.

Publicum est malum.

Quantæ mala ex fatua misericordia.

13 Judicat Deus siccine judicantem, cùm appropinquat in mortem. Psaltes Deum misericordem invocat, & ita clamat: *Exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Quomodò intelligendum ly *Filiæ Sion*, diximus *Tom.* 2. T. 5. E. num. 12. In portis igitur civitatum tribunalia collocata in litium judicia, adstruunt hic Cajet. & Maluend. Modò auctoritati. Contraria sanè videntur: equidem si judicat Israël in portis filiæ Sion; haud exaltatur in morte, sed merito in tribunali: qua ergo lege de portis mortis exaltatur in portas civitatis? Qui est in portis mortis habetur ut moribundus judicio Dei, ut reddat rationem, proximus: & pro portis tribunalis, dicit aptè portas mortis; quippe in tribunali faceret judicium rectum, si cogitaret divinum sanè judicium. Haud ad libitum sententiæ, modò proximæ morti: propelleretque affectum, si judex cogitaret jamjam post judicium moriturum; & datum vellet, quod datum quasi in mortem propinquaret: videret utique jurium integritatem, statim reddendam esse rationem. Psal. 9.15.

Faciet judicium rectum, qui Dei cogitaverit judicium.

Et se morti proximum.

14 Ergo propositio. De portis profectò exaltatur mortis, ut judicet, in portas civitatis. Ex judicio Dei, quia ibi objecta, cognoscuntur omissa mala & commissa: & ut judicia respondeant juri, discussa proponit in divino tribunali; quia tunc videtur quanta mala com-

Ex divino tribunali cognoscitur malum ex omissione justitiæ.

commissa ex omissione justitiæ.

Plaut. *Vitia solicitos patronos habent.*

Inquit Plaut. in *Menæch.* Act. 4. scen. 2. vers. 11. Non in pœnitentiam, sed in pervicaciam remittunt culpam. Indulgent, ne ille tristetur, ille vel ille offendatur, quasi intromitteret pœnitudinem, qui ingerit intercessionem: ad mortemque revocandum judicium, quo impunis iniquitas peccatorum; quoniam cum Deus facit judicia in judicio juxta leges, discunt justitiam, qui fatui judices orbis.

Vitia sæpe cum patrono.

Genes. 2. 2. 15 *Requievit Deus die septimo ab universo opere quod patrarat.* Requievit, dum nihil ultra facere cogitavit. Die sexto, nihil ultra fecit, postquàm factus est homo: quare igitur non dicitur, requievisse die sexto? Hoccine infausto die homo deliquit, & judex quousque puniat, minimè quiescit. Die septimo jam extra paradisum exulaverat Adamus: restabat die sexto justitiæ commendabile opus: & post opus judex quiescit, quia transgressor pœnas luit. In ipsomet die quo ausus est divinum præceptum, emisit Adamum in exilium. Statim, ne indulgentiâ foveretur audacia, igitur impunitum tanti peccatoris crimen totum profectò macularet orbem. Informare satagebat Rempublicam, ut homines legibus studerent, & ex judicio facto justitiam discerent. Reos vocavit, objicienda proposuit, excusationes audivit, & post sententiam exilii utriusque, requievit: siquidem judex integer haud habet ultra, quod faciat; si delinquentem statim auditâ causâ castigat. Erudimini qui judicatis terram: excutite criminum ex misericordia causam: etenim indulgentia (ut carpit Juvenal. *Satyr.* 3. vers. 78.) Cap. 3. 24.

Judex quiescit, dum crimina punit.

Et pœnitentia illa, & criminosos expellit.

—*Dedit hanc contagio labem,*
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Unius scabie cadit.
Vuaque conspecta livorem ducit ab vua. Juvenal.



TAU-

TAUTOLOGIA DUODECIMA.

VECTES SEMPER ERUNT IN CIRCULIS, nec unquam extrahentur ab eis.

Exod. 25. vers. 15.

EXPOSITIO LITERÆ.



ULTUM Sanctuarii, seu Tabernaculi Fœderis priusquàm templum Domino extrueretur, solicitat Moyses, & juxta exemplar, quod illi in monte à Domino monstratum est. *Fideli & maximè Sacerdoti* (inquit Ambrosius lib. 2. *Officior.* cap. 21.) *hoc convenit, ornare Dei templum decore congruo, ut etiam hoc cultu aula Domini resplendeat.* Vel Ethnici Numinum cultui, & ædium sacrarum ornatui studiosè incumbebant, quasi nihil in honorem cogitarent corda, ni vel materia esset nobilior & præstantissima. Audi Ovid. lib. 1. *Fastor.* vers. 228.

Ambros. *Religionis solicitudo vel apud Ethnicos.*

Æra dabant olim: melius nunc omen in auro est,
Victaque concessit prisca moneta novæ.
Nos quoque templa juvant, quanvis antiqua probemus:
Aurea majestas convenit ipsa Deo.

Ovid.

Amplior in auro exhibetur honor, quia pretiositas exprimit excellentiam adorati Numinis, & puritatem adorantis pectoris, quod aptius Numini templum: aliàs ad quid polluto corde in delubris crispans aurum? Innuit Persius *Satyr.* 2. v. 69.

Pectus pollutum arguit templũ aureum.

Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum?
Nempè hoc quod Veneri dicatæ à virgine puppæ.
Quid damus id Superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messallæ lippa propago,
Compositum jus, fasque animi, sanctosque recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto?
Hoc cedo ut admoveam templis, & farre litabo.

Pers.

Nihil mirum in homine si hujusmodi vigeat propensio; ubi Templum Phœbo ab apibus & volucribus fabricatum refert Apollonius *lib. 6. cap.* 8. Quod confirmat Diodorus Siculus *lib.* 16. astruens, primum templum Oraculi Delphici ex lauri ramusculis ex Thessalia advectis, in modum speluncæ ab apibus & alitibus affabrè constructum fuisse: & ut magis luceret, imago Solis in crystallo perspicuà inclusa fuit à Caldæis: de quo vide Curt. in *Vit. Alexand.* lib. 3. cap. 3. Verùm procul este profani.

Templum Phœbi ab apibus constructum, & Solis imago in crystallo inclusa. Apollon. Q. Curt.

2 Inter alia, pulchrius opus (utpotè summitas & scopus cæterorum) sedes utique Dei, nimirùm Fœderis arca, in cujus propitiatorio locuturus Dominus Moysi: ad hujus onus portandum (igitur non plaustro, sed humeris Sacerdotum, ut dicitur *Numer.* 7. 9. astruitque Josephus lib. 3. *Antiq. Jud. cap.* 6.) instituta sunt hastilia portatoria, seu supportatoria, de quibus dicitur Moysi: *Facies quoque vectes de lignis setim, & operies eos auro, induceſque per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis.* Hæccine argumentum Tautologiæ. Constat ergo materia vectium (nimirùm ex ligno setim) qui quidem operti laminis aureis, sicut arca; ut per Sacerdotes commodè portaretur, uti factum profertur 1. Paral. 15. 15. ubi: *Tulerunt filii Levi arcam Dei, sicut præceperat Moyses juxta verbum Domini, humeris suis, in vectibus.* Fas non erat tangere vel ipsis Levitis, nisi involuta vasa Sanctuarii, ut dicitur *Numer.* 4. 15. Potiore igitur jure arca tangi nequibat: quapropter Oza extendens manum in eam à Do-

Exod. 25. 15.

Arca portabatur humeris Sacerdotum. 1. Paral.

mino percussus subitò interiit. 2.*Reg.*6.7.qui quidem licèt intuitu pietatis & religionis fecerit,temerarius dicitur ; & à Deo percussum arbitror, non tam propter contactum illo in articulo calcitrationis boum , quàm propter indecentiam portationis arcæ in plaustro contra legem,ut vidimus,& Josephus loc.cit. innuit : *Ex utroque longiore latere erant anuli aurei duo, totum lignum penetrantes , & per eos vectes aurati utrinque traiecti, ut quoties opus esset, transportari posset , neque à juvencis vehebatur, sed sacerdotum humeris transferebatur.* Ita etiam Rupertus *lib.*2. *cap.* 28. Theodoretus in *Reg.* quæst.20.& Hieronym. in *Tradit.Hebr.* lib. 1. *Paral.* cap. 13.

Vasa sacra tecta portabantur.

Joseph.

3 Priusquàm Tautologiam exponamus,in ampliorem expositionis claritatem,aliquas quæstiunculas referare atque illustrare, tametsi brevi, uti obiter,operæ pretium arbitror. Inquiri potest primò, An hujusmodi vectes essent in superiore, vel inferiore parte arcæ?Sub corona aurea undulatà per gyrum fuisse asserit hìc Abul.*q.*13.& Cajet. igitur ubi v.12. Vulgatus legit: *Quatuor circulos aureos,quos pones per quatuor arcæ angulos.*Hebr.*Dabis super quatuor angulos ejus*:quasi *super* partem superiorem signet,id- est,sub corona,quę cornix arcę:non in inferioribus partibus angulorum,juxta fundum thecæ,sed in summis juxta operculum arcæ.Etiam illustrari potest hujusmodi placitum ex positione anulorum mensæ panum facierum,de quibus v.26.ita præscribitur: *Quatuor quoque circulos aureos præparabis: subter coronam erunt circuli aurei , ut mittantur vectes per eos,& possit mensa portari.* Leonardus Marius,Alapide,Oleaster,Quintanilla lib.4.de *Arca Testam.*§.4.num.20. & alii plures, anulos collocant in pedibus arcæ, seu parte thecæ inferiore,juxta rotulas,seu sphærulas,quibus innitebatur arca; siquidem immediatè fundum arcæ haudquaquàm hærebat,dum locabatur,pavimento,nec tapetibus. Vide Villalpand.in cap.1.*Ezechiel.* & Alcazar in cap.4. *Apocal.* Constat ex Hebr.cujus lectio *Paghamotau*, vel *Paam* signat pedem : cui cogitatui astipulatur Versio communis nostra, dum describit anulorum mensæ situm; etenim vers. 26. dicitur: *Pones eos in quatuor angulis ejusdem mensæ super singulos pedes.*

Vers. 12. Hebr.

Vers. 26.

An vectes in coronice Arcæ , vel in pedibus?

4 Nil horum placet. Nec suprà,nec infrà erant affixi & fixi anuli,sed in medio arcæ:ita intelligendum est *Super*,& *Subter*; quia ut sæpe notavi, hujusmodi voculæ non significant superioritatem, neque inferioritatem in loco, sed proportionem, & proximitatem: quapropter accipiendæ sunt pro *Juxta* , vel *Ad* , vel *Per*. De *Super* diximus plura *Tom.*1. *Tautolog.*1. num.15. & *Tom.*2. *Taut.*11. num. 16. uti illud : *Stans super illam imperavit febri. Super ollas carnium. Super flumina Babylonis. Seraphim stabant super illum.* De *Subter* accipe alia: Genes.24.2. *Pone manum tuam subter femur meum*: ideſt, *ad, juxta* femur. Ita pariter cap. 35. 4. 8. *Infodit ea subter terebinthum. Debora sepulta est subter quercum.* 1. Reg.7. 11. *Usque ad locum , qui erat subter Bethchar.* Sic plura , de quibus propositò agemus *Tom. seq. Tautolog.* 6. ad illud Ezech.17. 6. *Radices ejus sub illa erant.* Haud secùs in hujusmodi lectione Hebræa,*Super angulos,Subter coronam*: ideſt,ad angulos , vel juxta angulos, & coronam. Quod claret Exod. 38. 4. ubi de arula altaris holocausti dicitur : *Craticulam in modum retis fecit æneam , & subpter eam in altaris medio arulam.* Ubi, ut vides, *Subter* signat medium, & non extremum infimum. Pariter ergo dissolvitur antilogia vers. 26. & 27. cap. 25. *Exod.* quibus jam in pedibus , jam sub cornice designantur loci anulorum mensæ panum. *Circulos aureos per singulos pedes : subter coronam erunt , ut mittantur , vectes per eos.* Quod quidem testimonium esset difficile , ni exponeretur medium inter cornicem & pedes. Imò patet ex loco signato anulis aureis,per quos inducendi vectes.*Circulos aureos* (dicitur vers. 12.) *quos pones per quatuor arcæ angulos. Per* non accipiendum est, nisi ut *Juxta*; quippe non in ipsis angulis hærebant circuli , sed juxta angulos arcæ ex utroque latere: aliàs ad quid latera signarentur,cùm illo situ tam respicerent arcæ latitudinem, quàm longitudinem, & usui vectium nequaquàm forent? Ita ut cogito,reperio descriptos & pictos anulos in Torniello & Aria Montano,licet in signatione laterum omninò dissentiant , ut num. seq. videbimus.

Super & Subter *pro* Juxta, Ad, &c.

Vectes Arcæ in medio extrinsecùs.

Vers. 26. 27.

Quomodò in pedibus Arcæ & sub corona?

5 Disquiritur secundò , An hujusmodi anuli ex auro solido essent in longitudine arcæ, an verò in latitudine? Josephus lib. 3. cap.6. *Antiq.Judaic.*Lyranus,Alap.Arias Montan. in *Noăn* , seu de *Arcæ fabrica* , & alii asserunt , armillas fuisse sitas in longiorum laterum plano. Rabb. Salomon in *Exod.* 25. Torniellus ad *ann.* 1544. num.73. Quintanill. loc. cit. num. 18. Bonfrerius , Cajetanus , Oleaster & alii quàm plurimi in latitudine arcæ designant:tum quia locum illorum textus vocat *Latera* vers.12.& Hebr. *Costas*; quæ vox omninò esset impropria, si longitudini aptaretur,uti si quis latera

An in latitudine Arcę, vel longitudine?

hominis ſignaret pectus & ſcapulas. Latera propriè dicuntur partes breviores. Deinde, quia arca vehebatur ſecundùm latitudinem, ita ut frons eſſet longitudo, & anterior
Cajetan. pars qua aperiebatur, vel aperire poterat: *Hoc ad dignitatem* (ſubdit Cajetanus) *ſpectabat, ne tanquàm oneraria theca, ſecundùm longitudinem portaretur.* Demùm, quia ita portabatur, ſicut collocata fuit in Tabernaculo, & poſt ſita in Salomonis templo: in utroque ergo loco facies longitudinis reſpiciebat contrà ſtantem, & Cherubim hinc & hinc. Clarè conſtat ex loco, qui nobis num. ſeqq. magnum nobis negotium faceſſet:
3. Regum. igitur 3. Reg. 8. 8. dicitur: *Cumque eminerent vectes, & apparerent ſummitates eorum foris Sanctuarium ante Oraculum, non apparebant ultrà extrinſecùs.* Si vectes eſſent in arcæ longitudine capita illorum versùs latera eſſent, non versùs oſtium & velum ante Sanctuarium, ubi apparebant ſummitates eorum. Quare capita perticarum rectè tendebantur in frontem Oraculi, quod minimè fieri quibat, ni ſitus illorum eſſet per arcæ minora latera, vel ſecundùm latitudinem, ubi ſtabant Cherubim.

6 Templum ergo Salomonis conſtabat tribus partibus. Atrio (in quo porticus pulcherrima & mirabilis ante faciem templi) quod dicebatur *veſtibulum* templi, ſeu
Quænam eſſent in atrio templi? *atrium Judæorum*, inter portam Sacram, & porticum Salomonis: ibi erat Altare holocauſti, Mare æneum ad dexteram, decem conchæ, quinque ad dexteram, & quinque ad ſiniſtram, ut lavarentur victimæ; quoniam mare tantùm erat in purificationem Sacerdotum: juxta altare holocauſti ſedes Regis, & etiam juxta porticum ſuggeſta Cantorum, ut dicitur 3. *Reg.* 6-2. *Paralip.* 4. & Torniellus, Salianus, Arias Montan. ubi ſupr. & Adrichomius in *Jeruſalem*, à n. 88. confirmant. Etiam conſtabat parte illa quæ dicebatur *Sanctum* ſeu ante Oraculum, in qua erat Altare Thymiamatis, ſeu Incenſi, Candelabrum aureum in meridiano latere, Menſa aurea panum Propoſitionis in aquilonari; & etiam fons aquæ perennis ex dextro templi latere ſcaturiens, cujus latices fluebant in mare æneum, & Conchas præfatas, & deinde per ſubterraneos eductę cana-
Quęnam in Sancto? les in torrentem Cedron. Vide præcit. AA. Ezech. 47. à v. 1. Joël. 3. 18. & Adricom. n. 83. Denique tertia pars templi dicebatur *Sanctum-Sanctorum*, ſive *Sancta-Sanctorum*, cujus materiam ſuperabat opus, utpotè cœlum Dei in terris. Hìc enim erat *Arca teſtamenti*, ſeu fœderis, uti fabricata à Moyſe, cum Propitiatorio, & Cherubim, quod
In Sancto-Sanctorum quæ? totum obumbrabant Cherubim ſtructi à Salomone de lignis olivarum, de quibus *Tautolog.* ſeqq. intra tabulatum viginti cubitorum longitudinis, latitudinis, & altitudinis, de quo infrà à n. 39. Pavimentum primò marmore, poſt lignis pretioſis abiegenis, deinde laminis auri ſtratum fulgebat. Parietes de politis ſpecularibus facti lapidibus, cedrinis veſtiti tabulis, laminis etiam operti aureis (quæ clavis etiam auri figebantur) auguſtè rutilabant: maximè quia in illis inſertæ gemmæ, lapilli pretioſiores, ſculptique Che-
Species pretioſitas, & pulchritudo Sancti-Sanctorum. rubim, palmæ, flores, cælaturæque variæ, & anaglypha prominentia (Hiſpan. *De medio relieve*) majeſtate, opere, pretioſitate, decore, majeſtatem habitatoris oſtendentibus. Tectum laquearibus cedrinis, veſtitis laminis aureis, varietate mirificà decoratum, quaſi cœlum illius cœli. Aptiùs quàm Manilius lib. 1. *Aſtronom.* cap. 6. & 7. v. 4. & 49. videns omnia auro fluctuare, poſſum dicere:

Manil.
Linea deſignat ſpecies, atque ignibus ignes
Reſpondent, media extremis, atque ultima ſummis.
Hæc igitur texunt æquali ſidera tractu,
Ignibus in varias cœlum laqueantia formas.

Opus laqueatum apud Priſcos habitum magni. Vernaculè: *Arteſonado.* Euripides in *Bacch.* v. 1211. & Ovid. 2. *Faſtor.* v. 313.

Eurip. Ovid.
Ex ædibus compactarum ſcalarum gradus,
Ut clavis affigat ſculptis laquearibus caput hoc leonis.
Antra ſubit tofis laqueata & pumice vivo.
Summa lacunabant alterno murice conchæ.

Iterat lib. 8. *Metamorph.* fab. 5. & Horatius lib. 2. *Carm.* Od. 18. v. 2. Virgilius lib. 8. *Æneid.* v. 25. & Perſius *Satyr.* 3. v. 40.

Horat. Virgil. Perſ.
Meà renidet in domo lacunar.
——Summique ferit laquearia tecti.
Auratis pendens laquearibus enſis.

Plinius lib. 33. cap. 3. *Laquearia* (ait) *quæ nunc & in privatis domibus auro teguntur, poſt Carthaginem everſam primo inaurata ſunt in Capitolio*, &c. Vide Iſidorum lib. 15. *Etymol.* cap. 8. & *lib.* 19. *cap.* 12. Cicer. lib. 5. *Tuſc. qq.* & lib. 1. de *Legib.* Tit. Liv. *lib.* 5. *deciſ.*

*decis.*1. Caſiod.*lib.6.Epiſt.*21. La-Cerda in 1.*Æneid.*v.730.n.7.& Sil.Ital.*lib.*7.v.145. Quinimò ut clareat quanta pulchritudo, non ſolùm ſub Salomone, ſed etiam ſub Herode Magno : *In ſummo* templum *aureis verubus horrebat acutiſsimis, ne ab inſidentibus avibus polluueretur*: ait Joſephus lib.6.de *Bell.Judaic.* cap.6. Quæ operis ſummitas etiam ab Ethnicis ſummo conamine deſiderata. Ita Jon apud Euripidem habitans incognitus in templo Delphico, v. 106. & 156.

Tecti pretio ſitas.

Joſeph.

Greges avium, quæ ledunt ſacra donaria,
Sagittis meis fugabimus.
Edico ne appropietis pinnis, neque in aureas ſedes
Veniatis: feriam vos telis.

In porta ad Oraculum dividente Sanctum à Sancto-Sanctorum,expanſum erat velum illud,quod in morte Chriſti Servatoris N.ſciſſum,mundi reverà miraculum: *Velum* (infit idem ibid.) *Babylonium hyacintho, & byſſo, & cocco, & purpurâ variatum, mirabili opere factum,neque contemplationis expers colorum permiſtione ſed velut omnium rerum imaginem præferens:::.eratque in eo præſcripta omnis cœli ratio.* Hæc neceſſariò præmiſſa ſunt in textum,quem difficiliorem hucuſque non inveni: verùm meditanter re examinatâ, difficultatem,confuſionem,obſcuritatemque arbitror ſanè potiùs ortas à placitis Interpretum, quàm ex acclivitate teſtimoniorum.

Veli antè Oraculum.

Idem.

7 Collocatâ igitur arcâ fœderis cum vectibus (qui extrahi ab illa lege nequibant, ut videbimus) in templo Salomonis,& fabricatis duobus Cherubim,decem cubitorum altitudinis,cum duabus alis,quarum ſingulæ quinque cubitos habebant, una tangente parietem,& alterâ obumbrante arcam,propitiatorium,Cherubim Moyſis,& arcæ vectes,3. Reg.8. v.7. & 8. dicitur : *Cherubim expandebant alas ſuper locum arcæ, & protegebant arcam, & vectes ejus deſuper : cùmque eminerent vectes, & apparerent ſummitates eorum foris Sanctuarium ante Oraculum, non apparebant ultrà extrinſecùs.* Ecce Achilles torquens DD. ingenia. Quomodò vectes arcæ non apparebant, cùm apparerent?

Cherubim.

3. Reg. 8. 8.

8 Rabb. Salomon apud Lyram hìc ita cogitat : *Vectes tranſibant per latitudinem arcæ, ita quòd longitudo arcæ erat inter vectes, & ſic capita vectium erant contra cortinam pendentem in ingreſſu Sanctuarii, & aliquantulùm eam impellebant, & ſic apparebant ibi, ſicut duæ mamillæ mulieris ſub veſte, ideo dicitur Cantic.* 1. *Inter ubera mea commorabitur : & propter hoc ſubditur. Non apparebant ultrà extrinſecùs, quia dicta cortina erat intermedia, & ſic non apparebant corpora vectium,ſed tantùm figura.* Deſipit:ſed non ita ut autumant aliqui. In templo Salomonis nequibat nec figura quidem vectium videri,tùm quia primò erat murus & portæ,poſtque velum dividens Sanctum ab Oraculo: tùm quia Oraculum erat viginti cubitorum,quo ſpatio percommodè arca collocari poterat:tùm quoniam latitudo æqualis cum longitudine & altitudine:modò ſi latitudo non ſolùm arcam duorum cubitorum & ſemis,Cherubim aureos, ſed & olagineos quinque cubitorum capiebat; potiore jure caperet, & ſpatioſiùs arcam ſecundùm latitudinem cubiti unius & ſemis,cum vectibus, qui nequibant extendi ultrà ſymmetriam arcæ.Denique,quippe Cherubim ex lignis olivarum,ut vidimus in texto, *protegebant*,ideſt,tegebant *arcam & vectes ejus deſuper*. Perperàm per velum oſtendi poterat figura capitum vectium,ſi Cherubim intra Sancta-Sanctorum etiam vectes tegebant. Nec extrinſecùs,nec intrinſecùs quibant videri, uti obumbrata & tecta capita vectium ab alis Cherubim.Si Cherubim non apparebant,qui proximiores velo,quomodò vectes qui ſub illorum alis?

Rab. Salomon.

Quomodò vectes Arcæ non apparebant, cum apparerent?

9 Mariana, Doctiſ. Sanctius (nunquàm alibi hìc dormitabit Homerus) Lyra,Saa, Pagninus,Menochius,Haye,& alii plures arbitrantur, vectes, eſtò non ab arca fuerint amoti, aliquantulùm extractos in portam Oraculi verſùs Sanctum,ut arca jungeretur parieti,& commodiùs auguſtiùſque collocaretur:quare,licèt qui longè eſſent in ſecunda templi parte,vel in atrio,videre non poſſent capita vectium;nihilominùs tamen,qui in Sancto erant,figuram illorum,uti ubera in velamine, vel per rimulam velaminis & parietis videre poterant vectium capita, ſtudiò, ut arca parieti propiùs jungeretur, prolongata. Aſtrui poteſt ex 2. Paralip. 5. 9. ubi : *Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululùm longiores erant, capita parebant ante Oraculum : ſi verò quis paululùm fuiſſet extrinſecùs,eos videre non poterat.* Aſtipulantur Verſiones.Heb.*Et fecerunt elongare vectes, & fuerunt viſa capita vectium ex ſanctuario ante Devir, & non videbantur foris.* Septuag. Rom. *Eminere faciebant ſanctificata, & inſpiciebantur capita ſanc-*

An Arca pāri rieti Oraculi admota?

2.Para.. 5. 9.

Hebr.

Septuag.

Syr. Pagn. *sanctificatorum è sanctuario usque ad templi frontem.* Syr. *Porrò vectes longè erant, adeoque respiciebantur vertices vectium è sanctuario usque ad templi frontem.* Pagnin. *Elongare fecerunt vectes & apparebant capita vectium è sanctitate.* Eadem Maluenda.

An vectes Arcæ aliquando moti? Unde patet vectes arcæ licèt non omninò extractos, saltèm à fronte versùs Sanctum aliquantulùm protractos fuisse & productos, quod quàm longè à veritate sit, clarebit modò, maximè cùm vectes arcæ ad distinctionem aliorum vectium immobiles essent, imò fixi, uti videbimus num. 34.

10 In Scriptura sæpe invenimus Hysterologiam, quo schemate priùs signatur quod posterius est, & aliquando dicitur Prolepsis, seu anticipatio. Egimus latè *Tom. 2. Taut. 9. num. 9.* ibi exempla scrutare, & accipe alia, si non vis ibi. Psal. 23. 5. *Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo, &c.* ideſt, gloriam & gratiam: priùs debebat exprimere Psaltes gratiam, quàm gloriam; cùm Deus primò miserendo justificet, postque benedicendo coronet. Psalm. 31. 9. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*: hoc est, nolite fieri sine intellectu, sicut sunt equus & mulus. Apud Profanos etiam in usu est. Virgil. *Æneid.* lib. 1. v. 183. & lib. 3 vers. 662.

Hysterologia vel Prolepsis in Script.

Virgil.

——Fruges que receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
Post quàm altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.

Priùs veniendum est ad mare, quàm in altum solvas navem: & etiam priùs grana frugum frangenda molà, quàm igni torrenda. Plautus quoque in *Persa*, Act. 4. scen. 3. v. 3. Prolepsi utitur. Hac igitur figura interdùm in priore sententia intelligitur causa, & in posteriore materia: & aliquando in priore effectus, & in posteriore causa; maximè si aliqua particula expositiva, v. g. *Utpotè, quia, siquidem*, exprimitur cogitatio, sicut effectus signatur per *Ideò, iccircò, quapropter, hinc*, &c.

11 Modò proclivè intelligetur præfata auctoritas: equidem multoties sacra faciliùs explicantur, dum accipiuntur simpliciùs, quàm ingeniosiùs. *Sacerdotes intulerunt arcam fœderis Domini in locum suum, in Oraculum templi in Sanctum-Sanctorum, subter alas Cherubim: siquidem Cherubim expandebant alas suas super locum arcæ, & protegebant arcam & vectes ejus desuper: cùmque eminerent vectes, & apparerent summitates eorum foris Sanctuarium ante Oraculum, non apparebant ultrà extrinsecus.* Hysterologià sensus planus. Vectes longiores erant arcà, ut patet in vectibus, & sudibus, aut perticis, phalangis, vel fustibus cujusvis sellæ, vel thensarum, quibus ab hominibus humeris portantur imagines: Hispan. *Varas*, vel *Barras*. Hæc erat eminentia vectium, qui (utpotè supportatoria) longiores debebant esse quàm arca, quorum summitates, vel capita in fronte ad Sancti portam magis quàm arca accedebant, sicut capita posteriora propiora parieti Sancti-Sanctorum erant: igitur ab arca, non ab Oraculo eminebant. Unde sensus testimonii est: Collocatà arcà subter alas Cherubim, *cùm* necessariò, quia longiores arcà, *eminerent vectes*, & *apparent summitates eorum* (quibus humeri Sacerdotum supponebantur, cùm arca portaretur) *foris sanctuarium ante Oraculum*, ideſt, versùs portam, quà Summus Sacerdos ingrediebatur in Sancta-Sanctorum, *non apparebant ultrà extrinsecùs*; *siquidem Cherubim expandebant alas suas super locum arcæ, & protegebant arcam & vectes ejus desuper.* Cherubim Moysis stantes in lateribus arcæ alis struebant sedem Dei, cujus scabellum erat propitiatorium: vectes verò patebant. Verùm Cherubim Salomonis, cùm quilibet esset decem cubitorum, & alæ singulæ cubitorum quinque, non solùm tegebant arcam, sed etiam ejus vectes: diciturque *Non apparebant ultrà extrinsecùs*; quoniam vectium capita intrinsecùs, ideſt versùs parietem, nunquàm (quippe introrsùm producti) quibant videri. Consule Torniell. *ann.* 1544. num. 64.

1. Reg. 8. 7. 8.

Primò.

Vectes sine velo, extrinsecùs poterant videri.

12 His intelliges etiam Versiones. Quare, dum dicitur *Vectes elongari*, non intelligendum est activè, quasi aliquantulùm vectes versùs portam extendissent; sed quòd vectes extensi erant, vel magis producti versùs Sanctum quàm arca, quippe necessariò longiores illa. Vel si mavis, non intelligas de situ vectium in templo, sed de illorum situ in Tabernaculo; quatenùs hìc exprimatur discrimen positionis illorum. Sanctum-Sanctorum structum à Moyse in deserto duplo angustius erat Spatio Sancti-Sanctorum fabricati à Salomone, ut constat ex Josepho lib. 3. cap. 5. *Antiq.* Quare Rabb. Salomoni placuit, capita vectium estò velata, quasi ubera per vestem videri in Tabernaculo Moysis à stantibus in parte secunda templi, nimirùm in Sancto; igitur spatium illud

Activa vox pro neutra in Script.

haud

haud perfectè capere poterat longitudinem arcæ, & simul vectium; sed vectium capita prominebant aliquantulùm impellentia velum, sub velo licèt: cæterùm in Oraculo quod ad situm arcæ & vectium fecit Salomon, utpote viginti cubitorum, nullo modo vectium extremitates videri poterant: tùm quia distabant à pariete, portà & velo; cùm, quippe immediatum licèt esset velum, Cherubim alis obumbrabant arcam & vectes. Hinc textum ita expones: *Cherubim expandebant alas suas super locum arcæ, & protegebant arcam & vectes ejus desuper*: *cùmque* (pridem, ideſt, in tabernaculo Moysis) *eminerent vectes, & apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante Oraculum*; in templo Salomonis *non apparebant ultrà extrinsecùs: qui & fuerunt ibi* (ideſt, sic) *usque in præsentem diem.* *Differentia spatii Oraculi in templo & in tabernaculo.* *Secundò.* Ibi *pro* Sic.

13 Patet jam diversus situs vectium in Templo, præut erant in Tabernaculo. Hìc videbantur foris, seu apparebant aliquantillùm extra Sancta-Sanctorum, quippe spatium tantùm erat cubitorum decem; in templo ergo Salomonis cùm spatium esset viginti cubitorum, nullo modo extra Oraculum videri quibant capita vectium. Describitur igitur quàm augustè arca sederit vel ratione loci: siquidem vectes qui à fortiori longiores arcà, non elongati sunt versùs velum, sed propter spatium capacius, longè erant à velo: ita ut nullo modo videri, vel apparere per velum possent, cùm pridem apparerent intra velum propter loci angustias in Tabernaculo Moysis. Astruit cogitationem locus qui ex *Paral.* videbatur sententiæ oppositæ perspicuè favere. *Vectium quibus portabatur arca, quia paululùm longiores erant, capita parebant ante Oraculum* (in tabernaculo Moysis) *si verò quis paululùm fuisset extrinsecùs, eos videre non poterat*: Si propè erat in Sancto, illa distinguere poterat extendi aliquantùm cum velo extra Sancta-Sanctorum: qui verò non ita proximus, licèt eminerent paululùm versùs Sanctum, nequibat distinguere visu extuberantiam vectium. Aliter sanè in templo Salomonis: equidem cum vectes longè essent à velo, ita latebant cominùs in Sancto introspicientes, uti longè stantes: & quia longum interstitium inter vectes & velum, & quia licèt nullum esset, ut dicitur ibid. v. anteced. *ita* collocata fuit arca, *ut Cherubim expanderent alas suas super locum, in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis.* Patet etiam ad Versiones, quæ eodem sensu exponi debent. Aliam expositionem ostendam, & congruam num. 36. *Etiam vectium positio diversa.* *Tertiò.* 1. Paral. 5. 9. *Quartò.*

14 Claret quoque quo intuitu dixerim priorem sententiam aliquando causam, aliquando effectum significare in Prolepsi, seu Hysterologia, & quo pacto vectes arcæ qui apparebant, non apparebant. Signatur differentia situs ratione angustiæ, & extensionis loci in Tabernaculo & Templo, cujus discrimine vectes qui pridem eminentes extra Sancta-Sanctorum, aliquatenùs versùs Sanctum apparebant, *non apparebant ultrà extrinsecùs*, vel extrorsùm: *siquidem Cherubim* (ecce causalis, quæ posteriore loco apponenda erat, ut clarè constaret sensus, & per Prolepsim prior exponitur) *expandebant alas suas, & protegebant arcam & vectes ejus, &c.* Modò expedità quæstione, ad Tautologiæ expositionem sine anfractibus accedamus. *Prolepsis in Script.*

15 Expressa formà, & etiam materià vectium, cum situ illorum, de modo situs loquitur Dominus; igitur subdit: *Semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Firmitas sententiæ per Epitasim describitur, quæ eleganter signatur negatione positivi contrarii in prima antecedente proximè sententiâ affirmatione expressi, ut sæpe aliàs: Deuter. 33. 6. *Vivat Ruben, non moriatur.* Judic. 14. 16. *Odisti me & non diligis.* 1. Reg. 1. 11. *Recordatus, nec oblitus.* 3. Reg. 3. 27. *Non prophetat mihi bonum, sed malum.* Jerem. 6. 23. *Crudelis est, & non miserebitur.* Ibid. cap. 18. 17. *Dorsum & non faciem ostendam.* Joann. 8. 29. *Qui misit me mecum est, & non reliquit me solum.* 1. Joann. 2. 27. *Verum est, & non est mendacium.* Etiam apud Ethnicos: Plautus in *Milite*, Act. 4. scen. 2. vers. 11. *Lautè & minimè sordidè.* In *Captiv. Prolog.* vers. 2. *Hi stant ambo, non sedent.* In *Curcul.* Act. 4. scen. 4. v. 1. Exod. 25. 15. *Sententia per affirmationem, & negationem oppositi.*

Cui homini Dii sunt propitii, ei non esse iratos puto. Plaut.

In *Epidic.* Act. 2. scen. 2. vers. 87. *Sicut cras hìc aderit, hodie non venit.* In *Mercat.* Act. 2. scen. 4. vers. 3. *Cur ergo vivo? Cur non morior?* Vide plura & pulchra apud Muretum lib. 14. *Var. lect.* cap. 5. Gruterum in *Florilegio Ethicopolitico*, fol. 680. & Quintil. *lib. 5. cap.* 10. Hæccine apposui, ut his testimoniis illustretur prima expositio Pleonasmi, intelligendo negationem subsequentem esse explicativam periodi prioris. Quare *Nec, Non, Minimè*, &c. exponuntur pro *Ideſt, Nempè, Nimirùm*, &c. Q. d. *Vectes erunt in circulis nec* (ideſt, nullo modò, nec causâ, aut eventu) *extrahentur ab eis. Vivat* *Expositio prima.* Nec *pro* Ideſt.

vat Ruben, non (nequaquàm) *moriatur.* Ita cætera tam profana, quàm ſacra. In eâdem materia dicitur Job. 41. 8. *Una alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquàm ſeparabuntur*: ubi & neceſſariò intelligendum eſt pro *Ideſt.*

Prima expoſitio exergaſicè, ſeu exegetice.

16 Si per Epitaſim, aut exaggerationem, ut altiùs & firmiùs ſedeat animi in animo ſententia, exponere libet; quis ſanè, ſi intellexeris per illud *Nec* relativum. Quod quàm congruè, conſtabit ex dicendis num. 34. tuncque ſenſus erit: *Vectes erunt in circulis, nec* (qui quidem nullo pacto) *unquàm extrahentur ab eis.* Multa ſunt exempla in Scriptura. Pſalm. 10. 4. *Dominus in cœlo ſedes ejus*: ubi neceſſariò intelligendum eſt relativum. Q. d. *Cujus in cœlo ſedes*: *Cui cœlum ſedes eſt*: *Qui habet ſedem in cœlo.* Iſai. 33. 24. *Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas*: ideſt, à quo populo iniquitas auferetur. Ezech. 33. 2. *Terra cùm induxero ſuper eam gladium*: hoc eſt, ſuper quam induxero gladium. Iſai. 3. 26. *Lugebunt portæ ejus*: nimirùm, cujus portæ lugebunt, ſcindentur. Geneſ. 5. 1. *Creavit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei creavit illum*: ubi *Dei* pro relativo ponitur, & ſenſus eſt: Creavit Deus hominem, qui etiam ad ſuam ſimilitudinem illum creavit: vel hominem, qui ad ejus ſimilitudinem creatus eſt. Vide num. 18.

Negatio pro relativo.

Etiam nomen.

Secunda expoſitio.

17 Ex quo oritur duplex modus, in cujus intelligentia congruit eſſe, qui Scripturarum ſtudioſus. Primus eſt, ſæpe in Bibliis inveniri nominativum abſolutè poſitum. Iſai. 11. 10. *In die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum*, &c. Quid? Abſolutè ponitur hujuſmodi nominativus, cujus auctoritatis ſenſus eſt: *Radicem Jeſſe, quæ ſtat in ſignum populorum* (de generis mutatione & varietate plura diximus hìc *Tautolog.* 9. à num. 37.) *ipſam gentes deprecabuntur*, &c. Cap. 21. 5. *Comedentes & bibentes, ſurgite principes, arripite clypeum*: ideſt, comedentibus & bibentibus regibus Babylonis, ſurgite principes Perſarum & Medorum. 3. Reg. 6. 12. *Domus iſta, quam ædificas, ſi ambulaveris in præceptis meis, firmabo ſermonem meum tibi.* Iſai. 40. 3. *Vox clamantis in deſerto*: & Jerem. 51. 54. *Vox clamoris de Babylone*: ſine verbo abſolutè ponuntur: & idem videtur in teſtimoniis allatis num. anteced. Oritur hujuſmodi ſtylus in translatione Vulgat. ex ſtylo Hebræo. Geneſ. 27. 34. ubi Vulgatus: *Benedic etiam & mihi pater mi.* Hebr. *Benedic & ego mihi pater mi.* 1. Reg. 25. 24. *In me ſit domine mi hæc iniquitas*: Hebr. *In me ego domine mi iniquitas.* Geneſ. 24. 27. *Recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.* Hebr. *Ego in via deduxit me.* Pſalm. 40. 13. *Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti.* Hebr. *Ego propter innocentiam ſuſcepit me.* Eccle. 2. 15. *Unus & ſtulti & meus occaſus erit.* Hebr. *Qualis eſt eventus ſtulti, etiam ego eveniet mihi.* Denique Zachar. 7. 5. *Nunquid jejunium jejunaſtis mihi?* Hebr. *Mihi ego?* Non ſolùm Hebraiſmus eſt, ſed etiam Helleniſmus, ſeu Græciſmus & in noſtro Vulgato. 1. Joan. 2. 27. *Et vos unctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis.* Pariter ad Epheſ. 3. 1. *Ego Paulus vinctus Chriſti Jeſu, pro vobis gentibus, ſi tamen audiſtis*, &c. ubi *Ego Paulus*, & *Vos* in teſtimonio Joannis abſolutè ponuntur. Etiam apud Latinos Virgilius lib. 1. *Æneid.* verſ. 139. Ovid. *Metam.* lib. 6. fab. 3. & lib. 13. fab. 1.

In Script. aliquando nominativus abſolutè poſitus.

Eſt Hebraiſmus.

Etiam Græciſmus.

Uſitatum etiam apud Latinos.

Quos ego, ſed præſtat motos componere fluctus.
Hoſpita in terris erras, ego, dixit, in undis.
Quid? Quòd me duri fugientem munera belli, &c.
Cur non arma capit? Quid, quòd & ipſe fugit.

Virgil. Ovid.

Aptiùs in *Epiſtol.* Laodamiæ, ſive 13. in *Heroid.* diſtich. penult. & alibi floridè:

Sive quòd (heu timeo!) ſive ſuperſtes eris.

Idem.

Sumpſere cuncti ex Priſcis. Plaut. in *Amphitr.* Act. 1. ſcen. 2. v. 22. *Cui ego jam hoc ſcipione.* Et Terentius in *Andr.* Act. 1. ſcen. 1. v. 55. & 85.

Plaut.

Ego ne illam? Quæ illam? Quæ me? Quæ non.
Ego met continuò mecum.

Terent.

Ideſt, volvebam. Etiam Cicer. 1. *Philipp.* ait: *Tu iſtud nunc audes dicere, qui nuper alienæ domus. Non auſim dicere.* Ab Euripid. uſurpatur quoque. In *Alceſt.* verſ. 402. (quod iterat in *Oreſte* à verſ. 816. ſicut Plaut. in *Perſ.* Act. 1. ſcen. 3. verſ. 64.) *Ego te* (ait) *ego mater!* Ejuſmodi ſchema dicitur *Apoſiopeſis*, ſeu *Eclipſis.*

Eurip.

18 In Scriptura invenitur frequenter. Luc. 19. 42. *Si cognoviſſes & tu, & quidem in hac die.* Pſalm. 6. 4. *Anima mea turbata eſt valdè: ſed tu Domine uſquequò?* Ezech. 20. 39. *Si in hoc non audieritis me*, &c. Quid? Subintelligitur, *puniam vos.* Sic exponendum illud Act. 8. 7. *Multi eorum qui habebant ſpiritus immundos, clamantes voce magna exibant.* Hæc figura dicitur: *Antiptoſis.* Unde ſenſus: Ex his qui habebant ſpi-

Apoſiopeſis, Eclipſis, & Antiptoſis in Script. Act. 8. 7.

ſpiritus immundos, multi exhibant clamantes voce magna. Caſus patrius pro ablativo, quod quidem ſapit Græciſmum, ut 1. Cor. 13. 13. *Major autem horum eſt charitas.* Joann. 14. 12. *Majora horum faciet.* Eccli. 1. 4. *Prior omnium creata eſt ſapientia.* Hebr. 6. 16. *Homines per majorem ſui jurant.* Daniel. 13. 4. *Eò quòd eſſet honorabilior omnium.* Quibus in loc. *Horum* pro his, *Sui*, pro ſe, *Omnium* pro omnibus intelligendum eſt, more Græco: ſiquidem in comparativis, ſicut nos ablativo, utuntur patrio caſu, & econtrà in ſuperlativis, quibus nos genitivo, illi caſu ultimo. Utrumque videris *Matth.* 13. 32. ubi de grano ſinapis: *Quod minimum eſt omnibus ſeminibus* (pro *omnium ſeminum*) *majus eſt omnibus oleribus.* Græc. *omnium olerum.* Quid ergo dicent UVitackerus & Hunnius carpentes Lucam de Helleniſmo *Multi, qui habebant ſpiritus, exhibant?* Intelligant *Eorum* pro *Eis*, ac in Vulg. non audeant, proferentes in notulis pro eruditione meditatam inſipientiam. Sic alia, maximè dum intervenit particula *Si*, de quo Nos aliàs. Haud ſecùs interdùm antecedens omittitur, & nunc pronomen adjectivum non habet ad quod referatur. Iſai. loc. cit. *Ipſum gentes deprecabuntur:* ideſt, quem. Ibid. cap. 21. 2. *Omnem gemitum ejus ceſſare feci. Ejus* pro *Cujus.* Pſal. 86. 2. *Fundamenta ejus in montibus ſanctis.* Thren. 3. 1. *In virga indignationis ejus.* Joann. 20. 15. *Si tu ſuſtuliſti eum.* Sic alia, ſicut econtrà iteratur antecedens pro nomine adjectivo. Deuter. 9. 10. *Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei: Dei* pro digito ſuo, vel ejus. Numer. 12. 6. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini. Domini*, hoc eſt, meus. Daniel. 2. 27. *Myſterium, quod rex interrogat, ſapientes, magi, arioli, & aruſpices nequeunt indicare regi: Regi*, pro illi. Demum ubi Zachar. 7. 7. Vulg. *Nunquid non ſunt verba, quæ locutus eſt Dominus, &c.* Hebr. *quæ locutus ſum ego mea.*

In qua interdùm antecedens omittitur, & interdùm pro relativo iteratur.

19 Jam locus ſine obice ad alia ſacra loca, ſiquidem hac regulà facilè intelligitur. Apocal. *Et quæ ſunt in mari, & quæ in eo*: ideſt, etiam quæ erant in mari. Et Zachar. *Habitabitur Jeruſalem rursùs in loco ſuo in Jeruſalem.* Quo ſtylo uſus eſt. Tit. Liv. *lib.* 24. dicens: *Romæ quoque, in ipſa urbe.* Ubi, ut vides, pro relativo geminatur nomen. Q. d. Quanvis deſolata eſt, rursùs ædificabitur, inſtaurabitur, & habitabitur ita regiè ſicut antiquitùs, vel ut par eſt Jeruſalem habitari. Jam non vocabitur ampliùs deſolata, ſed ut priùs erat, urbs perfecti decoris, gaudium univerſæ terræ. Ideo Septuag. legunt: *Habitabitur Jeruſalem adhuc in ſe ipſa.* Et placebit Domino ſacrificium Juda, & Jeruſalem, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui; igitur ut ait Aggæus 2. 10. *Magna erit gloria domus iſtius noviſsimæ pluſquàm primæ, dicit Dominus.* Illa quæ videbatur extincta, excitabitur è pulvere ad ampliorem venuſtatem, & inæmulabilem ſplendorem. Illa civitas illa non erat, ſed habitabitur adhuc in ſeipſa: Jeruſalem in Jeruſalem; quippequàm, quæ utpotè calcata à gentibus, nec ſpeciem ſui habebat; florebit decore, reſtitutà opulentià cum pulchritudine uberi. Modus frequens eſt loquendi; uti ſi diceremus: Hiſpania non eſt Hiſpania, verùm erit Hiſpania, connotatione ſtatus, quo jacet, vel quo floret. Ideo Chald. *Proſperabitur Jeruſalem.* Eodem ſenſu de Roma Martialis lib. *Spectacul.* Epigr. 2. in Cæſar. Domitian. blandimen, ſuccinit:

Apocal. 5. 13. Zachar. 12. 6. Tit. Liv. Septuag. *Ab ſtatu interdùm ſumitur exiſtentia rei.* Chald.

Reddita ſibi Roma eſt, & ſunt te præſide Ceſar,
Deliciæ populi, quæ fuerant domini.

Iterat acumen lib. 5. *Epigr.* 7. & lib. 7. *Epigr.* 60.

Taliter exuta eſt veterem nova Roma ſenectam,
Et ſumpſit vultus præſidis ipſa ſui.
Juſsiſti tenues, Germanice, creſcere vicos,
Et modò quæ fecerat ſemita, facta via eſt.
Nunc Roma eſt.

Martial. Idem.

Virgilius *Eclog.* 4. verſ. 6.

Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna, &c.

Plautus in *Menæch.* Act. 3. ſcen. 2. verſ. 6.

Non herclè is ſum qui ſum.

Virgil. Plaut.

Vide Petrum Victorium lib. 7. *Var. lect.* cap. 20. Aliqui ad ſenſum myſticum referunt, ut Rupertus, Theodoretus, Ribera, & alii; quia pulchritudo civitatis per Chriſtum & Apoſtolos: ſicut cùm præcipitur vectes non extrahi ab arca, dicunt indicare nunquàm ſacerdotes eſſe liberos ab onere. Verùm hoc importunum literæ.

20 Dubium eſt, quando hæc facta? Virtute Machabæorum donatam ſplendore

priſ-

prisco arbitrantur Sanctius & Alapide hìc:cæterùm venià illorum inveniam in Scriptura quando facta,& etiam germanam loci expositionem.A Machabæis restituta est religio, & mundatum templum, & eodem die, tertio post anno, quo pollutum à Rege Anthiocho, ut dicitur 1. *Machab.* 4. 54. & Nos alibi memoriam faciemus, haudquaquàm fundatum ab illis est templum, seu urbs. Hoc totum intelligendum est de filiis transmigrationis in Jerusalem è Babylonia subEsdra,à quibus collocatum est altare,& structa reliqua ad templi & civitatis formam,& in eodem loco,quo priùs fuerunt priora. Quare Josephus lib. 11. *Antiq.* cap. 4. ait: *Dimissis circum oppida nunciis è tota regione populum Hierosolyma convocaverunt,cupidè ad mandatum eorum convenientem,& ædificaverunt altare, in quo priùs fuerat loco.* Idem Sanctius in 3. *Reg.* 6. num. 32. De Altari patet, de Templo in eodem loco restaurato constat 1.Esdr.2.68. *In domum Dei ad extruendam eam in loco suo.* Idem cap. 5. 15-6. 7. sed eâdem phrasi qua Tautologia vers. 5. ubi dicitur: *In Jerusalem in locum suum.* Quo claret, quòd ly *Jerusalem* habitabitur *in loco suo in Jerusalem*, idem sit, ac Non solùm restaurabitur Jerusalem, sed etiam in eodem ipso loco,in quo priùs fuerat.Ita Hebr.*Sub se.*Mariana hìc:*In area Jerusalem.*

Jerusalem eodem in loco reædificata.

Joseph.

Plures civitates cinerem usque redactæ instauratæ sunt,sed non eodem loco,licèt vicino, ut Tyrus nova, nova Roma, & quæ modò subsistit Jerusalem, in qua mons Calvariæ, qui pridem extra muros civitatis, nunc est in urbis meditullio, ut observat Alapide. Jam Israëlitæ habebant altare & templum *prophetantibus interim Aggæo & Zacharia*, ut ait ubi supr. Josephus: de Civitate soliciti erant Judæi, quandoquidem Chaldæi posuerant Jerusalem in pomorum custodiam: tunc enim Zacharias afflatus Numine ait:Non tantùm hæccine quæ videtis, sed habitabitur *Jerusalem rursùs in loco suo in Jerusalem.*Quod quidem astruit adverbium *Rursus*,siquidem tametsi aliquando significet *Iterùm*,ut Exod.4.6.*Dixit Dominus rursùm.*Numer.6. 9.-16. 8. & alibi, sicut apud Sueton.in *Cæsar.*cap.2. *Intra paucos rursùs dies.*Et Plautum in *Pœnul. Prolog.* vers.79. *Revertor rursùs*;frequentiore significatione notat *Denuò,Prorsùm,Omninò.* Exod. 34. 35. *Operiebat ille rursùs faciem suam.* Levit. 13. 15. *Rursùs recludet eum.* 2. Reg. 6. 1. *Congregavit rursùm David, &c.* idest, Denùo. Conjunctim in hac significatione expresserunt Plautus ubi suprà, *Rursùs denuò*: Terentius in *Hecyr.* Act.3. scen.1. v. 35. *Et cursari rursùm prorsùm.* & clariùs in *Adelph.* Act. 1. scen. 1. v.46. *Rursùs ad ingenium redit*: ubi Donatus: *Retrò versum.* Hinc sensus testimonii Zachariæ: Jerusalem ædificabitur denuò, in eodem loco, quo fuerat priùs, & eadem pulchritudine,& gloria, queis retrò versùm.Vide *Tom.6.*T.2. n. 24.

Rursùs *pro* Denuò, Prorsùm.

Sueton. Plaut. Idem. Terent.

Donat.

21 Variæ expositiones oriuntur ex variis Apocal. auctoritatis lectionibus.Alii legunt: *Et omnem creaturam quæ in cœlo est, & super terram & sub terra & in mari, & quæ in eo, &c.* Qui sanè sensus congruus; igitur patet enodatus Græcismus, quo ponitur relativum loco antecedentis in Vulgato, nimirùm: *Et quæ in mari, & quæ in eo.* Q. d. *Et mare, & quæ in eo.* Alii nec abstre legunt: *Et quæ in eis.* Quasi totum comprehenderet, nempè laudem omnis creaturæ quæ in cœlo,in terra,sub terra & in mari est; totum scilicèt orbem: unde designatis sphæris, & depromptione laudis, ly *In eo* non connotat mare, cui conjungitur, sed totum orbem vel mundum. Q.d. Cœlum, terra, mare & quæ in toto mundo continentur, dabant gloriam & honorem sedenti super thronum & Agno.De hac regula ad intelligentiam Scripturæ,egimus hìc *Tautolog.* 8.à num. 64. Ribera ly *In eo* refert ad *Omnis creatura*; quare contendit legendum *in ea*, non *in eo.* Ita etiam interpretatur Rupertus: uti si diceret,Quæcunque continet orbis: vel *Omnia* (ait ille) *quæ sunt in hac creatura cœli, terræ,& maris.*Denique *In eo* potes exponere, quatenùs genus respondeat idiomati originali,de quo fusè egimus hìc *Tautolog.*9.num. 35. etenim Græcè *Creatura* neutrius generis vox est, puta *Ctisma*: & tunc relativum & pronomen adjectivum optimè concordantiæ respondent. Supersedeo cogitationum illustrationibus, quia fusiùs locis citatis invenies astruentia & contestantia testimonia sine tædio repetitionis.

Apocal. 5. 13.

Relativum pro antecedenti.

Singulare pro plurali.

Genus expressum cõcordat cum subintellecto

Riber.

Cum genere linguæ originalis.

22 Licèt tam à me cogitata,quàm ab aliis haud displiceant,quippe fulcro aliorum Scripturæ testimoniorum,& auctoritate DD.tùm sacrorum,tùm profanorum decreta; aliquid hìc subodoror singulare,quod lubitò exponam,ut clareant penè infinitaScripturæ testimonia,in quibus invenitur hujusmodi stylus.Sæpe invenitur antecedens,relativum,& pronomen adjectivum,quorum expositio difficilis, ni pronomen exponatur per adverbium; maximè in *idipsum*, *ipsum*, *id* &c. tunc significant *etiam simul similiter*,

Antecedens cum relativo & pronomine.

liter. In nullo alio libro ſacro plures hujus ſegetis, quàm in Pſalmis invenies auctoritates. Pſalm. 73. 2. *Mons Sion, in quo habitaſti in eo*: ideſt, in quo etiam habitaſti. Ibid. v. 6. *Exciderunt januas ejus in idipſum, in ſecuri & aſcia deiecerunt eam*: ubi *in idipſum* pro *quoque*, & *eam* pro *ſimul*, vel *ſimiliter*, aut *unà*. Pſalm. 4. 9. *In pace in idipſum dormiam*. Pſalm. 7. 14. *Et in eo paravit vaſa mortis*. Pſalm. 17. 9. *Carbones ſuccenſi ſub ab eo*. Pſalm. 33. 4. *Exaltemus nomen ejus in idipſum*. Pſalm. 40. 8. *In idipſum adverſum me ſuſurrabant*. Pſalm. 41. 7. *Ad me ipſum anima mea conturbata eſt*. Pſalm. 61. 10. *Ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum*. Pſal. 104. 26. *Aäron quem elegit ipſum*. Pſalm. 121. 3. *Cujus participatio ejus in idipſum*. Q. d. Domus Dei Jeruſalem cœleſtis, in quam ibimus, ejus etiam eſt in mundo vel militante Eccleſia participatio. Eodem ſenſu Geneſ. 2. 19. *Formatis:::::.univerſis volatilibus cœli, adduxit ea* (hoc eſt, *etiam*) *ad Adam*. Judic. 14. 9. *Qui & ipſi comederunt*: pro qui unà, vel quoque comederunt. 3. Reg. 1. 30. *Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe* (qui etiam) *ſedebit ſuper ſolium meum*. Cantic. 2. 3. *Sub umbra illius quem deſideraveram ſedi, & fructus ejus* (etiam fructus) *dulcis*. Iſai. 7. 10. *Propter quod dabit Dominus ipſe* (etiam) *vobis ſignum*. Matth. 27. 44. *Idipſum & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei*. Etiam Helleniſmus eſt. Act. 2. 27. *Dominus autem augebat qui ſalvi fierent quotidiè in idipſum*. Philipp. 2. 18. *Idipſum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi*. Denique quia, ut dixi, ferè infinita ſunt. Epheſ. 1. 9. 10. *Ut notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ ſecundùm beneplacitum ejus, quod propoſuit in eo* (quod etiam propoſuit) *in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quę in cœlis, & quæ in terra ſunt in ipſo*: hoc eſt, non ſolùm quæ in cœlis, ſed etiam quæ in terris.

Pronomen adjectivum pro adverbio.

23 Hoc ſtylo uſus eſt N. Gregorius Magnus Homil. 14. in *Ezech*. ubi: *Anima compunctione & contemplatione ad Deum erigitur, ſed tentationis ſuæ pondere verberatur ad ſe ipſam*: ideſt, etiam verberatur. Etiam Cicero 6. *Philipp*. ait: *Antonius cum una legione, & ea quidem vacillante L. fratrem expectat. Ea* pro *ſimiliter, pariter, etiam*, & ad *Attic*. lib. 3. *Triginta dies erant ipſi* (ideſt, etiam, vel jam præceſſerant triginta dies) *quùm has dabam literas*. Quod obſervavit Paulus Juriſconſ. leg. 66. de *verb. ſignif*. dicens: *Si ipſorum* (ideſt, etiam ſi) *viginti annorum erit, non impedietur manumiſſio*. Senec. lib. 1. de *Ira*, cap. 16. *In eodem illo loco. Illo* pro *quoque*. Virgil. lib. 2. *Æneid*. v. 5.

Gregorius Magn. — *Ipſum* pro *etiam*. — Cicer. — Paul.

——*Quæque ipſe miſerrima vidi,*
Et quorum pars magna fui.

Virgil.

Ipſe pro *etiam*, ut lib. 9. v. 270. & pluribus aliis in locis: *Ipſum illud clypeum*. Ovidius lib. 13. *Metam*. fab. 1.

At Paris & fratres, & qui rapuere ſub illo,
Vix tenuere manus.

Ovid.

Sub illo pro *ſimul*: ita Plautus *Ipſus* pro *etiam* in *Menæch*. Act. 1. ſcen. 1. v. 24.

Ita eſt adoleſcens ipſus eſcæ maxumæ.

Plaut.

Sæpe iterat is Auctor acceptionem, ſicut Propertius *lib. 2. Eleg. 16*. v. 18. *Ex ipſa tollere dona Tyro*. v. 54. *Flevit & ipſe Deus*. Eleg. 18. v. 20. *Ipſa anus haud longa futura*. Eleg. 28. v. 45. *Illa ipſa adoperta ſedebit*. lib. 3. Eleg. 10. v. 8. *Supprimat ipſe lapis*, lib. 4. Eleg. 4. v. 64. *Ipſaque ſidera cadunt*. Ita plura apud Martial. *lib*. 3. *Epigr*. 3-5. 14-6. 64-8. 56. & 14. 203. Græciſmus eſt, quo utitur crebrò Sophocles. in *Aiac*. v. 774. *Simus ipſius cum Deo ſalvatores*. v. 1167. *Hujus & tui ipſius*. in *Electr*. v. 810. *Sine ſua ipſius & amicorum mala*. Iterat in *Oedip. Tyr*. v. 70. in *Colon*. v. 989. *Tuam ipſe ipſius*. Quod totum proclivè intelligitur, modò pro *ipſius*, ſubaudias *etiam*, vel *ſimul*; ut ille facit ibid. v. 14. 63. *Tuis ipſiuſque ſimul*: & in *Electr*. v. 252. *O filia tuum ſolicitè curans ſimul, & meum ipſius*: ideſt etiam. Pariter Homerus 4. *Iliad*. v. 504. infit:

Strepitum autem edidit cadens, ſonuerunt autem arma in ipſo.

In ipſo: ideſt, etiam ſonuerunt ejus arma. *Feræ moriuntur, & homines quidipſum*. Æſchil. in *Supplicib*. v. 1002. Quo intelligitur illud Simeonis ad Mariam, Luc. 2. 35. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*: hoc eſt, etiam tuam. Vide Laurent. Vall. de *Elegant*. lib. 2. cap. 1. & lib. 3. cap. 62.

24 Juxta hujuſmodi acceptionem intelligendum eſt illud: *& quæ in mari, & quæ in eo*. Ubi relativum invenitur cum adjectivo pronomine: ſenſuſque erit juxta prædicta num. 19. *Mare laudabat, & quæ erant in eo*: vel *Omnia etiam quæ erant in mari*. Sumpto *In* pro *Sub*: ita cum aliqua quæ ſunt in mari, appareant alia lateſcant; omnia tam patentia, quàm latitantia, laudabant. Sunt Inſulæ in mari, quæ aliquando ſubmerſæ; tunc-

In pro *Sub*.

que ſunt ſub mare. Moles obruta ejus aquis, aliquando apparet, fitque inſula (ut dictum de Delo, uti videbimus *Taut.* 14. *D.* 3. *n.* 4.) Tunc eſt in mari quod ſub erat. Quare teſtimonii ſenſus eſt: Tam quæ videbantur in mari, quam quæ non videbantur: tam inſulæ & habitatores earum; quàm piſces & alia quæ continentur in aquis, Deum Agnumque plaudebant, utpotè Auctorem omnium. Unde Maluend. *Deuteron.* 4. 14. *Piſcium* (ait) *qui ſub terra morantur in aquis. Piſcium qui in aqua deſub terræ.* Ubi patet *In* pro *Sub.* Exod. 15. 4. *Proiecit in mare*: ideſt, *ſub aquis.* Sic alia. Liquet etiam diſcrimen inter eſſe ſuper mare, ut eſt navis: eſſe in mari, ut eſt inſula; & eſſe ſub mari, ut ſunt piſces. Simul cum illo cuncta. Diverſa acceptio debet eſſe, ubi duæ voces ſignant idem, & una exprimit animum & alia locum. Quo lucem accipit illud ex *Act. Apoſtol.* 2. *Erant omnes pariter in eodem loco. Eodem loco* referendum eſt ad cœnaculum, ubi ipſi frequenter manebant: *Pariter* ad cordium unionem, ideſt, ſimul, unà, unanimiter; ſicut dicitur cap. 1. 14. *Perſeverantes unanimiter*: ubi Græc. *Pariter.* Quod quidem adverbium magis animi, quam rerum materialium unionem ſignat. Num. 11. 4. *Junctis ſibi pariter filiis Iſraël.* Ruth. 1. 16. *Ego pariter morabor*: ideſt uno animo. Homerus 1. *Iliad.* v. 56. de Achivis ducibus: *Congregati ſunt, in unumque convenerunt.* Frequenter igitur ſumitur pro *ſimiliter, unà ſimul.* 1. Reg. 31. 6. *Mortuus eſt Saul & tres filii ejus, & univerſi viri ejus in die illa pariter.* & cap. 20. 41. *Fleverunt pariter.* Virgilius lib. 1. *Æneid.* v. 576. & Propertius *lib.* 1. *Eleg.* 5. v. 30.

Maluend. Exod. 25. 4. Act. 2. 1. Græc. *Pariter* pro *ſimul, ſimiliter, æquè, unà.* Virgil. Propert.

Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?
Sed pariter miſeri ſocio cogemur amore,
Alter in alterius mutuò flere ſinu.

Etiam apud Martialem invenitur acceptio *lib.* 10. *Epigr.* 10.

Martial.

Et pariter geminas tendis in ora manus.

Quod geminatione aliquando notatur. Plautus in *Curcul.* Act. 1. ſcen. 1. v. 48. in *Moſtell.* Act. 4. ſcen. 3. v. 43. & in *Rudente*, Act. 3. ſcen. 4. v. 55.

Plaut.

——Amo pariter ſimul. Unà ſimul.
——Mecum abducam ſimul,

Et in *Amphitr.* Act. 2. ſcen. 2. v. 220.

Mecum unà vectus eſt una navi.

Et Ovid. lib. 4. *Triſtium*, Eleg. 1.

Ovid.

Cantantis pariter, pariter data penſa trahentis
Fallitur ancillæ, decipiturque labor.

In præſenti enim teſtimonio diverſimode accipienda ſunt *Pariter, in eodem loco*, quaſi minimè *in eodem loco* ſit ac *pariter*; ſed ſicut idem locus omnibus, ita etiam cor unum & anima una. Arab. *Erant omnes juxta prædictum modum.* Chryſoſtom. *Unanimiter.* Saä. *Simul.* Auguſtin. *Omnes ſimul fuerunt in unum.* & denique Græc. juxta doctrinam num. 22. & 23. *Erant omnes pariter in idipſum.* Quo etiam ſenſu Claudianus in *Panegyr.* Probin. & Olybrii v. 231. accinuit.

Arabic. Pro *concorditer.* Claudian.

Unanimes fratres junctos ſtipante Senatu
Ire forum, ſtrictaſque procul radiare ſecures,
Atque uno biiugo tolli de limine faſces,
Ob ſtupuit viſu.

Unde de illis qui ſimul ſunt, & non ſunt pariter, dicitur à Seneca in *Thyeſt.* Act. 1. v. 31. *Nec unum in uno.*

Senec.

25 Etiam modò patet expoſitio ad illud Numer. 9. ubi agitur de columna ignis & nubis ductrice totius populi in terram promiſsionis. Cum ablata fuiſſet nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiſcebantur filii Iſraël, & in loco ubi ſtetiſſet nubes, ibi caſtrametabantur. Quapropter additur: *Si biduo, aut uno menſe, vel longiori tempore fuiſſet ſuper tabernaculum, manebant filii Iſraël in eodem loco, & non proficiſcebantur.* Ly *Non* haud confirmat ſententiam præcedentem, uti in aliis Tautologiis per exergaſiam, ſed connotat motum caſtrorum juxta prędicta in verſibus antecedentibus: q.d. Minimè pro placito manebant, aut movebant caſtra, ſed ad nutum columnæ: ita ut quieſcente illà, quieſcerent; & motà, moverentur. Si immota erat, manebant filii Iſraël, & loca non mutabant, ni illa ante illos præiret. Senſus ergo eſt: Columna ſiſtente, *in eodem loco manebant filii Iſraël, & non proficiſcebantur*, donec moveretur columna. Hinc ſubditur: *Statim autem ut receſsiſſet, movebant caſtra.* Favent Verſiones apud Haye in *Bibl. Maxim.* Arabic. *Perſiſtentes erant, nec diſcedebant donec*, &c. Septuag.

Numer. 9. 22. *Et* vel, *nec* pro *ſed, verùm, attamen*, &c. Arabic.

Jux-

Juxta verbum Domini manebant, & juxta verbum Domini proficiscebantur. Persic. *Residebant filii Israël, nec mansionem futuram removebant.* Septuag. Persic.

26 Multoties particulæ intelligendæ sunt cum subsequentibus clausulis, vel cum aliquo subintellecto, ne conficiant formaliter Pleonasmum: igitur exponuntur cum distributione accomoda, & perperàm cum immediato antecedente; maximè si relativum est. Ideo ly *Et* non sùmmendum conjunctivè, sed deductivè pro *Propterea, quinimò, igitur*, &c. Joan. 1. 34. *Et ego vidi & testimonium perhibui*: idest, etiam ego vidi, quapropter testimonium perhibui. Act. 10. 4. 5. *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei: & nunc* (hoc est, Propterea nunc) *mitte viros in Joppem.* Alia vide *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. num. 40. Quare sensus testimonii erit: Justa mansionem & motum columnæ manebant filii Israël, vel castrametabantur. Si manebat, manebant in odem loco: quapropter ni moveretur, non proficiscebantur. Vel intellige cum nota non expressa, seu subaudità comparationis, de quo egimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 3. *Didasc.* 1. n. 9. & *Tom.* 2. *Tautol.* 5. num. 20. tuncque ita auctoritatem expones: sicut ad quietem columnæ manebant filii Israël in loco suo; ita non proficiscebantur, ni moveretur. *Et* pro *propterea*, &c. *Comparatio sine nota illius.*

27 Juxta regulam præfatam sine acclivitate intelliges affinia testimonia. Ut sunt illa: *In quancunque civitatem intraveritis, ibi manete donec exeatis.* Magis Tautologicè Marcus & Lucas sententiam protulerunt: *Quocunquè introieritis in domum, illic manete, donec exeatis inde. In quancunque domum intraveritis, ibi manete & inde ne exeatis.* Si *Inde* referatur ad *Illic* vel *Ibi*, distortè admodùm exponentur testimonia. *Illic*, & *Ibi* intelligenda sunt de domo, in quam ingressi ad hospitium: *Inde* de oppido, villà, vel civitate, pro cujus conversione vel evangelizatione illuc inter fecerunt. Non jubentur non ire de loco in locum, idest de civitate in civitatem, cùm ibid. dicatur: *Misit illos in omnem civitatem, & locum, quo erat ipse venturus*; sed quòd in eodem loco non transeat *de domo in domum*: ut dicitur Luc. 10. 7. Quapropter sensus est: Si introieritis in aliquam civitatem, & susceperint vos in domum alicujus, *illic manete*, quin transeatis de domo in domum mutantes hospitium, *donec exeatis inde*: idest, de loco in cujus domo habitatis, ad locum vel civitatem, cujus evangelizationi etiam incumbitis. Non *Illic manete* in domo, *donec exeatis* de domo; sed *illic manete* in domo: donec exeatis è vico: quod expressè apud Lucam ibid. *In eadem autem domo manete.* Causam triplicem mansionis primæ retinendæ profert Francisc. Lucas in 10. *Matth.* & etiam Maldonatus n. 11. Ne leves viderentur, ne delicatuli appetentes lautiorem mensam, & denique ne hospitem offenderent, vel propter domus tenuitatem mutatione contristarent. Quàm aptè vel Ethnicus! *Mutare te loca, nolo. Primùm, quia tam frequens migratio instabilis animi est: coalescere otio non potes, nisi desinas circumspicere & errare. Ut animum possis continere, priùs corporis tui fugam siste.* Hæc Senec. *Epist.* 69. Græca & Syriaca Versio in auctoritate Lucæ omittit ly *Ne*; ita ut sententia sit: *Ibi manete & inde exeatis.* Verùm sensus sententiæ idem prorsùs: non ad curiositatem, neque ad vagationem discipulos Assertor mittit, sed ut adventu suo prædicent adventum regni Dei. Domi non omnia necessaria ad prædicationem possunt fieri, nec extra domum omnia. Cum discretione res agendæ: quare ingressis domum, ibi manendum, quandiù manendum, & inde exeundum, quando exeundum. Vide Cajetanum hìc. Matth. 10. 11. Marc. 6. 10 Luc. 9. 4. *Aliquandò relativa intelligenda non de antecedenti expresso immediatè, sed remotè.* Primò. Franc. Luc. Maldon. Senec.

28 Nec licèt exactè accipiantur auctoritates & significationes adverbiorum, ita ut *Inde* intelligatur de *Illic*, & *Ibi*, nimirùm de domo, in quam ingressi, ut sensus sit: *Ibi in domo manete donec exeatis inde*, scilicèt è domo (quod aliter fieri nequit, & ex collatione quorum resultare videtur Tautologiarum materia) adhuc formaliter non est Tautologia: siquidem tam in sacris, quàm in profanis usus viguit exprimendi suppositum, præsuppositum, aut subjectum (philosophicè, terminum à quo, in quo, & ad quem) sine quibus res nequit esse, nec cogitari. Philipp. 3. 11. *Ad resurrectionem, quæ est ex mortuis.* Psalm. 75. 6. *Dormierunt somnum suum.* Isai. 48. 28. *Ostendit futura, antequàm evenirent.* Jacob. 3. 14. *Mendaces adversùs veritatem.* In materia præsentis Tautologiæ plura sunt testimonia. Joann. 11. 43. *Lazare veni foràs.* Sufficiebat *Veni*, in expressionem animi: additurque adverbium, tanquàm terminus ad quem; ut notetur, quò venturus. Luc. 22. 62. cum Matth. 26. 75. *Egressus foràs flevit.* Idem exprimerent, si dixissent *Inde.* Seneca ubi suprà, inquit: *Mutare te loca, & in alium de alio transilire, nolo.* Claudianus *Epigram.* 3. vers. 41. *Apparent intra latebræ.* Apud Plautum trita phrasis: in *Bacchid.* Act. 2. scen. 2. vers. 56. *Quinam exit foras?* in *Mostell.* Act. 1. scen. 4. vers. 3. *Inde effugi foràs.* Act. 3. scen. 1. vers. 68. *Ut aliquò abeat fo-* *Interdùm exprimitur suppositum necessarium* Senec. Plaut.

foràs. in *Milit.* Act.4.ſcen.5. v. 33. *Ubi ille exierit intùs.* & verſ. 60. *Jam exiturus eſſe*
Secundò. *intùs.* in *Trucul.* Act.1.ſcen.2. verſ.19. *Heus manendum, priuſquàm abis.* Haud ſecùs in præſenti: *Ibi manete, donec exeatis inde*: igitur termini exprimuntur, qui neceſſariò præſupponuntur, in ampliorem propoſiti ſignificationem per Epitaſim. Apud Noſtrates frequenter. *Ven aca: Ven aqui*: cùm ſufficeret *Veni*, quin *Huc adderetur.*

29 Ad alia rimor. Manere non ſemper ſignificat commorationem: quapropter interdùm pernoctare ſignificat. Homer. 1. *Iliad.* verſ.492. de Achille recedente ad naves, mœrenteque canit: *Conſumebat dilectum cor, illic manens*: ideſt, pernoctans. Plaut.
Plaut. in *Captiv.* Act.2. ſcen.3. verſ.41. *Mala manſio*: ideſt: mala nox, malum hoſpitium, de
Tertiò. quo vide Turnebum in *Adverſar.* lib.23.cap.21. Ideo adagium, *Manere ſubdio, ſub divo, ſub Jove* (quia à Græcis Jupiter *Dia*) ideſt, ſub cœlo, ſine tecto; vernaculè: *Al ſereno, A la luna de valencia.* Horatius lib.1. *Carm.* Od.1. verſ.25.

Horat. ——*Manet ſub Jove frigido*
Venator, teneræ conjugis immemor.

Sueton. Suetonius in *Auguſt.* cap. 76. *Quia vigilia matutinà offendebatur, in proximo cujuſcumque domeſticorum cœnaculo manebat*: ideſt, cubabat: cap. 81. *Per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hyeme & æſtate manſit.* in *Caligul.* cap. 55. *Ita ut cœnaret in ſtabulo aſsiduè & maneret*: hoc eſt, pernoctaret. Vide Salmaſium & Caſſaubon. hìc,
Manere pro pernoctare, vel cubare. Varronem de *Re ruſtic.* cap.14. & Columell. *lib.*8. *cap.*8. In Scriptura frequens acceptio. Exod. 21. 29. *Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum*: ideſt, per totam noctem, tranſeunte Angelo percuſſore, unuſquiſque domi ſe contineat. Luc.24.29. *Mane nobiſcum, quoniam adveſperaſcit*, hoc eſt, in loco hoc nobiſcum tranſige noctem. Tob. 6. 1. *Manſit prima manſione juxta fluvium Tigris*: nimirùm, prima nocte. Plura ſunt exempla, ſed expreſsius habetur 3. Reg. 17. 19. Tulitque puerum de ſinu matris, *& portavit in cœnaculum, ubi ipſe manebat*; hoc eſt, pernoctabat, cubabat: ideoque ſubditur; *& poſuit ſuper lectulum ſuum.* Perperàm portare poterat, ubi ipſe manebat, dum neceſſarium erat ibi non manere, ut eò portaret. Pariter igitur in præjactis Tautologiis: *Manete ibi, donec exeatis*: ideſt, ibi quieſcite, pernoctate, donec tranſacta nocte, inde exeuntes enuncietis evangelium: etenim *oportet operari donec dies eſt: venit nox, quando nemo poteſt operari*; ut dicitur Joan. 9. 4. Hinc uti dixi num. 27. in auctoritate Lucæ omittitur *Ne* à Græco & Syro, ut explicetur quando quieſcendum, & quando operandum, *Ibi manete, & inde exeatis.* q. d. In quacunque domo recepti, comedite, bibite, dormite & quieſcite noctu; manè verò inde exite ad operationem uſque ad veſperam, quam habebitis in eâdem domo. Hæc pro textus illuſtratione cogitavi: utinàm apta! Vide aliam expoſitionem num. 35.

Jerem. 8. 13. Sophon. 1. 2. Mich. 2. 12. 30 Huiccine argumento affinis materia invenitur apud Jeremiam: *Congregans congregabo eos.* Sophon. 1.2. *Congregans congregabo omnia à facie terræ.* Mich.2.12. *Congregatione congregabo Jacob totum te.* Quæ quidem licèt ſonet idem, acceptiones diverſæ omninò ſunt. Poſſumus exponere per adverbium geminationem, ut ſenſus extremæ auctoritatis ſit: Sanè, profectò congregabo te diſperſum in varias regiones; & totum, quin ex vobis aliquem captivorum relinquam. Vel *te totum congregabo*, non ſolùm quoad locum, ſed quoad animum, ut totus ſis quaſi vir unus, uti diximus num. 24. quare ſubditur, *In unum conducam reliquias Iſraël, pariter ponam illum quaſi gregem in ovili, & quaſi pecus in medio caularum.* Verùm extra literam arbitror ſenſum; quippe minimè de reductione in terram Juda à Prophetis ſermo fit; imò de avulſione Judæorum in terram captivitatis.
Congregare congregatione ſignat & locum & animum unum.

Congregare interdùm interficere. 31 In Scriptura Congregare ſignificat in unum convocare, aggregare, coàcervare ad modum gregis; & etiam mori, deficere, mactare vel conficere: quapropter *congregari, apponi ad populum ſuum*, vel *aggregari ad patres ſuos*, ſignificat mortem.
Mich.7.12 Hoc enim ſenſu explicanda ſunt teſtimonia: *Congregans congregabo totum te*: ideſt,
Jerem. 8. 13. vos omnes interficiam: Iſraëlis decem tribus per Salmanaſar, ut dicitur 4. Reg. 17. 4-18. 9. duas alias per Nabuchodonoſor Magnum, ut patet ibid.cap. 24. 14-25. 11.
Soph. 1.2. *Congregans congregabo eos, ait Dominus*: hoc eſt, interficiam. Quod in ſeqq. expri-
Pagnin. mit Sophonias: *Congregans congregabo: congregans hominem & pecus, congregans volatilia cœli, & piſces maris, & ruinæ impiorum erunt, & diſperdam homines à facie terræ.*
Iſid. Clar. Favent Verſiones horum teſtimoniorum. Pagnin. *Conſumendo conſumam eos. Deficiendo deficere faciam.* Iſidorus Clarius: *Auferendo auferam eos.* Vatabl. *Perdendo perdam*
Vatabl. *eos. Conficiendo conficiam.* Genebr. *Deſinendo deſinere faciam.* Septuag. *Defectione deficiant.*

ciant. Chald. *Perdendo perdam,& deficient. Delendo delebo omnia.* Tygur. *Comprimam eos in unum.* Ex qua acceptione pluribus auctoritatibus oritur plana expositio. Osee 4. 3. *Pisces maris congregabuntur*: idest, morientur. Isai. 27. 12. *Vos congregabimini unus & unus filii Israël.* De hujusmodi locutione per Epizeusim, aut Merismum diximus in *Prolog. Galeat.* §.4.n.7.q.d. Singuli morientur, vel omnes morientur, ita ut nec unus remaneat. Ita Ezech. 22. 20.21. *Si congregabo in furore meo, & in ira mea: & congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei.* Denique Jerem. 12.3. *Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica* (destina, separa) *eos in die occisionis.*

32 Expositâ verbi significatione, quid misterii includatur in geminatione, operæ pretium erat simul exponere, ni feciſſem *Tom. 1. Tautolog.* 5. ad illud Genes. 2. 17. *Morte morieris*: igitur eadem materia, idem intentum, estò diversis vocibus: quare *Congregatione congregabo*, idem est, ac *Interficiam in morte. Congregans congregabo*: hoc est, *Interficiam usque ad internecionem*: quæ ibi videris. Verùm ne sine aliquantula notitia auctoritates transeamus, hìc geminatio ingeritur pro adverbio, q. d. Sanequàm, absdubiè, reapsè, verè, utiquè, certè: quod astruunt Versiones Chald. *Planè congregabo vos.* Septuag. *Porrò congregabitur cum omnibus.* Syr. *Omnia omninò sum ablaturus*, Arabic. *Pereant omninò.* *Geminatio pro adverbio.* Chald. Septuag. Arabic.

33 Expositis Tautologiis materiæ affinibus, in propositum de arcæ vectibus redeamus, ut omninò clareat intentum geminationis. *Vectes semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Vectes hìc sunt perticæ, seu pali oblongi, quibus aliquid oneris manibus aut humeris commodiùs portatur, uti diximus num. 11. & patet in lecticis de quibus egimus hìc *Tautol.* 1. à n. 43. A Profanis, licèt frequenter vectes sumantur pro ferro, quo ostium contra vim externam munitur, ita dictum quod manu huc illucque vehatur, quo sensu intelligenda est vox in vectibus pro stabilimēto Tabernaculi, *Exod.* 26. à v. 26. aliquando ab ipsis sumitur pro fustibus sellæ, vel thensarū (Nos *Andas*) quibus aliquid vehitur, ut ait Isidorus lib. 5. *Ethymol.* c. 27. Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 12. *Differentia vectium.*

Moribus & cœlum patuit: sim digna merendo,
Cujus honoratis ossa vehantur equis. Propert.

Turnebus etiam lib. 23. *Adverſ.* cap. 7. Hoc fiebat maximè in exequiis, ut tradit Bernard. Autumnus in Satyr. 10. *Juven.* v. 60. Quare Plinius *lib.* 7. *cap.* 4. inquit: *Exequiis triumphantem Metellum*: eò quòd elatus à filiis triumphalibus, & Auctor Octaviæ inter Senecæ Tragædias. *Act.* 4. v. 787. *Vehi humeris ossa, honor fato fūctorum.*

Quæcunque claro marmore effigies stetit, Plin.
Aut ara fulgens, ora Poppeæ gerens,
Advecta vulgi manibus, & sævo jacet
Eversa ferro, membra per partes trahunt Senec.
Deducta laqueis.

34 In hac ultima acceptione vectes intelligendi sunt, qui per circulos immittendi, ut ibi semper manerent: additurque: *Neque unquàm extrahentur ab eis*, in distinctionem vectium Mensæ, altarium Thymiamatis, & holocausti, cum reliquis utensilibus, in quibus erant vectes tempore tantùm deportationis; postque servabantur à Levitis, ut dicitur *Numer.* 4. Quapropter arbitror in negatione sententiæ positivæ expressæ in primà periodo, intendi non solùm anulos, sed & vectes esse fixos. In aliis vectes erunt, sed immobiles non erunt: in arca verò ita erunt, ut semel immissi non extrahantur. Attestantur Septuag. legentes: *Erunt gestatoria immobilia.* Quare hìc intelliges aliquid speciale in negatione præscribi, quod in affirmatione non expressùm, cum comparatione subintellecta, q. d. *Vectes* non solùm *erunt in circulis*, sed, verùm, imò *nec unquàm extrahentur ab eis*; quippe fixi erunt sicut anuli in arca. Ita Judic. 14.16. *Odisti me, & non diligis*: idest, non solùm non diligis; imò odisti, & odio habes. Deuter. 33.6. *Vivat Ruben, non moriatur*: nimirùm, non tantùm non moriatur; imò vivat & floreat. Vide reliqua exempla num. 15. Vel accipe relativè ly *Nec*, ut diximus & astruximus num. 16. Nempè, vectes erunt in circulis, qui nunquàm removebuntur ab eis. *Tertia expositio.* Septuag. *Et* vel *nec* pro *sed, imò, verùm.*

35 Haud ingrata cogitata: verùm aliquid aptius. In Scriptura usitatum, quòd actus secundus accipiatur pro primo, vel actio pro potentia actionis. Hujusmodi regulam cum pluribus exemplis exhibuimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 5. num. 13. & alia promam, ut astruam. Psalm. 67. 10. *Infirmata est, tu verò perfeciſti eam*: ideſt, potes perficere, & sanare. Luc. 24. 41. *Habetis hìc aliquid, quod manducetur*: hoc est, quod possit manducari. Numer. 9. 22. *Manebant in eodem loco, & non proficiscebantur*: putà, non poterant proficiscì. Matth. 10. 11. *Ibi manete donec exeatis*: nempè, donec positis exire. *Quarta expositio.* *Actio pro potentia actionis.*

Ita

Ita reliqua, qui uſus etiam apud Ethnicos. Propert. ubi ſupr.

Propert.

Sim digna merendo,
Cujus honoratis oſſa vehantur equis.

Ideſt, ut poſsim eſſe digna,& poſsim dignè vehi. Modò palàm expoſitio. *Vectes in circulis erunt*: & ita erunt, ut non poſsint unquàm extrahi ab anulis.

36 Etiam liquet hac regulà tertia expoſitio ad illud 3.Reg. 8.de quo ſuprà à n.7. Nimirùm:*Cùm eminerent vectes,& apparerent ſummitates eorum,non apparebant ultrà extrinſecùs.*Accepto igitur actu ſecundo pro primo,nulla obviat in textu difficili difficultas. Pridem vectes arcæ in tabernaculo Moyſis aliquomodò apparebant, ideſt, apparere poterant, reſerato maximè velo, quoniam anguſtus locus: modò verò in templo Salomonico *non apparebant ultrà extrinſecùs*, ideſt, non poterant apparere; quoniam non tantùm impediti velo,oſtio,& parietibus,ſed licèt nihil horum obeſſet,Cherubim obumbrantes alis arcam & ejus vectes, impedirent viſum intendentibus in Sancta-Sanctorum.Hac igitur regulà expoſitione donantur germana, pleræque Tautologiæ præſentis literæ.Quàm congruè cuncta,conſtabit ex Verſionibus num. 43.

Actus ſecundus pro primo.

37 Quare igitur Deus præſcripſerit vectes ab aliis portabilibus mobiles,immobiles eſſe in arca,meritò poteſt inquiri.Interpretes magis ad ſenſum tropologicum,quàm ad literalem in enodatione accedunt. Vide Lyram,Leonard. Marium, & Bonfrerium cum Alapid.Abulenſis hìc inſulſam omninò promit cogitationem:ne ſcilicèt dum arca maneret in Oraculo, mutila videretur,& deformes circuli ſine perticis. Si in arca deformitas, cur non in Menſa & Altaribus, quorum anuli vacui? Præſcriptum hoccine (ni fallor)erat indicium mutationis Synagogæ,& in illa non permanſurum Dominum cùm veniret plenitudo temporum,in quibus mitteret filium ſuum.Ut habitaret in medio eorum ſtrui decrevit Tabernaculum & poſteà Templum, ut dicitur hìc v. 8. & 3. *Reg.* 6. 13.cæterùm cùm cognoviſſet populum duræ cervicis, dubiæ fluxæque fidei pronum in idola more gentium, etiam videntem multitudinem mirabilium,portendit in vectibus immobilibus facilitatem mutationis arcæ,in qua loquebatur Sacerdotibus. Pulchrè Prudentius in *Apotheoſ.* ſeu conſecration. *contra Judæos*, v. 578.

Quare vectes Arcæ immobiles? Abulenſ.

In immobilitate vectiũ portendebatur Synagogæ repudiũ.

Prudent.

Diſce tuis miſeranda malis, quo vindice tandem
Vana ſuperſtitio, lex & carnaliter acta
Plectatur, cujus virtus te proterat ultrix.
Deſtructione jacent Salomonia ſaxa metallo
Ædificata manu, jacet illud nobile templum.
Cur jacet? Artificis quia dextra ſolubilis illud
Cæmentum ſtruxit reſolubile; jurè ſolutum eſt:
Et jacet, in nihilum quoniam redit omne politum,
Quod fieri recipit, recipit quandoque perire.
Si noſtrum contrà quod ſit, vis diſcere templum;
Eſt illud, quod nemo opifex fabriliter aptans,
Compoſuit: quod nulla abies, pinuſve dolata
Texuit, exciſo quod nunquàm marmore crevit.

38 Hinc Chriſtus Dom. N. Matth. 21. 43. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.* Et Paulus cum Barnaba Act.13.46. Judæis dixit:*Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ;ecce convertimur ad gentes.* Dominum enim cum illis volentem inhabitare,idololatrià exacerbabant,nec ab illo calamitatibus immiſsis, pœnitudinem noſcebant;quare imminente clade Babylonicà, Jeremias cuncta abſcondit in Nebo,ut dicitur2.*Mach.*2.à v. 4. Sicut peregrinata eſt cum filiis Iſraël,& tot manſionibus, vel in terra promiſsionis, quouſque à Sacerdotibus collocata fuit in locum ſuum in templo Salomonis; ita è hoccine templo translata fuit (ſignans ſuum locum ibi non eſſe) in montem, ubi mortuus & ſepultus eſt Moyſes,qui fabricavit eam. *Inſtar prioris aliam poſt captivitatem fecerunt filii Iſrael*: ait Petrus Comeſtor in *Hiſtor.Scholaſt.*cap. 3. in *Judith*; verùm Rabbini inficiantur & jurè. Si verum eſt, quod dicitur, à Tito cum vaſis aureis, mensà,&c. reportatam fuiſſe in triumpho,devictà Judæà, de quo Adrichomius in *Jeruſal.*n.77.aliam ſimilem arcæ ſepultæ proculdubiò fecerunt.Nil conſtat ex Sacra pagina. Conſule D. Thom. in loc. cit. *Mach.* Riber. in cap. 1. *Agg.* à num. 15. Sanctium ibid.& N.Quintanill. lib.4. *Tabern.Fœder.*ſect.5. §.2.3.4.

Arca eſt in ſpelunca Moyſis.

Matth. Actor.

Petr. Comeſt.

An Judæi fecerint ſimilem poſt captivitatẽ? 3. Reg. 6. c. 20.

39 Ut plenè & planè conſtet literæ expoſitio,reſtat unica quæſtio,ſeu antilogia elucidanda. Nimirùm, quomodò locus Oraculi ſive Sancti-Sanctorum dicatur verſ. 20.

æqua-

æqualis longitudinis, latitudinis & altitudinis, scilicèt viginti cubitorum; & v.2. *Domus habebat triginta cubitos in altitudinem*? Petrus Comestor in *Histor. Schol.* 3.Reg. cap. 10. ait: *Oraculum quod dicitur Sancta-Sanctorum habebat* 20. *cubitos longitudinis, & 20. latitudinis, & 30. altitudinis: in litera tamen habetur, & 20. cubitos altitudinis, quod intelligendum est de pariete interposito inter Sancta, & Oraculum::: non ascendente in altum nisi per* 20. *cubitos*: 10. *cubitos qui supererant usque ad laquearia intactos relinquens, ut fumus aromatum ascendens de altari per aperturam superiorem liberè intraret in Oraculum.* Ita etiam Alapide hìc, Lyra & alii quibus miror placuisse hujusmodi Rabbinica nugamenta.

Quomodo Oraculum viginti, & triginta cubitorum in altitudinem Petr. Comest.

40 Tripliciter responderi potest. Primò, à pavimento usque ad tectum Sancti-Sanctorum, seu laquearia Oraculi tantùm esse spatium viginti cubitorum, ita ut perfectum esset quadrum, æqualibus longitudine, latitudine, & altitudine; reliquos verò cubitos usque ad triginta, esse tabulatum primum supra ipsum Oraculum, in quo reposuit Salomon tabernaculum Moysis, mensam, altare Thymiamatis, & holocaustorum, quoniam cuncta augustiora fecit: in hoc etiam tabulato latuit Joäs, & Athaliæ furorem fugit industriâ Josabæ. 4. *Reg.* 11. 3. ibi erant donaria pretiosa thesauri, & vota, quæ vocabantur anathema. Ita Villalpand. *Tom.* 2. lib. 4. in *Ezech.* cap. 12. Riber. lib. 1. de *Templ.* cap. 5. & Sanctius hìc num. 30. A pavimento usque ad tectum Oraculi erat spatium viginti cubitorum. Ab hoc usque ad tectum tabulati primi erant alii decem cubiti, quo constat Oraculi altitudinem esse viginti & triginta cubitorum.

Primò.

Ubi collocatum tabernaculum Moysis post templum extructum! Villalp. Riber.

41 Secundò exponi potest, licèt muri extrinsecùs essent inæquales, introrsùm æquales esse, seu interiorem superficiem, ut observat hìc Cajetanus vers. 7. Quare altitudo forinsecùs erat triginta cubitorum, siquidem area non plana in ædificium: imò muri structi in præruptis, à quibus tectum Oraculi distabat triginta cubitis: verùm cum interiùs area totius templi esset æqualis, à pavimento usque ad tectum duntaxàt erant viginti cubiti. Unde 2. Paralip. 4. 8. *Fecit domum Sancti-Sanctorum: longitudinem juxta latitudinem domus, cubitorum viginti, & latitudinem similiter viginti cubitorum, &c.* Quo etiam intelliges, cur vers. 4. dicatur: *Porrò altitudo centum viginti cubitorum erat, & deauravit eam intrinsecùs auro mundissimo*: igitur ab imo usque ad supremum tectum, templum erat centum viginti cubitorum: à principio externo murorum usque ad interius pavimentum 10. à pavimento usque ad laquearia 20. à tabulato primo super laqueare vel tectum Oraculi usque ad fastigium templi, diversis tabulatis 90. queis plenus numerus cubitorum altitudinis templi. *Hujus ædificii altitudo fuit cubitorum sexaginta. Super hoc autem erat aliud ædificium pari mensurâ, ita ut tota altitudo templi centum viginti cubitis constaret.* Hæc Joseph. lib. 8. *Antiq.* cap. 2.

Secundò. Cajetan.

An æquale pavimentum templi, cum extrinseco principio parietum? 2. Paral. 4. 4.

Joseph.

42 Tertiò denique & aptius, quantum auguror, dissolvi quit antilogia, non constituendo inæqualitatem forinsecùs, sed intrinsecùs: siquidem ex atrio gentium in atrium Judæorum, ex hoc in vestibulum, post in Sanctum, demùmque in Oraculum per gradus ascendebatur. Audi Josephum lib. 6. de *Bell.* cap. 6. *Sanctum vocabatur alterum fanum, & quatuordecim gradibus ascendebatur à primo, quadratumque sursùm erat, & proprio muro circundatum, cujus exterior celsitudo quanvis quadraginta cubitis surgeret, tamen gradibus tegebatur. Interior autem viginti quinque cubitorum erat, quoniam in altiori loco per gradus ædificata non tota pars interior cernebatur, colle obtecta. Post quatuordecim autem gradus spatium erat usque ad murum trecentis cubitis planum. Hinc rursùs alii quinque gradus, & scalæ ad portas ducebant: &c.* Gradus in porta quæ respiciebat ad Orientem signat Ezechiel cap. 40. 6. 22. Gradus ad Sanctum, ibid. vers. 34. & versùs Sancta-Sanctorum, vers. 37. Quare cùm ab Oriente versùs occasum locus esset acclivis, & quò propior, eò acclivior: necessarium erat quòd Oraculum altius cæteris partibus templi (quæ majoris altitudinis erant, quo magis descendebant in ima, templo habente toto æqualitatem in tecto) esset minoris altitudinis à pavimento ad tectum usque. Unde dum dicitur loc. cit. *Paralip.* altitudo centum viginti cubitorum; intelligenda est de altitudine ab infima parte templi, usque ad tectum supra Oraculum, quod æquè respondebat & rectè reliquis templi partibus; verùm minimè de altitudine à Sancti-Sanctorum pavimento, usque ad ejusdem laquearia, quæ tantùm erat viginti cubitorum interiùs, & triginta exteriùs. In hac igitur forma repellere debes tabulatum aliquod supra tectum Oraculi; ni dicas æquales esse lineas principii exterioris murorum, & pavimenti Oraculi, super cujus tectum esset tabulatũ decem cubitorum, qui cum viginti Oraculi respondebant triginta murorum cubitis.

Tertiò.

Ab inferioribus partibus templi per gradus in superiora ascendebatur.

Joseph.

Ezech.

Ver-

Varietas Lection.

43 Versiones variæ sunt. *Vectes erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Chald. *Non auferentur ab eis.* Septuag. *Erunt gestatoria immobilia.* Arabic. *Permanebunt vectes in ansis.* Pers. *In anulis erunt ea bacula, non recedent ab ea* (idest, Arca) uti Rab. Jonath. legit: *In anulis arcæ erunt repositi vectes, non removeantur ab ea.* Pagn. *Non removebuntur, in anulis erunt.* Ita Arias Montanus, Ambros. *Erunt supportatoria, nec extrahentur.* Satis omnibus factum: expediti ergo à literæ difficultatibus, & quæstionibus, accedamus Didascaliis.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excurs.

1 *Vectes semper erunt in circulis.* Ita colla Monachorum sub jugo legis. *Nec unquàm extrahentur ab eis.* Lucet in clausuram amoris, atque religionis laus; si extracti, etiam in circulis sunt: etenim estò corpore in sæculo, intra claustra cogitatio.

2 *Semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Possunt extrahi, licèt in circulis sint; ni compescat errores cogitationum diligentissimè mens: igitur parùm prodest arcta corporis clausura, si mens undecunquè vaga.

3 *Semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Si per vectes signantur in pacem corda; possunt extrahi vectes, quanvis sint in ipsis circulis: etenim pax falsa, si corda in eâdem sententia sint, ni sint pro eâdem sententia.

4 *Semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Mirabilis prorsùm, si per vectes signantur Apostoli, charitas insignis Simonis & Judæ: siquidem extracti in gloriam, in vitæ manserunt circulis, ut alii obtinerent vitam.

5 *Semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Quæ in circulis, volubilia. Haud aliter mundi gloria: semper volvitur, nunquàm videtur, quantunvis à circulis non extracta; quippe mundi gloria nulla.

6 *Semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Quod fixum, demonstrat invidia extractum. Dotes sunt permanentes: verùm adinstar vectium mobiles in affectionum circulis; quoniam vel manentes extrahuntur, ubi visæ non videntur.

DIDASCALIA I.

Monachorum clausura animæ quàm necessaria!

Vagi Monachi adinstar corallii.

1 NESCIUNT, qui obliti oscitanter religiosi status, quantum statui vagatio propudiosum dedecus. Adinstar coralli extra protervè durescunt, nec posthàc docilitate flectuntur.

Ovid. —*Quo primùm contigit auras*
Tempore durescit.

Canit Ovid. lib. 15. *Met.* fab. 51. Intendunt in alium colorem, ac sequentes vanitatem, contrahunt irrevocabilem duritiem. Rubescunt, sed non erubescunt. *Illis extrà duritia pectorum, pro candore morum.* Supefantur candida rubris, pro colore ostentationis; ac in vanitatis pretium, evanescit candor morum. Minùs spectabiles Monachi, dum spectabiles fiunt; quippe colores virtutum, quibus corda sæcularium alliciuntur, propè visi non videntur. In iride, quia pars coloris à Sole, pars à nube, lineæ variæ; & virides & cœruleæ, & luteæ & igneæ. *Nunc imago arcus ex longinquo clara est: interit, cum in vicinio est*: ait Senec. lib. 1. *Natur. qq.* cap. 5. Unde quidam apud eundem *cap.* 3. canit;

Senec.

Sed nunc diversi niteant cùm mille colores,
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.

Haud aliter quàm in iride colores, in Monacho coluntur spectabiles virtutes. Ex longinquo imago clara, ac luminibus pulcherrima: ex vicino fallit lumina: etenim conversatione sæculari splendorem status dedecorant, quantunvis in Monasterio variis coloribus niteant. Causam ex ipso *cap.* 5. sumimus. *Quid ergo mirum* (infit) *si color ejus non videtur ab eo, à quo nubes non videtur?* Quid igitur mirum, si, quæ circundata varietate, non videatur à sæculari Monachi spectabilis virtus, à quo non videtur Monachus? *Iris erat in circuitu sedis*: ait Joannes. In circuitu sedis non in sede; ut colores iridis rutilarent à longè: equidem dum propè virtutum fulgor, evanescit splendor: nec color quidem virtutis; si coram oculis.

Cur similes Iridi?

Idem.

Apoc. 4. 3.

2 *Vectes semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis*: Dicit Dominus Moysi. Vectes in circulis signant col-

Exod. 25. 15.

la-

la Monachorum, portantium in arca religionis legis suavissimum jugum. Et semper erunt in circulis? Semper, propter tenorem regulæ, ac religiosæ observantiæ: equidem si semel extrahuntur, sine dubio in perpetuum distrahentur. Perpetuitas est inseparabilis conditio status: si semel extrahuntur, relinquunt onus: & jubetur, vectes nunquàm removeri à circulis; quippequàm semper jus est portare pondera legis. Si in circulis ingrederentur & egrederentur; forsitàn ingrederentur, ut exirent: & qui statum religionis habent, minimè cupere debent introitum, ut habeant exitum. Sciant, semel ingressos, non egressuros; quippe aliter commutatur status. Si extraherentur, aliquando diversis motibus hiscerent, quin ministri fissuras cognoscerent: & præcipitur, non extrahi, qui semel summiserunt colla legum præscriptarum oneri; ne dum cogitant portatas, & exactè custoditas, videant ex improviso tabulas fractas. Sicut vectes circumscribunt circuli, non secùs claustris circumscribuntur Monachi. Unde Legislator N. Benedictus (de quo sub metaphora aquilæ, Piccinel. in *Mund. Symb.* lib. 4. cap. 8. n. 152.

Monachi distractio à Monasterio est extractio.

Cur similes Arcæ Sacræ vectibus?

Piccinel.

Vixit in abrupto Benedictus vertice montis
Hoc propior cœlo, quò magis urbe procul.)

Regul. Sanct. cap. 4. ait: *Officina verò ubi hæc omnia diligenter operemur, claustra sunt Monasterii, & stabilitas in congregatione.* Claustra sunt circuli, vectes Monachi. Perperàm, si extrahantur semel introducti: igitur cùm extractio distractionem foveat, & laxatio relaxationem gignat, propter aviditatem illecebrarum, vel claustra (circulos) rumpent, vel rumpentur: rumpent impetuosè pro libertate; vel rumpentur statim, quia jam corrupti.

S. Bened.

Aliquando laxatio est relaxatio.

3 Exprimit Bernardus in *Advent. Domin.* de *Undec. onerib.* serm. 7. *Onus Duma.* Isai. 21. 11. *Duma* (ait) *interpretatur silentium. Scitis fratres, quod multos silentium onerat, & gravat quies; ita ut tacentibus & quiescentibus omnia oneri sint: caput doleat, venter rugiat, caligent oculi, & renes penè solvantur. Exeuntibus autem, huc illucque vagantibus, & loquentibus jucunda sint omnia, tradantur oblivioni dolores, singulis membris sua reddantur officia. O quanta est virtus linguæ, quæ oculos serenat, caput alleviat, renes consolidat, genua dissoluta corroborat! Hæc infirmum in laboribus infatigabilem reddit, patientem in injuriis, paratum ad iter, promptum ad obedientiam. Itaque si videris Monachum in claustro residentem huc illucque respicere, oscitare crebrius, manus & pedes extendere, nunc librum ponere, nunc resumere, postremà quasi quibusdam stimulis agitatum de loco in locum, de auditorio in auditorium cursitare, sub onere Duma eum suspirare non dubites.* Hactenùs Mellifluus Doctor.

Isai. 21. 11.

Loquacitatis mater otiositas.

Bernard.

Silentium otiosis grave.

4 Unde ergo quit in Monachis inesse hujusmodi quietis impatientia, & agitationis infatigata stultitia? Non sunt in circulis, Monasterii claustris; sed extrahuntur ab eis, duciturque corpus, quò tendit affectus, affectus quò cogitatio volitans per species: unde phantasiæ festum agunt reliquæ cogitationis, caditque anima à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Visa provocant in videnda, audita in nova, cuncta vellicant curiositatem, perturbant quietem, excitant cogitationem, qua huc atque illuc rumores otiosi appetunt, mentem à proposito distrahunt, devotionem evacuant, fervorem vocationis refrigerant, cordis affectum exhauriunt, atque tempus in vanitate consumunt.

Otiositas gignit curiositatem, & hæc observantiæ relaxationem.

5 *Sepiam viam tuam spinis*: dicit Dominus hujusmodi spiritibus vagabundis, qui charitatis fingentes splendidas larvas, quærunt Sponsum per vicos, & plateas: spinæque vocantur quæque audiuntur, & videntur; quoniam quot sensibus species illatæ, tot animæ ingeruntur spinæ. *Spinas* dicit: appositè, ut abnegemus sæcularia desideria, dum configitur spina. Hæc dum pungit, carnem percutit. Non sufficit in resipiscentiam aliquando punctio, ut ingeratur curiositatis oblivio: unde hujusmodi curiositas dicitur veprium mucronum acerbitas; quippe sicut spina non rejecta generat saniem, ita in anima curiositas intromittit ægritudinem. *Sepiam viam tuam spinis.* Spinæ lacerant, & carnem cruentant: via datur ad ambulandum, ut gressibus animal assequatur intuitum: spinisque totum iter sternitur, ne pes læsione in cupita moveatur: igitur prudens retrahet à cogitatione pedem, ne gressu contrahat sibi carnis dolorem. Mentitur sæpe sæculum, invitans incautum in bona falsa, quasi essent bona; inescans illecebris pectora hominum, ita ut ignorent, quippe dulce, venenum: spinisque conseritur hujusmodi via, ut evanidà cautione, locum habeat pœnitentia, quandoquidem quas concupivit uti cordis voluptates, invenit experien-

Osee. 2. 6.

Cur curiositas conferatur spinis?

Inveniant amaritudines, quas cogitant Monachi in sæculo voluptates.

rientia fucatas amaritudines. Ita pronus animus propendit vel in apparentes delicias, ut abdicat in complexum manus cruentas, quousquè acerbitate dolorum resipiscit in remedium, cogitans quàm amarum, Dominum reliquisse, & mundum sequi. Quæ corda sæculi via dulcedine non attraheret, si acerbitate traducit? Ejusmodique via sternitur spinis; ut cognoscat homo punctus amaritudinem in illice voluptatis: quandoquidem propter dolorem, non audebit in illam movere pedem.

Via sæculi Monacho nō est via.

6 Ulteriùs. Non utcunque via spinis à Domino seminanda, sed *via tua*. Via Dei haud scatet vepribus, sed voluptatis floribus, cùm via confragosa criminis pungat pedes spinis voluptatis; & dicit, *viam tuam & non meam*; quia stultè errant, quicunque arbitrantur viam: igitur quæ appareret via ad ambulandum, desinit in præcipitium. De echinis marinis asserunt Plinius *lib. 9. cap. 31.* & Textor in *Officin.* lib. 7. cap. 41. dixique *Tom.* anteced. *Taut. 11. Didasc.* 5. num. 4. pro pedibus spinas habere, unde illorum gressus in orbem volvi. Propositum splendet Didascaliæ. Malum est, spinas gressibus quærere in perniciem: pejus, secum habere in punctionem. Spinæ viarum sunt illecebræ mundi: spinæ pro pedibus affectus concupiscentiæ. Ubique spinæ, nec retrahitur pectus, quanvis laceretur appetitus; igitur per consuetudinem dolorum, etiam ad acriores insensibiles fiunt. Non cognoscunt, spinas esse cordi, spinas florum specie; quousquè, doloribus mens evigilat: sed dulcedo ita mentem infatuat; ut vel cognitis spinis, prosiliat per dolores in dolores. Lassantur corda in via iniquitatis & perditionis, & ambulant vias undecunquè difficiles, cùm possint oblivione deduci in vias rectas, vel aspera disponere in planas; quippe haud urgerent affectus concupiscentiæ, si mundi cogitarentur spinæ: verùm cùm urgeant depravati affectus, ac impellant cor concupiscentiæ motus, videantque sine aculeis spinarum non posse assequi, quæ volitant prolubia pectoris læsi; pro gressu, echinorum adinstar, in orbem citò volvuntur, & simul præcipitantur: equidem dum mundi illecebræ, etiam pungentes, pectora ferunt, animæ & conscientiæ portenditur præcipitium. Vernaculè: *Quando apetecido el mal, no le pueden sin dolores conseguir: para perderse del todo, es proprio echarse à rodar.*

Plin. Textor.

Monachi gyrovagi cur similes echinis marisè

Haud lacerarēt affectus concupiscentiæ si cogitaretur, lacerare.

7 Hæc minimè est via, sed devium, imò invium, & lubricum in anfractum, cujus pericula Legislator N. Benedictus, ut efformet suos, ita inurit & merito Monachos vagos. *Genus est Monachorum,* S. Bened. *quod nominatur Gyrovagum, qui totà vita sua per diversas provincias ternis, aut quaternis diebus, per diversorum cellas hospitantur, semper vagi & nunquàm stabiles, & propriis voluptatibus & gulæ illecebris servientes.* Spinas habent pro pedibus, & gradientes punguntur summis doloribus: sed ita impellit vagandi voluptas, ita illecebrarum aviditas; ut nunquàm stabiles, licèt eorum confringantur pedes: quinimo si in clausuram constringuntur, in orbem devoluti ad vitia præcipitantur. *Septam viam tuam spinis*: dicit Dominus, ne vitia gyrovagorum repant in corda cœnobitarum sub clausura degentium, additque: *& semitas non inveniet.* Oblivio status, tepefactio spiritus gignunt in mundi derelicti amorem varios affectus. Si aliquando declinat inclinatione incuriositas, beneficium est invenire illico spinas, quas cordis desideriis volitantibus apponit Dominus, ne extendant justi ad iniquitatem manus, simulque cùm vel dolores delectent, esse sub sentibus delicias putent: & qui animarum salutis satagit, non solùm viam sentibus acutis sepit, verùm semitas occludit; quia ut in viam rectam beatitudinis tendant Monachorum corda, in sæculum derelictum neque semita videnda. Sit Monachus secum ut sit Monachus, ac ponat in via gressus suos: etenim si iter peccatorum peribit, versùs mundum semita in pedibus ejus non apparebit.

Monachi curiosi nūquàm stabiles, etsi confringantur pedes.

Ubi supr.

Sæculi derelicti semita nec cogitanda.

8 Quid nisi vulnera, ex sæculi sagittantis memoria? Quid conversatio, dum vel cogitatio lædit, & pectus antequàm manus incussionibus torquet? Quis ex igne sine ambustione? Quis inter tela & ignita sine vulnere? *Minor homine ad cellam redit, secum vix esse potest*: infit Novarinus in *Umbr. Virg.* Excurs. 141. num. 1320. Minor se in cellam redit, qui sedens & tacens supra se levavit: igitur variis cogitationibus ex obviis speciebus confundens ordinem, expellit è pectore in claustris obtentam quietem.

Extra Monasteriū minores se fiunt. Novarin.

Felix beatus, qui cùm sit domi, manet. Canit Euripides in *Jone*, v. 1371. Longè utique erit à felicitate, qui domi manendo, non manet domi: etenim quanvis in domo manet, vagatur per sæculum alite cogitatione. De filiis Israël dicitur: *Manebant in eodem loco, & non proficiscebantur.* Quis ergo proficisci potest, ubi eodem

Euripid.

Vel manentes in claustro sunt in sæculo. Numer. 9. 22.

dem in loco manet? Qui non est ubi corpus, sed ubi animus. Non mutatur locus motione pedis, sed motu cogitationis. Haud movetur anima pedibus, sed affectibus: & filii Israël non proficiscuntur manentes in tabernaculis; quippe sicut corpora clausa, pariter cogitationes: siquidem homo eodem in loco, quo stat, nullo modo continetur, dum cogitatio vaga huc & illuc proficiscitur. Verùm hoc *Didasc. seq.*

Non est homo, ubi corpus, sed ubi animus.

9 Quid igitur faciendum, si urget charitas, vel Monasterii necessitas in subsidium? Exire, & non exire. Esse extra domum & domi. Esse in sæculo, quasi esset in domo. Dicit Magister N. *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 20. *A sæculi actibus se facere alienum.* Nihili Monacho, dum opus, esse vel non esse in sæculo. Consulit instituti virtutibus, qui eximitur à sæculi actibus. Sæculum non nocet, amor sæculi lædit. Potest quisque esse in mundo sine crimine, in ejus actibus nequit saltem sine imperfectione: monetque Benedictus alienari sæculi instantiam, dum admittit, prout opus fuerit, præsentiam; quippe parùm interest esse corpore in sæculo, modò maneat intra claustra cogitatio. Lucet acumen in auctoritate principalis præsentis Tautologiæ. *Vectes semper erunt in circulis*: ita Monachi. *Nec unquàm extrahentur ab eis.* Ecce virtutum, atque religionis laus: etenim licèt extrahantur, semper in circulis sunt; quoniam estò corpore maneant in mundo, animus non recedit à Monasterio.

S. Bened.

Nihili, esse in sæculo, si intra claustra cogitatio.

Exod. 25. 25.

10 Mortuus est puer (ab aliquibus dicitur Jonas, sed falsò) in sinu matris, quæ aures Eliæ & domum totam implevit querelis; sed modestè, igitur orbitatem suorum morum tribuit relaxationi. *Ingressus es* (ait) *ut rememorarentur iniquitates meæ.* Ergo sanctæ filiorum educationi studendum: siquidem propter crimina parentum aliquando mors filiorum. Vidit Propheta fœminæ afflictionem, illique dixit in amaritudinis solamen: *Da mihi filium tuum.* Quid illa? Dedit? Minimè. Ecce specimen pravæ affectionis in filios: malunt porrò parentes videre mortuos, quàm in religionem ingressos. *Da mihi filium tuum.* Illa, estò in vitam, non dedit; sed ille, ut refloreret vitalis halitus, *tulit eum de sinu ejus.* Vide affectus tenacitatem, & novercam genitricem: potiùs filium mortuum fovet in terram, quàm in vitam: equidem vel Elias filium non revocaret, ni avulsum è sinu matris tulisset. Filii cadaver occupabat genitricis sinum, sed Elias *posuit super lectulum suum.* Asper Eliæ lectulus, sinus genitricis blandus. Hìc moritur, illic in vitam statim revocatur; ut pateat, quantum nocet parentum indulgentia, similiterque expedit mortificatio intra claustra: igitur pueri hìc vel asperitate vivunt, cùm exhalarent animas in sinu matrum suarum.

3. Reg. 17. 18.

Propter crimina parẽtũ aliquando mors filiorum.

Vers. 19.

Potiùs eligunt mori, quàm in Religionem sumi.

Ibid.

Nimius affectus in filios, quàm pravus!

11 Viventem filium Propheta *tradidit matri.* Hæc suscepit, sed juxta Joan. Hyerosolymit. *cap.* 12. uti ministrum servitio Prophetæ mancipavit. Mater utique optima, quàm priùs vitiaverat nimia in filium indulgentia. Providum, prudensque consilium, filios è gremio matrum confugere in Monasterium, vel ut in vitam revocentur, vel ne blandiriis moriantur: verùm cavendum, semel traditos, quasi non essent, amplecti; quippe matres filios suffocant amore: & genitrix filium Prophetæ tradidit, illicò ut viventem vidit; ne qui in vitam miraculo intra claustra revocatur, blandimine deliciarum matris, iterùm in sæculo moreretur. Cavet etiam N. Legislator, & Dux ubi supr. cap. 59. *Omnia* (infit) *obstruantur, ut nulla suspicio remaneat puero, per quam deceptus perire possit, quod experimento didicimus.* Cunctis difficile, quippe periculosum, sit ostium; verùm pueris omninò quocunque titulo occlusum; igitur specie pietatis, prætextu consolationis non solùm perire possunt, sed infeliciter pereunt.

Vers. 23.

Matres filios suffocãt amore.

S. Bened.

Et ipsi moriuntur pietatis specie.

12 De aqua lacus Arethusæ infecta à celeritate Tigris, ait Plinius *lib. 6. cap. 27. Omnia illata pondera sustinet. Unum genus ei piscium est, idque transcurrentis non miscetur alveo, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant.* Ecce speculum Monachorum & sæcularium. Nullum congruit intercedere comercium. Hi degunt aquà dulci, illi in amaræ acerbitate: & qui omnia charitate pondera sustinent, dulcedine etiam degustatà languent: quin potiùs vel rapti, vel allecti, si extra labuntur, intereunt: idem est mori, ac extra clausuram egredi. Aptior conditio piscis Astaci. *Si longius à mari exportatus dimittatur* (inquit Ravis. Text. in *Offic.* lib. 7. cap. 41. *ad eundem irrepit locum, ubi captus fuerat.* Non sat illi quò sit aqua, sine qua alii moriuntur: mors sanè imminet extra proprium locum. Quàm beati homines in Monasterio degentes, modò essent sicut hujusmodi pisces! Haud egredian-

Plin.

Moriuntur dulcedine, qui vivunt acerbitate.

Text.

Satagant regredi Monachi, si necessarium exire.

diantur extra sepia, nisi aliqua necessitate, non necessitudine capti: verùm illicò ut liberi, ne perdant animam, satagant regredi vel natando celeriter in clausuram.

13 Tribuenda est singulari miraculo visio Monachi in sæculo. Non debet esse sicut corvus in Arca; de quo dicitur: *Egrediebatur & non revertebatur.* Chald. *& revertebatur.* Utrumque verum, quanvis apparet implicatorium: igitur egrediens revertebatur in clausuram Arcæ, sed avidus egrediendi. Non sicut corvus, sed sicut à morte revocatus Lazarus. Aliquando jubet Domiuus venire foràs; urget proximorum necessitas: at *prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis.* Vita Monachi ut Phœnicis: seipsum lubenter funerans, renovet: tunc igitur floridè foràs prodit; ubi qui corpore videtur vagus in sæculo, adinstar Pauli *alligatur spiritu*: ac denique Lazaro similis graditur institis legis, compedibus religionis. *Non minus mirabile videbatur vinctum egredi, quàm suscitari*: infit Theophil. hìc. Mirabile utique sic procedere. Non sic impii, non sic: verùm qui verè Monachus, ita foràs prodit, quasi in cella maneret, & non exiret.

Genes. 8. 7.

Non sunt inclusi, si aviditas egrediendi.

Joann. 11. 44.

Act. 20. 22.

Theophil.

14 Vitam filio viduæ ab Elia restitutam tractavimus, verùm auctoritatem obscuram in hunc locum meditatò prætervimus. Expiravit, de sinu matris Prophetæ cadaver tulit, *& portavit in cœnaculum, ubi ipse manebat.* Difficile prorsùm, si in cœnaculo manebat, mortuum portare in cœnaculum. Vel erat in cœnaculo, vel non erat. Si non erat, non manebat ibi: si ibi manebat, manens, eò portare non poterat. Quo ergo ingenio extrà è sinu matris cadaver tulit, & simul in cella mansit? Quia ita foràs exiit, quasi extra cellæ limina non exiisset. Alia est stantia corporis, alia mentis. Necessitate viduæ urgebatur charitas, ut impelleret Prophetam exire foràs: diciturque vel in sæculo existens, in cœnaculo manere; quippe ab illo tantùm exulabat corpore. Pende emphasim. *In cœnaculum, ubi ipse manebat.* Quorsùm *Ipse*? Vel manens, vel egrediens ipse erat: & signatè dicitur *Ipse*; quia non alius in sæculo, quàm in cœnaculo. Speculum claret, quo intuitu, animo & circunspectione, Monachus egredi debet extra sepia Monasterii, vel in subsidium proximi: etenim cùm conversatio sæcularium corrumpat pulchritudinem virtutum; perperàm egreditur è limine clausiri, qui non egreditur ipse. Si egreditur ipse, innotescit ruina animæ: siquidem dum corpus egreditur extra clausira, ipse gradiens debet remanere in cella. Si ingreditur alius, jam non Monachus: & est alius, quoties non manet ibi, unde discesit; sed ubi manet. Est ipse, dum diverso in loco, non mutatur cogitatio: & Elias plauditur meritò *ipse*; quippequàm ibi unde discesit, mansit, ac egrediens non discesit. Hæc est habitatio nostra, vel cœlum vel cella. Idem omninò, ut in cœlis sit nostra, uti Monachorum, conversatio. Cœlum est Monasterium, minimè dispergantur lapides Sanctuarii in capite omnium platearum: etenim Monachus, ut modulatur Piccinel ubi sup. lib. 12. cap. 21. n. 154.

Verse. 19.

Extra Monasterium non exit, qui in sæculum exit, quasi non exiret.

Perperàm egreditur è limine clausiri, qui non egreditur ipse.

Piccinel.

Sub tecto splendens, sub Sole obducitur umbris.

DIDASC. II.

Clausi corporis custodia non est clausura.

1 EGimus de corporis clausura, de animæ verò in præsenti Didascalia, ne Monachi erremus in montibus, & speluncis. Occurrit auctoritas Pauli in suffragium propositi. *In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terræ*: inquit. Unita contemplor. Non novum error in solitudinibus & montibus: novum sanè in speluncis & cavernis, quibus cessant vagantis errores. Quinam ergo errant in cavernis terræ, quasi in solitudine? Qui errant corde. Caverna terræ homini est corpus, quò sedet animus. Si animus non quiescit, neutiquàm est, ubi manet: & signatur error in ipsa quiete, quia vagatur errans animus mobili cogitatione, quomodò posset corpus in deserti solitudine. Astruit Isaias. *Sublevetur desertum, & civitates ejus.* Est implicatio terminorum civitates & desertum: & conjungit utrumque, ob exprimendam vagationem animi: etenim in cavernis cogitationis vagæ patent errores, ubi in clausiri vel corporis deserta, adducuntur civitates.

Hebr. 11. 38.

Quomodò error viæ in mansionis quiete?

Isa. 42. 11.

Ac in deserto solitudinis civitates?

2 Causam inquires. Profert vel Ethnicus. *Hoc enim stultitiæ proprium* (ait Seneca *Epist.* 74.) *ignavè, & contumaciter facere, quæ facit, & aliò corpus impellere, aliò animum, distrahique inter di-*

Senec.

ver-

versissimos motus. Haud induit animum, qui non est secum. Secum est, & ita quiescit, si

Virgil. *Mens immota manet.*

Aliter quanvis secum sit, est extra se; quippe dum cogitatio plura versat, in expulsionem quietis,

Senec. *Mens intùs agitat.*

Haud pendet animæ clausura à locatione obstricti catenis corporis, sed à mancipatione in opus injunctum cogitationis volatilis. In nervo posuit Dominus pedem Jobi; & dicit ipse: *Omnes semitas* vigilanter *observari; & vestigia pedum* studiosè animadverti. Impossibiles videntur pedum motus, quando pedes in compedibus: & signantur pedum vestigia pedibus vinctis, pro voluntaria vagatione mentis: equidem non clauditur, qui tantùm includitur; sed qui in quietem cogitationum clauditur. De vectibus Arcæ sacræ præscribitur: *Semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Necessarium sanè non extrahi, nonnunquàm circulis fixi: & vel circulis exponitur non extractio, ut designetur plenæ clausuræ perfectio. Vectes sunt Monachi, claustra circuli, ad portandam arcam legis, pro instituto religionis: & non extractio jubetur, dum permanentia præscribitur; quippe possunt extrahi, quanvis in circulis sint: tuncque non sunt in circulis, quibus sunt; quoniam nihili ducitur corporis arcta clausura, si mens circunquaquè vaga.

Clausura pendet ab anima. Job. 13. 27.

Non clauditur, qui tantùm intra claustrum includitur. Exod. 25. 15.

Nihili, corporis custodia, si mens vaga.

3 *Quocunque introjeritis in domum, illic manete, donec exeatis inde*: dicit Magister cœlestis charis discipulis, missis in cæci illuminationem orbis. Quod injungit, videtur necessarium. Ubique manendum, quousque exeundum. Si manent, minimè possunt exire; igitur dum ibi, inde non possunt discedere. Quorsùm ergo exitus meditandus, si mansione non est exitus? Est exitus in mansione. Manet corpus, fugit animus: & dicit manere, donec exeant; quippe exeunt, quantunvis maneant, dum corpore quiescente intra habitaculum, curritat cogitatio de domo in domum. Non omnibus dicit, sed viris Apostolicis, quibus incumbit pro acquisitione virtutis clausura mentis: & commendat inde non exire, quo manent corpore; quippe viris Apostolicis non clausura corporis circunscriptio, ubi vagatur hùc illud cogitatio.

Marc. 6. 10.

Non est in mansione mansio, corporis circumscriptio.

4 Ulteriùs. *Illic manete, donec exeatis.* Si manetis illic, illic manere: donec exeatis, ne inde exite. Clausuræ indicitur ordo & in exeundo, & in manendo; ut discant Monachi egredi & ingredi extra & intra claustra Monasterii: signatque exitum cum mansione, & mansionem sine exitu; ut vigeat in cordibus status consideratio: quoniam est mansio sine mansione in clausura, ac sine exitu exitus extra claustra. Exitus sine exitu, dum egrediuntur ex claustro, quasi manerent: mansio sine mansione, ubi manent, quasi exirent: siquidem pendente clausura à mentis vinculis, & non à vinculis corporis; transitur, imò perfringitur in mansione claustri limen, dum in quiete errabunda perambulat totum orbem. Innuit SS. Confessor Christi Benedictus, ac Dux noster. In Monasterio sint *omnia necessaria* (inquit *Regul. Sanct.* cap. 66.) *ut non sit necesitas vagandi foras; quia omninò non expedit animabus eorum.* Proh dolor! Quanta mala Monachis titulo necessitatis! Perpende, *Vagandi foras.* Ad quid *foràs*? Pro custodia cordis, ne quæ in ejus cubiculis, prædicentur in tectis: igitur in mansione fit exitus, dum errat animus.

Est exitus sine exitu, & sine mansione mansio.

S. Benedict. *Quàta mala Monachis, titulo necessitatis!*

5 Utrumque astruendum. *In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra*: dixerunt servi jam, Israëlitæ, Babylonicà truce captivitate. Literaliter proclivè exponitur auctoritas per Hendiadym: *In salicibus in medio ejus*: ideat, in medio salicum ejus. Vide *Tautolog. 8. E. num.* 58. Modò considerandæ prout jacet. In medio Babylonis non erant salices. Quomodò suspensa instrumenta musica in salicibus, & in medio ejus? *In desertis*: legit Genebrard. hìc. Ampliùs constringitur nodus. In medio civitatis & in desertis? Utique. Ecce signum solitudinis veræ, dum ingruit memoria derelictæ charæ patriæ: equidem animus in medio multitudinis projecit civitates, non reputavit homines. *In desertis, in medio ejus.* Hìc vulneratur animus, si ibi vagantis præfulgebat virtus: etenim si spectabilis perfectio cordis, adhuc in servitute; omninò lamentabile, quòd errore & gyro cogitationum adsint corpora quiescentium in medio solitudinis, & vaga corda in medio civitatis Babylonis. *Vade in terram Israel*: dicitur Joseph. *Revertere in terram nativitatis tuæ*: præscribitur Jacob. Uterque extra patriam: cur igitur huic dictum, *Revertere*; & illi, *Vade*? Reversio indicat acquisitionem derelicti loci novam: profectio à dilecta patria absentiam, quæ fieri quit corpore, aut

Psal. 136. 2.

Genebr.

Optimum cor in sæculo & extra sæculum.

Malum, in deserto, & in medio civitatum.

Matt. 2. 20.

Genes. 31. 13.

Manet intra septa cellæ, qui ab illa non abest corde.

aut animo, vel utroque modo. Patria sancta erat, & sacer, quo habitaverant, locus; quippe in Judæa solummodò notus Deus: Jacoboque dicitur: *Revertere*; quoniam exilio tàm longè animus, quàm corpus: cæterùm Josepho, *Vade*; quia non discesserat corde.

6 Hinc in Monachis oritur diligentia, & oscitantia circa exercitia. Diligentia, si sunt ubi sunt: desidia, si sunt secum extra se. Unde ut vidimus ex Seneca *num.* 2. vocatur stultitia; quippe in ipsis operibus, motibus distracti animi infecta videntur facta: ignavèque fit, quin fiat, quod conficitur ignavè; igitur aliò impellitur animus, & aliò corpus.

Stultitia est dum aliò ducitur corpus, & aliò animus.

Plaut.

Quod agis, id agas.

Ait Plautus in *Mostell.* Act. 5. scen. 1. vers. 51. Quod aliter videtur fieri non posse, posse videtur; igitur nihil agitur, quod agitur, si non intenditur. Imago Dei collocanda *super cor & super brachium*, ut cum illo sit acceptabile colloquium: equidem parùm interest in Dei laudibus prolatio labii, modò verba non procedant ex corde. Brachium significat opus, per cor indicatur animus: & vel in ipso opere minimè Dei incumbitur laudi, si cor est longè. Quia distrahitur in oratione homo, etiam laudatum fastidit oratio: jungiturque voci laudantis, intentum vigilis cordis; etenim nihil contemplari debent corda, præter quæ proferunt labia. Quid quòd corpus sit in choro, si extrà vaga cogitatio? Haud Monachis sisti congruit, sicut Cherubim fabricati à Rege Sapiente, sed adinstar fabricatorum à Moyse: equidem hi *respiciebant se mutuò, versis vultibus in propitiatorium*: illi autem erectis pedibus, extentis alis, occupabant Sanctuarium, sed *facies eorum versæ ad exteriorem domum.*

Cant. 8. 6.

Quid quòd corpus in choro, si extrà vaga cogitatio?

Exod. 25. 20. 2. Paral. 3. 13.

7 Nota igitur cordis distractionem, ut fugias calamitatem. *Erit in templo* (ait Daniel) *abominatio desolationis.* Hieronym. lib. 4. *Comment. in Matth.* cap. 24. infit: *Abominatio desolationum erit, & consummatio dabitur super solitudinem.* Occurrit illicò dubium. Quo pacto locus abominationis erit solicitudo, si constituitur in templo? Vel quomodò si templum sacrum venerationi, perstabit abominabile? Pro litera consule Doctiss. Sanctium hìc. Illà ergo prætermissà, exponetur tropologia. Templum Dei quid aptiùs poterit signare, quàm chorum Monachorum, Dei laudibus perpetim studentium? Corda debent respondere vocibus, & mens plausibus (at dicit Patriarcha N. ubi supr. *cap.* 16.) ut sint plausu eloquia grata, quippe sine attentione, uti verba & verba, omninò abominabilia: diciturque locus desertus, vel dum in templo invenitur plenus chorus; quoniam ni vocibus mens concordet, quasi in choro nullus esset. *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, Templum Domini est.* Non est, esse in choro, in choro esse. Statio pendet à mente concordi voci. Si mens vaga, vacuum profectò Sanctuarium: unde templum designatur ut desertum; quippe omninò chorus vasta & invia solitudo, dum subterfugit ibi adstantes detinenda cogitatio.

Daniel. 9. 27. Hieron.

Ni vocibus mens concordet, quasi in choro nullus esset.

S. Bened.

Jerem. 7. 4.

8 Preme verba: *In verbis mendacii.* Quo pacto in verbis mendacium, ubi verum designatur templum? Non sunt in choro? Næ. Veritas est conformitas actus cum objecto. Nihil agitur, si non agit cogitatio. Mens discordat à voce, nihil agente & agente: unde cùm necessaria conformitas, ut pateat veritas; quodlibet in Sanctuario verbum constat mendacium; quoniam mens vagabunda fatuè declinat objectum. *Propè est Dominus invocantibus eum*: idest, *invocantibus eum in veritate.* Quis enim vel audacior mendaciter invocat? Qui Deum, objectum laudis non cogitat: unde etiam canens in choro, mendax dictat à Sanctuario; quippe nulla interest actus conformitas cum objecto. Verbum auditur prolatum, at si non verum, non bonum: sin autem bonum, non verbum. *Eructavit cor meum verbum bonum*: inquit David. Bonum? Utique: sed non cùm dicit, sed cùm dicit, & dicat opera Regi cœlesti, cui dirigitur canticum, & respicit uti objectum. *Verbum bonum.* Et à corde verbum? Sanè: inde abundat bonitate, quoniam à corde. Verbum est à labiis, bonum ab intento cordis: & exponit verbi bonitatem & non vocem; quippe Deus non tam intendit in labia, quàm in corda. Astruit subinde. Postquàm à corde verbum bonum eructatur, *lingua calamo scribæ* confertur: & propriè. Calamo scribæ signatur, quicquid in mente concipitur: aliter scriba mendax, & vox fallax: verbumque bonum calamo confertur scribæ; quippequàm vox prolata prodit à corde.

Non est, esse in choro, in choro esse.

Psal. 144. 18.

Psal. 44. 2.

Deus non tam intendit in labia quàm in corda.

Ibid.

9 Modò in posteriorem quæstionem textus Danielis. *In templo abominatio.* Quænam igitur abominatio & in templo?

Ubi supr.

Ido-

Idolum, statua: subdit Hieronym. ubi suprà. *Veneris simulachrum*: Chrysost. *Orat. 2. contra Judæos.* Transfert in templum vaga cogitatio nostra quæcunque abominabilia: & ut releget vel allidat volitantes, atque vellitantes species; imaginum phantasiæ præ se feruntur meritò abominationes: quandoquidem penitus abominabile, in templo statui idola concupiscentiæ. In Dei laudem magis cordium, quàm corporum fiat concursus, ut in terris eluceat cœlestis chorus, constricta imaginatione in vincula, ne gyro mentis surgant lubrica phantasmata: etenim abominabile adstantium propudium, formantium chorum; quòd coram Deo amœnet oculos cogitationis execranda imago Veneris.

Hieron. Chrysost.

In templo abominabile, idolum concupiscentiæ.

10 *Ergo consideremus* (infit D. Benedictus quò dudùm) *qualiter oporteat nos in conspectu divinitatis, & Angelorum ejus esse*: igitur non oportet esse in loco sancto, si mens in foro. Si phantasia circuncircà vagatur, consideratione præsentiæ divinitatis sepelitur: etenim non circunspectio, sed abominatio, corpore occupare templum, & Angelorum sedem; versis vultibus cordis in chori limen, atque domum exteriorem. *In conspectu sedis* Dei *erat tamquàm mare vitreum: & qui vicerunt bestiam & imaginem ejus, stantes super mare.* Canentium in Dei elogium cuncta laudatio: sed de his dicitur: *& quæ in mari, & quæ in eo.* Literam jam exposuimus. Stationem horum contemplemur. Si in mari erant, in eo erant: quo intuitu dicitur ibi esse, si non erant alibi? Potest ne fieri, esse in loco & extra locum? Potest, modò qui præsens non præsens. Præsentia in templo magis astruitur invisibili mente, quàm visibili carne. Ibi diversæ cogitationes huc illucque volant, variaque imago bestiæ circuncircà; ut pelliceat intentam in thronum cogitationem, & extrahat à loco mentem: & sunt in mari, in quo sunt, quin ibi stando aliter alibi sint; quoniam minimè in præsentia throni relinquit, quam habet sedem, quisquis bestiam vicerit, vel imaginem. Sunt ubi sunt, qui non excidunt loco. Excidunt, si fugerit cogitatio, si fuerit quasi non esset, & præsens inde avolaverit: unde dicuntur esse in mari, & esse in eo; quippe bestiæ volantis nec visa imago. Super mare diversorum phantasmatum, nimirùm cogitationis, figitur quies. Novum, si constantia super cogitationum mobile mare: sed sunt in mari, quia super. Cogitationum fluctus animas, ut cadant, quantiunt: motus crebri mentes, ut corruant, concutiunt: & super mare pluaduntur stantes, qui viceruntur urgentes in casum cogitationes; qnippe summa singularis virtus, esse immobile, ubi nihil stabile. *Super mare.* Mirabile, quod stent: & stantes sunt in eo loco, quo sunt; quoniam si mens aliquà imagine vaga, essent ibi, & essent extra.

S. Bened.

Apocal. 4. 6.

Cap. 15. 2.

Cap. 5. 13.

Præsentia in templo non astruitur corpore, sed mente.

11 Astipulatur proposito eadem visio. Chorus cœlestis formatur pro victoria Verbi Dei in carne assumpta, ex quo procedebant voces & cantica. Formatur Chorus & auditur à cunctis, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Coronabatur venerabilis Chorus vigintiquatuor senioribus, atque quatuor animalibus: de illis dicitur: *In circuitu sedis sedilia vigintiquatuor: & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes*: de his autem: *in medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis antè, & retrò.* Urget dubium. Quomodo si in sede, erant in sedis circuitu? Qui in circuitu chori est, in sede chori non est. Extrà est, qui sedet in circuitu: quo pacto extrà, si in medio choro? Plena erant oculis, symbolis curiositatis, quæ quidem arcenda maximè à choro, ne perturbetur obviis objectis facilè mobilis cogitatio; sed præferatur etiam sensuum circunspectio: designaturque emissitiis vagis oculis præsentia animalium, quæ intra chorum, extra chorum; quoniam ibi non erant ut essent, sed ut cuncta curiositate respicerent.

Ibid. cap. 4. 8.

V. 4.

In choro, non manet, qui exteriora e choro vagè circumspicit.

12 Ultra. Canebant ore. Quid inde? Requiem non habebant die ac nocte. Haberent utique, si psallerent mente; quæ enim astruit præsentiam in choro adstantium, quippe cogitatio vaga transmutat locum. Dum alii canebant, in cantu animalia oculis chorum lustrabant: & dum starent in choro, dicuntur esse in circuitu; igitur vana curiositate, non erant ubi erant, sed ubi oculi. Cherubim à multis dicuntur, cæterùm hìc animalia vocantur. Hujusmodi externà specie carpuntur curiosi Monachi, qui obliti circunspectionis, sunt in chori sella & in circuitu sedis: igitur cùm possint contemplari, quæ canunt, intelligentià Cherubicà, sunt in choro desidià uti animalia. Sunt in choro. Fallor. Non sunt, quia sunt curiositate extra se. Non sunt, quandiù sunt in choro, quia vagatur per vana cogitatio. Non est animus, ubi corpus: non est chorus, ubi non mentis, sed vocis auditur cantus: unde quia in sede non Cherubim, sed animalia;

Oculis vagè non sunt, ubi sunt, sed ubi oculi.

Qui cogitatione vaga, non est in choro, sed extrà.

&

& sunt in choro & sunt extrà. Haud ita Monachum judices hominem : terrena solicitudo deprimit sensum multa cogitantem. Corporis tantùm custodia, non est clausura. Quid in choro, si cogitatio per phantasmata cursitat ? Dicit Juvencus lib. 4. *Evang. Histor.* v. 32.

Juvene. *Nescia virtutum, & legum mens decolor errat.*

DIDASC. III.

Haud in societate pax vera, sed in concordia.

1 VITA hominis vertitur in cardine pacis, quippe discordiâ evanescit vita hominis. *Estne pax puero Absalom* ? Pax proponitur, quando de vita disquiritur: etenim vel in summa prosperitate vitæ, non est vita sine pace. Constat oppositis mundus, & factus est in pace locus ejus : equidem dum Conditor constituit,

2.Reg.18. 29.

Pax vita hominis.

Ovid. *Dissociata locis concordi pace ligavit.*

Uti canit Ovidius lib. 1. *Metam.* fabul. 1. *Concordi pace* : dicit, & pacem falsam expressit : equidem non pax, sed lis, non pax vera, quæ oritur ex unione, si absit concordia. *Pacem falsam non dare*: monet Legislator N. Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 25. Destruitur, quo astruitur rutilà specie ; & nocet pax sine pace : igitur rumpitur apparens vinculum ; quoniam florebat adhæsio, neutiquàm unitas cordium. *Non sic cum amico, quàm cum socio* (testatur Seneca lib. 7. de *Benef.* cap. 12.) *ut pars mea sit, pars illius : sed quomodo patri, matrique communes liberi sunt: quibus cùm duo sint, non singuli singulos habent, sed singuli binos.* Ecce amicitia & pax vera : equidem falsa, ni corda sint cor unum, atque anima una, & juxta Lucanum lib. 4. *Phars. bell.* v. 289.

Quæ pax verâ?

S. Bened.

Senec.

Lucan. *—Misti salus concordia mundi,*
Et sacer orbis amor,
Æterno complectens omnia nexu.

2 Arca fœderis, ideſt, concordiæ & pacis portanda erat à Levitis, quippe pax aliquando importanda, & aliquando inferenda, ne leges frangantur in republica. Ad hujusmodi ministerium, ne vel ad horam Israëlitæ viverent sine lege, erant vectes inferendi per circulos arcæ, sub quibus necessariò Levitarum humeri : igitur frangetur lex, atque exulabit pax, ni qui præsunt sacerdotes, in pondus rationale legum, enixim supponant humerum: *Vectes* (dicitur) *semper erunt in circulis, necunquam extrahentur ab eis.* Emicat conditio veræ pacis, in observantiam legis. Non pendet pax ab unione, sed ab unitate cordium ; igitur in eodem loco mutant locum per diversum intuitum : extrahunturque vectes etiam in circulis ; quoniam pacis specie, diversa, nec unum, unita corda, requirunt quæque, quæ sua. Aptiùs promam. Ad pacem necessarius intuitus boni publici, nequaquàm privati boni. In hoc tendit unionis speciositas, in illud duntaxàt unitas : & corda neutiquàm sunt ubi sunt, quanvis in circulis sint ; quippe pax labilis falsa in propria commoda unione, ubi unum debent esse cunctorum corda pro pace.

Ut populus portet pondus legum, qui præsunt supponant humerum.

Exod. 25. 15.

Veræ pacis signũ, unitas cordiũ.

3 Exprimit Paulus. *Obsecro* (ait) *ut idipsum dicatis omnes, ut non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia.* Videtur sæpe, maximè in electionibus, abundare unumquemque ita in sensu suo, ut priùs sit sui, vel suæ utilitatis electio. Plures sunt, uniuntur, & congregantur ; sed non unum etiam congregati dicunt ; quippe licèt in eadem sententia appareant unita corda, non sunt pro eadem sententia. Unde Paulus dicit, quod idem in eodem dicant, & congregati unum sentiant, ne sit schisma, quæ videtur concordia : quandoquidem aliter sentiunt, vel dum idem dicunt ; si larvà venustà pacis non pacem, sed sese quærunt. Sunt quidam factiosi, de quibus optimè Peirinus *Tom.* 2. de *Prælat.* cap. 3. quæst. 2. *Studiosi utilitatis, incarnati dæmones, Antichristi, scandala juvenum, pueri centum annorum, senes fatui.* Hi minimè conantur in suffragiis perfectionem, sed prætextu pacis privatam utilitatem. Ex fructibus eorum cognoscetis eos, igitur tumidi, ac ambitiosi sese præferunt inflatos : & ne sit inter congregatos pacis titulo fallacia, monet Paulus, idem dici in eodem sensu & sententia : equidem vafrè in proprium intenti commodum, habent alium in eadem sententia sensum. Hæc est ars ambitionis, pacem nimirùm depellere titulo pacis.

1.Corinth. 1 10.

Ambitio inquieta.

Peirin. *Qui factiosi?*

Quomodò in concordia discordia?

4 Astruit idem. *Nolite conformari huic sæculo : sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.* Hæc omnia *Pro usu honorum*: subdit Cajetan. hìc. Quærenda est in electionem Dei voluntas, ut sit perfecta, & beneplacens & bona ; quin sæculi intromittatur

Rom. 12. 2.

Cajetan.

Quænam ars sæcularis id suffragiis electionis?

scena

scena : equidem dum embolium sæculi format subdolè electionem, frequenter quisquis eligitur est contra Dei voluntatem. Ut constet siccine Dei voluntas, exponitur sensus novitas : igitur in indignum resistentiæ constantia, est voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Innuit Casiodor. *Var. epist.* lib. 8. cap. 15. *Civica sunt ista certamina* (idest, rationis, non voluntatis) *pugna sine ferro, rixa sine odio, clamoribus* (hoc est, suffragiis) *non doloribus res ista peragitur* : igitur hujusmodi oppositio est veræ pacis stabilis conservatio : aliàs pax & non est pax : pax peccatorum conformatorum artibus sæculi, sub habitu pacis studentium discordiæ; quippe electio, quæ ut pacifica in subditorum levamen, peragitur in dolorem. Melior est rixa ad tempus, quàm sub specie pacis dolor continuus. *En fratribus pacem bonam* : de qua *Tom.* ultim. *Tautolog.* 6. Hæc est vera pax, quæ tendit in pacem, etsi per jurgium : siquidem obstat *pravorum* pravum *prævalere consensum.* Ita S. Legislator N. Benedictus, ubi supr. *cap.* 64.

Casiod.

Oppositio in electionem indigni, conformit Dei voluntati.

2. Mach. 1. 1.

5 Sed dices: Quid est, conformari huic sæculo, ex quo morum deformatio? Aggregari pro utilitate pacis titulo in unionem, & illicò dissentire, si propriam pax non affert conceptam utilitatem. Nobile exponendum Emblema Joannis Sambuci. Ex commissa pugna sparsa jacebant humi multa cadavera. Humare quæquæ poterat, intendit anus quædam, mota civium pietate, ac in templo, quod in clivo, ossa saltem sepelire : supparum explicat, gremium onerat, clivum ascendit craniorum bajula, verùm sorte omninò lævà, vel offendit pede, vel cæspitavit syrmate; tuncque quæ in ascensionem unita, ruebant dispersa, quæ congregaverat anxia, exclamavitque : O crania, crania! Patet esse sine medulla. Hispan. *O cascos, cascos! Bien se conoce, que no teneis sesos.* O capitula subventanea sine cerebro! Certatis vel in sepulchro? Apage malum : etenim commovet stomachum in fastidium, pro ascensione crania congregari, ac in collocatione ita dispergi, ut exulet pax, quòd singula in præceps illic corruant, hac, & huc. Vernaculè, vigilantiùs : *Hete el diablo por cabezas : muy unidas, y conformes al subir; y ahora, una por aqui, otra por alli, otra por acullà.* Succinunt metricè tam Sambucus *Emblem.* 47. quàm Solorz. *Emblem.* 48. num. 10.

Concordia fucata.

Quædam anus in sacrum portabat crania collem,
Ossibus humanis ne minuatur honos.
Sed titubans ægris pedibus, cum verticem adiret,
Concidit, ac varium crania versat iter: Sambuc.
Illa videns labi diversè cuncta retrorsum
Quodque adeo discors semita ferret onus;
Quid mirum, si tot sensus, quot in orbe figuræ
Sunt (ait) in vivis? Num ossibus una via est?

Claret in craniis ita dispersis typus sæcularis conformationis : equidem pro pace non uniuntur unione, qui fovent in eâdem sententia diversum sensum, atque in distinctum collimant scopum.

6 *Adhuc congregabo congregatos ejus:* dicit Dominus per Evangelicum Vatem. Siccineque assignat congregationem? Phrasis est Sacræ paginæ, *Sophon.* 1. 2. & 2. *Machab.* 2. 7. Si congregatio supponitur, quid congregabitur? Non est congregatio ex congregatis? Quorsùm ergo congregatio congregationis? Plures congregantur, ut à congregatione separentur. Congregatio haud judicanda ex congressu, sed ex judicio: ex eâdem locatione plurium, sed ex identitate sententiarum : & Deus asserit, etiam congregatos congregaturum; quoniam non congregantur, qui habent eundem locum, sed vel diversis locis in eundem cònspirant sensum: etenim congregatio dispersa, modò congregatorum sint plura corda.

Isai. 56. 8.

Congregatio dispersa, si plura corda.

7 In illustriore congregatione videndum. Apostoli post Christi ascensionem convenerunt in unum : dicitque Lucas: *Cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.* Ad quid *Pariter?* Ut constaret conformitas mentis in tot congregationis congregatis. Primùm designat locum, posteriùs animum: diciturque illa insignis congregatio vera, quippe non diversa corda. *Congregans congregat*, qui in bonum propendit congregationis : dispergit qui congregat, dum privata requirit titulo pacis. Congregat, si corda, haud si in unum domicilia, unde cùm eadem sententia in congregatione non sit semper; post ejusdem designationem loci signatur *Pariter* : equidem congregationem astruit idem animus, & nequaquàm idem locus.

Act. 2. 1.

Nil prodest esse simul, ni pariter.

Sophon. 1. 2.

Congregationem astruit idem animus, non idem corpus.

8 Contestatur Assertor N. *Pater* (ait) *quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum.* Ni cum illo, non sunt

Joann. 17. 24.

ubi ille est: etenim societas haud pendet à societate, sed à corde; quippe idem loca diversa, modò sint diversa corda. Quid quòd cum illo sint, si illius non sunt? Unde post eundem locum, addit & *Mecum*; quippe societatem non formant præsentia corporis, si absistit, ubi manet, consensus mentis. Qui non est cum illo, contra illum est, quantunvis sit ubi est ille: igitur sine concordia sensus, qui reputantur ut socii, non socii, sed adversarii. *Societas à corde, non societate.*

1. Petr. 5. 8. *Adversarius vester diabolus*: dicit Petrus. Unde constat adversarius? Alia delicanda auctoritas, ut ejus pateat malignitas. De Angelis destinatis à Deo hominibus in auxilium, profert Christus: *Angeli eorum.* Incidit dubium. Unicuique hominum à nativitate, vel à conceptu datur comes individuus, tam bonus, quàm malus Angelus: cur ergo si nobiscum sunt, non nostri mali, sed tantùm boni vocantur? Quia mali non sunt nobiscum. Et nobiscum? Utique. Illorum malum consortium. Sunt nobiscum, ut in crimina alliciant: sunt nobiscum, ut in scelera pertrahant, ut quæ consona perturbent, quæ sancta vitient. Non est in societate societas, ubi deest cordium conformitas: & qui socii, meritò dicuntur adversarii, estò à principio vitæ sint nobiscum; quippe in nostrum nocumentum prava societas illorum. Matth. 18. 10. *Non est in unione societas si cordium abest cõformitas.*

Ovid. *Certus amor morum est.*
Canit Ovidius de *Medicam. faciei*, v. 45. Perperàm vel in societate erit nexus voluntatis, ubi tam diversi mores.

9 Notanda verba Salvatoris pro cognitione cordium, & discordiâ pravarum societatum. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* (dicit discipulis de absentia corporali per crucem mœstis) *non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Demonstravit Dominus relinquendo discipulis pacem cœleste imitandum regimen. Abit illis parare locum, ut gaudeant pro meritis majestate dignitatum: pacemque signat, emblema prudentis regiminis, ac inusitatæ hucusque dexteritatis; igitur summi principis insigne, ubi dignitates pro meritis destribuendæ, quòd omnes vivant in pace. *Pacem relinquo, pacem do.* Priùs pacem relinquit, quàm donet? Utique. Dare pacem, inolevit primo aspectu: relinquere, usuvenit ultimo brachiorum vinculo: & commutat meditanter sententias, ut regiminis effulguret speciositas: igitur præsens quasi nihil daret, ni pacem in absentia reliquisset. Dare spectat ad introitum: cæterùm relinquere ad egressum: & relinquit in introitu pacem; ut signet ac ostendat mali prælidis discrimen: etenim sæpe pax introducitur, dum ille egreditur. Joann. 14. 27. *Unde regimẽ insigne.* *In pace cuncta bona.* *Malus Præses quo cognoscitur?*

10 Prætereà. *Pacem*: ait. Pax inter bonos & malos nunquàm est, uti subdit D. Thom. in 12. ad *Rom.* vers. 18. Quo ergo intuitu pax ita commendatur, si inter illos degit proditor? Certum est esse pacem peccatorum, quin possint habere pacem, quia pugnant secum: & nihilominus altè commendatur pax, ut proditorem illicò expellant à se: vel ratione dignitatis incumbant arctè in unionem, & cum his qui oderunt pacem. Insuper. *Pacem*, inquit, sed *pacem meam.* Quid quòd ejus? Mundus etiam vel in pace falsus. Juxta intuitus cordis constat entitas pacis. Falsa, quæ mundi, intendit tantùm in vanam apparentem prosperitatem: vera respicit Deum uti finem: & opponitur pax paci; quoniam negotiatio, & nequaquàm pax, quæ mundi: igitur latitat sub larva pacis dissidium, quippe non respicit Deum. Presiùs delicabo: Non erit pax cœli inter illos, sed pax mundi: siquidem catervatim sine unione cordium, haud in finem respiciunt, sed in fines. *Expulsio improbi pax reipublicæ.* *Intuitus particularis pacis obex.*

11 Deinde. *Pacem meam.* Si non quæ ejus, ab eo, & in eo, jurè appellamus discordiam; quare dicit: *Pacem meam?* Propter pacis modum, quo perfidia latet pectorum. Pax non est, si quomodò mundus dat: etenim falsitas aut veritas pacis cordi, vertitur in modo dandi. Pax cœli est pax vera, quippe in diversitate sententiæ, estò rationis dissentiat discursus; in prudentiam negotiorum est voluntatum consensus: cæterùm pax mundi falsa, & in concordia discordia: etenim propter commodi præconceptos subdolè fines, in conformitate cordium latent plures falsitates. Subinde. Pax cœli, quæ *mea*, contra pacem mundi, quæ omninò falsa. Pax vera, juxta Angel. Magist. 1. 2. *q.* 70. *art.* 3. est tranquillitas ordinis; pax falsa perturbatio & eversio tranquillitatis. Illa quies animi & animæ: hæc vertigo sani cerebri. Illa quærit aliena, hæc propria commoda. Pax mundi speculatur ambitione fastigia muneris: pax cœli designat munus pro singulorum meritis facultatis. Est verè diversorum pro conformitate ordo: quare non pax, nec pacis erit imago, si in ordinem aliquando intromittitur ambitio. Denique. *Pacem meam?* Quid? Quænam hujusmodi pax? Est beati- *Cur pax mundi dicitur falsa?* *Discrimen pacis veræ & falsæ.* *Ambitio cuncta destruit.*

titudo in hoc misero sæculo, gloria in lamentabili mundo, serenitas mentis, requies cordis, anchora voluntatis, simplicitatis index, nexus pectoris, quo ex pluribus unum, in incolarum subsidium. Vide Augustin. hìc. Doctor verò Angelicus ordinem in pacem solummodò ostendit ordinem: *Quod omnes sua loca teneant*: ubi supr. inferius infrà, superius suprà: non exterius intrà, vel interius extrà. Intendit ordo in prudens regimen, in status conservationem: & ordinem dicit pacem; quippequàm in ordine pax ubique fulgurabit, si nemo ambitiosè extra suum locum exiverit. Dialecto nostrà: *En todas partes briliarà la paz con gloria, si nadie quiere salir ambicioso de su esphera.*

D. Thom.

Ut sit pacis ordo, unusquisque in loco suo.

12 Hæc pax, quam prætulit Christus, in sententia Jansenii loc. *Joann.* cit. est pax, de qua D. Paulus: *Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras.* Cuncta notatu digna. *Pax*, ut pax sit, quæ exuperet omnem sensum. Quid nam sensus in discordia exuperatio? *Injuriarum oblivio*: inquit Chrysostomus *Homil.* 14. in Moral. Pax utique subsidet in animis, oblitis atque deletis injuriis: igitur in pectoribus nulla concordia, si dolorum manent aliquomodò vestigia. Vividè vulgò: *No puede aver paz en los pechos humanos, si hai sentimientos.* Pax quæ sepeliat vulnera cordis, dum consilia proferuntur mentis, victo affectu, vel fastidio, in his quæ demonstrat ratio; quin in sensu sit sensus, ut floreat suffragio munus: etenim prudentia tantùm obtinebit triumphum, modò non concedatur, aut negetur propter sensum.

Philip. 4. 7.

Chrysost. *Pax nulla, ubi vindictæ memoria.*

Optimum suffragium ultrà affectum & fastidium.

13 Cæterò. *Pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra.* In pacem optatam vox propriissima, *Corda.* Non cor? Ita congruebat, ut esset in mundo pax: verùm signat originem dissensionum in pectoribus mortalium: igitur pax etiam inter pacificos nulla, si in unico corde duplicantur plura corda. *Intelligentias vestras*: addit Apostolus, ut vigeat in pectore simplex animus. Pluralitas intelligentiarum exponitur à Paulo contra pacem, ac in pectoris discordis perspicuum indicem. *Intelligentias*, inquit, & minimè *Intelligentiam*, in concordiam. Non *intelligentiam*, quod quidem est discursus juxta rationem circa communia: sed *Intelligentias*, quod est ratiocinatio vario intuitu circa particularia: & ut rutilet pacis perpetuæ optabilis speciositas, excludit Paulus à pectore intelligentias; quippe nunquàm stabilientur bona pacis, quando suffragator utitur pluribus intelligentiis.

Ubi duplex cor, aufugit pax.

Ubi intelligentiæ plures, evanescunt bona pacis.

14 Progreditur ultrà Paulus. Intexuit in exclusionem dissensionis, ac stabilimentum pacis (ut tanti boni inter fratres non sit finis) tan intelligentias, quàm corda placido pectore; quippe non pax, si plures intelligentiæ sunt in corde. Intelligentia connotat rationem: intelligentiæ verò voluntatem. Illa juxta prudentiam, lubium, ac utilitatem, voluntatis affectum: unde à cordibus excludendæ: intelligentiæ, maximè cùm uniuntur in electione; quippe non consilia pacis, sed errores, quòd in electione ratio subscribat affectibus voluntatis. Pax custodire debet memoriam sub carcere oblivionis injuriæ: cor, ne sit duplex affectibus: intelligentiam, ne incumbat particularibus. Haud debet esse memoria & memoria, sensus & sensus, voluntas & voluntas. Cunctæ potentiæ includendæ intra proprias facultates, ut dignorum sint tantummodò electiones: igitur intra memoriam, mentem, atque voluntatem grassabitur usquequaquè dissidium, cum stulta in cunctis confusione potentiarum. Patet via cuilibet recta, ut in pacem multorum intret concordia: aliter haud gressus diriguntur in viam pacis; sed malignæ intellectionis, in factionis propositum propter commoda partium: quandoquidem absconduntur sub velo unionis

Mille nocendi artes. Virgil.

Error est mentis subscribere affectibus voluntatis.

Conditionem veræ pacis.

DIDASC. IV.

Vectes arcæ Evangelicæ legis corda SS. Judæ & Simonis.

1 Quippe Sacræ de vectibus Arcæ, occurrit etiam memoria Simonis, & Judæ, portantium veram in fide efferatis gentibus Arcam fœderis; ut qui jacebant, lumine pervenirent usque in terram promissionis. *Vectes* (dicitur) *semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Vectes Arcæ novæ legis fulgent Simon & Judas, quorum luminis exponenda claritas: qui quidem licèt extracti à circulis, cùm relinquerent patriam; semper in illis erant; Christi prædicantes gloriam: ut quaqua

Exod. 25. 15.

Simon, & Judas similes vectibus Arcæ fœderis.

extra patriam pergerent, gentes in agnitionem Dei nominis pervenirent. Vectes Legis Evangelicæ plauduntur, quia vectes semper sunt gemini: & licet Judas per Mesopotamiam, Simon per Ægyptum pervenirent in Persidem; uti vectes simul ibi portarunt legem novam, ut Persia abdiceret penitùs amplexam idololatriam.

2 Haud quibat incendi Troja, quandiù in illa Deorum permanerent simulachra. Eliguntur in facinus Diomedes, & Ulyses.

Virgil. *Fatale aggressi sacrato avellere templo*
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem.

Troja capta, capto simulachro Palladis. Canit Virgilius lib. 2. *Æneid.* v. 165. Vide Natal. Comit. lib. 4. *Mythol.* cap. 5. & illicò ut ingressit sunt urbem, tollentes imaginem,

Idem. *Excessere omnes adytis, arisque relictis*
Dii, quibus imperium hoc steterat,

Ut ait idem ibid. v. 351. igitur intra mœnia tantis ingressis viris, tota undique correpta flagravit flammis. Ignem venit Salvator mundi mittere in terram cordium, ut flagrarent cuncta simulachra nocentium cupiditatum, agnoscerentque bello illato orbi, mala adoratione foveri; in quorum exterminium, non venit pacem mittere, sed gladium. Haud poterat optatà potiri victoria, ni caderet funditùs idololatria, quæ in Persia maximè pugnabat in fidem, ne veri Dei susciperet cognitionem: verùm mittuntur in expugnationem Judas & Simon duces insignes (sicut in Trojam Ulysses, & Diomedes) de quibus etiam vana simulachra dixerant: casurum quod habuerant retrò sæculis imperium, adventu in Persidem novorum hominum. Ita factum: equidem destructis templis, ablatis idolis, Dii, seu dæmones excessere omnes, adytis, arisque relictis, & Persia fidei de cœlo missum suscepit ignem, destructis dæmonum simulachris per Judam, atque Simonem. Unde Evangelicæ legis susceptione, incensa latè dominantur in urbe.

Per Simonẽ & Judam destructa in Persida idololatria.

3 Passo Domino, *velum templi scissum est a summo usque deorsum.* Perscrutandum scissi veli mysterium. Quid, ubi vel mœrorem, vel innocentiam crucifixi cœlum testatur, quòd velum templi scissurà secetur? Velum occulebat Sancta-Sanctorum, in quibus Numinis sedes, atque thronus inaccessus divinæ, sed occultæ majestatis, quæ ut vidit pollutum locum, decrevit jurè deserere templum. Unde Apollonius lib. 1. *Excidii Hyerosol.* accinit:

Marc. 15. 38.

Vox dicessus intra Sancta-Sanctorũ ante exidium.

Excepti primùm strepitus, dein turbida multo
Vox protracta sono: tectis migremus ab istis.
Cedamus socii, mecumque relinquite sedes:
Non hic fida satis statio, discedite mecum,
Ingeminans, aliò requies secura petatur.

Apollon.

Vide Josephum lib. 7. de *Bell.* cap. 12. Aptiùs Leo Pap. sem. 8. de *Passion. Domin.* ubi: *Traxisti* (ait) *Domine omnia ad te, quoniam scisso templi velo, Sancta-Sanctorum ab indignis Pontificibus recesserunt; ut figura in veritatem, prophetia in manifestationem, & lex in Evangelium verteretur.* Quia velum scissum, ostium in adyta patulum: quia jam ostium, locum deserit Numen: scinditurque sacri templi velamen, detectis arcanis in direptionem urbis, atque sepulchrum figuratæ religionis; ut locus publicæ patesceret ignominiæ, qui olim destinatus fuerat publicæ veneration.

Leo Pap.

In Synagoga patui tẽplum ignominiæ, quod fuerat venerationi.

4 Dat Dominus voci suæ vocem virtutis, ut mirabilis cognoscatur in Sanctis, *Ipsa hora passionis* (inquit Abdias Babylonicus in *vit. Judæ & Simon.*) *cum nimia esset serenitas cœli, fulgura exorta sunt, ita ut trifariàm templum ipsum scinderetur à summo tecti fastigio, usque ad ultimum fundamentum.* Accidit idololatriæ, quod Synagogæ. Discrimen est inter figuratam lucem, & vanam superstitionem. Reclusit Gentilitas intra templorum adyta vana Numina, simulachra dæmonem, oculis abdita hominum; ut veneretur animus, quod refugeret, si licèret, aspectus: unde Lucanus lib. 9. *Phars.* v. 993. testatur de Palladio, perpetuitatis signo,

Abd. Bab.

Palladium semper occultum.

——*Nullique aspecta virorum*
Pallas, in abstruso pignus memorabile templo.

Lucan.

Deserebant Numina falsa templa, si in templa introducerentur alia Numina: rumpebantur vela, ut patefactà majestatis fallacia, caderent superstitiosi cultus indignæ venerationis simul cum templis: templumque dæmonem scinditur à summo fastigio tecti, Simonis & Judæ prædicatione; quoniam illorum præsentiâ ex Perside auferenda templa & idola, traditis in perpetuum detestationi, quæ pridem deserviebant majestati: igitur conculcarunt pristinum adorationis errorem, ut ab Apostolis receperunt fidem.

Exulavit in Persia cultus dæmonum, adventu Apostolorum.

5 Signum victoriæ olim, si ignis in vultu fulgeret, ut latè diximus *Tautolog.* 4. in *Expos. tit.* Innuit Valer. Max. *lib.* 3. *cap.* 1. & Plutarch. in *Paul. Æmil.* ac

Ignis in athleta splẽdor, victoriæ signum.

ac *C. Mario*. Luce veritatis de cœlo missâ sepeliebatur splendens umbraculis Synagoga. Surrexerunt quidam disputantes cum Stephano, ut publica esset legis Mosaicæ abolitio. Vide Augustin. serm. 6. de *Sanct.* Unde colligitur de inimicis victoria Stephani? Ex radiante cœlesti lumine facie. *Viderunt faciem ejus, tanquàm faciem Angeli. In exteriori gloria candorem interioris exundavit* : subdit Hilarius Arelatens. Homil. de *S. Steph.* Vultus supra humanum conciliat loquentis auctoritatem, ut audientes lumine reperculsi veritatis, illicò amandent errorem. Victoriæ præmittitur insigne, modò fulgor ignis niteat in athletæ facie: perperàmque resistebant, cui resistere non poterant; quippe invincibilis, quem cœlum commendat tanto miraculo, & in concilio apparet splendore plusquàm homo.

Act. 6.15.

Stephanus plusquàm homo.

6 Quod claruit in triumpho Stephani adversus Mosaicas leges, visum etiam in Moyse adversus JudæosGentiles. Ascendit in montem, ut acciperet à Domino legem. Interibi populus tantorum immemor beneficiorum, aureum adoravit vitulum. Ægrè legislator imprudentiam vel mitissimis tulit, ac fastiditus statim tàbulas fregit. Pro placanda Dei ira ascendit iterùm, & voto potitus descendit ad populum: tertioque montem ascendit, ut à peccato idololatras expiaret, & simul tabulas legis acciperet. Vide dicenda in *Ephem. r.* 8. *Mati*, 17. *Jun.* 29. *Jul.* & 9. *Sempt.* Sumpsit, sed cum illis facie splendente descendit, ita ut tam Aaron, quam cæteri idololatræ accedere non auderent. Claret rea criminis cogitatio ex ardore æmulationis, dum vel aspicere renuit splendorem fratris, mavultque sequi duram prævaricatorum cervicem, quàm fratrem vel in descensu fulgentem. *Aaron & filii Israel timuerunt propè accedere*. Grave ocurrit argumentum. Bis portavit tabulas legis Moyses, cur ergo primò descendentis non rutila facies? *Descendit expiato peccato, admisso in adoratione vituli*: ait Leonard. Marius in 12. *Exod.* num. 109. Quid expiatio adorationis falsi numinis, cum splendore vultus, & excessu claritatis? Profectò maximum. Splendor victoriæ signum. Illo primò descendente de monte, vigebat inter sacrilegos turpis adoratio vituli: cùm denuò descendit, jam in verum conversi numen, deplorantes errorem. Lux mirabilis in facie, prognosticon rutilabat victoriæ: primòque claritas nulla, quippe adhuc erant in cordibus simulachra: demùmque descendit facie coruscà, inusitato splendore; ut appareret destructum vel signum idololatriæ.

Exod. 34. 29.

Invidia cæca.

Vers. 30.

Leon. Mar.

Cœlesti splendore nec signum idololatriæ.

7 Clariùs. Mirificare voluit coram sacrilegis Dominus Moysen, novam è monte umbroso portantem legem. Nil efficaciùs dissipat tenebras, quàm vultus claritas; igitur per exterius oculis lumen, devolvitur cor in erroris cognitionem, amplectens, quam fugerat veritatem.

Talem revertens legifer
De monte, vultum detulit,
Judæa quem plebs aureo
Bove inquinata & decolor
Expavit, & faciem retrò
Detorsit.

Prudent.

Succinit Prudentius in *Peristeph.* v. 609. Unde fulgens descendit Moyses in castra, ut nulla essent vituli adorati signa: etenim necessariò dejicienda superstitio, dum homo legem portans, fulgore tanto videbatur plusquam homo. Dicit textus: *Aaron & filii Israel* idololatræ *timuerunt propè accedere*. Quæ in legem invehebatur, erat idololatria, impatiens veri, atque erroris studiosa: debellare intendit Moyses, institutis novæ legis: claruit splendore vultus, & triumphus illicò obtentus: igitur parta victoria, si fugit idololatria. Quodnam aliud propositum sedere poterat in Moysis corde, quàm vituli culti simulachrum destruere, ut per lumen è claritate vibratum, populus ad Deum vivum converteretur & verum? Adeptus est vultus lumine, quod præcogitavit mente: siquidem simulac fulgentem viderunt vultum, idololatræ fugerunt.

Causa.

Patet victoria ex inimici fuga.

8 Siccine per speculum in ænigmate status N. Apostolorum in Persîde, repleta idolis, atque vanis numinum simulachris. Descenderunt de monte Sion, legem portantes novam, & lumine vultus cœlestem astruunt doctrinam. *Rex vidit in vultu eorum quemdam mirum & divinum splendorem*: inquit Jacob. de Vorag. serm. 1. in *fest.* hor. Apost. Quo igitur intento ignis ante ipsos præcedit, facie splendoribus coruscà? Ut cadat idololatria. Casus idolorum sequitur tradita scita novæ legis, fulmina vibratæ lucis, dum homines videntur honorati plusquàm homines. *Existimabat* (subdit Clictov. in eor. *fest.*) *illos esse Deos latentes in effigie hominum*. Ignis splendor apud Persas emblema divinitatis: unde interiorem autumarunt divinitatem, videntes Apostolo-

Vorag. *Apostoli visi plusquam homines.*

Clictov.

rum

Act.14.10. rum igneo splendore coruscare verticem. *Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos*: dixerunt Lystris de Paulo & Barnaba. Non homines similes Dii, sed Diis similes homines. Homines aliquà insigni virtute præditi, dicebantur Deorum filii: qui verò ostendebantur vultus fulgoribus, Dii signabantur similes hominibus: & Apostoli N. non habentur ut homines, sed in effigie hominum Dii latentes; quoniam fulgoribus quos in idola vehementer fulminabant, divinitatis signum in vultu præ se ferebant.

Cur illorum facies illustrabant splendores?

9 Splendor hujusmodi terrebat Gentiles, pro adoratione dæmonem limphaticè debacchantes. Luci enim haud poterant resistere tenebræ, quippe superstitiones confunduntur à luce. Operta iniquitate & impietate erat Persia, etenim vel homines mactabantur ad idola. Ut averteretur errorem, Apostoli reportabant novam evangelicam legem: & triumpho potiti sunt, simulatque emicuit fulgore lucida lex: etenim Apostolorum fulminante præsentiâ, totius Persidis evanuerunt execranda simulachra. Extirpatio illorum erat Apostolorum intentum, prædicandique munus; ut viderent præceptum Domini lucidum illuminans oculos: quare in illis & ab illis conspecta luce à Perside cæcà, ex toto vastissimo regno aufugit idololatria. Timuerunt propè accedere Gentiles terrore fulminis vel fulgoris. Adinstar militum steterunt Gedeon. Superarunt Apostoli sicut in die Madian. Ingruit in cunctos terror & horror, illicò ut lampadum apparuit undique fulgor. Adinstar Moysis legem lumine portantis, Judas & Simon illuminabant mentes. Fugiebant idololatræ inquinati adoratione vituli: sed *vocati ab eo reversi sunt tam Aaron, quàm Principes Synagogæ*, igitur fulgor, ac mirabilis splendor minimè erant, ut fugerent legem, sed ut fugerent errorem, quo procul Dei servatà lege, veri Numinis cognitione, per utriusque in grato corde custodiam, ad terram possint pervenire promissam.

Illorum præsentia, evanuerunt idola.

Judic. 7. 21.

Exod. 34. 31.

Et admissa lux Evangelica.

10 Vide unde splendor in utroque habuerit originem: Judas dixit: *Video Dom. Jesum Christum vocantem nos.* Simon pariter: *Diu est, quòd intueor aspectum Domini in medio Angelorum*: subdit ubi supr. Abdias Babyl. Vox enim ita: *Eligite vel horum repentinum interitum, vel vestrum martyrium.* Quid ergo illi? Ne alii moriantur, moriuntur. Dederunt se, ut liberarent populum. Quid si illustriorem quàm prius acquirent claritatem, ubi charitas æternum adscripsit nomen? Rex salutatur Christus à latrone, vel pendens simul in cruce. Audivit: *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Noluit*: Interlin. hìc, & Saa in *Matth.* 27. Sanè magnum, ac insigne, dum mors est in voluntate; ne noceat aliis privatione vitæ, velle mori. *Verè filius Dei erat iste*: exclamat Centurio. Unde hujusmodi vel in gentili exclamatio? *Potestatem habeo ponendi animam meam*: Servator generis humani dixerat. *Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso.* Inusitatum itaque opus, ut tolleret amor, quam nequibat furor: igitur haud expiraret in cruce, ni moreretur amore. Claruit charitas, ubi in vitam ejus magis inimici acuebant sagittas: siquidem in exhibitione fidei, nullam amoris quibat ampliorem ostendere gloriam, quàm pro interficientibus, ne perirent, sponte tradere vitam. *Ego pono, & à me ipso.* Mortem obivit; sed secundùm propositum suæ voluntatis elegit: etenim dum proprio incumbunt manus inimicorum sceleri, famulatæ sunt vulneribus Redemptori: quippequàm charitas in summum claruit, dum mortem ipsam, ne morerentur inferentes, elegit. In ignominia crucis ambigitur de gloria divinitatis, quantunvis præcesserint stupenda miracula; quia Deus crucifixus Gentibus stultitia: plauditurque filius Dei, quem dedecorabat crux; igitur mori, divinitatis insigne, in cujus potestate tam velle, quàm nolle mori.

Luc. 23. 42.

Marc. 15. 31.

Matth. 27. 54.

Joann. 10. 18.

Christus amore mortuus, & pro interficientibus.

11 Plures Priscorum Gentiles, ne alii morerentur, sponte traditi morti, uti Macharia, Codrus, Ancurus & alii, quos videris lib. 4. August. de *Civit. Dei*, cap. 20. Vives hìc. Rav. Textor. in *Offic.* lib. 2. cap. 98. & lib. 5. cap. 2. Horat. lib. 3. *Carm.* Od. 19. vers. 2. & Stat. *Thebaid.* lib. 12. Perierunt, ne alii perirent, & in perpetuum perierunt. Judas & Simon Machabæi nominis acquisiere inclyti decus; ubi virtutis vox: *Moriamur in virtute propter fratres nostros*: etenim stemma nobile pro morte evitanda fratrum, mortem eligere. Amplior gloria Apostolorum Judæ & Simonis. Verùm unde? Ex excessu charitatis. *Majorem hanc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Major mea est. Nemo majorem hac exhibuit charitatem; sed exhibebo majorem. *Non exigo à vobis* (hìc infit Cajetan.) *ut modum meæ erga vos*

Mortui pro patria.

1. Mach. 9. 10.

Virtutis insigne, pro fratribus animam ponere.

Joann. 15. 13.

Cajetan.

Abd. Bab.

Ne alii moriantur, moriuntur.

vos dilectionis imitemini, quantum ad hoc, quòd dilexi vos, ponendo animam meam pro vobis, cùm inimici essetis. Ecce amoris summa: quippe in amore magno sublimior machina; quòd vita debita amicis præ magnitudine amoris, exponatur in mortem pro inimicis. Suppetit ratio. Datur vita pro amicis, ut amorem demonstratio comprobet, conservet, & astruat: pro inimicis, ut corda aversa convertat: & major ostenditur pro inimicis, quàm pro amicis vis amoris; quoniam major charitati pectoris honos, converti morte inimicos in amicos. Eminet in hujusmodi tractu spectaculum eximium, quo præse fertur cordis amantis extremum. Inter innocentem & impium, mors nocentem sequitur. Optio datur. Amor pro vita instat, justitia pugnat. Quid agendum? Summum: etenim cùm posset non mori, si vellet inimicos perire; elegit sponte mortem, ut charitatis flagrantis exprimeret magnitudinem.

Majoris, si expenditur pro inimicis.

12 Illustres in cunctis ostendit Magister discipulos, verùm Simonem & Judam cunctis monstravit glorioso, invitans illos in cœlum, ac erumpente animarum gloriâ in vultum. Nil mirum: respondent meritis præmia, & clarent merita insignia: igitur optione data moriendi, vel salutis illorum, per quos erant morituri; propter charitatis flammam, ut vivant alii, decernunt perdere vitam. Pereunt, ne pereant Gentiles (evangelicam lucem aversantes) excessum amoris cœlestis Magistri imitantes toto pectore: siquidem si elucet charitas magna, modò pro amicis perfundatur vita; amplior fulgurat, excellitque magnitudo æmuli amoris, dum sicut ille tradidit, datur vita pro inimicis. Inimici insistunt, & resistunt pro idololatria, quos sequebatur mors prompta, ni substitueretur alia, qua emineret charitas correpta flammis, ab igne excessivo amoris: eliguntque amittere vitam, ob dilectionis inimicorum vehementiam; quoniam amplior honos, atque decus charitati, quòd interveniente morte, reconciliarentur inimici. Pende tractum. *Eligite vel vestrum martyrium, vel horum repentinum interitum.* Quid igitur illi? *Nequaquàm oramus, ut nos ad martyrii palmam perducat*: subdit Abdias. Papæ! Martyrio charitas comprobatur: ubi charitatis flamma? Amicitia demonstratione astruitur: ubi amicitia? Dudùm pro inimicis demonstratio, & renuitur pro amico? Non est charitatis casus, sed dilectionis excessus.

Vitam Apostoli amittunt, ut inimici in amicos convertantur.

Abd. Bab.

13 *Pater si possibile est, transeat à me calix iste*: dixit Christus plenus angoris, jam prope horam tradendus Judæis. Martyrium refugit, & acerbam crucem, qui illam elegit, ut salvaret hominem? Non renuit pati, sed ita pati: ideo dicit: *Calix iste.* Iste calix erat dolorum, ac acerbitatum ex malignitate culpabili Judæorum. Per passionem gloriam meruit, & sustinendo acquisivit; sed passio ob innocentiam sancta, estò actio inferentium iniquissima. Hi contraxerunt criminis turpissimam maculam, unde Christus construxit uberem gloriam; igitur ut ait Chrysolog. *serm.* 84. *Vivit ex morte, & resurgit ex vulnere.* Unde ut clareant amoris flammæ, estò desideret pati, dicit: *Transeat calix iste*: siquidem quamvis per passionem emineant merita propria, renuit habere per demerita aliena. Alia vide *Tom.* 2. *Tautolog.* 1. *Didasc.* 1. *num.* 9. & 22. Haud est timor mortis in his Apostolis, martyrium refugere, cùm optarent in fidei confirmationem, totum effundere sanguinem. Charitas est, qua ardet animus, & cupit excessus. Illis martyrium gloria, ac ex vulneribus laurea: cæterùm Persæ illorum nequibant perfundere sanguinem, quin ex actione contraherent crimen, animarum mortem. Charitas non quærit quæ sua sunt, quippe amoris alia lex: refugiuntque martyrii palmam & gloriam ob charitatis vehementiam: igitur excessus charitatis, summi demonstratio amoris, nolle vel summam felicitatem per aliorum ignominiam gloriæ dedecorem. Quomodo renuissent pro illis profundere vitam; ubi pro illis relinquebant gloriam?

Matth. 26. 39.

Renuit Servator merita propria, si per hominum demerita.

Chrysol. *Quomodò Christus vixit ex morte, & resurrexit è vulnere?*

Apostoli noluerùt martyrii triumphum, ne mors esset mors Persarum.

14 Dominus vocat, ut vidimus num. 10. Apostolos in Empyrium; & mortem, qui illam non timent, refugiunt. Ex morte illorum, mors impendebat animabus Persarum, equidem vel non accipientes, vel deficientes à fide, obnoxii meritò morti. Assumere contendebant in cœlum, quos eduxerant, & educebant à vano cultu idolorum. Si abirent tunc passionem, haud summam exprimerent charitatem: & fit major, dum videtur minor; quia emicuit ampliùs amoris fulgor, ubi ut Persæ obtinerent vitam æternam, reliquerunt Apostoli patulam gloriam. Contemplare sacerdotes, Jordanem cum Arca fœderis transeuntes. *Tollite Arcam fœderis & præcedite populum* (dicitur à Josue) *qui jussa complentes tulerunt & am-*

Illorum charitas major, dum videtur minor.

Josue. 3. 6.

ambulaverunt ante eos. Præcedentes transierunt primi? Nequaquàm. Quid ergo? *Stabant super siccam humum in medio Jordanis, omnisque populus per arentem alveum transibat.* Si alii priùs transituri, cur præcedunt? Præcedant qui transituri. Nullo modo. En N. Apostolorum charitatis magnitudo. Terra promissionis symbolum est gloriæ, ad quam hominum transitus præcedente lege. Priùs Simon & Judas portantes legem, obituri mortem; verùm Persæ in terram promissionis non transirent: & Apostoli stant, licèt præcedant; ut alii securè transeant. Gloria fidelium erat illis major gloria, quippe intendebant elevari ad æthera: & licèt in gloriam Apostoli possint præire, cæteroſque præcedere, nolunt transire; quoniam charitatis summæ lex, ut alii transeant in cœlum & gloriam, manere sic. Nihil separavit Apostolos à charitate Christi: neque mors, neque vita, neque Angeli. Cœlum invitabat, & abdixerunt cœlum, nanciscentes ampliorem gloriam propter gloriam derelictam. In cunctis igitur pares, æquales, similes, in vita conjuncti, neque in morte separati. Aptè Persius Corvinus in *sac. fast.* cecinit:

Vers. 17.

Priusquàm in cœlum ascendant, contendunt ut alii trà-seant.

Gloria fidelium est illis amplior gloria.

Vos duo, quos unus junxit Dominusque, locusque,
Unus honos pariter jungit, & una dies.

Pers. Corvin.

DIDASC. V.

Gloria mundi non videtur à vidente.

1 IN confirmationem expositi argumenti hìc *Tautolog.* 2. *Did.* 6. negationis gloriæ in mundo, inferitur præsens in resipiscentiam sectio: igitur si mundi gloria videtur duntaxàt à dormiente, proculdubiò evanescet vigilanti. *Animo videmus, animo cernimus*: dicit Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Animus est in corde, oculi in facie: & nequaquàm quæ videt, videt oculus, ubi à visis invisis exulat cordis affectus. Vitia oculorum designavimus loc. cit. à num. 13. *Vitia ipsa* (astruit Seneca *Epist.* 94.) *removenda sunt: non præcipiendum, quod fieri ipsis manentibus non potest, nisi opiniones falsas, quibus laboramus, expuleris. Aut inest animo pravis opinionibus malitia contracta, aut etiam si non est falsis occupatus, ad falsa proclivis est; & citò, specie quò non oportet trahente, corrumpitur.* Ecce cautela falsæ sensationis, vitia scilicèt luminis: etenim nihili non existeret visio, ni opinio entitatis falsò sederet in animo. Canit Prudentius lib. 2. in *Symmach.* vers. 937.

Plin.

Non videtur mundus, si fugit animus.

Senec.

Ubi videtur cordis est vitium.

Quicquid obire potest, fugiatis censeo. Quicquid
Naturæ ratione capit vitium, atque senescit
Pro nihilo, in nihilum quia sunt reditura putetis.
Non ut captus homo studiis, & inaniter ardens
Duceret omne bonum positum in dulcedine rerum.

Prudent.

2 De vectibus dicitur: *Semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Quæ in circulis volubilia: ita mundi gloria nunquàm visa licèt non extracta; quippe mundi gloria nulla. *Oculi vestri vident*: dixit fratribus Ægypti florens Joseph, ideſt, Vos videtis: uti exposuimus *Tautolog.* 2. Illi si vident, videbunt oculis. Qua gratiâ per oculos signantur ipsi videntes? Quia visio oculorum non pendet ab oculis, sed ab illis: modò hi affectuosè non respicerent, oculi vel aperti nihil viderent; quoniam oculorum visio pendet tantùm ab affectu. *Oculum videntem* sibi datum asserit Salomon. Cui non? Cogitanti aliquid, ampliſsimam orbis gloriam, nunquàm etiam ab avido visam, cujus oculus videt, & aspiciendo non aspicit: igitur nihil gloriæ in toto universo aspiceret, si oculus, & non animus visa videret.

Exod. 25. 15.

Genes. 45. 12.

Prov. 20. 12.

Non in oculis oculorum visio, sed in affectu.

3 Cuncti mundi, pulcherrimi picti flabelli gratia & gloria vertuntur in cardine volubili dominationis, deliciarum, atque illecebrosæ voluptatis. Fastu perstat mundus & superbia cum præcipiti arrogantia. En mundus, & embolium. Ergo audi Paulum. *Non est nobis* (infit) *colluctatio adversus carnem & sanguinem; sed adversus principes & potestates, & adversus mundi rectores tenebrarum harum.* De sensu literali, alibi dicemus. Augustinus ergo in *Psalm.* 54. ad vers. 1. subdit: *Ne fortè cùm dixisset Mundi, intelligeres, dæmones esse rectores cœli & terræ. Mundi dixit, tenebrarum harum: mundi dixit, amatorum mundi.* Ergo mundus sunt mundi amatores, ac mundi simulachrorum tenebrarum harum. Quarum? Mundi? Mundus non jacet in tenebris. Hominis? Nec in tenebris ambulat. Ad quid oculi, si in tenebris cuncta? Quarum ergo tenebrarum? Harum. Ha-

Ephes. 6. 12.

August.

rum

Ignorat homo esse inter tenebras vel dum lucet Solis claritas.

rum, quas ignorat homo sine oculis sequens mundum: igitur dum ab illo concupiscitur felicitas, offendit tenebras. In tenebris nemo videt, nihilque oculus discernit: dicunturque tenebræ, quæ patent luci; quia inter gaudia frustrà lactantia visionem, nunquàm ullus invenit, vel vidit felicitatem.

4 Lux profectò ad videndum illustrat oculos, ut discernantur objecta: amatorum oculi sunt in abysso obscurissima; ubi si mundi gloria cum felicitate exponitur, nihil videndum objicitur. Hinc quanvis oculos lux percutiat spiculis splendoris, ambientes felicitatis spectrum, sedent in tenebris: quippe cùm nulla sit; etiam aviditate vigilantissimus Argos quasi non haberet oculos. Qui illos claudit, est in tenebris: etiam jacet in tenebris, qui sine oculis. Unde cùm gloriam non videant habentes oculos, sequentes quod non vident, confitentur esse cæcos: equidem in inquisitionem cupitæ felicitatis, ambulant usquequaquè tanquàm in tenebris, quibus nihil videtur, præter id quod cogitatur. In amentiam incidunt, solicitantes cogitatum bonum, quia fugit, & infert fugiendo morbum vertiginis, ex crebra volubilitate rationis capitis. In circuitu ambulant, & non visa visa cogitant. Unde patet falsum, verè cæcos perducens in præcipitium; igitur si micat cogitantibus imagò felicitatis, sunt vanæ cogitationes.

Qui mundi sequitur felicitates, est in tenebris.

5 Deinde. Vecors, vesanusque diceretur, quisquis, quæ non aspiceret, videre assereret; quippequàm citra rationem & mentem tenebras poneret in lucem: quare oculos aperientes in conspectu Solis, dicuntur jacere in tenebris; quia vident quæ non videntur: dum vana sectantur captantes gloriam, designant cunctis interiorem insaniam. Clarius. In tenebris solummodò possunt ducere phantasmata, quæ sunt cæcorum atque dormientium lucerna; ut juxta picta ac objecta gressus dirigant, atque voto, quoad possunt, illusi gaudeant. Qui ducitur ex his quæ concipit, & minimè videt; vigilans in profundo tenebrarum sedet: esseque in tenebris dicuntur; ut resipiscant, & oculos fraudati cogitatione, rationis dolore aperiant: igitur quod concipitur ut gloria, nihil aliud est nisi petulca phantasia: pictura somniantis, prolubium amentis, scena cogitationis, theatrum furentis, species insaniæ compotis, ratiocinium vacui capitis, fœtus morbidæ imaginationis, embolium læsi sincipitis, entia rationis procul veritatis fulcro, & cogitationes inanes sine intellectu.

Unde mundi gloria constet phantastica?

6 Denique. Qui dormiunt, in tenebris jacent: oculos habent, sed nequaquàm uident: quæ vident, vident in somniis, & in somniis non videntur, quæ videntur; quoniam non videntur in luce, quæ somniantur. Hinc quùm degunt vigiles, uti dormientes desigantur in tenebris; ut mentis indicetur insania, qua apprehenditur in mundo nunquàm visibilis gloria: quandoquidem viderent phantasticam dormientium cogitationem, modò oculos aperirent, ut viderent veritatem. Discutiuntur tenebræ, dum fatui vel furiosi in mentem redeunt, ut illa ducti conspiciant oculis quæ conspiciunt; verèque judicent visa, & neutiquàm cogitata: igitur apertis oculis & expulsis tenebris, cognoscerent mundi glorias, ludentis nugas, & fatuorum nænias. Inter tenebras nulla fit oculorum sensatio, quoniam sine luce non est visio. Idem est sine luce oculos aperire, ac clausos habere: & dum fatui diligunt mundum, continentur intra ambitum tenebrarum; quippequàm cùm illius gloria sit phantasticum esse, vel apertis oculis nunquàm poterunt aspicere. Ruinas, præcipitiaque possunt designare, qui sequuntur mundum, & nequaquàm fortunæ simulachrum, nisi à phantasia inter tenebras fictum: quin per passam gravissimam ruinam, animum revocent in resipiscentiam; igitur ducti somniatà felicitate, & mentis errore, dicentes se esse sapientes; evanuerunt in cogitationibus suis, non solùm cæci corde, sed obcæcati, quasi alii videntes cæcutirent, & illi cæcutientes inter tenebras viderent: unde dum illis videtur videre glorias, visiones cogitatas Doctor gentium vocat tenebras; quia nil à Paulo conspicitur, ex his quæ ab illis videntur: non videntibus objecta videntibus omnia; quippequàm si viderent, nihil aspicerent.

Mundana felicitatis visio, phantastica dormientium cogitatio.

Cæci apprehensio, vel in tenebris jacentis illusio.

7 Id etiam à Paulo conversis ad fidem desideratur lumen. *Pater gloriæ* (ait) *det vobis spiritum sapientiæ & revelationis in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis vestri.* Sententia communis in sapientia hominum, est glorioſum judicare mundum: & discipulos intendens Paulus revocare ab hujusmodi errore; illis exoptat discretivum spiritum sapientiæ: etenim si ab illis judicatur in misero mundo gloria, non est judicium mentis, sed stultitia. Sapientiæ hujus fatuitatis apponit

Ephes. 1. 17. 18.

Ubi judicatur gloria, patet judicantis stultitia.

quoque favorem revelationis, in agnitionem ignorantiæ mentis, obortæ sensim ab oculis. Hi videntes orbis ornamenta, stulpent ut pulchra, mulcimina voluptatis, lenocinia cordis; pabula pectoris, animo ministrantia dulce venenum per oculos haustum; quasi non essent illicia ad necem, quævis species gloriæ pingentes imaginem: spiritumque revelationis hujusmodi scenæ Paulus discipulis optat, dum mundus tanta & pulchra fraudulentus ostentat; equidem in ictu oculi apparientia evanescunt, si obtutibus revelantur; quoniam omnia revelata quantunvis pulchra, nihil præter apparentiam. Ut mundi constet cognitio, ostentationis ejus exponitur revelatio: igitur duntaxàt diligit, qui non cognoscit; quippe revelatus demonstrat vana, quæ ostendebat solida; cordis amaritudinem, pellicientem dulcedinem; amaram gloriam, veram fallaciam, latens dolum, amicum stellionatum, blanda tormenta, speciosa deliria, felicitatis imaginem, gloriæ volitantis inauratam effigiem, cuncta falsitatis plena, voluptatis vacua, nihil omnia; quæ minimè oculos obstupentes allicerent, si mundum qui diligunt, introrsùm verè cognoscerent.

Mùdi cuncta, nihil præter apparentiam.

8 Ut finis plenè obtineretur ab animo, & perpetim potirentur optato voto; exponit in agnitionem sapientiam & revelationem Paulus, nimirùm, habere *illuminatos oculos*. Oculi cæci non sunt oculi; unde qui vident, quæ non videntur, sunt oculi cæci. Collyrio egent, ut rectè videant imagines: & ad videndum Paulus illis desiderat luminum illustrationes; quippe si illuminantur, nihil in mundo, & cunctis visis videbunt: etenim si vident sine illuminatione, vident obliquè. Ex aliquo morbido humore, vel deficiente visuali facultate, oritur in oculis error in visa, ne, ut sunt, repræsententur objecta; quoniam si abest facultas, cuncta visa sunt præstigiæ; si adest humor superfluus, sunt nubeculæ. Hispanicè: *Cataractas*. Quibus laborantes excitant risum videntium, quia multoties in vanida extendunt manum, & fugit in periculis cautio, igitur non videtur unde percussio. Quare Salomon exclamat: *Cui væ? Cui rixæ? Cui foveæ? Cui sine causa vulnera? Cui suffusio oculorum*: igitur lamentabile, quòd rectam judicans viam, cadat in foveam: quòd defendat ut solidum, lubricans in præcipitium; experiaturque vulnus, quin ab illo discernatur percussoris manus, quùm se judicat videre, pressus glaucomate: Paulusque illuminationem cupit oculorum, ad mundum videndum; ut videant, qui vident, uti videre debent, quoniam si non vident ita; quæ ab illis videbantur, non apparent: quandoquidem oculis illuminatis; quæ visa in mundo, evanescunt ab oculis.

Ni videantur cum reflexione videntur obliquè.

Jocus mundi in dilectores.

Prov. 23. 29.

Oculis illuminatis, quæ visa evanescunt ab oculis.

9 Radicem decubitus hujusce defectus, ut clariùs illuminentur, designat Paulus. *Illuminatos* (dicit) *oculos cordis vestri.* Aptè: totum pendet à corde: igitur nihil in mundo dignum æstimatione videbit oculus, si cognitione doli fugit affectus. Dilectio vel odium facit visibilem, vel invisibilem mundum: oculosque cordis illuminari desiderat Paulus; ut corda fugiant affectus, videantque mundum uti est, secùs quàm allicit cor: siquidem si à corde mundi extirpatur affectio, oculi illuminati nihil videbunt in mundo. Eradicatio æstimationis à corde erga mundum est collyrium oculorum. Dilectione ingeruntur suffusiones, odio clarescunt radii visuales: & non oculi illuminandi, sed oculi cordis; ut illi videant videre: etenim cordis lumine, oculi videntes mundum, vident clarè nihil esse.

Ubi cordis fugit affectus, nil in mundo videt oculus.

Dilectio vel odium facit visibilem, vel invisibilem mundù.

10 Ipse Paulus experientià docuit. De illo ergo dicitur: *Apertis oculis nihil videbat.* Post tenebras meruit verum cognoscere lumen. Haud novum est, obcæcare splendorem.

Act. 9. 8.

Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ. Ovid.

Accinuit Ovidius de Phaëtonte lib. 2. *Metam.* fab. 1. Obiter hæc delicabo, quia latè egi *Tom.* 2. *Tautolog.* 3. *Didasc.* 4. num. 14. & *Disdasc.* 11. à num. 27. Ut videatur mundus, aperiendus est oculus. Quo ergo pacto non videt, quæ videbat in mundo, apertis oculis? An quia oculos aperuit, & mundus nihil, est aliquid oculis clausis? An quia videtur mundus, dum homo cæcus; & tunc resplendet, cùm homo non videt? Patet mundi constitutio, & cordis illuminatio. Priùs Paulus videbat mundi formam, sed non videbat artificiosam fallaciam, quæ rapuerat oculos illato veneno in pectus; quo cor magis quàm oculi orbum jacebat lumine, vanitatis mundanæ dilectione. A cæcitate pectoris manabat cæcitas oculis, qui sibi videbantur videre mundum florentem, Paulum in delicias invitantem, ut fruerentur oculi pulchritudine, natà à cordis cæcitate: apertisque oculis nihil vidit, ex cunctis quæ circumspexit; quippe admoto fastidio, remoto affectu, facta

Dum homo videt non videtur, & econtrà.

subi-

Evanescit si vidēs despicit vanitatem, quā cognoscit.

subitò cordis illuminatio: nihilque vidit in mundo; quia nihil vidit, ex his quæ cor generosè despexit. Visio mundi & festiva non pendet à floribus mundi, sed ab imaginibus, in oculos missis à corde; ante quos ludentes volitant, & in prolubium voluntatem irritant. Vanitas autem mundi à se provenit, & etiam à corde vanitatem cognoscente: quo illuminato, mundus qui visibilis, evanescit ab oculis. Mundi pompæ à dilectione pendent: unde oculi Pauli, vel aperti nihil vident; igitur mundus Paulo invisibilis factus, quia longè à mundo cordis distabat affectus.

11 Causam vidimus ex Plinio. *Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus visu. Sic in morbo comitiali* (Hispan. *Gota coral*) *aperti nihil cernunt, animo caligante.* Ita lib. 11. cap. 37. Diximus plura *Tom. præced. Taut. 9.* Hæc est causa naturalis in ægritudine, qua caligat animus; igitur sanguine ad cor accedente, spiritus fugit oculos, & sunt in tenebris, vel in medio Solis. Dum evanescit mundus, non caligat animus, imò valet, quippe oculus ex mundo nihil videt: equidem cogitatione magnà cordis assumpti in cœlestia, illuminantur oculi, ut videant vana: quæ quidem ab oculis illuminatis non conspiciuntur; quoniam vana nisi à vanis non videntur. In cœlestia raptus Paulus vidit cœlos, quorum visione caligavit oculus. Oculi illuminantur, illuminatà mente: mens illuminatur Pauli, & obcæcantur oculi? Utique. Accipiunt illuminationem in cæcitatem: lumen in clariorem sensationem: nihilque videndo vident; igitur oculorum acies, corde atque intellectu illuminato, est, nihil videre posse extra cœlum in hoc mundo.

Plin.

Vana nisi à vanis non videntur.

Oculis inest cæcitas, ubi intellectus claritas.

12 Subit mentem quæstio nova. Cur scilicèt, Paulus in se reversus (cùm jam illi fuisset invisibilis mundus) iterùm in mundum mittitur, ut forsitàn ab illo iterùm diligatur, dilectioneque videat, qui floridus jam aruerat? An quia fide respondebat fidei, & despectus Pauli mundi fallaciæ; quia mundus sciebat decipi, atque Paulus supplantari, facto amore implacabili odio? Astruit: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Hinc etiam oritur alia quæstio pro Glorioso Patris Benedicti encomiō. Quo nimirùm intuitu, dum mundum florentem vel pueri despexit cor, *omnis mundus velut sub uno Solis radio ante oculos ejus adductus est?* Ita refert Gregorius Magnus lib. 2. *Dialog.* cap. 35. cuncta exponam. Mundus dum videtur affectuosè, fascinat; ubi videtur defectuosè, vacillat. Floret, dum in corde etiam floret dilectio. Arescit, ubi inspicitur fastidio. Languet despectus, viget à pectore fotus. Appositiùs dicam. Affectu videtur aliter, ac est in se: tædio, quod est in se, videt cor: unde nullum periculum imminet videntium oculis, quoniam vel expansa pompà, cognoscuntur ejus fraudes.

Act. 9. 18.

Cur Paulus si visione mundi cæcutivit, visum, ut iterùm videat recipit?

Galat. 6. 14.

Greg. Mag.

Cur mundus despectus ante Benedicti oculos est adductus?

13 Sanè fascinatio nugacitatis obscurat bona, quoniam allicit incautos apparentia, minimèque ostentatione traducuntur sensus, ubi sensum videntis non latet dolus. Ætas puerilis capax est magis nocivæ fascinationis in vana; quia inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia; sicuti qui uruntur tangentes ignem, adamantes ardentis splendorem, nescientes ruere sub stellione micante, & pulcherrimo serpente, nitidè ostendente mulcimina, acriter pungente caudà, cantu vafrarum Syrenum pelliciente in præcipitium. De Basiliisco dicitur, hominem si inspiciat, solo intuitu perimere.

Natus in ardenti Lybiæ Basiliscus arena,
Vulnerat aspectu, luminibusque necat.

Mantuan.

Cur mundus similis igni?

Basiliisco etiam?

Canit Mantuanus in *Epigr.* Plinius *lib. 29. cap. 4.* & Textor tam in *Epith.* quàm in *Offic.* lib. 7. cap. 40. Cæterùm oculos mortui in aciem clariorem oculorum juvare. Haud aliter mundus, jure Basiliscus vocatus; igitur visu hominem attrahit, luminibusque nocet, structis vanitatum vellicantium insidiis, ut homines pereant studio curiositatis: verum nullum nullibi ex veneno periculum, mundum cogitantibus, vel moribundum, vel mortuum; igitur ex veneno formatur alexipharmacum.

Qui mundum cognoscit, venenum in antidotum convertit.

14 De Loto symbolo oblivionis patriæ (ut alibi sæpius diximus, præcipuè hìc *Tautol. 7. Didasc. 1.* num. 9.) quam alii vocant Solisequam, Plinius verò Heliotropium *lib. 22. cap. 21.* & Dalecampius hìc; igitur solis cursum sequitur, & absentiam lachrymatur contractione aureorum florum, ac mœstitudine foliorum languentium; asserit Athanasius Kircherius in *Obel. Sc. Pamphil.* lib. 4. *Hierogrammatism.* 19. §. 3. ex Theophrasto *lib. 4. cap. 4.* Solem tandiù sequi, *quousque caput perficiatur, floresque defluant.* Ita, ni fallor, erga mundum sese gerunt generosa corda in cœlestia tendentia, ut obliviscantur mundi, terrenæ gloriæ & machinæ, adinstar florentis loti: quandoquidem

Lotus cur symbolum oblivionis telluris, & perfectionis oblivisc entis?

Kircher.

Relinquit mundum, qui respicit cœlum.

ut relinquant fascinantem mundum, necesse est perpetim respicere cœlum: cæterum dum mens floret perfecta, ratione vigili, exactaque mundi cognitione, fallaciis cognitis, floribus defluxis ætatis; quantunvis mundus ad extra speciosus titillet, etsi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: igitur cadaver est sine viribus, munduque non habet venenum, considerantibus mortuum. Recedunt oculi à mundo, ne irretiantur fragilia pectora: videntque securè, quùm scitur gloria falsa, obtento cacumine perfectionis, ubi non decipiuntur inter fraudes. Ratio dictat valedicere mundo, ne affectione inficiantur veneno; quoniam mundi efficax & præsentaneum: à quo multi non cavent es hauserunt toxicum; arte & sutelà illatum, vanà confidentià, & tutaminis fiduciâ, cùm mundus ubi frigidè despectus, ignea meditetur jacula. Verùm si in corde est mundi vera cognitio, nulla subrepit à lædente læsio; quia spretà pompà, etiam ignea jacula frigida.

Tutò aspicitur mundus, si à corde toto despectus.

15 Homines innoxios veneno refert Plinius *lib.* 28. *cap.* 3. dicens: *Quorundam hominum tota corpora prosunt, quæ sunt terrori serpentibus: tactu ipso levant percussos :: ex qua familia legatus, Exagon nomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus, experimenti causa; circum mulcentibus linguis, miraculum præbuit.* In Africa collocat Lucanus, cujus hæc in propositum elegantissima carmina lib. 9. *Bell. Civil.* à v. 891.

Plin. *Qui terrori sunt serpentibus?*

——Gens unica terras
Incolit à sævo serpentum innoxia morsu
Marmaridæ Psylli: par lingua potentibus herbis:
Ipse cruor tutus, nullumque admittere virus
Vel cantu cessante, potest. Natura locorum
Jussit ut immunes misti serpentibus essent.
Profuit in mediis sedem posuisse venenis.
Pax illis cum morte data.

Lucan.

Eadem Solinus *cap.* 40. Singularis gens meritò plauditur, cujus in serpentes prævalet virtus, etiam habentis lethabile corpus. Altiora videntur in Paulo & in Benedicto. Virus evumit mundus. Non eximit à veneno natura locorum, sed perfectio singularium virtutum: igitur edocuit mundi floridi despectus, nullum admittere virus.

Solin. *Quo pacto mundus fallax fallitur?*

16 *Beati mites* (dicebat discipulis Magister cœlestis) *quoniam ipsi possidebunt terram.* Variant Expositores circa terræ hujusce designationem. Maldonatus hìc autumat viventium tellurem. *Verosimile non est Christum promisisse terram, quam despiciendam docebat.* Hinc Juvencus lib. 1. *Histor. Evangel.* v. 483. canit:

Matth. 5. 4.

Maldon.

Felices humiles, pauper quos spiritus ambit,
Illos nam cœli regnum sublime receptat.
His similes mites.

Juvenc.

Non videtur consentaneum, mundum designari in præmium, cùm gloria illorum rutilet calcasse mundum. Mihi oppositum videtur, ut exprimatur pro insigni ampliore glorià terra calcata. Meritum est, dum terra despicitur: præmium, dum pacificè habetur. Pacificè? Utique: despecta habitatores non lædit, calcatæ virus non nocet: cœlum præmium designatur: terraque habetur; quoniam despicientes degunt in mundo, quasi habitarent in cœlo. Gaudent possessione telluris inconcusso jure renunciationis: igitur in jurisprudentia cœli habetur jure hæreditario, quicquid in terra manumittitur pro cœlo. Unde ille qui suprà, subdit:

Degunt despicientes in mundo quasi essent in cœlo.

His similes mites, quos mansuetudo coronat.

Idem.

Quorum debetur juri pulcherrima tellus.

Dum relinquitur, habetur.

Ideò dicitur *possidebunt*, idest, pacificè habebunt, vel gaudebunt pace, in telluris possessione. Terræ habitatio sine habitationis fastidio, non est possessio, sed tribulatio: siquidem crebris morsibus mundi lacerantur, & obvio usquequaquè veneno, vità moriuntur: miteque habitantes terram dicuntur possidere; quia ita vivunt, vel inter toxica in pace, ut non caveant à veneno, quod exhalatur à pestifero mundo: igitur nullum prævalet in præcordia contagium, cùm habeant potenter pro medicamine odium.

Nullum mundi contagium, si habetur odium.

17 A mundo exoritur sub blandimine obsequii, fascinatio prædulcis nocentissima cordi: & possident mundum læthale halantem venenum? Profectò: non est periculum. Hoc provenit à dilectione videntis, non à visione: introducitur per oculos, sed prorsum inefficax, nisi sedeat in pectore: & redeunt in mundum calcatum, quantunvis veneno plenum, quin aliquid nocumenti experiantur à mundo, quia mundi & gloriæ illius, nec minima cogitatio. Habitatio mundi periculosa hercle dilectoribus, deliciarum apparentium fatuè sequacibus: nullatenùs prænoscentibus veras fallacias, falsas exhibentis delicias: terraque relicta datur illis in gloriam & beatitudinem, ut illius habi-

Pacifica mundi tribulatis possessio, si illius gloriæ nulla interfit cogitatio.

Magna perfectio vivere extra mundum vel in mundo.

habitatores renunciationis mirentur perfectionem: siquidem inter mortifera illæsi prætermittunt venenum, quasi in mundo viventes habitassent extra mundum. Non habitant, ubi habitant, sed ubi diligunt. Ibi quippè ubi amor, degunt. Venenum non est à mundi habitatione, sed à mundi cupidine. Hæc est propriè possessio telluris, degere in terra, procul veneno cupiditatis: sine venenoque vivunt, ubi toxica cæteros subitò perimunt; quia dum nihilo adhæret nudum vanitate cor, probat infallibiliter, quàm longè à loco, ubi sunt.

18 Reditus in terram relictam astruit perfectionem, quam renunciatio mundi nanciscitur super terram. In scala Jacob alii ascendunt de terra ad cœlum: alii à cœlo descendunt in terram. *Vidit in somnis*

Genes. 18. 12. *scalam stantem super terram:: ascendentes & descendentes per eam.* Qui ascendunt? Qui descendunt? Angeli? Homines? Homines ascendunt: Angeli descendunt, uti diximus *Tom.* 1. *Tautol.* 1. *Did.* 10. num. 19. Verùm quomodò si à Ruperto hìc, cuncti ascendentes & descendentes dicuntur homines? Unde ascendunt, est terrà: unde descendunt, est gloria. Quomodò ascendentium & descendentium humana & Angelica natura? Ex operibus exhibitis liquet perspicujùs, nobilitas conditionis. Descendunt & ascendunt. Ubi major perfectionis demonstratio? Ex mea sententia ex descensu. Hæccine scala demittitur à cœlo in terram, ut per virtutum gradus homines è mundo possint pervenire in gloriam; quæ sanequàm obtinetur à rationali natura, dum longiùs & longiùs separatur à terra. Fugere à terra per scalam in cœlum, indicat fugientes timere mundi contagium. Descendere de cœlo ut pedem figant in terra, significat descendentes abdicere mundi contagia, expertes toxici, & immunes nocumenti. Hinc descendentes dicuntur Angeli, vel habentes naturam rationalem; quoniam Angeli non recipiunt in mundo mundi peregrinam impressionem: unde qui terram relinquerunt propter gloriam, redeunt ad illam; perfectionem exprimentes qua dereliquerunt terram: igitur si terram fugerunt uti fragiles homines, quò fugerunt descendunt uti spiritus cœlestes. Est in mundo Angelus, quin sit in mundo. Est profectò nullibi tanquàm in loco; quem nec toxica inficiunt, nec venenata lædunt: suntque homines perfecti sicut Angeli in mundo; quia per operationem tantùm cognoscuntur esse in loco.

Propior est gloria magis separato à terra.

Cur despicientes gloriam mundi in mundo vocantur Angeli?

19 Ecce causa reditus Pauli, in quem calcaverat mundum, quin ex reditu, dum vidit, suspicaretur in veneno venenum. Liquet, quare mundus à Benedicto despectus, ante oculos ejus à Domino adductus. Hæ fortes animæ, dignataque nomina cœlo. Benedictus, uti de Cæsare cecinit Virgilius *Eclog.* 5. v. 56.

—*Insuetum miratur lumen Olympi,*
Sub pedibusque videt nubes & sidera. Virgil.

Igitur si ut homo recessit, uti Angelus in despecta redivit. Sine formidine damni mundus ejus objicitur oculis, qui vitam Angelicam vel homo gesit in terris. Nullo modo gloriæ mundi poterat nocere contagium, cum sublevatus in lumine mentis esset Benedictus extra mundum, indicans perveniisse in perfectionis cacumen; dum in mundo solùmmodò videbatur esse per operationem. Ascendit per scalam fugà mundi in cœlum. Iterùm rediit in mundum: descendendo etiam ascendit; & ascensionem in descensu demonstravit: siquidem ita extra vivebat in mundo, uti poterat Angelus nobis descendens de cœlo. Ne oculus deprædaretur animam, fugit, nolens respicere terram; & ne mundus pro pignore æstimationis cordis aridi, numeraret saltem Benedictum respexisse. Modo respicit: & illæsus? Næ. Mundus ab illo calcatus. Ergo tutò jam respiciat oculus: etenim extra telorum jactum, despectum olim mundum habere ad aspectum; quippequàm non aspicit mundum ut aspiciat, sed ut expuat.

Ut homo Benedictus à mundo recessit, sed ut Angelus redivit.

Quomodò ejus vita vita Angelica?

Mundum iterùm vidit, ut expueret.

20 De mundo erant Apostoli, & de mundo vocavit Assertor N. dicens: *Ego elegi vos de mundo.* Ad quid ergo? *Elegi vos & posui vos, ut eatis* (*in mundum*: subdit Saa hìc) *& fructum afferatis, & fructus vester maneat.* In mundum eundum? Imò in mundum universum. Eligit & separat à mundo discipulos, & præcipit in despectum convertere oculos? Quia reliquerunt omnia in mundo, nonne sedes designatæ in cœlo, ut judicent genus humanum, in mundi dilectione non habuisset judicium? Nonne damnatio, cui respicit retrò, stante adhuc uxore Lot in exemplum, passà priùs curiositatis supplicium? Si fascinat mundus, ad quid respectus? Amittet nanque anima gloriam veram per aspectam vanam gloriam. Fugere congruit à mundo. Mittuntur ne discipuli ut pereant? Nullo modo. Ad quid ergo? Ut spectaculum fiant

Joann. 15. 19.

Vers. 16.

&

Redeunt in mundum uti spiritus cœlestes, qui fugerunt homines.

& Angelis & hominibus : quandoquidem novum spectaculum, ut redeant in mundum cœlestes, qui fugerunt homines. Hic est fructus ab illis obtinendus, venena mundi fugere, & illis venena non nocere. Ascendere formidine à terra in cœlestem patriam, & propter majorem gloriam, iterùm videre terram : etiam dubitantibus hominibus, an sint homines; cùm sine veneno vivant inter serpentes, ma

Cur ita homines mundi prodigium?

neatque fructus, qui obtinetur in mundo causâ despectus : igitur alii videntes prodigium singulare, corda disponent in abdicationem mundi, ut in illo vivant, non viventes ut habeant, sed ut despiciant.

21 In ipsa sententia latet hujusmodi à mundanis inexcogitata vita. *Quia verò de mundo non estis : sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus* : inquit Christus. Si de mundo elegit, erant de mundo : qua igitur gratiâ elegit de mundo, quia de mundo non erant? Quia in mundo illorum habitatio, quasi non essent in mundo : igitur in mundo habitabant corpore, nequaquàm mente. Eliguntur de mundo, ut sint in mundo : elegit de mundo, ut fugerent mundi fascinationem; pòstque misit in mundum, ut ostenderent renunciationis virtutem : siquidem si fugerunt, ne mundum aspicerent; reversi sunt, ut contemnerent, despectum attestante mundi eviratâ virtute, & etiam cicurati languore : quippequàm reversi per jocum aspernabantur, quem pridem fugerant cauti, ne insidiis illuderentur. Saliva hominis est virus serpentibus, ut tradit Plinius *lib. 7. cap. 2. Omnibus hominibus contra serpentes inest venenum : feruntque ictas salivâ, ut ferventis aquæ contactum fugere* : iteratque *lib. 28. cap. 4.* Sicut hominis saliva nocua serpentibus; ita nocua serpentium saliva hominibus. Quare Vallesius *de Sacr. Philosoph.* cap. 68. infit: *Ut vipera homini, homo viperæ habet salivam venenosam.* Unde ortum illud vulgare, de quo n. 24. hominem nempè, si priùs respexerit Basiliscum, interimere; si verò priùs Basiliscus in hominem direxerit aciem, interficere hominem. Qui priùs intuetur, alterum dementat; quoniam præsentaneè fascinat. Ne perirent, elegit de mundo Apostolos Magister cœlestis; & iterùm misit, ut mundus ipsis caperetur dolis Fugerunt ne aspicerentur in casum : modò in mundi reverturtur præcipitium. Si priùs mundus aspiceret, infatuasset : quippe ejus triumphus videre hominem non mundum habitantem, sed furentem; non ratione decoratum, sed impingentem, uti mentis imporem; non judicio rerum validum, sed captum mente, & in singulis furiosum. Necesse fuit, ut eàdem arte lueret pœnas, qui vafritie construxit tot insidias: mittunturque pòst despectum Apostoli in universum mundum; quia non videbunt mundum, sed insanum : quandoquidem si homo fascinatione non insanit, mundus fascinatus furit.

Verſ. 19. Summa hominis perfectio non esse in mundo mente, dum est corpore.

Saliva hominis virus serpentibus.

Plin.

Si homo veneno, mundi non insanit, mundus furit.

22 Accedamus igitur magis proposito. Virus habet mundus, cui obnoxius homo. Virus habet homo etiam mundo virulento. Homo cui mundus non nocet, in mundum venenum habet. Vel vincunt vel vincuntur : non habent medium. Mundus turget non glorià, sed virulentià : quoniam haurit, quæ homo toxica non bibit; & ut victores mundi discipuli designentur; qui de mundo fascinante, in illum intrepidi reverturtur, ejus ostendentes ignominiam, qui virus monstrabat gloriam : igitur quicquid fulgebat glorioſum convertitur in derisum : tradito jurè & opprobrio & oblivioni, per quos aspectu conabatur interficere; quoniam spectaculo novo sine mundi veneno vivunt in mundo, captivam ducentes captivitatem, & mundum conculcantes vel fugientem. Innuit modum Legislator N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 20. monens Monachum, *A sæculi actibus se facere alienum.* Non alienum à sæculo, quod impossibile, sed ab actibus sæculi. Esse alienum à mundo est esse mortuum : esse alienum ab actibus mundi, est vivere contra mundum : tuncque verè vita Monacho, si vivens moritur mundo. Actibus mundi inficiatur vita spiritalis, ut vivens vità moriatur. Mundo, uti toxici loco, periculum callidè tegitur: & non à mundo sed ab actibus mundi decet Monachum esse prorsùs alienum; ut constet cordis perfecta virtus, dum virulentus designatur locus : igitur magna, ubi in mundo vivit, quasi non esset in mundo; & inter mundi venena respirat sine veneno. Sine sæculi actibus vincet aspectum despectu, & ipse aspiciet derisu, prostrato hoste : & virtutis clarissimo indice, Monachum vel in mundo mundum non aspicere ut aspiciat, sed ut insanum ac furiosum conspuat.

Homo cui mundus non nocet, nocet mundo.

S. Bened.

Verè vita Monacho, dum moritur vita mundo.

Et vivit intrà & extrà

Aspectu & despectu.

23 Jamiam principalis quæstionis argumento reflectatur cogitatio. Mundum Apostoli sponte spreverunt, & à quo recesserunt, revertuntur. Non sibi timent?

Unde

Et econtrà.

Vallesi.

Mundus cur confertur Basiliscoi

Qui mundum despicit, non videt mundum, sed insanum.

Unde in illos serpat fascinatio, non habent. Disquiritur à multis, an sit fascinatio, quæ ita definitur: *Passio oculis illata & concepta, profecta ex quadam affectione animi ejus, qui intuetur.* His supersedeo, quia ex professo agam *Tom.* seq. *T.* 3. ad illud *Eccli.* 22. 12. *Malus est oculus nequam.* Inter mundum & hominem intersse fascinationem arbitror, unde oritur rationalium implacabilis furor: quandoquidem per oculos intromitti in præcordia hominum venenum efficax specierum & imaginum. Morsus erit aspidis insanabilis aspectus fascinatoris, ni adhibeatur & quamprimùm efficacia medicaminis. Quænàm ergo in toxicum præsentaneum medicatio? Aspecti in fascinatorem spuitio: ajunt Vallesius ubi supr. & Plinius *lib.* 28. *cap.* 4. Patet jam intuitus reversionis discipulorum, in quem calcarunt fascinantem mundum. Fascinat mundus mulcentes, qui corrumpuntur deliciis, sed nequaquàm expuentes inspectores; qui respiciunt ut proterant & illudant. Potest tutò peragrare mundum sine veneni formidine, quisquis ne affectum protulit in signum venerationis & obsequii; quoniam sartatecta cuncta, modò sine affectione in fascinum vivant corda: & in terram quam calcarunt, redeunt Apostoli, procul vivacis infectione veneni; quippe fascinantis subsannat aspectum, si cor statim in eum ejaculetur sputum.

Quid sit fascinatio?

Quomodò inter hominem, & mundum?

Spuitio remedium?

Si homo sputo despicit, mundus moribundus corruit.

24 Causa quærenda: igitur *consentaneum est Basiliscum interimi hominis aspectu, si modò eum ipse necat* (ait Vallesius ubi dudùm) *quia si vipera in hominem, homo in viperam habet salivam venenosam.* Unde enim interitus interimentis, maximè cùm constet fragilior natura hominis? Astruit Plinius: *Despuimus morbos: hoc est contagia regerimus: simili modo & fascinationes repercutimus.* Sic ille *lib.* 28. cap. 4. quæ quidem nos modò levi oculo, quoniam *Tom.* 4. *Tautolog.* 12. *Lit. in Expos.* non levi manu. Aptè repercussionem vocat, ubi aspectu mundus minimè fascinat. Si homo mundi delectatur aspectu, corruit fascinantis obtutu, ingerentis blandimine pestem per aspicientis incautè delectamen: qui verò aspectum fascinantis fastidit, in signum fastidii conspuit; cujus saliva venenum in ingerentem venenum, quia venenum repercussum: & in mundum revertuntur Apostoli, ut indicent despectu consummationem mundi: siquidem cùm revertantur, ut cor nudum affectione, fastidio conspuat; repercusso veneno per fastidium, mundus fascinum vibrans, illico crepat.

Valless.

Quomodò venenum mundi inefficax.

Plin.

Venenum ex fascinatione mundi retorquetur in mundum per fastidium.

25 Venenum Basiliscì mundi & oculis concipitur & infertur. Virtus itaque evanescit, si speculum opponatur, quia venenum repercussum repetit ortum, & retorta sagitta in ipsum recidit sagittarium. Quid mirum, venenum mundi non nocere Benedicto, ubi speculum bonorum operum factus est mundo? Hæc est Benedicti excellentia: mundi sunt oculi ejus, ne videat mala. Quisquis mundum sequitur, crystallum non opponit: adhibet nanque, quicunque expuerit: & discipuli procedunt ultrò in mundum fascinantem, ut mundi experiantur fragilem, quem fugà arbitrati sunt potentem: etenim ejus patent vana bona, gloria falsa, fœtentia viscera, interitus subitus, inanis morsus, volatilis scena, futilis omninò pompa modicà hominis salivà. Parva utique ostentatio, quæ repentè evanescit sputo. Ineffi-cacia toxica, quæ enervantur & languent salivæ spuma. Quapropter mittens Servator N. discipulos in fascinantem mundum; sputum signat excellens præstantissimum alexipharmacum, ne infatuentur rationalia corda, gloriâ mundi quasi Jovis faba, & dum ejus solicitant gloriam, inclament Hylam: equidem tunc mundi uti est, sine fascino videtur, quando visione conspuitur.

Opposito speculo, virus non nocet nisi pestifero.

Despectu patet quid sit mundus.

Mundus à Benedicto sine læsione videtur, quia visione conspuitur.

26 Brevì astruam, quippe dicta plura *Tom.* 2. *Tautolog.* 3. *Dict.* 7. à num. 14. Ut cæcus à nativitate mundi videret pompam, archiater cœlestis *expuit in terram.* Nobilis medicina, & ad mundi conspectum necessaria. Planè instabat visurò mundum periculum; & ne noceret visio, exhibuit medicamentum: siquidem si terra delectat, & delectatio fascinat; ut avolet fascinatio, & aspectus obtineatur sine periculo, antidotum singulare, terram expuere. *Exputt in terram & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos ejus*, ut videret orbem orbus lumine. Ex sputo? Non est virtus alio humori? Intendit oculos cæci adipisci sensationem, sed nequaquàm in animæ perniciem. Conspuimus quæque odimus, indicantes per sputum animi tædium: & dum Christus format collyrium ut videat, ita conficit, ut expuat; quippequàm minimè mundum sine noxa videbit, si mundus videnti placet. Ille in mundo erat, verùm mundum nunquàm viderat. Lethalis profectò visio sine alexipharmaco: despectus collyrium est, sputo fit: medicinam-

Joann. 9. 6

Ne mundus nocet, qui videt expuat.

Ibid.

Mundus nocet, quando placet.

namque salivà dexterrimè formet; ut in mundum cautus conspuat, illicò ut videat. *Lutum fecit ex sputo* ut luminum oculorum fieret illuminatio. Si ex alio humore mundum videret, glorioſum ostentatione pomparum judicaret. Aliter imbuendus, dum ab illo videretur mundus, qui rutilat, oculos fascinans specie, & nequaquàm entitate, cùm omnia sint terrena, mentisque verè fastidia: salivámque adhibet, ubi medicinam in visionem præbet; quia sputum despectus proculdubiò necessarium, ut mundum glorioſum cæcus judicaret lutum.

Despectus necessarius, ut videatur mundus.

27 Denique. Mundus reverà luteus, cæterùm cæco formoſus. Dum grata forma, non datur oculis, ut videant, medicina; sed demonstrantur, ut exhauriant, venena, volantia ut tabescant corda. Si cæcus videt placidè, decipietur: si aspicit, uti lutum, fastidioſè, illuminabitur: medicinaque, ut videat mundum, conficitur sputo; ut minimè videat, nisi ut indignum aspectu. Terra, ut illuminaretur, erat præstabilis medicina; sed in cautionem salivæ miscenda: priùsque exponitur saliva, quàm terra, ut visio mundi videretur videnti periculoſa: igitur minimè collyrium cæco ministrat, ut expuendo videat, sed ut videre possit, videndo conspuat. Videor mihi videre arcanum documentum, dum Christus solis videntibus discipulis hoccine perpetravit miraculum. Jam mundo renunciaverant, & spretum missum fecerant: cæterùm formam in collyrio cæci discipulis demonstravit; ut dum illos in mundum mitteret, egregiè & præclarè sese gererent: igitur ni habuerint pro antidoto sputum, mundi fascinantis experientur venenum: quippequàm præceps errabit, quisquis in mundum revertitur ut aspiciat, & non ut videndo, uti abominandum conspuat. Cum salivà inviolabiles redire possunt in mundum; etenim sputum venenum patet contra mundi venenum.

Mundus aspiciendus uti aspectu indignus.

Non conspuendus, ut videatur, sed videndus ut conspuatur.

Hominis sputum virus in mundi venenũ.

28 Jam quæstio extricata circa Pauli reditum in pestiferum, qui eum medicatus fuerat, mundum. Liquet jam, cur adductus ante oculos, quem fugerat, ne fascinaretur Benedictus. Non revertuntur in mundum, ut videant: revertuntur ut expuant, & salivam serpentium salivà vincant: ut illorum aspectu repercussum venenum fiat ingerenti lethale indeclinabile toxicum, & ut ab illis videtur, veneno epoto rumpatur, expallescatque vanissima quæ ad oculum speciositas, vanè diffusa per auras. Quomodò Paulus quibat mundum respicere ut speciosum, raptus usque ad tertium cœlum? Qua industriâ & calliditate Benedicti poterat furari cor, ubi sublevatum Deitatis lumine vivens extra mundum fuit? Qua arte fascinandæ virtutes inani volatili apparentia, dum oculus mundum respiciens, illuminatus saliva? Tutò redit in mundum, estò virulentum, innocuum, ubi vel pueri non meruit vel per incuriam respectum. Alta petit ex alto, nec infici quit oculus distans à mundo. Dixit vel Ethnicus in *Hercul. furent. Act.* 3. vers. 599.

Perfectio Benedicti claruit, quando in mundum rediit.

Ita ab illo fastiditus, ut nec puerili dignatus aspectu.

—*Quisquis ex alto aspicit*
Terrena, facie pollui metuens novâ,
Aciem reflectat, oraque in cœlum erigat,
Portenta fugiens. Senec.

DIDASC. VI.

Nec minus periculum ex magna fama, quam ex mala.

1 AIT Tacitus in *Vit. Agricol.* cap. 5. Malam vellent æmuli: & bona & magna traditur in custodiam invidiæ, an fascinatà decrescat splendor, & evanescat vexationibus fulgor; quasi compressus ignis in ampliorem non erumperet lucem, & opprimentium rutilaret stuporem. Hujusmodi molimina non sunt fortunæ odia sed obsequia. Sorti gratias agere debet infelix de fausta infelicitate. *De his loquor* (profero ex Philosopho Stoic. Cordub. *Epist.* 79.) *quos illustravit fortuna, dum vexat*: igitur sæpe livor extendit virtutum splendidiorem notitiam, dum mœstè intendit sepelire famam. *Quicquid est pulchrum sequitur Momus*, ait Clemens Alexandr. lib. 7. *Strom.* quin consideret livor, quantus in pectore furor: etenim vividiùs ostendit dotium pulchritudinem, dum assignat Momi insequentis fœditatem.

Tacit.

Invidia molimina felicitatis obsequia.

Senec.

Quicquid pulchrum, sequitur Momus.

Clem. Al.

Tenet auratum limen Erinnys:
Et cùm magnæ patuere fores,
Intrant fraudes, cautique doli,
Ferrumque latens: cumque in populos
Prodire parant, comes invidia.

Senec.

Canit Seneca in *Hercul. furent.* Act. 2. v. 609. Hinc invidia felicitatem sequitur & insequitur, dum comitatur. Quæ magis edita, vaporant hac flammâ. Quare simul vin-

Invidia vinctam cum Fortuna.

vinctam cum invidia fingit Fortunam Statius lib. 5. *Sylv.* à v. 137. quem videris: igitur, si fortunæ adversæ miseratio comes, proculdubiò invidia est socia felicitatis.

Cur invidia obliqua?

2 Non solùm est adversa, sed aversa: quandoquidem nonnunquàm obliquo lumine in lucida. Floridè Virgilius lib. 11. *Æneid.* v. 336. describit in Drance:

Virgil.

——Idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua invidia, stimulisque agitabat amaris.

Non rectis oculis videt, cujus pectus hujusmodi pestis tetigit: equidem cùm, ni proprius, oderit splendorem; ne percutiantur lumina, avertit properè faciem. *Oculi vestri vident*: dixit fratribus Joseph, ostendens illis universam, qua gaudebat, gloriam; supremum in regno honorem, condignam meritis auctoritatem, Principis gratiam, complacentem regiam, Ægyptiorum obsequium, domumque refertam abundantia divitiarum. Ad quid oculi videntes, si cuncta exposita coram fratrum oculis? An quia fratres, & ætate majores? Utique. Oderant olim eum, vel somniantem imperium, quin possent livore perciti, ullum verbum pacificè loqui. Quid modò videntes per somnium visa non esse somnia? Obcæcat invidia. Oculi invidentium languent: quæ visa non vident; quippe alieno splendore privantur lumine: unde videre, quod oculis necessarium, designatur ut singulare prodigium; siquidem novitatis insignis, oculos invidos videntes, exaltationem aspexisse fratris.

Genes. 45. 12.

Visio in oculis invidentium, est miraculum.

Cap. 37. 8.

3 Aptiùs igitur. Jam non invidebant, estò ampliorem, quàm ille somniaverat, gloriam viderant. Non invident posidenti, & invident imperia somnianti? Utique. Dignitatis splendor, non splendor, sed splendidus labor: in somno micabat dignitas, in dignitate honoris, seu oneris importabilis acerbitas: & non offenduntur voto somni potito, sed tantùm somno; quippequàm quod glorioſum somniabatur imperium, in possessione patebat etiam livori molestissimum solium. Ni dicas cessasse fratrum invidentiam minoris videntium gloriam; quia jam ex gloria, qua Josephi decorabatur felicitas, fulgurabat propria invidentium commoditas: minimèque exprimunt, aliam gloriam speculantes, livorem, modò ex illa aliquam rimentur utilitatem. Jam Principem vident dejectum ab illis fratrem Josephum: jam vident despectum, assumptum dotibus atque meritis in thronum: videntiaque profert fratrum aperta lumina, speculatà gloriâ, pro evanescente à fratrum cordibus semel conceptà invidentiâ: equidem si lividè gloriam fratris aspexissent, quæ videbant & clarè, non viderent. De vectibus Arcæ dicitur: *Semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Sententia vectium est dotium: sunt dotes permanentes; verùm uti vectes mobiles in affectionis circulis: etenim quanvis maneant, ab invidis extrahuntur; quoniam visæ non videntur.

Imperium alienis humeris rutilat, proprios gravat.

Aliena gloria non videtur ab invidia.

Exod. 25. 15.

4 Illuminato cæco à nativitate (cùm à sæculo esset inauditum opus, reconcilians cordium plausus) singulare jurè miraculum oculos cordaque pupugit Pharisæorum. Rumpebantur invidia.

Imago invidiæ.

——Cui tristia bella,
Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi:
Tartareæ monstrum, tot sese vertit in ora:
Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris.

Virgil.

Ait Virgilius ubi supr. *lib.* 7. vers. 325. Geminabant maligni prodigii examen, dignati etiam audientes iterum informationem. Ille semper: Dedit (ait) cernere lucem, quam nesciebam adhuc. Dedit tenebras exire graves, oculosque videntes. Necdum videram.

——Tunc illa medelæ
Semper amica manus, jubar intulit, atque reliquit
Nox oculos, exulque dies illuminat orbes,
Expavitque redux inopina crepuscula visus.

Arat.

Cecinit Arator lib. 2. in *Apost. Act.* v. 223. Cæcus pòst vidit, & auctorem cognovit: eique postquàm procidens, revertenter adoravit, dixit Archiatrus Homo Deus: *Ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant.* Primum profectò videtur in cæco: de secundo est & meritò dubitatio. Quem ergo excæcavit Christus, qui tot cæcorum illuminavit oculos? Pharisæos. Quo pacto videntium extinxit lumina? Operando miracula: igitur quæ videt, non videt invidia. Ejus miracula in videntibus diversimodè operabantur effectus. In aliis excitabant ob admirationem plausus. Aliorum eruebant oculos: dicitque ex cæcis illuminatis obcæcari videntes; quoniam invidis sat ut lumen evanescat oculorum, virtutis alterius designari miraculum.

Joan. 9. 39.

Deficit lumen oculorum, videntium miraculum.

5 Mirabantur turbæ, quod inficiabantur Pharisæi. Vident, quod negare nequibant: etiam quod ipse mirabantur, non videbant. Quia videbant mirantur: &

testes oculati cæci fiebant; quia non videbant affecti livore, quod videbant cæci: etenim cùm lux obnubilet intuentes oculos, ubi invidentià contabescit pectus; miraculum in cæcis excitans admirationem, in invidis fovebat turpissimam cęcitatem: quandoquidem negabant, quod videbant, quia viderant: ita cæci & obcæcati præstigiis invidiæ; ut eis videretur impossibile, tot miracula visa videre posse. Ulteriùs. Qui oculis negat fidem erga proportionatum objectum, non solùm se signat cæcum, sed insensatum, quia ratio ducitur speciebus à sensibus exhibitis; ut contemplatione assequatur cognitionem veritatis: unde insania est negare visa, cogitatione læsà, quoniam oculi testantur veritatem, ne intellectus decipiatur cogitans citra rationem. Miraculo cæci facto, ex oculorum testimonio patebat cunctis inconcussa veritas; quin sine mente possit ambigere cordis malignitas: cæterùm ex confessione oriebatur Salvatoris glorificatio, & ex negatione deturpabatur malignantium intellectio: negaturque oculis fides etiam dedecore mentis; quippequàm invidi propriam priùs confitebuntur insaniam, quàm miraculis visis alienam gloriam.

Arbitrantur falli.

Propriam priùs confitebuntur insaniam, quã veram alterius gloriã.

6 Deinde. Illi privantur lumine voluntaria cæcitate, dum potitur cæcus illuminatione. Profectò infelicissimum, amittere oculos, quo alii in cognitionem illuminantur. Quilibet ex quolibet Christi plausus cordibus invidentium erat penetrale vulnus. Perpetravit miraculum ab hominum memoria inauditum, quod quidem illis invisum, non tantùm quia portentum; sed quia à Servatore factum: dicunturque videntes summè cæci, quia quę vident, vident solummodò cæcitate. Vident quia miraculum cognoscunt; & cæci facti videndo, quia non cognoscunt miraculum. Oculos habent, quia viderant: & cæci sunt oculis, quoniam vidisse nolebant. Vident quia vident alienam gloriam; & non vident, quoniam vident alienam: igitur stuporem excitans singulare miraculum, invidis non miraculum, sed præstigiis embolium oculorum: cæcique fiunt videntes obliquis livoris oculis; quippe quia viderant, quæ non placebant miracula magna, nolebant habuisse oculos ad videndum mirabilia.

Vident vi[illegible] cæcitate.

7 Denique. Ad examen revocant cæci lucem, ut magis confundantur videntes Solem. Dixit dignatus, & testimonium respuitur, quoniam dedecus & minimè miraculum quæreba tur. Ille recitabat in theatro prodigium, verùm ei *non crediderunt.* Si illi non credunt, cui adhibenda fides? Livoris oculis? Insaniunt. Sanè. Malunt corripi furore, quàm miraculum credere: etenim miraculum, si alienum, lividis incredibile; quoniam non solùm quia alienus splendor, vanus, oculis invidorum objectus; sed quia visorum à livoris oculis, jurè refraganda fides. Obiter considera, quomodò fiunt homines hominum simulachra. *Oculos habent* (ait David) *& non videbunt.* Cur dum oculos habent, non vident? Imagines invidorum sunt: oculorum habent formam, sed non ut videant: etenim licèt habeant curuscantem lucem, nullam possunt efficere sensationem. Sit ergo. Verùm quare non dicit: *Oculos habent & non vident*; sed futurum, nimirùm: *Oculos habent, & non videbunt?* Appositè. Ideò simulachra laborantium invidiæ cæcitate. Videt actionem glorioſam, encomio laudeque dignam. Tunc oculos habent: cæterùm cùm cæcutiant ex his quæ vident; quod visum miraculum non videbunt; quia plausum ex virtute nequaquàm videre possunt. Acuunt lumina, ne phantastica sint, quæ illis ambigua miracula. Vident vera: & quæ vident non videbunt; quia livore percussi visa aversantur. Hispanicè vividiùs: *Como lo que ven, les ciega; despues de ver, no verán, porque no lo pueden ver.*

Ibid. v. 18.

Non vident lucem.

Psal. 134. 16.

Nec videre possunt.

Quare visa invisa & invisibilia?

8 Modò ad invidiæ oculorum dubiam fidem; igitur supercadente splendore ignis, non possunt videre Solem. Invidia obliquè aspicit. Unde Horatius *Ep.* 14. *lib.* 1. v. 37. ait:

Invidia obliqua.

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro morsuque venenat.

Horat.

Vide Lævinum hìc. & Statius lib. 3. *Thebaid.* vers. 377.

Respectentve truces obliquo lumine matres,

Stat.

Qui obliquè intuentur, singula geminata conspiciunt. Euripides in *Bacchis*, vers. 916. ait:

Qui oblique respicit, visa auget.

At mihi videor videre duos Soles.

Quintus Calaber *lib.* 12. & Juvenal. *Satyr.* 6. vers. 300. ex Ovidio lib. 13. de *Art.* vers. 764.

Furenti similis cernebat omnia duplicia. Q. Calab.
——Geminis exurgit mensa lucernis. Juven.
——Nec quæ sint singula, bina vide. Ovid.

Plura dixi *Tom.* præced. *Taut.* 8. à num. 9. Videsis, & Lactant. de *Dei opific.* cap. 9. Senecamque *Epist.* 83. Aliqui tribuunt hu-

hujusmodi errorem opinioni animorum, ut Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* Alii læsioni principii aspectum, ut Aristoteles in *Problem.* sect. 3. Neutrum arbitror. In visionem rectam uniri debet acies singulorum oculorum, ut ex duobus fiat unum; falliturque visus, ni dirigatur in rectum. Unde cum singuli oblique videntes separentur, & potentia ad videndum sit in singulis; visorum fit geminatio, quia nulla ad videndum rectitudo.

Cur obliquè videntibus videantur singula bina?

9 Claresci hinc, cur invidia dicatur obliqua, & quare non credat etiam visa miracula. Qui reflexionem de obliquè visis fecerit, inveniet utique, alterutrum ex oculis fallere & falli, quanvis ignoret utrum: ideo sæpesæpius in fidem admittit neutrum: etenim cùm juxta numerum oculorum multiplicentur visa, minimeque multiplicia sint objecta, duoque videat, quanvis unum cognoscat; utrumque negat, quia nescit quo eat, ut nanciscatur verum, & expellat à cogitatione falsum. Aliter accideret, modo rectè & unanimiter uterque collimaret. Ita disponit oculos invidentia. etiam in stupenda singularia miracula. Nec recta, nec rectè videt: cordolium fatuè ex amvisis non cognoscit: igitur dum distortè visa explorat, visa multiplicat, augendo gloriam, quam habet invisam. Hæc fieri livoris virtute agnoscit, & totum ambigit; igitur timet falli, quia gloriam videt obliquè.

Cur obliquè videntes visa non credunt?

Invidus auget gloriam, quam habet invisam.

10 Non secùs Judæi opera videntes Salvatoris. Quare incredulitate illorum permanente, exhibitis tot miraculis, adimpletum est, lucem signantibus tenebras, quod dixerat Isaias: *Videntes videbitis & non videbitis.* Difficilè prorsùs: etenim negantur concessa, & conceduntur in confusionem cogitationis negata. Quo intuitu vident, ut visa non videant, vel cognita nesciant? Non vident videntes miracula? Non vident: vident invidiâ, quæ nequit videre alienum splendorem, quoniam splendore alieno luminum frustratur lumen: minimeque visa ab oculis videntur, quibus visis videntes offenduntur. Alii vident, quia lucem habent: invidi non vident videntes lucem. Lux micabat, sed oculos splendore percutiebat; unde lux miraculorum videntes reddidit cæcos; quia ad lucis splendorem, ne acriùs percuterentur, claudebant oculos.

Matth. 13. 14.

Non videt, quę sibi nõ placent.

11 Aliter. Qui vident obliquè, vident, sed visa non vident, nec aspiciunt; quoniam falli obliquo oculo cognoscunt; diciturque invidis perspicuis miraculis; *Videntes videbitis & non videbitis*; quippequàm vanida visa, apparentia miracula videntur in perspicua sensatione, dum miracula visa non vident rectè. In rectè videntibus visus verè astruit objecti sensibilis cognitionem, quia duplicis testis cognitio perspicit conformitatem. In distortè videntibus fallax alteruter patet oculus: videntique videre videtur, & visione fallitur. Sibi livor vendicat luminum obliquitatem, dum alteriùs iniquè prospicit splendorem: visaque quæ livore videntur, non videntur livore; quoniam à lividis mira videntur obliquè. Quod apud cunctos æstimatur ut gloria, non judicatur gloria, sed apparentia; apparentia, perspicua patentia ad oculum? Utique. Ex obliquo aspectu mentis efformatur ratiocinium; siquidem fallacia in sensibus, luminum obliquitatibus, quibus alienam fulgurantem vident lucem, invidi assignant oculorum deceptionem. Synagoga per sponsam fuit canticis designata, cui Christus Sponsus dicit: *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.* Cur non à duobus vulnus? Quoniam non vulnus, sed lenocinium à duobus. E duobus in visionem rectus oculorum usus, & rectus sensus. Ex uno, profecto obliquus: in unoque Sponsus vulneratur, ubi ejus mitacula oculis exponuntur; quoniam videbat obliquè, quæ in fidem uti Sponsa videre poterat rectè. Non videbat quæ videbat, etenim recta videre oblique nequibat. In miraculis copiosam oculis ministrabat lucem, ut averteret cordis duritiem, atque ab oculis expelletet cæcitatem: tuncque Sponsus intimè vulneratur, dum illa luce miraculorum atque livore pungitur; quia quam conabatur prodigiis illuminare, magis excæcabatur splendore.

Alienam lucem signat oculorum deceptionem.

Cantic. 4. 9.

Splendor excæcat, dum malignum illuminat.

12 Non sine acumine radiis & scuto depictus Apollo. *Radiis fulget, clypeumque gestat*: ait Chartar. de *Imagin.* fol. 40. Ad quid clypeus? Quia rutilat radiis.

Apollo cum radiis, & clypeo. Chartar.

Obest quoque gloria multis.

Canit Ovidius lib. 11. *Metam.* fab. 8. Expugnari solet ab invidis quicquid pulchrum oculis: apponiturque clypeus, ubi præstat venustas; quoniam lividi in lucem frequenter retorquent lanceas. Signatur pulchri infelicitas, individuus tanquam comes, ubi exponitur peltata Solis effigies; cui jurè datur scutum, ne dedecoretur pulchritudo radiorum, totum orbem illustrantium: etenim ni præsidium in jacu-

Ovid.

Lividi in lucida ejaculantur tela.

la, invidentium prævalerent tela, quæ nonnunquàm dirigunt oculorum cuspidem in quemlibet obvium coruscantem splendorem. Quid mirum, si lucidior ex astris habeat pro ornamento clypeum, dum ubique invidentia retorquet telum? Hinc etiam, ut dicit idem ibid. *Apollo sagittas fert, quæ radiorum vices subeunt. Sicut enim illæ ex arcu emissæ maximo cum impetu illuduntur, ita & Solis radii.* Splendores Solis ægris oculis sagittæ, quia vident ægrè: aptèque spicula radii vocantur, quoniam oculi splendore percutiuntur. Laborant oculi invidentium & corda præparant tela in arcu cogitationum. Splendorem deturpare cogitant, & spicula vibrant, quæ omninò cassa, quoniam opponuntur scuta: vel si aliquod ex telis virtute polleat, rumpit impulsu nubem, ut Sol magis sine obicibus fulgeat. Quid tunc splendor? In sagittas commutatur: igitur in invidos jacula retorquet rectè, quæ misit livor obliquè. Quæ ab oculis egressa, in artificum corda sunt remissa: designanturque meritò vibrata jacula; quoniam sicut corda vulnere, oculi invidentium percutiuntur splendore.

Apollo etiã cum sagittis Chartar.

In invidum ejaculata re torquentur spicula.

13 Inconcussum arbitror Ludum fortunæ. Utitur hominibus quasi pilis, perpeti mutabilitate. Nequit dici felix, cujus fortuna mutationi patet: neque infelix, quem ictibus vesperè gravat, si manè micat.

Fortuna inconstans.

Nemo putet quicquam hominibus unquàm
Insperatum esse, considerans ea quæ nunc accidunt.
Ut essent infelices, & rursùs valdè felices essent.
Fortuna, ad quale momentum vitæ venimus!

Euripid.

Canit Euripides in *Jon.* à v. 1510. Quis infelicior Lazaro designaretur in orbe terrarum, cujus oculos bona cuncta studiosè fugerunt? Quis magis fautus à fortunæ dextra, quàm dives ille indutus byssо & purpurà? Illi, quoad vixit, nigra & tetrica: huic alba & placida. Si ex collatione oppositorum patet clariùs qualitas felicium & infelicium, vividiorque color; nemo felicior, neque infelicior. Ecce utriusque specimen. Mortis nox rebus abstulit atra colorem: igitur gradibus infelicitatis Lazarus requievit in Abrahæ sinu, & dives fortuna aversà sepultus est in inferno. Ibi cùm esset in tormentis, elevatis oculis prospexit fortunæ æmulum, gloriosè gaudibundum, à cunctis plausum. *Vidit Abraham & Lazarum in sinu ejus.* Vidit, & tabuit. Vidit. Designetur ut prodigium, infelicem posse videre glorioſum Lazarum. Vidit, & rumpebatur, quia siccine vidit; doloremque cordis invisione punctus expressit. *Pater Abraham mitte Lazarum*, dixit, cum aquæ guttula, *quia crucior in hac flamma.* In qua? In hac. Est ne alia? Utique. Ubi? In sinu Abrahæ. Inferni flammam demonstrat, & aliam in ly *Hac* emphaticè signat; quæ quidem nec mitiùs torquebat viscera, quàm linguam flamma. Vidit æmulum gloriosum, dotibus & virtutibus plausum: dicitque ex alia flamma tormentum, indicans duplicis pœnam cruciaminis; siquidem torquebatur & flammà ignis & flamma livoris.

Nec felix nec infelix est diuturnus.

Luc. 16. 23

Videtur impossibile, invidum posse videre. Vers. 24.

Magis torquetur alienà gloriâ, quam propria pœnâ.

14 *Crucior in hac flamma.* In hac lingua, cor in alia. Cordis flamma à dignitate, honoreque Lazari venit. Glorioſum vidit. Ignis estò intolerabile cruciamen profert, livoris autem explicare nequit: igitur rumpebatur lividum pectus, æmuli gloriâ introductâ per oculos. Pœnam Epulonis conatur Christus exprimere, quæ sanè vivida ex livoris specie: igitur ubi invidentiâ percutitur homo, vivens sepelitur in inferno. *Dura est sicut infernus æmulatio*: etenim prævalet dolor pertuso cordi & proprio vulnere, & alterius sauciante prosperitate. Verùm dices: Si gloriam vidit quæ pectus quasi telo transadegit; quorsùm perseveravit in visione æmuli, & conversatione Abrahæ? Promam. Qui à livore semel videntur, virulentiâ fascinantur, nec minùs noxii, quàm à quo læsi. Quare Plinius *lib.* 28. *cap.* 3. infit: *Tantum remanet virus ex accepto semel malo, ut venefici fiant, venena pasci*: viditque lividus veneno Lazarum in sede felicium, vel ut propriam alienà levaret pœnam, vel ut oculis obliquis tantam fascinaret gloriam, quasi deturpare posset optabilem pulchritudinem, & deturbare arte malignitatis latum honorem. Fruſtratus est voto, & subactus est tormento: quandoquidem felicitatis Lazari protrahebatur visio, ut plusquàm ignis cruciamine, Lazari premeretur splendore.

Nequit exprimi præ dolore.

Cant. 8. 6.

Cur pœnitè confertur invidiæ

Plin.

Aggrava mala, quia videt bona.

15 Talpa visà luce emoritur. *Animal* (inquit Pierius *lib.* 13. cap. 23.) *perpetuæ cæcitatis tenebris damnatum est, lucemque ita habet adversariam, ut simulac ad diurnam claritatem eductum fuerit, emoriatur.* Inter homines talpa est invidus: minimè videt, quanvis habeat oculos. Premitur luce, decerpitur fulgore: ita offenditur ra-

Cur Talpæ similis? Pier. Valer.

Mavult mori, quàm lucem videre.

radiis, ut eligat degere perpetuis tenebris, oppetens priùs mortem, quàm splendorem, & lucis publicæ optatam utilitatem. Sciebat, quantum malum esset invidia, Glorioſus N. Patriarcha, quando protulit *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 65. *Invidiam non habere*: ne adinitar talpæ Monachi quererentur de splendore, tristarentur luce, æmulatione percuterentur, viverentque in inferno, dum honores obliquè viderent proximorum in hoc mundo; sibi vulnera infligentes causa livoris, ac tristitiâ alienæ prosperitatis facti venefici, quia venena passi: igitur illis cumulabunt ex livore cruciamina, sed non adhærebit lividè prospecta gloria. Sæpè fama nocet: verùm sæpesæpiùs altiùs vulnerat æmulatio, quam æmulantium etiam gravior persecutio. Non minoris periculi magna fama, quàm mala: verùm ex magna exoritur gloria, quam livor sequitur umbrâ; ut inter invidiæ nigricantes nubes, magnitudo mirabilis effulguret splendoris, perspicuàque claritate ægrè videntis perstringantur oculi. Aptè invidioſus confertur Scyllæ, cui latrant canes: invidus verò Charybdi, quæ absorbet opes. Unde cùm utrumque malum; satius sanè esse invidioſum, quàm invidum: siquidem placidiùs auditur ornatus felicitate, quàm dignus miseratione. Cecinit Delrius in Senecæ *Thyest.* ad vers. 580.

S. Bened.

Invidia pestis.

Cur invidia & miseria conferuntur Scyllæ, & Charybdi?

Satius, esse invidioſum, quàm invidum.

Invidia obtrectans monstris est Scylla caninis.

Funditùs at mergens paupertas, vasta Charybdis.

Incidit in Scyllam, qui vul vitare Charybdim. Delr.

Allatrat livor mordax, absorbet egestas.

Ex utroque malo minus elige: qui sapit, optat

Invidioſus enim magè, quàm miserabilis esse.



TAU-

TAUTOLOGIA DECIMATERTIA.

CHERUBIM RESPICIANT SE MUTUO.

Exod. 25. vers. 20.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 UT regiè fulgêret Deus in Arcæ curru, quasi majestatis solio, & stipatoribus clareret, quem cœli nequibant capere; in lateribus Arcæ Moysen jussit collocare duos Cherubim: *Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex utraque parte Oraculi. Cherub unus sit in latere uno, & alter in altero: utrumque latus Propitiatorii tegant, expandentes alas, & operientes Oraculum, respiciantque se mutuò, versis vultibus in Propitiatorium.* Ex his verbis plures pullulant quæstiones: nimirùm, Qui fuerint? Qua formà? Quo ornatu? Quo situ? An in pavimento, an in Arca fixi? An manibus tenerent Propitiatorium, & obumbrarent alis? An ejusdem figuræ cum Cherubinis Ezechielis, & Joannis, & Seraphinis Isaiæ? Et demùm unde Cherubim etymologia? Cuncta ubique sunt obvia apud DD. & Interpretes: adisis Hieronym. in cap. 10. *Ezechiel.* & Epist. 13. ad *Marcellam.* D. Thom. 1.2. *quæst.* 102. *art.* 4. ad 6. & ad *Hebr.* 9. lect. 1. Clement. Alex. lib. 5. *Strom.* Leonard. Marium, Bonfrer. Alapid. Cajetanum, Oleastr. & Abulens. hìc, Villalp. in cap. 41. *Ezech.* Alcazar, Viegas, & Sylveira in cap. 4. *Apocalips.* & ex Rabb. Philon. libell. de *Cherubim*: Rab. Abraham, & Abenezra cum Josepho lib. 3. *Antiq.* cap. 6. & lib. 8. cap. 2. Nos solum modò consulemus proposito nostro.

Variæ quæstiones de Cherubinis.

Forma Cherubim in Arca.

2 Forma sanè illorum erat puerorum vel juvenum pennatorum, alis construentium sedem Dei in Arca, quæ illius scabellum: ideoque dicitur Psalm. 79. 2-98. 1. & Isai. 37. 16. *Qui sedes super Cherubim.* & Habacuc 3. 1. apud Septuag. *In medio duorum animalium.* Nec quia audis animalia, arbitreris cum Josepho lib. 3. *Antiq.* cap. 6. *Cherubim esse animalia volucria novâ specie, nec unquàm cuiquàm hominum visa, quæ Moyses in Dei solio viderat figurata.* Ipse enim sibi opponitur, cum *lib.* 8. *cap.* 2. infit: *Hæ Cherubicæ effigies, quanam specie fuerint, nemo vel conjicere potest, vel eloqui.* Unde ergo si vel conjicere nequivit, animalia volucria describit specie novâ & nunquàm visa? Cherubim ergo erant formà humanà & nudi, alas & brachia habentes, vel alas pro brachiis, ut cogitat Montanus, pedes quorum adinstar pedum vitulorum hiulcorum, ex quorum forma Clemens Alexandr. ubi supr. asserit, Ægyptios mutuatos fuisse suas Sphinges: siquidem ex veteri Poëta Alciatus *Emblem.* 187. canit:

Joseph.

Sphinges qua forma?

Alciat.

Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella,
Sphinx ergo alata est volucris; leo, virgo, triformis.
Quod monstrum id? Sphinx est. Cur candida virginis ora,
Et volucrum pennas, crura leonis habet.

Hinc Ægyptii in omnium templorum liminibus Sphinges collocabant, ut asserit Plutarchus libell. de *Isid. & Osirid.* Causin. *lib.* 7. *Parab.* 107. de quibus latè Albertus Magn. lib. 22. de *Animalib.* cap. 15. Solinus in *Polisth.* cap. 36. & hìc Georg. Draudius. Plinius *lib.* 8. *cap.* 21-11. 72. & 35. *cap.* 12. Majolus *Tom.* 1. *Colloq.* 23. quæ omnia ex fictionibus Hesiodi in *Theögonia.* Ad mysteria sacrorum torquent Mythologi Sphingium formam, quapropter Augustus pro signo utebatur Sphinge, indicans notata obtecta iri: verùm Clemens ubi suprà: *Sphingas* (de Ægyptiis ait) *in suis sacris posuerunt; quippe*

Cur in limine templorum?

quod

quod de Deo oratio sit ænigmatica & obscura: fortè autem quòd oporteat Deum amare & timere: amare quidem, ut sanctis benignum & propitium: timere autem, ut qui impiis sit justus inexorabiliter: feræ enim & hominis imaginem Sphinx significat. Clem. Alex.

3 In nostris ergo Cherubinis forma non absolutè sumenda est, quatenus Cherub significat varium, vel pulchrum: quo sensu dicitur Ezech. 10. 14. *Facies una facies Cherub*: idest, varia: *Opus Cherubim*, hoc est, amœnum, polymitum, plumarium, quod observavit Hieronymus *Epist.* 13. ad *Marcellam. In Exodo* (ait) *cæterisque locis, ubi describuntur vestes plumariâ arte contextæ, opus Cherubim, ideſt, varium atque depictum esse factum describitur: ita tamen, ut V au literam Cherubim non habeat, quia ubicunque cum hac litera scribitur, animalia magis, quàm opera significat.* Tantùm vox accipienda de vera forma Cherubinorum humanâ, descriptâ ad intelligentiam materialem nostram, quæ quia nostra est, spiritus percipere nequit, nisi per species materiales: unde ut designet Angelum, pingit juvenem pulcherrimum alatum: Cherub quatuor alis, & Seraph senis. Hic, ut observat Leonardus Marius, proponitur primò, quòd sint duo tantùm: secundò, quòd ex auro, non ex ligno, estò pretioso: tertiò, quòd ex auro solido, non ex lamina: quartò, quòd sint ex utraque parte Arcæ, ideſt, in costis: quintò, quod alis expansis operiant Arcam & Propitiatorium, vel singuli tota alarum longitudine, vel usque ad medietatem Arcæ, singulorum alis se tangentibus: sextò denique, quòd se mutuò aspiciant, versis vultibus in Propitiatorium, quod quidem est materia Tautologiæ præsentis. Hieron. *Cherub pro re, seu colore vario, & pulchro.*

4 Hunc locum videmus cap. 37. vers. 9. ubi dicitur: *Tegentes Propitiatorium, seque mutuò & illud respicientes*: sanè videtur difficile. Quomodò ergo se mutuò, si respicere debebant Propitiatorium? Gliscit nodus, maximè in sententia Rabb. Salomonis, qui Propitiatorium collocat sub pedibus Cherubim: undè videtur impossibile in hoc intendere, & sese adinvicem respicere. Aliqui dicunt facies illorum mutuò contrà collocatas fuisse, sed dimisso vultu propter reverentiam. Propitiatorium medium erat inter duos Cherubim secundùm lineam rectam, cùm singuli essent in singulis lateribus: quapropter nequibant respicere se mutuò, quin rectè Propitiatorium respicerent, & econtrà; igitur socium mutuò, in quem intendebat obtutus, respicere non poterat alter, non respiciens medium, quod erat Propitiatorium. Sensus ergo est: *Tegentes Propitiatorium, seque mutuò, illud respicientes, respiciebant*: quandoquidem unus in latere uno, & alter in latere altero, & singuli in singulis summitatibus Propitiatorii. Respicere nil aliud est, quàm vultus habere in aliam oppositam partem conversos, versùs socium, & consequenter versùs Propitiatorium, quod erat medium. Hinc Hebr. *Facies eorum vir ad fratrem suum & (ideſt) ad Propitiatorium erunt facies Cherubim.* Pagnin. *Facies eorum altera ad alteram: ad Propitiatorium facies Cherubim.* Chald. *E regione alterius.* Et Syr. *Vultus oppositus alteri*: quod sanè claret ex eo, quòd non ut Cherubim Salomonis, de quibus posteà, respiciebant in exteriorem domum: sed sicut recta habebant corpora, & pectora in lateribus Arcæ; ita haberent facies in Propitiatorium, quo rectè viso, necessariò sese erant respecturi mutuò. Exod. 37. 9. *Quomodò se Cherubim mutuò respiciebant, respicientes Propitiatorii?* *Expositio prima.* Hebr. Pagnin.

5 Ex quo constat etiam, quàm ludicrum, quod asserit Montanus lib. de *Noäb*, seu *Noë*, Titul. 3. Cherubim fabrefactos specie maris & fœminæ (non quoad sexus differentiam, uti somniavit Rab. Salomon, quod nimis indecorum) sed quoad oris delineamina, formam; scilicèt, & figuram: ideo dicit *specie*, ideſt, apparentiâ. *Propitiatorium* (ait) *duas puerorum imagines auro solido factas, utroque latere continebat stantes, pedibusque ita constitutis, ut continere sese possent, brachiorum loco alis præditas, quas altera imago contra alteram ita tendebat, ut operculum superius obtegentes sedilis formam parrarent, veluti si quis pedibus in operculo constitutis, ut in scabello, ipse super obtentis Cherubim alis sederet. Nanque hæc sedes Dei erat, sicut sæpissimè scriptum legimus: Qui sedes super Cherubim. Erant autem maris & fœminæ specie varii, cætera sibi omninò æquales, invicemque similes, seseque mutuò aspicientes facie ad Propitiatorii spatium conversâ; ita ut insidentem alis suis Deum, ac Propitiatorium pedibus prementem conspicerent.* Hactenùs ille. *Mutuò* hìc omnimodam similitudinem signat, quæ quidem abesset, modò alter puerorum speciem haberet fœminæ, & alter maris. Speculum quilibet alterius erat, & propriè; quippe in speculo quæ sinistra objecti dextra, & econtrà: pariterque inter Cherubim facies, & alia; quandoquidem quæ velabat unus alà dextrà, alter obumbrabat sinistra. Ita similes in cunctis, ut si dexter latere collocaretur oppositio, minimè cognosceretur mutatio: quod sanè oculos fugere haud facile esset, si aspectum haberent fœminæ & maris. Ar. Mont. *Cherubim specie, vel vultu maris & fœminæ, non sexu.* *Secunda expositio.* Mutuò *pro omnimoda similitudine.*

Hu-

6 Hujuſmodi ſymmetriam & coäptationem formæ exprimunt AA. vel per Tautologiam, Hyperbolem, aut unitatem, juxta illud Philoſophi anxioma: *Unum in ſubſtantia facit idem, in quantitate æquale, in qualitate ſimile.* Plautus in *Menæch.* Act. 5. Ariſtot. ſcen. 9. verſ. 23. *Hi ſunt gemini germani duo.* In *Amphitr.* Act. 1. ſcen. 1. verſ. 290. *Nihil hoc ſimili eſt ſimilius.* In *Ciſtell.* Act. 3. ſcen. 2. verſ. 7. *Illa eſt, non altera.* In *Menæch.* Act. 1. ſcen. 2. verſ. 27. *Me aſpice: ecquid aſſimilabo ſimiliter?* Ubi ut vides, diverſa quaſi unum deſcribuntur, ſicut unum diverſum à ſe dicitur, dum aſpectus, ſeu ſpecies variatur oculis, ut Tertullianus de *Pallio* cap. 3. *Quanquam & pavo pluma veſtis, & quidem de cataclitis* (de colore lodicarum regiarum in accubitum) *imò omni conchylio depreſſior, qua colla florens; & omni patagio inauratior, qua terga fulgent & omni ſyrmate ſolutior, qua caudæ jacent, muticolor, & diſcolor, & verſicolor, nunquàm ipſa, ſemper alia, & ſemper ipſa quando alia, toties denique mutanda, quoties movenda.* Alia avis dicitur ſic & ſic viſa, quia ut ait Plinius *lib.* 10. *cap.* 20. *Gemmantes expandit colores adverſo maximè Sole, quia ſic fulgentius radiant. Simul umbræ quoſdam repercuſſus cæteris, qui in opaco clarius micant, canchata quærit cauda.* Etiam Apulejus lib. 3. *Metam.* ait: *Sui longè diſſimilis advenit.* Duo ſanè erant Cherubim, ſed una illorum forma, & indiſtinguibilis propter omnimodam in cunctis conformitatem. Ideò additur *Mutuò*, cum ſufficeret, *Reſpiciant ſe.* Reſpici & Reſpicere conformationem ſignat, & apponitur *Mutuò*, ut omninò conformentur. Quàm aptè ſignat Plautus in *Pænul.* Act. ſcen. 2. verſ. 124. dicens:

Idem pro ſimili. *Tertull.* *Pulchritudo pavonis.* *Plin.*

Sunt illic aliæ quas ſpectare, & me ſpectari volo.

Plaut. Ideſt reſpondere cultui & elegantiæ aliarum. Unde pro hujuſmodi conformitate & convenientia etiam in ſitu, ſuccinit in *Rudent.* Act. 3. ſcen. 5. verſ. 28.

Age alter iſtinc, alter hinc aſſiſtite
Aſſiſtite ambo.

Idem.

7 Favet etiam acceptio frequens adverbii *Mutuò* pro *Invicem, Pariter, Unà, Simul, Æquè.* Geneſ. 34. 16. *Accipiemus mutuò filias veſtras.* Joſue 8. 16. *Seſe mutuò cohortantes.* Eſth. 9. 19. *Mittant ſibi mutuò partes*: ideſt, viciſsim, adinvicem. Tacitus in *Annal.* lib. 2. cap. 79. *Mutua formido*: & in *Vit. Agricol.* cap. 6. *Mutua diſſimulatio.* Virgilius lib. 7. *Æneid.* verſ. 66. de examine apum pendente ex lauro ſacrà, accinit:

Mutuò pro Invicem.

——Pedibus per mutua nexis
Examen ſubitum ramo frondente pependit.

Virgil. Pro *Pariter* vel *Simul.* Geneſ. 26. 31. *Juraverunt ſibi mutuò.* Ibid. cap. 37. 19. *Et mutuò loquebantur.* Virgilius lib. 10. *Æneid.* verſ. 755.

Pro Pariter.

Jam gravis æquabat luctus, & mutua Mavors
Funera: cædebant pariter, pariterque ruebant
Victores victique.

Idem. Patet quod *Pariter* ibi intelligendum pro *Mutuò*, ut loquitur verſ. ſeq. ſicut Propertius *lib.* 1. *Eleg.* 5. primò promit *Pariter, Mutuò* ſubindè.

Sed pariter miſeri ſocio cogemur amore
Alter in alterius mutuò flere ſinu.

Propert. Etiam pro *Æquè*, vel *Æqualiter.* Exod. 26. 3. *Quinque cortinæ ſibi jungentur mutuò aliæ quinque nexu ſimili cohærebunt.* Ibidem cap. 36. 12. Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* verſ. 944.

Pro Æquè.

——Non queat eſſe
Conjuncta inter ſe, nec motu mutuò fungi.

Lucret. Pro *Simul* invenitur Geneſ. 42. 28. *Obſtupefacti turbatique mutuò, dixerunt,* &c. Ruth. 3. 14. *Surrexit, antequàm homines ſe cognoſcerent mutuò*: ideſt, ſimul. Statius lib. 12. *Thebaid.* verſ. 389. & Lucretius ubi ſupr. lib. 3. verſ. 321.

Pro Simul.

Mutuaque exorſæ Thebas, Argoſque renarrant.

Stat.

——Et inter ſe mortales mutuò vivunt.

Lucret. Quo nimirùm ſenſu lib. 1. de *Ira* cap. 5. Seneca infit: *Homo in adjutorium mutuum generatus eſt.* His igitur acceptionibus exponere poſſumus auctoritatem, ita ut ſenſus ſit: Collocentur Cherubim ad latera Arcæ tali proportione, ut ſe ad invicem, æquè, pariter, ſimul, unàque reſpiciant.

Tertia expoſitio.

8 Alia acceptio quit cogitari in *Mutuò*, quæ non tam ad ſitum pertineat Cherubim, quàm ad illorum formæ pulcritudinem; quatenùs *Mutuò* derivetur à *Mutuor*, quod

eſt

est accipere ab alio, vel aliunde sumere, ita ut quod habetur ut proprium, sit alienum: quo sensu *Exod.* 22. 14-4. *Reg.* 4. 3. & 6. 5. *Mutuò* accipiendum. Seneca etiam de Consolat. ad *Marc.* cap. 10. inquit: *Quicquid est hoc, Marcia, quod circa nos ex adventitio fulget, liberi, honores, opes, amplia atria, & excluſorum clientum turbà referta vestibula, clara, nobilis aut formosa conjux, cæteraque ex incerta & mobili sorte pendentia; alieni, commodatique apparatus sunt. Nihil horum dono datur: collatitiis, & ad dominos redituris instrumentis scena adornatur. Mutuò accepimus.* Haud secùs forma Cherubim describitur: equidem ita similes fabricandi sunt, ut non facilè percipiatur, quis à quo formam mutuatus, carentibus discretione vel videntibus imagines sine discrimine.

Pro indistinctione.

Quarta expositio. Senec.

Qui utramvis rectè novit, ambas noverit. Terent.

Ut ait licèt aliò Terentius in *Prolog. Andr.* vers. 10. Vel ita ancipiti animo oculus in utramque ad distinctionem tendat, ut dubitet, quænam ex illis illa & pulchritudine & formà. Elevetur in decora acumen Nasonis lib. 2. *Amor.* Eleg. 10.

Utraque formosa est, operosæ cultibus ambæ:
Artibus in dubio est, hæc sit an illa prior.
Pulchrior hàc illa est, hæc est quoque pulchrior illà: Ovid.
Et magis hæc nobis, & magis illa placet.
Errat ut à ventis discordibus apta phaselus
Dividuumque tenent alter & alter amor.

9 Licèt hæc cogitarim, veritati solummodò studeo: quapropter hìc quicquid ly *Respiciant se* sequitur, exegeticum est, exponens quid sit sese respicere. Unde sensus est: Cherubim *se respiciant*, ideſt *mutuò*, quod quidem fiet *versis vultibus in Propitiatorium.* Ideò *Cherub unus in latere uno, & alter in altero*: ita ut utrumque latus Propitiatorii tegant, expandentes alas & operientes Oraculum. Parco exemplis, quia plura videri possunt in *Tomis prioribus* & hìc *Tautolog.* 8. & 9. *in Expositi. Lit.* astruiturque exergasìa, ubi cap. 37. 9. eodem stylo eadem significantur. *Tegentes Propitiatorium, seque mutuò & illud respicientes.* Discrimen signatur hìc inter Cherubim Moysis & Salomonis, de quibus latè egimus *Tautolog. præc.* Cherubim Moysis erant ex auro, ex oliva Salomonis, etsi ex auro solido factos fuisse contendat Joseph. lib. 8. *Antiq.* cap. 2. Facies horum erant versus Sanctum, seu domum exteriorem; Moysis verò, ut vidimus, respiciebant se mutuò. Claret differentia ex 3. Reg. 6. à 23. ubi de Salomone dicitur: *Fecit in Oraculo duos Cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis. Quinque cubitorum ala Cherub una, & quinque cubitorum ala Cherub altera, ideſt, decem cubitos habentes à summitate alæ unius usque ad alæ alterius summitatem.* Et 3. Paral. 3. 13. *Igitur alæ utriusque Cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ in exteriorem domum.* Unde patet diversa materia, diversus situs, diversus habitus, magnitudoque diversa: quandoquidem alæ Cherubim Moysis obumbrabant Arcam utrinde, cujus longitudo duorum cubitorum & semis, & seipsos mutuò aspiciebant: Cherubim autem Salomonis tegebant alis (à pariete in parietem, cujus spatium viginti cubitorum) non solùm Arcam & Cherubim Moysis; sed & ipsos Arcæ vectes, respicientes in ostium, quò egressus à Sancto-Sanctorum in domum exteriorem, sive Sanctum patebat, de quo jam actum *Tautolog. præc.*

Quinta expositio.

3. Reg. 6.

2. Paral. 3.

Sexta expositio.

10 Nec, dum audis *Versis vultibus*, intelligas nisi *facies* vel *aspectus*, ut dicitur loc. cit. *Paral.* & *Ezech.* 1. 6. Quo intelligitur illud ibid. vers. 10. *Similitudo autem vultus eorum facies hominis & facies leonis*, &c. ideſt, *Facies eorum* (more Hebræo) *facies hominis, & facies leonis*, &c. Vel intellige faciem, pro illo cujus est facies, uti illustravimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 4. num. 18. *Tautolog.* 5. num. 24. & hìc *Tautolog.* 8. num. 54. Hinc sensus erit: illi erant collocati versùs Propitiatorium, & Cherubim Salomonis versùs ostium: quatenùs anterior figuræ species vel aspectus esset in Cherubim Moysis versùs Meridiem & Aquilonem, sed cujus situs faciei erat ad Meridiem, tergum habebat ad Aquilonem & econtrà: in Cherubinis Salomonis totum videbatur oppositum, siquidem tergum habebant Occidentem versùs, & facies in Orientem, versùs domum exteriorem. Vultus propriè nullo modo hìc locum habet, siquidem minimè faciem significat, sed faciei conditionem, vel animi affectionem, quæ lucet in facie. Hispanicè *Gesto.* Genes. 4. 5. *Concidit vultus.* 2. Reg. 19. 5. *Confudisti hodie vultus omnium.* Esth. 7. 6. *Illicò obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre non sustinens.* Cicer. 3. de

Vultus pro facie.

Vultus pro affectione animi. Cicer. Apulej. Quintil. Sueton.

Orator. inſit: *Imago animi vultus eſt, indices oculi.* Et lib. 6. Epiſt. 1. *Verbis, vultuque, abſurdè & aſperè reſponderat.* Cornel. Tacit. *Hiſtor.* lib. 3. cap. 65. *Vultus projectus & degener.* & *Annal.* lib. 1. cap. 7. *Vultus in crimen detorquens recondebat.* Quintil. *lib. 2. cap.* ult. *Matronæ circa faciem vultuoſæ.* Apulejus lib. 3. *Metam. Non ex læta facie, nec ſermone dicatulo, ſed vultuoſam frontem, rugis inſurgentibus, aſſeverabat.* Eadem Sidon Apoll. *lib. 1. Epiſt. 11.* & *lib. 10. Epiſt. 12.* Igitur oris habitu fronte & ſuperciliis annuimus & renuimus grata vel ingrata. Quo intelligitur illud Suetonii de Nerone cap. 51. *Vultu pulchro magis, quàm venuſto.* Hiſpanicè. *Mas hermoſo que agradable*: de quo Nos *Tom. 5. Taut. 3.* ad illud *Cant. 4. 7. Tota pulchra, macula non eſt in te.* Hinc etiam ad inanimata fit translatio, ut videtur lib. 5. *Æneid.* verſ. 768. & 848.

Virgil.

Viſa maris facies, & non tolerabile Numen.
Mene ſalis placidi vultum fluctuſque quietos.

Humana forma & ſexus aliquàdo tribuitur rebus repugnantibus.

Ita dicimus *Cœli vultum, Naturæ faciem*, vel *Temporis*, eo modo, quo Hebræi formam humanam & ſexus differentiam tribuunt rebus ab humana forma remotiſsimis, maximè ubi aliqua conjunctio fit: qui quidem uſus etiam apud Noſtrates vulgò invenitur, ſicut cùm anſulam occellatam vocamus fœminam, & uncum qui ocello infigitur, virum, vel marem. Gen. 6. 19. *Ex cunctis animantibus univerſæ carnis bina induces in arcam, ut vivant tecum, maſculini ſexus & fœminini.* Hebr. *Vir & uxor ejus.* Exod. 26. 3. de cortinis præſcribitur: *Sibi jungentur mutuò.* Hebr. *Mulier ad ſororem ſuam.* verſ. 5. *Ut anſa contra anſam veniat.* Hebr. *Anſula mulier ad ſororem ſuam.* verſ. 6. *Cortinarum vela jungenda.* Hebr. *Conjuges cortinas.* Job. 41. 8. de ſquamis Behemot, *Una alteri adhærebit.* Hebr. *Vir in fratre ſuo adhærebunt.* In Scriptura nomen fratris vel ſororis tribuitur rebus ſimilibus, & proportionatis, vel æqualibus tam in moribus, quàm in reliquis exterioribus rebus; quo ſenſu Ezech. 16. 45. de Jeruſalem dicitur: *Soror ſororum tuarum es tu.* & 1. Paralip. 20. 5. *Percuſſit Adeodatus fratrem Goliath. Fratrem*, ideſt, ſimilem, vel æqualem: quo ſanè intuitu hìc de Cherubinis pro æqualitate, vel ſimilitudine dicitur ab Hebr. Ar. Montan. & Oleaſt. *Facies eorum vir ad fratrem ſuum*: hoc eſt, ad ſimilem. Roboratur hoc ſtylo expoſitio quarta, & magis conſtabit *Tom. 7. Tautol. 1.* ubi ex profeſſo Hebraiſmus exhibebitur & illuſtrabitur tam in ſacris, quàm in profanis.

Hebr.

Sicut voces Frater & Soror.

Frater pro Similis.

11 Acceptio ergo vultus pro animi ſpeculo etiam apud Poëtas invenitur. Virgilius lib. 6. *Æneid.* verſ. 46.

Virgil.

——Cui talia fanti
Ante fores ſubitò non vultus, non color unus,
Non comptæ manſere comæ, ſed pectus anhelum.

Propertius *lib. 2. Eleg. 22.* in idem acceptionis propoſitum:

Propert.

Quæ ſi fortè aliquid vultu mihi dura negarat,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.

Plautus in *Amphitr.* Act. 3. ſcen. 3. v. 5. & in *Aulul.* Act. 4. ſcen. 9. verſ. 7.

Plaut.

Heri ut ſint, ipſe item ſit, vultum è vultu comparet.
Tibi credere certum eſt: nam eſſe bonum è vultu cognoſco.

Suffragatur Seneca in *Hercul. furent.* Act. 3. verſ. 721.

Senec.

——Dira majeſtas Deo:
Frons torva, fratrum quæ tamen ſpecimen gerat,
Gentiſque tantæ. Vultus eſt illi Jovis,
Sed fulminantis.

Eadem iterat in *Medea*, Act. 3. verſ. 396. in *Oedip.* Act. 4. verſ. 842. In *Thyeſt.* Act. ult. verſ. 934. In *Hercul. Oetæo*, Act. 2. verſ. 705. In *Troäd.* Act. 3. verſ. 447. & in *Agamemn.* Act. 2. verſ. 128. Secùs accipienda eſt vox *Vultus*, nimirùm pro facie, ſenſus cuius erit: Reſpiciant ſe mutuò, verſis faciebus in Propitiatorium, ſicut Cherubim Salomonis verſis faciebus in Sanctum. Hujuſmodi acceptionem videſis Pſal. 4. 7-15. 11. 16. 2-20. 7-33. 7. & pluribus aliis in locis. Apud Tacit. lib. 4. *Hiſt.* cap. 8. Cicer. lib. 1. *Epiſt.* 15. Martial. lib. 1. *Epigr.* 5. & 6-6. 39-7. 43. Virgil. lib. 8. *Æneid.* verſ. 156. Ovid. lib. 3. *Metam.* fab. 2. & demùm Lucan. lib. 6. *Bell. Pharſ.* verſ. 159-7. 322. & 10. verſ. 105.

Vultus pro facie.

12 Hæc erat ſimilitudo & æqualitas Cherubim, ut inter illos mutua eſſet pulchritudo cum ſitu: qua auctoritate præut potuimus expoſita, conſentaneum eſt, ut in alia teſtimonia affinia calamum deflectamus. Occurrunt plura. Joan. 6. 56. *Qui manducat meam*

meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Idem 1. *Epist.* 4. 16. habetur. Cap. 14. v. 17. Spiritus veritatis *apud vos manebit, & in vobis erit.* Cap. 15. 4. *Manete in me, & ego in vobis.* Cap. 17. 24. *Ut ubi sum ego, & illi sint mecum.* Denique *Apocal.* 3. 20. *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo & ipse mecum.* Hæc omnia, quantum auguror, in idem tendunt, nimirùm in intimam perpetuam reciprocam redamationem, ut corda amantium & amatorum adinstar Cherubim Propitiatorii se mutuò in amore respiciant. Expressit næ Guilielmus Hesius lib. 3. de *Charitat.* Embl. 28. ubi in Amores mutuò sese respicientes, collocavit AMA, tanquàm idem ab utroque, igitur estò sit ardentior, non aliter cordium conciliatur amor.

Tautologia affines.

Amor reciprocus.

Hostes bella gerant, nova bella geremus amantes,
Unica vox nobis pugna duobus erit
Hinc AMA, & inde sonabit AMA, quod amabitur unum
Quod simul ille suum, dicet & ille suum.
Dicet uterque suum, quod uterque remittet amanti.
Inque vicem unus AMA dicet & alter AMA.

Guil. Hes.

In hujusmodi propositum tendunt, ut videbimus, exponendæ Tautologiæ.

13 Deus igitur essentialiter est amor, quapropter Joannes dicit: *Deus charitas est.* Dici potest Deus Potentia, Bonitas, Virtus, Sapientia est, &c. etenim hujusmodi prædicationes veræ sunt, quippe in ipsis signatur infinitas, & etiam attributorum substantialitas in Deo cum simplicitate summa, ad eum modum quo nos indicamus formas abstractas: distinguimus sanè propter imperfectam nostram cognitionem, & modum cognoscendi, quæ in Deo indistincta & inseparabilia sunt, cogitantes Sapientiam, Bonitatem & alia attributa quasi distincta; cùm in Deo sint ipsa, imò ipsissima essentia divina, quæ quidem est causa eorundem attributorum, præut inveniuntur in creaturis, & quia in creaturis, finito modo. *Sola summa & increata natura* (ait Melifluus Doctor serm. 80. in *Cantic.* num. 5. & 6.) *hanc sibi vendicat meram, singularemque suæ essentiæ simplicitatem, ut non aliud & aliud, non alibi quoque & alibi, sed ne modo quidem & modo inveniatur in ea. Nempe in semet manens quod habet est, & quod est, semper & uno modo est. In ea & multa in unum & diversa in idem rediguntur, ut nec numerositate rerum sumat pluralitatem, nec alterationem de varietate sentiat. Jam de Magnitudine, Bonitate, Justitia, Sapientiaque idem per omnia, quod de Divinitate sentimus, unum in Deo sunt, & cum Deo. Nec enim aliunde bonus, quàm unde magnus; nec aliunde justus aut sapiens, quàm unde magnus & bonus; nec aliunde simul hæc omnia est, quàm unde Deus, & hoc quoque non nisi seipso.* Hæc sanè vera: & à Joanne solummodò dicitur Charitas, Amor, Dilectio, vel quia tunc Joannis sermo de amore tantùm, ut intendit Lorinus, vel quia inter divina attributa amor attributum principale; vel denique (quod magis arridet) quia hìc sumitur relativè ad nos, & minus quàm inter duo charitas haberi non potest. Unde per nobis exhibita dona, licèt cuncta cognoscamus, clariùs novimus Dei amorem, quàm sapientiam, potentiam, simplicitatem. *Primus ergo & præcipuus erga nos actus est dilectio, quia in charitate perpetua dilexit nos: & singulariter dicitur: Qui non diligit, non novit Deum, imitando ipsum relatum ad nos; quia ipse relatus ad nos est dilectio.* Ita hìc Cajetan. Mutua insinuatur dilectio, ex qua principalis effectus constituere amantem in amato: quare additur: *Qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo.* Floridè Hesius ubi supr. *Emblem.* 24.

Attributa in Deo sunt ipsa essentia divina.

Bernard.

Cur amor tantùm prædicatur de Deo?

Cajet.

Illa Deo jam plena, sacris & amoribus ardens,
Atque animam vitâ nobiliore gerens,
Alta petit, amans animam quo captet amantis,
Tunc ego, tunc fiam plenior ipse Deo.
Tunc fiam Deus ipse. Anima qui vivit amantis,
Nil animantis habens, omnia amantis habet.

Hesius.

14 Thomas Anglicus hìc ita exprimit reciprocationem. *Deus charitas est: Quid ergo charitate melius? Et qui manet in charitate, in Deo manet: Quid ergo charitate securius? Et Deus in eo: Quid ergo charitate jucundius?* Augustinus hìc *Tract.* 8. *Qui manet in dilectione, in Deo manet, & Deus in eo. Vicissim se habitant, quod continet & quod continetur. Habitas in Deo, sed ut continearis: habitat in te Deus; sed ut te contineat, ne cadas, &c.* Alia oportet cogitare. Hìc sermo fit de amore & de amore perfecto vel de summitate & perfectione amoris, constitutà omninò per mutuam redama-

Thom. Anglic. August.

In mutua dilectione perfecta eſt charitas.

tionem : unde v. 12. ſubditur : *Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis.* Perfectio in mutùa dilectione ſtat : igitur poſtquàm aſtruit, *qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo*, infit *in hoc perfecta eſt charitas.* v. 17.

15 *Perfecta* dicit, igitur viva debet eſſe fides, ut perfectio charitatis dignoſcatur. Sanè verum, per fidem ſolam eſſe nos in Deo, & Deum in nobis ; ſed latè imperfectè, ideſt, mortuo modo, aut cognoſcitivè, objectivèque, non unitivè; quo ſenſu dixit Aſſertor N. Joann. 10. 14. *Cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ.* Quod quidem dicitur vox muta, cithara ſine ſono, arcus ſine ſagitta, organum ſine vento, terra ferax ſine ſemine, vel ſemen in lapide, corpus ſine anima, atque ſupputatio ſine numero, ut diximus ex Gregor. Magn. *Tom.* 2. *Tautol.* 5. n. 21. Unde optimè qui ſupr. *Emblem.* 4. ſuccinit:

Quid fides ſine charitate?

Heſius.

Qui fidem faciat placere cœlo,
Qui fidem faciat placere terræ,
Unus eſt amor : unus eloquentem
Viventemque facit. Facit deſertam
Fidem ſolus amor. Fides amore
Non adjuta tacebit, aut loquentem
Nec cœlum ſatis audiet, nec orbis.

In charitate fides vivit : quapropter cùm per ſolam fidem non diligantur homines à Deo, ſed per charitatem vivificantem fidem, non in fide conſtituitur vividè mutuum, ſed in charitate, quæ unionem appetit. Hinc Joannes ubi ſupr. v. 2. inquit: *Qui confitetur Jeſu-Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt*: & v. 15. *Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Jeſus eſt filius Dei, Deus in ipſo manet, & ipſe in Deo.* Ubi, ut patet, *ex Deo*, tribuitur fidei; *in Deo*, fidei vivæ, ſeu charitati vivificanti. *In* mutuum ſignat, ſecùs verò *Ex.* Si non credimus, non ſolùm non ſumus *in Deo*, ſed nec *ex Deo* ; ſi verò credimus tantùm, non ſumus *in Deo*; ſed ſumus *ex Deo*: cæterùm ſi fide credimus, & quod credimus, amamus; ſumus *ex Deo*, & *in Deo*, inſuperque Deus in nobis, quia charitas unionem aſtruit. *In hoc cognoſcimus* (dicit ibid. v. 13.) *quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis.*

Quid eſt, ex Deo eſſe, & eſſe in Deo? 1. Joan. 4. 2.

Verſ. 13.

16 Ly *De ſpiritu ſuo* intellige ad imitationem, non eſſentialiter, aut ſubſtantialiter, ut cogitavit Mag. SS. in 1. *Diſt.* 17. ita ut charitas, qua Deum diligimus, ſit ipſa, qua Deus diligit nos, nempe Spiritus Sanctus. Charitas ergo qua Deum diligimus, creata eſt, cæterùm qua diligimur à Deo, eſt increata. *Quid verò* (ait Bernardus *Epiſt.* 11.) *in ſumma & beata illa Trinitate, ſummam & ineffabilem illam conſervat unitatem, niſi charitas? Nemo tamen me exiſtimet, charitatem hìc accipere qualitatem, vel aliquod accidens; alioquin in Deo dicerem* (*quod abſit*) *eſſe aliquid, quod Deus non eſt: ſed ſubſtantiam illam divinam: quod utique nec novum, nec inſolitum eſt, dicente Joanne : Deus charitas eſt. Dicitur ergo rectè charitas & Deus, & Dei donum. Itaque charitas dat charitatem: ſubſtantia accidentalem. Ubi dantem ſignificat, nomen eſt ſubſtantiæ: ubi donum, qualitatis.* Hinc charitas, qua nos diligit, ab ipſo ſerm. *in cœn. Dom.* plauditur : *Amor amorum.* Ab Auguſtino lib. 12. *Confeſſ.* cap. 15. *Lumen illuminans*, ſicut noſtra, *lumen illuminatum.* Quo intelliges illud Cantic. 5. 9. *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum? Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adjuraſti nos?* Etenim, uti ſubdit Joannes v. 19. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.* Vide Auguſtin. *Soliloq.* cap. 19. & libell. de *Gratia Chriſt.* cap. 26. Noſtra charitas ignis accenſus eſt, divina ignis accendens : & quia noſtra inſeparabilis eſt ab illa, ad ſe noſtram trahit, quaſi nubem illuminatam, in qua videtur quaſi indiſtinguibilis imago Solis; igitur qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum illo. Unde ſicut qui eſt in Sole, lumine, aut calore à Sole producto, dicitur eſſe in Sole, & Sol in ipſo ; ita cùm Deus charitas ſit, à qua noſtra charitas, *qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Ne arbitreris hyperbolicè dicta, ſed verè efficaciâ amoris. Unum fit homo & Deus in eſſe intelligibili, dum humana mens lumine illuſtratur gloriæ, juxta Salmanticenſ. tract. 2. de *Viſion.* diſp. 2. dub. 2. §. 7. num. 61. & de *Scientia Dei*, tract. 3. diſp. 1. dub. 2. §. 3. Quid mirum, fieri charitate, quod fit in anima intellectus cognitione? Ita Auguſtin. in *Meditat.* cap. 27. num. 2. Ampliùs dicendis infrà conſtabit.

Amor quo Deum amamus, non eſt Spiritus Sanctus.

Bernard.

Amor Dei amor amorum.

Cantic. 5.

Lumen illuminans, & ignis accendens : noſtrum lumẽ illuminatũ, & ignis accenſus.

Expoſitio prima.

17 Sed prius diſcrimen manſionis per fidem, & charitatem aſtruere conſentaneum videtur: quod profectò, ut arbitror, invenitur apud Joann. 2. 23. 24. ubi de Chriſto di-

dicit: *Cùm autem esset Jerosolymis, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus quæ faciebat. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes.* Joann. 2. Minimè credentes credidit, quippe licèt credentes trahat, non credit se credentibus, sed amantibus. Manet in credentibus, sicut credentes in ipso, cognoscitivè; verùm hoc impropriè mansio, quoniam abest dilectio, & fides sine amore non est fide digna. *Nam fides, nisi ad eam spes accedat & charitas, neque unit perfectè cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit*: uti dicitur in Concil. Trid. sess. 6. de *Justif.* cap. 7. Illi credebant, sed tantùm credebant, non amabant. Amor mutuum poscit, quippe diligentes diligit: & credentibus in eum eis non credebat; quoniam non manet nisi in eo, qui per charitatem in ipso manet. Ideo cap. 15. 4. dixit Discipulis: *Manete in me, & ego in vobis*: siquidem *qui manet in me, & ego in eo.* Non solùm credite, sed amate; ut in me maneatis, & ego in vobis. Per fidem mansio non fit, quippe non credit tantùm credentibus: igitur nihil fructiferum possunt facere; & qui in illo hæret, multum fructum affert; quod minimè potestis, nisi per dilectionem in me manseritis. Per fidem multi in illo, ut dixi, manent; sed non manet in illis, quia fides non est reciproca: etenim manent sicut palmites steriles & emortui in vite, à quibus relegandum vel nomen mansionis, quoniam non participant de substantia radicis. Ita ergo sunt credentes, & credentes amatores. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum* (*in me* per fidem: *non ferentem fructum* per absentem charitatem) cœlestis agricola *tollet*. Manete in me, ut ego in vobis sim: equidem manebo in vobis, si in me manseritis, communicantes de radice charitatis.

Fides sine amore non est fide digna. Joann. 15. 4. *Expositio secunda.* *Mansio in Deo perfecta per solam charitatem.*

18 Attestatur Dominus in eodem sermone post cœnam dicens: *Pater quos dedisti mihi volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum.* Non sufficit, ut ubi ille est, & illi sint; sed quod cum illo sint, equidem ii cum illo non sunt, non feliciter erunt, quanvis in felicitate sint, dato impossibili, quod gloria concederetur sine gratia, jure gloriæ. Unde David Ps. 72. 24. 25. *Cum gloria suscepisti me: quia enim mihi est in cœlo, & à te* (præter te, sine te) *quid volui super terram?* igitur vera gloria gloria esset nulla, si ibi essent, & cum illo (à quo gloria) quia sine gratia, non essent. Perpende obiter, quàm indecora ampliſsima dignitas in indigno, & quam infelix felicitas major in incapaci subjecto! *Nolite* (ait N. Gregor. Magn. Homil. 28. in *Evang.*) *intra vosmetipsos pensare quod habeatis, sed quid estis.* Hinc dixit latroni, Luc. 23. 43. *Hodie mecum eris in paradiso*: igitur gloria non erat esse in paradiso; modo cum illo non esset: ita pariter Christus non dicit: *Ut ubi sum ego, & ibi illi sint*, sed *illi sint mecum*, ut explicet veram gloriam, concessam per gratiam. Unde Æthiop. ad illud Joann. 6. 56. *In me manet, & ego in eo*, legit: *Erit mecum, & ego cum illo*, reciprocata mansione. *Non enim satis fuit dicere, Volo, ut ubi ego sum, & illi sint: sed addit, Mecum* (inquit Augustin. hic *Tract.* 111.) *Esse enim cum illo, magnum bonum est, nam & miseri esse possunt, ubi est ille, sed beati soli sunt cum illo, quia beati esse non poterunt nisi ex illo.* Mutua mansio exponitur per dilectionem: etenim si dilectio, qua filium Pater diligit, in ipsis est, illi in Patre per redamationem sunt, & etiam filius in ipsis. Ingeniose, ac solidè ibid. expressit Augustinus: *Volo, ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. In Patre cum Christo erimus: sed ille sicut ille, non sicut nos, ubicunque corpore fuerimus: si enim loca dicenda sunt & quibus non corpora continentur, & locus est cuique rei, ubi est, locus Christi æternus est, ubi semper ipse Pater est, & locus Patris filius est, quia ego, inquit, in Patre, & Pater in me est: & in hac oratione sicut tu Pater in me, & ego in te, & locus interea noster ipsi sunt, quia sequitur: Ut & ipsi in nobis unum sint: & nos locus Dei sumus, quoniam templum ejus sumus.*

Cap. 17. 24. *Gloria sine gratia, non gloria.* Ps. 72. 25. Greg. M. *Gloria in indigne, ignominia.* Æthiop. Augustin. *Expositio tertia.* Idem.

19 Manere in Scriptura plura significat. Præter quæ diximus *Tom.* 2. *Tautolog.* 1. à num. 16. & hìc *Tautolog.* præc. à num. 29. mansio interdùm non solùm signat in alio esse, sed aliquo modo speciali, ut Joann. 1. 32. 33. *Vidi spiritum descendentem, quasi columbam de cœlo, & mansit super eum: & ego nesciebam eum: sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est.* In Christo omnia dona Spiritus Sancti per modum habitus, in aliis quæ ad sanctitatem, cæterùm alia pro tempore, vel necessitate. In aliis dona sunt, sed in Christo specialiter sunt. *Requiescet Spiritus Domini, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem Divinitatis habitare corporaliter, nequaquam per partes, ut in cæteris sanctis*: ita Hieronym. lib. 4. in cap. 11. *Isai.* ex Epist. ad *Hebr.* 1. 9. Aliquando Manere sumitur pro permanere, tuncque opponitur verbo transeundi. Joann. 14. 17.

Acceptiones mansionis. Joan. 1. Hieron.

Spi-

Manere pro permanere. *Spiritus veritatis apud vos manebit & in vobis erit*: ideſt, non ſolùm erit in vobis, ſed & manebit, hoc eſt, permanebit. Unde Salvator ibid. verſ. 23. *Ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus.* Nimirùm, in eo qui diligit, erimus, & habitabimus.

Expoſit. quarta. Auguſt. *Deus Trinitas Pater & Filius & Spiritus Sanctus veniunt ad nos, dum venimus ad eos. Veniunt ſubveniendo, venimus obediendo: veniunt illuminando, venimus intuendo: veniunt implendo, venimus capiendo, ut ſit nobis eorum non extraria viſio, ſed interna, & in nobis eorum non tranſitoria manſio, ſed æterna.* Hactenùs Auguſtin. ubi ſupr. *Tract.* 76.

20 Denique manere accipitur pro intima conjunctione, ut in præſenti loco, *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo*: igitur ſi Deus charitas eſt, & charitas eſt in ipſo, in ipſo Deus eſt, & ipſe in Deo per charitatem, qua Deum diligit. Quod aliter expreſsit, licèt eodem ſenſu loc. cit. Servator N. *Volo, ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum.* Illi mecum & ego in illis, ut explicetur conjunctio & intima per amorem. Proinde Deum eſſe in nobis & nos in Deo, nihil aliud arbitror, præter mutuò amari & intimè, quod exprimitur reciprocatione amoris vel manſione ad invicem, ut videbimus infrà: ideò dicitur Cant. 2. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi*; ut ſtudium, vehementia, atque ſummitas amoris palàm fiat amicà viciſsitudine, & inoleſcat mutuo dilectionis fomite, qui quidem ſolummodò eſt ignis amoris ignis.

Manſio pro intima unione. Joann. 17. 24.

Expoſ. quinta.

Canit Heſius ubi ſupr. *Emblem.* 24.

Guil. Heſ.

Amans animà ſatiatur amantis.
Fruſtrà blanditiis deliciiſque
Quanvis ambroſiæque nectariſque
Invitatur amans. Amantis unam
Si das animam, famens, ſuumque
Nil præter ſitiens amans amorem
Suſpirabit, hiabit æſtuabit,
Nec gemmis ſatiabilis, nec auro.
Amantem ut ſaties, amante paſces.

Amor coalescit amore Philoſt. Hinc fictum à Poëtis Cupidinem infantem parùm coàleſcerè, matrique dictum Oraculo Themis, Anterota neceſſarium eſſe, rependentem vicem: quo genito, Amor adoleſcere cœpit, alas explicuit, & formoſior atque procerior apparuit. Unde Philoſtratus in *Imag.* ſuccinuit de duobus mutuò amore certantibus.

Sume meas, ſumam ipſe tuas, mea vita, ſagittas.

Et Orpheus in *Hymno* propoſito accinit.

Orph.

Æthere labentem, geminum, magnumque vocamus,
Qui prior eſt natus, qui ex ovo, qui nitet aureis
Alis lætatus, per quem ſuperùmque virùmque
Eſt genus exortum tenues in luminis auras.

Vide Platonem in *Sympoſ.* Natal. Comit. in *Mytholog.* lib. 4. cap. 14. Vinc. Chart. in *Cupid. imagin.* fol. 325. & Claud. Minoën in *Embl.* 109. Alciat. Qui præ omnibus haccine phraſi in idem redamationis acumen feliciter uſus eſt, fuit Plautus in *Amphitr.* Act. 2. ſcen. 2. verſ. 23. infit: *Quæ me amat, quam contrà amo.* In *Milit.* Act. 2. ſcen. 1. verſ. 22. *Is amabat, & illa illum contrà, qui eſt amor optimus.* Idem in *Mercator.* Act. 5. ſcen. 2. verſ. 78. Effectus etiam hujus redamationis promit & vividè, in *Bacchid.* Act. 3. ſcen. 4. verſ. 4. *Cum malo fecit ſuo, meo.* In *Stich.* Act. 5. ſcen. 4. verſ. 49. *Ego tu ſum, tu es ego, unanimi ſumus.* & in *Aulul.* Act. 2. ſcen. 1. verſ. 9.

Amor reciprocus. Plaut.

Idem.

Tibi proximum me, mihique item eſſe te.
Ita æquum eſt, quod in rem eſſe utrique arbitremur,
Et mihi te, & tibi me conſulere & monere:
Neque occultum id haberi, quin participem.

21 In expreſsionem igitur perſpicuiorem, ſenſum & libertatem ſubtrahit amantibus Propertius *lib.* 2. *Eleg.* 12. *Sine ſenſu vivere amantes.* Et ibid. *Eleg.* 23.

Propert.

Libertas quoniam nulli jam reſtat amanti,
Nullus liber erit, ſi quis amare volet.

Vigilantiùs Plautus in *Pſeudol.* Act. 1. ſcen. 3. verſ. 4. acu inſignem cordium flammam tetigit, dicens:

Plaut.

Jam diù huic benè, & hic mihi volumus, & amicitia eſt antiqua.

Non ſignat; *Hic mihi benè vult, & huic benè volo*, ſed Huic ego, & hic mihi benè

vo-

volumus, ut inter eos una sit voluntas, in corporibus una anima, inter animas nulla distinctio. *In amantibus una vita.*

Benevoli conjunctio animi, maxima est cognatio.

Inquit Publ. Syrus vers.23. Major est per amorem, quàm per sanguinem: ita vivitur in amicis, ac per amicos. *Natura nos cognatos edidit, cùm ex eisdem, & in eadem gigneret. Hæc nobis* (inst Seneca *Epist.* 95.) *amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit.* In hujus intuitum Juvenal. *Satyr.*15. à vers. 147. P. Syr. Senec.

——————Mundi
Principio indulsit communis Conditor illis
Tantùm animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos
Adfectus petere auxilium, & præstare juberet,
Dispersos trahere in populum. Juven.

Hæccine deprompta, ut ancillentur sacris, per quorum verba, quæ cœlestia profectò clarebunt nota.

22 Amor per se unitivus est: adinstar ignis in se convertere intendit quicquid invenit. Quid divinus? Ecstasim habet, ut ait Dionysius lib. 4. de *Div. nomin.* cap. 4. Amans cognitione & affectu est totus extra se transiens in dilectum, ut in illo potius quàm in se sit, & vivat feliciter. *Quædam unio est essentialiter ipse amor: & hæc est unio secundùm coäptationem affectus, quæ quidem assimilatur unioni substantiali:* (qua scilicèt unusquisque amat seipsum) *in quantum amans se habet ad amatum. In amore quidem amicitiæ ut ad seipsum: in amore autem concupiscentiæ ut ad aliquid sui. Quædam verò unio est effectus amoris, & hæc est unio realis, quam amans quærit de re amata, & hæc quidem unio est secundùm convenientiam amoris. Ut enim Philosophus dicit 2. Polit. cap. 2. Aristophanes dixit, quòd amantes desiderarent ex ambobus fieri unum: sed quia ex hoc accideret aut ambos, aut alterum corrampi, quærunt unionem, quæ convenit & decet, ut scilicèt simul conversentur, & simul colloquantur, & in aliis hujusmodi conjungantur.* Hæc D. Thomas 1. 2. quæst 28. art. 1. Ex hujusmodi unionibus oritur inhæsio mutua vel mansio: igitur amatum dicitur esse in amante per complacentiam, quia eo delectatur, & propter eum, nequaquàm propter aliquid aliud. Amans verò est in amato, quia in illo solummodò quiescit, & in illo haud ulla voluntas invenitur nisi amati. Vel breviùs: amor amicitiæ est, quo quidem idem judicantur amantes, quorum idem nolle & velle. Ita igitur amor mutuus inter Deum & hominem. Deum trahit in hominem, quasi oblitum majestatis, & hominem pariter extra se ponit, quippe nihil vult nec cogitat, præter quod amat; manetque Deus in homine & homo in Deo: Deus in homine vivificans hominis vitam: homo in Deo vivificatus ab illo. Deus in homine, quasi respiratio viventis: homo in Deo quasi vivens in respiratione. Deus in homine, quasi radix, cujus trunco inseritur surculus: homo in Deo tanquàm surculus haud per se vivens, sed de substantia alienæ radicis. *Amans vivit in dilecto.* D. Thom. *Expos. sexta.*

Felix insitio, qua ramum ramus adoptat,
Arbore de duplici fiat ut una facit.
Atque amor è geminis concinnat amantibus unum;
Velle duobus idem, nolle duobus idem. Oth. Væn.

Ait Otho Vænius Emblem.3. *Amor.* Hesius ubi supr. *Emblem.*7.

Felices in amore animæ! Quis dividet unquàm?
E geminis factus dicitur unus amor. Hesius.

Feliciùs D. Franciscus flagrans & vivens hujus flammis amoris, canebat:

Urit amor, me torquet amor, sum factus amoris
Alter amor, nostri est victor amoris amor. S. Franc.

Vim hujusmodi dilectionis fingere conatus est Ovidius, & Hesiodus in *Scuto Herculis* de duobus amantibus perductis ad incudem Mulciberi, ut fierent unum, de quo hìc *Didasc.*4. num. 1. Quapropter hujusmodi mansio non exprimit amorem sed effectum, aut efficaciam, igitur ex eo quod duo ament, & amentur, oritur mutua mansio, cùm quilibet in altero sit, ex quo fit mutuum. Unde dum mansio reciprocatur, idem est, ac amare & amari pariter, unà, vicissim, &c. sicut diximus num.7. *Ex amantibus unum.*

23 Aliqui hìc autumarunt, subintelligi formam comparationis, ita ut sensus sit: *Sicut in Deo manet, ita Deus in eo*: quo sensu non exprimitur res, sed modus, idest, quò ad extensionem, & intimitatem, quatenùs quò magis homines Deo adhærent, eò magis illis uniatur; quò magis à terrenis vel à seipsis separentur, eò magis *Expos. septima.*

Comparatio ſine nota ſimilitudinis.

gis in illis intimior Dei charitas inſit. Quo ſenſu & aliquando in Bibl. ſumitur pro *Ita*, vel *Sic*: ut Joan. 6.57. *Sicut miſit me vivens Pater*, & (ſic) *ego vivo propter Patrem: qui manducat me*, & (ita) *ipſe vivet propter me*. Cap. 10. 15. *Sicut novit me Pater* & (ita) *ego agnoſco Patrem*. Cap. 15. 9. *Sicut dilexit me Pater*, & (ita) *dilexi vos*. Quod aliquando clarè exprimitur, ut cap. 5. 21. *Sicut Pater ſuſcitat mortuos & vivificat; ſic filius quos vult, vivificat*. Et verſ. 26. *Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo*. Ita ergo exponi poſſunt Tautologiæ. *Qui manducat*, &c. ſicut *in me manet, ſic ego in eo*. Spiritus Sanctus ſicut *apud vos manebit*, ita *in vobis erit*. Verùm licèt cogitationem aſtruxerim, minimè placet. Regula ſubauditæ comparationis optima eſt, ſed modò non cadit aptè.

Et pro Sic vel Ita.

Expoſ. octava.

Joan. 6. 56 14. 17.

Expoſ. nona.

24 Mutuam fieri redamationem per charitatem profectò verum, qua Deus in homine & homo in Deo, quem Deus per gratiam filium adoptivum facit, utpotè quæ participatio formalis Dei, præut eſt ens à ſe, infinitum, & illimitatum; & inſuper modo mirabiliori, quia homo conſors divinæ naturæ, non ſolùm accidentaliter, ſed quaſi ſubſtantialiter illi juſtificato conceditur ipſa perſona Spiritus Sancti: conſequenterque datur ipſa Deitas, totaque Trinitas, ita ut ipſa non ſolùm objectivè, ſed etiam realiter (ut dicitur in ſcholis) ac perſonaliter in anima juſti cum donis & per dona ſua novo modo fiat præſens, in eaque, tanquàm in templo ſuo ſubſtantialiter inhabitet, eamque ſibi uniat, & quaſi deificet: quapropter dicit Chriſtus Joann. 14. 23. *Si quis diligit me; & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*. Dilectio dilectioni reſpondet, venit per gratiam adoptando, & manſionem facit adoptatione perſonali. Potuit Deus nos ita juſtificare, ut ſolùm juſtos conſtitueret; ſed in filios nequaquàm adoptaret. Rursùs potuit nos adoptare in filios per ſolam gratiam, ſed ulteriùs voluit annectere gratiæ Spiritus Sancti perſonam, ut per ſeipſum communicaret adoptionem filiorum. Unde ſicut prioris adoptionis per gratiam, cauſa formalis eſt ipſa gratia; ita adoptionis ſecundæ, quæ fit per ipſius Spiritus Sancti perſonam, cauſa efficiens eſt ipſe Spiritus Sanctus, cujus vinculum eſt ipſa gratia, ſicut unio hypoſtatica eſt medium quo humanitati Chriſti unitur Verbum: licèt ultra diſcrimen, ex eo quod unio in Chriſto non eſt qualitas, ſed modus ſubſtantialis, & in anima juſti eſt accidentalis, verùm formæ realis perfectæque, nimirùm gratiæ, quæ ex ſe poſcit Spiritus Sancti communicationem, & perſonam, ut dicit D. Thom. 1. *part. quæſt.* 43. *art.* 3. Auguſtin. lib. 3. de *Trinit.* cap. 4. Magiſt. SS. in 1. *diſt.* 14. & 15. & Suarez de *Deo Trino & uno* lib. 12. cap. 5. num. 12. Juſtificatio ergo & adoptio prima eſt accidentalis, quia fit per gratiam & charitatem, quæ ſunt accidentia: ſecunda ex prima oriens eſt quaſi ſubſtantialis, quæ fit per communicationem ipſius Spiritus, ac naturæ divinæ: iccircò quaſi ſubſtantialiter conſtituimur filii Dei, & divinæ conſortes naturæ, nobiliori modò quàm per gratiam; ſiquidem ſumus quaſi ejuſdem naturæ ac eſſentiæ cum Deo, in ipſo manentes, & ipſe nobiſcum; quandoquidem per hujuſmodi mutuam manſionem deificati, ipſi populus ejus erunt & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.

Duplex adoptatio in homine gratoto Deo.

Quomodò?

D. Thom. Auguſtin. Suarez.

Manet Deus in anima juſti, non utcunque, ſed per modum amici intimè dilecti. Non ſolùm objectivè eſt in amante, ſed tanquàm bonum intimè præſens, & intra ipſum amantem exiſtens. Exemplum adducit Eximius Doctor ubi ſupr. n. 14. Igitur beati ex vi luminis gloriæ habent Deum peculiari modo ſuis mentibus præſentem in ratione objecti viſibilis intimè quodammodò unitum, ita ut per ſeipſum, & abſque alio medio videatur. Lumen ergo gloriæ non facit novã unionẽ phyſicam inter intellectũ & Deum, ut eo modo dicatur illum facere præſentem: tamen eſt talis diſpoſitio, quæ ex ſe poſtulat talem præſentiam, etiam ſine conſideratione immenſitatis. Haud ſecùs gratia, qua homo uniturDeo, ſiquidem eſt diſpoſitio in ſecundam adoptionem, ut perſona Spiritus Sancti vi talis amoris uniatur ſecundùm præſentiam realem. In anima affectivè invenitur hujuſmodi amoris vis, in Deo verò effectivè, quippe, quod intendit, aſſequi poteſt, & quos ſanctificat, perfectiſsimè amat: tuncque videtur perfectio, cum non ſolùm illis tribuat gratiam, ſed etiam Spiritus-Sancti perſonam. Vide alia, ſi vis, apud Scholaſt. DD. in loc. cit. Magiſtri, & Angelici D. Quapropter homo per gratiam perfectè cognoſcit & amat Deum, & poteſt eo frui in hac vita, utpotè in anima exiſtente, præut in hac vita poteſt, quo diſponitur ut æternè & perfectiùs fruatur in alia, ſimilis ei quem diligit, ut ait Joannes 1. Epiſt. 3. 2. *Nunc filii Dei ſumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicuti eſt*. Nec ex hoc inferas, amare nos Deum charitate increata per hujuſmodi unionem;

Quomodò Deus uniatur mentibus beatorum?

1. Joan. 2. 3.

nem : igitur licèt in nobis sit, unio accidens est, nimirùm charitas, qua charitatem Donum, nempe Spiritum Sanctum, & alias personas amamus.

25 Deum ita se habere, minimè est per Deitatis, aut alicuius Divinæ personæ mutationem ; sed per mutationem creaturæ, ut ait D. Thom. loc. cit. *art.* 2. ad 2. & *q.* 17. *art.* 7. ita ut creatura jam non sibi vivat, imò vita ejus abscondita sit cum Christo in Deo, uti clamat Paulus ad Galat. 2. 20. *Vivo autem, jam non ego: vivit verò in me Christus.* Habet tunc voluntatem, sed ita dilecti voluntati addictam, ut aliena dicatur quæ propria, & magis propria, ubi non sua vel in sua. Quo intelligitur illud David, Psal. 72. vers. 26. in Deo magis quàm in se viventis: *Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei.* Cor enim Propheta habet, dum, quia habet dilectus, deficit. Ita de vita, qua causa Paulus asserit se esse, & non esse, vivere & non vivere, quoniam Christus in illo, & ille in Christo vivebat, seu vivebat vità Christi per exstasim translatà in vitam dilecti, ut ipse Dominus proposito Eucharistiæ Sacramento dixit: *Qui manducat me, ipse vivet propter me.*

Expositio decima.

Vivere sine vita, amantium nota.

Joan. 6. 57.

26 Hoc igitur exponitur quasi signans mutuam mansionem, de qua dixerat: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo* : siquidem effectus hujusmodi mansionis, est manducantem vivere vità Christi ; haudquaquàm sicut Judæorum patres manducaverunt Manna, quod convertebatur in substantiam alitorum; imò econtrà, igitur manducantes mutantur in manducatum. Manna vitam accipiebat per illo alitum, in Eucharistia manducans vitam accipit per cibum alentem. In Eucharistia plus claret amoris effectus, non solùm quia in Eucharistia fit conjunctio, sed quia etiam fit per Eucharistiam. Per hanc ergo unimur Christo, & ejus vità vivimus, manentes in Christo, & Christo manente in nobis, quoad animam, & quoad corpus ; quoniam corpus nostrum cum corpore Christi miscetur : non unione tantùm spirituali, ut ogganiunt Novatores, sed corporali etiam ; igitur non sumitur corpus Christi tantùm spiritaliter ore fidei, ut cibus mentis ; sed ore propriè tanquàm cibus corporis substantialiter. Christus enim in speciebus sacramentalibus latens verè & corporaliter intrat in corpus nostrum, unde nos Christo, & Christus nobis unitur, & digestis speciebus, Christus totus quasi cibus immortalis est in nobis & manet. Ideò meditanter Christus dixit: *Qui manducat meam carnem, &c. in me manet, & ego in eo*: non autem: *In carne mea manet*: siquidem qui sanctè manducat, non solùm conjungitur carni, sed ipsi Christo, qui non tantùm homo, sed homo-Deus. Est & animæ cibus, & etiam corporis: quippe caro & sanguis conceduntur homini per modum cibi & potus. *Oportuit enim* (ait Cyrillus lib. 4. in *Joann.* cap. 34.) *ut non solùm anima per Spiritum Sanctum in vitam ascenderet, verùm etiam ut rude atque terrestre hoc corpus, cognato sibi gustu, tactu & cibo ad immortalitatem reduceretur.* Astruit Chrysostomus Hom. 45. in *Joann.* ubi: *Non solùm per dilectionem, sed reipsa in illam carnem convertimur. Per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Cùm enim suum in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobiscum commiscuit, & in unum nobiscum redegit, ut corpus cum capite uniretur : hoc enim amantium maximè est.* Consule Hilarium lib. 8. de *Trinit.* Irenæum lib. 4. cap. 34. Greg. Nissen. *Homil.* 8. in *Eccles.* Ambr. lib. 6. de *Sacram.* cap. 1. August. Tract. 26. & 27. in *Joann.* & præ cunctis Ang. Magistr. *Opusc.* 57.

Vita Christi vivunt digne communicantes.

Expos. unà decim.

Cyrill.

Chrysost.

27 Apud Armenios & Iberos percussione pollicum fiebat fœdus, ut asserit Alex. ab Alexand. *lib.* 5. *cap.* 3. Idem Tacitus lib. 12. *Annal.* cap. 47. de Regibus Medorum. *Mos est regibus* (inquit) *quoties in societatem coëant implicare dextras, pollicesque inter se vincire, nodoque præstringere : mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt : id fœdus arcanum habetur quasi mutuo cruore sacratum.* Aptiùs, & sacratiori modo atque intuitu in Eucharistia : etenim ut apud Ambrosium *serm.* 90. dicebat Agnes de Sponso Jesu-Christo : *Nunc corpus Domini mei corpori meo associatum est, & sanguis ejus ornavit genas meas.* Apud Romanos, uti refert Sallustius in *Catilin.* poto calice vini & sanguinis humani fiebat concordia: quæ sanè salubrior & cœlestis, cum sub specie vini sanguis Christi bibitur. Omnes enim in mutuam charitatem de uno calice participamus. Ideò postquàm Sacramentum Salvator instituit, discipulos alloquens dixit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem : sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem* : de quo infr. à num. 36. Apud Arabes, ut perhibet Anton. Castellensis in *Devot. Pereg.* cap. 5. sternitur mensa, apponitur fragmen panis, quod ab utroque accumbente mordetur in signum inviolabilis fidei, cui posthabetur vita. Hujusmodi stylum invenies etiam in Sacra pagina;

Quo pacto cõcordia signata apud antiquos?

Alex. ab Alex.

Tacit.

Sanguine.

Ambros.

Sanguine & vino.

Joann. 13. 34.

Pane.

Expos. duodecim. siquidem ut fides cordium astruatur & amor, dicit Servator Joanni: *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam; cœnabo cum illo & ipse mecum.*

Apocal. 3. 20.

28 Juxta dicta exponenda est præsens Tautologia, idest, cum fide & charitate, qua unum fit ex duobus: hac etiam phrasi utitur Plautus in *Mercat.* Act. 2. scen. 4. vers. 38.

Inter nos conjuravimus, ego cum illo, & ille mecum.

Plaut.

Quid est, Cœnare cœnam.

Hoc est *Cœnare cœnam* apud Apulejum lib. 4. *Metam.* & Taubm. in Plaut. *Milit.* Act. 2. scen. 4. v. 28. & in *Stich.* Act. 3. scen. 1. v. 36. *Obsonabo obsonium.* Etenim ni animus unus, licèt simul discumbentes, longè sunt: distantia igitur pendent ab animis, non à locis. Unde dicitur Samsoni à Dalila Judic. 16. 15. *Quomodò dicis, quòd amas me, cùm animus tuus non sit mecum?* Concordia, & redamatio debet esse, ut qui simul recumbunt & comedunt, simul comedat recumbentes. Nescio an hoc intuitu dixerit Christus apud Luc. 22. 21. de proditore: *Manus tradentis me, mecum est in mensa.* Non ille, estò ibi aderat, quippe cor longè. Quo sensu à Joanne 13. 30. dicitur: *Cùm ergo accepisset buccelam, exivit continuò*, licèt per aliquod tempus ibi cum reliquis esset, nimirùm quandiù Christus ejus lavit & sociorum pedes, atque Eucharistiam instituit: de quo nobis sermo *Tom.* 8. *Taut.* 12. n. 29. Hujusmodi stylus ita frequens vel in Scriptura, ut si status varietur, etiam qui præsens, dicatur absens: quo intelligitur illustre Lucæ testimonium cap. 24. 44. ubi Assertor N. ait: *Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum.* Cum illis tunc erat, & exhibetur præsens, quasi non esset: quippe jam non in carne mortali, sed glorioso corpore; licèt per quadraginta dies apparuerit eis, & cum eis locutus. Jurè igitur se esse cum eis denegat, à quorum mortali corpore immortalitate distabat.

Distantia in amantibus pendet ab animis, non à locis.

Judic.

Joann.

Luc. 24.

Præsentia quo pacto sine præsenti?

29 Ad animum igitur referenda est communio in hujusmodi cœna, ubi unus cum alio & alius cum illo altero cœnat. Cœna ideò dicitur convivium, quoniam aliorum communio, vel cum aliis. Quare Plutarchus in *qq. conviv.* 7. de quodam Romano, qui solus cœnaverat, ait dixisse: *Edisse se, non cœnasse*, cùm cœna communionem semper requirat & familiaritatem. Cœna propriè non accipienda nec in Sacris, nec Profanis pro cœna vespertina, sed pro convivio; non à tempore, sed à communione vescentium, eò quòd pariter ad cibos conveniant. Ita Isidorus lib. 20. cap. 2. & Sextus Pompejus lib. 3. inquit: *Cœna apud Antiquos dicebatur, quod nunc est prandium.* Hinc si splendidum, dicebatur cœna Regia, Dubia, Nuptialis, Dialis, Pontificum, Deorum, Salirarium, præut opposita cœnæ Cynicæ, seu frugali; cœnæ ferali, sive Manium. Inter cœnas opiparas numerantur *Cœnæ rectæ*, quæ recto ordine discumbentium exhibebantur primatibus, quibus usus Augustus, ut refert Suetonius *cap.* 74. & ibi Philipp. Beroäld. pro quibus usque ad Vespasianum & Domitianum suffectæ sportulæ, in quibus reponebatur cœnæ, vel stipes quibus ad libitum emeretur. Quare idem in *Domitian.* cap. 7. subdit: *Sportulas publicas sustulit, revocatà cœnarum rectarum consuetudine.* Hæ igitur dabantur clientibus: verùm cum lautum parabatur convivium, dicebatur *Cœna recta*: *Recta*, propter ordinem, & *Cœna*, propter familiaritatem. Hæc acceptio cœnarum pro convivio etiam invenitur in Scriptura. Marc. 6. 21. *Herodes natalis sui cœnam fecit principibus & tribunis, & primis Galilææ.* Luc. 14. 16. *Homo quidam fecit cœnam magnam*: idest, convivium, vel epulum. De præfatis cœnis, si plura desideras, consule Rosin. in *Rom. antiq.* lib. 5. cap. 27. & hìc Dempst. Isaäc. Casaub. in loc. cit. *Sueton.* Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 21. Justum Lipsde *Magnit. Rom.* lib. 4. cap. 9. & *Antiq. lect.* lib. 3. cap. 1. Adrian. Turneb. in *Adverss.* lib. 1. 24-2. 30-13. 17-18. 11. & 28. 4. Horat. lib. 1. *Carm.* Od. 37. & Martialem passim.

Cœna non dicitur à tempore, sed à communione cibi.

Isidor.

Sex. Pomp.

Cœnæ variæ.

Quænam cœna recta?

Sueton.

30 Varia occurrunt apud AA. de Cœna pura. Alii arbitrantur frugalem esse, imò austeram, scilicèt panem & nasturtium, ut ait Cicero in *Tuscul. qq.* 5. de cœnis Persarum ex Xenophonte: vel cum sale panem, ut ait Horatius lib. 2. *Satyr.* 2. vers. 77. Quæ quidem cœna apud Romanos vocabatur *Terrestris*, idest, ex his quæ gignit terra, non quæ gignuntur in terra. Plaut. in *Captiv.* Act. 1. scen. 2. vers. 30. Turneb. ubi supr. *lib.* 1. *cap.* 18. Ita Philo de *Vita contempl.* ait: *Mensa pura est à cruentis dapibus: pro cibo panis apponitur, sal pro obsonio, pro condimento hyssopus*, Tertullianus lib. de *Pœnitentia*, cap. 9. *Pastum & potum pura nosse, non ventris scilicèt, sed animæ causâ.* Apulejus in *Trismegist.* ad Asclepiad. *Convertimus ad puram & sine animalibus cœnam*: quam Justus Lipsius appellat lib. 3. *Antiq. lect.* cap. 1. *Cœnam sine sanguine*, oppositam *Cœnæ avium* (de qua Horatius ubi supr. & Turneb. *lib.* 1. *cap.* 24. & *lib.* 19. *cap.* 20.) & *Viscerationi*, ita dictæ à carne oppositæ epulandà. Quare Seneca *Epist.* 19. ait:

Quænam cœna pura?

Phil.

Tertull.

Apul.

Just. Lips.

Horat.

Si-

Sine amico viſceratio, leonis ac lupi vita eſt. Conſule Petr. Victor. *lib.* 7. *cap.* 16. Alii cœnam puram non frugalem ſed opiparam ex omni genere carnium concinnatam intelligunt, quaſi Cœnam avium, & viſcerationem, ſicut illa quæ deſcribitur apud Matth. 22. 4. *Prandium meum, tauri mei, & altilia occiſſa, & omnia parata.* In his aliqua poſt apponebantur, quæ gulæ irritamina, vel juſculo ſubſtantifico delicatulo ex avibus & carnibus elixis, ex quo fiebat offa illecebroſa palato. Quare Feſtus v. *Panis* inquit: *Cœna pura dicitur, cùm in ea appoſita offa porcina.* Vel ex ſacaro, aut melle placentæ, quę bellaria: apud Plautum in *Perſ.* Act. 1. ſcen. 3. verſ. 7. *Struthea, colutheaque.* Nos dicimus: *Principios, y poſtres.* Hinc apud Antiquos juxta fercula numerabantur menſæ in unica cœna. Principium dicebatur *Caput Cœnæ Antecœna, vel Prima menſa*, ut perhibent Cicero 5. *Tuſcul. qq.* & Turneb. in *Adverſ.* lib. 2. cap. 17. in qua poſt aliquot oblectamina præcipuum ferculum diſcumbentibus apponebatur: quæ verò ſubſequebantur, dicebantur *Menſa ſecunda*, ſeu finis cœnæ, quæ quidem, ſi ſumptuoſa, claudebatur tragematibus, dulcearíis, cupediis & mulſo, uti diximus *Tom.* 2. *Tautolog.* 4. num. 38.

Senec. Matth. Feſt. Pomp *Quid menſa prima & ſecunda apud Priſcos?*

31 Haud ſecùs arbitror apud Judæos in die Paraſceves Paſchæ cœnam, quam vocabant Puram, ob memoriam libertatis ab Ægyptiis duce Moyſe, de qua egimus hìc *Tautolog.* 8. à num. 23. ſumpto nomine *Pura*, à ſumptuoſitate, pretioſitate, aut pulchritudine, ſicut dicuntur *Vaſa pura*, & *Veſtes puræ*, quæ pretioſæ apud Plautum in *Amphitr.* Act. 3. ſcen. 2. v. 65. Juvenal. *Satyr.* 10. v. 19. & Ovidium lib. 2. *Faſtor.*

Cœna pura apud Judæos quando?

Nomen inde ramo qui cæſus ab arbore pura. Ovid.

Ideſt, pulchrà & frondoſa. Hujuſmodi divitem cœnam Priſci Romani appellabant *Cœnam dubiam.* Horatius lib. 2. *Satyr.* 2. verſ. 76.

Quæ apud Romanos Cœna dubia?

——Vides ut pallidus omnis
Cœnà deſurgat dubià. Horat.

Quam quidem ita explicat Terentius in *Phormion.* Act. 2. ſcen. 2. v. 28.

Prior bibas, prior decumbas. Cœna dubia apponitur.
Quid iſtud verbi eſt? Ubi tu dubites, quid ſumas potiſſimum. Terent.
Hæc cùm rationem ineas, quàm ſint ſuavia, & quàm cara ſint,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſentem Deum?

Ad hujuſmodi abundantiam in epulis & conviviis alludens Regius Vates cecinit Pſal. 143. 17. *Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud.* Pſal. 143.

32 His ergo præmiſſis, cœnam communem (ideſt) participabilem cibum ſignificare, cujus ſumptione exprimitur amicitia inter homines (ab hoc ſigno per Catachreſim liberiorem metaphoram, cœleſtes deliciæ conferuntur conviviis, ut Luc. 22. 29. 30. *Diſpono vobis regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Et etiam deſideria ſiti & fami, Eccli. 24. 29. *Qui edunt me, adhuc eſurient; & qui bibunt me, adhuc ſitient*) exponere modò congruum erit, quid ſit cœnare mutuò in hujuſmodi cœna, cùm Chriſtus dicit: *Cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Rupertus hìc lib. 2. *Celebratur* (ait) *convivium charitatis. In pectore tanquàm in domo amici habebo fiduciam, & nunc quidem cœnabo, ideſt, delectabor cum illo de bonis conſcientiæ ejus: ipſe autem in futuro mecum bonis meis perfruetur.* Petr. Damianus ſerm. 45. *Priùs ſe cœnaturum narrat, deinde cœnam daturum gratà vice pronunciat: quia de cujus nunc bonis operibus paſcitur, cum eo ſimul poſtmodum in æterni convivii dapibus epulatur.* Eadem Ambroſius hìc. Haye infit: *Familiaris illi ero, hoſpes & amicus. Familiariter cum illo agam, amicè & jucundè uti hoſpes cum conviva, & conviva cum hoſpite.* Ita etiam Alapide: ſed Haye cœnam imperfectam cogitat per gratiam prævenientem, & perfectam per gratiam juſtificantem.

Gloria cur ſignatur in cibo, & potu? Apoc. 3. 20 Rupert. P. Dam. Haye. Haye.

33 Cunctis ſanè aſſentior, ſed, ni fallor, aptiùs exponitur teſtimonium juxta dicta, ita ut explicetur mutua redamatio & amicitia (ſicut ſub metaphora luctæ Ælianus lib. 7. *Var. hiſt.* cap. 2. ait: *Egregiè certabat cum Nicode Cypro, quoniam hic etiam cum illo.*) quippe ſub metaphora cœnæ oſtenditur charitas, qua Deus cœnat cum juſtis, & juſti cum Deo: igitur *qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo.* Si charitas non eſt, poteſt homo cœnare cum Deo per fidem, ſed Deus non cœnabit cum eo, ut diximus num. 17. quippe credit Deo, ſed Deus non credit ei. Per gratiam ergo fit hujuſmodi communicatio, maximè cum exponitur menſa Euchariſtiæ, qua, ſi inimicus accedit, cœnat cum Chriſto, cæterùm cum illo Chriſtus non cœnat. Manet Chriſtus in illo, ſed ille non manet in Chriſto. Aptè Guilielmus in ſuis *Medit.* *Verè* (inquit) *mihi ſoli, ſi non fueris tu mecum, & ego tecum. Tædet me mei, quoties ſentio me non eſſe tecum, & væ mihi, quotieſcumque non ſum tecum, ſine quo nunquàm eſſe poſſum.* Exten-

Expoſ. tertiadecima. Cœnare ſimul eſt mutuus amor. Guil. Plaut.

ditur etiam ad communicationem bonorum, ut diximus n.24. Quare vel Ethnicus dixit in *Trinum*. Act.2. ſcen.2. v.47. *Nempè de tuo, de meo, nam quod tuum eſt, meum eſt.* Claret hoc item apud Plaut. in *Moſtell.* Act.1. ſcen.3. v.137. ubi amaſius dilectæ dicit:

Mea voluptas potare tecum, collibitum mihi:
Libet ædepol mihi tecum:

Quando cœna ſola, & cum conviva?

Illa reſpondet, ut redamando fidei reſpondeat. Unde ſi non paria convivis appoſita, cœna ſola, vel cum comitibus, dicta. Martial. lib.11. *Epigr.* 36. ait: *Ignotos mihi cum voces trecentos, ſolus cœno.* Et lib.3. *Epigr.* 60.

Mart.

Cum vocor ad cœnam non tam vænalis ut antè,
Cur mihi non eadem, quæ tibi cœna datur?
Cur ſine te cœno, cum tecum Pontice cœnem?
——— Proſit, edamus idem.

Ramireſ.

Elegantiſsima antitheſis ænigmatica ſubdit hìc Ramireſ. de Prado) *Cœno ſine te, quòd non cœno idem: cœno tecum, cum in eodem tecto recumbam.* Unde amicitia Pyladis & Oreſtis, ut idem dicit lib.6. *Epigr.* 11. non conſtabat ſolummodò convivio;

Mart.

Sed (quia) *per atque eadem cœna duobus erat.*

34 Ingeniosè igitur interpretatur Albertus Magn.ſerm.17. *Euchar.* ubi: *Sunt qui ſacramentaliter communicant & ſpiritaliter. Hi manducant, & manducantur. Qui ſacramentaliter tantùm; manducant, ſed non manducantur. Qui ſpiritaliter non manducant, ſed manducantur.* Quapropter cùm in communicationem mutua debeat eſſe dilectio, parùm intereſt, quod Chriſti corpus ſumatur, ſi tantùm ſumitur. *A rationalibus autem omnibus quidem* (ait Bernard. Homil.3. ſuper *Miſſus eſt*, num.4.) *capi poteſt per cognitionem ſed à bonis tantùm capitur etiam per amorem. In ſolis ergo bonis ita eſt, ut etiam ſit cum ipſis propter concordiam voluntatis.* Non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit. Ideò Aſſertor N. inſtituens Euchariſtiam, diſcipulis dixit: *Accipite & manducate,* utramque communionem ſignans, ut obſervavit Innocentius III. lib. 4. de *Sacram. Altar.* cap.14. igitur non manducat, qui tantùm accipit, ut dixi latè *Tom.1. Tautolog.5. Didaſc.7.* num.12. Quænam ne erit communio, ubi nulla communionis communicatio? Hinc Arab. legit: *Cœnabo cum illo, & ipſe comedet mecum*: mutuaque cœnæ exponitur comeſtio, quæ ſubſiſtere nequit, ubi cordium non eſt unio. Non poteſt dici propriè cœna, ubi non eſt concordia. Aptiùs dicetur perfidia. Hinc vel Ethnicus 2. *Iliad.* verſ.425. *Fecerunt convivium, & convivati ſunt.*

Quo pacto qui cœnat, non cœnare dicitur?

Alb. Mag.

Arab.

35 Audi Senecam, & ſententiam in propoſitum noſtrum retorque. *Ante circumſpiciendum eſt cum quibus edas, & bibas, quàm quid edas & bibas* (ait *Epiſt.*19.) *Nullum habet majus malum occupatus homo, & bonis ſuis obſeſſus, quàm quòd amicos ſibi putat, quibus ipſe non eſt: quòd beneficia ſua efficacia judicat ad conciliandos amicos, cum quidam quò plus debent, magis oderint.* Canit Plautus in *Bacchid.* Act. 3. ſcen.6. à verſ. 8.

Amicitia ficta perfidia eſt.

Senec.

Plaut.

——Non placet mihi cœna, quæ bilem movet.
——Ægritudo objecta eſt, atque acerrima.
——Ab homine, quem mihi amicum eſſe arbitratus ſum antehàc.
Multi more iſto atque exemplo vivunt, quos cùm cenſeas
Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimoniis.
Atque hi ſe, cùm fruſtantur, fruſtrari alios ſtolidè exiſtimant.

Lamentatur idem in *Mercat.* Act.5. ſcen.1. verſ.10. & in *Trinum.* Act.1. ſcen.2. verſ.54.

Idem.

Sunt quos ſcio eſſe amicos: ſunt quos ſuſpicor:
Sunt quorum ingenia atque animos non poſſum noſcere,
Ad amici partem, an ad inimici perveniant.

Hoc in hominibus ſumma ſignatur calamitas, ignorare an qui nobiſcum manducat, manducet, an circunveniat. Lamentatur Chriſtus Joann. 13. 18. dicens ex Pſalm.40. 10. *Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum ſuum.* Quantus ergo amor, ut perfidiam agnoſcat, & ignoſcat! Imò ut vel ictus inſidiis, expectet proditorem, ut ſe relinquat. Etiam deficiente fide, reſpondet ſutelæ amore. Hoc eſt ſummum. Agnoverunt vel Ethnici. Oenone apud Ovidium *Epiſt.* 5.

Amicus falſus cordi amanti grãde vulnus.

Ovid.

At manet Oenone fallenti caſta marito,
Et poterat falli legibus ipſe ſuis.

Etiam Plautus in *Perſa*, Act.5. ſcen.2. v.58. in ſervos liberos ita invehitur:

Plaut.

Nec ſatis liber ſibi videtur, nec ſatis frugi, nec ſatis honeſtus,
Ni id efficit, ni ei malè dixit, ni grato ingratus repertus.

Ita

Ita igitur non est cœna, quoniam longè à mensa corda. Ut ergo simul sint, qui simul sunt, & qui cum Christo cœnat, cum illo cœnet & Christus; diligat, amet, ut ametur: quoniam *qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.* Ita ergo cœnabunt simul homo & Christus hìc per gratiam, & in cœlo per visionem beatificam, quò plenius satiabit animam. Unde accipi potest testimonium de duplici statu hominis; ut Christus cœnet cum illo per gratiam, quousque homo cum illo cœnet in gloria. *Est conversio in Deum* (ait D. Thom. 1. p. q. 62. art. 2. ad 3.) *una quidem per dilectionem perfectam, quæ est creaturæ jam Deo fruentis, & ad hanc conversionem requiritur gratia consummata. Alia conversio est, quæ est meritum beatitudinis; & ad hanc requiritur habitualis gratia, quæ est merendi principium.* Non potest homo cœnare cum Christo, nisi gratiâ consummata. Quare cùm hoc sit proprium creaturæ Deo fruentis, nequit cum illo degustare cœnam, quousque perveniat in gloriam. In via cœnat Christus cum illo: edit & esurit. Unde *qui edunt me, adhuc esurient*, &c. Eccli. 24. 29. quoniam gratiâ consummata ille cum quo cœnabit, satiabitur gloria. Appositiùs quàm qui dixit in *Milit.* Act. 1. scen. 1. vers. 50. dicet in cœlo, & modò è cœlo:

1. Joan. 2. 6.

D. Thom.

Dum talem facies, qualem adhuc, assiduò edes:
Communicabo te semper mensa mea. Plaut.

36 Charitas igitur est quæ animam ducit in hujusmodi elevationem, sed debet esse perfecta, siquidem dirigi debet in Deum & proximum: aliàs ut dicit Joannes *Epist.* 1. cap. 2. 9. *Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Usque adhuc*: idest, non obstante baptismo & cæteris sacramentis, quoniam *hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum*, ut dicit ibid. Apostolus, c. 4. 21. Optimè explicantur hujusmodi respectus in figura ovali, cujus radii cuncti ab uno polorum ducti, ac diducti ad circunferentiam seu peripheriam juxta leges opticas in polum alterum reflectuntur æquales. Succinit Hesius ubi supr. *Embl.* 32.

Cap. 2. 9.

Cap. 4 21. *Amoris Dei & proximi concordia.*

Scitis in ovalem contractus ut ambitus orbem,
In duo puncta suum dividat arte polum.
Inde iterùm redeant in se reflexa, velintque
Mutua in alternos dona referre sinus.
Nec mora, nec requies, & eunt, redeuntque vicissim
Semper: amat socium punctus uterque suum.
Quin oculus puncto geminus si spectet utroque,
Et speculum geminis orbis hic esse velit,
Alter ubique alium toto speculabitur orbe,
In que oculis oculus semper amantis erit. Guil. Hes.

Hoc intuitu ipse Dominus passioni proximus Apostolis dixit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem: sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem.* Invicem, ut qui mali convertantur, & qui boni perseverent, sitisque filii Patris vestri, qui Solem suum facit oriri super bonus & malos, & pluit super justos, & injustos.

Joann. 13. 34.

37 Hujusmodi auctoritas diversimodè legitur, & præut legitur diversam habet expositionem, estò in eundem sensum tendentem. Potest legi, uti jacet, & conjungendo ita periodos: *Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem.* Si hoc modo, explicatur prima sententia per geminationem, ut altiùs sedeat in animis mutuæ dilectionis commendatio. Q. d. Diligite invicem: & ita invicem dilecturi, sicut dilexi vos: Ita geminatione exponit Petrus hujusmodi dilectionem 1. Epist. 4. 8. dicens: *Mutuam in vobismetipsis charitatem continuam*: & Paulus ad Rom. 12. 10. *Charitatem fraternitatis invicem diligentes*: quo sensu, ut vidimus, geminatur, *Respiciant se mutuò*: etiam reliquæ Tautologiæ de mutua mansione: Verùm primus modus magis arridet, ut dilectionis mutuæ in prima sententia substantiam præcepti Christus exponeret, & in secunda sententia modum præcepti. Ita ut sensus sit: Præcipio, *ut diligatis invicem*: ecce mandatum. *Sicut dilexi vos*: en exemplum, & modum. *Exemplum enim dedi vobis* (dixerat post lotionem pedum vers. 15.) *ut quemadmodùm ego feci, ita & vos faciatis.* Ita Cajetanus, Alapid. Toletus, & alii videndi apud Haye in Bibl. Max. Quapropter Syrus legit: *Præceptum novum do vobis, ut diligatis alius alium: prout ego dilexi vos, vos quoque diligatis alium.* Et Arab. *Ut sitis diligentes unum unus, sicut etiam ego*, in exemplum, *ut vos diligatis invicem.* Maldonatus hìc num. 71. ly *Sicut*, accipit pro *Propterea*; quasi finem amoris. Unde sensus: *Diligite invicem: propterea dilexi vos, ut & vos diligatis invicem*: cæterùm arbitror hìc signari rectitudinem amoris, ut cuncta diligentium

Quid est diligere invicem adinvicem diligendum?

Syr. Arab. Mald.

tium & dilectorum referantur ad vitam æternam, deſpectis rebus mundi,& etiam vitâ, modò neceſſe ſit pro fratribus animam ponere.Vide pulchra de ordine & rectitudine hujuſmodi amoris apud Divam Thereſiam in *Itiner. perfect.*à cap.4.uſque 8.ita enim per charitatem qui Cherubim, jam Seraphim, ſeſe reſpicientes mutuò.

38 *Reſpiciant ſe mutuò*.Ar. Montan. & Oleaſt. *Facies eorum vir ad fratrem ſuum.* Pagn. *Facies eorum altera ad alteram.* Venet. *Facies unius al alteram.*Rab. Jonath.*Facies unius è regione alterius.* Syr. *Vultus unus oppoſitus alteri.* Perſ. *Facies eorum unus in alterum.* Septuag. *Facies eorum ad ſe invicem.* Chald. *E regione alterius vultus eorum.* Onk. *Facies eorum ſint verſæ unius ad alterum.* Cajet. *Alæ eorum ad ſuprema.* Maluend. *Facies, vir ad fratrem ſuum.* Verſionum concordia facta in *Expoſ.Lit.* Modò ex figura & forma Cherubim aliquid diſcamus in animarum ſalutem.

Varietas Verſ.

ADINATON EXEGETICUM.

Epileg. Excurſ.

1 *REſpiciant ſe mutuò*. Lucet ſponſi, atque ſponſæ relatio : equidem cùm ſit mutua,& imago uniuſcujuſque perfecta;fulgurat gratia Joſephi, quippe perfectio cognoſcitur per perfectionem Sponſæ.

2 *Reſpiciant ſe mutuò*,ut utriuſque conſtet eximia dilectio: equidem relucet in facie, qui regnat amor in corde.

3 Productiles fiant , ut ictibus clareant; quin ſufficiat *ſe reſpicere* , ni ſit *mutuò*, ut elevetur in utroque dilectio : igitur non producitur dilectionis materia, niſi per vulnera forma.

4 *Reſpiciant ſe mutuò*.Oſtēditur cordium tenor , ut regnet utrinde ſpectabilis amor:etenim quantunvis ſe reſpiciant, non eſt reſpectus, ni amor ſit mutuus.

5 *Reſpiciant ſe mutuò*. Charitas commendatur inter fratres , ſe adinvicem reſpicientes ſpecie curioſitatis : igitur ſi curioſitas fovet murmurationem; longè abeſſet murmuratio , ſi ſe reſpicerent mutuò.

6 *Reſpiciant ſe mutuò*. *Facies , vir ad fratrem ſuum.*Præ ſe ferturSuperioris charitas , ne prævaleat in regimine malignitas : etenim aufugiet vafra calliditas Superioris , modò ſubditos conſideret uti fratres.

DIDASCALIA I.

Joſephi ſponſi Virginis præmia inſignia , & merita ſingularia.

Euripid.

1 *LAUDES generoſorum laborum ſunt decus* : dixit Euripid. in *Hercul. fur.* verſ. 357. Unde ſi dignè haud quimus dicere laude , ſaltem dicamus admiratione.

Idem.

Celebrare laborum coronam
Laudibus volo.

Ait idem ibid. Quid ergo dicam , dum Joſephi Sponſi Virginis occurrunt merita ? *Juſtus* ab Evangeliſta dicitur. *Juſtus ex lege , ex fide , ex moribus* : ita Simon de Caſia lib. 2. de *Virgin.* cap. 1. *Filius David* etiam : unde Bernard. Homil. 2. *ſuper Miſſus eſt* , infit: *Filius David, fide, ſanctitate , devotione.* Et Joann. Mell. à Souſa lib.6. de *Chriſt.nativit.*

Matth. 1. 19. 20.

Caſia. Bernard. *Encomia Joſephi.*

——— *Dux inclytus armis*
Cœlicolũ Domino: Regis faber hujus Joſeph
Et vates,idemque fecit gratiſsimus alto
Progenies inſignis erat, ſed origine longà
Moribus & vitâ veterem referebat honorẽ.

Souſa.

Denique vocatur *Vir Mariæ*,de quo idem lib.5.de *Incarnat.*

Virgineum ſervat quæ non libata pudorem,
Deſponſata licèt ; caſto ſed caſta pudico.

Idem.

Vir dicitur ; & natura meditanter deſignatur : igitur ni exprimeretur conditio, cum puritate tanta haberetur pluſquàm homo. Superavit Seraphim , fovens illibatam omninò caſtitatem:ſiquidem quam illi poſsident dignitate conditionis, Joſeph obtinuit in fragilitate carnis. In civitate Dei perſpectum à Joanne *aurum mundum* , ſed *ſimile vitro mundo*. Aurum mundum Virgo eſt, vitrum Joſeph. Ejuſdem naturæ ſunt : ſed in Virgine puritas tanquàm aurum , in Joſepho , tanquàm vitrum. Glorioſa dicta ſunt de te Civitas Dei: ſed glorioſum maximè, quod eadem mundities , quam habebas in corpore, eſſet in Sponſo cum carnis fragilitate. Converſum eſt vitrum in aurum, dum accepiſti Joſephum in Sponſum : ut tam in auro , quàm in vitro æquè rutilaret puritas, cùm eſſet èadem ejuſdem in utroque ſocietas.

Majus, quòd ſit homo.

Apoc. 21. 18.

Quia Virginis ſocietas, Joſephi Seraphica caſtitas.

2 Gratiam & gloriam Joſephi demonſtrandas ab Evangeliſta , cenſui ; & ſo-

solummodò desponsationem notavi. Quid amplius? In desponsatione cuncta: igitur ex illa purissimo Josepho & gratia & gloria. *Cum esset desponsata mater ejus,* Jesu scilicèt, *Maria Joseph.* Connotatur Josephus: at si laudandus, quare non per se, sed tantùm, quia sponsus erat Virginis, matris Jesu? Philosophi cap. de *Relation.* dicunt, relativa cognosci perfectiùs, atque clariùs per terminum; igitur constituti patet speculum lucidum. Ita ergo cognoscitur Pater in Filio, quippe illius speculum sine macula, splendor, ac perfectissima imago. Unde ille dixit ad Philippum: *Qui videt me, videt & patrem meum.* Esse sponsum, relatio est: unde cùm per terminum proprium, aut improprium cognoscatur relatio; per hanccine relationem tota Josephi declaratur perfectio. Perfectio gratiæ quippe sponsus Matris-Virginis: perfectio gloriæ, quippe pater putatur Salvatoris. En encomia amplioris laudis, igitur termini relationum perfectiores.

Matth. 1. 18.

Unde illi tam gratia, quàm gloria?

Joan. 14. 9

3 Clariùs promam, ut gloriam Josephi perscrutemur & gratiam. Relativa non per se cognoscuntur, sed per terminum, quoniam habent esse ad aliud. Sine patre non est filius, neque sine sponsa sponsus; igitur deficiente termino, non est relatio. Sponsam & filii matrem Evangelium præscribit, ubi perfectionem & dotes Josephi ostendit. Dicit, quicquid exoptat devotio, ut clareat illius meritorum magnitudo: etenim cùm filius vividè indicet à quo procedit principium, & sponsa, cui conjungitur, sponsum; nullum perpicujus speculum gratiæ, atque gloriæ Joseph, quàm dicere sponsum esse Mariæ, de qua natus est Jesus. Ecce sine obice propositum nostrum. Gratia relucebit per speculum sponsæ Virginis: gloria per speculum filii Virginis, existimatæ titulo paternitatis.

Sponsus est Virginis cũ insigni titulo paternitatis.

4 Duo Cherubim collocati sunt in Propitiatorio, Deitatis sede, maris & fœminæ specie, ut aliquibus placuit, uti vidimus in *Exposit. Liter.* num. 5. De illorum forma, ut magis rutilaret pulchritudo, & artis perfectio, præcepit Dominus Moysi: *Respiciant se mutuò.* Hoc profectò necessarium. Sanè, sed geminatione adverbii non tam exprimitur collatio luminum, quàm respectus cordium. Præ se ferebant imagines sponsi & sponsæ, Josephi & Mariæ (consule Alapid. hìc.) qui uti Cherubim obumbrabant alis Propitiatorium, quo sedebat Verbum Dei pro hominibus caro factum; per terminum cognoscitur relatio, & mutuò se respiciunt Joseph & Virgo; ut relatio sit mutua & pateant amantium corda: igitur si ubi omnimoda similitudo, ex imagine cognoscitur exemplaris perfectio; cunctorum elucet oculis gratia Josephi; quippe perfectio cognoscitur per perfectionem Mariæ.

Exod. 25. 20.

Duo Cherubim Arcę signum Josephi & Mariæ.

5 *Qui habet sponsam, sponsus est*: dixit Baptista discipulis, de Christi asseclis, & baptismate querulis. Sensus literalis hujusce auctoritatis nobis negotium faceret, *Tom.* ult. *Tautolog.* 11. Modò obiter in propositum notamus verba Cajetani hìc. *Significanter* (ait) *utitur nominibus sponsi & sponsæ, non viri & uxoris; ut intelligamus generationem spiritualem, qua sic generantur filii, ut maneat virginitas sponsæ.* Ampliora miramur: igitur fatemur sponsæ virginitatem, corporalem conceptionem, & Josephum sponsum Virginis, verè filii nati genitricis corporalis. Vide quæ diximus *Tom.* 2. *Tautolog.* 6. *Didasc.* 2. Nunc ergo perscrutanda auctoritas, quippe, ni fallar, ex illa Josephi explicabitur majestas. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Quid novi in hujusmodi sententia? Necessarius sponsus, si signatur sponsa; quippe relatio mutua. Deinde. Quæ habet sponsum sponsa est. Cur igitur sententia haud formatur sic; cùm utroque modo sit verum, quoniam respectivum matrimonium? In nullis aptiùs sponsi & sponsæ nomina, quàm in Josepho & Maria, igitur intercesit matrimonium non permisto corporis sexu, sed conciliato mentis affectu. Dotes Josephi ignotæ mundo, quantum libet claræ cœlo. Præexcellentissimæ dotes Dei genitricis; quippe ex hoc beatam dicunt & dicent omnes generationes. Per terminum cognoscitur relatio, Josephi utique, ut par erat, prædicanda perfectio: at cùm clarior, quippe ad aliud, ex terminorum connotationibus sit; dicitur meditanter, *Qui habet sponsam*, procul dubiò *sponsus est*: equidem si intendit animus in perfectionem Josephi, perspicuè cognoscetur per perfectionem sponsæ. Astipulatur S. Bernardinus: *Quomodò cogitare potest mens discreta* (ait *Tom.* 3. serm. de Joseph.) *quòd Spiritus S. tanta unione, conjugii scilicèt, uniret menti tantæ Virginis aliquam animam, nisi ei virtutum operatione simillimam?* Hinc sponsa Josephi declarat gratiam; quia gratia sponsi cognoscitur per Mariam.

Joan. 3. 29

Cajet.

Verè sponsus Mariæ. Cognoscitur per perfectionem Sponsæ.

Bernard.

Præ-

6 Prætereà. *Qui habet sponsam, sponsus est*: ideſt ſimilis. Eminet in ſponſa index, ac ſignum fundamenti relationis: igitur Joſephi ſponſi virtutum intelliget magnitudinem, quiſquis Virginis ſponſæ agnoverit perfectionem. Scietur modò, quare ſi relatio ſponſi & ſponſæ mutua, non dicitur: *Quæ habet sponsum, est sponsa*. Relatio, quippe in illa perfectio, cognoſcenda per terminum nobiliorem, ampliorem perfectionis claritatem, qua tanquàm in nitido ſpeculo, etiam à longè proſpicitur magnitudo: Mariæ & Sponſi intenditur à fidelibus cognitio: & licèt Virginis quiverit per Sponſum, habet nobiliorem terminum, nimirùm filium, quoniam natus ex illa Jeſus: diciturque meditanter: Qui habet ſponſam, abſdubiò ſimilis eſt; igitur ſicut Virgo Mater cognoſcitur perſpicuè per Salvatorem, haud aliter cognoſcendus Joſephus niſi per ſponſam Virginem.

Virgo cognoscitur per filium: Joseph per Virginē.

7 Intendamus in Matthæum. *Cùm esset desponsata mater ejus Maria Joseph*, ait. Nihil de Joſepho dicitur, antequàm deſponſaretur. Necdum erat terminus, quo cognoſceretur virtus: claruerunt que Joſephi cuncta chariſmata, illicò ut claruit Sponſa. Preme verba. *Cùm esset desponsata mater ejus Maria Joseph.* Cur Evangeliſta non dicit: *Cùm esset desponsata Joseph mater ejus Maria*? A mente non videretur aberrare ſententia. Utique, verùm deeſſet relationis ordo, ut Sponſæ & Sponſi cognoſceretur meritorum magnitudo. Magnitudo utriuſque à termino relationis, in quo ſumma majeſtatis: primùmque dicitur de Virgine, quòd eſſet mater Jeſu; & mox, quòd deſponſata Joſeph; ut ex relationum ordine, ſingulorum conſtarent prærogativæ: etenim ſi Virgo ſponſa cognoſcitur per maternitatis gratiam, gratiæ Joſephi cognoſcuntur per Sponſam.

Ubi ſupr.

Virgo per maternitatis gratiam, Joseph per Mariam.

8 Ulteriùs aſtruit Evangeliſta. Virgo erat mater Jeſu; at in cognitionem virtutis Sponſi, proponitur deſponſata Joſeph. Cognoſcenda etiam Virginis magnitudo ab ſponſo. Quid ergo? *Joseph non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.* Ergo poſt partum, Virginis perfectionem cognovit. Sanè. *Dignitatem Virginis non cognovit, donec ipsa peperit Christum*: ait Epiphan. Hæreſ. 30. *contr. Ebionit.* Aliqua diximus Tom. 1. *Scenæ Sacr.* orat. 9. à num. 6. Donec peperit? Cur non priùs? Necdum erat ad oculum relationis terminus. Per perfectionem hujus cognoſcenda excellentia. Unde cùm Joſephi ab Sponſa, Sponſæ verò à filio emanabat perfectio; pro Joſepho Evangeliſta exponit Virginis deſponſationem: ſed aſſerit ante illius partum Joſephum non cognoviſſe Virginis dignitatem; igitur ſicut in partu claruit ſplendor Matris per imaginem Filii, reſplenduit pariter Joſephi gratia per imaginem Sponſæ.

Ibid. v. 25.

Epiph.

Illa claret in imagine filii, ille in speculo Sponsæ.

9 *Cùm esset desponsata Joseph.* Nil ampliùs? Sufficit terminus. Erat *Virgo Joſephi ſpeculum, & imago*: infit Alapide hic. Patuit quippe perfectionum cacumen per excellentem imaginem. *Cùm esset desponsata Joseph.* Nulla alia Joſephi prædicanda perfectio? Nonne ſanctificatus in utero, à conceptione ſeptimo menſe? Nonne uſus rationis præcelluit ætati? Haud ſenſit ullam infantiam, quia virtus ſupra naturam. Votum virginitatis emiſit, virga ejus ad deſponſationem floruit, columba de cœlo in caput ejus deſcendit. Ei univerſa ſubdita, & Dominus univerſi. Puerum recens natum ulnis adorandum primus ſuſcepit: ut Salvatorem ſalvaret, cum illo in Ægyptum fugit, ſudore pavit, ultimum ſpiritum reliquit in pueri manus, Virgo clanſit oculos, & mortuus amore, non ægritudine. Hæccine virtutum inſignia: & ſolummodò in horum cognitionem proponitur Virgo ſponſa; quoniam per illius perfectam imaginem, videri congruebat Joſephi perfectionis ſplendorem. Cuncta næ admiratione digna, de quibus videris Alap. ubi ſupr. Novarin. in *Umbr. Virg.* Excurſ. 116. n. 1082. & Gerſon, ſerm. de *Nativ. Virg.* Cuncta profectò miranda, quæ per indicem declarat Evangeliſta. Virgo eſt Sponſi ſpeculum: & ſolummodò exprimitur deſponſatio; ut per radios virtutis, quos Mariæ emittebat clara cryſtallus, cunctis innoteſceret Sponſi Joſephi virtus. *Ad ſimilitudinem Virginis ſponſæ*: infit, ubi dudùm, Bernardinus. Priùs Joſeph, uti juſtus cogitabatur perfectus, ornatus gratiis, verùm cùm non eſſet terminus relationis, licèt dotibus inſignibus cultus, haud oculis videbatur ita magnus: modò eſt imago & coruſcat perfectio: igitur corda nanciſcuntur cognitionem magnitudinis, per perfectionem magnam Virginis-Matris.

Alap.

Virgo speculum Joſephi.

Prærogativæ illius.

Ad similitudinē Virginis totus.

Bernardin.

10 Alii, uti D. Thomas in *Aur. Caten.* ex Hilar. Dionyſ. Carthuſian. & Alap. hìc, autumant, non cognoſcere ante partum Joſephum Virginem; indicare, non cog-

noſ-

noscere faciem. *Non poterat intueri, & cognoscere Virginem*: infit Alapid. Quare, dices, si illi Virgo nupsit? Dicam. Dum Joseph anxius, conciliare cupiebat testimonia luminum, ac oppositarum suffragia cogitationum,

Alapid. *Zelotypia illius ex amore & veneratione.*

Sousa. *Jamque tumescebat divino pondere venter Virginis, atque utero fœtus coalescit in almo. Signa ferens manifesta sui, cum sponsus Joseph Indicio perculsus, alit sub pectore primos Zelotypi motus, curasque in mente volutat.* Canit Sousa *lib.* 5. Cogitabat, ac fatigabatur ab ipsa cogitatione: diversa afflictabatur imagine.

Idem. *Hinc Mariæ fidens, solidis virtutibus hæret: Inde premunt animum noto turgentia fœtu Viscera, virgineo nunquàm libata cubili.* Tacere, non erat tutum; & loqui, periculosum: igitur nec poterat jurè accusare innocentem, nec oculis quibat excusare prægnantem. Attamen cogitabat, quasi requiesceret, & dormiebat; quasi cogitaret. Hoccine Siculi non invenere tyranni majus tormentum. Cuncta decreta rationis rescindebat voluntatis senaculum: sed expavit, dum curà perculsus Virginem facie radiantissima vidit: tuncque venerans mysterium (quod non cognoverat, quoniam cœlum indigno, ut sibi videbatur, occulebat) meditatus est absentiam, & procul occultè solam dimittere Divam. Ita Gerson, ubi supr. *Consider.* 3. Illicò apparuit Angelus, dicens: *Noli timere.* Ne trepides custodire intra domum mirabilem sacram virginitatem, cujus jurè pudicitiæ te Deus signavit custodem: etenim ex his quæ vides, es dignatus, non offensus. Plena Deo est. Habes quam sicut accepisti virginem. Concepit, sed almus Spiritus afflavit, nullo violante pudorem. *Noli timere.* Prorsùm in intelligibile. Joseph ambigit, vel timet? Timore percellitur, vel ambiguitate percutitur? Dicat, *Crede*, sed formidare noli? Meritò dicit. Si diceret, *Crede*, indicaret dubitasse. Dicendo, *excute è corde formidinem*, propriam signabat cognovisse indignitatem. Non credendo, opinabatur ratio de mysterio, tunc nequaquàm intelligibili: non timendo, arbitraretur se dignum cognitionis mysterii: & dum abesse cogitat, non timere, cœlestis nuncius commendat; quoniam recessus meditatio haud fuit doli ambiguitate, sed cognitio indignitatis in reverentiam Sponsæ. Effectus admirationis erat, quia latebat mysterium, quod intelligere quibat.

Ab illo Virgo inventa facie radiantissimâ.

Vers. 20.

Absentiæ Josephi non ob fraudem, sed in sponsæ venerationem.

11 Sequebatur Christum Apostolatus; & ex hoc ferventioribus tribus, ut ex visione gloriæ tormenta futura suaviora fierent, & propter illam in coronam anhelarent; fluentibus in corpus animæ dotibus, juxta Thaboris verticem, sese exhibuit gloriosè visibilem: equidem vestimenta ejus apparuerunt alba sicut nix; & facies ejus resplenduit micans ut Sol. Quid discipuli, & intra nubem recepti? *Timuerunt valdè.* Timuerunt? Tractusne formidinis, vel exultationis? In gloria trepidat anima? Ubi magis lætabunda? Theatrum jucunditatis fomes timoris? Torrente voluptatis potantur, & inebriati ubertate gloriæ tremunt? Non fuit timor servilis, sed formido ex dilectione procedens. Admirantes timuerunt. Ipsi admirati sunt, turbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Fuit perculsio admirationis inter radios tantæ majestatis. Magna æstimatio illorum erga Christi magnitudinem, sed intelligentia uti rudis, necdum adæquatam formarat æstimationem. Conceperant magnum, qui supra, & ultra humanum conceptum. Nondum experientiâ ab illis scitum, thesaurum gloriæ in illo corpore, vase fictili, absconditum. Unde timent necessariò, dum oculos perstringit tantæ gloriæ magnitudo; igitur opprimitur à gloria scrutator majestatis, quia indignum se judicat cœlestis conversationis. Brevius dialecto nostrâ: *Es preciso el temor, considerandose indignos de vivir con tan grande magestad.* Christo rutilante in corporis gloria, singuli cogitabant propria merita, imò demerita. Gloriam spectarunt, sed spectantes timuerunt: equidem haud potuerant concipere mente, quam gloriam avidè admirabantur oculi.

Matth. 17. 6.

Timor, dum non concipitur mente, quod mirâtur oculi.

12 Idem quod discipulis dicit Christus, post visionem gloriæ fugiente theatro, dicit Angelus Josepho. Jesus dixit eis: *Surgite & nolite timere.* Angelus enim: *Noli timere.* Josephus timet? Profectò. Non est timor ex formidine, sed ex admiratione. Nec novum in Scriptura. Ita astruitur Angelicà in terris gloriosà præsentià: *Judic.* 6. 23. *Luc.* 1. 13. 30. Quinetiam tot prodigiis visis in Joannis Baptistæ nativitate, *Mirati sunt universi, & factus est timor super omnes.* Illicò ut Angelus Dei in nativitate Christi stetit juxta pastores, & *claritas Dei circumfulsit illos, timuerunt timore magno.* Timet Joseph, sed admiratione timet. Cognoscebat Sponsam virtutibus ornatam, al-

Vers. 7.

Timor pro admiratione.

Luc. 1. 63. 65. 2. 9.

mam, purissimam; sed cum omnibus, quas habebat, perfectionibus necdum cognoscebat eam. Necdum, etsi pectus fovebat amplam æstimationem, cognoverat in Sponsa fœcundam virginitatem. Transfigurata est facies Virginis speciosa *luce radiantissima*, ut ait Alapid. hìc, quippe uterus Virginis, divini clausura Solis. Circunfulsit illum lux, & admirans pavit cor. Vidit gloriosam Virginem, & pectus fovit timorem: unde consulit absentiæ, quoniam se indignum cognovit talis Sponsæ. Conferebat proprium demeritum, considerans in Sponsa gratiarum abyssum. Vidit lucem & excitavit formidinem; siquidem non cognoverat etiam cogitationum sublimitate, quod admirantes aspiciebant oculi.

Timor Josephi ex admiratione perfectionũ Mariæ.

13 Jam igitur ex respectu Sponsæ in Sponso visa gratia, ex respectu filii Sponsæ etiam exhibenda gloria. Observa stylum Evangelistæ in hujusmodi connubio, pro Josepho. *Cùm esset desponsata mater Christi, Maria Joseph.* Quid? Jam habebat in utero de Spiritu Sancto. Si de Spiritu Sancto, quid quòd desponsata Josepho? Ut putaretur Joseph pater Jesu. Dicit Evangelista. *Christi autem generatio sic erat, cùm esset desponsata mater ejus Maria Joseph.* Quid indicitur per *Sic*, ut Virgo conciperet desposata Joseph. Abraham genuit Isaac, & hic Jacob: Christi autem generatio non sic. Fœminæ illorum ad generationem corruptæ: non sic Christi generatio; quia mater virgo. In aliis generationibus, non filius sine patre, quippe homo ex homine: non sic Christi generatio; quia homo, sine patre, qui sit homo. Si Christi conceptio non aliter, sed ex genitrice sic; patet gloria amplissima Joseph: igitur homo reputatur pater filii Dei, & hominis Salvatoris, quippe dignitatem nactus sponsi Virginis-Matris.

Vers. 18.

Ibid.

Unde pater filii Dei?

14 Magna Josephi gloria, magnum decus: sed nullum majus, quàm quòd pater extitit hujus. Dum de Jove fingitur, conjugem Amphitruonis, concepisse Alcmenam Herculem; gloria ex filio Jovis, culmina cœli tenentis, promittitur æstimationi Amphitruonis.

Fabula generationis Herculis.

Plaut. ——*Nostro divino qui susceptus semine,*
Suis factis te immortali afficiet gloriâ.

Ait Jupiter apud Plaut. in *Amphitr.* Act. 5. scen. 2. vers. 9. *Immortali gloria*, quæ etiam inter Divos amplissima: siquidem pater putabatur Alcidis, qui ex fœmina conjuge filius erat cœlestis genitoris. Habet fabula ficta locum, dum celebramus Josephum. Ut monstra domaret, & regnum quod occupaverat serpens, sibi acquireret, & pretio sanguinis; Verbum Dei, filius cœlestis æterni Patris de cœlo descendit, & carnem in Virgine & ex Virgine assumpsit. Decrevit Virginis parere famæ, aliter notà inurendæ: quapropter speciem in terra habiturus sanè patris, qui sponsus esset virginis genitricis: cæterùm non sicut cæteri patrum futurus Joseph; quoniam Christi conceptio non erat sic. Putandus pater in mundo, cujus pater erat, uti divinus, in cœlo. Unde si immortalis gloria ex hujusmodi generatione mirifica; nulla Josepho inter clarissimas major, quàm quòd pater filii Altissimi vocaretur. Christi autem generatio sic erat. Non esset Christi generatio, si non sic. Joseph non pater Christi futurus, sed matris tantùm sponsus: non pater Christi Joseph, sed sponsus Mariæ, de qua natus est Jesus.

Veritas in Josepho, patre putativo Salvatoris.

15 Pater Jesu! Utique. *Ut putabatur filius Joseph.* Blanditur conjux mater, amisso Jesu: *Ecce pater tuus & ego quærebamus te.* Pater! Quanta in voce Josepho voluptas! Pater! Quanta pectori suavitas! Diffusa est gratia in labiis suis. Quantam hilaritatem ingerebat cordi amantissimo nomen, quum audiebat ita invocantem infantem! Pater! Liquefieret animus ut dilectus est locutus, & dulcore verborum, & suavitate cœlestium deliciarum. Pater! Quis profert? Qui cœlos fecit? Creator creaturam vocat patrem? Quit homo, nisi deficiens, audire hujusmodi vocem? Nil ultra cogitandum pro Josephi gloria, quippe nil ultrà.

Luc. 3. 23. 2. 48.

Est illi amplissima gloria.

16 Fratribus, qui in Ægypto quasi ignoti, & cogniti, sese manifestavit Joseph, & in amplissima majestate, cùm illius illi præsumerent mortem, vel diram saltem, quia venditus, servitutem. Cura erga patrem & amor intima perculerunt in redamationem, unde vel in solio rependit vicem, ut gauderet ob filii gloriam, dicens: *Nunciate patri meo universam gloriam meam.* Qualis igitur gloria, ac magnitudo Joseph nuncianda patri Jacob? Exaltatio ex servo in thronum? Expectatio cunctorum, penes quem totum imperium? Prudens regimen, sacrum auctoramen, divitiæ, plausus, splendor familiæ & domus, felicitas ex conjuge, spectabili etiam fœcunditate? Hæc est gloria? Ex his nihil, estò cuncta. Quænam ergo? *Fecit me* (Deus) *quasi patrem Pharaonis*, subdit. Nota. Non dicit:

Genes. 45. 13.

Vers. 8.

Pa-

Summa gloria, quòd fiat electione, quod non potest naturæ virtute.

Patrem Pharaönis, sed *Quasi patrem*. Pater esset naturà, quasi pater erat gratià: ac patet Josephi excellentia merita; quoniam propter insignes dotes ut patrem habuit, quem patrem elegisset; si pater elegi posset. *Quasi patrem*. Pater cùm non posset esse, erat eo modo quo poterat: hæcque designatio plauditur, & ut summa gloriæ ostenditur: quoniam magnitudo insignis glorioſæ felicitatis, quod putaretur Joseph, cùm non esset pater Regis.

17 Joseph sponsus Virginis, hujus non tantùm sortitus est sonum nominis, sed adeptus castimoniam, innocentiam & gratiam, ut infit Bernard. ubi supr. num. 1. Similis utriusque gloria; sed aliter, quoniam excelsior materia. Claruit gloria Josephi in Ægypto proregis. Eminet auctoramine, quæ Josephi, sponsi Virginis. Quænam enim gloria, ac beatitudo? An ipsa Virgo? Est, cæterùm in gloria plus, ex quo non ultra, quoniam amplior in toto ambitu splendoris, quòd vocaretur pater cœlestis regis. Filius Sponsæ haud alium, quem habebat, poterat habere patrem: in cujus testimonium, quippe puerperium virgineum; homo eligendus erat in testem, virginitatis integerrimæ custodem, quem Jesus vocaret patrem: unde hujusmodi electio est Josephi major gloria; quoniam illius insignia agnoscuntur merita: etenim Joseph sponsum matris elegit, quem formavit ut eligeret. De eminentia meritorum Joseph disputant Expositores, & Scholastici. Vide Suarium in 3. part. *D. Thom.* quæst. 29. disp. 8. sect. 1. Aliqui censent excessisse Apostolos; atque Joannem Baptistam, quoniam Josephi ministerium fuit circa excellentiorem materiam, nimirùm circa ordinem unionis hypostaticæ, quod officium cuncta præcellit, excepta genitricis operatione: siquidem majus est, putari ut patrem, & esse pueri ductorem atque ducem, quàm esse Apostolum ejus, ac Præcursorem. Hæc est gloria, & Josephi merita. Sed dices, quanta!

Deus Josephum sponsum matris elegit, quem formavit, ut eligeret.

Dignitas illius ex qua dignitate.

18 Delicabo, quantum auguror, difficili auctoritate ex Mattheo. Sensum illius quoties desideravi scire! At semper intellectum desideravi. Aliquid vel cæspitans indicavit ratio: meliora ab aliis, ut discam, impatientissimè expecto: *Joseph* (dicitur, ut supr. vidimus) *non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.* Ergo postquàm peperit, cognovit. Libenter concedo, & tutà fide, quanvis consequens offendiculum hæretici: Cognovit, & eam cognovit, postquàm peperit; ut se cognosceret, & quantis dignatum meritis ob gloriam desponsationis. Postquàm peperit, vidit Sponsæ filium, & habuit in ulnis Deum; quod habere non potuit, antequàm pareret. Non poterat dici pater regis cœlestis, ante partum mirificum Virginis-Matris. Cognovit post monita Angelica Sponsam & matrem, virginem; sed propriam ex hoc miraculo non cognovit dignitatem, qua, excepta Virginis, præcelsurus cæteris: & postquàm Virgo peperit, honorem suum, quem ignorarat, cognovit; quoniam vidit per Sponsæ gratiam, quantam illi concessam à cœlo gloriam: igitur patrem Joseph vocabat dulciter inter homines, quidantaxàt habebat patrem in cœlis. Procederem ultrà, sed protrahitur Didascalia. Sat; ut Josephi constet tam gratia, quàm gloria. Respiciant in illum, quiqui de virtute satagunt. Imitentur corda tot meritorum insignia. Accede, si in cœlum tendis, ad auspicem & patronum; ut tendas securè in cœlum. Illum contemplare (retorqueo propositum Claudiani in Panegyr. *Manlii Theod.* v. 94.)

Ex partu Sponsæ, quo modo emineat gloria Josephi.

Ut tandem propius discas, quo fine beatum
Dirigitur, quæ norma boni, quis limes honesti;
Quæ vincat ratione metus, quæ frænet amores.

Claudian.

DIDASC. II.

Quàm propera Gertrudi virgini gratia!

1 HAud cognovit, qui longè à castitate, qua arte numina è cœlo traxerint puellæ, unde lib. 3. *Fast.* canit:

——Quid agant, quæ carmina dicant,
Quaque trahant superis sedibus arte Jovem;
Scire nefas homini est.

Ovid.

Cognoscet illicem, quisquis cognoverit pectoris puritatem: equidem, uti testatur lib. 1. de *Virginit.* Ambrosius: *Hæc nubes, aëra, Angelos sideraque transgrediens, Verbum Dei in ipso sinu Patris invenit, & toto hausit pectore.* En Matris Virginis insignem prærogativam. Adducentur Regi Virgines post eam: etenim eodem dilectionis philtro, quo venit ad Matrem, descendit ad sponsam.

Ambros. *Puritas Deum è cœlo trahit.*

Fons vitæ liquida fluens ab arce,

Matth. 1. 25.

Prudent.

Infusor fidei, sator pudoris,
Mortis perdomitor, salutis auctor
Intrat pectora candidus pudica,
Quæ templi vice consecrata rident,
Postquàm combiberint Deum medullis.

Accinit Prudentius in *Cathemer.* v. 472. Nil mirum, quòd in proprium Dominus descendat templum, quo puritas cordis struit jucundissimum thronum.

Exod. 25. 20.

2 *Respiciant se mutuò*: præscribitur de Cherubim, obumbrantibus Propitiatorium. Tam in forma, quàm in vultu, tam in pulchritudine, quàm facie ita similes, ut nulla appareat nota distinctionis. Quid intenditur, dum ita omnimoda exponitur similitudo? Cordium dilectio: equidem amor reciprocus, ut habeat, excludit similitudinem, quia quærit identitatem. Qui corda quærit, diligenter diligit, & ut trahatur, attrahit; quippe elucet amoris magnitudo, ubi non elucet animarum distinctio. Unde magis quit hujusmodi Cherubinorum conformitas micare, quàm in Jesu, ac Sponsa Gertrude? Dilectio dignatione Sponsi fecit pares, amor similes, vehementia fecit æquales: equidem, ut Gertrudis viveret, cor suum illi Sponsus amanter aperuit: & etiam ut constet, quod diligatur, Christus in corde Gertrudis jucundissimè invenitur. De Dioxippo pugili, ac victore in Olympicis, sed victo pulchritudine fœminæ, in quam fixit animam per speculum vultus, quoniam in illum illa fixerat oculos, dixit Ælian. lib. 12. *Histor.* cap. 59. *En pugilem nostrum magnum, quemadmodum à puella configitur?* Videor mihi videre in hujusmodi historia amoris originem, & redamationis fontem, unde amor Christi erga sponsam Gertrudem inolevit, & illa, quoad potuit, totis viscericus redamavit. Ex quo nata haudquaquàm aperuit oculos; sed habuit clausos, quousquè accedens sacro, ut baptizaretur, fonti, fixit in obviam imaginem Sponsi crucifixi.

Christus, & Gertrudis signantur in Cherubinis Arcæ fœderis.

Efficacia utriusque dilectionis.

Ælian. *Traxit in pectus.*

Cantic. 2. 13.

3 *Surge amica mea*: dicebat Sponsus Gertrudi. *Surge.* Ergo jacebat: & invitat ut surgat, & gratiâ cœlesti liberetur ab originali noxa; ut sit in sempiternum amica. *Amica mea, speciosa mea, & veni.* Necdum venerat, sed in gratiam properat, ut clareat speciosa, si fit amica. *Mea* (dicit) *speciosa*; minimè, *Mihi*: nequaquàm casum suspicor unquàm gratiæ: igitur semper mihi speciosa, si semel mea. *Ostende* (infit) *mihi faciem tuam.* Quorsùm illa ostendet, dum ille videt? Non est Domine, vel os à te, quod feciśti, occultum: & viderunt oculi tui, etiam in utero genitricis imperfectum. Quid desideras videre? Quod desideras? Faciem, quam vides, habet; & non habet, quam aspicias, ob originis maculas: necdum facies læta, nec anima grata: unde se exhibuit ut amantem ante fontem: equidem, quippe non grata, operuit confusio faciem. *Ostende mihi faciem tuam.* Per faciem quippè unusquisque cognoscitur: & facies occulitur; quia *non est pulchra, nec digna, quæ videatur*: subdit Bernard. hìc *serm.* 62. *Non erit digna videri, quandiù non erit videre idonea.* Mira in propositum verba. Si videre non idonea, non erit videri digna. Videtur, si videt, facies; & illa antequàm videatur, videt; ut clareat in videndam dispositio cordis: etenim in Sponsi imaginem oculis fixis, direxit infantula vitam; ut designaret gratiam ante gratiam.

Verſ. 14.

Antequàm accederet sacro fonti, fixit oculos in effigiem crucifixi.

Bernard.

4 Ulteriùs. Videre Sponsus desiderat Sponsæ futuræ faciem, quia concupiscit decorem. Sponsa etiam nigra, erat formosa; verùm à Sponso videri non digna, siquidem speciosa, sed sine gratia. Digna fit videri, quandiù digna videre: Sponsus studet Gertrudis gratiæ. Si videtur, sanè vidit: videri satagit; & ut videri possit ostendendo faciem, figit oculos dilecta in dilecti Sponsi effigiem. Clausit oculos, quousque posset aperire pectus, quod æternus Sponsi thronus. Baptismo accedit, & coram Crucifixo oculos aperit. Præmittit, ut videatur, obsequium: igitur illa nil videre cupiebat præter Sponsum. Dormiebat priùs somno originalis piaculi. Hinc illi Sponsus dicit: *Surge.* Faciem ostende: ut possis videri, vide: & Gertrudis oculis occurrit dilecti imago: ut videri possit collatâ gratiâ à dilecto. *Surge.* Ergo dormit. Verùm Sponsus quid dicit? *Adjuro vos filiæ Jerusalem, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.* Quo intuitu hujusmodi indulgentia, dum congruit etiam dormienti cordi dilectæ vigilia? Indicatur Sponsi zelus, ne subrepat, vel levi imagine, mundus. Negligentia est, si dormit: cæterùm è somno surget: ne suscitetis quousque ipsa velit: igitur satius, quod oculis clausis requiescat dormiendo sic; quàm quòd aperiat illos, ut videat aliquid in hoc mundo præter me. *Aperi mihi.* Si non mihi, non aperiantur oculi. Imagine fallit mundus. Diligendus est Sponsus: & ut maneat in corde semel visi dilectio; non

Quomodò speciosa vel sine gratia?

Verſ. 6.

Tantùm Christo aperuit oculos.

Cap. 5. 2.

mun-

mundi in mundo ; sed Christi exponitur prima imago.

Claudian. ——— *Mens omnis aberrat*
In vultus, quos fixit amor.

5 Ritus superstitiosus luci veritatis sacrandus. *Malabares Indi* (ait Osorius lib. 2. Rer. Reg. Emmanuel.) *annum inchoänt, sed diem certum, unde incipiant, non habent. Astrologos primùm consulunt, & ab hora, quam illis faustam, atque felicem fore prænunciant, anni principium auspicantur. Faciem eodem die involvunt, & oculos obtegunt, ne quidquam aspiciant. Deinde à pueris in fana deducuntur, in quibus Deorum varia signa sunt: ibi detractis involucris, aspectum in res oppositas repentè conjiciunt : quod si simulachrum Dei illius, quem præcipuè colunt, ante res alias contuentur ; illum annum sibi faustum fore confidunt.* Liceat profana miscere sacris, ut Gertrudis appareat præventa in benedictionibus dulcedinis. Oculos quousquè imaginem Sponsi vidit, mundo tenaciter clausit. Non quærebat mundum, sed Sponsum. Involucra labis originariæ excutere, ut inveniret, animitùs voluit ; quia invenire nequibat, nisi videret. Accessit ad templum, ac dilecti occurrit simulachrum : unde occursu imaginis Numinis, felicitas totius præsignabatur ætatis ; igitur primò Sponsum viderunt oculi, qui mansurus semper mulcens in corde dilectæ. *In uno oculorum* cor Sponsi vulneratum. Haud duplex ictus necessarius in pectoris vulnus. Efficacius mulcimen, ac lenocinium, ut traheret simul & percuteret dilectum, aspectu in jacula, atque sagittas converso ; quippe inter tot imagines, cognovit Sponsum à primo oculorum jactu. Respice Gertrudis in faciem Christi tui, ut tibi eluceat à prima ætate : igitur insigne tui vehementissimi amoris, quòd Sponsum cognosceres, illicò ut oculos aperires.

Omen Malabariù pro felicitate, aut infelicitate vitæ.

Cant. 4. 9.

Cognovit Sponsù primo oculorum jactu.

6 Clarebit hujus demonstratio amantis fidei, in cæco à nativitate. Vidit Jesus ita cæcum, & illuminavit, ut se solicitè quæreret. Palàm miraculum, quod à sæculo non visum, ut majus in anima, quàm in corpore, notaretur miraculum. Quomodò vidisset, interrogatus à Pharisæis, dum causa illorum, quomodò non vidissent ; respondit : *Ille homo, qui dicitur Jesus, lutum fecit, & unxit oculos meos::::& vidi.* Sit ergo : ceterùm unde in fidem miraculi inconcussa cognitio? Cæcus videre Salvatorem non poterat: dum hæccine locutus, necdum illum facie viderat: & asserit Christum patrasse miraculum ? Utique, & verè, ut clareret ex cognitione, alterius commendatio miraculi, magis præstantis, quàm lux à cæco optata corporis oculis, intendentibus in medium : igitur majus in miraculo miraculum ; quod illum, in quem respecturus, cognosceret, antequàm cæcus oculos aperiret.

Joan. 9. 11

Mira cognitio, antequàm oculorum apertio.

7 Prætereà. Gratus ægrè tulit ingratitudinem non credentium miraculum, & ad oculum. Contendit, etiam potentibus adversariis, non solùm non factum, sed nec auditum. Specie religionis extra Synagogam ejecerunt, ingerentes miraculo calumnias. Jesus autem, ut audivit, quia ejecerunt eum foras, dixit illi : *Tu credis in filium Dei* ? Tunc ille : *Quis est Domine, ut credam in eum* ? Nodus profectò implicitus. Quomodò nunc interrogat, & dudùm illius cognitionem affirmat? Pridem: *Ille homo, qui dicitur Jesus* ? Modò : *Quis est* ? Si nescis, quis sit ; quomodò signas Jesum ? Ecce majus ex cognitione prodigium : siquidem omninò novum, quòd cognosceret corde, quem non cognoverat facie. Arridet sententia cœlestis medici. *Quis est* ? interrogat cæcus: & illicò Christus: *& vidisti eum.* Quando? Videt modò. Quare non asserit, tunc videre, sed vidisse, si illum incipit videre? In mirificam cæci cognitionem : siquidem Christum illuminantem vidit, antequàm videret faciem. Visio dicitur tam mentis, quàm corporis. Visio mentis cognitionem signat, corporis autem materialem notat : & vidisse dicitur, dum oculis erat cæcus, ut amoris magni manifestaretur munus : igitur quia amans cognovit, antequàm oculis benefactorem videret. Vidit, *& procidens adoravit.* Signum dilectionis exhibitio est operis: adoratio demonstratio est voluntatis. Unde amantis pervio obsequio, cordis patet demonstratio: siquidem Deum adoravit, illicò ut vidit. *Invenit eum* Jesus, ut loqueretur ad cor. Si Christus invenit, ergo quærit. Quærat cujus interest. Vicem demonstrationis cæci Christus inquisitione rependit : etenim dignum speciali munere, quòd Deum agnosceret, utut oculos aperuit.

Vers. 36.

Et cognoscere corde, priusquàm facie.

Vers. 37.

Vers. 38.

Vers. 35.

8 Piscina signabat baptismum, ut diximus *Tom. 2. Tautol. 3. Didasc. 9. n. 17.* Ante ipsum, cæcum est genus humanum: Christus lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Clausit oculos Gertrudis originaria lues, & ab ipsa, ut singulariter illuminaretur, etiam lumi-

Sponsù Gertrudis cognovit, antequàm oculos aperiret.

na clauduntur. Oculos in templo aperit: verùm quid vidit ? In quid intendit ? In Sponsi imaginem, ut citò probaret fidem: igitur amoris magna, quòd vel cæca, in quem semper respectura cognosceret, antequàm oculos aperiret. Viderat, priusquàm vidisset Sponsum, ut in illum, & non aliò figeret vultum : occurrit vel in crucifixo imago; & cognovit Sponsa futura facie, quem jam præsenserat corde. Non interrogat, uti cæcus : *Quid est?* sed procidens, flexo genu cordis, adoravit. Illa sciebat, cujus necdum uti cæca faciem viderat. Vidit imaginem, & cor visione ictum exhibuit adorationem, insigni ac singulari miraculo, dum cæca atque mortua Sponso: quippequàm illum cognovit, & adoravit, utut oculos aperuit. Non erat cum illo ob originalem noxam: invenire cupiebat, ut abstergeret maculam. Jesus cæcum invênit, cæcus illum non cognovit; sed Gertrudis cognovit, dum obviavit. Illam etiam invênit, quia solicitè quæsivit. Occurrit imago, & uti Cherubim, respexerunt se mutuò: jus erat, ut ille amare rependeret, quòd Gertrudis primo oculorum jactu, per imaginem etiam cognovisset.

Adoravit, ut vidit, vidēdo cognovit, cognoscēdo traxit.

9 Causa videnda in Paulo, ut erga Gertrudem altiore modo luceat Sponsi dilectio. In præcipitium ducebat furiosa cæcitas, cui præcipitium felicitas: igitur antequàm caderet non orbus lumine, magis gravabatur cæcitate. In terram miro cœlesti lumine cecidit, & visum dum amisit, recuperavit. *Apertis oculis, nihil videbat* : ait Lucas. Singularis cæcitas ! Videtur mundus, dum aperiuntur oculi: nil videtur, si claudantur. Quare si Paulus oculos aperit, nihil apertis oculis videt? *Circunfulsit eum lux de cœlo.* Prævenerunt visuales sensationes radii cœlestis luminis. Videntur ab oculis mundana, ubi non videt intellectus cœlestia. His habentur oculi aperti quasi clausi; quoniam à fortiore sensibili sunt corrupti: & apertis oculis ut videret, versùs mundum, quem videt, nil Paulus videt; quippe etsi rebus inhærebat fulgor, occupaverat mentem lux superior. Clariùs. Qui in Solem tenaciter aciem tendit; modò flectat in terram, nihil videt. Imò si aliquid sibi videtur videre versùs tellurem, asserit vel in terra videre Solem. Apertis oculis, nihil videt copià lucis. Solem infrà videt, & Sol in imis non est: lucem videtur videre, sed non est lux. Intendebat indicare S. Lucas, Paulum fuisse tunc intra cœlestes sphæras, & expresit mirabili raro modo, qua lege & potentià Paulus est raptus à cœlo: etenim si apertis oculis videndo, in mundo non vidit lumen, absdubiò videbat Solem. Vigilantiùs vernaculè : *Abrir los ojos en este mundo, y no ver; era señal evidente, que estaba mirando à el Sol.* Non oculis, quia percusi, mente conspicitur Sol, ubi in illa perseverat, quæ circunfulserat lux.

Act. 9. 8.

Vers. 3.

Nullus in mundo fulgor, si præoccupat mentem lux superior.

10 Subinde. Lumina in hominibus, uti astra rationalium, signant motu & aspectu vario diversos affectus cordium. Quanvis obviis objectis habent pectora clausos, quousque ratio aperiat oculos: in aliis ut videant: in aliis ut cæcutiant. Ut videant caligine, ut cæcutiant splendore. Ut cæcutiant, si lux superior circunfulget è cœlo. Ut videant, si fulgor vocat è mundo, attracto corde à luminis falsitate. Videre clarè & cæcutire, est mortalium calamitas: clarè cæcutire visione, summa felicitas: & asseritur de Paulo nihil videre, vel misso de cœlo lumine; ut clareat missum de cœlo, & pectus Doctoris Gentium absque ulla affectione in mundo: equidem cùm oculos aperiret, ut, quæ speciosa, videret; illà luce haud vidit Paulus quidquam, quod oculos raperet. Hispan. *Conociòse luz del cielo, en que abriendo los ojos, para ver en este mundo sus amados objetos; no viesse cosa en el mundo, que le llevasse los ojos.*

Non aspicitur, quod affectu non videtur.

11 Dixi sæpe (& hìc *Tautol.* 2. E num. 15. *Did.* 6. num. 2. & *Tautol.* præc. *Did.* 5. n. 11. ex Plin. *lib.* 11. *cap.* 37.) magnam cogitationem obcæcare intus abducto visu. *Sic* (infit) *in morbo comitiali aperti nihil cernunt.* Hujusmodi morbus, dicitur *Morbus sacer*, à Ravis. Text. in *Offic.* lib. 2. cap. 51. Ecce cæcitas claro lumine, ex magna cogitatione. Verùm unde magna cogitatio ? Ex sacro morbo, qui subtrahit à sensibilibus sensus, ut tendant, quò inhæret animus : nihilque vident oculi, etiam aperti & in lumine; quia licèt instent objecta, vocant majora. Non videtur, quod sine animo videtur : non videtur animo, quoties cor laborat sacro morbo, quo visa non visa objecta, atque sensibilia insensibilia. Unde nullam sensibus immittunt claram speciem, quoniam alibi cor ægrum dirigit cogitationem.

Plin. Text. *Quis morbus sacer, & cōditio morbi.*

12 *Superavit ætatem* dulcissima Gertrudis: ait Castanniza lib. 1. *Insin. divin.* cap. 1. Mirabilis omninò vel in infantia. Parum sanè in magnitudine amoris Gertrudis: *Adhuc ex utero matris*, infit *cap.* 2.

Cast.

Præ-

Gertrudis superavit ætatem.

Prævenit mundus irritamenta malorum per lumina pellucida in cordium fascinum, objectis voluptatum speciebus, deliciarum imaginibus, quæ quidem illecebræ in servitutem animæ, quærentis per infanda pernicioſam libertatem, atque cupiditatum ostentationem. Hæc enim supellex in regia vanitatis, aulicis oculis. Cæcum trahitur humanum genus, simulatque aperit oculos: unde mirabilis vel in infantia Gertrudis, ignorans pondus, seu levitatem ætatis: equidem ne ingereret, vel suggereret mundus nocuam levi jactu speciem; avertit oculos suos, ne videret vanitatem. Circunfulsit eam lux de cœlo, & nihil vidit dum evigilavit ratio; quippe licèt mundi rutilaret fulgor, præoccupaverat mentem lux superior, ut tantùm videret dilectum Sponsum in mundo, cujus erat cogitatio. Aspicitur profectò, in quod intenditur. Gertrudis aspicit, & apertis oculis nihil videt: aperuit oculos mundo, ne videret, & etiam ne ille annotaret ut obsequium, vel per incuriam aliquando visum: entitas vel cordis affectio defuit, dum Gertrudis apertis oculis nihil in tot rebus vidit. Rapuit sensationem lux cœlestis immissa, & nihil videbat omnia, intendens in Sponsi imaginem, ut appareret jam vidisse Solem. Morbo sacro dilectionis laborabat: hinc apertis oculis nihil videbat. Quomodò quibat aspicere mundi imaginem, si amore accensa, in cœlo habebat cogitationem? Superat curiositatem ætatis adhuc ex utero genitricis: igitur si alii infantes egrediuntur, ut videant mundum; Gertrudis tantùm ut videat Sponsum: quippequàm sacro laborantis morbo, à mundo invisо neque rapta cogitatio.

Prævenit cœleste lumen ejus mentem.

13 Vidit Sponsum, utut oculos aperuit, & actutum post visum oculos clausit. An quia Sponso crucifixo non erat species neque decor? Adhuc in cruce rutilabat fulgor. Æmulatur Gertrudis Paulum, portatura Christi stigmata, ut æqualis utriusque, quia par obsequium, rutilaret gloria: igitur si Paulus plauditur, quia intendit in Christi faciem, antequàm baptizaretur: oculos Gertrudis clausit, quousque ante fontem Sponsum in imagine vidit. Vidit ingenti lumine Paulus, & illicò obturatus est oculus. *Et erat non videns*, dicitur. Quia aspexit, non videt? Non. Gertrudis æmula fit. Vidit, aspectu Sponsum percussit, vulnere in pectora traxit; & removet oculos ab imagine, quia jam habebat in corde. Ibi oculus, ubi animus: animus, ubi dilectus. Quid extrà quæreret, dum intra pectora fovit? Signum est, ut vidimus ex Plinio, sacro laborantium morbo, intùs luminum obductio. Morbus sacer amor est: trahit & trahitur amor. Oculis conciliatur, in cor dilectus includitur. Ad quid oculus? Videtur intùs: & Gertrudis ut Sponsum vidit, oculos ex amoris ægritudine clausit, visumque obduxit; quippe torquendus, illicò ut nactus aspectus, cor accensum, ubi sedebat Sponsus.

Vers. 18.

Vers. 9. *Cur illicò ut oculos aperuit, iterùm clausit?*

14 Ornabant cœlestem aulam, thronumque, quo sedebat Altissimus, juxta quem divinus Agnus, vigintiquatuor seniores sedentes, & quatuor Seraphim. Seraphim dico & non Cherubim, quippe juxta visiones Isaiæ, & Ezechielis, hierarchica distinctio præsignatur alis: & ut pateret natura, cujus insigne charitas, dicitur, quòd haberent alas senas. *Ad Isaiæ locum, & ad Seraphim, Joannem allusisse indicat, quod sequitur: Requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Hæc Ribera hìc num. 45. Modò in textum. *Habebant* (subdit Joannes) *alas senas & intùs plena sunt oculis.* Occurrit egregium argumentum. *Animalia plena oculis antè & retrò.* Quorsùm ergo introrsùm oculi? Lumina dantur, ut exteriora clareant discretioni; sed introrsùm carent lumine. Quo ergo intuitu volvuntur oculi ad intra, si ministri destinantur in exteriora? *Pleni erant luce divina* (infit Ribera num. 48.) *sciunt quò tendant.* Et intùs? Utique. Sacer patet dilectionis morbus. Luce divina respexerunt in Deum, ac in Agnum, imaginem Christi: & introrsùm post visionem obducuntur oculi; quippe in pectus primo aspectu traxerant, cujus imaginem admiratione viderant. Seraphim dicuntur plenitudo charitatis, sacri summitas amoris. Conspiciunt, & desiderant prospicere: & non ad extrà, sed intùs vertuntur oculi; quia non habebant, ubi Agnum viderant, sed ubi traxerant. Cor thronus erat, quo sedebat Agnus: in interna tendit pectus: amor dirigit aciem, conversam ob incendii plenitudinem; & versùs pectora flectitur; quia ibi cor, ubi invenitur.

Hierarchica distinctio signatur alis.

Riber. Apoc. 4. 8.

Vers. 6.

Riber. *Cur amor oculos dirigit introrsum?*

15 Amore languet Gertrudis. Patet plenitudo, dum visum intùs obduxit magna Sponsi cogitatio. *Hinc illa nihil, nisi Christum loquebatur, quem in corde gestabat.* Quare lumen extrorsùm, si in corde suum Dilectum inveniebat? Cæteri

Ab amore Gertrudis languor.

ri habent oculos ut videant: hæc verò, ut Sponsum in cor rapiant. Rapiunt ut vident: raptum in pectore fovent: & semel aspecta imaginè, clauduntur oculi; quia videt animus intùs, ubi invenitur Sponsus. Plena luce divinà, scit, quò tendat: oculos nequaquam à tramite incuriosa declinat. Quærit, & ubi jucundè manet: unde in cor lumina torquet; quippequàm ibi dirigenda lumina, ubi dilecti præsentia.

In corde Sponsus ab illa quæritur.

16 Virebat inter ignes rubas pyrausta, qui splendor & miraculo Moysis intenta percussit lumina. Cogitabat inter globos flagrantes nunquàm visàm fragilitatis gloriam, & dixit sibi: *Vadam & videbo visionem hanc magnam.* Impellit corpus, ut capiat animus; sed actutùm ut pervenit in mirificum ignem, Deum cognoscens in igne, *abscondit faciem.* Sæpe dubitavi, quare si intendit in miraculi aspectum; ne videat, vel ut videat, abscondit vultum? *E medio prominebat* (ait Philo lib. 1. de *Vita Moysis*) *forma quædam pulcherrima, nulli visibili similis, divinum planè simulachrum, luce fulgens clarissima, ut suspicari posset Dei imaginem.* Est articulus Moysis vel Gertrudis? Oculos levavit, vidit: sed quid vidit? Dei imaginem, simulachrum divinum, nulli visibili simile, clarissimà ornatum luce. Vidit & videndo in pectus rapuit: unde post primam visionem faciem abscondit; ut dilectum qui erat in corde, videret: quandoquidem si intenditur obtutu Sponsi optatus aspectus; in cor necesse, quòd converteret oculos. Ibi faciem suam ostendit, quàm ut videret abscondit: ut traheret dilectum, respexit effigiem: & abscondit modò faciem; quoniam quem quærebant oculi, habet & potitur in sacrato pectore. Claret jam plenitudine dilectionis,

Exod. 3. 3.

Vers. 6.

Phil.

Dilectus in corde habitat, ut illa propiùs aspiciat.

Propert. *Sine sensu vivere amantes.*

Ut canit Propertius lib. 2. *Eleg.* 12. Sponsi respexerunt se mutuò. Amor floruit in Sponso: & in Gertrude redamatio è throno rapuit: tunc sic

Idem. *Fecit & humano corde volare Deum.*

DIDASC. III.

Gloria Divæ Theresiæ gloria Sponsi.

1 DE Amore cordis in dilectum intensivè flagrantis, dixit Plautus in *Cistellar.* Act. 1. scen. 1. à vers. 77.

Longum amanti est verbum, Veniet,
Si venit. Amare oportet, nam si ames,
Melius illi multò, quem ames,
Consulas, quàm rei tuæ.

Plaut.

Ecce officia Divæ Theresiæ, perculsæ atque percussæ divino amore: equidem ut Sponsa vera Sponsi zelatur honorem, & ita se profert amantem; ut arbitretur mori, non posse pati. De zelo diximus *Tom.* 2. *Tautol.* 4. *Didasc.* 9. modò de amore. De Cherubinis Arcæ indicitur Moysi: *Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex utraque parte Oraculi::.respiciantque se mutuò.* Materiam superat opus. Facies productiles, aureos. *Non vacuos, sed soliaos*, subdit Maluend. Superatur auri materia à Cherubinorum forma: igitur si productio fit ictibus (Hispan. *Obra de martillo, no vaciado*) perpolitur vulneribus, solida patet amoris materia, pulchriore formà, ubi dilectio per impacta producitur vulnera: respiciuntque se mutuò, dum per passionem claret utriusque dilectio.

Exod. 25. 18. 20.

Maluend.

Solidus amor, quem probat dolor.

2 *Domine aut pati, aut mori*: exclamat sæpe Theresia. Quid hoc? Mori non est pati? Sanè, ubi mors est ex amore; dum languet corpus, quia incendia non capit pectus. *Intolerabili divini amoris incendio, potius quam vi morbi* decumbit, & occumbit. Ferre non potuit ignem conceptum intra viscera flagrantia, & rupit corporis vincula, acceptà dulcedine mortis pro stemmate libertatis; ut quæ aliis passio, esset Theresiæ dulcedo. Sacrificante Timoleone (ut in ejus *Vit.* refert Plutarch.) è pectore statuæ erupit ignis, qui absumpsit. Taceat igitur superata vetustas. Intensas Theresia concepit pectore flammas: crevit ignis formite amoris, & pectus rupit: quo vulnere imaginem, corpus virginis absorbuit; ut anima in Sponsi amplexus, dissociata compagibus, versùs æthera tenderet.

Quæ aliis passio, Theresiæ dulcedo.

Ignis è pectore statuæ.

Theresia moritur amore.

——*Non stamina Parcæ*
In te dura legunt, non jus habuere nocendi.

Claudian.

Uti canit Claudian. de *Phœnic.* vers. 109. Vide quæ diximus *Taut.* 9. *Did.* 3. & *Taut.* 12. *Did.* 4. num. 10.

3 Perscrutemur. *Aut pati, aut mori.* Non patitur, quando moritur; & moritur, si non patitur. Difficilis articulus: verùm quis legem dabit amantibus?

——*Mox ut stimulis majoribus ardens*
Rupit amor leges, audet transcendere vallũ.

Lucan.

Canit Lucanus lib. 4. *Bell. Phars.* v. 174.

Ni-

In morte nō habuit passionem, sed dulcedinem.

Nihil cuncta videntur amori, ni etiam desideret impossibile. Theresia si moritur, non potest pati. Moritur, dum vivit sine passione. Mors passio est: & appetit impossibile, quoniam appetit non mori, quæ in dolore mortis non invenit passionem, sed vitæ dulcedinem: etenim si vita in malis; nullum acerbius, quàm in articulo mortis. Mori desiderat: ergo pati. Pati desiderat: ergo vivere: ergo desiderat vivere simul & mori, quod impossibile. Utrumque quærit, quæ dilectionis satagit: fraudaturque desiderio, dum felix potitur voto; equidem nec patiendo moritur, nec moriendo patitur. Non moritur, quia in patiendo vita: non patitur, quippequàm in morte gloria. Ergo nec desiderat pati, nec mori. Non primum, quia non est passio, ex passione dulcedo. Non secundum, quia nequaquàm mors dicenda, qua residet vita. Quid ergo? Exhibitio amoris summi pro imitatione dilecti. *Quies est* (ait Novarinus in *Umbr. Virgin.* Excurs. 61. num. 597.) *ab omni quiete carere.* Sanè: ostendit amoris magnitudinem, quæ magnum cupit pro dilecto dolorem. Veniet. Longum amanti verbum. Haud dilectionem signat pectus otiosum, ac vulneribus vacuum. Passione exprimitur flamma, & per vulnera vita: equidem cordi amanti tormentum acrius, quia summum, nullum tormentum.

Quid sit illius votum Aut pati, aut mori?

Novarin.

Isai. 38. 17

4 *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*: dicebat Ezechias, & usurpavit Theresia demonstrans amoris flammas. In pace amaritudo, ubi ex pace mirifica dulcedo? Cùm pace etiam amaritudo non est acerba: & in pace amaritudo amarissima? Contraria concutiunt pectus. Verùm in amore sic vivitur, & in talibus vita spiritus. Non sic mercator inhiabat lucris, ut Theresia incommodis. Fide probatur amor, illi ex laboribus decor. Pax initur, ubi nihil molestum, nihil amari est pacificum; sed ardens amor audet transcendere vallum: & in pace est amaritudo in animo, quippe nulla amaritudo. Amaritudo infert dolorem patienti, pax amori, qui probatur per vulnera, ut constet quanta vehementia; diciturque in pace amaritudo amarissima; quoniam cordi ingerit ampliorem dolorem, velit nolit sustinere pacem. Amaritudo est, amaritudinem renuenti: dulcor optanti. Cæterùm amaritudo amarissima, pati cupere, nec posse: crescitque amaror in pace; siquidem acerbitas dulciter pugili infertur, dum acerbitas subtrahitur. Amarus est dolor corporis, vel acerbitate vulneris, vel punctione infirmitatis: verùm summa inest molestia, si anima amara, quæ solicitat requiem, per corporis afflicti cruciamen: & in pace Theresiam exacerbat pati non posse; quippe summa passio, & amarissima prorsùs amaritudo, non posse saltem per carnis dolores, refrigerare spiritus acerbas amaritudines.

Illi amaritudo acerba, si nulla.

5 Quænam in molestiam carnis non instruebat? Tam anxio castigandi corpus desiderio æstuabat: sed *ad patiendum* (dicebat) *non indigere alio fine, quàm pati, ut pateretur: sicut Bernardus, Amo & quia amo, amo, ut amem.* Vide Joann. à S. Hieronymo in *Vit. Theres.* num. 69. Quænam ergo connexio inter passionem propter cruciamen, ac amorem eximium propter amorem? Magna quidem: etenim cùm amor probetur ex vulnere, evanescit in pace: dicitque Theresia, *Domine aut pati, aut mori*; quoniam absdubiè morietur, ni amor propter amorem patiatur. *Crucifixus* (inquit Chrysologus *serm.* 58. *in cruce mortem suscepit, sepulturam patitur.* In sepulchro pati? Utique: passio est præ amore pati non posse. Mortem suscepit in cruce. Extra crucem alia mors & alia crux. In cruce etiam mortis affixit amaritudo: requiescebat in pace in monumento: cogitavit amor alia: unde in pace amaritudo amarissima; quia pati plura cupiebat, & in sepulchro nequibat.

Joann. à S. Hier.

Vulneratur ex non vulnere.

Chrysol.

Amor Christi quomodò ex non passione?

Summo illi dolori, non posse pati.

6 Astruet ipse, quod æmulatur amor Theresiæ. Jamiam subituro mortem, patiente crucem, de Christo asserit Evangelista: *Sciens Jesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura dixit: Sitio.* Quænam adimplenda, si consummata cuncta? Adhuc erat tormentum, ex eo quòd cuncta consummata: equidem proximus morti, relinquebatur in pace. Nihil in morte restabat; ac quòd nihil restaret, deficiebat: etenim si ultra mortem nequibat pati; tormentum illi acerbius pati non posse. Super dolorem vulnerum flammæ amoris dolorem addiderunt: additum doloribus ab amore, ultra non posse procedere. Qui signavit doloris exitum, etiam alterius indigitavit principium: siquidem acer dolor additus apparebat dolori, jam non esse dolorem, quem posset pati. Cupiebat præ amore consummare tormenta, & etiam præ amore semper esse consum-

Joann. 19. 28.

Ultimum Christi tormentum, ulterius non posse pati.

manda. Finem patiendo habitura: & apposuit amor ultrà dolorem; quippe videbat anxiè proximum dolorum finem. Pro amoris expressione cuncta cruciamina patiebatur. Sine tormento haud exponitur: & consummatis omnibus, etiam doloribus dolor additur in dilectionis insigne, ne dolor consummaretur in ipsa consummatione. Illius vigebat propositum, quòd licèt deficeret dolor, minimè langueseeret amor: non admittere placationem, estò ex tormentis experiretur dulcedinem; quippe pretium redemptioni, in æternum laborare. Unde post tormentorum cunctorum consummationem, amor non videt interitum, sed vivit adhuc in finem; quippequàm pro dulcedine, apposita amori pœna, non posse pati ulteriora.

Christo dolor, doloris finis.

• 7 Defecerunt frameæ in finem, ubi post consummationem, videbat victis doloribus pacem. Quorsùm frameæ si dolor ex non dolore? Consummatus est lanceaафflictio ex afflictionum consummatione. rum ictus, verùm non dolor qui affligebat pectus: equidem consummatus adhuc consummatur, dum patiens moritur; quippe afflictio addita pectori, ulteriùs non Vers. 30. posse affligi. Hinc addit: *Consummatum est.* Accedit illicò mors: etenim amoris vehementis insigne; vel pati, vel in pace patientem mori. *Filia jam tota es mea, & ego tuus sum.* Theresiæ dicebat Jesus. Vide quò supr. num. 78. Respiciunt se mutuò, & reciproca claret utriusque dilectio: equidem cùm vitam Sponsa haberet, ut pro dilecto pateretur; quoniam non patitur, moritur. Patitur, sed vivit vità doloris: & etiam patitur, dum dolorum advenit finis; quippe acrior dolor cordi Theresiæ, ulteriùs non posse pati.

Quomodò ex brevitate tormentorũ, major tormentum?

Theresia æmula amoris Sponsi.

8 *Mirabatur, si jam objisset*; ait Marcus de Pilato præside, qui Christum des- Marc. 15. 44. tinaverat cruci. *Fuit & mirabile in Christi morte, quòd velociùs mortuus fuit aliis: qui simili passione afficiebantur*: subdit D. Thom. 3. *part. quæst.* 47. *art.* 1. ad 2. Unde mirabile? Amoris exhibitione. Ampliùs sine dubio rutilaret, si ampliùs in cruce maneret. Quare ergo mirabilis demonstratio pectoris ex velocitate mortis. Promam. Plus pati propter libertatem generis humani sub tyrannide captivi, erat amplior demonstratio in flagrante charitate. Sitiebat plura, etiam passa patienda; ut inolesceret dolorum fomite flamma. Amor probatur dolore: & rutilavit, citiùs expirante in cruce; quippe si ex diuturnitate cruciaminum dolor arguitur, acerbior dolor, quòd tam citò finiretur. Doloris nanque in cruce protractio non erat amaritudo sed amoris dulcedo dulcedinem quærebat doloris, & mortuus est citius aliis: siquidem cordi amanti dolor acrior, quòd ultra non esset dolor. Alia pati concupiscit, sed vita tormentis evanescit. Pati desiderat ampliùs; & ut ultrà patiatur, moritur citiùs: igitur cùm constet ex passione, quàm altè sedeat amor in pectore; non tantùm passus est ex tormentis dolorem, sed etiam tormentorum brevitatem. In charitatis æstuantis signum, undique pro hominibus congerebat tormentum. Cuncta erant impacta: defecerunt tormenta: & alia ob amorem cogitavit; ut dilectionem ex tanta passione ostenderet: equidem acceleratur pro tormento instantia mortis; ut torqueretur ampliùs deficientibus tormentis. Stemma erat ingentis pectoris ignis, plus pati, si plus tolerari quiret in tam acerba passione. Hæc erat amoris lex; cærerùm non erat plus. Unde ergo aliud tormentum, & ultimum? Non sustinendum: igitur cùm cessatio à tormentis, languor judicetur amoris, & plura non posse pati, sit vulnus flagranti pectori; dum defecerunt tormenta, mortuus est citò, ut pateretur plura. Quid mirum, quòd mirabilis ejus mors videretur, ubi per illam peregrinus amor indicabatur? Hic eminuit per passionem. Alia crux cogitabatur à dilectione ultra crucem: nimirùm tormentum, ex extremo tormentorum: & ut obtineret sine cruce plura pati, vi cruciaminum in cruce decrevit tam citò mori.

9 En vota Theresiæ. Nullum aliud illi propositum in passione, quàm pati. Nullum alliud! Ubi amor? Passione exprimitur: equidem si vivit amore; sine pœnis absdubiè morereretur. Plura præ amore desiderat: pati delectat. Unde pati, aut mori exoptat; quippe si moriendo quiescit, patietur ampliùs, quia ampliùs pati non poterit, uti vellet. Singularis næ tormentorum cogitatio, atque omninò peregrina dilectio! Unde ergo origo? Dicit Sponsus: *Filia, jam tota es mea.* Non solùm *filia*, & *mea*; sed etiam *tota*. *Filia*, per similitudinem charitatis: *Mea*, per amorem passionis: *Tota*, quia pateris, vel dum moreris; & laboras, quia requiescis. Aliæ Sponsæ & filiæ & meæ; sed non totæ; quia laborant laborantes, atque requiescunt quiescentes: cæterùm Theresia tota: quandoquidem illi ita

Theresia quomodò tota Jesu?

blan-

Quid sit tuus amor?

blandiebatur pœna ; ut per passionem etiam refugeret mortem, quippe in morte videbat laboris requiem. Expressit hujusmodi dilectionis acumen Otho Vænius *Emblem.* 18. dicens:

Oth. Væn.

Amor ad omnia,
Omnia ad amorem:
Per amorem, totum;
Per totum amorem.

Haud aliter dirigebantur cuncta, ut esset in cunctis Sponsi tota Theresia.

Psal. 118. 10.

10 Astipulatur David. *In toto corde meo exquisivi te.* Memineris. Priùs *in directione cordis* : vers. 7. post in *corde*: vers. 11. modò in toto corde exquiris ? Quid in dilectum, si non totum ? Æmulatrix est dilectio, & odit rapinam in holocausto. Amor illum allicit, fortiter ducit, sed pedetentim procedit. Altiùs modo sedet in pectore : & qui corde diligebat, jam dicit *in toto corde* ; quippequam ut cor in amante sit, debet esse in dilectum per amorem totum cor : equidem licèt explicet amore percussi pectoris fidem, non est per totum amorem. Per cor designatur amor : per totum cor, totus amor : dicturque cordis flagrantis dilectio, dum astruitur corde toto : igitur tunc amor in corde existit, ubi voluntas amat, quantum potest. Prætereà. Totum est cor, si ejus amor ad omnia : & omnia diriguntur in amorem ; quoniam tunc ostendit existentiam in corde & magnitudinem. Hic collocatur amoris fastigium : & Vates Regius dicit cor, dum dicit totum ; igitur si toto corde plus in amore non est, amat pectus, in quod tendit, quantum vult, & quantum quit.

Ni totum, non datur amori cor.

Verè diligit, qui quantum potest.

11 Ocurrit tractus amoris Theresiæ, ut tota sit Sponsi in toto corde. Jam per operum exhibitionem mirabilem, cordis Seraphici demonstravit amorem. Quid ultrà ? De illis qui Domino assistebant in solio, dicit Evangelicus Vates : *Sex alæ uni, & sex alæ alteri : duabus velabant faciem ejus, duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.* Pectus, in Dominum, ut volarent ; pennis pernicibus: pedes autem in compedibus ; ut mundum lateret virtus : equidem igne cordis plusquàm alis, volabant in dilectionem, dum videbatur, nec movere pedem. Volabant alis cordis in Dominum, & alis aliis operiebant vultum. Ille est in quem desiderant Angeli prospicere. Et volant velatà facie ? Utique, præ nimio amore: equidem si præmium videre vultum, & meritum exprimitur per volatum ; si gloria videre, & volare concupiscere ; in ipsa fruitione velant meditanter vultum, ne videantur volare propter præmium.

Isai. 6. 2.

Amor dissimulet obsequia.

Illi dedecus cogitatio de præmio.

12 Perspicujus. Amore acquiritur, quod in throno cor desiderat : quod habetur, charitas Seraphica exoptat. Quomodò volatu concupiscit, quod jam habet ? Ut magnitudinem amoris pectus volando designet ; equidem amore volant, & velant pariter faciem ; ut ament propter amorem. In visione gloria est : & adhuc anhelat cor ? Theresiæ patent insignia, cujus amor nonnunquam in ulteriora. Volare sequi est. Velare faciem, non consequi : & operiunt stantes in throno vultum, ut volent propter volatum : igitur si summa prælucet charitas, dum non propria, sed dilecti exoptatur utilitas ; volant, ut dilectum quærant : velant, ne videant: quandoquidem amoris obsequium summum, obsequi propter obsequium : non sequi pennis, ut consequantur gloriam; verùm volare in amorem, propter amoris vehementiam. Gloria Eliæ occurrit, & faciem pallio extenso illicò obvolvit. *Operuit vultum suum pallio.* Venit, ut gloriam cernat, vel ut fugiat ? Venit ut zelum ostentet, & Deum, ac propriam charitatem magnificet : equidem invitante visum gloriâ, operit vultum ; ut servire videatur propter obsequium.

Amor propter amorē.

Theresiæ semper tendit in altiora.

Non solicitas præmiū, sed obsequiū

3. Reg. 19. 13.

13 Zelum Patris, imò Seraphim æmulatur Theresia. *Qua de re* (dicebat ubi supr. num. 77.) *debeo esse solicita, nisi de te Domine* ? Ubi gloria propria ? Theresiæ, nisi Sponsi, non est alia. Illum propter illum diligit, quippe totam & per totum amorem illi se tradidit. *Tu es spes mea*: exclamat David. Adversum profert modò conamen, dum pridem cor inclinavit propter retributionem. Elevavit propositum, ut nobiliorem amor haberet cursum : igitur licèt non aberret, obliquè inquirit, si se quærit. *Tu spes mea.* Lapis Lydius amoris, & probatio amantis pectoris. *Tu*, non *tua*: quippe etsi tua, ob mei dilectionem, & tui dignationem mea; inter cuncta, & super cuncta, quantunvis glorioſa, *Tu* ; quoniam non diligit totum cor, ni te diligam & intensiùs propter te. *Tu*, non *tua.* Tua sanè magna : verùm amor non magnus, si quærit tua. *Tu*, non *tua. Tua*, gloria animæ : *Tu* gloria gloriæ. *Tua* cordi, verùm *Tu* mihi : igitur ita mihi & cordi *Tu* ; ut nec *tua* velim, nisi tantùm propter te. *Tu*, non *tua. Tua* cordi plenissimum gaudium : *Tu* cor superimples totum. *Tua* per te etiam digna-

Psal. 141. 6.

Psal. 118. 112.

Amor verus, Deū diligere propter Deum.

tione mihi: *Tu* mihi & etiam amori: unde *Tu* mihi & non *tua*; quoniam amanti non gloria, dum ostendit cordis indicem, *Te* non amare in summum propter amorem.

Amor Theresiæ vivax.

14 Domini tantùm Theresia satagit. Ergo summè diligit. Oblivisciturſui. De quo ergo solicita, nisi de te Domine? Haud quærit retributionem, sed amoris apicem: etenim si illius gloria non tua gloria, sed tu; te diligit tantummodò propter te. *Tu*, & non *tua*. Charitas summa est: non quærit quæ sua sunt.

Psalm. 72. 25. *Qui illi est in cœlo? & à te quid voluit super terram?* Nil mirum, quòd illi cuncta terrena nulla, quia terrena: sed in cœlo ne quicquam, ubi anima expectat avidè gloriam? Ubi cunctorum bonorum cumulata congregatio? Nihil enim illi in cœlo: equidem respectu Sponsi, etiam cuncta bona nihil. Magna profectò cœlestia, quæ solicitabat anxia, in terris solo corpore constituta: sed nihil illi vel cœlum, quippe tantùm quærebat propter Sponsum.

Cur illi nihil in cœlo?

Claudian. *Hic sedet, & Solem blando clangore salutat*
Robustior, miscetque preces, & supplice cantu
Præstatura novas vires incendia poscit.

Instar phœnicis moritur.

Dicam ex Claudiano, ubi supr. vers. 45. Moritur Theresia terris. Moritur? Ambigitur. Adhuc cor volitat, & adinstar phœnicis, ut idem canit, v. 65.

Idem. *Continuò dispersa vigor per membra volutus*
Æstuat, & venis redivivus sanguis inundat.

DIDASC. IV.

Amans animà satiatur amantis.

1 DIxit Guilielm. Hesius lib. 3. de *Charit.* Emblem. 24. Hinc pinxit Sponsum & Sponsam mutuò se respicientes, in quorum medio *AMA*. Epigraphe: *Respondet utrinque.* Ita *Emblem.* 28. En inter Cherubim respectus, amor scilicet mutuus: igitur totus amor, & hinc inde, exprimitur una voce. De Cherubinis dicitur: *Respiciant se mutuò.* Ejusdem vocis est tenor, quo ostenditur cordium amor: equidem estò se respiciant, non est respectus, ni amor si mutuus.

Guil. Hes. *Vox una amantium.*

Exod. 25. 20.

Idem. *Sed nihil est, animà nisi describatur amate,*
Mutuaque ingenuũ vita loquatur AMA.

Fictum à Platone in *Sympos.* (quod indicat Aristoteles lib. 9. *Ethic.* cap. 4. & 8. ex quibus sumpsit Orozzius *lib.* 3. *Emblem.* 43.) quosdam amantes, se esse duos fastidientes, adivisse Vulcanum, ut igne fornacis, in incude facere è duobus unum. Potiuntur ignibus & ictibus, voto. Apparuit & entitas & imago, in uno duo, imò unus è duobus: siquidem amoris fomite; neuter erat, & apparebat uterque. Canit etiam Ovid. lib. 4. *Metam.* fab. 11.

Magni in amore, si ex amore non duo.

Neuter, & uterque.

——*Ita Dii jubeatis, & istum*
Nulla dies à me, nec me diducat ab isto.
Vota suos habuere Deos: nam mista duorum
Corpora jungũtur, faciesque inducitur illis
Una, velut si quis conducat cortice ramos,
Crescendo jungi, pariterque adolescere cernat:
Sic ubi complexu cojerunt membra tenaci,
Non duo sunt, sed forma duplex.

Ovid.

Fabula Salmacidis.

2 Hujusmodi figmentum est Eucharistiæ miraculum. Unde Alap. 1. *Cor.* 10. 17. n. 52. & 53. subdit: *Ex multis fit unum corpus Christi mysticum, sed non mysticè; sed propriè & corporaliter.* Corporaliter? Utique. Virtute ignis amoris copulantur amantes. Duo sunt, si dilectio exigua; quippe, esto similis, in utroque duplex forma: verùm si crescit dilectio, eàdem omninò formà non sunt duo. *Ita multi unum corpus sumus in Christo*: dicit Paulus. Quid est *Ita*? Amoris flamma & intensa. Unum à multis quit participari; verùm difficilè, unum è multitudine fieri; quoniam si multi, non unum corpus: equidem in unitate non est numerus. Quod videtur impossibile, superatur amore. Accedunt homines fornaci accensæ altaris, quærentes intimam cum Christo unionem: at cùm amor sumus per unionem acquirat unitatem; qui multi, jam non multi, ex Eucharistiæ sumptione: unum ex pluribus fit. Multi sunt, & unum est; quippe nulla in multi inest distinctio, ubi inter multos regnat summa dilectio.

Alapid.

Virtute amoris in unum copulantur amãtes.

Rom. 12. 5.

Non est amantium distinctio, ubi summa dilectio.

3 Audiamus quid proximus passioni, N. Servator petierit à Patre. *Ego* (ait) *claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum.* Aptè: haud consummata charitas, ni ex unione amantium resultet unitas. Per sacramentum enim fiunt sumentes unum corpus: cæterùm difficilè admodùm, ly *sicut & nos unum sumus.* Qui non cedet amori? Omnia vincit amor.

Joann. 17. 22.

Summũ in charitate esse duo, & non esse.

Solus

Hes. *Solus amor facit esse Deum. Deus esse capaci*

Quisquis amore Deum concipit, ipse potest. Subdit Hesius, ubi supr. Æmulatur anima pura pro modulo suo illam unionem ineffabilem, per amorem vehementem, atque dilectionis magnitudinem. Distinguitur Pater à Divino Verbo in persona, unum sunt duntaxàt in natura. Natura in utroque una, hypostasis utriusque discreta. Æmulatur gratia per cibum sacramentalem, hujusmodi unitatem, ac distinctionem: & ubi fideles in Christo sunt unum corpus, addit ipse, *sicut & nos unum sumus*; quippe cum personarum distinctione, consortes fiunt ejusdem Christi naturæ. Quomodò possunt hæc fieri, diximus latè in *Exposit. Literæ*, & *Tom. 2. Tautol. 10. Didasc. 6. & 7.* Hinc plauditur sacramentum à Guarrico Abb. serm. 1. de *Annunt. Virg. Pretium animarum, miraculum Angelorum, solium summæ majestatis, & etiam thronus potestatis.* Hæc cuncta & alia, ut sciant homines, quid possint esse, si altari accesserint dignè. Modò ingerendum documentum, quo pacto sumens atque Christus non sunt unum, ut inquirant per gratiam unitatem, qui per vitia refugiunt cum Christo unionem.

Quomodo fideles unum & multi, sumptione Sacramenti?

Guarr.

Virtus sacramenti Eucharistiæ.

4 Unde ergo sciemus? Astruit Augustin. in *Joann.* Tract. 27. *Signum, quia manducavit & bibit, hoc est: si manet, & manetur: si habitat, & inhabitatur: si hæret, ut non deseratur*: equidem cùm ex reciproco amore constet amor utrinque; non est amor, si cor longè: quid quod homo manducet, & bibat, si manendo non maneat? *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem; in me manet, & ego in eo*: dicit Christus. Hæc mansio reciproca in susceptione panis cœlestis; igitur amans animà satiatur amantis: parumque interest, quòd Christus maneat in suscipientis corde, ubi cor suscipientis non est Christi. *Cœnabo cum illo, & ipse mecum*: dixit per Joannem, exprimens summam in hominem dignationem, ut esset in corde tanquàm in throno, qui sedet ad dexteram Patris in cœlo: exprimitque in cœlesti cœna mutuam redamationem, ut astruat utriusque in convivio societatem: quippe astantes manent extra convivium, ubi non dapes ex societate cordium.

Augusti. *Nō est amor si cor longe.*

Joann. 6. 56.

Apocal. 3. 20.

Susceptio Eucharistiæ ex mansione cordis.

Non placet cœna, quæ bilem movet.

Plaut.

Ait Plautus in *Bacchid*: Act. 3. scen. 6. v. 8. Cœnat Christus cum homine exhibens carnem & sanguinem: cœnat homo cum Christo, dum cum illo init amorem: unde exponens cœleste convivium, *cœnabo* (ait) *cum illo & ipse mecum*; quia non cœnat cum quo cœnat, ni cor, in quo manet, in illo mediâ dilectione maneat: igitur minimè habet sedendo in convivio sedem; qui invitantis ad cœnam, ut suscitetur amor, excitat bilem. In signum amicitiæ proponitur cœna, qua, ut cœna sit, debent adesse corda, & corda grata. Non est cœna, qua conviva non placet, & cœnando bilem movet: exponiturque in cœnam consonantia grata cordium, ut gratiâ accedat homo in sacramentum: igitur si pollutus accedit; quanvis bibat, & cum Christo manducet, non est cœna; sed sedentis nocumentum, quia bilem movet invitantis in fastidium. Aliquibus videtur cœnare, quia suscipiunt alimentum cœleste; & minimè cœnant, quoniam suscipiunt indignè. Indignè suscipiunt, quia suscipiunt tantùm: & dicit Christus: *Cœnabo cum illo, & ipse mecum*; quoniam ubi abest gratia, deficit cœna. Accipiunt corpore, non mente. Cœna est ubi suscipitur corde: quapropter vel cœnando nequaquàm cœnant; quoniam suscipiunt tantùm, ut suscipiant.

Quomodò homo accedens, non accedit Eucharistiæ.

Impurus nō cœnat, etsi comedat.

5 *In propria venit, & sui eum non receperunt*: dicit Joannes de Christo degente in mundo: idem accidit in mirabili Eucharistiæ sacramento. *Quotquot autem* (infit) *receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Tricosa sententia. Astruit, quod inficiatur; & suppositum destruitur. Si receperunt, quomodo non receperant? Quia receperunt tantùm: & susceptio nequaquàm signanda per susceptionem nudam; sed per suscipientis gratiam: etenim non est in recipiente susceptio, ubi ad susceptionem nulla manet dispositio. Perpende *Sui*. Allusio, ni fallor, ad Apostolos, quibus dixit: *Jam non dicam vos servos, sed amicos.* Sit ergo. Verùm quomodò vera præfata conclusio? Quomodò cùm suos dilexisset, & præ amore se dedisset in cibum, sui receperunt, & non receperunt? Quia alii receperunt, & non receperunt alii. Videtur profectò difficile. Etiam recepit Judas: *Post buccellam introivit in eum Satanas.* Ergo recepit. Minimè Recepit impuro corde: & non recepit; quippe tantùm susscepit, ut reciperet. Christus cœnavit cum illo, sed ille haudquaquàm cum eo: igitur si susceptio, ut suscitaret amorem; suscipiens commovit benefactoris bilem, ut castigaret perfidum, qui se exhibebat amicum.

Joann. 13. 12. 12.

Non est susceptio, ubi nulla dispositio.

Cap. 15. 15.

Cap. 13. 27.

6 Innuit hujus perfidiam, dum illo ab-

absente, pro aliis Patri dicit post cœnam:

Cap. 17. 24 *Longè à sacramẽto Eucharistiæ, mancipium diaboli.*

Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum. Ille erat, ubi sum, sed mecum non erat: etenim non poterat esse mecum, qui socium habebat diabolum. Est mecum, qui gratus, proculcato satanà: est, mandatorum custodià, ubi ego sum. Qui in vitiis, mecum non est: & ille non erat mecum, dum socius erat; quoniam societas comprobatur gratià, & non corporis præsentià. Mente, ac corde constat contubernium, & mediâ charitate constratum. Ubi impurum, cor non est. Nulla præsentia, si avolat vel in societate cor: & ille non erat mecum, dum etiam exhiberem convivium; quoniam fovebat corde catervas dœmonum. Suscepit Eucharistiam, ut sequeretur satanam: ut specie virtutis foveretur hypocrisis: ut turpiùs præcipitaretur in vitia, Religionis venerabilis larvâ.

Qui sensu pollutus erat, velut omne sepulchrum

Sedul. *Exteriora gerens albæ velamina formæ,*
Sordibus interiùs, fœdoque cadavere plenũ.

Accinit Sedulius lib. 5. *Carm.* vers. 29.

Non suscipit Christum, qui tantùm suscipit.

Suscepit: at socius cœnæ nullam mecum habuit societatem, quippe cœnam suscepit duntaxàt per susceptionem. Perperàm quibat esse ibi, unde cor longè.

7 In se reversus est prodigus, quia vexatione acquiritur intellectus; & ut posset pervenire in patris gratiam, cucurrit ad pœnitentiam. *Surgam*, dicit.

Luc. 15. 18 Nunquàm serò cognitio erroris, & amplexus pœnitudinis: in uniuscujusque voluntate est à crimine surgere. *Surgam*:

Cognitio erroris medicina erantis. ergo jacebat. Jam est sursùm, qui cognoscit lapsum. *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Plenè & planè recognoscet errorem, qui, vel offensum, patrem præ-

Mansuetudo præsidis, vel vindicis. cogitat patrem. *Surgens* (ait Evangelista) *venit ad patrem*: etenim nec veniret, nec perveniret, si non surgeret. *Venit ad pa-*

Vers. 20. *trem, cùm autem adhuc longè esset.* Audiunt absentes, quorum viscera pietatis. *Quomodò longè est is, qui venit?* inquirit

Chrysol. Chrysolog. *serm.* 3. Respondet: *Quia non pervenit. Iste qui venit, venit ad pœnitentiam, sed nondùm pervenit ad gratiam: venit ad domum patris; sed nondùm pervenit ad gloriam pristini vel habitus,*

Qui non habet gratiam non accedit vel præsens in Eucharistiam. *vel honoris.* Pristinus honor est mutuus respondens amor. Pristinus habitus est status gratiæ: & veniendo prodigus dicitur esse longè; siquidem estò astrueret ex adventu præsentiam, non pervenerat ad gratiam. Hæc designat præsentem, venientem ad convivium, benignè à patre misericordiarum suscipiendum. Sine illa excluditur qui accedit, quoniam in cibo pro utilitate nil accipit; igitur insiciatur præsentem, cujus in corde prospicit indignitatem: & longè prodigus veniens ad patrem describitur, etiam dum domum ingreditur; quippe licèt esset ibi, sine gratia in convivium quasi esset longè.

8 Deinde. Prodigus venit, domum pervenit; sed pater, quousque induatur, Vers. 22. & 23. filium, estò pœnitentem, in convivium non admittit. Cur non primùm mensa & lauta filio exposita, maximè si lachrymas ex imo pectore elicuerat pœnitentia, in quibus legebatur & mœstitudo cordis, & amaritudo contusi dolore pectoris? Astruere conatur præsentem, qui venerat; dum in convivium invitat. Sine veste, quæ *Constituitur præsentia duntaxàt gratiâ.* stola prima, abesset profectò gratia: & postquàm prodigum induit, in cœnam beneficus invitavit; quoniam sine veste gratiæ, esset in cœna, quasi non esset ibi: igitur societas in mensam, nequaquàm constituitur per præsentiam, sed per gratiam.

9 Sequuntur plerique prodigum in causa criminum. Jacent, sed surgere nolunt, vel quia patrem arbitrantur quasi non vindicem; vel quia nunquàm, ut pigeat, recognoscunt errorem. Mensæ sacræ haud lachrymis, sed audaciâ perfidè accedunt: corpus Christi ex mensa sumunt. At non sumunt, quia non veniunt. Non venerat prodigus, quia necdùm venerat ad gratiam: nec isti perveniunt, quia non veniunt aliquando in pœnitentiam. Sunt ibi, sed longè sunt; quoniam in peccatis cor: unde sine præsentia gratiæ *Audaciæ perfidi, sumentis indignè.* non sunt præsentes, vel in mensa conviventes; siquidem ibi non sunt; qui veniunt ad sacram mensam, sed qui perveniunt ad gratiam. Recipiunt & non recipiunt. Recipiunt in cœlesti sacramentali mensa, sed sine gratia: & non recipiunt, quia ibi non sunt, dum sunt ibi; igitur sine forma gratiæ, etsi ibi, quasi essent longè.

10 Alii receperunt, & alii receperunt: verùm *quotquot receperunt, dedit eis potestatem, filios Dei fieri.* Patet effectus, ut homo cognoscat, an accedat dignè vel indignè sacræ mensæ: igitur indignè profectò accedit, qui Christum suscipit in sacramento altaris, & fit sumptione filius perditionis. Verùm contemplare: *Potestatem filios Dei fieri.* Quo pacto habebunt hujusmodi potestatem? Gratiâ Ubi supr. *Habet homo per gratiam, quòd filius per Dei naturâ.*

sum-

sumptionis dignæ, accedente forma gratiæ. Christus est filius Dei. Apparuit similis, verè homo, cæteris hominibus, ut esset primogenitus in multis fratribus: unde per virtutem sacramenti, dedit eis potestatem filios Dei fieri; ut quod ille habebat per naturam, illi sacramenti vi nanciscerentur per gratiam.

Apoc. 22. 1. 2. 11 Joannes vidit lignum vitæ, symbolum venerabilis augusti Sacramenti, igitur fluvius, quo rigabatur, procedebat à sede Dei & Agni. Idem viderat Ezechiel, qui quidem arboris describens formam, Ezech. 47. 12. subdit: *Fructus ejus in cibum, & folia ejus ad medicinam.* Optimè lignum vitæ describitur, ut anima quo modo fructum comedat usquequaquè contempletur. Medicina signat vulnera: hæc peccata: & in hujusmodi sacramenti figura, signatur cibi ratio, & medicinæ; quippe *Non prodest cibus sacræ Eucharistiæ sine medicina pœnitentiæ.* non prodest cibus sine medicina pœnitentiæ. Iccircò lignum irrigat flumen, quasi indicans cordium dispositionem, ac vulnerum medicamen: equidem ut cibus alat, & anima dulcedine glisçat; pro abluenda sanie criminum, oculi elicituri flumina lachrymarum. Fructus, cibus, & medicina. Exponuntur effectus, modus & causa. Causa in fructu, cibus in modo, effectus in medicina. Dum demonstratur ex *Quomodò fructus, cibus & medicina.* altari fructus, etiam exponitur modus, ut prodesse possit uti cibus manducanti, si accesserit dignè: etenim si impurum pectus, quod sumitur non est cibus. Additur medicina, ut cibo æternitatis non langueat, sed floreat anima. Floret virtutibus: languet vel imperfectionibus. A fructibus morbus vel ægritudo cognoscitur: & cibus datur pro medicamento; quoniam si non valet, aut ægrotat, accipitur sine fructu. In exterminium infirmitatum accipitur nobilius sacramentum. Cibus est, dum manducatur in gratia: fructus, dum sumitur pro languorum medicina: medicina, dum noxa relegatur ab anima. Præut sumitur, valet; vel sumenti nocet: igitur si saucium, fastidiosum, aut indispositum pectus; neque medicina, neque cibus, neque fructus.

12 Ingrediente numine in Ulysis regiam, totius palatii subitò excitavit flammam, uti hìc diximus *Taut.9. Did.3.n.16.* *Ex igne olim adventus præfignabatur numinis.* ut per flagrantem lucidum ignem, cæteri agnoscerent numinis habitationem. Unde Telemachus dixit:

Homer. *Lucent, ac si ignis arderet.*
Certè valdè aliquis Deus est intùs,
Qui cœlum latum habitat.

Vide Homer. *Odyss.* 19. vers. 40. Ignem venit mittere Christus in terram cordium, maximè per venerabile Eucharistiæ sacramentum: patetque susçipientis pectus sine numine, ni ignis habitantis exardescat in pectore. A cibo, à fructu, à medicina, claret ardere, vel algere corda. Si fastidiunt, non est cibus; si delinquunt, non est fructus; si ægrotant, non est medicina. Deus est extrà: etenim solummodò, ubi charitatis, ac virtutum reliquarum ignis; Deum signatur esse intra penetralia cordis. Gedeon *dedit* militibus certaturis *lagenas vacuas & lampades in medio lagenarum.* Lagenæ exprimunt qualem pectora habitura dispositionem, ut absconditam in adversarios proferant lucem: igitur vel ad levissimum tactum, fulgurat ex abrupto lumen internum. Lampades militibus plenas splendore dedit: & vacuas dicit, pro modo susceptionis sacramenti, accedentium sacro altari: igitur dignè fons susçipitur claritatis, si pectora vacua vitiis. Haud dicitur militibus dedisse ensem; sed solummodò lumen: inimici sunt vitia, in quæ certatura totis viribus anima: lux typus est cœlestis cibi, latentis & splendentis in corde: & omittitur gladius, quippe Eucharistia gladius in inimicos. Observa. Fractis lagenis, & lampadibus coruscis, clamaverunt: *Gladius Domini.* Unde gladius? Ex luce fulgente. Gladius militantibus congruit, dum prælium imminet; vel ut inimicos trucident; vel ut imperfectiones ad certamina resecent. Haud aliter in sacramento, ut victor evadat homo: gladioque subitò conteruntur inimici, ex luce, ac numine habitantibus in corde. Si triumphat anima, & extruitur cœna redamatione mutuà. Sic Christus satiatur animà amantis, ubi susçipiens habet in medio cordis. Sic interiùs inhabitat, dum dici potest:

Judic. 7. 16. *Claret Deus in medio cordis igne charitatis.* *Corda plena Deo, si vacua peccato.* Vers. 20. *Eucaristiæ cur dicitur gladius?*

His amor unus erat. Virgil.

DIDASC. V.

Qui murmurat, loquendo latrat.

1 SÆPE in petulantiam erumpit malè dispensata libertas; unde specie virtutis profanatur religiositas. *Eversos* (ajunt, ut taxat taxantes Senec. lib. 1. de *Benef.* cap. 10.) *esse mores regnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne* Senec. *Obtrectatio specie reformationis.*

omne nefas labi. Vetùm quinam? Quinam isti? Boni? Sæpe vulnerant vulnerati: & evaginant linguam, quorum vita non solùm mala, sed nequam. Quiescant igitur probi mores, quippe carpunt improbi: & censurà plauduntur, dum damnantur. *Malè de te loquuntur, homines.* Respondet sibi interroganti Stoicus in *Florib. Malè loquuntur, sed mali. Moverer, si duo Scipiones ista loquerentur. Nunc malis displicere, laudari est. Non potest ullam auctoritatem habere sententia, ubi qui damnandus est, damnat. Malè loquuntur. Moverer, si judicio hoc facerent, nunc morbo faciunt. Non de me loquuntur, sed de se. Malè loquuntur: benè nesciunt loqui. Faciunt, non quod mereor; sed quod solent. Quibusdam enim canibus sic innatum est, ut non præ feritate, sed pro consuetudine latrent.* Hucusque Seneca. Judicium hoccine claret sine judicio, sine notâ nota, ultra censuram censura, exule infamia; quia obstructum est os loquentium iniqua. Ludibrium sunt candoris morum, & fiunt moribus vel depravatis ludibrium. Censuram virgâ directionis curvâ evomunt, virus effutiunt, non ut censeant, sed ut rideant: igitur modò inurant loquacitate notam, præcipitant amicitiam. Canit Horatius, lib. 1. *Satyr.* 4. 34.

Solamen afflictorum à murmure.

Seneca

Descriptio detrahentium.

Horat.

—*Longè fuge, dummodò risum*
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico,

Exod. 25. 20.

Longè profectò abesset murmuratio, si adinstar Cherubinorum se respicerent mutuò.

Genes. 45. 12.

2 *En oculi vestri vident, quod os meum loquatur ad vos*: dixit fratribus ex amicitia Joseph. Ore utique fit locutio: quorsùm igitur in locutione oris signatio? In discrimen arbitror ex corde loquentis, & perfidi detractoris: igitur dum verba ore rabido format, loquendo latrat. *Circumdederunt me canes multi*: inquit David. Quinam hi canes? *Homines impuri & impudentes*: subdit Genebrardus hìc. Homines? Utique, convertuntur in canes: siquidem ubique nocent; cùm os non aperiant, nisi ut mordeant, vel ut latrent. Canes fiunt, ubi verba, quæ solùm data rationalibus, proferunt: etenim evomunt voces, ut pateant dentes; quippe quàm si ab effectu liquet natura, & rationalis indicatur per verba; detrahentium voces morsibus signant, non esse homines, sed canes. Obiter nota: *Impuri & impudentes.* Sæpe humiliantur, quia aliquomodo deviant, ni malè operantes malè audiant. Vel Ethnicus Prolog. in *Andria*, v. 22. infit:

Cur canes?

Pslam. 21. 17.

Genebr.

Vel latrant, vel mordèt.

—*Ut quiescant, porrò moneo, & desinant*
Maledicere, malefacta ne noscant sua.

Terent.

Unde ut notetur audacia & inverecundia; proponuntur simul vitæ impuritas, & frontis, adiatrephia: siquidem sæpesæpius impudentes, quorum praviss imi mores. Canes prorsùs sunt, negliguntur uti canes, latrantes Lunam: & vel conscii criminum præ se ferunt pervicaciam; quoniam modò mordeant, & latratu loquantur, negligunt quod lacerentur.

Sæpe audaciores qui moribus pravis.

3 Suo damno expertus Psaltes Regius clamat: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam: salva me ex ore leonis.* De hominibus maledicis loquitur: ideo canum adinstar designantur. Cæterùm quid telum cum morsu canum? Quid lanceæ vulnus cum loquela hominum? An quia minimè loquuntur, nisi saucient? Quasi tela verba vibrant, loquentes vulnerant: & in detractoribus canis lingua dicitur acuta lancea; quippequàm etiam leve proferentes verbum, usque ad animam pravè perducunt contum. Hispan. *Quando comienzan à hablar, meten la lanza hasta el regaton.* Nullum constat discrimen inter detrahentium verba, & lethifera acutissima pila: igitur indicat ex vulnere sanguis, hastis abuti pro verbis.

Psalm. 21. 21. 22.

Loquentes sauciant.

Hastis utuntur pro verbis.

4 Deinde. In his hominibus & proponitur militaris lancea, & canis lingua. Lancea destinatur in vulnus: canem designant latratus: & appositè simul lancea & canis designantur; quia detractores vel latratu percutiunt. Latrant: & si minimè latrent, etiam vulnerant: unde in symbolum vulneris ostenditur lancea & canis; quippe tela sine strepitu infixa in corpore manent, & canes nisi latrent, silentio mordent. Lancea & canis. Caveant ergo à canibus innocentes: igitur vel patulo in plausum ore, mordent blandimine. *Animam* dicit Propheta: idest, honorem & famam, æquè ac nominis gloriam. Attamen mentem pungit, investigare quo stylo cordis punctionem ostendit. Si timet propriam à delatoribus deturpari famam, designet canum oblatrantem linguam. Quare igitur dum cavet gloriæ à detractore periculum, non abominatur canis linguam, sed solummodò manum?

Cessant à latratu in morsum.

Anima pro honore & nominis gloria.

5 Nova luce illustranda auctoritas, ut detrahentium prænotescat malignitas. Per manus designatur fides. Vid. Pier. Va-

Manus symbolum fidei.

Valerian. *lib.* 35. *cap.* 25. Unde Virgilius lib. 4. *Æneid.* v. 307. & 597.

• Virgil.

Noster amor, data dextra.
En dextra, fidesque.

Per linguam signantur sermones: & non formidat linguam, sed manum canis, ubi patitur obtrectantium linguam, jugulantem perpetim glorioſissimam famam: etenim uti canes, ampliùs exacuunt dentes, dum suspicione nulla firmatur fides. Non dentem timet, sed manum, ubi canem nullatenùs suspicatur inimicum; igitur laceratione potiùs timendæ, sub specie & velamine amicitiæ.

Perfidiores fide fiunt detractores.

Horat.

——*Absentem qui rodit amicum,*
Qui non defendit, alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum, famamque dicacis,
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est. Hunc tu Romane caveto.

Officia illorum.

Accinit ubi supr. Horatius à vers. 81. Solem absentem fatentur. Solem? Utique, sed patientem eclipsim. Erit Luna? Continuò deficit. Erit astrum? Noctu solummodò lucet. Lucerna? Exiguè micat. Ignita exhalatio? Evanescit fulgor, dum demonstrat. Fulgetrum? Citò transit. Fulmen? Vel lucendo percutit. Quid ergo erit? Profectò nihil, estò plaudatur spectaculum orbis. Liberet nos Deus ab hujusmodi linguis, ab hujusmodi canibus, ab hujusmodi dentibus.

Omnia rodunt.

Ubi supr.

6 Iccircò subdit idem Vates: *Et ex ore leonis unicam meam.* Nonne Princeps inter feras? Ideo magis ac magis formidatur voracitas: quandoquidem nihil turpius, quàm princeps maledicus. Patet nanque turpidini, fœtido ore. Præterea. Illicò ut ore tangit pecudum, halitu mutat pari sanguinis colorem, ita ut cruor convertatur in saniem: & ab ore leonis efflagitat liberari, dum famæ bonæ integritati incumbit; igitur vel purissimus sanguis in ejus ore putrescit. Aliter cogitat Chrysostomus hìc. *Hujus bestiæ reliquias* (inquit) *à cæteris animalibus respui, ob gravem in eas inspiratum odorem.* Devorat pecudem leo discerpendo prædam: haud satis illi, vel innocentem amisisse vitam. Reliquias dispergit sed devorandas, quin valeat satiari reliquorum animalium aviditas: siquidem licèt ferreus adsit stridulus dens, propter fœtorem assumi nequeunt in os. Tangi carnes ore leonis, idem est, ac putrescere carnes: & ab ore leonis Psaltes Regius liberari desiderat, ubi vitam immaculatam subditis studiosè demonstrat: igitur sufficit, quòd ab illo in ore sumatur, ut etiam optimum usque ad corruptionem inquinetur. Nihil in leonis ore, quod non putrescat. Omnia coinquinat. Vernaculè: *No ay cosa en el mundo, por buena que sea, que no se apeste, si la llega á la boca.* Omnia destruit, cuncta proscindit, cuncta mordet, cuncta secat, cuncta vorat, quin viscerum putredine, incorruptum vel optimum sit in ore.

Nihil turpius, quàm Præses maledicus.

Chrysost.

Quicquid dens murmuratoris tangit, statim putrescit.

Nihil sine putredine in ejus ore.

7 Ne serpat istiusce modi toxicum, projici jubet Legislator N. Benedictus extra Monasterium. *Ante omnia* (inquit *Regul. Sanct.* cap. 34.) *admonemus, ne murmurationis malum pro qualicunque causâ in aliquo verbo, vel significatione appareat. Quod si deprehensus fuerit quis, districtiori disciplinæ subdatur.* Videatur Bernard. in *Sentent.* seu *Florib.* Exponit mettricè Bugnotius:

• S. Bened.

Attamen à cunctis tunc vel leve murmur abesto:

Bugnot.

Hæc quem culpa nota, pœna severa domet.

Consule etiam Bened. Heftenum in *Catechism.* part. 1. disq. 7. Verbum vel leve prohibet, ne Monachi convertantur in canes, vel verbis appareant leones. Canes dentibus demonstrantes rabiem: leones verò ore proferentes pestem.

Quantum malũ, maximè intrà Monasteriũ

8 Speculatores Israël appellantur à Propheta *canes muti non valentes latrare.* Isai. 56. Cor eorum vanum est: Omnis iniquitas oppilavit os suum. *Non dixit, Non volentes, sed Non valentes, quia certè dum mundi gloriam ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & virtute diligunt; vellent populo sublimia dicere, ut etiam de sublimitate verbi possent gloriam habere. Canes ergo muti volentes latrare, non possunt: quia dum pravo corde terrena meditantur; occulta veritatis quæ proferant, revelatione nullâ comprehendunt.* Hactenùs Gregor. Magn. cap. 4. in 1. *Regum.* Perperàm aperiet os suum in fuganda scelera, qui animitùs fovet vitia. Optimi sanè sermones, vita regentis.

Greg. M.

Qui fovet vitia, fugiat virtutis elogia.

9 Per canes mutos, latrare non valentes intelliguntur meritò detractores: igitur horum canum patebunt ora clausa, projecta aut objecta offa. Non possunt latrare, ni pleno ore: siquidem erunt potentes, modò famen patiantur ut canes. Epiphanius autem *Hæres.* 78. innuit his canibus non tantùm obumbrari detractores; sed his moribus insignes, quos primùm taxat Benedictus ubi sup. dicens: *Qualicunque causâ in aliquo verbo*: peritos

Cur detractores dicuntur muti canes, si latrant detrahentes?

verò in hujusmodi arte, per ly *Significatione*: etenim quasi non sufficerent in morsum dentata verba, latrant & signa. Canes cum adiguntur in rabiem, latrare non possunt,& in dominum æquè ac furem furore rapiuntur. Sine indice furoris infigunt dentes,& vulneribus solùm cognoscitur rabies. Non secùs qui naso adunco, & ore nigro cuncta notant,cuncta latrant: siquidem insignes detractores uti rabidi canes, non tantùm latrant verbis, sed etiam signis, recludentes metu vocem, & proforentes silentiosè rabiem.

Quando rabiem demonstrant?

10 Signat Sapiens horum conditionem, & virulentam silentio loquacitatem. *Mutos serpentes*, dicit. Quinam serpentes loquaces? Detractores: equidem ut loquaces, verbis infigunt cuspidem, dedecorantes honoris circunspectum auctoramen; ut serpentes, sputo vibrant venenum, & etiam muti imitantur callidè colubrum: igitur signis loquentes, minimè ostendunt signa, sed præsentanea toxica. Loquentes sunt leones, vel canes, verùm taciti, serpentes: quandoquidem ita efficax silentiosa lingua, ut etiam signis ejaculentur venena. Signat vel Ethnicus de *Art.* lib.2. v. 505.

Sap.11.16 *Cur serpentes loquaces?*

Ovid. *Taciturna silentia vitet.*

Sunt silentia dicacia, quippe loquuntur signa: meritòque assimilantur serpentibus mutis, ubi sibilus pro verbis; quippequàm etiam cùm non loquuntur, toxica vomunt. Nescio an obliquè cogitem. *Serpentes mutos.* Lethales sunt serpentes,cæterùm muti nocuiores. Pessimi serpentes, quia linguæ cuspide cuncta corrumpunt; sed ut serpentes fugantur. Muti autem nequiores, quia aconita cognoscuntur, sed non serpentes: etenim patent vulnera, & non arcentur venena, quia latent labia dolosa.

Loquuntur signis,& inficiunt non loquentes.

11 De serpente, qui versutè perdidit protoparentes, refert Josephus in paradiso locutum,sed pro eloquio Deum illi pòst indidisse venenum. *Serpenti* (inquit) *vocem ademit, iratus Deus ob malitiam, qua erga Adamum est usus, venenumque linguæ indidit: ad hæc pedibus privatum trahi per terram, ac serpere fecit.* Ita lib. 1. *Antiq.* cap. 1. De pedibus plura diximus *Tom.*1. *Tautolog.* 2. *Didasc.* 11. num. 6. & *Didasc.* 12. num. 3. Modò de lingua, cui vox jurè adimitur; qua satius, quòd conticescat, quàm quòd venena loquatur. Melius sanè malum taciturnitatis, quàm virulenta locutio serpentis: etenim qualemcunque protulerit vocem, nunquàm nisi audientium perniciem. Aliter contingit inter detractores; acuerunt linguas suas sicut serpentis. Habent voces in expressionem pravarum cogitationum, & etiam habent virus putridorum viscerum. Inficiunt cuncta, estò bona, lethali linguâ: nocent oculis, nocent auribus, nocent cordibus: equidem nullum in illorum lingua verbum, quod pectoris virulentia non sit toxicum. Sibi non nocent, quippe substantia virus. Extinguitur sine veneno virulentus. Saturantur verbis;sed non vel voce loquuntur, ubi illorum audiuntur infectæ voces: quippe pro verbis in lingua, insunt adinstar serpentium validissima venena.

Genes.3.1. Joseph. *Cur serpenti datū pro voce venenum?*

Vel verbum detrahentiū patet toxicum.

12 Astruit Regius Prophetes. *Effabuntur,& loquentur iniquitatem. Loquentur omnes,qui operantur injustitiam?* Ambigit quod supponit? Ipsemet verba & affluentia illorum labiis concedit: quo igitur pacto non erunt in vocibus voces, neque loquentur loquentes? Perstringitur maledicorum audacia, & simul ostenditur impudentia: siquidem magis detrahunt moribus, qui oppleti vitiis & iniquitatibus,vitam carpentes honestam,qui operantur injustitiam. Non utcunquè loquentibus inficiatur vocem, sed duntaxàt loquentibus iniquitatem: etenim cùm ex abundantia cordis os loquatur; & non sit vox, si voce venenum ab ore spuitur; non sit locutio in ipsa locutione, neque auditur verbi:quippe dum hiscunt detractorum labia,quæ voces exaudiuntur, patent venena. Non loquitur serpens, qui sentitur ictu, & morbido: quæ venenosa, dici non potest locutio: unde à loquentibus iniquitatem, adimit Propheta vocem; quoniam vel loquax nullum loquitur verbum; qui tanquàm serpens vomit pro vocibus toxicum. Hinc frequens phrasis Scripturæ, dum exordium signatur sermonis, ut observavimus in *Exposit. Lit. Taut.* 3. *Aperire os suum.* Job.3. 1. 2. Daniel. 3. 25. *Locutus est ore suo.* 3. Reg.8. 15. *Psalm.* 21. 8-38. 5-58. 8. Os proprium dicitur in bono apertum,ad discretionem oris obtrectantium: igitur cùm illis videtur aperire ora, patent serpentis, dæmonisve aperta labia. Claret venenum: sepulchrum patens est guttur eorum.

Pſal.93.4. *Quorū graviores iniquitates ferè impudentiores.*

Illorum labia serpentiū lingua.

Job.3.1.2. *Eorum labiis dæmonis sedes.*

13 Medicamen judicatur difficile. Mali sunt homines, qui de bonis dicunt malè.

Bona bonis ferri reor, ut mala malis;
Ut qui mali sunt, habeant mala:

Quī

Plaut. *Qui boni bona. Bonos quos oderint mali,*
Sunt mali. Malos quos oderint boni,
Bonos esse oportet.

Ita Plautus in Prolog. *Pseudol.* à v. 2. Hinc radix iniquitatis, & fomentum detractoribus, quia probi contrarii illorum operibus. Serpentia quæ venenosa mutuò degunt sine læsione: ubi innocua, exacuitur virus linguæ: igitur ita venenum amicum, & in innoxia implacabile odium, ut interficiant, vel interficiantur. Os habent & non loquentur. Venenosa locutio, venenum est, & vocis imago. Canit Crucius in *Psalm.* 113.

Os habent, & loquentes non loquuntur.

Ludovic. Cruc. *Stant signa rubris oribus aurea,*
Nictant ocellis æmula vividis,
Sed nec profari, nec tueri
Ars hominum dedit ulla.

DIDASC. VI.

Index tyrannidis taciturnitas virtutis.

1 TYrannis utique, ubi quis nequit liberè loqui. Quid, ubi non licet virtuti?

Ovid. *Jura sui mœrens, inconsolabile vulnus*
Mente gerit tacitâ, lachrymisque absumitur omnis.

Succinit Ovidius lib. 5. *Metam.* fab. 6. Non congruit regimini præbere linguis omnimodam libertatem, neque has habere omnimodam servitutem: igitur libertate fovetur pervicacia, quæ parrhesia: servitute verò virtutis, & veritatis inopia; qua Superioris tyranni propudium, sicut parrhesia auctoritatis opprobrium. Medio tutissimus ibis, ita ut prudenter devoretur injuria, quin devorationem indicet querimonia: aliàs si erudescit furor, sensibilior injuria in querulum irrogatur. Chordæ percussæ resonant, resonantes clamant: & ut iterùm clamantes percussarum arte emittant sonum; studiò repercutiuntur. Minimè fides digiti læderent, ni tactæ vividè resonarent. *Non sentire mala sua, non est hominis* (ait Seneca de *Consolat. ad Polyb.* cap. 36.) *& non ferre, non est viri.* Sentienda est injuria; sed cavendum, ne hiscant labia: igitur coram tyranno, & furente, nefas vel loqui.

Ut clareat regiminis speciositas, linguis, nec servitus, nec omnimoda libertas.

Unde tyrannis?

Senec.

Coram tyranno offendit locutio.

2 *En oculi vestri vident, quod os meum loquatur ad vos*: dixit fratribus in Ægypto Patriarcha Joseph. Signum libertatis loqui labiis, & non oculis. Plura Josephus dira & dura toleraverat, sed cui referret pro compassione in solamina, non erat. Advenerunt fratres: retulit, exaltationem post tribulationes dixit: & pro indice benevolentiæ regis, & juxta legem rationalis regiminis, astruit ore ad illos loqui; quoniam tyranno coram neque os licet aperire. Mala tulit & pertulit, ut vir magnanimus. Coram fratribus candidè nudavit pectus: quod sanè, estò pro virtute, esset periculosum; modò regimen tyrannicum: igitur cogitatur uti maxima injuria, etiam pro solamine, vel præteritorum aperire labia: *Noverit enim se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem*: dicit Superiori SS. Monachorum Pater & Dux Benedictus, cap. 27. *Regul. Sanct.* ubi Bugnotius:

Geneſ. 45. 12.

Neque os licet aperire.

S. Bened.

Infirmoque præire gregi non ambigat Abbas,

Bugnot.

Nec patris imperium dira tyrannis erit.

Pro *Respiciant se mutuò* Maluenda legit, ut vidimus: *facies, vir ad fratrem suum.* Hæccine figura est Superiorum forma, quam pingit studiosè prudentia. Debet subditus respicere Superiorem, ut Cherubin: Superior subditum uti fratrem: mutuaque exponitur respicientia; ut in utroque sint præclarissima munera: evanescit auctoritas Superioris, si sepelitur reverentia fratris: vergitque in tyrannidem subditorum, quod eligitur auxilium; igitur summa tyrannis, subsistentes in miseriis, non posse in querimoniam hiscere labiis.

Exod. 25. 20.

3 *Laboravi in gemitu meo.* Exclamat ita David oppressus, & inimicis vallatus, non rege Saule, sed regnante; & virtutem subditi, de se ac regno præclarè merito immeritò persequente. Gemitus oriuntur ex animi amaritudine; hæc ex dolore, qui quidem gemitu, etsi tacitè explicetur, profecto refrigeratur: quippequàm suspiria à natura conceduntur in afflictionis solamen, estò signent afflictionem. Quo igitur pacto unde cordis levatur amara compressio, orietur cordis afflictio?

Psal. 6. 7.

Suspiria undè molestæ.

Nulla flendi major causa, quàm fiere non posse.

Senec.

Inquit Cordub. Stoicus in *Sentent.* Qualibet actione, vel omissione, quantumvis probus displicebat Sauli, qui fastiditus, & pertæsus, odio imperante, captus apparebat mente. Quodcunque faceret, vel non faceret, oderat: & ita vel memoria pectus regis perculerat; ut si abesset, esset morte dignus; si adesset, esset lanceà perfodiendus. Si fugiebat, calumniâ petebatur; si coràm apparebat, periculo capitis infeliciter adstabat. In cunctis Principem of-

Status perplexitatis quàm gravis subditis!

fendebat. Etiam scuta virtutis probris exponebantur & lanceis. Gemendum erat, sed tacitè, ne gemitus audirentur à Saule: laboratque tot malis afflictus gemitu, quo à corde removetur afflictio; quoniam maximum doloris in cordis amaritudine, nec posse gemere.

Ultimum mali, non posse flere.

4 Aliter. Evanescunt dolores, licèt viscera pungentes, aëris vicissitudine in gemituum emissione. Qui verè Rex, dolorum etiam causam à subditis removet: at si affligi congruit, gementibus ultrò indulget. Tyrannus verò cùm quærat crimen, ut pœnà subditi dolere possint, inhiat vel voci querulæ, inhiat gemitui, quia arbitratur injuriam etiam gratis patientium querimoniam: laboratque dolens David ipso in respiramen gemitu; degens regnante tyranno, cui videbatur execrabile crimen, dolentes gemitu explicare dolorem. Omnem lapidem movebit in pœnam, quisquis in regimine pro ratione fovet iram. Placet justorum tormentum, & genio sunt cruciamina lenocinium; quia virgam non habent, ut subditi vitam habeant, & abundantiùs habeant; sed ut furentur, & mactent, & perdant. Cogitant vitâ mori in perpetua amaritudine, omnique destitui levamine, ut grave sit gravissimum malum, dum solamen convertitur in tormentum: igitur si non habent afflicti, potiuntur voto: si habent, erit major afflictio: quippe si gemitu levatur, ac respiratione minuitur; munus est in tyrannico munere nec afflictis sine causa respirationem concedere.

Nec dolore exprimere.

Nec respirare.

5 Cum olim lex esset tyrannorum voluntas, vagabatur undique hujusmodi nefas: inter pessimos Christianos fit arte, quod antiquitùs astruebatur Principis libiti lege. Manet entitas, manet ultionis voracitas; sed quia innocentia legibus munitur, ut cor exutà humanitate sacietur; mutatur embolio species velamine legis, vel larvà pulcherrimà religionis.

Præses tyrannus qua arte geminat afflictorum gemitus?

Exigis ut nulli gemitus tormenta sequãtur,
Acceptoque gravi vulnere flere vetas.

Ovid.

Strangulat inclusus dolor, atque cor æstuat intus:
Cogitur & vires multiplicare suas.

Deglutiendæ amaritudines, ne fiant majores.

Accinit Ovidius lib. 5. *Trist.* Eleg. 1. n. 51. & 63. Deglutiendæ sunt injuriæ, ne fiant majores; igitur sentire tormenta, sunt proposita tyrannidis. Plura urgebant, cor in voces & clamores fodicabant: & tacet, ut silendo minus toleret. Mala usque in cordis suppressionem gravant: magis quàm ictu, silentio præcordia vulnerant. Labore ingemiscit, sed gemitu Prophèta plus laboravit; ubi ne gravius laboraret, repressit: quoniam diriorem experiretur tyrannidem, modò auderet gemitu indicare dolorem.

6 Instar Mezentii sævitiæ, respiratione suffocantur infelices, igitur expirant gemitu respirantes,

Mezentii sævitia.

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora:

Virgil.

Tormenti genus: & saniæ, taboque fluentes
Complexu in misero longa sic morte necabat.

Ait Virgilius lib. 8. *Æneid.* v. 485. Ecce gemitus laborem, ubi pectora premit dirum cruciamen. Spiritus est necessarius ad vitam, igitur in respiratione consistit. Levat dolorem, qui respiratione gaudet: & in exemplum sævissimæ crudelitatis, mortua corpora conjunguntur vivis; ut moriantur respiratione, qua vivunt: siquidem quod habetur auxilium patet, venenum. Mala cor opprimunt, meatus spiritus occludentia; quippe dolor comprimit extensa præcordia. Dolor, ut temperetur, quærit exitum; igitur spiraculo levatur, maximè dum suspirium aëra rumpit, vel gemitus dolorem internum silentio excutit. Ubi gemitus major vulnere, est gravior medicina dolore; quoniam mors invenitur, quo vita ducitur: jungiturque tabes & pestis vitalitati cordis; ut constet quantum ingenium tyrannidis: igitur spectaculum crudele, vitalitate, ac respiratione mori. O pessimæ indolis diabolica cogitatio! Nec respirare sine capitis periculo! Nullum querelæ murmur? Nullum: periclitabitur, si vox auditur: nec suspirium, neque vox, nec vox suspirii: etenim si tacet, suffocabitur dolore; si gemit, gemino clamabit vulnere.

Quomodò afflicti expirent respiratione?

Unde vulneris gemitus major vulnere?

7 Hinc infit Propheta: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Noctu plorat? Illum imitata Jerusalem in dura captivitate. *Plorans ploravit in nocte.* Aptè, ne viderent inimici: igitur vel reprimerent, ut magis corda dolerent; vel amaritudines inferrent, ut abundantiùs plorarent: quippequàm acuit mortificandi cupidinem, scire à lachrymis ictos sentire dolorem. Nocte plorat Prophetes, & nocte etiam plorant ruinæ civitatis, ut plorantes non laborarent gemitu, cùm respirando gauderent auxilio: etenim inimici summà crudelitate, nec concedebant flere.

Ibid.

Thren. 1. 2.

Invitat in tormenta tyrannidem, scire sentiri dolorem.

8 *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plora-*

Jerem. 9. 1.

rabo : ita optat Jeremias. Aquam origini, ne siccarentur occulorum fontes ; siquidem tantæ calamitati congruunt perennes. Lachrymas invitat vulnus intimè inflictum: at mirùm sanè, quòd petat in fletum. Non erunt lachrymæ, ni guttatim oriantur ex cordis origine, & luminum fonte. Quare igitur si flet, quia lachrymas habet, optat lachrymas, ut ploret? Quia tyrannis inimicorum etiam arcebat ab oculis fletum. Intendebat inferre, urgens in lachrymas, acre tormentum, sine auxilio lachrymarum. Constat quantus dolor ex vulnere; ubi solamina, flere: & dum lachrymas calidas cruciamen excitat, plorare exoptat; quoniam dira tyrannis, nec lachrymari indulgebat afflictis. Impetu cor liquefactum dolor ducebat ad oculos, sed lachrymæ informes minimè obtinebant exitus ; equidem propter tyrannidem, exitus aquarum in sitim. Augeret pœnam, si præsentiret lachrymam. Ni haberet, doloribus acrioribus excitaret. Utrinde periculum, sed majus ex tormenti lachrymis indicare tormentum : & lachrymas desiderat in fletum Vates sacer in tanta amaritudine, ut possit tutò tot dolores deductis lachrymis flere : igitur sapit, ne crescat cordis cruciamen, qui neque per indicem vult explicare coràm tyranno dolorem.

Majus tormentum sine auxilio lachrymarũ

Et flere sine fletu.

9 Plerique, quia claudicant in hujusmodi semitis, fiunt scopus sagittarum tyrannidis. Exitus acta probant, quia vulnera vulnerati non declinant. Astomorum adinstar (de quibus Plinius *lib. 7. cap. 2.*) debent esse afflicti, scilicèt, sine ore; quippe lethale vel os aperire : quandoquidem malè affectus, qui ex regimine tyrannus, intendit aliquod verbum, ut vibret jaculum. In libro oblato Ezechieli, *scriptæ erant lamentationes, & carmen & væ* : Non solùm ostenditur cruciamen, sed afflictionum volumen : & devorari ab illo jubetur, ut minus doloris in dolore sentiatur: etenim solamen magnum afflictis devorare etiam lamentationes. *Viscera tua* (subditur) *complebuntur volumine isto: & comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce.* Dulcedo exponitur cruciaminum, exacerbantium stomachum? Sanè. Emergit dulcedo, etiam dum viscera comprimit amaritudo ; siquidem acrimonia subtrahitur doloribus, modò lamentationes altè sedeant in visceribus. *Lamentationes & carmen & væ. Væ* index est infelicitatis, *lamentatio* urgentis doloris, *carmen* exultantis pectoris ; & indicatur qua prudentiâ fiat vel amaritudo dulcis: siquidem ut fatiscat infelicitatis afflictio, nulla appareat in ore lamentatio : longè sint querimoniæ propiâ tyrannide ; quoniam vertuntur dolores in dulcedinem, modò dolentes & intimè, lætam ostenderint faciem. Hispan. *Tragar con disimulo la ofensa, mostrando à todo una cara de risa.* Hinc mittitur *ignis in ossibus* Jeremiæ, ut illum *erudiret* in perferenda afflictione. Ignis includitur ossibus, & prodest incluſus. Aggeraret dolorem, modò vel lachrymis bilis latentis ostenderet ignem. Vel ustus tacet, & ne plus doleat, dolore nec dolet : igitur summa prudentiæ, etiam ustiones tolerare festivè. Vernaculè vigilanter : *Se acreditan de prudentes, haciendo donayre, aunque se oygan quemazones.*

Quo pacto iræ declinãdæ Præsidis malèaffecti.

Ezech. 2. 10.

Suffocanda vel suspiria. Ibid. c. 3. 2. 3.

Facies sit læta, esto vis cera torta.

Tren. 1. 13.

Summa prudentiæ, dolores ferres festivè.

10 Etiam ex Ethnicis exponimus documentum. Quod caret remedio, fiat tyranno lenocinium. Vide quid fecerit Pastor, interfecto filio à Caligula, cultioris capillitii causa, apud Senecam de *Ira* lib. 2. cap. 33. Quid Præxaspes cum Cambyse, coram patre filio palpitante. *Ejus rei laudator fuit, cujus nimis erat, spectatorem fuisse*: infit idem ibid. *lib. 3. cap. 14. Meritò potest dici, devorasse verba : nam si quid tanquàm iratus dixisset ; nihil tanquàm pater facere potuisset.* Quid denique Harpagus Regis Persarum in mensa, condens viscera chara viscera. Ibid. *cap. 15.* Perpessa cuncta, sed ab afflictis nec audita querimonia, imò prolata in percussorem blandimina : etenim afflictus si concipit corde aut facie dolorem, tyrannus pariet proculdubiò iniquitatem; quia vel justam querimoniam, ductus imperio, arbitratur injuriam. Suggerit Ovidius lib. 5. *Trist.* Eleg. 1. v. 49.

At poteras sanè, meliùs mala ferre silendo:
Et tacitus casus dissimulare tuos.

Ubi nullum remedium, fiat afflictio inferentis lenocinium. Senec.

Vel querela indicatur injuria.

Ovid.

Non ultrà procedit indignationis amaritudo, si compescitur silentio. Audiatur etiam metricè Seneca in *Medea*, Act. 2. vers. 150.

Sile obsecro, questusque secretò obditos
Manda dolori. Gravia quisquis vulnera
Patiente, & æquo motus animo pertulit,
Referre potuit. Ira quæ tegitur, nocet.
Professa produnt odia vindictæ locum.

Amaritudo compescatur silentio.

Senec.

11 Ratio etiam prudentiæ suffragatur. Magis quàm ab ictu, quisque à se apprehensione percutitur. Non est qui lethaliter sauciet, si se non percutit : igitur quæ punctio levis unguis aut acus, propriâ ponderatione lethale ostenditur vul-

Injuriam non tolerabit, qui non concepit.

vulnus, cujus voluntarium cruciamen, quippe multoties præter inferentis intentionem. Preme ergo. Vel est ultra intentum, vel habet indignatio afflictionis propositum. Si abest, cur lacessitur à semetipso animus, quasi pateretur vulnus? Si adest, conatus inferentis frustratur, ubi amaritudo illata simulatione deluditur: at si exprimitur lachrymis, complacet sibi tyrannus de acerbitate doloris, & voluptuosè potitur voto, igitur sentitur proposita amaritudo. Patientis tormentum fit inferentis meditatum gaudium: evanescuntque vota, ubi malum perfertur sine querela: quandoquidem sibi tyrannus sumit, ubi cui objicitur, meditato non accipit. Sese signabit fatuum, quisquis quò candet, acceperit ferrum.

Argumenta prudentiæ pro toleranda afflictione.

At mala sunt, fateor: quis te mala sumere
Ovid. *cogit?*
Aut quis deceptum ponere sumpta vetat?

Modulatur Naso ubi dudùm v. 69. Arte utendum, ut amoveatur dirum. Qui quærit afflictionibus ansam, etiam apprehendet querelam. Ut fugillet, patientiâ indignationem fovet. Quia fecit injuriam, faciet: at si senserit dolorem, etiam augebit.

Malignitas odii dominantis.

12 Hujus practicæ tyrannidis execrandum insigne videtur in Pharaone. Opprimere conatur sapienter populum à Deo electum, quoniam habebat dominium. Ecce sapientia humana: oppressiones subditorum & tundere virgâ. Opera imponunt, non ut occupati munere degant, sed ut affligant. Super opera (quæ non occupationes, sed onera gravissima) laborantibus illudebant. *Affligebant illudentes eis.* Onera graviora sunt ludibria: verùm fatale regiminis signum, ubi præsides operum rident de operibus laborantium, & gaudent auctoraminis dignitate; impertransito labore. Serpit quocunque regimine in ruinam pestis; ubi à desidibus illuduntur laborantes: equidem sedent, & sedendo affligunt, qui imperant, dum allii laborant: perpetiuntur onera, tam ab operibus, quàm ab otiosis præsidibus; etenim tantùm cogitant, qua arte subditos laborantes affligant.

Exod. 1. 10 *Ars & industria.*

Vers. 11.

Vers. 13. *Occasio ruinæ præsidibus, illudere laborantibus.*

Vers. 14. *Ex patientia, horum excandescit ira.*

13 *Ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris.* Filii Israël devorarunt dolores, quin cordium exprimeretur angustia, etiam levi querimonia. Queritur Rex iniquus, quia non queruntur; & ex patientia, non esse afflictos juxta votum, arbitratur. Superimponit onus, tuncque in querulas modestas voces erupit pectus. Quid Rex? *Præcepit ergo in die illo præfectis operum:* Exod. 5. 6. 7. *Nequaquàm ultrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut priùs: sed ipsi vadant & colligant.* En tyrannis. Si subditi respondent muneri, graventur: sin autem, quia impossibile, plectantur. Errabunt quoquo latere miseri, tyranno præside: igitur flagellis rumpentur, licèt pro muneris exactione rumpantur. Nonnunquàm pœnas luent, velint, nolint. Regis intentum erat pravà affectione, oppressio & afflictio laborantium subditorum. Haud tristitia afficiantur, quiqui adinstar horum persecutiones patiuntur. Affligunt præsides, sed tunc afflicti *ædificaverunt urbes.* Mirificum exemplum. Dum præsides injustè subditos gravant, exornant: subditique non solùm ædificantur, sed etiam ædificant. Pœna excitat clamorem, ut perveniente ad Principis aurem, adsciscat cordis commiserationem. Pharaö audire cupiebat, non ut removeret, sed ut gravaret; quia ejus pectus durum, inhumanum non satiabatur pœnis subditorum. Non excogitat qua arte posset suffocare vitam; & invenit afflictorum querimoniam: equidem illicò ut audivit populum labore gementem, dolorem addidit super vulnerum dolorem.

Et gravat onera.

Ibid. cap. 1. 11. *Quantum afflictionis momentum!*

Tyrannus nunquàm satiatur pœnis subditorum.

14 Ita populi afflictio, quam nequibat levare lamentatio. Queruntur de Moyse & Aäron in ejus libertatem missis, oblità in pressura tyrannide regis. *Præbuisti ei* (dicunt) *gladium, ut occideret nos.* Ibid. cap. 5. 21. Gladius à liberatore, & auspice? Utique. Ab assuetis non fit passio. Haud noviter rex nocebat; quoniam jam nec populum cogitabat: & afflicti dicunt, gladium regi oblatum, ubi ejus memoriæ objecerunt fratres populum; quoniam ut penitùs amitteret libertatem, memoriâ aggravavit compedem. Toleret prudentia, quod lubrica cæcè disponit fortuna. Si tyrannus nocentem affligit, cedendum sanè justitiæ: si innocentem, etiam cedendum est sorti: igitur ut ait Plautus in *Casin.* Act. 2. scen. 4. vers. 4.

Punit ut culpam, afflictorũ querimoniam.

Stultitia est, ei esse tristem.
Cujus potestas plus potest. Plaut.

TAU-

TAUTOLOGIA DECIMAQUARTA.

DEUS MISERICORS, ET CLEMENS, PATIENS, & multæ miserationis.

Exod. 34. vers. 6.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 QUI pronus ad clementiam placari satagit, vel irà percitus. Olim quærebat amor, queis præpediretur furor in audaces jurè accensus, etiam inter homines votiva vincula; ut ille vinceret victo justitiæ acutissimo gladio, quasi illum è vagina honor violatus eximeret, & fulminaret, velut qui vincere pugnà nollet, vel impotentià nequiret. Quærebat, & non invenisse querebatur, ut amor qui renuebat ulcisci, conciliaretur. Excanduit Deus & meritò, adoratione Vituli filiorum Israël, quos dudùm eduxerat de ferrea captivitate tot ostentis & prodigiis, queis fregi quibant incurvæ cervices, refractarii & capitones, ducique in Deum vivum & verum, saltem ostentatione mirabilium. Cæterùm, proh Superi! Quædam ingenia priùs frangenda, quàm curvanda: haud dirigi possunt beneficiis nisi in arcum pravum; qui quò plus debent, magis ac magis excitantur in odium. Excanduit igitur Deus: placare conatur Moyses, & Dominus sententiam ut proferat, suggerente justitià, *Dimitte me*, inquit, *ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Adhuc Exod. 32. 10. instat Moyses protritâ ampliore dignitate in proprium auctoramen; quoniam nulla major, quam sibi creditum servare populum, vel nocentem; & ut in meliorem mentem cognitione veniret errati, & ut saltem fugeret æternum, si præsentis gravamen patereretur supplicii. Lactat iram Domini Dux præclarus, dum obicem in vindictam conabatur, qui in misericordiam pronus: at ubi descendit qui excusabat crimen, gladium acuit in ultionem: ut exponeret ministri inferioris regimen: etenim nullum præclarius, ne in iram præcipitetur offensus; quàm rigidè crimen proprio tribunali plectere, quod excusabat studiò anxiè coram Superiore. Ascendit ergo in montem iterùm, ut secundo jejunio in indulgentia servaret commissum pœnitentem ac lugentem populum; ubi glorià donatus in mirabili visione, transeunte Domino, dixit: *Dominator Domine, Deus misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, ac verax.*

Dexteritas ministri Superiorè placare, & pœnam peccatorum non omittere.

2 Priusquàm Tautologiam exponamus, duplex quæstio enodanda est. Prima, quomodò hìc dicitur, Moysen hujusmodi verba in laudem Dei protulisse, cùm Numer. 14. 17. tribuantur Domino? *Magnificetur* (inquit Moyses) *fortitudo Domini, sicut juraSti dicens: Dominus patiens, & multæ misericordiæ, &c.* Proclivè respondetur. Hæc verba priùs dicta fuerunt à Domino transeunte, & à Moyse posteà prolata, quia nulla alia aptiora excogitavit, ut Dominum placaret, quàm quæ ab illo dicta, utpotè potiora ad veniæ impetrationem, & vividiùs exprimendam ineffabilem majestatem. Liquet in contextu: igitur cap. cit. Exod. vers. 5. dicitur: *Stetit Moyses cum eo, invocans nomen Domini.* Et cap. præc. eodem sensu, & articulo, atque in idem propositum, vers. 19. Dominus respondit: *Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te.* Bibl. Antiq. *Vocabor. Vocabo*, quippe priùs nomina & epitheta proferam: *Vocabor*, quoniam geminabis èadem, dicesque posteà, quæ à me audies & pro gloria & pro venia. Quare subditur: *Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit*: quæ verba cap. seq. tribuuntur Moysi, etenim transeunte illo exclà-

Num. 14. 17.

Eadè à diversis dicta modo huic, modo illi tribuuntur.

clamavit : *Qui custodis misericordiam in millia , qui aufers iniquitatem , & scelera atque peccata , nullusque apud te innocens est , qui reddis iniquitatem patrum filiis , ac nepotibus in tertiam , & quartam progeniem.* Hinc constat perspicuum, quod ambiguum est in Hebræo.

Exod. 34. 7. 8.

3 Non inusitatum est in Scriptura, quòd sententia attribuatur recitanti vel repetenti sententiam. Matthæus cap. 21. 41. ait Pharisæos dixisse, propositâ vineæ parabola à Servatore N. *Malos malè perdet*: sed Marc. 12. 9. & Lucas 20. 16. tribuunt Christo sententiam: quod totum verum, quia illi priùs protulerunt, & Christus iteratione approbavit judicium. Similiter intelligendum est illud Matth. 20. 20. *Accessit mater filiorum Zebedæi*, & Marc. 10. 35. *Accedunt filii Zebedæi*, ut peterent thronos: ubi verum est, matrem petiisse & filios petiisse, quia quæ illa dixit Christo, dixerunt matri. Genes. 2. 23. Adæ tribuitur illud : *Hoc nunc os ex ossibus meis & caro ex carne mea : hæc vocabitur virago , quoniam de viro sumpta est : quam ob rem relinquet homo patrem suum & matrem , & adhærebit uxori suæ , & erunt duo in carne una* : & apud Matthæum 19. 5. Marc. 10. 7-1. Cor. 6. 16. sententia tribuitur Deo , qui dixit , ut illam iterat Adamus. Rationem regulæ hujus exhibuimus hìc *Tautolog.* 10. num. 12. Eodem sensu & veritate possumus rectè dicere Deum protulisse, quæ locutus est Moyses ; & etiam Davidem , quæ Moyses & Deus : quandoquidem Psalm. 102. 8. & aliis in loc. ut videbimus, dicit : *Miserator & misericors Dominus , longanimis & multum misericors.* Haud aliter possumus dicere Isaiam, Joëlem & Petrum dixisse : *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, &c.* quippe quæ dicta ab Isaia, 44. 3. iterat Joël, 2. 28. & quæ ab utroque, Petrus, *Act.* 2. 17. Pariter cuncta quæ ex Veteri testamento desumpta sunt à Christo, & Apostolis, quæ invenies ad calcem Bibl. Etiam verum est inter dicta à Sacris & Profanis. De aquis maris dixit David Psalm. 103. 9. *Terminum posuisti quem non transgredientur, &c.* Et Claudianus *Epigr.* 3.

Auctor operis vel vocis sæpe dicitur qui influit in opus vel vocem.

Claudian.

Hærent stagna loco , plenas æquantia ripas
Præscriptumque timent exiluisse modum.

Paulus 1. Cor. 15. 31. ait : *Quotidiè morior* : & Seneca *Epist.* 24. *Quotidiè morimur.* 1. Tim. 6. 9. *Qui volunt divites fieri , incidunt in tentationem , & laqueum diaboli* : & Senec. *Epist.* 87. *Dum divitias consequi volumus , in multa mala incidimus.* Joann. 11. 25. *Qui credit in me , etiam si mortuus fuerit , vivet.* Et Plaut. in *Captiv.* Act. 3. scen. 5. vers. 32. *Qui per virtutem periit , is non interit.* Cain Genes. 4. 14. de se dicit : *A facie terræ , & à facie tua abscondar: & ero vagus & profugus in terra , &c.* Et Seneca in *Medæa*, Act. 1. vers. 20.

Plures sententiæ Sacræ inveniuntur à profanis surreptæ.

Senec.

——— *Per urbes erret ignotas egens.*
Exul, pavens, invisus, incerti laris.

Dissimilitudo , seu improportio signatur per illud Deuter. 22. 10. *Non arabis in bove simul & asino*: & eodem sensu Martial. *lib.* 10. *Epigr.* 100. ait:

Martial.

Quid congregare cum leonibus vulpes
Aquilisque similes facere noctuas quæris?

Eadem apud Horat. lib. 4. *Carmin.* Od. 4. à vers. 29. Cantic. 2. 5. *Fulcite me floribus, quia amore langueo*: Eodem intuitu Propertius lib. 2. *Eleg.* 34.

Me juvet æternis positum languere corollis,
Quem tetigit jactu certus ad ossa Deus.

Habac. 3. 17. *Ficus enim non florebit : mentietur opus olivæ.* Horat. *Epod.* Od. 16. vers. 45.

Germinat & nunquàm fallentis termes olivæ,
Suamque pulla ficus ornat arborem.

Ita plura, de quibus alibi fusè.

4 Necessarium utique est studioso Scripturę scire hujusmodi regulas, ut pertundat hæreticos, plura futilia excogitantes in veritatem Scripturæ, maximè in Evangelistas, ab illis falsitatis argutos. Nihil ignorantià audacius. Brevì exponam , quæ ad rem dudùm præobservavi. Testimonium novi Testamenti accidit conflari ex pluribus sententiis Testamenti veteris: v. g. Rom. 11. à vers. 25. *Cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret , & sic omnis Israël salvus fieret , sicut scriptum est: Veniet ex Sion, qui eripiat & avertat impietatem à Jacob: & hoc illis à me testamentum, cùm abstulero peccata eorum.* Quo in testimonio ly *Veniet ex Sion* sumitur ex cap. 2. 3. Isaiæ ; reliqua ex ejusdem cap. 59. 20. & ex Versione Septuag. Item Act. 1. 20. ubi:

Testimonia novi testamenti aliquando conflantur ex duobus, aut pluribus veteris.

Fiat

Fiat commoratio eorum deserta, sumitur ex Psalm. 68. 26. *Et Episcopatum ejus accipiat alter*, ex Psalm. 108. 8. Paulus ad Rom. 3. à vers. 10. usque ad 18. ex pluribus Psalmis unicum testimonium construit: *Non est justus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum, &c.* ex Psalm. 13. 1. 2. 3. *Sepulchrum patens est guttur eorum, &c.* ex Psalm. 5. 11. *Venenum aspidum sub labiis eorum*: ex Psalm. 13. 3. *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem*: ex eodem loco, Prov. 1. 16. & Isai. 59. 7. *Non est timor Dei ante oculos eorum*: ex Psalm. 35. 2. Christus Dominus Matth. 21. 13. *Domus mea domus orationis vocabitur*: desumpsit ex Isaia, 56. 7. & Psalm. 92. 5. *Vos autem fecistis illam speluncam latronum*: ex Jeremia, 7. 11. Etiam liquet 1. Petr. 2. 7. *Lapis quem reprobaverunt ædificantes, factus est in caput anguli, & lapis offensionis & petra scandali*, sumitur ex Psalm. 117. 22. & Isai. 8. 14. Sic alia. Queis testimoniis patet sententias attribui posse modò uni, modò alteri, præut placuerit; quippe semper est legitima veraque propositio, v. g. in ultimo testimonio: *Hoc dictum est à Davide: Hoc dictum ab Isaia.* Sufficit aliqua pars, ut constet vera propositio affirmativa; ut cùm dicimus: *Homo est spiritualis*: *Homo est materialis.* Vel *Dictum est ab utroque*: nimirùm, cum distributione accomoda; sicut possumus dicere: *Homo est spiritualis, & materialis.* Liquet igitur quàm verè dicatur quodlibet, vel utrumque: quia falsa propositio est, dum utrumque, aut quodlibet negatur; sicut falsa est: *Homo non est materialis: Homo non est spiritalis.*

Modò uni, modò alteri tribuuntur.

5 His igitur intelligentur perspicuè citationes Scripturæ: igitur cùm ex duobus veteris testamenti, testimonium novi constet; assolet unicus tantùm Actor signari. Marci. 1. 2. *Sicut scriptum est in Isaia Propheta (Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te) Vox clamantis in deserto, &c.* Hoc testimonium confiatur auctoritatibus Malachiæ & Isaiæ: tribuiturque verè Isaiæ, quia verum est ibi esse auctoritatem Isaiæ, sicut vera etiam esset citatio Malachiæ ob eandem causam. Pariter ex Isai. 62. 11. & Zachar. 9. 9. constat quod dicitur Matth. 21. 5. *Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum filium subjugalis.* Ubi nullo modo dicit Evangelista illa dicta per Prophetas, sed per Prophetam vers. 4. quasi verè possit auctoritas tribui singulis. Etiam cap. 27. 9. dicitur à Matthæo: *Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam Prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israel, &c.* de pretio tantùm loquitur Zacharias cap. 11. 13. de agro solùm Jeremias cap. 32. 9. & Evangelista utrumque ex utroque in auctoritate comprehendit, unique tribuit, ex eo quod usitatum in conjunctione auctoritatum, unum Auctorum ommittere, & alterum exponere, vel totam auctoritatem quasi unius esset, scribere.

In testimonio conflato ex pluribus unus auctor citari assolet.

6 Sæpe Scriprores Sacri non tam verba, quàm sensum per Paraphrasim ex veteri testamento exponunt, ut patet ex loco celebri Isaiæ 6. 10. qui quidem multifariam multisque modis refertur, & signatur *Matth.* 13. 15. *Marc.* 4. 12. *Luc.* 8. 10. *Joann.* 12. 40. *Act.* 28. 27. & ad *Rom.* 11. 8. Isaias igitur ita loquitur: *Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava: & oculos ejus claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum.* Marcus finem & principium auctoritatis profert, medium omittit. Paulus ad Rom. principium. in *Act.* solummodò promit finem. Matthæus & Joannes totum testimonium, licèt non formaliter. Ex his variis expositionibus, & interpretibus clariùs relucet sensus auctoritatis: igitur quæ figuratè ab uno, ab alio propriè accipiuntur, & ex multorum expositione, & auctoritatum conferentia, penitioris reconditi propositi vel eruitur, vel prælibatur medulla. Ita enim haud integrè sæpè adducunt auctoritatem, sed præut opus est, ad rei testificationem.

Sæpe non tam verba, quàm sensus sententiarum profertur.

7 Aliam expositionem pro aliquibus testimoniorum præfatorum citationibus confidenter, non audacter proferam, quæ mihi valdè arridet. Sæpe in Scriptura (ut diximus hìc *Tautolog.* 8. num. 60. ubi videris plura testimonia attestantia cogitationi, quibus meditanter superfedeo, ne gravet lectorem iteratio) particula, etiam interdum sententia, non cum proxima, sed cum remota conjungenda est. Exod. 32. 32. *Dele me de libro vitæ, quem scripsisti*: ubi ly *Scripsisti* non jungendum cum *libro*, sed cum *me*, ita ut sensus sit: Dele me, quem scripsisti, de libro vitæ. 2. Reg. 13. 16. *Majus est hoc malum quod nunc agis adversùm me, quam quod ante fecisti, expellens me.* Ideſt, adversùm me expellens me, quàm quod ante fecisti. Ad Rom. 1. 1. *Paulus servus Jesu Christi,*

Particula vel ſententia remotioni copulanda ad verũ ſenſum. Virgil. Donat.

Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Evangelium Dei, jungendum eſt cum v. 7. *omnibus qui ſunt Romæ dilectis, &c.* Quod quidem ſchema vocatur *Parecbaſis*, Latinè *Excurſus*. Virgilius lib. 12. *Æneid.* verſ. 161. *Interea Reges:: procedunt caſtris* : qui verſus eſt 169. Etiam lib. 10. verſ. 823. *Ingemuit miſerans graviter* : ideſt, graviter ingemuit. Terent. in *Andria*, Act. 1. ſcen. 1. verſ. 129. *Ea ab illo animadvertenda injuria eſt.* Ubi *Ab illo* jungendum cum *Injuria*, quam fecit; non cum *Animadvertenda* copulandum, quaſi paſſus fuiſſet: ita hìc obſervat Donatus. Patet etiam Pſalm. 44. 6. *Sagittæ tuæ acutæ in corda inimicorum regis*, quapropter *populi ſub te cadent.* Non ſecus in materia præſenti. Marc. 1. 2. *Sicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta: Vox clamantis in deſerto* : quod quàm verum ſit, vel cæco patet. Ideo oratio proxima auctori citato inter parenteſim præcluditur, præut jacet num. 5. Similiter Matth. 27. 9. *Sicut dictum eſt per Jeremiam Prophetam, & dederunt eos in agrum figuli* : ita ut quod præcedit, nimirum, *triginta argenteos*, &c. ex Zachariæ ſumptum prophetia, inter parentheſim includatur. Sic patet verificata citatio, & ſine violentia, cum idem clareat ex auctoritatibus præfatis. Vide alia præter appoſita hìc *Tautolog.* 9. num. 9.

Quo pacto Deus clemẽtiſſimus peccata plectẽs vel in innocentibus filiis?

8 Quæſtio ſecunda eſt, Quo pacto à Moyſe in ſummum extollitur clementia divina, ubi invocans Deum miſericordem, ſubdit tam hìc, quàm Numer. 14. 18. iteratque Jeremias 32. 18. *Quid reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem?* Gliſcit Difficultas, cùm Dominus dicat Deuter. 24. 16. *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, ſed unuſquiſque pro peccato ſuo morietur.* Idem, 4. Reg. 14. 6. 2. Paral. 25. 4. & Ezech. 18. 20. Ex ſolutione hujuſce auctoritatis conſtabit perſpicuè etiam enodatio quæſtionis.

Innocentes à Deo propter nocentes puniti.

9 Innocentes plecti ob peccata parentum, principum, & proximorum nocentum, liquet ex Scriptura. Sufficeret in exemplum Chriſtus Dominus, qui peccatum non novit, & pro omnibus nobis pœnam peccati toleravit, ut tolleret. Diluvio perierunt infantes, & qui fuerunt in incedio Sodomitico: etiam mortui ſunt omnes Ægyptiorum primogeniti, quorum aliqui nec dum pervenerant ad rationis uſum, ſicut dicitur de parvulis Benjamin, *Judic.* 20. 48. de infantibus Jabes-Galaad, ibid. 21. 10. de parvulis Amalecitarum ſub gladio Saul 1. *Reg.* 15. 3. Maledicitur Chanaan ob patris Cham inverecundiam *Geneſ.* 9. 25. Filius Davidis interficitur propter patris adulterium, 2. *Reg.* 12. 14. & verſ. 10. illi dicitur: *Non recedet gladius de domo tua uſque in ſempiternum.* Propter ejuſdem vanam gloriam, aut uſurpationem juris divini, punitur populus peſte, *cap.* 24. 15. Propter crimina filiorum Heli grandi plagà afflictus eſt Iſraël, 1. *Reg.* 4. 10. Ob fidem violatam à Saule, ſeptem illius filii cruci affiguntur, 2. *Reg.* 21. 6. Receſſerunt decem tribus à Domo David propter idololatriam Salomonis, 3. *Reg.* 11. 13. 12. 15. Propter ſcelera Manaſſæ clades multiplex: imò captivitas Babylonica, & everſio templi immiſſa 4. *Reg.* 21. 12. & *Jerem.* 15. 4. Ideo hic Thren. 5. 7. *Patres noſtri peccaverunt, & non ſunt, & nos iniquitates eorum portavimus.* Idem cap. 1. 5. Tob. 3. 3. *Ne reminiſcaris delicta mea, vel parentum meorum.* Et Pſalm. 108. 14. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus.* Deus apud Jeremiam 2. 30. quæritur exclamans: *Frustrà percuſſi filios veſtros.* Aſſertorque N. Matth. 23. 35. *Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt* : ita enim impletum, dum dixerunt cap. 27. 25. *Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros* : unde apud illos proverbium: *Patres comederunt uvam acerbam, & dentes eorum obſtupuerunt*: Jerem. 31. 29. & Ezech. 18. 2. Quod frequens etiam apud profanus. Heſiodus in *Dieb.*

Heſiod. *Ut populus luat pœnas ob ſcelera Regum.*

Horatius lib. 1. *Epiſt.* 2. verſ. 14.

Horat. *Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.*

Cæſar apud Lucanum lib. 5. *Bell. Pharſal.* verſ. 340. ſtultè impièque exclamavit:

Lucan. *———Nunquàm ſic cura Deorum*
Se premit, ut veſtræ morti, veſtræque ſaluti
Fata vacent. Procerum motus hæc cuncta ſequuntur,
Humanum paucis vivit genus.

Unde illud: *Rugit leo, & vapulat canis.*

10 Cùm hujuſmodi pœna pateat, & jubeatur loc. citatis, quod filius non portet iniquitatem patris, inſuperque dicatur ab Abrahamo tanquàm alienum à Domino, Geneſ. 18. 23. *Nunquid perdes juſtum cum impio?* Job. 4. 7. *Quis unquam innocens periit, aut quando recti deleti ſunt?* Pſalm. 10. 3. *Juſtus autem quid fecit?* Difficiles

ex

expositione videntur antilogiæ. Omissis igitur variis D.D. sententiis, dico ex N. Gregor. Magn. lib. 15. *Moral.* cap. 31. *In utraque igitur hac sententia, dum dissimilis sensus invenitur, auditoris animus ut discretionis viam subtiliter requirat, instruitur. Peccatum quippe originale à parentibus trahimus, & nisi per gratiam baptismatis solvamur, etiam parentum peccata portamus, quia unum adhuc videlicèt cum illis sumus. Reddit ergo peccata parentum in filios, dum pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur prolis, & rursum non reddit parentum peccata in filios, quia cum ab originali culpa per baptismum liberamur, jam non parentum culpas, sed quas ipsi committimus, habemus: quod tamen intelligi etiam aliter potest, quia quisquis pravi parentis iniquitatem imitatur, etiam ex ejus delicto constringitur: quisquis autem parentis iniquitatem non imitatur, nequaquam delicto ejus gravatur. Unde fit, ut iniquus filius iniqui patris non solùm sua, quæ addidit, sed etiam patris peccata persolvat, cùm vitiis patris, quibus iratum Dominum non ignorat, etiam suam adhuc malitiam adjungere non formidat: & justum est, ut qui sub districto judice vias parentis iniqui non timet imitari, cogatur in vita præsenti etiam culpas parentis iniqui persolvere.* Tam de filiis infantibus, quàm de adultis loquitur Gregorius: quem explicare congruit, igitur delictum originale non solùm est in tertia & quarta generatione, sed in cunctis: imò si in nobis deletur per baptismum, in illis abolebatur per circuncisionem. Gregorium exponit D. Thomas 1.2. *quæst.*83.*art.*8. in corp. subdens: *Si autem loquamur de pœna pro peccato inflicta, in quantum habet rationem pœnæ, sic solùm unusquisque pro peccato suo punitur, quia actus peccati aliquid personale est. Si autem loquamur de pœna, quæ habet rationem medicinæ; sic contigit, quòd unus punitur pro peccato alterius. Dictum est enim, quòd detrimenta corporalium rerum, vel etiam ipsius corporis, sunt quædam pœnales medicinæ ordinatæ ad salutem animæ. Unde nihil prohibet talibus pœnis aliquem puniri pro peccato alterius vel à Deo, vel ab homine, utpotè filios pro patribus, & subditos pro dominis, in quantum sunt quædam res eorum: ita tamen, quòd si filius vel subditus est particeps culpæ hujusmodi pœnalis defectus, habeat rationem pœnæ tanquàm ad utrumque, scilicèt, eum qui punitur, & eum pro quo punitur. Si verò non sit particeps culpæ, habet rationem pœnæ, quantum ad eum pro quo punitur: quantum verò ad eum qui punitur, rationem medicinæ tantùm, nisi per accidens peccato alterius consentit. Ordinatur enim ei ad bonum animæ, si patienter sustineat. Pœnæ verò spirituales non sunt medicinales, quia bonum animæ non ordinatur ad aliud melius bonum: unde in bonis animæ nullus patitur detrimentum sine culpa propria.* Ferè eadem Augustinus *Epist.* 75.

Greg. M.

Quo pacto filii puniuntur pro parentibus?

D. Thom.

11 Clarescit modò antilogiarum germana concordia, etenim meditatà pœna, ut pœnà, & ut medicinà, proclivè intelliguntur, quæ contraria videntur testimonia. Tantùm est propriè pœna, præut ex peccato provenit, ut ait Augustinus in *Enchir.* cap. 12. & D. Thom. 1. *part. quæst.*48. *art.*5. & 1. 2. quæst.87.art. 7. Qui culpam non habet, pœnam non habet; sed pœnalitatem, detrimentum, aut incommodum, ni hujusmodi incommoda reducantur ad peccatum originale tanquàm ad radicalem causam (ex qua oriuntur istiuscemodi pœnæ, quæ apponuntur ut medicinæ corruptelæ naturæ, & minimè necessariæ in statu originalis justitię, cùm homo non iret tunc in apicem virtutis per exercitia pœnalia) quippe hoc sensù vel quæ medicinę, possunt dici propriè pœnæ, & peccata parentum in filiis puniri. Non loquimur de hujusmodi culpa, cæterarum culparum & pœnarum latissimà causà; sed de culpa, quæ aliquid personale, importat, propter quam innocentes filii plectuntur, & nequaquàm ob originis piaculum, quod supponitur abolitum. In hoc igitur articulo pœna illata propter culpam actualem in peccatore propriè est pœna, in filio innocente medicina. Medicina filiorum, ne peccent. Unde vel Profanus in *Troad.* Act. 2. v. 328. profert:

Pœna ut pœna, & ut medicina, quando?

Quomodò medicina in innocente?

Mortem misericors sæpe pro vita dabit. Senec.

Pœna parentum, quia peccarunt, ut sentiant dolores in se, dum propter illos in filiis sunt, qui quidem maximè ratione carentes, magis videntur parentum esse quàm sui. *Percutitur in filiis* (ait Gregorius ubi supr.) *ut acriùs uratur: & dolor patris carni filiorum redditur; quatenùs per filiorum pœnas mens patris iniqua puniatur.* Greg. M.

12 Non refugerem hujusmodi supplicium vocare medicinam in innocente, & pœnam medicinalem in peccatore. In illo medicina, quia præservatur à culpa, fortè futurà: in hoc pœna & medicinalis: pœna propter admissum peccatum, medicinalis, ut resipiscat, cogitans in filiis innocentibus suorum malitiam criminum; ut posteà vide-

Quomodò etiá in peccatore?

bimus num.17. Haud ſecùs ſit civili jure in perduellibus & perduellionibus, læſæ majeſtatis crimini obnoxiis,quorum filii infames fiunt, & aliquando cum illis ſublati, ut videtur C. ad legem Julian. l.5. Mulctantur ita, ut auſus parentum frangantur ſaltem amore filiorum: filiique innocentes plectuntur,ut quod parentum ſupplicium,aliis ſit in exemplum, atque in averſionem iniquitatum.

13 Innocentes plectuntur peccatis parentum quoad corpus (à parentibus acceptum) maximè ſi non antenati, ſed poſt crimen nati: tuncque in illis pœna illa eſt medicina, licèt ſit amiſsio vitæ,quippe hujuſmodi bona dirigenda in majus bonum,nimirùm ſalutem animæ. *Pœnæ verò ſpirituales* (ut vidimus ex D. Angel.) *non ſunt medicinales,quia bonum animæ non ordinatur ad aliud melius bonum*:quapropter ſi filii peccatis parentum conſentiunt; & pœnis corporis & animæ jure mulctantur, quæ propriè pœnæ, utpotè exortæ ex culparum radice. *Cùm verò non parvuli,ſed jam provectiores filii ex parentum culpa feriuntur, quid aliud apertè datur intelligi, niſi quod illorum etiam pœnas luunt, quorum facta ſecuti ſunt*? Non ſolùm luunt quæ parentum ſupplicia,ſed quæ propria, imitantes paterna delicta,quaſi venenati filii de venenatis parentibus nati. Quo ſenſu tam à Joanne,Luc.3.7.quàm à Chriſto,Matth.23.33. *Judæi vocantur ſerpentes, genimina viperarum*, implentes menſuram patrum ſuorum, ita ut rei fierent omnis ſanguinis Prophetarum, cùm nec miſericordiâ Domini pœniterent, nec ●ot calamitatibus reſipiſcerent.

D. Thom. *Quãdo peccata parentum propria filiorum?* Greg. M.

14 Poſſunt dici horum filii perpetientes pœnam ſuorum peccatorum,delicta pati parentum; quia parentes ſuarum & filiorum iniquitatum inventores. Apud Profanos etiam invenitur hujuſmodi uſus,igitur inventiones vocantur nomine inventorum. Termæ à Nerone factæ vocantur Nero,& quædam pocula affabrè facta à quodam cui nomen *Nimis*, Nimis vocata. Unde Martialis *lib.*10. *Epigr.* 48. cantat:

Res inventæ appellatæ in ventorum nomine.

Martial.

Temperat hæc Thermas nimios prior hora calores
Halat, & immodi co ſexta Nerone calet.
Aretina Nimis ne ſpernas vaſa monemus.

Item *lib.* 14. *Epigr.* 98. & 110. pro *Coſmianis ampullis*, ut dicit *lib.* 3. *Epigr.* 82. ait:

Idem.

Hac licèt in gemma, quæ ſervat nomina Coſmi.

Quæ uſquequaque in Martiale obvia.Ita numi à Philippo Macedonum rege cuſi *Philippi* appellati,ut loquuntur Plautus in *Aſinar.* Act. 1. ſcen. 3. v. 1. in *Pœnul.* Act. 3. ſcen.2. v.22. & Horatius *lib.* 2. *Epiſt.* 1. verſ. 234.

Horat.

——— Et male natis
Retulit acceptos, regale numiſma, Philippos.

Eaque de cauſa Dathi, populi Theſſaliæ, quos vicit ipſe, *Philippi* ſunt appellati,ſeu *Philippenſes*,ad quos ſcripſit Paulus. Unde Virgilius lib. 1. *Georg.* v.490. & Ovid.lib. 15. *Met.* fab. ult.

Virgil. Ovid.

Romanas acies iterùm videre Philippi
Æmathiique iterùm madeſient cæde Philippi.

Pariter accipitur Bacchus pro vino, Ceres pro pane. Sic alia.

15 Apud Sacros valdè in uſu eſt. Hinc pro *Babylones*, Apoc. 18. 11. dicitur: *Negotiatores terræ.* Pro Chaldæis, Magi & Aſtrologi: pro Mercatoribus, Sydonii & Tyrii. Quo intelliges illud Judæ verſ. 11. & 2. Petr. 15. *Væ illis, quia in via Cain abierunt,& errorem Balaàm mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt*: ideſt, homicidæ, avari, & ſuperbi,ſic dicti, quia illi futuris fuerunt in exemplum,ſicut dicitur Simonia à Simone Mago, qui ſacrum venale cupiebat, vel quia primus vel quia magis notus. Sæpè idololatria in Scriptura dicitur *Peccatum Jeroboam.* 3. Reg. 14.16. 15. 30. quia erexit vitulos. Quinimò eſtò compuncti corde, & verè pœnitentis, dicitur etiam peccatum Manaſſe, & ob illud immiſſa captivitas: *Propter Manaſſem filium Ezechiæ regis Juda ſuper omnibus quæ fecit in Jeruſalem.* Jerem. 15. 4. Non propter peccata regis pœnas luerunt, ſed quia fecerunt,quæ fecerat Manaſſes:eorumque peccata, Manaſſæ dicuntur, quia ille primus, vel magis inſignis in illorum etiam iniquitate. Ita igitur luentes peccata propria poſſunt dici pati aliena, quoniam exempla invenerunt in patribus ad hujuſmodi crimina, uti obſervavit ubi ſupr. Gregorius.

Jud. v.11.

Peccatum imitantium dicitur peccatum invẽtorum.

16 Unde cùm pœnæ poſsint eſſe propriè pœnæ propter crimina,tam quoad corpus, quàm quoad animam; & impropriè, ſeu latè, quas vocamus miſerias, & hæ poſſunt ſuſtineri ſpontaneè, vel invitè; non eſt contra Dei juſtitiam & æquitatem, in-

no-

nocentes vel infantes vel adultos puniri propter peccata parentum, quippe quæ illis medicinæ sunt(& sæpe præservativæ,ut contigit in Pharaone flagellato,&Abimelecho Genes. 12. 17-20. 3.) vel theatrum virtutis, ut in Jobo, & tot Martyribus; parentibus sunt cruciamina, quia affliguntur afflictione suorum: diciturque extensio pœnæ usque in tertiam & quartam generationem,quia tandiù extenditur peccatorum pœna, quandiù eorum potest extendi vita,ut cogitant Gregor. Magn. & Angel. Magist. ubi supr. Sic etiam potest quis sibi assumere liberè dolores alterius, sicut Christus Dominus, quia voluit, suscepit dolores nostros, captus in peccatis nostris,non verò peccata nostra, nec pœnas, præut propriè pœna; sicut nec qui plectuntur innocentes, ad quos non extenduntur nec vitia parentum nec virtutes. Si verò nocentes sicut parentes sunt, patiuntur ut puniantur;& ut etiam puniantur parentes punitione eorum.Citra ullam injuriam quit Deus immittere hujusmodi calamitates in exercitium virtutis, cùm possit multiplicare in innocente vulnera etiam sine causa, quia Dominus vitæ & mortis, & ad quælibet cruciamina infligenda, etiam vitæ privationem, sufficit originale crimen, ut ait D. Thom. 1. 2. quæst. 94. art. 5. ad 2. Incurret in mortem vel innocens modò, in quàm ut mortalis aliquando. *Nullus* (dicit hìc Moyses Deo) *apud te per se innocens est*: etiam Beatiss. Virgo Maria, estò immunis ab originali noxa: siquidem licèt mundissima immaculata & simpliciter innocens, non à se, sed habuit à Deo privilegio specialissimo. Deus justè potest: quæque facit, quia facit, justè facit: magna illius sunt judicia,& inscrutabilia opera cum abscondita altissima providentia. Ideo Exod. 33. 19. dicit: *Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit*. Et ad Rom. 9. 15. *Miserebor cui misereor, & misericordiam præstabo cujus miserebor*: de quo latè D.Thom.hìc *Lect.* 3. alia infrà videbimus num. 21. Judices autem inhibentur ab hujusmodi punitione loc. cit. num.8. *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: justitia justi super eum erit, & impietas impii erit super eum.* Ezech. 18. 20. Ideo laudatur Joas, quia interfectis interfectoribus patris sui, filios eorum servavit juxta legem. 4. *Reg.* 14. 6. Non potest transire justè pœna, ut propriè pœna, in quos non transit genitrix culpa. Iniquitas plecti tantùm jus est iniquo, & jurè externo, quia debet patère causa juxta allegata & probata, modo quo diximus hìc *Tautolog.* 11.à n.4. & iniquitas quæ occulta est, ad judicem externum non spectat,sed ad illum qui renes scrutatur & corda. In innocente, vel in infante nullus actus pœna dignus, quia non malus:ideò educuntur à foro externo judiciali,sed minimè à judicio Dei,qui jurè potest inferre mala, idest,calamitates in innocentes tanquàm parentum pœnas, & innoxiorum perpetientium medicinas. Cognovit vel Ethnicus lib.3. de *Pont.*Eleg.6.v.28.

Quomodò immissa pœna vel innocenti, clementia & magna?

Jupiter in multos temeraria fulmina torquet,
Qui pœnam culpâ non meruere pati.

Ovid.

Et Euripides in *Oreste*, vers. 833.

Quæ misericordia est major in terra
Quàm fieri homicidam matris?

Nullus apud Deum per se innocens, vel innocentissimus.

Hac igitur expositione perspicuum est,quomodò crimina parentum puniuntur à Deo in filiis, & quomodò filius minimè portat iniquitatem patris:qua quidem regulà enodata evisceraraque patent quæ videbantur opposita testimonia. Aliam expositionem clariorem (ni fallor) proferam num. 24.

17 Etiam modò liquet, quo pacto dum Deum invocat summè clementem,designat Moyses gladium justitiæ vel in filios innocentes patrum prævaricatorum fulminantem? Misericordiam & clementiam sanè Dominus ostendit: etiam cum in tertiam & quartam generationem parentum peccata punit: etenim dissimulat in peccantibus crimina propter pœnitentiam, etiam usque ad senium, quo possunt videre prænepotes; quo sensu dixit Assertor N. Matth. 23. 32. *Vos implete mensuram patrum vestrorum*, quia non statim punit,sed indulget, ut convertantur; vel quia dum plectit, utitur summa pietate (O quanta, cùm etiam justitia sit misericordia!) ne ruant indulti in graviora crimina, quo intuitu & articulo dicitur ibid. *Delere iniquitatem, & scelera,atque peccata*: vel ut cognitio micet, scintilletque in offensæ gravitatem, quoniam si innocens propter peccatorem plectitur, qua pœnà & quantà affligetur peccator? Si hoc est in viridi, quid erit in arido? Hoc studio utitur Deus, sed in vanum, dum queritur dicens Jerem. 2. 30. *Frustra percussi filios vestros. Disciplinam non receperunt*: Hæccine efficaciora medicamina,sed cassà omninò in cervice dura:pua-

Mittit Deus pœnalitates in innocentes,ut terrore convertantur peccatores.

propter,

ter, ut ſi conſumpta fuiſſet apotheca in tot vulnera ſubſidii & remedii, dicit Iſai. 1.5 quaſi inops conſilii: *Super quo percutiam vos ultrà addentes prævaricationem ? Omne caput languidum, &c.* Perfrictæ frontis propoſitum utique. *Notandum* (ait Greg.ubi ſupr.) *quàm gravis culpæ reatus ſit, & pœnam pro culpa menti proponere, & tamen nec tormenti metu ſub jugo Conditoris cervicem cordis inclinare.* In cunctis cum illis uſus eſt miſericordià, ſed perfidi rebelles abuſi largà indulgentià. Priùs elegerunt perire, quàm pœnitere. Suſpendit Deus gladium, expectans an faſtidio, & moleſtià criminum converterentur ad cor: ſed heu! quò indulgentior liberalitas, eò grandior pervicacia & infidelitas.

Gregor.M.

18 Dicitur etiam hìc, ut efferatur divina clementia, quòd Deus facit miſericordiam *in millia millium*; & ſolùm reddit iniquitatem, ideſt, pœnam iniquitatis *in tertiam & quartam progeniem.* In plures generationes, quia miſericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum, non ſolùm intuitu juſtitiæ quam habet, ſed intuitu meritorum parentum, quòd quidem ſæpe contingit vel in filiis averſis quoad bona temporalia, vel ad mala arcenda (non verò quoad ſpiritalia, cùm unuſquiſque judicetur juxta viam ſuam) ut dicitur ſæpè, *Propter Abraham, dilectum tuum, Iſaac ſervum tuum, & Jacob ſanctum tuum.* Daniel. 3. 35-& 3. Reg. 11. 12. Salomoni dicitur: *Scindam regnum tuum: veruntamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum. De manu filii tui ſcindam illud, nec totum regnum auferam, ſed tribum unam dabo filio tuo propter David ſervum meum.* Hoc nil aliud eſt, quàm quòd dicunt Theologi, Deum remunerare bona ultra merita, & mala citrà. Athanaſius Tract. de *Communi Eſſentia Patris, Filii & Spiritus Sancti*, aſſerit Dei clementiam ampliorem juſtitià, quia peccata punit generatione tertià, vel quartà, & miſericordiam extendit in millia. Omnia attributa in Deo æqualia ſunt, ſed quaſi proprium miſereri, ſemper & parcere, quia cùm peccatores ſimus, dum veniam, quia facilis, impetramus, conſideramus ejus miſerationes ſuper omnia opera ejus, quippe de clementia magis gloriatur. *Dives* (dicitur) *in miſericordia*: Epheſ. 2. 4. *Pater miſericordiarum*: 2. Cor. 1. 3. *Viſcera miſericordiæ*: Iſai. 63. 15-Luc. 1. 78. *Magna* illius *miſericordia.* Num. 14. 19-Pſal. 50. 2-1. Petr. 1. 3. Longiorem habet manum dextram ad benefaciendum, uti legimus de Dario Longimano apud Plutarch. in *Apophth. Rom.* quàm ſiniſtram ad ſupplicium peccatorum. Per Somatopœiam jurè à Claudiano lib. 2. de *Laud. Stilic.* Clementia major natu inter Divas deſcribitur. Ita igitur verſ. 6. ſuccinit:

Miſericordia Dei ſuper omnia illius attributa.

3. Reg. 11. 12.

Athan.

Quomodò Dei propriù miſereri & parcere?

Clementia major natu Cœlicolum.

Principio magni cuſtos Clementia mundi,
Quæ Jovis incoluit zonam, quæ temperat æthram,
Frigoris & flammæ mediam, quæ maxima natu
Cœlicolum: nam prima chaos Clementia ſolvit
Congeriem miſerata rudem, vultuque ſereno
Diſcuſſis tenebris in lucem ſæcula fudit.

Claudian.

Per Hypotipoſim ita depingit Clementiam Statius lib. 12. *Thebaid.* à v. 481.

Urbe fuit media nulli conceſſa potentum
Ara Deùm, mitis poſuit Clementia ſedem,
Et miſeri fecere ſacram, ſine ſupplice nunquàm
Illa nova, nullà damnavit vota repulsà.
Auditi quicunque rogant: nocteſque dieſque
Ire datum & ſolis numen placare querelis.
Parca ſuperſtitio, non thurea flamma, nec altus
Accipitur ſanguis: lachrymis altaria ſudant:
Mœſtarumque ſuper libamina ſerta comarum
Pendent, & veſtes, mutatà ſorte, relictæ.
Mite nemus circà, cultuque inſigne verendo
Vittatæ laurus, & ſupplicis arbor olivæ.
Nulla autem effigies: nulli commiſſa metallo
Forma Deæ: mentes habitare & pectora gaudet.

Ara ejus Thebis.

Stat.

Clementia habet in pectore altare.

In nullo alio magis homines ſimiles Deo, quàm in clementi corde, & tenerrimo animo, levandis miſeriis prono. Unde Claudianus de 4. *Conſul. Honorii*, v. 276.

Sis pius in primis: nam cùm vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.

Claudian.

Sequitur acumen Venant. Hon. Fortunat. qui lib. 6. *Opuſc.* in Nupt. Sigeberti v. 144. accinit:

Nu-

Nubila nulla gravant populum ſub rege ſereno,
Pectore maturo culpas indulget acerbas.
Unde alii peccant, ignoſcendo iſte triumphat:
Doctus enim, quoniam prima eſt in Principe virtus
Eſſe pium, quia ſemper habet, cui parcere movit. Venant.

19 Alia infrà videbimus: at primùm cogita ſtoliditatem Stoicorum miſericordiam in hominibus vitium ſignantium. Audi Senecam lib. 2. de *Clement.* cap. 4. *Ad rem pertinet quærere* (inſit) *quid ſit miſericordia? Plerique enim ut virtutem eam laudant, & bonum hominem vocant miſericordem. Hæc autem vitium animi eſt. Utraque circa ſe veritatem, circaque clementiam poſita ſunt, quæ vitare debemus, ne per ſpeciem ſeveritatis in crudelitatem, nevè per ſpeciem clementiæ in miſericordiam incidamus.* Plus delirat *cap.* 5. & ſeqq. Minùs mirarer, ſi inficiaretur miſericordiam, eò quod eliminet à ſapientibus cunctam miſeriam, *Epiſt.* 96. Pridem Cicero idem delirium veneratus eſt. 3. *Tuſc. q.* ita loquitur: *Si ſapiens in ægritudinem cadere poſſet, poſſet & in miſericordiam, poſſet & in invidentiam.* Falluntur vocantes miſericordiam ægritudinem animi, cùm potiùs ſignet amorem, ſeu effectum amoris; quo gravatur cor, modò nequeat præſtare auxilium, ſed hilareſcit elevando projectum, vel à fortuna deploſum. *Miſericordia apud Stoicos vitium.* Senec. Cicer.

——Molliſsima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur
Quæ lachrymas dedit. Juven.

Ait Juvenalis *Satyr.* 15. verſ. 131. Perperàm triſtitiâ afficietur, qui cor offert. Cor non offertur triſtitiâ, ſed hilaritate: gaudium enim eſt effectus charitatis, ut ait Angel. Mag. 2. 2. *quæſt.* 28. *art.* 1. & *quæſt.* 117. *art.* 5. ad 3. Hoc igitur ſignificant tam in Hebr. *Rrcham*, quàm in Græc. *Elcos* vel *Elenmoſyne*. Vide Auguſtin. lib. 9. de *Civit.* cap. 5. de *Morib. Eccleſ.* lib. 1. cap. 27. D. Thom. ubi dudùm q. 30. & Lactant. *lib. 6. cap.* 10. & 14.

20 Si in Deo negaretur miſericordia propriè, ut paſsio eſt, optimè cogitarent Stoici; quippe in Deo nulla paſsio, ut latè expoſuimus *Tom.* 2. *Tautolog.* 1. in *Liter. Expoſ.* ſolummodò metaphoricè (quoniam quæ in nobis paſsiones, in illo attributa ſunt) invenitur miſericordia: verùm ſecundùm effectum & affectum voluntatis eſt miſericordia in Deo, ſine imperfectione illius, quia non miſeretur niſi propter amorem, in quantum amat nos tanquàm aliquid ſui, quod eſt affectus, & prævenit ne miſeri ſimus, aut ſublevat, dum miſeri ſumus, quod eſt effectus, uti aſſerit D. Thom. loc. cit. *q.* 30. *art.* 2. & in 4. SS. *d.* 46. *q.* 2. *art.* 1. *q.* 1. in corp. Quare miſericordia ſæpe in Bibl. uſurpatur pro favore, auxilio, aut dono. Matth. 15. 22. *Miſerere mei Domine, filii David:* ideſt, auxiliare, fave mihi. Thren. 3. 22. *Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti,* 2. Reg. 9. 1. 3. *Ut faciam cum eo miſericordiam.* Jerem. 42. 12. *Dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri.* Ezech. 16. 5. *Ut facerem tibi unum de his, miſertus tui.* Et alibi plura. Apud Ethnicos invenitur quoque hujuſmodi acceptio. Euripides in *Iphigen. in Aulid.* verſ. 985. *Miſerere noſtri: miſeranda enim patimur.* In *Electr.* verſ. 672. *Miſerere noſtri, indigna paſsi ſumus: miſerare nepotes.* Ovidius & lib. 11. fab. 3. *Metam.* & lib. 13. fab. 1. *In Deo miſericordia metaphoricè tantùm.* *Miſericordia in Deo pro favore, aut gratia.*

Ad cœlumque manus & ſplendida brachia tollens,
Da veniam Lenæe pater peccavimus, inquit:
Sed miſerere precor, ſpecioſoque eripe damno.
——Tantùm miſerere, preceſque
Supplicis exaudi: tibi enim ſuccumbimus uni. Ovid.

Virgilius *Georgic.* lib. 4. verſ. 241-2. *Æneid.* verſ. 143. & lib. 2. verſ. 823.

——Parceſque futuro,
Contuſoſque animos, & res miſerabere fractas.
——Oro, miſerere laborum
Tantorum: miſerere animi non digna ferentis.
His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus ultrò.
Ingemuit miſerans graviter, dextramque tetendit. Virgil.

Ita ergo in Deo concipimus miſericordiam, quatenùs præſtat auxilium, ne cæſpitemus, vel ut poſt lapſum à miſeria ſurgamus. Reſpondeat ipſe Seneca deſciſcens in cogitatione ſtolida à magiſtris principibus Stoicorum Zenone & Cryſippo. *Natura* (inquit lib. 4. de *Benef.* cap. 7.) *hæc mihi præſtat. Non intelligis te, cùm hoc dicis, mutare nomen Deo?* *Expoſitio prima.*

Senec. *Deo? Quid enim aliud eſt natura, quàm Deus & divina ratio toti mundo, & partibus ejus inſerta? Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum noſtrarum compellare. Quæcunque voles, illi nomina propriè aptabis, vim aliquam effectumque cœleſtium rerum continentia. Tot appellationes ejus poſſunt eſſe, quod munera.*

21 Ergo ad rem. Hac profectò acceptione poſſunt exponi plures Tautologiæ ad miſericordiam ſpectantes. *Miſerans miſerebitur tui*: ideſt, amore motus liberabit te: ita apud Jerem. *Miſerans miſerabor ejus. Dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri.* Prov. *Miſericordes ſunt* & (ideſt) *miſerantur*: auxiliantur. Sicut econtrà apud Jerem. de Chaldæis: *Crudelis eſt & non miſerebitur. Crudeles ſunt & immiſericordes*: nimirùm qui nulli & in nullo parcunt, uti iracundi & extra humanitatem, ut dicitur Prov. 27. 4. *Ira non habet miſericordiam, neque erumpens furor.* Longè à Deo hujuſmodi cogitatio, igitur illi proprium propter ſummam bonitatem, miſereri, parcere, & benefacere: quod etiam contigit in punitione, licèt in illo ſit integerrima juſtitia, quia hoc habet ſecundùm noſtra peccata. Miſericordia eſt ſuper omnia opera Dei, quia in cunctis magis lucet miſericordia ejus. Secundùm ſe miſericordia maxima eſt. Quid erit cum ſit in maximo? Hac homo blanditur Deo, & illi ita vocari placet, quo intuitu Moyſem invocare docet: *Dominator Domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis.* Numer. 14. 17. *Magnificetur ergo fortitudo Domini, ſicut juraſti dicens: Dominus patiens, & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem & ſcelera.* Didicit David eiſdem verbis placans & plaudens Dominum. *Miſerator & miſericors Dominus, longanimis & multùm miſericors.* Idem Pſal. 110. 4. & Jacob. 5. 11. Unde ut explicet ingenium ſuum, licèt damnare jurè poſſet peccatricem & prævaricatricem, ait: *Sponſabo te mihi in miſericordia & miſerationibus.* Non vult mortem, eſtò peccatoris, voluntate antecedenti, qua vult omnes homines ſalvos fieri, imò de nullius malo cogitat; niſi aliquid mali homo perpetret, quod ſeveram, juſtiſsimam conſequentem voluntatem advocet, & aliam revocet, quæ non tam oritur ab illius corde benigno, quàm ab hominis peccato. Aptè David Pſalm. 4. 11. *Quoniam irritaverunt te Domine.* Inſtitor non vult voluntate antecedenti merces projicere in mare, nec judex interficere hominem, nec medicus ſecare quem amat fratrem: voluntate verò conſequenti, urgente procellà, pretioſa negotiator quæque projicit, quæ ſi poſſet, ſalva vellet: ſic judex, ſic medicus facit quę præſcribit ratio legis, & ordo ſervandus ægritudinis. Haud ſecùs juſtus & miſericors Dominus, non lætatur in perditione vivorum: cæterùm voluntate conſequenti vult impleri omnem juſtitiam, & quaſi dolet, quoties cogitur eſſe ferox, ſiquidem egent peccata flagello vindice, ſeveriore medicamine. Miſeretur cui miſeretur, præut placet, quia ejus voluntas potentia. Clemens eſt, in quem illi placuerit, quia vult, quin nemò rectè dicat: Cur ita facis? *Cujus vult miſeretur, & quem vult indurat*: ait Paulus Rom. 9. 18. ideſt, permittit indurari, ſubtrahendo gratiam. *Miſeretur, bonum tribuens* (ait Auguſt. de *Prædeſt. SS.* cap. 8.) *obdurat, digna retribuens*: de quo Nos alibi. Indurare eſt non miſereri: & miſeretur cui vult; etenim non volentis, neque currentis, ſed magis miſerentis eſt Dei, qui juſto judicio ſubtrahit à peccatore gratiam, ſine qua homo uſque in perditionem liberè currit, & liberè perit citrà voluntatem antecedentem Dei, & juxta conſequentem, quæ regulatur actis peccatoris. Alia *Tom. 6. Taut.* 2. Quieſcant, imò ſopiantur blaſphemiæ Ethnicorum, quaſi nulla eſſet in Deo nec juſtitia nec miſericordia.

Iſai. 30. 19 Jerem. 31. 20-42. 12. Prov. 13. 13. Jerem. 6. 23-50. 42.

Et pro *ideſt*

Exod. 34. 6.

Pſal. 102. 8.

Oſe. 2. 19.

Unde ſi Deus ſummè miſericors, perditio peccantium?

——Quis enim læſos impunè putaret
Eſſe Deos? Servat multos fortuna nocentes:
Et tantùm miſeris iraſci numina poſſunt.

Rudit Lucanus de *Bell. Pharſal.* lib. 3. v. 447. pridemque blatteravit Juvenal. *Satyr.* 13. v. 101.

Juvenal.

Si curant igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me venient? Sed & exorabile numen
Fortaſſe experiar. Solet his ignoſcere. Multi
Committunt eadem diverſo crimina fœto.
Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema.

De his igitur jam egimus *Tom. 2. Tautol.* 3. *Didaſc.* 1. Inconcuſſum ſit, judicium eſſe, in quo propria quiſque quæque corporis referet, ſive bona, ſive mala: juſtitiamque eſſe in Deo quaſi alienam, quia ex hominum culpa; & miſericordiam propriam, quia ex natura clementiſsima.

In

22 In hac cine Moysis oratione licèt tredecim epitheta Dei ab Hebræis signentur, quæ videnda apud Leonard. Marium hìc num. 12. solummodò undecim numerantur à Catholicis, ut idem ibid. num. 11. Alapid. Bonfrerius, Abulens. Oleaster, & Cajetanus astruunt:quapropter legunt pro *Dominator Domine Deus*,&c. *Jehova Jehova ego sum, fortis, misericors, clemens, patiens, & multus miseratione, ac verax, custodiens misericordiam in millibus, levans iniquitatem, & prævaricationem, & peccatum, mundando non mundans* (alii *innocentem judicans*) *reddens iniquitatem patrum in filios, & filios filiorum, in tertios & quartos.* Hebr. Diversa judicantur epitheta,quia diversa judicantur munera: cæterùm quantum auguror omnia diriguntur in clementiam, ut inter cuncta attributa Moyses doctus à Deo exaltet misericordiam. *Secunda expositio.* De vocibus misericordiam sonantibus patet,de aliis etiam clarebit. *Jehova, Jehova*,ubi notitia divinæ essentiæ,de quo egimus haud strictim hìc *Taut.6.* maximè misericordiam firmat: igitur immeritis hominibus favet,quia ille est,& est quod est. *Deus quia Deus est misericors.* Scio enim (ait Isai.48.8.9.) *quia prævaricans prævaricaberis, & transgressorem ex utero vocavi te. Propter nomen meum longè faciam furorem meum::.propter me propter me faciam.* v. 11. *Ego Ego* 15. idem cap.51. 12. Osee 5. 14. & cap. 11.9. *Non faciam furorem iræ meæ, quoniam Deus* ego, & *non homo.* Secundum attributum *fortis* clementiam confirmat, etenim significat omnipotentiam, quæ parcendo & miserando claresci,quare à D.Thom.3.p.q.43. art. 4.ad 2.dicitur: *Judicet qui potest, utrum majus sit, justos creare, quam impios justificare, certè si æqualis sit utrumque potentiæ, hoc majoris est misericordiæ.* Arbitror hoc intuitu dixisse Dominum,qui fecit cœlum & terram, Isai.65.17-66.22. & Apoc. 21. 1. *Ecce enim creo cœlos novos, & terram novam, & non erunt in memoria priora.* Similiter.Psal. 85.13. pro *Misericordia*, à multis legitur: *Quia omnipotentia tua magna est super me.* Clarè etenim dicitur Sapient. 11. 24. *Misereris omnium, quia omnia potes.* Tertium quod *verax*: idest, *stabilis* in promissis, quantunvis offensus. *Cœlum, & terra transibunt* (ait Angel. Magist. ubi dudùm) *prædestinatorum autem salus, & justificatio permanebit.* Hinc Isai. 30. ubi: *Plorans nequaquàm plorabis, miserans miserebitur tui.* Arab.studiosè vertit: *Si dixeritis, Miserere mei, miserebitur tui.* & Jerem.18.8. *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo* (revocabo malum) *quod cogitavi, ut facerem ei.*

Tertia expositio. Quia potens D. Thom. Isai. Psalm. 85. *Quarta expositio. Quia fidelis.* D. Thom. Isai.& Jer.

23 In quarta excellentia misericordiæ, nimirùm, *Mundando non mundans*, variè allucinantur Interpretes,cùm hìc subintelligatur maximum quod sic divinæ clementiæ, & viscera misericordiæ in quibus visitavit nos oriens ex alto. Aliqui dicunt Deum,innocentem,idest jam justificatum non mundare omninò,quia remanet reatus pœnæ,extincto culpæ. Alii,quod mundum non mundabit, idest, innocentem ut nocentem non puniet, quod falsum ostendimus num. 9. Cajetanus hìc, quia juxta Hebr. legitur: *& judicando innocentem, non judicabit innocentem*; audacter subdit: *ut intelligamus quòd primus homo in statu innocentiæ si fuisset secundùm rigorem debiti Deo judicandus, non fuisset admissus pro innocente, & similiter in Angelis suis Deus reperiret pravitatem, si exactiùs judicaret illos, quoniam nec homo innocens, nec Angelus innocens integras reddiit gratiarum actiones. Non tantum solvit Deo, quantum teneretur rigorosè exactus.* Cajetan. Astruere poterat cogitationem acclivem auctoritate Nahum cap.1.3. dicentis: *Dominus patiens & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem.* In hujusmodi expositione intueor, quantum litera occidat. Unde scivit Emin. Doctor utrumque Deo Conditori & Salvatori non reddidisse gratias & integras,vel rependisse minutas? Qui pleni sapientiâ,præut potuerunt,& juxta cognitionem, grates ex animo retulerunt, sicut in Conditorem ita beneficum direxerunt amorem: & minimè esset juxta cognitionem dilectio,si aliqua serperet vel lateret ingratitudo,quę quidem necessaria,ubi retributio gratiarum non integra. Quo pacto essent illi in innocentia, si omninò innocentes non invenisset Judex? Homo illo in statu juxta communem Theologorum sensum non poterat peccare venialiter(& neglectus seu non integritas gratitudinis,estò levissimum,esset precatum)quin mortaliter deliquisse;nec lethaliter quibat delinquere peccato carnis,priusquàm deliquisset peccato mentis,quia tunc erat sicut Angelus per spiritalem mentem,ut ait D.Angel.1.p.q.98.art.2.ad 1.imò juxta eundem Magist.in 2.d. 23.q.2.art.2. nulla defuisset tunc homini notitia eorum quæ ad eum pertinebant,tam quoad agenda, quàm quoad vitanda. Si nulla defuit, gratias solvit. Unde igitur in innocente vel strictim exacto, illa imperfectio emanabit? Si intendit Cajetanus gratias respondentes objecto;non valebat, erat igitur creatura. Si non valebat, & peccatum

Homo in statu innocentiæ, & Angelus bonus antequàm firmaretur in gratia,nihil habuerunt judicabile, vel à Deo judice.

tum imputatur,erit absdubiè peccatum necessarium,quod quidem omninò ludicrum. Potiore jure cogitandum de Angelis, qui non sunt in corpore; ni labatur cogitatio in errores Origenis,quos impugnat idem Angelic. Doct. in cap. 9. ad *Rom.* lect.3. vel in deliria Franc. Ignatii de Zarraga in *Oper. Theopol.* splend. vesp. scintill. 2. Non reperiret Deus in neutro aliquid imperfectum illo in statu:& cùm Jobus dicit 4.18. *In Angelis suis reperit pravitatem*,de peccato superbiæ malorum Angelorum loquitur,haud quia in bonis,licèt rigorosè exactis,reperiret,quoniam aliquo concesso,non essent (ut supponit)in innocentiæ statu. Sicut quia peccatum invenit in homine,tunc minimè innocente extra paradisum expulit ; ita *Angelis peccantibus non pepercit , red rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit*, ut inquit Petrus *Epist.*2. cap.2. vers.4.

2. Pet.2.4.

24 Ergo cogitato proposito,tanquàm divinæ bonitatis speculo. Clemens & misericors Dominus plauditur,sed quousque dixit: *Innocentem*, vel *mundum non mundans*, necdum ostenderat pietatis & amoris extremum. Mundat auferens peccata & scelera, ut homines innocentes fiant;sed restabat quod in illo declinarent mala,ut homines expiarentur à malo,per quod omnia mala,nimirùm originalis culpa,quæ clauserat regna cœlestia : & *sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret , & in mortem*, ut ait Chrysost.in *Joan.*3.Innocentem judicavit,innocentem punivit,siquidem proprio filio suo non pepercit,sed pro omnibus nobis tradidit illum. Tradidit innocentem in mortem,ut hominem peccatorem faceret innocentem , & quæ non rapuit,exolvit;etenim propter nimiam charitatem qua Deus dilexit mundum , filium suum misit in similitudinem carnis peccati.Hinc rectè Hebr. *Innocentem non innocentabit*, quia in innocente iniquitates omnium nostrum posuit , & qui peccatum non noverat pro nobis peccatum fecit , idest pœnas peccatoribus infligendas in cruce tulit,& pertulit.Claret ad textum Nahum. *Mundans non faciet innocentem*:igitur dum decrevit hominem immundum mundare per sanguinem Salvatoris,Salvatorem innocentem cognoscens,minimè ut innocentem reputavit,sed jussit crucem subire,& quasi nocentem pro nocentibus pati, ut mudarentur polluti.

Quinta exposit.

Ratilas misericordia, quia pollet justitiâ.

Joan. 3. Chrysost.

25 Aliud restat attributum , & difficultatibus supr. præjactis exponendis congruum: scilièt,*Reddens* vel *visitans iniquitatem patrum in filios, &c.* Sententia non solùm intelligenda ut supr.n.16.& 17.de pœna,ut pœna,& ut medicina, sed de Dei benignitate & potentia,ut rutilet ejus misericordia. Pro quo noto,quæ aliàs præmisi, & exemplis tam sacris,quàm profanis roboravi: (Vide *Tom.*1.*Taut.*5.n.13.*Tom.*2. *Taut.* 2.n. 14. & 10. n. 9. hìc *Tautolog.*9. n.35.) scilicèt,in Scriptura aliquid dici fieri,à quo fieri potest, licèt non fiat. Genes.3. v.2. *Ex omni ligno vescimur* : idest, possùmus vesci. Job.9.7. *Præcipit Soli, & non oritur*: hoc est,potest præcipere. Luc.1.34.*Quoniam virum non cognosco* : videlicèt non possum cognoscere. Ita Matth.12.42. *Regina Austri surget in judicio , & condemnabit.* 1. Reg. 2. 6. *Dominus mortificat & vivificat*, Osee 6.2. *Percutiet , & curabit nos.* Isai.38.18.19. & 20. *Non infernus confitebitur tibi , neque mors laudabit te , non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie, pater filiis notam faciet veritatem tuam. Domine salvum me fac, & psalmos nostros cantabimus.* Idem Psalm.113.17.& 18. ubi in omnibus intelligendum est *posse*. Haud secùs in præsentiarum. Delet Dominus peccata , &c. & abstinet à pœnis pro peccatis potens visitare , vel punire peccata parentum in filios, in tertios & quartos. Fulcro contextus nititur haud importuna expositio. De Deo dicitur,ibid. *Qui aufers iniquitatem, & scelera,atque peccata.* Hebr. *Qui elevat cuncta peccata.* Idest , qui potest tollere , levare , seu condonare cuncta & omnium peccata , non quia cuncta condonat, aliàs non essent damnati, nec reprobi. Ita enim intelligendum est illud Annæ ubi supr. *Deducit ad inferos, & reducit.* q. d.potest deducere homines ad inferos & reducere. Hæc enim potest Deus, æquè potest inferre in peccatores pœnam;sed renuit quod potest, propter magnam misericordiam suam. Liquet igitur his cunctis epithetis tantùm Moysi proponi clarum insigne pietatis.

Aliquid dicitur fieri à quo potest fieri , licèt non fiat.

Actio pro potentia actionis.

Sexta exposit.

26 Discussis quæ videbantur dissona,facilè modò interpretabimur consona. *Misericors*: apud Hebr. & Oleastr. *Commotus.* Metaphoricè scilicèt , quia sicut in homine aliquo affectu commoventur viscera, uti dicitur de Joseph , viso Benjamin, *Genes.*43. 30.ita in Deo cogitamus clementiam,& ad hunccine modum dicit Jerem.31.20. *Iccircò conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor ejus.* Ubi Pagnin. *Sonuerunt viscera mea super eum.* Maluend. *Invisceranda invisceravo eum.* & in cap.42. 12. *Dabo invisceraliones , & invisceravo vos*, pro *Misericordias, & miserebor vestri* : igitur quo-

Quid sit in Deo misericordia

P agnin. Maluend.

quorum cor miseretur, miseros intendit intra viscera concludere. Hinc autumo misericordiæ fontem designari, dum Moyses describit misericordem: siquidem Dei miserationes, ideſt, actus miserendi oriuntur à pectore misericorde, tanquam à radice. Longè est, vel in ira, à genio hominis. Unde aptè Seneca in *Hercul. Oetæo*, Act. 2. vers. 441. de Alcide affiicto, & discrimine iræ inter Deos & homines, succinnit: *Deus vel in punitione pius.*

Quem nec noverca perimit, hunc perimes virum? Senec.
Cœlestis ira, quos premit, miseros facit,
Humana nullos.

Ideſt, Dii dum irascuntur, levi pœnâ quiescunt: homines verò in nullo parcunt, quousque nullos, hostes vel offensores faciant, dum crimen ulciscuntur. Ovid. lib. 3. de *Pont.* Eleg. 6.

Crede mihi, miseris cœlestia numina parcunt Ovid.
Nec semper læsos, & sine fine premunt.

Et Horatius lib. 2. *Carm.* Od. 10. vers. 19. cum Virgil. *Æneid.* lib. 10. v. 778.

——Neque semper arcum Horat.
Tendit Apollo.
Dii Jovis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores. Virgil.

Mortales pœnis offendentium gaudent: cœlestes, quia urgentur in pœnas, de pœnis immissis dolent: proin Venus mœrens, insignem pietate virum tot volvere casus, tot subire labores, & cogitans durationem à tanta majestate degenerem, fingitur dixisse Jovi lib. 1. *Æneid.* vers. 241.

——Quæ te genitor sententia vertit? Idem.
Hoc equidem occasum Trojæ, tristesque ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur. Quem das finem Rex magne laborum?

27 *Clemens.* Ideſt, lenis, benignus, non iracundus. Pagnin. *Tardus ad iram.* Ego arbitror, facilis ad veniam. Unde Terentius in *Adelph.* Act. 5. scen. 4. v. 7. ait: *Quid clemêtia in Deo?*

Facilitate nil esse melius, neque clementia. Terent.

Neque pro *Ideſt*; licet discernat hìc Donatus, subdens: *Facilis est, cujus ira citò solvitur, clemens qui non irascitur.* Donat. Quod falsum est: siquidem Deus irascitur & est clementissimus. Opportunius interpretatur ibid. vers. 10. inter *Clementem* & *Placidum*, subdens: *Clemens est circa rectè agentes; placidus etiam circa delinquentes. Clementis est nulli lædere os: placidi, arridere omnibus. Clemens animo, Placidus vultu.* Clementia pro suavitate vel facilitate sæpius usurpatur: ita Psalm. 85. 5. *Quoniam tu Domine suavis & mitis.* Psalm. 108. 22. *Suavis est misericordia tua.* Et Matth. 11. 30. *Jugum meum suave*: hoc est, facilè portatu. Haud aliena acceptio vel apud Profanos. Seneca in *Oedip.* Act. 2. vers. 281. *Clementer acto colle.* Sil. Italic. lib. 1. de *Bell. Punic.* v. 274. *Clementia pro facilitate, & suavitate.* Senec. Sil. Ital.

Haud procul Herculei tollunt se littore muri
Clementer crescente jugo.

Claudianus *Epigr.* 3. de Fonte Apono, vers. 12.

Conspicuo clivus molliter orbe tumet.

Minutius Felix: *Oram curvi molliter littoris fabulis fallentibus legebamus.* Et Apulejus lib. 4. *Metam.* in idem propositum ait: *Clementi denique transmisso clivo, pervenimus ad locum destinatum.* Etiam *lib.* 5. 9. & in *Apolog.* pro se, iterat. Vide etiam Aul. Gell. *Noct. Attic.* lib. 1. cap. 11. & lib. 2. cap. 21. Quare clemens idem significat, ac *facilis non acclivis*, sive *non difficilis*, vel *suavis*: hinc Euripides in *Bacch.* vers. 66. ait: *Laborem jucundum fatigationemque facilem.* Ubi Canterus *Lenem.* Virgil. 6. *Æneid.* v. 146. *Volens, faciliſque sequetur.* Quid desiderari ampliùs potest in clementia, cùm quærat peccatores, ut condonet crimina? Quid suavius, dum Isai. 58. 9. ait: *Tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum.* Cum tribulato est in tribulatione, vincit, & vocem vel tacentis prævenit: quinetiam ut ait Ambrosius in *Luc.* lib. 4. in cap. 4. *Nec indignatione motus, nec scelere offensus, nec injuriâ violatus, immemor injuriæ, memor clementiæ nunc docendo, nunc liberando, nunc sanando, infidæ plebis corda demulcet.* Iccircò *Præstabilis* (dicitur Joel. 2. 13.) *super malitia, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ*; quanvis provocetur in malum, quoniam charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat. *Præstabilis super* Claudian. Minut. Apul. Eurip. Ambros. Joel. 2.

per malitia, etenim exaltat miſericordia judicium. *Præſtabilis*, ſupereminens, vel collatà mole cunctorum poſsibilium peccatorum. *Præſtabilis*. Vocem rides hæretice? *Præſtabilis*. Haud ullam potuit Hieronymus aptiorem ac vivaciorem invenire. Deridet Hunnius quia non vidit in Priſciano. Deridenda aptiùs non ſolùm jactantia, ſed ignorantia ſupina. Non vidit in Priſciano, quibus uſus eſt Cicero? *Amicitia præſtabilis*: inquit, lib. de *Amicit*. *Status præſtabilis*: lib. 1. de *Finib*. Etiam de *Orator*. ſubdit: *Magnitudine præſtabiles, & novitate primæ*. De *Senect*. *Nil mente præſtabilius*. Nihil ignorantiâ pervicacius: quid ſi inhæret in hæretico? Stupes fatuiſsime ad inventiunculas vocum complexarum ad jocum duntaxàt celeberrimi Plauti, uti cùm dicit in *Perſa*, Act. 3. ſcen. 6. verſ. 20.

Excellētia, & præſtabilitas miſericordiæ Dei. Cicer.

Plaut.

Vaniloquidorus, virginiſvendonides,
Nugipolyloquides, argenti exterebronides,
Tedignilòquides, numorum expalpònides,
Quodſemelarripides, nunquampoſteaeripides.

Et ad *Præſtabilis* paves? Delicatulus es. Quid diceret Laodamia viro? Audi *Epiſt*. 13. *Heroid*. verſ. 53.

Ovid.

Ilion, & Tenedos, ſimoiſque, & Xantus & Ida,
Nomina ſunt ipſo penè timenda ſono.

Neſcis nomina in *bilis*? Audi circa præſentem materiam rariora. *Ut exoretur exorabilis*: ait Plautus in *Trucul*. Act. 1. ſcen. 1. verſ. 6. *Placabilis ara Dianæ*: Virgil. lib. 7. *Æneid*. v. 764. Idem lib. 9. v. 585. Denique Ovidius lib. 5. *Triſt*. Eleg. 8. accinit:

Plaut. Virgil.

Ovid.

Scilicèt ut non eſt per vim ſuperabilis ulli,
Molle cor ad timidas ſic habet ille preces.

Ecce quomodò Ethnici demonſtrant clementem: opportuniùs atque vigilantiùs Hieronymus Deum indicat miſericordem, illum indigitans malitia præſtabilem: etenim cor ſuave, facile, clemens, benignum, operit multitudinem peccatorum.

28 Non abſre erit, aliqua decerpere ex Seneca: conveniunt nanque propoſito, clementiæ diffinitiones. *Clementia* (ait lib. 2. cap. 3.) *eſt temperantia animi in poteſtate ulciſcendi*: vel *lenitas Superioris adverſus inferiorem in conſtituendis pœnis*: vel *inclinati animi ad lenitatem in pœna exigenda*: vel demùm, *moderatio aliquid ex debito pœnà remittens*: huic opponitur crudelitas, de qua infrà à num. 38. Diffinitiones amplectitur D. Thomas 2. 2. *quæſt*. 157. *art*. 1. & 2. Quàm congruè cadant inſtituto, patet tot tractibus ſæculorum. Deliquit Adamus: quàm graviter mors filii Dei teſtatur: manifeſtaturque divini temperantia animi in poteſtate ulciſcendi, lenitas in exigenda delicti pœna, & moderatio in ſupplicii debiti remiſsione, ubi delinquens mulctatur ex illo, qui debebat cum deſertoribus Angelis perdurabili barathro. *Placatus eſt Dominus* (ait Moyſes hìc cap. 32. 14. vel offenſus adoratione vituli) *ne faceret malum, quod locutus fuerat adverſus populum ſuum*. Ita plura obvia in Scriptura, quibus rutilat lenitas Dei, cunctis Superioris, in pœnis inferiorum conſtituendis.

Quid ſit Clemẽtia? Senec.

Deus clemẽtiſsimus.

29 *Patiens*. Adhuc rutilat Domini miſericordia. Patiens, ideſt, in criminum punitione non præceps. Licèt ſceleribus iratus, non iracundus. Patiens, *quia peccantibus non facilè reddit, ſed ſuſtinet, ut converſis ignoſcat*: ait Auguſtinus quæſt. 1. libell. qq. *veter*. & *nov*. *Teſtam*. Eſt piger ad pœnas. Ideo David dicit: *Longaminis*. Hebr. Arias Montan. Maluend. & alii: *longus narium*. Alluditur ad hominum conſtitutionem: igitur juxta Ariſtotel. in *Phyſiognom*. Joann. Baptiſt. Portam *lib*. 2. *cap*. 9. Nancell. in *Analog*. *Micr*. *ad Macr*. lib. 3. cap. 3. & Lucretium lib. 4. de *Rer*. *natur*. brevis naribus citò excandeſcit, & ſerò efferveſcit in ira (Hiſpan. *Se le ſube el humo à las narizes*.) qui longus nare citò quieſcit; ſiquidem perforamina apertiora quantocyus calore motum cor æſtuans refrigeratur. Hinc Haye: *Longus ad iram*. Cajetan. in Pſal. 102. 8. *Longus furorum*. Felix Pratenſ. *Lentus in ira*. Mour. *Cunctanter iraſcitur, & impendio indulget*. Anton. Nebricenſ. *Diſtans à furore*. Tardus ſanè ad iram, quippe ut dicit Paulus ad Rom. 15. 5. Eſt *Deus patientiæ*. Profectò ut canit Ovidius lib. 3. *Triſt*. Eleg. 15.

Quid patiẽtia in Deo? Auguſt. Pſal. 102. 8.

Qui brevis naribus facilè iraſcitur. Hay. Cajet. Rom. 15.

Ovid.

Quo quiſque eſt major magis eſt placabilis iræ,
Et faciles motus mens generoſa capit.

Hæc eſt victoria ſui & præpotentis majeſtatis. Fortior qui ſe, quàm qui mœnia fortiſſima vincit.

Mantuan.

Ardua res, vicisſe alios, victoria major

Eſt,

Est, animi fluctus composuisse suos.

Accinit Mantuanus ex Sev. Boëtio de *Consol. Philosoph.* lib. 3. Metr. 5. Quid si accensa fuerit ira, revocare gradum, & abscondere telum? Indicat Seneca in *Medea*, Act. 2. vers. 203.

Difficile quàm sit, animum ab ira flectere
Jam concitatum, quàmque regale hoc putet, Senec.
Sceptris superbas quisquis admovit manus,
Quà cœpit ire; Regia didici meâ.

Inter homines, ut subdit idem ibidem Act. ultim. vers. 942. Cor fluctuatur. Ira pietatem fugat, iramque pietas. In Deo verò, quia patiens, quia longanimis, *cedit pietati dolor.* Idem.

30 Denique dicitur, & *multæ miserationis*. Ideſt, non solùm est *misericors*, sed *miserator*: ut ait David loc. cit. & Psalm. 110. 4. Jacob. 5. 11. & plur. aliis in loc. Fructus modò describuntur radicis misericordiæ, & flumina maris clementiæ. Hoc est quod dicitur *In misericordia & miserationibus*: & respondere gemitibus pœnitentium secundùm multitudinem miserationum suarum. Clamat miseria, & illicò miserationibus respondet misericordia: Qui misericordiam imprecatur, miserum se fatetur. Ideo David toties iterat: *Miserere, misere, & secundùm misericordiam.* Quod novum minimè est vel apud Profanos, ut vidimus supr. num. 20. ex Virgil. *Miserere laborum*: signantur simul malum & auxilium: Seneca in *Medea*, Act. 2. vers. 224. *Prodesse miseris: supplices protegere.* Et in *Hercul. Oetæo*: Act. 2. vers. 361: *Ipsas misericors forsan ærumnas amat*: connotans unde pectoris misericordia. Ita Plautus in *Trinum.* Act. 2. scen. 4. vers. 29. *Vidi miserum, & me ejus miseritum est.* In *Rudent.* Act. 1. scen. 5. v. 19. *Miserarum ambarum misereat.* Et in *Trucul.* Act. 2. scen. 5: vers. 13: *Illi miseræ miseria.* Nullum itaque cor afflictos potest videre; quod ab auxilio manum valeat retrahere. Ad visa mala impelluntur usque ad juvamen præcordia. Quid in Deo, qui fecit hominem? Non fert lachrymas, quin accedat & præpropera benignitas. *Quid in Deo miseratio?* Osee 1. 19. Virgil. Senec. Plaut. *Differentia misericordiæ & miserationis.*

Hoc tecum commune Deis, quòd utrique rogati
Supplicibus vestris ferre soletis opem.
Nam quid erit quare solito dignemur honore
Numina, si demas velle juvare Deos? Ovid.
Jupiter oranti surdas si præbeat aures,
Victima pro templo cur cadet icta Jovis?

Quærit ita querulus Naso lib. 2. de *Pont.* Eleg. 9. Verùm procul este profani. Verum auxilium à Deo vivo, qui fecit terram & cœlum, quippe salvare intendit, quos præ amore condidit, & in quorum salutem misericordias ut potens mirificavit. Audi Chrysostom. Homil. in *Psalm.* 50. *Impius es? Magos* (ait) *tibi propone. Raptor es? Publicanum cogita. Impurus es? Animo tuo meretrix sese objiciat. Sicarius es? Latro ille ante oculos tuos versetur. Flagitiosus es? in mentem tibi veniat Paulus. Respice. Millies peccasti? Millies resipisce.* Respice quales homines invenerit, & quales ac quantos, cùm descendisset in terras informaverit: *Invenit publicanum* (ait idem Serm. in *Pentecost.*) *& Evangelistam effecit: invenit persecutorem, & Apostolum reddidit: invenit latronem, & in paradisum induxit: invenit meretricem, & virginibus coæquavit: invenit Magos, & Evangelistas ostendit: fugavit malitiam & induxit benignitatem.* Chrysost. *In Deo abundantia pietatis.* Idem.

31 Nomen autem frequentativum dici potest, quo promitur in Deo abundantia pietatis in quacunque hora & necessitate qualibet, queis ille astruit ope & opere fontem misericordiæ fluentem è pectore. Perperàm Nonius apud Passerat. in *Propert. lib.* 1. *Epigr.* 16. ad illud: *Miseratio pro lamentatione.*

Tu sola humanos nunquàm miserata dolores: Propert.

Subdit: *Miserari est flere & lamentari: Misereri, miserationem alienis casibus exhibere.* Sanè apud Profanos accepta significatio, ut illud Virgilii lib. 12. *Æneid.* v.

——*Turni sortem miserantur iniquam.* Virgil.

At ut notat Isidorus lib. 1. *Different.* liter. *M.* num. 350. *Inter misericordiam, & miserationem, benè velle, misericordiæ est: benè facere, miserationis. Dicitur enim miseratio, quasi misericordiæ actio: nam misericordia affectus tantùm cordis est, quo compellimur, ut miseris subveniamus. Quapropter misericordia condolere misero novit; etsi non sit unde tribuatur: miseratio autem ex opere comprobatur.* Aptè quidem: quandoquidem non vult Deus mortem peccatoris, & ut dicitur Ezech. 33. 12. *Impietas impii non no-* *Pro beneficentia.* Isidor.

Prov. 13. 13. *nocebit ei, in quacunque die converſus fuerit ab impietate ſua.* Hæc eſt miſeratio: quo videtur expoſitum illud Prov. *Miſericordes ſunt, & miſerantur*: quod profectò iteratur Iſai. 30. 19. Jerem. 31. 20-42. 12. & Oſee 2. 19. ubi: *in miſericordia, & miſerationibus*: q.d. Non ſolùm clementia comprobatur pectore, ſed etiam opere. Lucet miſerationum Dei ſuperabundans in fragiles, vel audaces multitudo, quia non quoties peccant homines, ſua fulmina mittit, imò ad lapſos ſemel atque iterùm vel offenſus manum porrigit: quapropter interrogatus, an uſque ſepties frater offendens parcendus? Reſpondit Petro, Matth. 18. 22. *Non dico tibi uſque ſepties: ſed uſque ſeptuagies ſepties.* Cognovit figmentum noſtrum. *Si ſepties* (dicit Philantropus N. apud Luc. 17. 4.) *in die peccaverit in te, & ſepties in die converſus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: dimitte illi.* Docuit quod fecit.

Pro beneficentiæ continuatione.

Exod. 34. 6. 32 Expoſuimus quid ſit Miſericordia, Clementia, Patientia, & Miſeratio in Deo, & quàm congruè laudabiliterque illum plauſerit Moyſes clamans: *Miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis.* Unde etiam claret, hujuſmodi ſententiam non eſſe formaliter Tautologiam, cùm voces ſignent in illa diverſa munera, licèt indiſcriminatim aliquando accipiantur, & per illas ſine delectu homines proferant, quæque miſeri pro levamine concipiunt. In ampliorem textus explanationem aliqua meditata lubitò delicabo. Miſericordia, quater repetita hìc, & Pſalm. 102. 8. ſumitur ab Aiguano pro actu miſericordiæ Dei in cœlo, in mundo, in purgatorio, & inferno. Ideo dicitur: *Miſerator & miſericors, patiens & multæ miſericordiæ.* Sumptà ſtrictim expoſitione, minimè cogitatio placet. Miſericordià Domini plena eſt terra. Aptiùs poſſumus interpretari de favore Dei, qui ſæpe, ut vidimus num. 20. dicitur Miſericordia: quo intelliges illud Levitic. de die expiationis: *Dies propitiationis, ut propitietur vobis Dominus*: ideſt, ut faveat: dies propitiationis, ut miſereatur veſtri: vel dies miſericordiæ, ut propitietur vobis. Unde Arabic. ad illud Jerem. 31. 20. *Miſerans miſerebor ejus*, legit: *Proſperans proſperabo ad ipſum.* Homerus 2. *Iliad.* v. 27. *Jupiter valdè te curat, & miſeratur*: ideſt, favet. Idem iterat 6. *Iliad.* v. 309-7. v. 27-9. v. 301. 22. v. 59-24. v. 173. & 300. Quapropter cùm inſigne miſericordiæ, & propoſitum voluntatis ejus, ſit ſalus hominum; ut oſtendatur miſericors, eligit: ut clemens vocat; ut patiens, benignus (Ar. Montan. *Gratioſus*) juſtificat: ut miſerator, vel multæ miſerationis, glorificat. Iccircò Paulus ad Rom. 8. 30. infit: *Quos autem predeſtinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & juſtificavit: quos autem juſtificavit, illos & glorificavit.* Favet huic expoſitioni lectio Joann. Hay. in Bibl. Max. *Gratioſus, gratificator, gratificus & beneficus: benignus, bonus, ſuavis, propenſus ad benefaciendum gratis.* Aſtipulaturque verſ. Syriac. ad illud Oſee 2. 19. *Sponſabo te mihi in juſtitia, in judicio, in miſericordia, & miſerationibus*: ubi legit, *Sponſabo te mihi in gratia.* Si vis, dirigere potes ſententiam, ita ut miſericordia effulguret in hominis conſtitutione, patientia in hominis lapſu, clementia in elevatione ad gratiam, & multa miſeratio in translatione ad gloriam, ut pateat Deus conditor, gubernator, ſalvator, & glorificator. Vide pro robore cogitationis Angel. Magiſtr. in cap. 9. *Epiſt. ad Rom.* lect. 3.

Miſericordia pro gratia.

Levit. 23. 28.

Arab.

Septim. expoſit.

Hay.

Syriac.

Octava expoſit.

Nona. 33 Ex ipſo Doctore Angelico 2. 2. q. 157. art. 4. ad 3. aliam interpretationem proferam & glorianter, quia tanti patroni & magiſtri. *Miſericordia & pietas conveniunt quidem cum manſuetudine & clementia, in quantum concurrunt in eundem effectum, qui eſt prohibere mala proximorum; differunt tamen quantum ad motivum: nam pietas removet mala proximorum ex reverentia, quam habet ad aliquem ſuperiorem* (quod in hominibus dicitur pietas, more vulgi, ut inquit Auguſtin. lib. 10. de *Civ.* cap. 1. in Deo ſunt actus miſericordiæ, & Deus ipſe dicitur pius, quia jubet hujuſmodi opera fieri propter ſe, ut placetur) *putà ad Deum, vel parentem. Miſericordia verò removet mala proximorum, ex eo quòd in eis aliquis contriſtatur, in quantum æſtimat ea ad ſe pertinere, quod provenit ex amicitia, quæ facit amicos de eiſdem gaudere & contriſtari. Manſuetudo autem hoc facit, in quantum removet iram incitantem ad vindictam. Clementia verò hoc facit ex animi lenitate, in quantum judicat æquum eſſe, ut aliquis non ampliùs puniatur.* Hucuſque D. Thom. Ita igitur ut vidimus, Deus plauditur miſericors, quia videt miſeriam in homine à ſe condito; pius quia multiplicat miſericordias propter ſe, vel in perduelli; manſuetus vel patiens, quia frangit iram; & etiam clemens, quoniam lenis minuit pœnam. In quo enim actu non invenientur vel ad peccatorem hujuſmodi inſignia, ut revocetur ad gratiam fultus miſericordià, clementià, manſuetudine & pietate? Propter veritatem, & manſuetudinem, & juſtitiam educet

Nona.

D. Thom.

Quo pacto pietas in Deo?

illum

illum è cœno criminis mirabiliter dextera omnipotentis ad gratiam. Patiens est, ubi tardat vulnerare peccatorem, ut vulnus, quòd non sentit, agnoscat. Misericors, dum premit, ut vulneratus vomicam sentiat. Clemens, dum tempus concedit, ut dolore punctus scelerum resipiscat. Multæ denique miserationis, dum adjuvat, ut resipiens ab anima jugum diaboli excutiat. Quare sensus est: Non solùm est misericors, sed etiam clemens, imò patiens, quinimò infinitæ jugis miserationis. Consule Bernardum Serm. de *Tripl. misericordia*, & August. in *Psalm.* 102. v. 8. Plura igitur in hujusmodi intentum excogitari possunt, quibus supersedeo, ut magis accedamus proposito. *Decima.*

34 Arrident mihi magis (idem arbitror fore lecturis) expositiones, quæ eliciuntur ex contextu. Reduximus suprà à num. 22. Dominationem, Potentiam, Justitiamque, propter articulum in quo Moyses pro venia peccati vituli, ad misericordiam, & misericordiæ cogitatam eminentiam. Haud Legislator Israël deficit à conamine placationis iræ, ubi permanet in precum continuatione. *Aufers* (ait: idest, potes auferre, uti notavimus num. 24.) *iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est*: hoc est, delicta vel imperfectiones, de quo suo loco, *Tom.* 4. *Tautol.* 7. Per quodlibet horum homo miser est: diciturque Deus misericors, quia aufert delicta: clemens, quia delet peccata: patiens, quia expungit iniquitatem; & multæ miserationis, quia etiam scelera abolet. Hæc præut arbitror, est legitima expositio. *Undecima.*

35 Alia adhuc cogito. Sæpe in Scriptura geminantur voces, idem conatum atque animi propositum significantes, ut indicetur persistentia animi, firmitas sententiæ, & annisus cordis in cupita, maximè desiderata: quæ quidem figura vocatur *Epitasis*, Græcè, idest, exaggeratio: igitur cùm non habeamus tot verba, quot impetus cordis, in quæ sitimus; verba atque verba, nomina atque nomina; & eadem vario flexu & gyro multiplicamus. Plura ostendimus in *Prolog. Gal.* §. 4. num. 13. Fiuntque simpliciter, ut Genes. 2. 17. *Morte morieris.* Isai. 1. 4. *Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis.* Jerem. 7. 34. *Quiescere faciam vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.* Psalm. 105. 6. *Peccavimus, injustè egimus, iniquitatem fecimus.* Et illud illustre Genes. 7. 14. *Cunctumque volatile, universæ aves, omnesque volucres.* Etiam fiunt, ne sententiæ videantur conditionatæ, sed absolutæ, affirmatione, & negatione contrarii positivi. Ut Isai. 38. 1. *Morieris tu, & non vives.* Deuter. 33. 6. *Vivat Rubem, non moriatur.* Ibid. 28. 13. *In caput, & non in caudam. Subter & non suprà.* Jerem. 42. 10. *Ædificabo & non destruam: plantabo & non evellam*: de quibus egimus loc. cit. §. 5. num. 4. & hìc. *Tautolog.* 12. num. 15. *Cur in Scriptura sunt geminationes vocum? In his emphasis imbibitur. Amplior in negatione propositi affirmati contrarii.*

36 Isti modi dicendi (quique in sacra pagina obvii) præter intentionis propositum; objectum, subjectum, argumentum, vel materiam tam extensivè quàm intensivè signant, & ut clareat magis conceptus mentis, eundem exprimunt complexæ geminationes. *Morte mori*, est omne genus mortis, ut contigit, & continget filiis Adam. *Vox gaudii*, &c. omne gaudium; sicut cunctum volatile, omne genus altilium. Unde sicut ponderè transgressionis ostenditur peccatum, & transgressione injustitia (qua iniquitas facta, & gens peccatrix jam gravis, seu gravata iniquitate, turpissimà consuetudine, quæ à patribus derivata in genimina nequàm, & à filiis sceleratis custodita) ita exprimitur miserentis animus, misericordiæ modus, materia circa quam, & etiam tempus, cum cæteris circunstantiis, constituentibus excelsam clementiam misericordis. *Misericors*: ecce animus. *Clemens*: patet modus. *Patiens*; materia ostenditur. *Multæ misericordiæ*: tempus signatur cum intensione & extensione actionis ad extra quoad effectum, non autem quoad agentem, auxiliantem miseris, ut observat D. Thom. in 4. *dist.* 46. *quæst.* 1. *art.* 2. *quæstiunc.* 4. ad 2. Eodem sensu exponenda sunt testimonia jam præfata, Psalm. 85. 15-102. 8-& 110. 4. & alia, quibus Domini extollitur insita misericordia; ut Psalm. 85. 5. *Quoniam tu Domine suavis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.* Joel. 2. 13. & Judith. 7. 19. Nihil habemus quo magis explicemus nostram miseriam, & geminamus vocibus, & modis Domini misericordiam. *Duodecim. expos.*

37 Usus est etiam apud PP. *Benignus, propitiusque* vocatur Dominus à Clem. Alexandr. lib. 5. *Strom.* Lenis, mitis, misericors, clemens, pius, placidus, propitius mansuetus, ab August. in *Psalm.* cit. num. præc. Apud Ethnicos itidem. Seneca in *Troäd.* Act. 3. vers. 693. *Cle. Alex. Geminatio pro conata animi. Senec.*

Miserere matris, & preces placidus pias

Pa-

Patienſque recipe.

Plaut. Terent. Plautus in *Trinum.* Act.4. ſcen.1. verſ.8. *Placido te & clemente.* Terentius in *Adelph.* Act.5. ſcen.4. verſ. 10. *Clemens, placidus.* Homer.5. *Odyſ.* verſ.8. *Nullus amplius benignus mitis, manſuetus.* Et Ovid. lib.2. *Triſt.* Eleg. unic.

Ovid. *Sis placidus faciliſque parens, veniæque paratus.*

Affirmatio & negatio in geminatione epitaſis conatus eſt.

Quod nanque aliquando exprimi ſolet per miſericordiam,& negationem ſupplicii; ſicut per amorem & negationem odii. Sapient. 11. 25. *Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti.* Anſelm. Orat. pro *Præp. ad Miſſ.* amorem commutat,ſubdens: *Miſereris omnium Domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti.* Ambroſius ubi ſupr. num. 27. *Immemor injuriæ, memor clementiæ.* Plautus in *Rudent.* Act. 1. ſcen. 5. à verſ. 1. ait:

Plaut. *Qui ſunt qui à patrona preces meà expeteſſunt?*
Bonam, atque obſequentem Deam, atque haud gravatam
Patronam exequuntur, benignamque multùm.

Quibus auctoritatibus lucet exaggerationem, ſeu emphaſim animi, in majorem expreſsionem fieri geminatione, vel negatione propoſiti poſito oppoſiti. *Non eſt iſte ſermo* (dixit Judith presbyteris cap. 8. 12.) *qui miſericordiam provocet, ſed potiùs qui iram excitet & furorem accendat.* Q. d. ut in multum,vel ut nimis iraſcatur, ut videbimus num. 39. Haud aliter, dum dicitur *miſericors miſeretur, miſericors & miſerator, miſericors & non iraſcitur.* Ideſt, multùm miſericors eſt, & nimis. Minimè iraſcetur; imò recedet ab ira, quia multus eſt in miſericordia.

Verba & nomina pro adverbiis.

38 Ad portum jam devenimus, ut exponantur præmiſsis reliquæ Tautologiæ. Sæpe monui, apud Hebræos verba ſumi pro adverbiis, tam hìc quàm *Tom.* prior. modò etiam noto, nomina geminata, vel geminationem per affirmationem & oppoſiti negationem, eodem filo ducenda. Pſalm. 125. 2. 3. *Magnificavit Dominus facere cum eis: magnificavit Dominus facere nobiſcum:* hoc eſt, magnificè fecit. Idem Joel 2. 21. *Exulta & lætare, quoniam magnificavit Dominus ut faceret:* ideſt, lætanter exulta, quoniam magnificè faciet. Mich. 7. 19. *Revertetur & miſerebitur noſtri:* nimirùm, iterùm, vel denuò miſerebitur. Patet ex Hebræo. Oſee 9. 9. dicitur: *Profundè peccaverunt:* & lectio Hebr. *Profundaverunt peccare.* Pariter: *Miſerans miſerebitur:* ideſt, ſanè miſerebitur. Idem in Jeremia 31. 20. *Miſericordes ſunt, & miſerantur:* hoc eſt, multum miſerentur. *In miſericordia & miſerationibus:* ſcilicèt in multa miſericordia, vel valdè, aut maximè miſericors. Ita ad illud Jacobi: *Miſericors Dominus & miſerator.* Oecum. legit: *Valdè miſericors.* Et hìc pro *Miſericors, clemens, patiens,* &c. aliqui apud Hay. *Longè miſericors.* Hoc eſt ſolatium hominum culpa afflictorum: & conſcientiâ facti pœnitentium in gravaminis ſubſidium: nam, ut inquit Seneca in *Octav.* Act.2. verſ.436.

Mich.7.19 Prov. 13. 13. Oſee 2.19. Jacob. 5. 11.

Senec. *Magnum timoris remedium clementia eſt.*

Jerem. 6. 23.

39 Egimus de affirmatione:idem nec abſre dicemus,ſi accedat illi negatio aſtructæ affirmativæ ſententiæ, ut illud Jeremiæ: *Sagittam & ſcutum arripiet* (ſcilicèt, exercitus Chaldæorum) *crudelis eſt, & non miſerebitur.* Et cap. 50. *Crudeles ſunt, & immiſericordes:* ideſt, nimis crudeles ſunt: nequaquàm miſereſcunt. Non revocat à vulnere infligendo inflicta plaga, vulneribus recrudeſcunt in vulnera. Hiſpan. *No dan quartel.* Græciſmus eſt. Homer. 71. *Iliad.* verſ. 50. 42. 137. *Ferreus eſt, non miſericors:* ideſt, nimis ſanguinolentus. 20. *Iliad.* verſ. 435. *Si quomodò ſibi parceret, & vivum dimitteret, neque interficeret. Non enim quid mitis vir erat, neque benignus, ſed valdè ferox.* 24. *Iliad.* verſ. 206. *Crudelis vir iſte, non te miſerebitur:* igitur eſtò corde carneo ad miſerationem *populos Saturnius lapides fecerat,* ut dicit idem ibid. v. 610. & 26. *Odyſ.* verſ. 313. *Quos comedit, nec miſertus eſt.* Ita ſenſu contrario 5. *Odyſ.* verſ. 201. *Nec animus intra præcordia ferreus, ſed miſericors. Crudelitas* (ait Seneca lib.2.de *Clement.*cap.4.) *nihil aliud eſt,quàm atrocitas animi in exigendis pœnis. Illos ergo crudeles vocabo, qui puniendi cauſam habent, modum non habent. Poſſumus effugere cavillationem,& ita finire; ut crudelitas ſit inclinatio animi ad aſperiora.* Unde Virgilius lib.2. *Æneid.* verſ.561. canit:

Homer.

Quid ſit crudelitas? Senec.

Virgil. ——*Crudeli vulnere vidi*
Vitam exhalantem.

Propertius *lib.*1. *Eleg.*8. & Martialis lib.11. *Epigr.*92.

Propert. *Crudelem infeſta ſæpe vocare manu.*

Ipſa-

Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi. Martial.

40 Haud ita arbitror, hìc intelligi crudelitatem, ſed pro ſævitia, quatenùs irruentes omnem humanitatem exuunt, occidentes, concidentes & trucidantes, ut deſtruant, & gratià occidendi ſolummodò occidant. Optimè ſignat hujuſmodi conatus Stoicus ubi ſupr. *Nec interficere contenti ſæviunt. Hæc crudelitas, ſed quia nec ultionem ſequitur (non enim læſa eſt) nec peccato alicui iraſcitur (nullum enim anteceſsit crimen) extra finitionem noſtram cadit. Poſſumus dicere hanc non eſſe crudelitatem, ſed feritatem, cui voluptati ſævitia eſt. Poſſumus inſaniam vocare: nam varia ſunt genera ejus, & nullum certius quàm quod in cædes hominum & laniationes pervenit.* Ut deſipit in miſericordia, ſapit Seneca in ſævitia, & furoris inſania. Unde Lucretius lib. 3. de *Rer. natura*. verſ. 71. Senec. *Quid inhumanitas?*

——Cædem cædi acumulantes,
Crudeles gaudent in triſti funere fratris. Lucret.

In omnem aleam projecti, dicunt quod Ariſtophontis apud Plautum in *Capt.* Act. 3. ſcen. 5. verſ. 106.

——Numinis
Miſereri certum eſt, quia mei miſeret neminem. Plaut.

Inconcuſſum næ, cunctos timere debere, qui nullum timet, & in vitas aliorum tutè graſſari, qui propriam proterit, nec timet perdere.

Fruſtrà rogatur, qui miſereri non poteſt. P. Syr.

Ait P. Syrus verſ. 80. & Andromacha ut trucis Ulyſsis ſævitiam vel ab oculis arceret, apud Senec. in *Tröad.* Act. 3. verſ. 695. *Mitiùs lapſos preme*: igitur ita in captivos ſæviebat, ut ſcopus fierent & torti & ſervati. Quare in *Hercul. fur.* Act. 2. verſ. 110. ingeniosè dicit: Senec.

Qui morte cunctos luere ſupplicium jubet,
Neſcit tyrannus eſſe. Diverſa irroga:
Miſerum veta perire, felicem jube. Idem.

Ac in deſperationem actus Oedipus in *Thebaid.* Act. 1. verſ. 33.

——Recipe ſupplicium vetus
Semper cruente, ſæve, crudelis, ferox,
Cùm occidis & cùm parcis. Idem.

Ita ſanè exercitus Chaldæorum in Jeruſalem, quorum milites & duces abſque ulla humanitate in captivos irruentes, ut occiderent occidebant; ut ſatiaretur ſævitia, trucidabant; uti patuit in Sedecia, cujus coram oculis Nabuchodonoſor occidit filios, & poſt ferale ſpectaculum lumina quæ crudelitatem ſpectaverant, effodit, ſervans illum vivum, ut magis pungetet. *Sævitia in conceſsione. etiam vitæ*

Nunquàm eſt ille miſer, cui facile eſt mori. Senec.

Subdit Seneca in *Hercul. Oetæo*, Act. 1. verſ. 111. Regi ergo capto haud mors conceſſa, ut acriorem uti lentam pateretur mortem. Sicut in geminatione miſericordiæ exprimitur ejus excellentia modo quo à nobis expromi poteſt; ita hìc exponitur omne ſævitiæ genus, & ſæviendi modus, uti crudelium ſine miſericordia, ideſt, ſummè crudelium, juxta dicta. Quid fecerint, refertur loc. citatis Jeremiæ, Iſai. 13. à verſ. 14. 4. Reg. 25. à verſ. 6. & à Davide prævidente Pſalm. 78. 2. 3. *Poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ: effuderunt ſanguinem eorum tanquàm aquam in circuitu Jeruſalem*, &c. Unde colligitur quanta victorum in victos ſævitia, & crudelitas furioſa. *Quanta in vaſtatione Jeruſalem!*

41 Verſiones intermiſtæ ſunt literæ. *Miſericors, clemens, patiens & multæ miſerationis*, &c. Chald. *Tardus in ultionem; multus, ut faciat benignitatem.* Syr. *Miſericors copiosè bonitatis.* Tigur. *Leni animo, clementis bonitatis.* Perſ. *Clementiam exercens, & miſereſcens, longus ad iram, & multus miſericordià.* Rabb. Jonath. *Appropinquans miſerationibus, multiplicans facere benignitatem.* Venet. *Abundans pietate, longanimis.* Onk. *Multus ad faciendam bonitatem.* Arias Mont. & Cajet. *Gratioſus, longus narium, furorum, & multæ miſericordiæ.* Moure: *Humanus & placidus.* Oleaſt. *Miſericors, longus iris.* Maluend. *Ens ens, gratificus longus narium, & multus benignitatis, pietatis.* Haye: *Inviſcerator, & eviſceratur, gratioſus, gratificator, gratificus, beneficus, & propenſus ad benefaciendum gratis.* Alii: *Longè, largè, multùm miſericors.* Adeamus igitur per Didaſcalias ad thronum gratiæ, ut miſericordiam conſequamur in tempore opportuno. *Verſiones.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1 *DEus misericors, & clemens, & patiens & multæ miserationis.* Patiens dicitur, dum offenditur: transgressor legis ob offensam castigatur: & Deus plauditur multæ miserationis vel in suppliciis; quia etiam exercens justitiam, ostendit misericordiam.

2 *Misericors, & multæ miserationis.* Mundus miseratione crudelis: siquidem quos illecebris advocat, miserè supplantatione trucidat.

3 *Misericors, & multæ miserationis.* Misericordia floruit in peccati indulgentia: & misericordiæ apponitur adhuc multiplex misericordia; igitur ut penitùs deleretur transgressio, mittitur filius de cœlo in hunc mundum factus homo.

4 *Misericors, & multæ miserationis*, in subsidium humanæ naturæ fragilis: etenim non tantùm hominem misit filium in orbem; sed voluit habere matrem.

5 *Misericors, & multæ miserationis*: quoniam etiam flagellum ex ipso officio pietatis: etenim qui renuit obedire clementiæ, invenit virgam justitiæ in manu misericordiæ.

6 *Misericors, & multæ miserationis*: describitur erga Hispanos obsequium; ut gratiis, illorum rependatur officium: igitur illis tantùm concessa bullà Cruciata; miserationum Dei patent clementissima viscera.

DIDASCALIA I.

Deus ita benignus, ut vel puniendo misericors.

1 QUid in pectore pio exigi potest ultrà? Hujusmodi benignitate plena est terra.

Ovid. *Sæpe refert, sit quanta Dei clementia, cujus*
Se quoque in exemplis annumerare solet.

Domini gloria in peccatores clementia. Dicam aptiùs, quàm Ovidius lib. 5. *Trist.* Eleg. 5. vers. 19. etenim quis magis confitebitur, quàm qui experitur? Dicit etiam Paulinus Consul. Carm. de *Baptista*, vers. 239.

Paul. Consul. *Et tamen erramus: finis nec criminis ullus*
Humano generi: sed crescit laus tua, nanque
Major culpa rei, parcentis gloria major.

Ambitum exprimit Bernard. *serm.* 39. *inter parv.* ut qui viderit clementiæ ambitum, non videat terminum. *Non modò* (ait) *immeritos, sed & malè meritos prævenit, ut dum adhuc sumus filii iræ, & operamur opera mortis; ipse cogitet super nos cogitationes pacis & non afflictionis: & ne petentibus quidem, imò & impœnitentibus: non invocantibus, sed provocantibus: non interpellantibus, sed etiam repellentibus spiritum bonum, sperantum vitæ, adoptionis spiritum largitur.* Ad omnes igitur extenditur ingenita misericordia, sed aliquando extenditur pœna: unde ergo qui clemens, in ipsa afflictione non cogitat afflictionis cogitationes, sed integerrimæ pacis? *Deus* dicitur & *clemens & patiens, & multæ miserationis.* Clemens esset, si indulgeret: diciturque multę miserationis, dum punit; quippe vel dum manum aggravat, mortificat, ut indulgeat. *Fortuna multis parcere in pœnam solet*, dixit Publ. Laberius, & etiam Plin. *lib.* 16. *cap.* 1. Aliter Deus. Illa crudelis: Deus patiens & multæ miserationis: igitur si illius gratia tendit in pœnam, Dei meditata pœna tendit in gratiam.

Quanta & ex quibus!

Bernard.

Exod. 34. 6.

Vel pœna est gratia. Publ. Laber.

2 *Percussit eum, & vulneravit*: dicitur de quodam percutiente sacrum Vatem. Sensum literalem exposuimus *Tautolog.* 10. Modò inquirendum: quis enim percutit, quin percussum vulneret? Qui non percutit, ut percutiat, sed ut parcat. Hujusmodi præclarissimum munus obit dexteritate qui medicus: etenim ut misereatur, infirmi nullo modo miseretur; quippe quantum indulgeret pietas, in vitalem halitum prævaleret iniquitas. Misericordia est condonare: misericordia percutere. Vulnera animæ sunt crimina, ex quibus introrsùm generatur vomica: & percussio dicitur meritò salus, quoniam sævitia clemens tendit in vulnus. Haud judicanda percussio à doloris amaritudine, sed à medici intentione: igitur percutit & vulnere carnem, non in vulnus, aut saniem, sed in salutem.

3. Reg. 20. 37.

Non percutit, ut percutiat, sed ut parcat.

Saucia lethiferis pectora vulneribus. Canit Achilles Bocchius *Symb.* 12. Sunt vulnera lethifera, sunt vulnera salutaria: unde ut constet clementiæ magnitudo, ac pietatis miseratio; æger vulneratur sine vulnere, percutitur & absque ulla percussio-

Achill. Bocch.

Sunt vel vulnera salutaria.

sione; quippe cum percussione sanatur, & sine vulnere in mortem vulneraretur.

3 Dices: Quomodo? Exprimit Au-
Psal. 97. 1. gustin. in *Enarrat. Psalm.* 97. in illud: *Salvavit sibi dextera ejus. Sanavit* (ait) *sibi. Non dictum est tantùm*, Sanavit: *sed* Sanavit ei. *Multi enim sibi sanantur, sed non ei. Ecce quàm multi cupiunt sanitatem istam corporalem, & ab illo accipiunt, & ab illo sanantur, & non illi sanantur?*
Augustin. *Quomodò ab illo sanantur, & non illi sanantur? Acceptà sanitate lasciviunt. Qui ægroti casti erant, sanati adulteri fiunt. Quì cùm ægrotarent, neminem lædebant; receptis viribus invadunt, & opprimunt innocentes. Sanati sunt, sed non ei. Quis est, qui sanatur ei? Qui intùs sanatur.* Intùs sunt vulnera animæ, in quæ per dolores diriguntur medicinæ. Miseratio est, quæ sentitur ut diritas: larvà crudelitatis præ se fertur crudelitas: & in percussione non videtur percussio, sed plena pii pectoris miseratio; quoniam per saucium vulnere corpus, animæ moribundæ sanatur vulnus.

Per sauciũ corpus sanatur animæ vulnus.

Jerem. 6. 23. 4 *Crudelis est, & non miserebitur*, dicit Jeremias de milite Regis Babylonis. De Deo autem David: *Misericors Dominus & justus, & Deus noster miseretur.*
Psal. 114. 5. Misericordiam & judicium exponit, etiam dum parcit; quippe recordatio solius judicii in barathrum desperationis præcipitat, & misericordiæ pessimam fallax assentatio securitatem commendat. Audi Bernard. in *Cantic.* serm. 6. *Si quando miserationis oblitus* (inst) *stimulante conscientiâ, judicio paulò diutiùs inhærerem, mox metu incredibili, & tenebroso circumfusus horrore, clamabam: Quis novit potestatem iræ tuæ: & præ timore tui iram tuam dinumerare? Si eo derelicto, pedem misericordiæ plus tenere contingeret; tantà econtrariò incuriâ & negligentiâ dissolvebar; ut confestim & oratio tepidior, & actio pigrior, & risus promptior, & sermo incautior, & omnis denique utriusque hominis status inconstantior appareret.* Cave Monache, ne in semitis claudices, & ad dexteram vel ad sinistram devies. Misericors est Dominus & justus. *Ita ei parendum est* (ait Legislator Glorios. Benedict.
S. Bened. in *Prolog.* Reg. Sanct.) *ut non solùm ut iratus pater nos (aliquando filios suos) exhæredet; sed nec ut metuendus dominus, iratus malis nostris, ut nequissimos servos perpetuam tradat ad pœnam, qui eum sequi noluerunt ad gloriam.* Ergo in textum.

Homo cogitet Dei tam misericordiam quàm judicium. Bernard.

5 *Misericors Dominus & justus, & Deus noster miseretur.* Pende. Miseretur, quia justus, vel quia misericors? Quia justus condonat, ut misericordia excellat. Misericors est singulari modo; & elucet miserationis magnitudo, quoniam per ipsam justitiam exercetur miseratio. Quia justus, pœnis invehitur in peccata, infligit iratus vulnera: & in ipsis vulneribus rutilat misericordia; quia cruciamen haud ingerit in cruciamen, sed in animæ salutem. Hinc intelligitur militis Babylonici crudelitas, etiam dum ejus vulnera Israëlitarum deposcebat iniquitas: equidem minimè percutiebat, ut ab iniquitate revocaret, sed ut percuteret. Ex pœna constat supplicium, & juxta meritum; ut quiescat justitia punito scelere, & resipiscant doloribus impii. Ab intentione vulneris, ictus est crudelitatis vel miserationis: vulneraque Dei, etsi gravia, manant à misericordia, & hominum, quanvis à justitia manent, dicuntur jurè crudelia; quippe ab his irà ut sanguine inebrient gladium: à Deo autem in medicamina vulnerum.

Miserationis magnitudo, dum per justitiã exercetur miseratio.

6 *Interieramus ò filii* (dixit Themis- Plutarch.
tocles, ut refert Plutarchus in ejus *Vit.*) *nisi interiissemus*: Casus expulit extra patriam æmulis validis, & ruinà invenit gratiam Persici regis. Passus est exilium, ne pateretur interitum: & crevit honor, quia increbuit labor, quo aversam retorsit fortunæ faciem, & vexatione levi delusit mortem. *Cùm enim audirent* Hebræi (alii, Sap. 11. 14.
Ægyptii: vide Lorin. & Alap.) *per sua tormenta benè secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus*, dicit Sapiens. Plures auctoritas habet difficultates, quàm voces. Benè agitur, dum benefit; igitur constat demonstratione beneficii, nequaquàm dolorum exhibitione: quare igitur cogitant benè secum agi, ubi experiuntur tantùm materiam patientiæ? Tormenta ne gaudia? Dolores sunt lenocinia? Audi Senecam de *Provid.* cap. 3. *Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquàm evenit adversi. Bonus vir potest miser dici, non potest esse.* Senec.
Si miraris, miraberis, quosdam ferro & igne curari. Infelicitas videtur miseria, & claret patientiæ gloria. Ingerunt tormenta dolores, qui quidem ampliores depellunt amaritudines: equidem dolentes servarentur in acriora, ni sustinerent tormenta. Benè agitur, quandiù gratia dispergitur: jurèque uti gratia reputatur cruciamen, quippe cruciamen arcuit, ne perirent.

Casus dirigitur in effugium casus.

Et ictus infelicitatem exitus.

7 Præterea. Ex tormentis semper gignitur vel cordis vel carnis amaritudo, haud mentis excessus, vel admiratio: quare enim tormenta passa producunt admirationem, dum fovent acerbitatem? Non mirantur cruciatus, sed finem exitus. Dolor magnus tendebat in mortem: vulnus altum in vitæ perniciem: & mirantur exitum persecutionum, dum pleni vulnerum; quoniam quæ ægroti arbitrabantur pœnam, invenerunt ad salutem medicinam. Opus erat illis tormento, ut liberarentur à cruciatu: & assentiunt, benè secum agi, ubi traduntur dolori; siquidem claruit ingens beneficium, quod patiebantur uti grave tormentum. Mirantur in doloribus exitum, & Deum cognoscunt. In doloribus? Utique. Nequaquàm ut sauciet, percutit: percussi solicitat medicamen, inferens saucio dolorem: cognoscituruque per exitum finis & Domini manus; quoniam vulnere profundius sanatur vulnus. Per tormenta cognoscitur, qui indulgens à dignato gratiis corde oscicanter ignoratur. Cognoscitur. Justus vel misericors? Dices justum, igitur infert tormentum: & tunc magis offert se misericordem, dum pœnis surgit in crimen, quo homo periret, ni plecteret. Tenderet sanè in animæ necem, ni offenderet faustè in revocantem dolorem: exitu comprobante quàm bonus Dominus, dum ferrum etiam candens exigit putridum vulnus: etenim dum per flagella justitiam continet; quia non percutit, ut vulneret, exprimit misericordiam, vel dum exercet justitiam. *Quid tam pium, quàm medicus ferens ferramentum? Plorat secandus, & secatur: plorat urendus, & uritur: non est illa crudelitas. Absit, ut sævitia medici dicatur. Sævit in vulnus, ut homo sanetur.* Hæc Augustinus serm. 15. in *Matth.* Sævit, ut homo ploret. Haud potest esse nisi benignitas, dum quibus flectitur Dominus, cor supplex emittit lachrymas. Vulnerat, ut pectore fotum, quia æger dolet, virus evomat, & doloribus non doleat: patetque genii ingeniti suavitas, ubi dolore evanescit infirmitas. Ut agat benè, agit durè, sed non dirè: equidem cùm criminibus sint homines extra se; pungit, ut redeant prævaricatores adacto vulnere ad cor: unde se ostendit clementem, quoniam solicitat, vel puniendo, peccatorum conversionem.

Quæ videtur pœna, invenitur medicina.

Vel dum exercet justitiam ostendit misericordiam.

Augustin.

Crimen ulciscitur, ut homo convertatur.

8 Alia latet causa, ob quam divina ampliùs eminet misericordia, innuitque Syriaca lectio ad illud Isaiæ: *Miserans miserebitur tui.* Ubi legit: *Miserere tui, miserere mei.* Quid hoc? Dei est in homines miseratio; cæterùm absurdum, quòd Dei misereatur homo. Quænam in Deo possibilis miseria, ut aliquomodo irrepat misericordia? Hominum profectò crimina. Respice in faciem Christi tui; & contemplaberis, quò malignitas extendatur peccati: equidem cuncta tormenta tulit, quoniam omnium nostrùm iniquitates portavit. *Miserere tui, miserere mei. Mei* sanè, si *tui*: igitur geminatis, pro quibus passus, peccatis, iterùm crucifigis. Altè charitas sedet in corde. In *mei* miseratione misereri *tui*: siquidem si ita in viridi ligno, quid erit in arido? Miserere *mei*, & etiam *tui*, ut objecta passione, quiescas ab iniquitate: patior, ne patiaris: & summæ patet opus ingratitudinis, quòd crescat peccatis error, quippe onera portat amor. *Miserere tui, & miserere mei. Mei*, quoniam urges in supplicium: *tui* quoniam patieris tormentum. *Mei*, etenim doleo tuam vicem, & maximè si non doles: *tui*, siquidem perquiris iniquitatem, verùm negligis passiones; cùm percipere quiveris, & quantæ, & quàm graves sint, si respexeris in me. Miserere *tui* & *mei*. *Tui*, ne incidas in gravissimam pœnam; & *Mei* denique, ne impellas, flagellum sumere in delictorum vindictam: igitur non dolet tantum ita in cruce pro te pati, quàm quòd causam passionis ita tradas oblivioni.

Isai. 30. 19. Syr.

Per passas à Christo pœnas, peccati innotescit gravitas.

Dolet de illato dolore.

9 Tradidit spiritum Patri Christus Dominus in ara crucis, sed *cum clamore valido, & lachrymis*: inquit Paulus. De quo plorat? Quare clamat? Propter iniquitates plorat; quia non plorant homines, quorum sunt iniquitates. Clamat præ dolore, & etiam vulnera clamant: igitur fugiunt animæ salutem, modò obsurdescant ad stigmatum clamorem. Plorat, quia abdicunt æternam mortem, qui vident ita patientem: siquidem invenient digladiantem justitiam, qui his vulneribus compuncti non fugiunt in pœnitentiam. Clamat, ut miles latus aperiat, & cor petentibus pateat: & simul plorat, tùm quia lancea pectus ex abrupto offendit, vel dum cor offert: tùm quia recludit peccatum, quod amor profugis destinaverat ostium. Plorat & clamat. Crucifigitur, pro nobis patitur, expirat diris totmentis in cruce; *sed non est qui recogitet in corde.* Crimina homines persequuntur, iniquitate tabescunt, satagunt laborum, dum effugiunt. Vident in crimine voluptatem, sed

Hebr. 5. 7.

Plorat, quippe homo non plorat.

Vulneraejus clamant.

Isai. 57. 1.

Dolet magis passionis oblivio, quàm passio.

sed non considerant finem. Vident quanta passus propter se Dominus in crucis stipite, & templum aversantur pœnitentiæ. Vident lachrymas innocentis, & instant iniquitates. Clamat, ut cognoscant, quid propter eos patiatur, verùm corde non recolitur: & exprimit clamore & lachrymis cordis amaritudinem, quoniam magis quàm cruciatus, perpetitur oblivionem.

10 Unde igitur solatium, in animarum remedium, atque afflictionum subsidium? Dicit ubi supr. Evangelicus Vates. *Plorans nequaquàm plorabis: miserans miserebitur tui, ad vocem clamoris tui.* Ubi supr. Respondet fletus fletui, & clamor clamori. Christus plorat & clamat è cruce, homo pœnitens è corde: tuncque Dominus miserans miseretur, quanvis in vindictam à justitia pungatur; etenim tacet, dum peccator compungitur. Plorat Christus propter cordis duritiam: clamat, ut corda deplorent tenacitatem. Christus plorat, justitia in ultionem clamat: & clamor clamori opponitur, dum planctu planctus mulcetur; quippequàm vel offensi ira relinquitur, ubi peccator lachrymatur præ dolore, & clamat, ne gladius fulminetur justitiæ. Plorabit homo, si peccata non plorat: plorando clamat. Lachrymis causam rumpit, ac litem dirimit: unde plorans non plorabit; igitur vel Deus offensus ultrò demonstrat clementiam, dum peccator plorat culpam, implorans misericordiam.

Quiescit, si compungitur peccator

11 Aptiùs ergo proposito. *Plorans nequaquàm plorabis.* Notatur in planctu commotio compuncti cordis, planctus Christi intentus finis. Quis nisi juret in scopulorum duritiem, cùm viderit, silebit, Redemptorem lachrymantem? Compescuntur lachrymæ lachrymis, & clamoribus clamores: igitur signum est cogitari corde, quid passus Christus in cruce; cùm præ dolore pectoris corda, quæ opresit iniquitas, illo patiente, scinduntur in lachrymas. Plorat pœnitens, & silet patiens. Patitur propter amoris vehementiam, ut posit ostendere viscerũ pietatis abundantiam. Si homo deflet, ergo dolet: aliquid & grave patitur, dum ita affligitur. Cur ergo si hominẽ diligit, quo lachrymatur, dolorem non admovet? Ut lachrymetur. Ulciscetur profectò crimina, sed ulciscitur clementiâ, quoniam non affligit peccatores, dum percutiuntur, nisi ut ab iniquitate revocentur. Indulgentia non esset eis, licèt, videretur gratia; igitur peccarent meditatâ indulgentiâ. Sapiunt vecordes dolore, & pœnis studeant legi. Deus ostendit misericordiam, etiam in illos gravem exercens justitiam, dum in dolorem affligit: & qui dolore plorat, nequaquàm ultrà plorabit; quoniam cordi haud infert dolorem judex, ut defleat; sed ut dolore non doleat. Doleret itaque, ni præ dolore ploraret. Dolore corda convertit: & in vulnere ac dolore demonstrat misericordiam; quippe fovet vulneratus criminis resipiscentiam.

Compescitur clamor justitiæ à clamore pœnitentiæ.

12 Haud aliquis imprudenter tristetur, si talia patitur: siquidem nil mali ab illo, qui nimis homines diligit, pro quorum gloria etiam in mortem filium suum primogenitum dedit: claretque nimia dilectio, quoties liquet, quòd acerba amaritudo haud immittitur vel permittitur in cruciamen, sed in morum correctionem. Vide 2. *Machab.* 6. à v. 12.

Amantis ira, quomodò gratia?

Amantium iræ amoris integratio. Terent. Dixit Terentius in *Andria*, Act. 3. scen. 3. v. 24. Perperàm vocabitur cruciamen, quo reconciliat amorem. Vocavit pulsans ostium Sponsus, quem Sponsa cognoscens non aperuit, quasi ignoraret: vocinanque, sed non amori respondit: equidem nec dilectionis specimen, surdescere, ac pulsantis clarè cognoscere vocem. Ille fastidit, abit: vox post abitum Sponsæ pectora pulsat, surgit; sed dilectus *declinaverat atque transierat.* Cant. 5. 6. Quorsùm ergo hujusmodi periodus? Potest declinare, & non transire dilectus? Utique. Declinat Deus animam vel criminis pœnitentem; dum permittit, ut solicitior illum quærat, aliquam tribulationem. Urget in dolorem cordis spiculum, ut clamet, & ploret, ac amplectatur Sponsum. Inquirit, ut ambiat; sed ille declinat. Declinando diligit? Sanequàm, quippe non transit: igitur cùm recessus sit propter culpam, adhuc in correptione exprimit misericordiam. Justitiam demonstraret, modò declinando transiret: verùm explicat innatam benignitatem, dum sese gerit ut vindicem: quandoquidem declinat, ut anima absentem ploret, verùm plorantem non transit. Quænam amoris dulcedo, si amorem redolet vindicis amaritudo? Nunquàm afflictum deserit. Dicere afflictus potest, ex Virgil. lib. 3. *Æneid.* v. 606. Virgil.

Si pereo manibus hominum, periisse juvabit.

Doleat anima de inspiratione neglecta.

Declinat Deus, ut anima absentem ploret, verùm plorantem non transit.

DIDASC. II.

Labitur in mundo faciliùs, qui nititur fortiùs.

Mundus in lubrico positus est.

1 PES profectò qui adhæret, inhæret: & qui inhæret, figitur, quanvis conculcet lapidem; quippe minimè tellus, sed vitumen. *A lubrico recedamus*: inquit Stoicus Cordub. *Epist.* 116. igitur & qui valemus, vel *in sicco parùm fortiter stamus*. Si labimur in solido, satiùs præcipitabimur lubrico. Instruitur pedi tenax ignorata decipula, infigiturque profundiùs, quia in limo non est substantia: quin valeat cordis conatus, ut dirigat gressus; quandoquidem quò magis emergere conatur, magis submergitur. *Justus transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit*: profert Evangelicus Vates. Appositè: quia præ velocitate semita non apparebit, transibit: igitur qui currebat, mergeretur, & non transiret; si vestigium aliquomodò appareret. Ut ille appareat, opus est, quòd vestigium evanescat: quandoquidem cùm vestigia appareant ruinæ, & non pedis, ubi remanent vestigia etiam velocitatis, transibit in pace, quicunque signum transitus deleverit, dum imprimit in tellure: etenim nec transiret, nec oppressus appareret; si appareret, quòd transiret. Causam designavi hìc *Tautolog.* 7. *Didasc.* 4. In illis quorum propositum despicere mundum, minimè debet esse hyperbolicum, illud Poëtæ lib. 7. *Æneid.* à v. 805.

Senec.

In illo qui emergere conatur, magis summergitur.

Isai. 41. 3.

Nullus in pace transiret, modò transisse appareret.

—*Non illa colo, calathisve Minervæ*
Fœmineas assueta manus; sed prælia virgo
Dura pati, cursuque pedum pervertere ventos.

Virgil.

Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

2 Hoc opus & labor est. Quo pacto qui premit humum (& necesse premere, ut super terram vivat) ita premet quam calcat, quasi non premat? Nequaquàm pendet à corpore, sed à mente: qui terram vivens proculcat; oportet proculcare tantùm, ut transeat: equidem qui transierit, in miseriis non subsistet. Qui utroque pede progreditur, utroque nititur. Mundus constitutus est in lubrico; unde utroque pede procedens labitur homo; quippe corruit faciliùs, quicunque nititur fortiùs. In progressu error unius corrigitur ab altero pede, qui sufficitur, ne corpus deficiat à rectitudine: utroque pede non est progressus, sed saltus: undè cùm in lubrico exerceatur motus; robur quodcunque excitat qui labitur, ut subsistat; præcipitato servit, ut velociùs in ima pondere corruat. Mundus spongiosus & futilis, subsistentiæ non habet nisi colores. Qui stat, ubi nihil stat, demergitur: qui utroque pede simul incedit, delabitur: quare qui in mundo intendit progredi rectè; ne mergatur, aut labatur, necessarium claudicare. *Qui claudicat, super sanum pedem totus innititur, altero pauliſper terram tangens::. unusquisque igitur fidelis uno pede pauliſper terram tangit, super alterum totus innititur; quia iis quæ sunt mundi, tantummodò ad sublevandas necessitates corporis utitur.* Hæc Ambrosius in *Apocal.* cap. 6. Solummodò est in mundo, quia corpore vivens, esse non potest in cœlo: & uno pede claudicat; quia non est in mundo, ut ibi sit, sed ut transeat.

Debet cautio ingeri vel in mundi calcatione.

Necessaria est claudicatio, ut rectè incedatur in illo.

Ambros.

3 Subodoror expressum à Regio Psalte, ut homines exemplo caveant ab insidiis sæculi. *Cadent in retiaculo ejus peccatores: singulariter sum ego donec transeam*: inquit. Ecce mundus, totus laqueus: qui quidem ita subdolè struitur felicitatis specie, & infectatur vividà, fallaci estò, pulchritudine; ut ducti venustate ludentis lusæque imaginis, cadant in retiaculo ejus peccatores. Sit ergo. Verùm unde Davidis cognitio, vel à laqueis liberatio? Turba peccatorum ruit, & ille singulariter transit? Utique: faustè conficit iter, quoniam transit singulariter. Singulariter transire, est uno pede tantummodò terram tangere, igitur commune peccatoribus pertransire utroque pede; quoniam pedibus eunt & libenter in fallacias, quas arbitrantur delicias. David ita pede terrã premebat, dum ambulabat, ut gressus in via necessariò poneret, nequaquam ut poneret, sed tantùm ut pertransiret; quippe verebatur dolum, quod magis pulchrum: caduntque in retiaculo mundi peccatores, & Psaltes Regius liberatur à laqueis, à perfidia, à dolo & fraude; quoniam transit, dum transit unico pede. Qui unico pede ambulat, profectò motu claudicat. Transire claudicatione, priusquàm alii utroque pede, claret cunctis singulare: singulariterque procedit David, ut transeat, ubi illum mundus undique laqueis circundat;

Psal. 140. 10.

Mundus totus laqueus.

Unico pede eundem, ne corpus corruat in barathrum.

quip-

quippe claudicatio necessaria, ne labatur in reticula: igitur si claudicarent in mundo ejus cognitis insidiis, minimè caderent in retiaculo ejus peccatores. De Jacobo dicitur: *Claudicabat pede.* Ubi læsus pes, non singulare. Non tantùm singulare, sed peregrinum, procedens in Bethel, Dei scilicèt domum. Quod conspici debebat ut gressus, claudo pede fuit volatus: etenim qui in terrenis, ut in cœlum tendat, uno pede claudicat, pede claudo non progreditur, sed volat.

Genes. 32. 31. *Quia ita claudicat, claudicando volat.*

4 Species vivida exponitur extatico Joanni. Angelus, cujus facies adinstar Solis lucida, & iris cujus corona, quasi è cœlo descenderet, illi, ut erudiret, apparuit. *Habebat* insuper *in manu sua libellum apertum, & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram.* Mirabilis visio! Quid hìc exprimitur? Homo: homo qui dirigit in mundo fallaci gressus, ne incautè cadat in laqueos. Pedes habebat tanquàm columnas adinstar ignis splendidas; quippe opus, tot obicibus, lucernà pedibus: & fortè cæspitaret, si quà incederet, nesciret. Hinc oculi sufficiuntur pro pede, dum intenditur corda legibus stare. *Præbe cor mihi* (ait Salomon) *& oculi tui vias meas custodiant.* Absdubiè custodientur, si oculi videant: collocanturque lumina pro planta; ne mundi dolo, quod iter videbatur, patescat ruina: igitur corruet in substratum cassem, ni cautè videat, ut fixerit pedem. Pedes habebat, ut iter per terram ageret; sed utrumque pedem nequaquàm in terra ponit. Et ambulat? Sanè. Aliter, non procederet rectè. Qui utrumque terræ committit, de firmitate non ambigit: at cùm mundus moliatur gradientis lapsum, ubi iter demonstrat solidum; unico pede vigilanter gradiebatur, ne fluxè posito in barathrum laberetur.

Apoc. 10. 2. *Cur lucerna in pedibus?*

Prov. 23. 26. *Homo in mundo cadet, ni videat, quo pedem figit.*

5 Ulteriùs. Qui in tenebris ambulat, nescit quò vadat, quia licèt lucem sciat; quà vadat, ignorat. E tenebris conatur emergere, & utitur arte: quippequàm priùs uno pede tolutim terram attrectat, quàm alterum à firmitate removeat; ne inconsideratò vacuitati credens pedem, pro gressu in amaritudinem experiatur allisionem. Unde unico pede qui terram ingreditur, terram tangit; ut fallaciam mundi ambulantibus demonstret: siquidem instructo usquequaquè dolo, ita patet præcipitio; ut planè lamentabiliter corruat, modò pedem utrumque lubrico dedat. Semper cavenda est sutela, ne specie soliditatis constructur fovea: & unico pede progreditur, qui ruinam in mundo suspicatur; quoniam experietur confidentia cordis Argolicam fraudem, ni cogitet circumventus ubi locaverit pedem.

Imò ni prævideat.

6 Præterea. Cætera calcata non nocent: mundus adinstar colubri nocet etiam proterenti; quoniam vel in triumpho est circumventio, eò quod nihil caveat despiciens ab inimico prostrato. Posthabendus, ne lædat transeuntem: pessundandus, ne pressus premat prementem. Qui duplici pede comprimit, premendo tangit: qui unico pede calcat, tangendo premit: in conculcatione sæpè ejus arte periculum struitur; quippè interdùm calcans cum labente labitur. In tactu non est descrimen, quoniam illo cognoscente oppressionem, jam à terra, qui presit, levavit pedem: & unico pede ab Angelo calcatur mundus; ut fiat cautione sine discrimine transitus: tùm quia qui vult in mundo mundè transire, duntaxàt debet tangere & laneo pede; tùm quia experietur evomuisse venenum, si uti ceraste senserit ungulà tactum.

Mundus vel calcatus evomit virus.

7 Deinde. Pedes habet, sed unum super aquam & alterum super terram. Solidior terra, quàm aqua, imò aqua dicitur fluxa; quia nihil in illa, quoniam liquida, manet: quo ergo intuitu telluri Angelus utramque plantam non credit? Exprimit diviso pede inter tellurem & aquam, qui utroque proculcant terram, latentibus insidiis larvà florum, præparatisque reticulis velamine voluptatum: igitur si aqua mobilis & terra stabilis, ita mundus in ficta stabilitate mobilis; ut idem sit, quærere firmitatem in mundi gloria, ac quærere fatuè soliditatem in aqua. Si in terra staret, innueret, quòd gloria mundi non secùs ac terra permaneret, cùm aqua flueret: & unum pedem collocat in aqua, & alium in terra; ut constaret tota soliditas terræ, perinde ac aqua: siquidem si in aqua nihil, quod non summergatur in profundum; nihil prorsùs in terra, quod non emineat in lapsum.

Soliditas ejus deliciarum fluxus.

8 Cæterò. In aqua non est subsistentia, sed scitur. Nulla est in mundi gloria, sed ignoratur. Ut amatores mundi hujusmodi nanciscantur cognitionem, inter solidum & instabile elementum Angelus dividit pedem: igitur in universi pulchritudine fatuorum ambitione, prę permanẽtia, ita futilis & vanida gloria; ut pro soliditate aquæ collato elemento, tota machi-

Ejus gloria fluxior fluxu.

china mundi sit fluxior fluxu. Lustremus cuncta. Pedes habebat Angelus ad columnarum formam, quos divisit inter terram & aquam. *Pedes ejus tanquàm columnæ, & posuit pedem dextrum super mare, sinistrum autem super terram.* Columna firmitatis est signum, quod quidem terræ aptum; cæterùm aquæ importunum: & pedes ejus columnis conferuntur, & aptè; dum per terram & aquam procedit diviso pede: igitur si per terram gloria mundi portenditur; firmiùs itinere graditur, dum credit ita instabilem aquam, sicut universi gloriam.

Vers. 1.

Cur aquæ confertur?

9 Insuper. Homo perfectus hujusmodi gradu super terram & aquam oculis objicitur Joannis, in illoque rutilat Angelica species. Verùm ad quid pedes, si Angelus quò procedit, transvolat alis? In modo progressus exhibetur, quo pacto anima usque in æthera vel in hoc mundo levatur. Qui ita tangit ambulando terram, ambulando claudicat, igitur quam versùs terram ostendit inclinationem, comprimit levando pedem; quem si deprimit pondus, sublevat animus, ne pressiùs terram attingat, quàm merè ut in gloriam transeat: aptanturque Angelicæ pennæ istiuscemodi hominis claudicationi; quippe minimè claudicat, sed volat velox in gloriam, qui unico pede tangit, dum tangit terram. *Sinne pennis vola:* Ait Plautus in *Asinar.* Act. 1. scen. 1. vers. 80. Videtur impossibile, sed cor in cursu & ad cursum mundi potitur arte: etenim in illo pennis volat, qui pede tangit, ut transeat. Iccirco de S. Benedicto Legislatore nostro infit Gregorius Magn. lib. 2. *Dialog.* in Præf. *Eum quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem, ne si quid de scientia ejus attingeret, ipse quoque in immane præcipitium totus iret.* Retraxit & citò pedem, ut volaret pernix in perfectionem: siquidem totus in prærupta mundi, fallacis floribus iret, ni penè pede moto in incessu claudicasset. Pedes hominis, ut vidimus *Taut.* 1. in *Liter.* n. 13. sunt amor cœli, & amor mundi: Benedictusque in fastigium perfectionis volat, dum à mundi semita studiosè claudicat; quoniam amore in pectore claudicante erga futilem mundum, necessariò supervolat amor cordis versùs cœlum.

Qui terram tantùm tangit, ut transeat; pede volat.

Plaut.

Greg. M.

S. Benedictus citiùs in perfectionem pervenit, quippe ad cursum claudicavit

10 Duplex polus est hujusmodi duplex amor, vel duplex pondus: unde anima cupiens dissolvi, sed coärctata vinclis sæculi apud Hermann. Hugon. *lib.* 3. *Suspir.* 9. queritur:

Amor cœli & terræ polus duplex animæ.

Quid faciã gemini flammata cupidine voti?
Anteferam terras? Anteferamne polum?
Terra tenet, cœlum revocat, lis magna moratur,
Jamque volente animo, pondere membra premunt.

Herm. Hug.

Hinc inde trahitur, & immota movetur; quin possit in æthera volatu gressum dirigere absque claudicatione; sicque claudo volat pede; quoniam tantùm appropiat cœli polo, quantùm recedit à mundo.

Cur poli oppositi cœlo & mundus?

11 Hinc Glorioşus Magister N. *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 20. & 21. instruit Monachum, nihil amori Christi præponere; & satagit, illum à sæculo alienum facere. Sententiæ diversæ colimant in eundem scopum, ut perveniamus & citissimè in cœlum, gressibus mutatis in alas, atque vinculis in pennas: igitur cùm formetur volatus amoris ex claudicatione pedis; amor cœli præferetur, si ut alienus à Monacho amor sæculi perstringitur: siquidem amor cœli liber volat, dum amor mundi animi libertate debilis claudicat. Haud aliò intendit Angelus quàm in hoccine documentum, dum insignibus mundo nobis, ostendit librum: *Habebat in manu libellum apertum.* Ad quid liber? Ut doctrina perseveret. Nesciebat homo, claudum velociùs incedere. Ignorabat, mundum firmitate nutare, & faciliùs labi, qui procedebat rectè. Nec in illius mentem venire posse cogitabat, solidiùs in illo ambulare, qui duntaxàt ambulando tangebat; nec in amatores machinari sutelas, offerendo delicias. Quod voce profertur, in aëre scribitur; ut cor auditione custodiat: quod in libello scribitur, immortali memoriâ perseverat: hæccineque incogitata, ut nova, Angelus scribit in libro; ut homo recordetur, nunquàm se credere mundo: siquidem ni cautione vel calcando circunscriptum se cogitet; dum firmiùs sedet, obliquo motu peribit.

S. Bened.

Si claudicat amor mundi, supervolat amor cœli.

Ubi supr.

Qui mundo hæret, circunscriptum se cogitet.

11 Ad instar equi, minimè refractarii durioris oris (cùm dolum struat, ubi subigi placidè ascensori demonstrat) sed dorso plano, ut commoditate ductum stimulet equitem; confert Psaltes regius mundum fallacem: unde profert: *Fallax equus ad salutem.* Sanè: malum prognosticon simulachrum equi: igitur sola arsisset Troja, modò fatuam illius fidem non participarent pectora.

Cur similis equo fallaci?

Psal. 32. 17.

——*Scandit fatalis machina muros,*
Fœta armis.
Armatos mediis in mœnibus adstans,
Fundit equus.

Virgil.

Uti

Uti canit Virgilius lib. 2. *Æneid.* vers. 237. & 328. Cæterùm cur equo fallaci assimilat mundum, homines invitantem ad deliciarum amplexum, cùm nihil habeat, quod non habeat homini cunctorum Principi; in cujus usum quotannis renascuntur quæ vel potest consumere, aut orbis uti servus fidelis sine expensis ministrare? Conceditur, ut commodiùs homo perveniat in patriam, & optabilem cunctis cœlestem gloriam, quò fertur trahentibus veris deliciis; unde serò, molestèque perveniret, si progrederetur pedes. Quapropter feliciter trahitur, dum equo Mundo insensibiliter vehitur; ut illum uti inutilem relinquat, cùm pervenerit in patriam: & hæc quæ videtur optata commoditas, merirò à Davide vocatur equi sternacitas; quoniam ubi se blandè subjicit, ut eques commodè sedeat; instruit offendiculum, quo sessorem incautum è sella excutiat. Datur equus ad iter agendum, modò supportet sessorem: verùm mundus fallax equus ad salutem; quippe quem portandum fallaciter accipit, gyro dissimulato, succussù allidit. Hisp. *Con un corcobo.*

Quem suscipit portandum, excutit proterendum.

13 Ruinæ aliorum possent esse exempla audacium, cùm discerpti pateant ad oculos, qui ascenderunt equos; sed fatui periculo proprii capitis conantur discere, & exempla temeritatis signari. Ascenditur ambitione, dignitate, honoribus, plausibus; opibus, & imperio: & licèt cuncta ostendantur subformata præcipitio; ita apparentia rerum blandiuntur cogitationi, ut certatim conentur ascendere vel casuri: igitur sibi, quam omnibus, incogitantes fraudem, fidunt equo qui nusquàm servavit fidem. Dum sessorem accipit, de ascensione subridet, quasi jam potiatur voto, ubi non subsidet cautio: etenim eques non caderet, ni ascendisset, nec invenisset oscitanter præcipitium, ubi imprudens excogitavit ascensum: nihilominùs tamen perseverat, an permanentià fallaciam compertam vincat: & quem jam cognoscit sternacem, pertinacia experitur calcitronem; quippe postqaàm sub pedibus habet excussum, ne possit rursùs progredi, calce percutit prostratum. Sine fræno, quod, ut regat, apponit ratio, est periculosa in equo fallaci sessio. Vel dum procedit placidè, in camo & fræno maxillas ejus constringe: igitur si compressus cæspitat, si strictus tolutat, si succinctus succussat, si denique agitatus recalcitrat: qualis ab eo meditanda præcipitatio, qui vehi indulseris sine fræno, vel laxis lubitò habenis, ducitur dorso lubidinis? Si ducens periclitatur, quid si ducitur? Quò allidetur, ubi regitur? Aptiùs vehitur, qui pedetentim ambulat, quàm qui ascendens equum properat: siquidem ita fallax in salutem, ita machinatur, dum subigitur, fraudem; ut ubi se exhibet equum portaturum amasium, constringat dilectorem portare mundum: serò cognoscente non ad munera sed ad onera ascendisse, ut succumbat; & nequaquàm equum conduxisse, ut sine molestia transeat.

Nulli servavit fidem, qui illi credidit.

Qui insistit magis, magis decipitur

Exhibetur dilectorem portaturus, ut portetur.

14 Consulendum igitur remedio, ut elusis præstigiis transeat homo. Si iter agendum est equo, instruuntur stapedes; ut ducantur commodiùs, qui sessores. Verùm si equus fallax, solummodò imponitur in fulcris stapedum pedum summitas, ne dum concitatur œstro, aut erumpit succulatu, raptet sessorem, vel jaculetur præcipitem. Sese commitere equo, est specie utilitatis insania: cum stapedibus, commoditas, & prudentia; quia sessor fraudem cavet, & alio nititur, ubi equus offenderit: quandoquidem nititur ut subsistat, minimè ut sedeat, quoniam suspicatur posse: unde David ut homines studeant medicamini, & fugiant mundi portatis circunventionem; ipsum signat equum calcitronem & fallacem: siquidem ubi fallax prænoscitur equus, imponenda à sessore summitas digitorum, & non amplius. Videtur sublevare, sed in casum; aliter cœlum. Hoc misericors & *multæ miserationis*: mundus miseratione crudelis: etenim quos illecebris advocat, miserè supplantatione trucidat. Mundum tangimus, quia sine illo transire non possumus: verùm levi pede nitimur, & ducimur, ut ducamur.

Qua arte mundo utendum.

Exod. 34. 6.

15 Obscura videbuntur quæ præfata de dolo equi, & oscitantià sessoris erga mundi glomeratum anfractum; sed audiatur Doctor Gentium. De Christo Servatore inquit: *Dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam.* Duo occurrunt discutienda. Primum, quo pacto eripimur à mundo homines, in ipso vità, & habitatione manentes? Secundum, qua causa dum mundus hominibus ostendit pompaticè potiundam gloriam, propter hujusmodi largitionem deliciarum cunctarum, vocatur nequam? Nequam idem est ac versutus, malus, malignus, callidus, scelleratus, fallax, mendax, deceptor, qui aliud habet in corde, aliud in facie; qui promit-

Galat. 1. 4.

Mundus cur dicatur malignus?

mittit requiem, & in ipsa promissione effingit fraudem; qui pellicit gloriâ,& pungit à cauda;ut securiùs evomat virus, dum invitat ad amplexus: qui allicit specie necessitudinis, atque familiaritatis; ut fiducialiter agat in eum, & ducat fidentes in præcipitium: cui vota credantur, & fide cuncta frustrentur. Unde cùm nequàm & mendax sit, qui fallit præter spem; exercens in omnibus uti versutus fallaciam, mundus magna promittens, vocatur nequam: quandoquidem qui ab illo sperabat, ut spoponderat, triumphum; experitur in technis altum cordolium. Ille semper malus, & non præsumitur malus spe lactans ac mulcimine corda,quo vota concipiunt pectora; in quibus fraus admittitur excusatio, quasi non esset deceptoris conditio: diciturque nequam, dum homo fatuus in illo locat fiduciam; quia ita fallit dextre, ut circunventus non resipiscat dolores: siquidem semper credens nanciscendam requiem,pro promissis & centiès non invenit nisi fraudem.

Dum ostenditur fideior, est calidior.

16 Hic latet ars, qua cor fatuum infatuatur plus:igitur ludit volans specimen ante hiantis oculos; & avolat, ubi optans in illum extendit manus. Ita luditur, & mundus ludit,dum cupientem allicit. Patet quòd in maligno positus est, quicunque mundo versipelli dedit cor; haud cogitans malignitatem,ejus intimiorem amicitiam: jureque gloriam ostendens vocatur nequam; equidem demonstrat magna, ut votis homo assentiatur, & post assensum datum vota frustrentur. Autumo, propter hujusmodi insipientiam hominum (in se minimè tot talibusque punctionibus redeuntium) vulneratorum à mundo, dictum à Paulo:*Ut eriperet nos de præsenti sæculo. Eriperet.* Perpende: non *ut educeret.* Qui educitur,ultrò fertur:qui eripitur,invitè rapitur: raptusque vocatur avulsio amoris sęculi,atque dilectionis mundi maligni, radicati profundiùs in facili humano pectore; quoniam quantunvis cognoscamus vafricem, innatam malignitatem,futilem, inanem gloriam, & ventosam apparentiam; ita corda mancipata vanitatibus deduntur, ut nisi raptim erepti ab amore lethali non removeantur.

Assensum extorquet, ut frustret.

Ubi supr.

Vel resipiscentia dilector non resipiscit.

17 *Ut eriperet nos à præsenti sæculo nequam.* Satis de mundi nequitia. Modò de libertate controversia. *Ut eriperet?* Næ. Quo pacto si sumus in illo, liberabimur à sæculo? Paulus dum hæc dixit, erat in mundo: si Christus seipsum in crucis supplicium tradidit, ut à mundo, in quo erant homines, fascinatos eriperet; quo modo est in mundo Paulus, aut qua arte dum est in mundo, signabitur ut ereptus? Haud pendet hujusmodi existentia vel non existentia in ambitu mundi à vivente, sed à corde. Non est homo, ubi est; sed ubi amat, ibi est, ubi cor fiagrando locat. A dilectione vel odio oritur absentia vel præsentia in hoc misero mundo: dicitque Doctor Gentium, per sæculi & mundi odium, nos ereptos extra mundum; quippequàm parùm interest in mundo existentia, quandiu vixerimus, necessaria; modò amore cœlestium, sursùm eleventur corda. Non est in sphæra hujus mundi fallacis, cujus conversatio in cœlis. Conversatio pendet ab his quæ geruntur in corde, atque versantur in mente; ut sit ibi de quo loquitur, & nequaquàm ubi sistitur:equidem cùm existentia in mundo definiatur juxta dilectionem & fastidium; jurè tædio mundi ab illo,in quo est,sese cognoscit ereptum: igitur nullo modo est ubi est, sed ubi ducitur cor. Innuit Paulus: *A præsenti sæculo nequam.* Si in illo sumus, sufficiebat dicere, *Sæculo.* Non est aliud, à quo eripiamur viventes, igitur hìc patimur dira tyrannidis: dicitque Paulus, *A præsenti sæculo*; ut constet mundi & cœli existentia ab hominis dilectione vel odio: siquidem mundus, quantunvis coram, est absens, ubi amori non est præsens.

Existentia vel non existentia mũdi pendet à corde.

Cor est, ubi diligit.

Ubi supr. *Hic mũdus si amori nõ est præsens, coràm est absens.*

18 Respondeamus ergo terminis Didascaliæ pro argumento expositæ doctrinæ. Duobus pedibus constat interior homo,qui quidem sunt necessarii,ut ille existat in mundo: dextro scilicèt, qui est animus: sinistro nempè, qui corpus, ut videatur, sicut suprà visus est Angelus. Si rectè incedit per aspera mundi, minimè procedit rectè: qui claudicat, ille ambulat, imò in æthera volat; licèt sit ibi ubi claudicat: dicitque Paulus, nos à sæculo amore Christi esse raptos; quippe fecit ut rectè in mundo claudicaremus, vel claudicaret amor sæculi in corde, ut fioreret amor cœli:siquidem si à corde est in sæculo existentia,à fastidio vel odio sæculi ruina; verè in mundo non sumus corpore in ambitu mundi, quoniam non est in mundo, qui tantùm corpore. *Jam non sum in mundo*: ajebat Christus. In mundo sanè erat: verùm hìc vivebat cor, quasi non viveret hìc.Docet secuturos in astra,quomodò fugiant,vel mundi stante præsentià: igitur nos vel hìc sumus absentes,corpore duntaxàt mundum inhabitantes. Claudi-

Non existit in ambitu mundi, qui tantùm corpore.

Joann. 17. 11.

ca-

Non est in mundo, qui non est mūdi.

cavit à sæculi amore ibi corpore existens, & mente absens; ut secuturus discat procedere rectitudine, quia debet sicut ille ambulabit, & ipse ambulare: unde licèt mundus ipsius sit, & sit in mundo, astruit in mundo non esse; quoniam non est in mundo, qui non est mundi. Ita se gerere debet homo in mundo; cœli, ut ait Poëta lib. 6. *Æneid.* v. 133.

Virgil. —*Si tantus amor menti, si tanta cupido.*

Haud fidendum mundo infideli & fallaci, quo qui nititur fortiùs, cadit faciliùs. Consideret rationalis vel cum Ethnico Vate in *Hyppolit.* Act. 1. vers. 217. dicente:

Amoris in me maximum regnum fero,

Senec. *Redituque nullos metuo. Non unquàm amplius*
Convexa tetigit supera, qui mersus semel.

DIDASC. III.

Per Virginis partum mutatur natura humana, protoplastorum deletur & culpa.

Augusti. 1 ASTruit Augustinus Serm. 2. de *Annunciat.* Nihil mirum, dum terris apparet novus homo: siquidem quæ cecidit in Adam primo, erigitur in secundo. *Multa bona nocent nobis:* infit Seneca *Epist.* 5. Si nocent bona, quid multa? Malis natura teritur, bonis inflatur, quid multis bonis abutendo restat, nisi quòd attonita cadat, & ita à summo ruat, ut illa simul cum omnimoda felicitate evanescat?

Senec. *Abusa nova nocent.*

Quid dignum stolidis mentibus imprecer?
Opes, honores ambiant:

Boetius. *Ut cùm falsa gravi mole paraverint,*
Tunc vera cognoscant bona.

Succinit Severinus Boëtius lib. 3. de *Cons. Phil.* metr. 8. vers. 18. Ampliora in Adamo concupivit, quasi essent ampliora. Experta est falsa promissa; bonaque vera cognovit, dum à semita felicitatis claudicavit. Peccatum peccavit & instabilis facta est, rectitudine fuit formata, & crimine apparuit curva: unde necesse fuit, ut illa erigeretur & firma subsisteret; quòd in eâdem natura lapsa Dei filius visibilis appareret: igitur ejus adventu in carne, mancipato tyrannidi dæmonis & criminis homine; mutanda erat ita in eandem conditionem conditio, dum Verbum Divinum fieret caro; ut quæ curva erigenda, & quæ instabilis firmanda.

Nativitate Christi homo curvus erigitur, atque instabilis firmatur

2 Claudicationis Adami videtur ænigma claudicatio Jacobi. Post conflictum cum Angelo, *Ipse claudicabat pede*: ex quo omnes profecto claudicant, qui eandem originem per traducem participant. Unde patet Virginis excellentia, per cujus partum innovanda natura: igitur ab eadem arboris radice egreditur virga, minimè curva, sed recta; haud sterilis, sed florida; à claudicante principio, rectitudinis originalis perfectio: fota jurè admiratione, privilegio singulari, ex eo quòd nullam originis traxerit claudicationem, vel participans in esse originem claudicantem. Plauditur uti novum, & meritò, quòd ex curvo oriretur singularis rectitudo. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Diximus hìc *Taut.* 11. *Didasc.* 2. Genes. 32. 31. *Miraculum insigne, puritas in Virginis conceptione.* Cantic. 7.

3 Claudicavit Adamus: ejus claudicationem repræsentans Jacobus, progreditur jussu Domini in Bethel. *Ascende Bethel.* Ad quid ergo, & cur non alio? Rabb. aliqui, de quibus jam *Tautol.* 1. in *Liter.* num. 15. arbitrati sunt in Bethel ire jussum, ut inveniret claudicationis remedium: siquidem claudicavit, quousque illuc tardus gravi pede pervênit. Nonne Deus quolibet loco & tempore poterat exhibere medicinam? Poterat, sed usque veniret tempus in loco congruo, meditanter differebat. Bethel fuit locus, ubi apparuit illi Deus, ideo sic appellatus, Dei scilicèt, domus: *Genes.* ubi supr. v. 7. Ibidem jam illi apparuerat, dum fratrem fugerat: & in eodem loco Angelos ascendentes & descendentes de cœlo viderat; quippe illo ex fastigio Verbo descendente in terram, homines aspecturi vel in terra ignotam gloriam. Jam enim apparuerat. Ecce misericordia: & apparet in carne, ut constet misericors & multæ misericordiæ: equidem ut penitùs deleretur transgressio, venit de cœlo in hunc mundum factus homo. Ibi *domus Dei, & porta cœli.* Ibi? Sanè. Domus Dei in terra fuit præsepe, in quo Virgo filium Dei carne indutum reclinavit, postquàm peperit. Ibi Angeli ascendentes & descendentes de cœlo, evangelizant gaudia pacemque mundo: minimèque Jacobus claudicationi invenit medicamentum, quousque perveniat ad Deo-homine consecratam domum; quoniam nullo modo natura humana potitura rectitudine, quousque videret Patris unigenitum in carne. Genes. 35. 1. *Præsepe Domini Dei dicimus.* Exod. 34. 6. Genes. 28. 17. *Cur dicitur porta cœli?* *Claudicavit homo quousque Verbum factum caro.*

Delos insula vaga.

4 Delos insula olim fingebatur vagabunda, variis undique fluctibus agitata, quousque ibi filium Dei summi Apollinem, sine partus doloribus Latona dedit in lucem, ut ex primo momento nativitatis, radiis fulgentibus illuminaretur orbis. Ita Plinius *lib.*4. *cap.*12. Strabon. lib. 10. Seneca in *Hercul. furent.* Act.1. v. 15. succinit:

Plin.

Senec.

Mobilis tellus stetit.

Virgilius jam expresserat, quæ illustrat, non ut fabulam referentem (sed astruit de aliis insulis fluctuantibus ex Plin.*lib.*2. *cap.* 95.) La-Zerda in lib.3.*Æneid.*v.76. num. 5. ubi Vates:

Insulæ fluctuantes.

Virgil.

——*Et littora circum*
Errantem::revinxit:
Immotamque coli dedit, contemnere ventos.

Imitatur Claudian.lib.2.de *Rapt. Proserp.* v. 34.

Claudian.

——*Motoque in flamine Delos*
Errat, & aurato trahitur circunflua Ponto.

Idem Statius lib. 1. *Thebaid.* & Sidon. Apoll. in *Panegyr.* Socer. præf. Verùm nostro proposito aptiùs Ovidius lib. 6. *Metam.* fab. 3. igitur locum, quo pareret, totà terrà præter Delon Solis mater non invenit.

Ovid.

——*Cui maxima quondàm*
Exiguam sedem parituræ terræ negavit.
Nec cœlo, nec humo, nec aquis Dea vestra recepta est.
Exul erat mundi, donec miserata vagantem,
Hospita tu terris erras, ego, dixit in undis,
Instabilemque locum Delos dedit.

Delos vaga firmatur Apollinis ortu.

Vide plura apud Natalem Comit. in *Mythol.* lib.9. cap. 6. Hæc est fabula? Peperit Solem Latona, & insula quæ vaga, ita à cœlo fixa; ut columnæ ex adamante continerent in terris, pro signo felicitatis, atque pignore nativitatis Solis.

Luc. 2. 7.

5 Verùm este procul profani. Ortus es nobis Sol justitiæ in præsepio, quia *non erat ei locus in diversorio*, ex Latona divina, pulcherrimà Aurora, cujus verè filius, ex cœlo in cœlo conceptus.

Senec.

Nox media Solem vidit.

Pudet, dixisse Senecam in *Hercul. Oetæo*, Act. 2. v. 462. igitur (qui oriturus in lucem orbis, splendorem dedit etiam tenebris) cùm non reciperet terra, cui venerat uti inexcogitabilis gloria, nec inveniret locum, petiit

——Latus ingens rupis in antrum.

Ventũ erat ad limen, cùm Virgo poscere fata,
Tempus, ait: Deus ecce Deus,

Virgil.

Sumpsit hercle ex Sibylla Virgilius lib. 6. *Æneid.* à v. 42. Sui non receperunt, ut constaret, cujus etiam esset filius: etenim qui Æterni Altissimi Patris, dum in antro procul à patria oritur, ostendebat (uti summo acumine cogitavit Gregor. Magn. Homil. 8. in *Evangel.*) quòd per humanitatem quam assumpserat (ut Homo-Deus in subsidium hominis noscereturs) quasi in alieno nascebatur.

Cur Christus non natus ubi conceptus?

Phœbus qui misit hæc vaticinia,
Simul Salvator venit
Et morbi sedator.

Sophocl.

Accinuit vel Ethnicus in *Oedip. Tyrann.* à v.149. Claret Sol, *& sanitas in pennis*: siquidem si terra crimine primo instabilis, jam ortu justitiæ Solis, quæ vaga, sese mirans & Solem, lucet immota.

Malach.4. 2.

6 Quàm felix condita natura hominis! Quàm firma, & quantis apprimè insertata gratiis! Misere jacuit: quam quidem afflixit, & miseram esse, & felicem fuisse; degereque tam infeliciter per primum crimen, quàm conditione feliciter olim. E terra erecta & formata pulcherrima natura. A voce loquelæ grandis sutelà serpentis exarsit ignis in ea, & structa fraude, ut appareret, quod esse nequibat, & amitteret quod erat; divinitatis larvà perculsa, *dedit vocem suam & mota est terra*, quo nutu & motu progenies gentium ex Adamo conturbata, & inclinata fuerunt illarum regna. Spes solummodò remansit ex tot bonis, ut levamen aliquandò præcogitarent mortales. Unde præscius David, nihil timendum, tot tantisque perturbationibus, astruit; licèt crispentur fluctus procellosi implacabilis maris, & concussione in abdita illius graves transferantur montes. Verùm quare? Respondet & promptè: *Deus in medio ejus, non commovebitur.* Bibl. Complut. Regia, & Theodoretus: *Deus in medio ejus, & non commovebitur.* Genebr. *Deus est in medio ejus, non commovebitur.* Ita turbata, & omninò mota quiescit? Utique: natura humana in hoc mari magno & spatioso orbis, uti Delos, vaga erravit. Minimè adeptura erat amissam, optatam requiem, donec in illa cœlestis Latona Virgo pareret Solem: qua luce corde læta quievit à motu, quoniam adjuvit eam Deus vultu suo.

Terra humana illius nativitate, tã immota.

Pſal.45.7.

Verſ. 6.

Theodor. Genebr.

Ubi Christũ vidit, illicò quievit.

7 Medium, quod elegit Sol justitiæ in stabilitatem terræ rationalis errantis, fuit Bethlehem, tabernaculum Solis, &

Au-

Auroræ fulgentis. Quàm floridè & opportunè Psalmographus! *Fabricatus es* (ait) *auroram & Solem.* Nunquàm simul: & ut cuncta cederent hujusmodi prodigio; Aurora Virgo-Mater, Solque justitiæ Christus fulgent in antro. Olim per Moysem, ut ait Paulus erexit Deus tabernaculum ut inhabitaret inter filios Israël. Ad quid nunc? Tabernaculum erexit, sed non sic. Observa, quoniam mirifica vox: *Quod fixit Deus & non homo.* Ad quid artifice Deo, hominis signatur exclusio? Ut clarescat discrimen inter præsentem & præteritam habitationem: igitur ut quiesceret terræ rationalis motus, tabernaculum erat sanctificaturus homo Deus. Ideo Paulus dicit: *Fixit*, dum olim Deus per Moysem tabernaculum erexit: siquidem semper erat terræ motio, atque concussio, quousque tebernaculum fixit Deus-homo. Movebatur, commovebatur; cæterùm non commovebitur: quandoquidem si ab absentia ortus Solis tot retrò sæculis motus; jam Deus visibilis tabernaculum fixit in medio ejus. Quæ commota jam requievit, igitur Virgo-Mater, uti Aurora Solem in lucem prodidit.

Ps. 73. 16. — *Aurora, & Sol simul ubi visa?* — Hebr. 8. 2. — *Quia Virgo Solem justitiæ peperit, homo à vagatione cessavit.*

8 Terra mota est, quia infirmata per culpam: tu verò Domine nascens in mundo, perfecisti eam. Terra mota est scelere primiparentis Adami; sed quievit, cùm egredereris in conspectu populi tui. Terra mota est; verùm cœli distillaverunt à facie Dei Salvatorem, ut terra commota inveniret requiem. Clamabat errabunda, & etiam in cœlum extollebat vocem, quam comitabatur, noxa. Misericordia & veritas obviaverunt sibi; attamen justitia & pax sunt osculatæ; quoniam licèt veritas peccati de terra clamaret, justitia victa à clementia, propter bonum pacis de cœlo prospexit; ut pro noxa delenda, habitaret gloria in terra nostra. Crimine *terra tremuit, sed quievit, cùm exurgeret in judicium Deus*: quievit motus; quoniam Sol qui allaturus erat pacem & quietem, in medio ejus constituit habitationem. Haud natura humana periculum suspicetur, dum Sol jam natus conspicitur. Percita conscientiâ errabat, sine virtute languebat: verùm jam firmatur, & deinceps non commovebitur; igitur in naturæ lapsæ firmamentum, Dominus virtutum jam nobiscum.

Quia nobiscum Dominus, requievit mundus. — Psal. 75. 9.

Ibid. 9 Nescio, an hoc intuitu dixerit David: *Non commovebitur.* Futurum indicat, dum terræ humanæ stabilitatem demonstrat: siquidem devoluto tempore, ita donanda felicitate; ut quæ pridem mota requiescerent, & quæ errabunda subsisteret. Dicent gloriam, quæ prodigia ponet super terram: igitur auferet bella, arcus conteret, confringet arma, & comburet scuta. Ecce signa. Apparuit nanque, ut quiesceret terra, Verbum Divinum caro factum, templo Jani clauso, toto orbe in pace composito. Audiatur Titus Calphurnius *Eclog.* 1. à v. 28.

Ibid. v. 9. & 10. — *Pace facta in orbe toto.*

Non pastor, non hoc triviali more viator,
Sed Deus ipse canit: distinguunt jubila versus.
Aurea secura cum pace renascitur ætas,
Et redit ad terras tandem squallore situque
Alma Themis posito, juvenemque beata sequuntur
Sæcula, maternis causam qui lusit in ulnis. — Calph.
Dum populos Deus ipse reget, dabit impia victas
Post terga Bellona manus, spoliataque telis
In sua vesanos torquebit viscera morsus.
Omnia Tartareo subigentur carcere bella,
Immergentque caput tenebris, lucemque timebunt:
Candida pax aderit.

10 Clareat Scripturâ Sacrâ nostra felicitas, quam prædixit Propheta Michæas. Vagabundus vel in propriis sedibus, in alienas migraturus premebatur Juda, obsidione dirâ regis Nabuchodonosor. Capitur, transfertur, reducitur: at subsedit? Nullo modo. Vel sedens erravit. Quousque? *Propter hoc* (dicit Propheta, Dominus) *dabit eos usque ad tempus, in quo parturiens pariet.* Idest, quousque fœmina pariat. Idiotismus Hebræus: *Parturiens* pro fœmina: q. d. Quousque pariat, quæ potest parturire; in quo Deiparæ portenditur perfectio & excellentia, sacro fœtu de cœlo mirificè gravidanda: igitur in desideratam errabundorum quietem; solummodò hæc terra Virgo poterat dignè germinare Salvatorem. Theophilactus, Eusebius lib. 7. de *Demonst. Evang.* cap. 1. & Mariana cum Sanctio hìc num. 37. interpretantur: *Donec Virgo pariat.* Quid hoc? Partus Virginis in sessionem rationalis orbis? Næ. Errabat ejus natura hinc inde sicut Delos, fovens formidinem, & nullibi inveniebat quassata requiem. Subsessura duntaxat ad Solis ortum, qui nutantem adstricturus pondere in firmamentum: erratque usque ad tempus, in quo Virgo pariat; quoniam si Solis nativitate sedem errabunda expectat, feliciter in perpetuum adipiscitur sedem, igitur Virgo pariens peperit Solem.

Mich. 5. 3. — *Parturiens pro fœmina.* — *Homo potitur requie, orto ex Virgine Sole.*

No-

11 Nota *Propter hoc.* Hoc quid? Errabat: sed Virgo & concepit & peperit propter hoc. Justitia, ut homo criminis pœnas lueret, ante eum ambulabat. Clementiam tanti errati atque erroris summè tædebat. Errabat. Sessionis non est spes? Quousque Virgo pariat, erit sic. Virgo pariet propter hoc: igitur ut conditio humana excutiat tantum errorem; ex Virgine hìc videbit Solem orientem. Observandus contextus. *Nunc vastaberis*: dicitur, dum obsessa à selecto milite circumvidetur. Locum agitata mutabis, in aliena adducêris. *Nunc vastaberis.* Nunc? Pòst quid? Non. *Ex te* (nimirùm Bethlehem) *mihi egredietur, qui sit dominator in Israël.* Egredietur, cùm Virgo pepererit. Ab hujusmodi ortu tota felicitas provenit. Errabis quousque pariat Virgo: modò vastatio, quippe non est in sæculo: pòstque festivè lætabunda quiescès; quippequàm ex hac Virgine missùm è cœlo Solem in subsidium adorabis. Illà, ut canit Paulinus Consul. v. 159. Carm. de *Joann. Baptist.*

Sine Virginis partu omnia commota.

Vers. 1.

Vers. 2.

Et cum illo pacifica cũsta.

——— *Gloria cœli*
In nostros delata lares, & vilia tecta,
Obscuris tantùm lumen penetralibus infert.

Paul. Consul.

12 Vidimus nativitate Solis sisti naturam errantem: curvam vidimus erectam in optatam rectitudinem, *Taut.* 7. *D.* 1. Satagat homo gratitudinis, ut nascatur quotidiè in lectulo puri cordis: igitur crimine cæcis, vel imperfectionem soporatis, qui Sol vel nube carnis splendidus, natus est quasi non natus. Symbolum hujus spectabilis ortus, fuit scala Jacobi; igitur per gradus temporis, qui Deus videbatur sursùm, Homo-Deus videndus etiam deorsùm. Verùm nota. Si præsentiam illius in terra præsignabat scala, ut juvaretur ægra humana afflicta natura; quo intuitu ostenditur Dominus in summitate scalæ tangentis culmina cœli? Si videndus ut homo, locus hominis non erat in cœlo. Non suprà, sed infrà. Quare ergo non demonstratur in mundo? Dicit textus. Jacob *dormivit in eodem loco.* Somno exprimitur negligentia: gradibus scalæ, Solis descensu amplissima gratia. Excedit itaque spem, ac hominis mentem, vel duntaxàt cogitare Deum hominem. Quid visibilem? Et collocatur in cœlo, dum dignatione divinà, uti homo collocandus in terra; quia dormienti, nonve cogitanti, quid, quantumque beneficium, descendens de cœlo contulit; quasi necdùm descendisset. Qui obliviscitur donorum, oscitantià in gratitudinem, inficiatur planè collationem: siquidem gratiam fatetur nulli, factam dormienti. Patet ex ipso articulo, Dei erga humanum genus liberalis dilectio, & quanta in pectore flamma charitatis, cùm adhuc essemus peccatores: siquidem flagrans studuit officio, vel cùm dormiremus in obsequio.

Genes. 28. 11.

Christus negligentibus quasi non natus.

Vel indignit favet.

13 Ulteriùs. Visione mirabili expergiscitur Jacob, & ait: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.* Quo studio quod nesciebat, didicit? Evigilavit: etenim Deum vident, & in corde suscipiunt; qui oculos gratitudinis luce vigilanter aperiunt. Alii nesciunt, dum cognoscunt; quippe socordes, dignare munere, semetipsos exhibent, & dum oculos habent, nequaquàm vident. *Verè Dominus est in loco isto.* Verè dicit, dum è somno evigilavit: igitur dormiente corde, est ibi, sed non est verè; quoniam ibi præsens adest, quasi non esset. *Verè Dominus est in loco isto.* Jam in infimo terreno loco, qui dudùm visus in cœlo? Discrimen est vigilantiæ & negligentiæ. Hanc aufugit, illa descendit, ut requiescat in corde: siquidem videt infrà quem viderat in scalæ summitate; quisquis oculos cordis aperit in gratitudinem, & ibi ascensiones collocat, ut suscipiat descendentem. Ut ingeratur pectoribus cœlestis hujusmodi voluptas, & sedeat ibi divina majestas, jubet Monachos N. Gloriosus Legislator, *non amplecti delicias.* Ita *Reg. Sanct.* cap. 4. *Instr.* 12. Exemplum in Deo nobis nascente videmus; ut quemadmodùm ille fecit, ita & nos faciamus. Quid nos portantes in terra nostram, & protoparentum noxam; si ita oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam? Optimum est enim gratià stabilire cor, non escis, ut intueamur exitum conversationis. Canit Sidon. Apollinar. v. 1249.

Vers. 16.

Deus est, ubi cognoscitur esse.

S. Bened.

Adversis sic ille micat, cui fixus ab ortu
Ordo fuit crevisse malis.

Sid. Apoll.

DIDASC. IV.

Felicitas hominis ex nativitate Virginis.

1 CONGRUE post filii lucem, Matris-Virginis celebrabimus nativitatem: equidem ut canit Sousa lib. 3. & 4.

——— *Virginis ortu*
Aurea composito renovantur sæcula mundo.
Ipsa sed exoriens orbi clarissima lampas,
Alma salutifero tribuens cunabula Christo.

Mell. Sous.

Pro-

Cant. 6. 9. *Progreditur quasi aurora* illuminans mundum, ac indicans Solis ortum, cujus fulgidis radiis, visuri lucem, qui sedebant in tenebris. *Canoræ aviculæ prolectante verno vapore, concentus suaves adsonant, matrem siderum, parentem temporum, orbisque totius dominam blando mulcentes affamine*: ait Apulejus de Aurora lib. 11. *Metam.* Cuncta & altiùs vidimus in Maria, igitur nota domina mundi, principium felicitatis, ac mater Solis.

Apul.

Encomia Virginis nascentis.

——*Nec enim sine numine cœli*
Credimus in terris fulgens hoc sidus oriri.

Sous. Succinit qui supr. Pateant ergo hujusmodi dona, quibus glorietur humana natura.

2 *Misericors, & clemens, & patiens, & multæ miserationis*, plauditur Dominus: ex eadem materia tantus plausus? Et quidem meritò, dum magnitudini miserationum additur magnitudo. Misericors crimen primis parentibus illicò indulsit: clemens pœnas sublevavit: patiens filium suum in orbem misit pro reconciliatione antiqui fœderis, cùm adhuc essemus peccatores. Aliquid restabat misericordiarum, in clementiæ complementum: apponiturque etiam multæ in clementia miserationis, propter gratiam ortus Virginis: etenim non solum misit filium hominem in orbem, sed voluit habere matrem, cujus præsentia genus humanum gauderet, quandiù filius, ut restauraret, natus ex illa veniret. *Vexilla virtutis Dei* (inquit Ildephonsus serm. de *Partu & Purific. Virgin.*) *in Maria effulserunt; in qua tota majestas Deitatis versatur.* Tota igitur versatur in Virgine Deitatis majestas, ubi ejus obtenta ab orbe nativitas: equidem sine numine cœli, haud potuit orbi sidus hoc fulgens oriri. Aurora dicitur, dum mundo nascitur, ex qua Sol gignitur. Ex Solis adventu generatur Aurora: & quasi Aurora signatur exoriens mundo Maria; quippe per ortum Solis, cognoscitur clariùs fausta nativitas Virginis; ex qua natus est Jesus, justitiæ rutilans Sol.

Exod. 34. 6.

Unde Dei misericordia magna?

Se exhibuit misericordē, decernens unigenito matrem.

Ildephons.

In Virgine tota Domini majestas.

3 Intendamus in vaticinium Balaäm. *Orietur* (prædixit) *stella ex Jacob, & consurget virga de Israël.* Alii pro *Virga*, legunt: *Homo*. Vide Alap. Haud semper cometæ sidus infaustum, ut *Taut. 7. Didasc.* 5. vidimus: unde Ovidius lib. ult. *Metam.* fab. ult.

Num. 24. 17.

Cometa felix.

Dumque tulit, numen capere, atque ignescere cœpit,
Emisitque simul: simul evolat altiùs illa,
Flammiferumque trahens spatioso limite crinem
Stella micat, natiq; videt benefacta fatetur
Esse suis majora, & vinci gaudet ab illo.

Ovid.

Orietur stella felix in terris, quæ cœlum infimum fulgore sideris; & etiam videbitur homo in hujusmodi ascensu. Quid quòd stella fulgeat, ut homo in terris appareat? Totum nostrum momentum pro felicitate hominum. Hic homo significat Salvatorem, sidus pulcherrimam matrem: & simul exponuntur ortus sideris, & ortus expectatus Salvatoris; quippequàm nascente Maria, Verbum divinum prospicitur in natura humana nostra. Non est Virgo sine divino Verbo, quod priùs concepit mente, quàm conciperet corpore: signaturque in stella nativitas Virginis, & imago in homine præ se fertur Salvatoris; quoniam videnda nativitas Christi, in matris nativitate. Aurora est; ergo subsequetur Sol: igitur Christum videbit Solem, qui in terris viderit matrem.

Videtur Verbum jam in conditione nostra, nascente Maria.

4 Observandum pro fide vinculum sententiarum. Profert enim Balaäm præconceptum vaticinium. *Videbo eum, sed non modò: intuebor illum, sed non propè. Orietur stella ex Jacob.* Quem expectat non videbit; quandiù stella non apparet? Næ. Quid quòd appareat, vel non appareat; ut videat expectatum, vel non videat? In quem intendit, Christus est; ut autumant Maluenda, & Cajetan. hìc. Descensum filii Dei in terras expectat, videre desiderat; verùm præmittit stellam, siquidem Sol subsequetur Auroram. Sine Virgine haud descendet in orbem, qui propter Virginem susciplet humanam carnem: & jurè dicit, *Videbo*, sed non modò; igitur non videbitur, quousquè pateat orbi Virgo. Videbit illum, si viderit illam. Ex matre cognoscet formam: ortus hujusmodi stellæ nequit esse sine numine; pendet ortus Solis ex nativitate sideris matris: & asserit visurum, si illa nascatur, quia in illa & per illam, qui venturus est, videbitur. Hinc dicit: *Intuebor illum, sed non propè.* Si non propè, perperàm intuebitur illum; quippè quæ longè, subterfugiunt aspectum. Non illicò, quia non simul ortus Virginis, atque nativitas Salvatoris, siquidem venturus in plenitudine temporis: & astruit, Salvatorem visurum, sed non propè; quia longè à nativitate. Illum visurum, sed non per illum, quanvis in illum anxiè tendat aspectum. Non videbit illum, & videbit in nativitate stellæ; igitur qui venturus, videbitur clarè in matre.

Ibid.

Filius Dei non videndus, ni Virginem videat mundus.

Videtur in matre.

5 *Liber generationis Jesu-Christi filii Da-*

Matth. 1. 1.

David, filii Abraham: est titulus Evangelii Matthæi. Quare (inquirit Hieronymus) ita generationis exordium, cùm describatur in illa Dei filius; maximè dicente Joanne: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*? *A carnalibus autem cœpit* (infit lib. 1. *Comment. in Matth.*) *ut per hominem, Deum discere incipiamus.* Sit ergo; verùm adhuc disquisitio. *Deum.* Patrem, Verbum, vel Spiritum Sanctum? Patrem astruit Ambrosius: *Solus enim Christus* (ait lib. 10. in *Luc.* cap. 22.) *est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis unitatem.* Christus homo est: inest vera humanitas, & vera divinitas. Pater est Deus: quare ergo Dei habenda cognitio, quia filius factus est homo? Vel unde humanus illuminabitur sublimior intellectus, ut Deum per hominem discere incipiamus? Imago filius est verissima, plena & perfectissima Patris, qua resplendet totius summa claritudinis. Haud intellectus humanus percipere valet, quibus cœlestis Pater perfectionibus constet: & Christum Evangelista signat in paternæ perfectionis cognitionem, ut illum homo cognoscat per adęquatam imaginem. Percipit homo quæ sunt hominis, sed longè est à cognitione Deitatis. Necesse est, quòd formam humanam habeat, ut quæ supra humana elevatus percipiat, atque invisibilia per ea quæ facta; ut quæ divina cognoscere, & Deum possit per hominem discere. Intendebatur Deitatis cognitio; quæ quidem haud facilis, nisi Verbum fieret homo: & ubi Dei intenditur, Christi Domini generatio proponitur; quoniam in illo plenissimà imagine Deitatis, clarè videntur cunctæ Patris perfectiones. Hispan. *Se propone el conocimiento de Dios, por una imagen, en quien no cabe mas.* Aptatur imago magis nostræ cognitioni, maximè si copia lucis obumbratur velamine: quapropter Thomas dixit lumine perculsus: *Dominus meus, & Deus meus.* Hominem vidit, & Deum cognovit: per hominem Deum discere cœpit: vidit imaginem, & nactus est cognitionem: igitur prompta vel in homine cognitio, ubi videtur in homine summa, divina perfectio.

Joan. 1.1.

Hieron.

Ambros.

Patris cognoscitur per factio, ubi homini exhibetur in Christo perfecta imag.

Joann. 20. 28.

6 Liber Maria, & jurè, plauditur generationis Jesu-Christi. Tollitur in thronum aulæ cœlestis, ac in dexteram sedentis Patris, scriptus intùs & foris multitudine gratiarum; atque sigillatus, quia adhuc arcana multitudo perfectionum.

Maria liber generationis Christi.

Vidi (ait Joannes) *in dextera sedentis librum.* Vidit? *Nemo poterat* (subdit) *aperire librum, neque respicere illum.* Quomodò viderat, quem nemo respicere poterat? Vidit Agnum: & adeptus est visionem per adæquatam imaginem. Agnus est Christus, qui mundi tollit peccata: per librum signatur Virgo Maria: & hæc videtur non visa, viso filio (qui Virginis Matris imago) quoniam in speculo Salvatoris, cunctæ relucent perfectiones Virginis.

Apoc. 5. 1.

Vers. 6.

In speculo Salvatoris cunctæ relucent perfectiones Virginis.

7 Iccircò dum in libro generationis Christi quæritur Virginis generatio, parentum illius nulla fit mentio. Habet gratiarum nobiliorem indicem, scilicèt filii imaginem. Haud dicitur ex quibus nata, sed quis natus ex illa. *De qua natus est Jesus*: nascitur sic. Qui videre conatur abundantiam perfectionum, rimetur filium, perfectionum speculum: etenim plena obtinebitur cognitio, dum objicitur oculis matris adæquata imago: quæ ita excellit humanam mentem, tendentem in cognitionem; ut tantùm claresçat oculis in plenissima imagine Deitatis. Aptiùs proposito. Maria nascitur, sine numine nunquàm videtur: & jam signatur ut mater, *de qua natus est Jesus*; quippequàm illa nascente, proximus Justitiæ Sol. *Ave Solis ortus*: dicit Chrysippus Jerosolimit. serm. de *Laudib. Virginis.* Ortus matris designatur ortus Solis? Ortus Christi in Virginis nativitate? Et plenè. Nascitur, ac filius illà nascente proponitur; & quia pleniùs videtur in imagine, & quia nunquàm videtur sine numine.

Matth. 1. 16.

Quanta Virginis perfectio!

Chrysipp.

Cur plauditur ortus Solis?

8 Hinc jurè extollitur universi domina, victà naturà à gratia. *Terra nova, & cœlum novum*: equidem illa nascente: cœlum videtur in terra, & homo elevatur ultra sidera. *Domina mundi, regina cœli*: inquit Damianus serm. in ejus *Assumpt.* Quid quòd nobis plausus, si tabernaculum Dei jam videtur cum hominibus? Conciliat meritò corda pro digna gratulatione, quòd videatur in terris regina cœli. Jam coruscat viridarium, quæ germen veprium.

Apoc. 21. 1.

Damian.

Felicitas magna, cœlorum regina in terra.

Inde rubore rosas, candore hinc lilia vincens

Flos novus è terra, quem polus arce colat.

Venant.

Canit Venant. Fortunat. de *Partu Virgin.* vers. 235. Verùm unde novus? Frequenter mundus per patres filios cognoscit: quapropter Philippus dicit pro cunctis: *Ostende nobis patrem, & sufficit nobis.* Invertit Christus cognitionis modum, dum ipsum Deus Pater signavit filium

Flos novus.

Joann. 14. 8.

filium; igitur si cognitio per adæquatam effigiem; qui videt filium, clarè videbit & patrem.

In filio quòmodò cognoscitur Pater cœlestis? August.

9 *Si formam Dei te appellem, digna existis*: dicit Virgini Augustinus Serm. 35. de *Sanct.* Forma lucet Deitatis, & imago perfectionis. Nobilitas non ab origine, sed per originem, ut homo nanciscatur perfectionem. Haud per parentes dignoscenda, quæ à primo conceptionis instanti fulsit Deitatis forma: unde ut clarescat vel exoriens, & qualis, & quænam sit, designatur uti mater, de qua natus est Jesus. *Tu fabricatus es Auroram, & Solem*: dicit Domino David. Quorsùm in fabrica Sol? Aurora Virgo plauditur, uti Sol Christus extollitur: & signat simul Auroram & Solem, ut cognoscatur Virgo per Christi imaginem. Ecce in flore pulcherrimo novitas: equidem per nativitatem explicatur nativitas. De radice Jesse prodit; & ortus noviter patet; quippe *flos de radice ejus ascendet*. Adhuc est novitas, ut Virginis magis celebretur nativitas.

Virgo forma Deitatis.

Psalm. 73. 16.

Cujus filius imago.

Isai. 11. 1.

10 Specimen habemus in nativitate Joannis novitatis altioris, quæ in nativitate Virginis. *Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista*: dixit Sol Justitiæ de lucifero Præcursore. Alibi plura dixi: modo occurrit, quare in ejus ortu asseritur, quod surrexit? Naturale est nasci; mirabile sanè, resurgere: & dicit resurrectionem, Joannis nativitatem; quoniam dignum, quod naturale in cæteris hominum, celebrari in Joanne, uti miraculum: siquidem aliquomodò exprimitur ortus claritas, si designatur miraculum ipsa nativitas. Resurrectio est perfectio naturæ rationalis, cujus venustas fœdata jaculo mortis; qua caro redigitur in futilitatem pulveris: & nativitas Joannis confertur resurrectioni; quia perfectio in illo effulsit ab ipsa nativitate.

Matth. 11. 11.

Joannes Baptista mundi miraculum.

11 Præterea. Nativitas est inchoatio vitæ miseræ: resurrectio, etsi exordium vitæ gloriosæ, est ultimum naturæ complementum, tanquàm scopus & finis omnimodæ perfectionis. Joannes summus dignoscitur, vel dum nascitur: unde etiam ortus celebratur resurrectio; quia ejus summitas mirabilis à principio: igitur quod aliis ultimum, in illo micat perfectionis exordium. Denique resurrectio est per gratiam: nasci vero per naturam. Novum miraculum illustraturum orbem, dum Præcursor videret publicam lucem: & ejus nativitas confertur resurrectioni, attestante miraculum novitate; etenim miraculum singulare, quod puerulo incipienti in natura, cœlitùs inhæret gratia tanta.

Cur ejus nativitas singularis?

12 Hujusmodi nativitatem, Virginis vocavi specimen; quoniam non aliter Virgo extollitur, quùm ab Angelis plauditur. *Quæ est ista* (dicunt) *quæ progreditur?* Alii: *Quæ ingreditur.* Alii: *Quæ resurgit.* Vide Ghisler. & Alapid. Virgo nascens in lucem prodiit, non surrexit; quare ergo resurrectio proponitur, ubi nascitur? Nascitur Maria velut flos novus è terra: nec esset in ortu novum, ni celebraretur nativitas ut miraculum: maximè cùm micaret summitas perfectionis à primo instanti participatæ lucis. Ampliorem in illa locum peperit gratia, quàm natura, vel ex quo nata: & quando in lucem prodiit, astruitur, quòd resurrexit: quippequàm gratiæ Mariæ, atque singulares dotes mundo profectò illuxerunt à puncto nativitatis. Oritur flos novus. Flos rutilat multicolor, discolor, versicolor, hortorum regalium honor, nunc albo candore lucidus, nunc roseo rubore flammeus, nunc varietatibus croceus. Resurrectio erit theatrum, quo tam animæ, quam corporis culmen videbitur perfectionum: dum floris Virginis nativitas, etiam ostentanda novitas: & resurgere dicitur, ubi nascitur; quippe novum, quòd puella tot perfectionibus in hunc orbem nasceretur.

Cant. 6. 7.

Virginis nativitas miraculù naturæ & gratiæ.

13 *Certabant sæcula* (inquit Petrus Damianus, serm. in *Nativit. Virgin.*) *quodnam de partu Virginis gloriaretur.* Nil mirum, quòd iniretur certamen temporis pro principio, tot retrò sæculis, optatæ felicitatis: quandoquidem dexter totus jactus fortunæ vertebatur in Virginis nativitate, simul cum illa mittente cœlo in subsidium hominum, superfluentem abundantiam gratiarum.

Petr. Damian.

Quare sæcula de illius nativitate certabant?

Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.
Jam redit & Virgo.

Canit Virgilius *Eclog.* 4. v. 5. Quid in ordinem, quòd nascatur Virgo? Nostrum totum momentum: quandoquidem

Virgil.

Jam nova progenies cœlo demittitur alto.

Ex Sybilla idem succinit: & ista, ut videris *Tom.* 8. *Bibliothec.* PP. præcinuit:

Idem.

——*Summi tunc summa potentia regni*
Regis inextincti mortalibus exorietur.

Sybill.

Ne mireris: Aurora est, haud distinguitur à Sole. Quæ vocatur Aurora, Solis sunt radii. Nilus exundans terras, ex quo feracitas, vocatur Christus: igitur sicut de illo canit Lucanus lib. 10. *Phars. Bell.* v. 292.

Maria Aurora.

Lucanor. *Arcanum natura caput non prodidit ulli,*
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre.

Gaspar Schot. Et Gaspar Schotus in *Anatom. Flumin.* inquit: *Tandem se prodidit.* Ita qui Deus absconditus, apparuit in terris magnus: & cum esset in sinu Patris, visus à cunctis sacrato gremio Virginis, favens abundantiùs homini, dum est in matre.

Christus quare gratiarum dicitur Nilus?

14 *Nilus* (ait Plinius *lib.5.cap.9.*) *incertis ortus fontibus it per deserta & ardentia immenso longitudinis spatio. Incipit crescere Luna nova, & resedit in Virgine.* Etiam à natura præmittuntur signa, quibus nativitatis Virginis exprimantur miracula: equidem qui adinstar Nili per deserta legis aridę, immenso longitudinis spatio dignatus est fluere; cœpit crescere gratiarum abundantià, verùm in Virgine-Matre, Lunà novà, gratià plenà. *Belli tunc tempus erat, donec tu Virgo nascereris*: infit Rupertus lib. 6. in *Matth.* Tunc belli tempus, quippe necdum se prodiderat Nilus: tandem se prodidit, & ima summis dextrè reconciliavit stabilità pace; quoniam qui se abdiderat, fauste resedit in Virgine.

Plin.

Gratiarum abundãtia, oriente Maria.

Rupert.

15 Crudele bellum erat inter Judà regnum & Israëliticum principatum, cujus partes sequebatur Syriæ rex, regnante in Judà pessimo Achaz. Hic visis exercitibus elanguit: Isaias præcepto Domini regi, inquo quanvis, occurrit dicens petere à Domino victorię signum, sive in cœlo sursùm, sive in terra deorsùm. Rex renuit; & ingratus accipere gratiam, quasi acciperet, noluit, fugiens lauream, modò Deo non deberet victoriam. Ingratus qui beneficium spernit: verùm nolens volens Dominum glorificavit: siquidem gloria generosi pectoris, favere ingratis. Hìc volvitur gratiæ lex. *Propter hoc.* O pectus in gratias, atque homines pronum! *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum.* Quodnam ergo? Subditur: *Ecce virgo.* Pax conciliatur, quia belli tempus, quousque Virgo nascereturus. Non tantùm pax, sed firma labenti regno nuncianda: & pro fœdere sempiternæ optatæ stabilis pacis, non aliud signum profertur, quàm nativitatis Virginis.

Gloria generosi pectoris favere ingratis.

Isai. 7. 14.

Nativitas Virginis stabilimentum pacis.

16 Ecce miraculum, consideremus in vaticinio etiam locum. Dixit Dominus ad Isaiam: *Egredere in occursum Achàz ad extremum aquæductus Piscinæ superioris.* Extremum hujus piscinę erat domus Annæ, matris Virginis, ut videris apud Adrichom. in *Jerusal.* num. 37. unde Damascen. lib. 4. de *Fid. Ortod.* cap. 15. ait: *In lucem Maria editur in domo Probaticæ Joachim.* Pacem redditura mundo Virgo gloriosa, cùm videret lucem; quippe per illam orbis expectabat pacem, quasi itidem interpositam inter Dominum & hominem: & dum signum pacis datur, locus nativitatis Virginis meditanter eligitur; quoniam non videnda pax, quousque Virgo nasceretur. Nonne certabunt sæcula, pro gratiarum pluvia? Pro omnimoda gratia? Insurgit hostium decertantium commotio? *Ecce Virgo.* Quid machina pro intuitu acris certaminis? Turris est, & ædificata cum propugnaculis argenteis. Haud timenda jacula: mille clypei pendent ex ea: ac ut confirmet robore & justitia regnum, omnis armatura fortium. Omnia bona in illa sunt, & venerunt cum illa; ut potiatur orbis abundantissima gratià. Modulatur Mellius ubi supr.

Verſ. 3.

Adrich.

Damasc.

Quassabatur bellis natura humana, quousque nata Maria.

———*Progenies oritur dignissima cœlo,*
Magnaque lux orbi, celebres visura triumphos.
Pectore charus amor divini numinis: in te
Quicquid adest aliis pulchræ virtutis, & omne
Synceræ pietatis opus, componitur una.

Souſ.

DIDASC. V.

Incandescit semel victa pietas

1 HAud res ulla amore dirior, si irascitur amor. Astruit Seneca in *Thyest.* Act. 3. v. 546.

Dirior iratus amor.

Nulla vis major pietate vera est.
Quos amor vetus tenuit, tenebit
Irà, cùm magnis agitata causis
Gratiam rupit.

Senec.

Hinc Deus dicitur à Moyse: *Misericors, patiens & multæ miserationis.* Nonne vindex? Et zelotes: igitur affligit delinquentes pro peccatis, quia multæ miserationis. Misericordia pepercit, patientia indulsit, miseratione prætermisit: & post tanta percitus audaciam plectit; quippe peccator infrons usquequaque gratiam rumpit: invenitque vindicem gratiam, & ultricem despectæ miserationis clementiam; siquidem ubi dissimulata glisicit ac grassatur, imò obgrassatur iniquitas incandescit, exardescit victa ab audacibus pietas.

Exod. 34. 6.

Concipitur ira ex rupta gratia.

2 Scitur balsamum symbolum esse clementiæ, igitur universalis plauditur vis medicinæ in vulnera corporis, sicut clementia exhibetur in plagas sauciatæ mentis. Lachrymatur frutex, fluit redolens me-

Clementia cur instar balsami?

medicamen; quia promptæ miserationes; modò pectora pœnitudine puncta liquescant lachrymis. Lachrymæ indicant pectoris punctionem, balsamum clementiæ in vulnus virtutem: unde si Dei clementiæ desideratur pietas, à saucio actuctùm invenitur per lachrymas. *Messis balsami* (ait Adrichomius *Theatr. Terræ Sanct.* in *Judâ*, num. 48.) *talis est. Decerpitur folium ex stipite contra Solem, moxque gutta fulgida, & mirè frangens scaturit ex ruptura; & hic balsami pretiosissimus liquor vitreis vasis colligitur.* Haud balsami clementiæ obtinetur medicina, ni legis fiat ruptura; quoniam supervacuus medicus, si non est vulnus: in vasis vitreis servatur, quia vasis vitreis colligitur: si corda nostra sunt vasa fragilia; clementia in vulnera prompta: igitur errata manantia à fragilitate, ostium facillimè inveniunt misericordiæ.

Lachrymis obtinetur.

Adrich.

Fragilitati pervia porta clementiæ.

3 Cuncta peccata sunt cordibus vulnera, pro quorum, ut sanentur, medicamine, necessarium balsamum sanguinis Christi, ex disceptis foliis patientis carnis, atque ex corporis rupturis: verùm haud fluit ex vulneribus in vulnera pietas, ni in vasis vitreis cordis demonstretur fragilitas: siquidem cùm pro complexione proficiat, vel officiat medicina; fluit sponte divina misericordia, ut indulgentia solidet fragilitatem; sed recedit, ut castiget pertinacem aversionem. Cor peccato pollutum in pœnitudinem sæpe fatiscit; quippe amarum patet, dereliquisse Dominum & se dæmoni dedere uti mancipium. Iterato peccato, irrito dolore durescit; quoniam voluptatis mulcimen, fovere in necem dolorem: pro utrisque vulneribus exponitur balsamum: verùm in vasis pertinaciæ frustratur officium; quoniam recipitur à fragilitate cordis, & non emollescit lapis. Unde cùm versetur inter fragilem pectoris, sed docilem conditionem, ac inter inflexam & durissimam cervicem; inter mentis illecebram, vel criminis ignorantiam; inter frontem audacem, atque perfrictam malitiam; plectitur durè malitia, si indulgetur ignorantia: siquidem efficax pietatis balsamum, dum homo illecebris ductus confringitur uti vitrum.

Econtrà pro tervia.

Et malitiæ.

4 Cæcè irruit in pectus cadaveris Salvatoris lancea cæcutientis millitis: & *continuò*, uti balsama, lucida gutta, ut aperiret oculos, *exivit sanguis & aqua.* In similitudinem linguæ formatur ferrum lanceæ, ut saltem cadaveribus parcant, qui linguis in mortuos pugnant; quippe pe-

Joann. 19. 34.

tunt, dum locuuntur: nec magni habetur, pro ostentatione acuminis, sanguinem elicere diro mucrone de mortuis. Exivit sanguis & aqua (cæcitatis abrupti militis præsentanea medicina) vel ex mortuo; ut vel cæco pateret misericordiarum magnitudo: etenim & favebat ictus, & effor-matum vulnus præbuit aditum in pectus; ut qui in benefactorem direxit lanceam, illuminaretur in criminis pœnitentiam. Miles ergo illuminatus fuit & etiam præter spem. Verùm quare? Intende. Minimè crimen fuit origo cæcitatis: cæcitas econtrà causa fuit criminis. Haudquaquàm quia latus Redemptoris percussit, in cætera cæcutivit, & corruit: imò quia cæcus, lanceà transadegit latus. Quia cæcitas causa sceleris, indicabat fragilitatem ob defectum cognitionis. Si ex crimine oriretur cæcitas, pateret ex cognitione malignitas; quippe summa malitia, si cæcitas voluntaria: unde oculi militis aperiuntur, & in signum remissionis peccatorum; quoniam qui pronus in indulgentiam criminum cæcitatis, ultor apparet cæcitatum criminis: igitur severè ulciscitur, ubi fragilitas in pertinaciam convertitur.

Detrahere mortuis, signum malignitatis.

Deus indulget in pœnitentiam.

Maligna, cæcitas voluntaria.

5 *Increpa feras arundinis*: in Deum exclamat David. Feras arundines: sit. Verùm arundinis feras? Quæ feritas in arundine? Homines sunt utrumque, pro conditione flexionum, vel inflexionum: quo ergo modo feritas frangenda arundinum? Ut notetur conditio hominis adusta, vocatur fera. Quare Ovidius lib. 3. *Trist.* Eleg. 3. & Virgilius *Æneid.* vers. 621. succinunt:

Psalm. 67. 31.

Natus in scopulis, nutritus lacte ferino. Ovid.
Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli. Virgil.

Ut notetur futilis, fragilis, delicata complexio, signatur arundo. Unde Carducius:

In levitate sua constans agitatur arundo: Carduc.
Sic vani studium cordis inane labat.

Quo igitur intuitu dicit Regius Psaltes increpari à Domino feras arundinis, atque constantiam ferociæ fragilitatis? An quia sub docilitatis velo occultari solet belluæ conditio? Dicit pectus & ambitiosi facies, priusquàm, & postquàm nanciscatur gradum muneris: siquidem qui apparebat suavis moribus, invenitur homo ferus, atque dæmon infulatus. Hispanicè: *Quien parecia una seda, y seda floxa, en el puesto es una fiera, ò un demonio en carne humana.* Ulteriùs. Simul exponuntur fera, increpatio & arundo. Arundo ali-

Ambitiosi fucus.

quandò accipitur jurè pro telo, ut hìc vidimus *Tautolog.* 10. *Didascal.* 1. num. 13.

Fulminat Prælatus suavis, si ejus commovetur bilis.

Sæpe in prælato, qui corde suavis, & docilis, protervia movetur bilis. Increpat, ut corrigat; corripit etiam, sed nec ita emendat. Videt audaciam, & transformatur in feram. Excandescit, & tanquàm scintilla in arundineto discurrit: etenim quia increpatione non correcta malitia, pro verbis in dolorem imittit tela. *Acrior accedat correctio*: ait N. Patriarcha Benedict. *Regul. Sanct.* cap. 28. Acrior meritò correctio, quoniam abdita increpantis mansuetudo: siquidem clementia scintillat iracundià, ubi à delinquente audacter rumpitur gratia.

S. Bened.

6 Denique: homines propter cæcitatem criminum, patent adinstar arundinum, & ferarum. Patent ruinæ, impellente in sensibilia nocua ipsà fragilitate, quæ sicut arundo à quolibet rapitur vento, dum accedit tentatio, & peccandi consuetudo, qua cognoscunt operari iniquitatem; ac impudenter, ut cæcutiant, gemicant crimen, ex arundinibus conversis in feras, quoniam obcæcat malignitas, irritatà clementià, & fulminante justitia; siquidem feritas claret incurvi & infracti animi, perfrictè peccare fiducià misericordiæ. Delinquunt, & in peccatorum excusationem, prædicant conditionis fragilitatem: equidem emendationis propositum, in facili pectore tanquàm vas figuli fractum, ac sicut vitrum allisum: conceditur indulgentia; sed revertuntur ad vomitum: infertque Deus uti in feras punitionem, dum sæpe prætermisit arundinum constantem fragilitatem; quoniam videntes indulgentià victæ justitiæ patientiam, fidentes frustrà transgressi sunt in audaciam.

Feritas est, peccare fiducià misericordiæ.

7 Hiscit sæpesæpius pectoris calamus, dum urget maligni insidiantis incursus. Ut scissura tempore solidetur, huc illucque inclinatio, atque declinatio prætermittitur. Deus connivet, etenim calamum quassatum non confringit: sed increpat diris suppliciis arundinis feras, ubi ex fragilitate audax conflatur iniquitas: siquidem fastidit summa pectoris clementia, dum pullulat ex carneo pectore in virus durities tanta. Dignus est compassione, qui delinquit præ carnis fragilitate: igitur inter certamen rationis & appetitus sensibilis, & cognitio cæcutit, & occasione ruit: quandoquidem in nobis ipsis etiam gerimus, unde certamina toleramus: sed dignum acerbissimà pœnà, quòd clementiæ fiducià, corda convertantur in saxa. Ex nebula peccati paulatim denudantur cognitione, & succumbunt cæcitati, pòst obcæcationi, pòst audaciæ, insensibilitati doloris mordicantis conscientiæ, conversi in feras, quia intendunt duntaxàt in infinitas Domini misericordias: unde æternis cruciatibus fit punitio; quoniam miseratione nullo modo dignus homo, qui sibi construit feritatem malitiæ ex confidentia clementiæ.

Quanta feritas malitiæ ex confidentia clementiæ.

8 Quotæ ex Ægypto animæ egressæ! Quotæ in terram promissionis ingressæ! Tantùm duæ. Post tot patrata miracula? Post tot prodigia? Enumerandis gratiis deficit numerus; sed dignatorum magis induruit pectus. Corripuit, qui favit, & etiam in correctionem corripiendo fovit, an vexatio illis intellectum tribueret, & in frugem revocaret. Percussit, sed non doluerunt: supra petram facies indurarunt. Effrontes, ac capitones, legis refractarii, semper claudicaverunt à lege. *Dissipati sunt, nec compuncti.* Puncti sunt, compuncti non sunt, licèt dissipati. Unusquisque in viam suam declinavit. Amens alius exiit, & rediit amentior: alius audax, & reversus est audacior: superbus alius, & pœna jurè illatà, rediit superbior. Dissipati sunt, nec compuncti: igitur vel doctrice vexatione, cordium malignitate, ex præstanti medicina major pullulavit amentia, amplior audacia, & insolentior superbia. Hos ergo pertæsus, qui summè bonus dicit: *Semper hi errant corde: & isti non cognoverunt vias meas, ut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Si* pro *Non*, vel *Nequaquàm*, ut notavimus *Tom.* 2. *Tautolog.* 11. à num. 24. Deus, qui pius, qui misericors, qui summè benignus, qui de populo haud parcè meritus, ita implacabiliter fastiditus? Quid mirum? Incandescit, semel & iterùm non solùm victa, sed provocata, & irritata pietas, usquequaquè in delinquentes exercens misericordias. *Hi errant corde.* Haud error fragilitatis, sed proterviæ. Non semel aut iterùm cervicosè repugnant, sed semper errant. Non est conditionis error, sed mentis ex obcæcatione furor. *Hi errant corde.* Minimè gravat cognitionis deliquium, sed cordis incircuncisi prolubium. Haud inest affectus læsæ rationis, sed defectus ex tenacitate virulentæ voluntatis; qua à sæculo confregerunt jugum, in abdicationem legum: negatque jurè in requiem introitum lassatis pridem

Psalm. 34. 16. *Ubi in peccando malitia, etiam correpta, posteriora deteriora.*

Psalm. 94. 10. 11.

Clementiâ instigat furor, ubi meditatus error.

in

Ultrix est clementia, ubi cordis pervicacia.

in via iniquitatum ; ut clareat implacata ultrix justitia , quæ in pœnitudinem criminum mitis adscivit clementia : igitur illà plectit & æternis suppliciis, qui uti pius prætermisit fragilitatis errores.

9 Lustremus cuncta. *Isti , quibus juravi in ira mea , Nequaquàm introibunt in requiem meam ; non cognoverunt vias meas.* Intende. Si deficit cognitio, crimen est ex ignorantia : peccanti ex ignorantia haud difficùl condonatur : quare igitur minatur peccatoribus hisce sempiternum cruciamen , jurans trusos iri, & extra requiem ? *Errant corde.* Haud eclipsis mentis origo fuit prolubii infatuati cordis. Crevit malum : excæcavit eos malitia eorum. Causa cæcitatis rationis , fuit obcæcatio voluntatis. Haud ruina ex ignorantia , quinimò ignorantia ex ruina. Haudquaquàm offendiculum illecebrarum in lapsum , sed lapsus in errorum offendiculum : usquequaquè peccato , remanent sine intellectu : efformatis à malitia telis ex gratiis pectoris misericordis , quod quidem excandet, stomachatur, irascitur, & ulciscitur; quia ægrè fertur à justitiæ integritate abusus innatæ patientis misericordiæ : quandoquidem plectit rigidè peccata : ex cervice oborta durà , inclinatione diabolicà, & voluntate malignà.

Malum , si cæcitas rationis ex obcæcatione voluntatis.

10 Patet quænam in cordibus gratiarum redamatio , & quanta hominum ingratitudo. Pingitur à Luca Contile in *Symbol.* Sol , nubibus obumbratus , & penè obrutus , maculato fulgore , cum lemmate : *Quas ipse levavi.* Ecce inimici , quas genui. Ex me sunt , sed contra me. Haud esse acceperunt in juvamen , sed in fulgoris caliginem. Querimonia expressa Solis : aptiùs est Solis, justitiæ è cruce propter hominem , & ab homine pendentis. Quid ultrà debuit facere ? Homines condidit , è pulvere erexit , ab errore reduxit ; è cœlo descendit , ut ascenderent , corpus cruci fixit , vitam tradidit , cor illis vel vulneribus aperuit , sed quid illi ? Ecce quos ipse levavit : quandoquidem cunctas gratias conflaverunt in sagittas , directis arcubus tanquàm in scopum , quousque in cruce viderunt eclipsim omninò passum. Favor excitavit furorem : gratia phrenesim : nec visis vulneribus quievit crudelitas , imò agravata malignitas : igitur intulit damnum , unde accepit beneficium. En summè misericordis clementia: revelabitur justitia? Utique. Pende.

Luc. Cont. *Nubes ingratitudinis Symbolum.*

Ingratitudo vertit gratias in sagittas.

11 *Sol convertetur in tenebras , & Luna in sanguinem , antequàm veniat, dies Domini magnus & manifestus* : dixit Petrus congregationi Israël. Prædixerat Joëlus , sed aliter : *Dies Domini magnus & horribilis.* Horribilis & magnus? Quando ergo hujusmodi dies ? Dies ne ultimus , quo Christus judicaturus est vivos & mortuos ? *Dies Christi mortis magnus & terribilis* : subdit Sanctius utroque loc. num. 47. & 105. Dies mortis Christi fuit summæ benignitatis : qua de causa signatur uti terribilis ? Plenus terrore erit dies judicii cunctis extremi: hìc manifesta justitia , quia reddet unicuique secundum opera facta : ibi clementia , quippe mundi abluit peccata: diciturque horribilis , dies amplissimæ in mundum benignitatis ; quoniam peccatoribus tantam despexisse benignitatem , ingeret altè lancinantem horrorem. In cruce vel offensus indulsit , ut sanguine crimina cuncta lavaret , & acquireret populum sibi electum , sectatorem bonorum operum. Totum corpus percusserunt usque ad ossa , ut fluerent balsama vulnerum medicina. Totum sese dedit omnimodà mansuetudine , patulo corde , & inclinato capite : diciturque stricti , horridi judicii dies , qui fuit amplioris clementiæ ; quia erunt peccatoribus horribiles hujusmodi gratiarum demonstrationes : equidem tantus labor cassus , & sanguis sine pretio pretiosus è fonte vulnerum , erit in majus judicium, præjudicium peccatorum. In vulneribus erat ostium , sed videbunt in judicio in quem transfixerunt : igitur abusis pietate , peccatorum remissione , ac tempore indulgentiæ , erit terribilis , & horribilis pœna; quoniam ad clementiam clementiæ clauserunt ostia. Crimina fulmina expetebant in transgressores ; & ille gratis sustulit interpositione sanguinis : Solem nubes , quas levavit , converterunt in tenebras ; sed ille etiam in cordibus eluceret , si exularet iniquitas : diesque summæ benignitatis adinstar judicii præsignatur horribilis ; quippequàm propter abusum pietatum , traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum. *Dies* dicitur *magnus* , & etiam *manifestus.* Magnus sanè : nullus major in amore. Quorsùm ergo manifestus ? Quoniam extremi judicii occultus. Nemo scit : & hinc ter-

Act. 2. 20.

Joel. 2. 31.

Sanct.

Horror peccatoris, despectus benignitatis.

Sanguinis Christi effusio illi confusio.

ri-

Horribilior despectus amor.

ribilis est : sed terribilior, quia in illo patebit amor incutiens adversantibus horrorem ; eò quòd noluerunt in cruce manifestatam pietatem.

12 Dies expiationis totius populi, quia omnia in figura contingebant illis, fuit typus expiationis totius mundi, per sanguinem agni in cruce. Vide Paulum ad *Hebr.* 9. 12. De die ergo illo dicit Levit. 23. 28. Moyses : *Dies propitiationis est, ut propitietur vobis Dominus Deus vester.* Hoc tempus est gratiæ & indulgentiæ, in indulgentiam. Vox sonat apertè Tautologiam. Tempus est remissionis, quo Deus parcet, quippe favore favebit ? Sanequàm: cæterùm quid ? In tempore propitiationis non propitiatur, quoniam tunc magis offenditur. Tempus est, quo in mulcimen animarum pro amplectenda pœnitudine criminum, pendens in cruce objicitur Servator cogitationi, præ se ferens quid pro hominibus passus, ut constet pietatis, atque remissionis tempus. Patet : igitur pervenit amoris generositas, quò nunquàm hominis excogitavit utilitas : & tempus gratiæ jam non gratiæ, sed strictioris justitiæ; siquidem tempore, quo cognoscitur Christi superabundantia pietatis, amplioribus à dignatis repercutitur injuriis.

Deus dum hominibus propitiator, magis offenditur.

13 Insuper. Gratiæ respondet gratia, non injuria. Ut ameris, ama. Nequaquàm rependit gratias ingrata cordis iniquitas; siquidem amor maximè conciliatur per offensas. Juxta dispositionem animarum accipitur beneficium: & tempus propitiationis & clementiæ, est quo gladius acutus evaginatur divinæ justitiæ ; quoniam diebus destinatis in gratias, à criminosis abruptè convertuntur in injurias. Præterea. *Dies est expiationis* ; & subditur aptè: Vers. 27. *Dies propitiationis.* Potientur proculdubiò propitiatione, si purificantur animæ: cæterùm acriùs punientur, ubi ob propitiationem criminibus maculantur. In rectum textus gressus disponit ordine tramitem, nectens animæ puritatem, atque propitiationem. Certa sunt gratiarum tempora, modò disponantur corda. Tempus est propitiationis, ut propitietur ; si à noxis anima purificatur. Tempus est propitiationis, & non indulget ; quia crimina urgent justitiam, ut gladium evaginet: igitur proteritur pietas, & abdicitur benignitas, quarum fotu vel neglectu propitiatur, vel ulciscitur. Propitiatur, si agni cruore purificantur animæ. Ulciscitur, si ob pietatem iterant crimen: quandoquidem proculcantes propitiatricem clementiam, non solùm convertunt, sed provocant in vindictam.

Ergæ illos gratiæ, ergà illum sagittæ.

Gratiarum tempora, quãdo disponuntur corda.

14 *Secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos* : Exclamat Regius Propheta. Crucientur æternà flammà. Quousque quiescent, ac sedebunt fulmina ? Involvantur suis erroribus, ignis devorantis voluminibus. Exulet omninò clementia, procaci prævaricatrice audacià, ut saltem doloribus acris cruciaminis, decidant à pravis cogitationibus suis. Exurge Domine in ira tua : nec audiatur quidem insita misericordia. Tabescere Vatem fecit zelus. Quare animus ita infractus? Quare ? *Quoniam irritaverunt te Domine.* Ibid. Non solùm, quo iram meruere, peccarunt ; sed peccando irritaverunt. Supplicium fugiebas, ut flecterentur pietate; cæterùm improbo pervicace corde irritarunt in supplicium, & ipsi quoque adjuverunt in malum. *Irritaverunt*, & *Te*; quasi nihil in illos posses, cùm in correctionem crimina dissimulares. *Te*, quia fota frontis inverecundia, ex mititatis admirabili patientia, quin cogitarent manus extensione, in manum cadere, de qua surgere non possent. *Te*, qui spe veniæ mulcebas corda, prætermittendo delicta. *Te*, qui abscondebas flagellum, ut suspensione revocares animum. *Te irritaverunt*, vel ostendentem sagittarum ictus, ut fugerent à facie arcus. Cassà fuit cogitatio benignitatis. In die furoris tui abutere eis: igitur conversi in saxa, indole incurvà te irritaverunt excogitatis injuriis, quando pro illis sanguinem totius corporis effundebas è venis. Cadat iniquitas, atque incandescat semel victa pietas: ut diris cruciatibus decidant à cogitationibus, quibus pro fomite in pœnitudinem, audent in irritationem. Cadant, & corruant.

Psal. 5. 11.

Tanta peccantiũ audacia, ut nõ solùm peccent, sed & offensum irritent.

Inflammata semel nescit mitescere virtus.
Ait Claudianus lib. 2. in *Rufin.* v. 231. Claud.

——Ultrixque manus mucrone furenti
Ducitur, & siccum gladium vagina recusat. Idem.



DI-

DIDASC. VI.

Felicitas quanta Hispaniæ, ex Cruciatæ Bullæ concessione!

1 BULLA, maximè aurea, apud Priscos signum gestabatur nobilitatis, & libertatis. *Nobilium pueri bullas aureas habebant*: ait Macrob. lib. 1. *Saturn.* cap. 6. Vide Plin. *lib.* 1. *cap.* 33. & Plutarch. tam in *Sertor.* quàm in *Quæst. Rom.* 101. Unde Propertius *lib.* 4. *Eleg.* 1. v. 130. succinit:

Macrob. *Bulla signù nobilitatis.*

Propert.

Mox ubi bulla rudi dimissa est aurea collo,
Matris & ante Deos libera sumpta toga.

Idem Juvenalis *Satyr.* 14. à v. 5. Stat. in *Epiced. in Patr.* v. 121. & Persius *Satyr.* 5. v. 30. ubi:

Libertatis.

Pers.

Cùm primùm pavido custos mihi purpura cessit,
Bullaque subcinctis Laribus donata pependit.

Triumphi.

Etiam in triumphum bulla data, ut sublimior indicaretur gloria. Consule Pier. Valerian. *lib.* 41. *cap.* 6. O insignis Hispania! In signum singularis felicitatis, quæ divisa beatos efficiunt, collecta tenes. *Misericors, clemens, patiens, & multæ miserationis* vocatur Dominus. Cunctis se exhibet misericordem: cæterùm erga nos magnificavit pietatem; igitur in bulla, ut dignaretur Hispania, ostendit nobis cunctarum miserationum clementissima viscera.

Exod. 34. 6.

2 Ingredienti Servatori in Synagogam Nazareth, traditus est illi liber Isaiæ prophetæ, ubi scriptum: *Spiritus Domini super me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem* (Isai. 61. 1. *Indulgentiam*) *& cæcis visum, dimittere confractos* (Isai. vers. 2. *Clausis apertionem*) *prædicare annum Domini acceptum*:::. *Hodie* (subjunxit) *impleta est hæc scriptura in auribus vestris.* Quotannis impletur in Hispania: igitur ex Summi Pontificis erga nos benevolentia, aperiuntur thesauri gratiarum, atque universæ gratiæ thesaurorum, promissâ remissione captivis, apertione clausis, visione cæcis, atque salute promptâ corde contritis. Quatuor folia, & quatuor exponuntur privilegia,

Luc. 4. 18. 19.

Vers. 21.

Bona quæ ex bullâ?

quæ hominis comprehendunt status. Quit homo esse contritus, cæcus, clausus & captivus: & quatuor in bullis exponuntur privilegia pro omnimoda gratia. *Misericors, clemens, patiens, & multæ miserationis*: dicitur de bonitate divina: hodie hæccine scriptura impleta: igitur uti misericors, per Vicarium Pontificem Summum, concedit nobis contritis bullam indulgentiarum: uti clemens, confractis essum lacticiniorum: uti patiens, captivis ære alieno, remissionem per compositionis bullam; & cæcis per suffragium pœnarum sublevamine, claram visionem in gloriam. En privilegia, queis felix Hispania.

Ubi supr.

Privilegia.

3 *Dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus*: dicit Dominus per Moysen. Tunc erat generalis indulgentia, quippe in caput hirci cunctorum projiciebantur peccata: verùm eodem die de quinquagesimo in quinquagesimum annum, Sacerdotes prædicabant jubileum; ut dicitur ibid. *cap.* 25. 9. & 10. Per jubileum concedebatur remissio omnimoda: igitur *in remissionem servitutum, debitorum, & bonorum alienatorum*: subdit Lorinus hìc. Cur ergo hujusmodi privilegium solummodò de quinquagesimo in quinquagesimum annum? Quotannis gaudet Hispania, & olim tantùm post annos quinquaginta? Non erant filii sub libertate gratiæ, servi sub lege erant uti nequam constituti. Haud digni hujusmodi privilegio. In puritatem animarum sit quotannis expiatio: verùm remissionum gratia duntaxàt semel in vita. Hoccine privilegium, ac apertio thesaurorum Ecclesiæ; *in tempora Christi & gratiæ*: infit Alap. hìc in *sens. Allegor.* Qui fideles & integerrimà fide solummodò privilegiarii, uti in sola Hispania, ubi puram messem duntaxàt legit Ecclesia. Hujusmodi virgo fides non corrumpitur pravis operibus: non fides sed opera egent indultibus: concediturque Hispanis quotannis hujusmodi privilegium, quasi meritis ad demerita partum, ut rutilet Ecclesiæ fervidus amor, & erga Ecclesiam horum perseveret fervor. Digni sanè ampliore privilegio, qui decori Ecclesiæ consulunt majore studio. Unde quotannis adipiscitur Hispania, quod semel in vita obtinebat Synagoga. Quotannis & per totum annum, ut quotidie sit indultum.

Levit. 23. 27.

Lorin.

Bulla indulgentiarum.

Alapid.

Quotannis obtinet Hispania, quod alii semel in vita.

4 Ferculum Salomonis est Ecclesia Catho-

tholica, ubi columnæ, reclinatorium, ascensus, mediâ charitate constratus. *Ferculum Salomonis, ideſt Romanam ſedem* (ait Alap. hic in 1. *ſenſ.*) *in ea enim ſedet Chriſti Vicarius, qui habet plenitudinem poteſtatis Eccleſiaſticæ in omnes Eccleſias & fideles: ac proinde peccatorum omnium remiſſionem, indulgentias, & gratias ampliſſimas concedere poteſt, & concedit. Media charitate propter filias Jeruſalem, hoc eſt, animas fidelium.* In nos veniunt ampliſsimæ gratiæ, quasi in primogenitos fidei; siquidem è sede Apostolica, cunctas gratias obtinet felix Hispania, queis fontem haurit pietatum, & multitudinem experitur miserationum. Semper uti fidei veræ studiosa concupivit lucem, & misit in Bethlehem cives qui nuper natum salutarent Solem, ut vidimus hìc *Tautol. 7. Didascal. 6.* num. 5. ipsis se in sermone manifestavit, dum illis audientibus dixit: *Venit hora, ut clarificetur filius hominis.* Quare igitur si in via non ambulandum Gentium, audientibus his Gentilibus Christus se dicit glorificandum? Hispani erant, ut vidimus loco cit. & inter tantos isti tantùm gloria Christi, quia isti fidei primogeniti; quibus debebatur gratiarum, atque privilegiorum plenitudo; quippe vehementis fidei prima Hispaniæ demonstratio.

Cantic. 3. 10.

Alap.

Fides catholica in Hispania ſemper firma.

Joann. 11. 23.

Obſequia Hiſpani fidei primogeniti.

5 Sicut regno Israël subsidium piscina Esebon, pariter piscina Siloë regno Juda. De haccine dicit Joannes: *Quinque porticus habens.* Quorsùm ergo, inquires, quinque porticus? *Versus Orientem duæ*: ait Castill. in *Devot. Peregrin.* cap. 5. Econtrà verò Petr. Bertius in *Geograph. Ptolom.* & *Itiner.* igitur subdit: *Ad Orientem una, ad Meridiem una, in Aquilonem una, versus Occidentem duæ.* Dissonat fabrica ab intenta significatione, quippe duntaxàt quatuor plagæ mundi, ex queis obtenturi auxilium, inveniunt singuli porticum. A quatuor his ventis colliguntur electi, per porticus intraturi: unde, si *Bethſaida* idem est, ac *domus effuſionis, miſericordiæ, indulgentiæ, & pietatis*, ut observant Maldonat. hìc, & Adrichomius in *Jeruſal.* num. 62. (in quarum domum porticibus prævìis ingrediuntur ex quatuor partibus orbis) duplex porticus versùs plagam Occidentis? Occidens est nostra Hispania, versùs quam, ut notat Alapid. in *Matth.* 27. 35. in cruce pendens vertit Salvator, & convertit faciem, prævidens copiosam fidei è sanguine messem: & designatur porticus duplex ingressuris Hispanis, quippe propter obsequium, necessarium aliud ostium, ut qui delinquerent, nanciscerentur ingressum in domum gratiarum, effusionis misericordiæ, indulgentiæ, atque pietatis.

Cap. 5. 2.

Castill.

Bert.

Duplex iſdem conceditur in veniam oſtiũ.

6 Perscrutemur. Cuilibet plagæ respondebat porticus, ut per illam in fidem, & per fidem in salutem concederetur ingressus: cæterùm versùs Occidentem duæ: una cunctis, alia Hispanis; quippe ex illa, ut mundarentur, plures erant ingressuri. Bina porticus versùs Occidentem, quippequàm hæccine plaga inamisibiliter amplexura fidem; verùm cùm in Hispania fides habitura regnum, debebatur aliud ostium: etenim in fidem ingressuris ex Hispania, nequaquàm sufficiebat unica porta. Duplex porticus, duplex ingressus: est Benjamin Ecclesiæ in fide immutabilis Hispanus: cui mater Ecclesia per bullas aliam porticum concesit; ut major pars gratiarum Benjamino veniret. *Ita ut quinque partibus excederet*: dicit Textus. Jurè: quinque sunt porticus: quatuor occupat mundus. En fidei fervor: Hispania desuper ipsarum quatuor: imò excedit quinque partibus, quia quatuor superat ingredientium numerus.

In fidem ingreſſuris ex Hiſpania, haud ſatis unica porta.

Geneſ. 43. 34.

7 Quinque Lunæ apparuerunt in Hispania paulò ante nativitatem Dominicam (ait Bagatta lib. 1. *Orb. Christ. miracul.* cap. 5. num. 1.) *versus plagas mundi quatuor, quinta ornata seu comitata rutilis sideribus, cujus splendoribus quatuor aliæ ambiebantur.*

Omnia lætitiam teſtantur in æthere ſummam,
Quæ ſtatuit Deus ipſe polo, cùm conderet aſtra.
Luce micant, alti magnam teſtantia cœli
Lætitiam: ſumma reſonant dulcedine vocum
Æthereæ, celſæque plagæ: ſimul omnia Regem
Inſinuant ortum, cœli cui pareat aula.

Accinit Joannes Mellius lib. 6. de *Christ. nativitat.* Necesse enim erat ut singulari illustraretur luce, quæ singulariter illustranda fide, ut dum splendoribus superstitionum amoveretur cæcitas, etiam in cœlo totius Hispaniæ legeretur felicitas. *Ecce ostium apertum in cœlo*: dicit Joannes. Novum arbitror, equidem sanguine Agni jam erat apertum cœlum. An quia

Quinque Lunæ apparuerunt in Hiſpania, paulo ante Chriſti nativitatem.

Souſa.

Apoc. 4. 1.

quia prævenit misericors januam, missuris ante thronum Gentilibus regni coronam, & adoraturis cœlestem regem, simulatque cognoscerent veritatem per illuminantem fidem? Aptiùs proposito Doctor Angelicus (& ut aliis placet Thomas Anglicus) *Ostium in cœlo aperitur per Scripturam.* Vid. Francisc. à Jesu-Maria hìc, *quæst.* 1. in *explanat. literal. Dicitur ostium clausum per impedimentum intrandi in cœlum* (inquit in 4. *distinct.* 18. *quæst.* 1. art. 1. *quæstiunc.* 1. ad 1.) *Ostium est apertum, sed adhuc quotidie alicui manet clausum:: clavis regni est potestas etiam dimittendi reatum pœnæ, per quem homo à regno prohibetur*: etiam subdit, loc. cit. ad 3. Ecce Hispaniæ articulus, ubi in ingressum regni disponitur alia porticus: igitur ostio aperto, & per crimina clauso; ut ingrediantur in cœlum, per Scripturam Pontificis aperitur aliud ostium, nimirùm Cruciata Bulla, qua cunctarum pœnarum conceditur indulgentia.

D. Thom.

Idem.

Quomodò illis cœlum aperitur?

3. Reg. 6. 31.

8 Expressè hujusmodi gratia invenitur in figura. *In ingressu Oraculi* (idest, Sancti-Sanctorum) *fecit* Salomon *ostiola de lignis olivarum, postesque angulorum quinque. Fecitque in introitu templi* (idest, Sancti) *postes de lignis olivarum, quadrangulatos.* Illicò dubium. Quo intuitu quatuor portas struit Salomon in Sanctum, & quinque in Sancta-Sanctorum? *Sine dubio* (subdit Doctis. Sanctius hìc num. 44.) *arcano aliquo sacramento non vacat.* Verùm quodnam sacramentum? Hispanis per bullam exhibitum beneficium; quia ibi erat ad indulgentias Propitiatorium. Cæteri ut ingrediantur in Sanctum constituit quatuor pacificus Princeps portas: ultra procedit Hispanorum felicitas: igitur in indulgentiam criminum & pœnarum habent etiam aliam porticum.

Vers. 33.

Sanct.

Habent præ cæteris aliâ porticum?

9 In Allegoria clariùs elucet. Templum Salomonis præsignat cœlum, in quo Christus per vulnera aperuit ostium, demonstrans cuilibet venienti ex qualibet mundi parte, quà perventurus ad gaudia, remissa gratìs tam pœnà, quàm culpà. Per fidem veniunt, & nascisuntur introitum quatuor vulneribus perviis, quorum quodlibet in regnum optatum clavis: & additur in ingressum quintum vulnus, ut gaudeat alterà porticu Hispanus: igitur si cœlum peccato clausum, quod vulneribus apertum; habet Hispanus etiam alium introitum; nimirùm bullam, qua per Pontificis gratiam, obtinet contritus corde tam condonationem criminum, quàm remissionem pœnarum.

Unde?

10 Subit mentem, cur jam factà, acceptis vulneribus, redemptione: Christus Dominus permisit vulnus à latere? *Ut viderunt eum jam mortuum, unus militum lanceâ latus ejus aperuit.* Vulnera in vivo obduci, ac cicatricari queunt: in mortuo nonnumquàm patula relinquuntur. Si vulnera Salvatoris portæ patent, claudi possunt, modò homines peccent; & post mortem Christus suscipit vulnus lateris, ut ejus pateat hominibus vehementia amoris: equidem estò pungant (ut ostium occludat) crimina nostra; ejus nunquàm pietatis clauduntur viscera. Latus depositum erat gratiarum, quippe in sanguine & aqua virtus lucebat Sacramentorum, illuminans oculos, & abluens corde pollutos; ut converterentur in quem percusserant, & ut cui nec mortuo pepercerant, facienti medicamen ex vulneribus, ut conferret peccatoribus. Vulnera quatuor manuum & pedum erant ostia plagis orbis, ut per illa in Sanctum ingrederentur fideles: & post mortem aliam porticum aperuit in subsidium; ut introirent usque in Sancta-Sanctorum, quò plenitudo gratiarum. Necdum cor ostenderat flagrans amore, & patuit post mortem vulnere: igitur manavit indulgentiarum thesaurus, dum miles aperuit pectus: & claruit dilectionis ingenium, ubi accedentibus in vulnus, aliud aperuit per amorem ostium.

Joann. 19. 34.

Vulnus Christi lateris, quare ostiâ amoris?

11 Quod improbè fecit lancea militis, piè operantur Ecclesiæ claves. Sufficiebat orbis partibus, quippe redemptio facta, unica singulis porta, quæ quidem clauditur, si delinquitur. Quatuor plagæ sunt, & quatuor vulnera. Væ, si clausa. Deficiet Hispanis remedium? Restat & quintum, quippe aliud in pectore apertum ostium. Ostium utique amoris, apertum clave Pontificis, qui in pietatis erga Hispanos & benevolentiæ signum, profert è latere Christi thesauros indulgentiarum. Illis est alia porticus, quippe aliud vulnus. Portæ illis non claudentur, quanvis cæteris claudantur: siquidem ut impetrent gratiam, habent aliam & ab amore portam.

Hoccine vulnus cur Hispanis?

Haud ita felix Hispanus, ni illi duplex tribueretur introitus.

12 Post insignem jubileum, & Domino placabilem annum, dicit Vates Evangelicus: *Vos sacerdotes Domini vocabimini: ministri Dei nostri dicetur vobis: fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria earum superbietis.* Per fidem acceptam sibi compararunt Gentes hujusmodi gloriam, ut essent populus electus, qui sanè pridem nec populus. *Propter hoc* (subditur) *in terra sua duplicia possidebunt.* Duplicia, ut niteat Hispaniæ gloria, qua fides firma: etenim si per peccatum clauditur ostium; habent per amorem aliam portam, vel portam amoris in remissionem culpæ, ac in indulgentiam pœnæ. Pende: *In terra sua duplicia.* Patet in Bulla Cruciata. Aliæ nationes Romæ habent Probaticam Piscinam, cujus in ambitu jacet multitudo magna languentium; cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium vel proprium in gratiam motum, vel Angeli Pontificis Summi descensum; habentque quatuor porticus, ut obtineatur concupita salus. Hispanus habet etiam Romam, & alium aditum in Piscinam, sive languens, sive cæcus, sive aridus, sive claudus; quippequàm in terra sua duplicia possidet, & civitas nova Jerusalem de cœlo ad illum descendit. Aliæ gentes tolluntur in montes magnos & altos, ut videant sanctam civitatem: Hispana verò videt etiam ad se civitatem descendentem. Quia in nobis constans firmissima fides, est nobis porticus duplex, quintum vulnus, & quintus ingressus: etenim conceditur Bulla pro absolutione reservatorum casuum, pro electione confessariorum, pro remissione omnimoda criminum, & cunctarum plenissimè indulgentia pœnarum.

Isai. 61.6.

Vers. 7.

In eorum terra habitat gloria.

Apoc. 21. 2.

Et cœlum ad illos descendit.

Bulla lacticiniorum.

13 Alia etiam Bulla pro ægris & confractis conceditur in usum lacticiniorum, & essum carnium, consulto utroque medico, pro merito atque fragilitatis subsidio: etenim concessione hujusmodi largæ gratiæ, meretur jejunio levi, quasi jejunaret Hispanus summo labore. Levi oculorum jactu David in barathrum culpæ corruit, confractus corde pœnituit; & ut cordolium aliqua exprimeret corporis mortificatio, *Jejunavit jejunio.* Quisnam ergo nisi jejunio jejunat? Hispanus, dum Bullam impetrat. Jejunium est abstinentia à carnibus, in quadragesima etiam interdicitur lacticiniorum usus: & dicitur de David, quòd jejunio jejunavit; quoniam Hispanus per Bullam aliud jejunium invenit: siquidem habet jejuniorum meritum, cum essu carnium. Summus esset in jejunio labor, ni cibus pro refectione concederetur obvius: & Hispanis lacticiniorum conceditur usus; ut jejunium fiat in meritum, eisdem escis, quibus alibi frangitur quadragesimæ jejunium: igitur meritum esis lacticiniis obtinent, quasi jejunium rigorosè servarent.

2.Reg.12. 16.

Quo pacto jejunii meritum cum essu carnium?

14 Perpendamus discrimen vocatorum in Ecclesiæ vineam, ut nostram in vocatione contemplemur gloriam. Egreditur pater-familias circa primam, tertiam, sextam, nonam, & undecimam horam, *vocans homines per omnes ætates, ad percipienda præmia, quæ ex sua sola gratia dantur, & ex modico labore*: ait Gisland. hìc in sens. *Tropolog. & Anagog.* Per omnes ætates, ideìt per orbis sæcula; quoniam ut ait Gregor. Magn. in *Evang.* Homil. 19. *Ab Abel justo usque ad ultimum electum.* Huc vocantur, ut laborent, & in præmium, ut accipere possint gloriæ denarium. Verùm ambigitur, quomodò rediguntur intra unius diei brevissimum spatium, tot labores sæculorum? In tractu durationis orbis & Ecclesiæ militantis, includuntur plura sæcula, in sæculis anni, in annis dies, in diebus horæ: qua ergo lege idem conceditur præmium, pro inæqualitate laborum? Lege gratiæ fit, igitur vocanti licet, quod facere vult: gratiosè operantis non quæritur causa: gratia est sola: igitur ad voluntatis libitum, claudit vel aperit cunctorum gratiam bonorum.

Gisland.

Greg. M.

Matth. 20 12.

Gratia Ecclesiæ meritum longioris, in brevitate temporis.

15 Idem dubium invenimus dignati Bullæ Cruciatæ singularibus, magnis privilegiis. Per illam conceduntur plures anni remissionis: quòd levi labore exercitia prævaleant multis annis pœnitentiæ: quòd unius diei mortificatio æquetur sæculo: imò labor horæ unius dignetur quasi totius diei æstus ac sudoris pondus: qua ergo mensurà inviolabilis legis? Mensurà legis amoris, quæ sine mensura: siquidem Pontifex Summus voluntate gratiosa, admittit brevis temporis & laboris exercitium, labores & pœnitentias sæculorum: atque in plenam satisfactionem pœnæ (ad quam anni multi necessarii) compensationem, & ope-

Hispani mẽsurantur lege amoris, qui sine lege

operam unius horæ. Sæcula signantur reliquis nationibus, pro commissis criminibus : anni & anni pro peccati remissione, & concessione indulgentiæ.

Ibid. Hispanis *una hora* : & conceditur insignis singularis gratia ; quoniam nanciscuntur brevi tempore, quòd alii nequeunt sæculi diuturnitate. In ætatibus mundi, homo jejunat, carnem macerat, corpus castigat, ut pœnis, pœnitentiis, exercitiis possit impetrare condonationem scelerum, ac remissionem culparum : & ut constet quanta Hispanis parta ab Apostolica sede : exponitur gratia Bullæ Cruciatæ : etenim per illam Hispanus nanciscitur tantam gratiam, quantam ille alius, qui fecit multis annis pœnitentiam. De Hispano quit dici: *Consummatus in brevi, explevit tempora*

Sap.4. 13. *multa*. Longum & breve tempus. Longum largitate bonorum : breve, pertessione pœnarum. Longum & breve, quia brevi beneficia, quæ aliis deveniunt per tempora & tempora. Longum & breve, siquidem per breve conceditur Hispanis, ad quod necessaria sæpesæpius ætas hominis.

Quomodò magna mercès ex brevitate laboris?

16 Insta in præfatam parabolam vineæ pro singulari privilegio gratiæ. Hæccine vinea significat cujuslibet animam, pridem peccati originalis labe pollutam, mox lavacro sacro mundam & floridam ; pro cujus cultura, ut perveniat ad felicitatem præmii, homo debet laborare, removendo noxia vitiorum, acquirendo speciositatem virtutum à primo mane, quo micat rationis usus, usque in vesperam obitus. Ita cuncti, verùm distinctis horis vocati, quos ultimà horà pro præmio laboris pater-familias vocavit, cæterùm in pretio ac munere pares fecit. Si juxta la-

Vers. 12. borem datur merces ; quare non major, ubi plus laboris? Quare unà horà laborantibus idem numus, ac portantibus diei & æstus gravissimum pondus ? Practicè ergo. Catenis, silitiis, cingulis ferreis plures subegerunt rebelliones effrænis carnis, ferè à principio exorientis in discretionem rationis. Plures in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, præ jejuniis famelici. Quo igitur jure præmium æquale erit illi, qui ita jejunavit, & illi qui non jejunavit ita? Illi qui carnem comêdit ; & illi qui nil comèdit, nec gustavit, imò nec palatum novit ? Quomodò æqualis qui vel jejunans vescitur lacticiniis, & qui alitur, imò vivens moritur, camporum herbis ? En Bullæ gratia, & magnifica: igitur æquale acquiritur præmium, per diversum & inæquale exercitium ; eandem per Bullam dignato obtinente gratis felicitatem, quasi eundem pro munere perpessus esset laborem. Pares facit Pontifex cum cæteris nationibus Hispanos impares : igitur ex plenitudine potestatis, è benevolentia pastoris, concedit, ut æqualis sit, qui carnem comêdit, & qui exactè jejunavit : quòd levi labore brevis mortificationis, satisfiat reatui, expiando pluribus annis: quòd horæ unius suavissima pœna sit æqualis meriti cum afflicto totà vità: quòd denique indulgentià tantam consequatur gratiam, quantam si egisset pro peccatis diuturnam singularem pœnitentiam.

Bullæ gratiæ magnificæ.

17 Jam pro corde contritis, & confractis : gratia ergo inspicienda pro captivis. Hæc est *Bulla* dicta *Compositionis* pro scrupuloso lucro, indeterminato acquisitorum domino ; ex ambitu obtentis, ex fictione paupertatis, ex mercibus degeneribus, &c. Captivi sunt delinquentes istiuscemodi culpis; quippe semper ligantur restitutionis catenis. Melius est, exire è carcere vel naufragio nudum, quàm non exire : melius est, vasa mittere in mare, & omninò esse nudum, quam pati naufragium : & conceditur captivis isthæc per bullam libertas in compositionem ; quasi solvissent numerata pecunia usque ad ultimum quadrantem. *Qui papyrinis navigiis per Nilum vehuntur, à crocodilis non infestantur*: ait ex Plutarcho de *Isid. & Osirid.* Licetus de *Lucer. Antiquor.* lib. *6.* Quid vasa papyracea cum libertate ab infestissimis animalibus, frequenter navigantes avidè ob prædam sequentibus? Crocodili symbola sunt dæmonum, navigantes insectantium, & salientium etiam in vasa, ni ex papyro fiant. Haud aliter qui catenis æris alieni, turpis utique lucri, vinctus navigat in cymba corporis, ni reddat, quod usurpavit, ad amussim plenissimæ æqualitatis : igitur minimè perveniret in libertatem, sævitià dæmonis ; ni in compositionem veheretur in bulla, quasi in vasis papyrinis.

Bulla compositionis.

Vasis papyrì navigantes non nocentur à crocodilis.

Plutarch.

18 Vaticinatur Isaias. *Mittit in mare & in vasis papyri super aquas. Ite Angeli veloces ad gentem convulsam & dilaceratam.* Usus fuit apud Ægyptios hujusmodi fiscellarum, seu phaselorum materiæ, ut observat Plinius *lib.* 7. *cap.* 56. & *lib.* 13. *cap.* 11. canitque Lucan. lib. 4. *Pharsal. bell.* v. 135.

Isai. 18.2.

——*Sic cùm tenet omnia Nilus,*
Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.

Lucan.

Altiùs navigatio erigitur, quippe in cœlum navigatio torquetur. Gens convulsa & dilacerata sunt lucro studentes, atque opibus per fas & nefas hiantes: & dum navigant in vasis papyri, veloces mittuntur Angeli; quandoquidem ni hoccine haberent navigium, vincti catenis paterentur naufragium. Vas papyri est bulla compositionis de illicitis lucris: navigatio est in cœlum, ubi portus. Illorsùm dirigitur cordium intuitus; sed crocodili infesti, ni adsint Angeli, ut liberentur captivi levi pensione: diciturque navigium siccine concessa bulla; quoniam sunt vasa papyri, quibus importatur gratia. Vocati in vineam cæteris & serò venientibus in præmio æquantur à patre. *Pares* (dicunt) *nobis fecisti.* Pares? Utique, & inæquali labore; siquidem etiam novissimis ex accepto, quia voluit, contulit gratiam. Fuit meritum exiguum, sed pater universalis acceptavit meritum. Plures diei horas furati, ex patris indulgentia, brevi operà habuerunt compositionem, quasi laboravissent ad primò vocatorum æqualitatem. Cæteræ nationes addictæ restitutioni, sine indulgantiæ indulto; modò fraus aliqua intercedat in commercio. Cuncta debent restituere: Hispani ita captivi redimuntur statim compositione: igitur bullæ gratià, pares sunt cæteris, quasi ratione, ac compensatione justà. Vernacul. *Tanto portanto.*

Navigium papyri cur dicitur bulla?

Ubi supr.

19 Ista est enim gratia, verùm de entitate dubia, atque incertitudine legitimi domini; quippe ad iniquitatem importunum ostium gratiæ. Oculus intentionis nequam est, pessimum cor: quandoquidem quicquid habet boni indulgentia, ut vincti exeant è captivitate; mali habet mancipatio dedititia in captiverium ex favore indulgentiæ. Hæc prædicitur. *Ut prædicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo.* Dies ultionis, & dies pacis? Dies vindictæ, & indulgentiæ? Jurè. Indulgentia est pro libertate à catenis criminis, quæ sequuntur conditionem humanæ fragilitatis, impulsæ à satana, ut pro mulcimine apprehendatur catenà: & jure indulgentia convertitur in ultionem, & vindictam; quia in crimina prolabuntur propter latam indulgentiam. *Dies expiationum, dies propitiationis est, ut propitietur Dominus*: dicit Moyses. Sanequàm, ut damnetur, & obturetur oculus nequàm: equidem propitiatiò non in propitiationem, sed in animæ cruciamen; dummodò intentione pravà transgressor legis consentit in lapsum, quoniam prospicit pro venia miserationis indultum. *Ne dicas miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.* Non est malum, Dei cognoscere misericordiam & magnam; sed peccare propter magnam Domini misericordiam. Magnum malum peccare in spe: siquidem Deus non clementiæ, ut simus scelerati: nec recordari debemus miserationis, ut devolvamur in tractus captivitatis, de quo egimus *Didasc. præc.* Audi Profanum: *Nequitia est, ut extrahas, mergere: evertere, ut suscites: ut emittas, includere. Non est beneficium injuriæ finis.* Ita Stoic. Cordub. lib. 6. de *Benef.* cap. 26. Dum speras gratiam, construis sperando nequitiam: igitur te dedis in servitutem, quia misericors pronus in redemptionem. Hujusmodi bullæ gratia est singularis, sed non iniquis: minimèque sit compositio, nec redemptio, scito rerum legitimo domino, cui ad æqualitatem reddenda est entitas, ne sit conscientiæ studiosa captivitas.

Qua conditione prosit compositionis bulla?

Isai. 61.2.

Levit. 23. 28.

Malum peccare spe veniæ.

Eccli. 5.6.

Senec.

Non est obsequium injuriæ finis.

20 Quæstio excitata est coram celesti magistro à Pharisæis & Herodianis de censu. *Quid tibi videtur* (dicunt) *licet censum dare Cæsari, an non?* Cognità autem Jesus nequitià eorum ait: *Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census.* Ostenso, interrogavit: *Cujus est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei Cæsaris.* Ita? Quorsùm quæstio? Est nequitia, & est tentatio: nequitia pectoris excitatione quæstionis: igitur quæ Cæsaris, Cæsari restitutio, non est quæstio. Tentatio à malignitate & religionis specie, qua homines præcipitantur in Avernum, proprio

Matth. 22. 17. 18.

Vers. 20.

Haud dubitandum scito domino, cui restitutio?

prio domino non restituentes lucrum: siquidem incidunt in tentationem, quærentes, scito domino, de non restituendo legem. Cognoscitur per imaginem, cujus sit census; igitur jurè erit, cujus est numus. Cujus scitur: tentatio sanequàm erit si dubitatur; quippe in quæstione neque est ratio dubitandi: quandoquidem si constant Cæsaris inscriptione; universa, quæ constant reddenda Cæsari. Nequitia est, fota calore cupiditatis, dubium quæstionis. Quæstio erit, ubi de domino dubium. Cæsari, quod Cæsaris, est reddendum: igitur tentatio vel dubium est, dum scitur, cujus sit. Huic quæstioni inserenda alia, ut eluceat ex illa, queis prosit Bulla. *Reddite ergo* (dicit Servator) *quæ sunt Cæsaris, Cæsari*: & *quæ sunt Dei, Deo.* De Deo non est dubium, quorsùm igitur Christi responsum? Ne seipsos lucrosi in ruinam fallant, dum Bullam compositionis gratiosè impetrant. Fit compositio, si Deo dantur, quorum de domino ambigitur; & prudenter dubitatur, cujus sint; quippe quæ Cæsaris, non sunt Dei: jungitque Christus unicæ quæstioni duplex responsum; ut fœneratores & ejusdem alii furfuris, fugiant tentationis laqueum: igitur illis perperàm videtur ad æqualitatem satisfacere; si Deo donant, quæ debentur Cæsari. Hoc est Pharisæorum studium, docentium *doctrinas hominum*, propter meditatum lucrum: etenim declinant à tramite recto religionis & legis, velamine religionis.

Vers. 21.

Via iniquitatis velamine religionis.

Cap. 15. 9.

21 Docuit Zachæus, qui & publicanus, bullæ compositionis utiles usus. Suscepit Dominum, ac eleëmosynis gratum comprobavit hospitium. *Ecce* (ait) *dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Hodie* (respondit cœlestis hospes) *salus domui huic facta est.* Pende *Domui.* Non illius, sed domus exponitur salus. Malè parta evanescunt, ac in fumum dilabuntur: diciturque domui salus; quoniam nec domi ex illicitis fumus, congregatis avidissimè in splendorem permansuræ domus. *Hodie salus facta est.* Quare hodie? De fraude loquitur conditionatè, loquitur dubiè. *Si quid aliquem defraudavi*: igitur si fraudem cognosceret, ex integro totum restituere debuisset. *Si quid aliquem*: Ecce compositionem. Dubium est de lucris, haud de usurpatorum dominis: igitur ad æqualitatem restituere deberet, si aliquem nosset. Dimidium bonorum pius pauperibus elargitur, ubi de usurpatione nullo modo dubitatur: etenim facilè excutitur hujusmodi jugi captivitas per eleëmosynas. Non duplum, non triplum, non quadruplum, præfatis conditionibus per bullam præcipitur restituendum. Aliter componitur, qui lucris dubiis in captivitatem mittitur: siquidem exiguà, parvà eleëmosyna, redemptionis totalis confertur gratia.

Luc. 19. 8. 9.

Evanescunt divitiæ malè partæ.

Restituendum ex integro, cognito domino.

22 Etiam Pontifex post hujusmodi pietatem, conferendo visum cæcis, demonstrat pectus clementiæ ac multæ miserationis. Illuminat his qui in tenebris sedent, optantes cœlos, ut ponant in via gressus suos, & liberi à pœna sint, in libertatem gloriæ triumphantium filiorum Dei. O quàm pia mater Ecclesia! Etiam extendit gratiam ultra vitam. Terminus gratiarum ultra terminum: etenim vivis concedit bullas in suffragium defunctorum. Claves Petri habent singularia officia, & nonnunquàm plena gratia. Dantur claves regni cœlorum, ut aperiat animabus purgatorii clausum cœlum, ac cæci lumine gloriæ recipiant visum. Observa. *Tibi dabo claves regni cœlorum*: & (id est, *quia*) *quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis*: & *quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.* Claves sunt, ut claudat & aperiat: & jurè dicitur, ut liget & solvat; quoniam idem est per indulgentiam animas à pœna solvere, ac januas cœlorum lumen optantibus aperire.

Bulla pro defunctis.

Matth. 16. 19.

Aperitur per bullam janua ad gloriam.

23 Occurrit iterùm quid de novissimis dixerunt ad vineam primò vocati. *Hi novissimi* (ajunt) *una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti.* Patent suffragii acceptiones per gratiam Summi Pontificis: igitur tot anni laborum in criminis pœnam, rediguntur & gratis in unam horam. O summa gratia! Et otiantur pectora? Quiescunt fideles, & animæ patientur omissione tot annis? Piacularibus flammis affliguntur, & sæpe qui hæredes in sæculo dormiunt? Nonne rubori filiorum otiositas, dum horæ labore & minùs, patrum quit comparari libertas? Nullum alium,

Cap. 10. 12.

Brevi possunt juvari animæ, piaculo flammarum addictæ.

Vers. 6.

alium, qui in vineam operarios vocavit, nisi novissimos una hora laboratum ire, increpuit. *Quid hìc statis tota die otiosi* ? Quid statis & sic, cùm posſitis totius diei recipere mercedem, & laboris brevitatem ? Quid statis & otiosi, dum tanta pendent & à brevi tempore ? Alios sine reprehensione vocat : hos autem meritò increpat ; igitur quibant indulgentià patris, tempore diminuto sudoris, acquirere brevi, quicquid alii venientes à primo mane. Ecce querimoniam animarum inter flammas sensus dolore degentium, & pœnæ damni solutionem expectantium: igitur reprehensione digni, qui, maximè si dignati, minus hora animabus posſunt conferre favorem, & sic stantes stant per meram otiositatem.

Quænam animarum querimonia?

24 Palàm est, quàm misericors, quàm clemens, quàm patiens Dominus, & quantæ miserationis in genus humanum, profundens gratias inexhaustas thesaurorum ; & quanta Hispaniæ felicitas, quæ inter cunctas nationes sola nanciscitur Bullarum optatas gratias; quibus uti misericors favet corde contritis, uti clemens confractis, uti patiens captivis, & multa miseratione confert gratiam etiam cæcis ; ut in lumine posſint videre lumen, & amplecti æternam felicitatem, cujus, utinam ! nos aliquando participes faciat, qui redemit, & modò indulget in criminum veniam, ut cùm placuerit perducat in gloriam. Amen.

FINIS TOMI TERTII.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

TES-

TESTIMONIA EXCERPTA E REGULA S. P. N. BENEDICTI.

Prolog. Auſculta ò fili præcepta Magiſtri. *T.* 4. *D.* 6. *n.* 17. Ita enim ei omni tempore de bonis ſuis in nobis parendum eſt, ut non ſolùm ut iratus pater nos (aliquando filios ſuos) exhæredet; ſed nec ut metuendus dominus, irritatus malis noſtris, ut nequiſſimos ſervos perpetuam tradat ad pœnam, qui eum ſequi noluerint ad gloriam. *T.* 14. *D.* 1. *n.* 4. Quid dulcius nobis hac voce Domini invitantis nos, fratres chariſſimi? Ecce pietate ſua demonſtrat nobis Dominus viam vitæ. *T.* 8. *D.* 4. *n.* 11. Pergamus itinera ejus, ut mereamur eum, qui nos vocavit, in regno ſuo videre. *T.* 5. *D.* 6. *n.* 23. *T.* 8. *D.* 1. *n.* 2. A conſpectibus cordis ſui reſpuens. *T.* 2. *D.* 3. *n.* 1. Expectat nos quotidiè his ſuis ſanctis monitis, factis nos reſpondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum, hujus dies vitæ ad inducias relaxantur, dicente Apoſtolo: An neſcis, quia patientia Dei in pœnitentiam te adducit? *T.* 8. *E.* *n.* 56.

Cap. 1. In plumbi natura molliti, adhuc operibus ſervantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. *T.* 6. *D.* 4. *n.* 13. Quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum, & quod noluerint, putant non licere. *T.* 11. *D.* 4. *n.* 4. Nominator Gyrovagum, qui totà vità ſua per diverſas provincias, ternis aut quaternis diebus per diverſorum cellas hoſpitantur, ſemper vagi, & nunquàm ſtabiles, & propriis voluptatibus, & gulæ illecebris ſervientes. *T.* 12. *D.* 1. *num.* 7.

Cap. 2. Sciatque Abbas culpæ paſtoris incumbere, quicquid in ovibus paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire. *T.* 1. *D.* 4. *n.* 3. Duplici debet doctrinà præeſſe diſcipulis: ideſt, omnia bona & ſancta factis ampliùs, quàm verbis oſtendere; ut capacibus diſcipulis mandata Domini verbis proponat: duris verò corde, & ſimplicioribus, factis ſuis divina præcepta demonſtret. *T.* 3. *D.* 4. *n.* 5. Non ab eo perſona in monaſterio diſcernatur: non unus plus ametur, quàm alius. *T.* 1. *D.* 2. *n.* 18. Ergo æqualis ſit ab eo omnibus charitas: una præbeatur in omnibus, ſecundùm merita diſciplina. *T.* 1. *D.* 6. *n.* 3. Miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum magiſtri, pium patris oſtendat affectum. *T.* 11. *D.* 6. *n.* 9. Ideſt, indiſciplinatos & inquietos debet duriùs arguere: obedientes autem & mites & patientes, ut in melius proficiant, obſecrare: negligentes autem & contemnentes, ut increpet, & corripiat, admonemus. *T.* 10. *D.* 3. *n.* 12. Neque diſſimulet peccata delinquentium; ſed mox ut cœperint oriri, radicitùs ea, ut prævalent, amputet. *T.* 7. *D.* 3. *n.* 4. Honeſtiores quidem atque intelligibiles animos primà, vel ſecundà admonitione verbis corripiat: improbos autem & duros corde, vel inobedientes verborum, vel corporis caſtigatione in ipſo initio peccati coërceat, ſciens ſcriptum: Stultus verbis non corrigitur. *T.* 5. *D.* 5. *n.* 13. Ita ſe omnibus conformet & aptet. *T.* 5. *D.* 3. *n.* 9. Quantum ſub cura fratrum ſe habere ſciverit numerum agnoſcat pro certo, &c. *T.* 1. *D.* 3. *n.* 6. Cùm de admonitionibus ſuis emendationem aliis ſubminiſtrat, ipſe efficitur à vitiis emendatus. *T.* 10. *D.* 3. *n.* 7.

Cap. 4. Dominum Deum diligere ex toto corde, totà animà, tota virtute. *T.* 6. *D.* 6. *n.* 5. Delicias non amplecti. *T.* 14. *D.* 3. *n.* 13. Jejunium amare. *T.* 6. *D.* 3. *n.* 17. A ſæculi actibus ſe facere alienum. *T.* 12. *D.* 1. *n.* 9. Pacem falſam non dare. *T.* 12. *D.* 3. *num.* 1. Diem judicii timere. Gehennam expaveſcere. Vitam æternam omni concupiſcentià ſpiritali deſiderare. *T.* 5. *D.* 4. *n.* 19. Mortem quotidie ante oculos ſuſpectam habere. *T.* 2. *E.* *n.* 4. In omni loco Deum ſe reſpicere pro certo ſcire. *T.* 5. *D.* 5. *n.* 2. Cogitationes malas cordi ſuo advenientes mox ad Chriſtum allidere. *T.* 8. *D.* 5. *n.* 2. Et ſeniori ſpiritali patefacere. *T.* 3. *D.* 5. *n.* 2. Mala ſua præterita cum lachrymis vel gemitu quotidiè in oratione Deo confiteri. *T.* 3. *D.* 6. *n.* 5. & 11. Zelum & invidiam non habere. *T.* 12. *D.* 6. *n.* 15. Officina, ubi hæc omnia diligenter operemur, clauſtra ſunt Monaſterii, & ſtabilitas in congregatione. *T.* 12. *D.* 1. *num.* 2.

Cap. 6. Scurrilitates, vel verba otioſa, & riſum moventia æternà clauſurà in omnibus locis damnamus; & ad tale eloquium diſcipulum os aperire non permittimus. *T.* 2. *D.* 1. *n.* 14

Cap. 7. Oblivionem omninò fugiat, & ſemper ſit memor. *T.* 7. *E.* *n.* 10. Æſtimet ſe homo de cœlis ſemper à Deo reſpici omni horà, & facta ſua in omni loco ab aſpectu divinitatis videri, &c. *T.* 2. *E.* *n.* 18. Scrutans corda & renes Deus. Et iterùm: Dominus novit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.

T.

T. 1. *D.* 5. *n.* 6. Solicitus sit circa cogitationes suas perversas. *T.* 8. *D.* 5. *n.* 2. Sunt viæ, quæ videntur hominibus rectæ, quarum finis usque ad profundum inferni demergit. *T.* 11. *D.* 3. *n.* 2. Grad. 2. Si propriam quis non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere. *T.* 11. *D.* 4. *n.* 13. Grad. 3. Pro Dei amore omni obedientia se subdat majori. *T.* 1. *D.* 1. *n.* 1. Grad. 4. Si in ipsa obedientia duris & contrariis rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis injuriis, tacitâ conscientiâ patientiam amplectatur. *Ibid. n.* 12. Grad. 5. Si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes, vel malâ à se absconsè commissa per humilem confessionem Abbati non celaverit suo. *T.* 3. *D.* 5. *n.* 2. Grad. 8. Nihil agat Monachus, nisi quod communis regula, vel majorum cohortantur exempla. *T.* 11. *D.* 4. *n.* 12. Grad. 9. Vit linguosus non dirigetur super terram. *T.* 2. *D.* 1. *n.* 11.

Cap. 19. Ergo consideremus qualiter oporteat nos in conspectu divinitatis, & Angelorum ejus esse: & sic stemus ad psallendum ut mens nostra concordet voci nostræ. *T.* 12. *D.* 2. *n.* 7.

Cap. 27. Ut sapiens medicus immittere debet occultos consolatores, &c. & provocent eum ad humilitatis satisfactionem. *T.* 11. *D.* 6. *n.* 10. Magnopere debet solicitudinem gerere Abbas circa delinquentes fratres, & omni sagacitate & industriâ curare, ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat. *T.* 4. *D.* 6. *n.* 14. Noverit se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem. *T.* 10. *D.* 5. *n.* 6. *T.* 13. *D.* 6. *n.* 2. Cujus infirmitati in tantum compassus est, ut eam in sacris humeris dignaretur imponere. *T.* 10. *D.* 5. *n.* 6.

Cap. 28. Acrior ei accedat correctio. *T.* 14. *D.* 5. *n.* 5. Tunc Abbas faciat quod sapiens medicus: si exhibuit fomenta, &c. *T.* 7. *D.* 2. *n.* 10. Tunc jam utatur ferro abscisionis. *Ibid.*

Cap. 33. Habere proprium nihil omninò: quippe quibus nec corpora sua, nec voluntates licet habere in propria potestate. *T.* 9. *D.* 4. *n.* 8.

Cap. 34. Ne murmurationis malum pro qualicunque causa in aliquo verbo, vel significatione appareat, &c. *T.* 13. *D.* 5. *n.* 7.

Cap. 43. Erit fortè talis, qui se aut recollocet & dormiat, aut certè sedeat foris, vel fabulis vacet; & detur occasio maligno. *T.* 8. *D.* 2. *n.* 7.

Cap. 46. Senioribus qui sciant curare sua & aliena vulnera, non detegere, aut publicare. *T.* 10. *D.* 5. *n.* 1.

Cap. 52. Simpliciter intret & oret, non in clamosa voce, sed in lachrymis, & intentione cordis. *T.* 3. *D.* 6. *n.* 5.

Cap. 55. Indumenta pedum pedules & caligas. *T.* 5. *E.* *n.* 10. & 27. Femoralia hi qui in via diriguntur. *Ibid. n.* 24. Bracille. *Ibid.*

Cap. 59. Omnia obstruatur, ut nulla suspicio remaneat puero, per quam deceptus perire possit, quod experimento didicimus. *T.* 12. *D.* 1. *n.* 11.

Cap. 64. Vitæ merito, & sapientiæ doctrinâ eligatur qui ordinandus est. *T.* 1. *D.* 4. *n.* 13. Prohibeant pravorum prævalere consensum. *T.* 12. *D.* 3. *n.* 4. Oportere prodesse magis, quàm præesse. *T.* 10. *D.* 3. *n.* 7. Oderit vitia, diligat fratres. *T.* 10. *D.* 5. *n.* 9. Non dicimus, ut permittat nutriri vitia; sed prudenter, & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire. *T.* 2. *D.* 2. *n.* 2.

Cap. 65. Invidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes, dissensiones, & inordinationes. *T.* 5. *D.* 6. *n.* 3. Cogitet se de omnibus judiciis suis Deo redditurum rationem, ne fortè invidiæ, aut zeli flammâ urat animam suam. *T.* 10. *D.* 5. *n.* 6.

Cap. 66. Omnia necessaria intra Monasterium. *T.* 12. *D.* 2. *n.* 4. Ut non sit necessitas Monachis vagandi foras; quia omninò non expedit animabus eorum. *Ibid.* Nec præsumat quisquam alii referre quæcunque foris Monasterium viderit, aut audierit, quia plurima destructio est. *T.* 5. *D.* 6. *n.* 12. *T.* 8. *D.* 2. *n.* 6. Similiter & qui præsumpserit claustra Monasterii egredi, vel quòcunque ire, vel quidpiam quanvis parvum sine Abbatis jussione facere. *T.* 8. *D.* 2. *n.* 6.

IN-

INDEX

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, ET QUÆSTIONUM Literalium, quæ excitantur hoc Tomo tertio.

T. *indicat Tautologiam.* E. *Literæ expositionem.* D. *Didascaliam.* N. *Numerum marginalem.*

GENESIS.

Cap. 1. v. 1. *IN principio creavit Deus cœlum & terram.* An mundus conditus verno tempore? T. 8. E. à n. 36. Quo sensu cœlum, & terra nec tempore facta, nec æterna? Ibid. n. 39.

V. 16. *Luminare majus, ut præesset diei: & luminare minus, ut præesset nocti.* An in Ariete constitutus Sol, & Luna in Libra, ac in plenitudine orbis lucidi creata? Ibid. n. 41.

Cap. 2. v. 2. *Requievit die septimo.* Cur non sexto, si post hominem factum opus nullum? T. 11. D. 6. n. 15.

Cap. 3. v. 1. *Serpens erat callidior.* An serpens extrà, vel in paradiso? T. 10. D. 2. n. 4.

Ibid. *Qui dixit ad mulierem.* An naturaliter loqueretur? T. 13. D. 5. n. 11. An pro voce dein habeat venenum? Ibid.

V. 7. *Aperti sunt oculi amborum.* Quo pacto aperti, si non erant clausi? T. 10. D. 2. n. 4.

Ibid. *Consuerunt folia ficus.* Cur nullus fructus, sed folia duntaxàt memorantur? T. . D. 4. n. 15.

V. 8. *Abscondit se Adam, & uxor ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* Cur egreditur solus sine uxore complice criminis, ut respondeat à Deo objectis? T. 3. D. 5. n. 3. & 5.

V. 9. *Vocavitque Dominus Adam.* Cur foràs vocat, & ibi non judicat? Ibid. n. 4. Cur non simul Evam? Ibid.

Ibid. *Ubi es?* Quare conscius loci, interrogat ubi? n. 6.

V. 10. *Qui ait.* Cur si pridem plura locutus in criminis pœnitudinem; modò tantùm dicit Scriptura locutionem? n. 5.

V. 21. *Fecit Dominus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas.* Quare dedit molles pelles, dum illi sibi folia ficus aptarunt pro expressione pœnitudinis? T. 11. D. 4. n. 14.

Ibid. *Et induit eos.* Quo pacto si foliis ficus induti? Ibid.

V. 24. *Ejecitque Adam.* Cur in ipso transgressionis die? T. 11. D. 6. n. 15.

Ibid. *Et collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim.* Quinam & cujusnam formæ? T. 11. D. 5. n. 6. & 13. Cur ante ostium. T. 10. D. 2. n. 4. An modò ibi? n. 5. An cum gladio? Ibid.

Cap. 4. v. 10. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Unde vox sanguini? T. 9. D. 5. n. 16.

Cap. 6. v. 14. *Fac arcam de lignis levigatis.* Cur navis dicitur arca? T. 3. D. 6. n. 15. & 23. Cur in tantis periculis salva? n. 14.

Ibid. *Mansiunculas in arca facies.* Ad quid? ibid. à n. 7. An foramina haberent in respirationem? n. 15.

Ibid. *Et bitumine linies intrinsecùs & extrinsecùs.* Cur utrinde? ibid. à n. 11.

V. 16. *Fenestram in arca facies.* Cur fenestra non à latere, sicut porta? T. 5. D. 1. à n. 14. T. 5. D. 6. à n. 16. Cur porta clausa & non fenestra? T. 5. D. 1. n. 15. & D. 6. à n. 23.

Ibid. *Ostium autem arcæ pones ex latere.* Quare? T. 5. D. 1. n. 14. &. D. 6. à n. 16. usque ad 21.

Cap. 7. v. 14. *Omne animal.* Quomodò in arcam ducta animalia? T. 3. D. 3. n. 5.

V. 16. *Inclusit eum Dominus de foris.* Cur Dominus ostium clausit? T. 5. D. 1. à n. 16. & D. 6. à n. 16. Cur non clauditur fenestra, sicut præcluditur janua? n. 21. & 23.

V. 17. *Aquæ elevaverunt arcam in sublime.* Quomodò elevatur, si aquis obruitur? T. 1. D. 1. n. 10. T. 5. D. 6. n. 6.

Cap. 8. v. 7. *Egrediebatur, & non revertebatur.* Quo pacto in arcam regrediens egressus non redibat? T. 12. D. 1. n. 13.

Cap. 12. v. 4. *Septuaginta quinque annorum erat Abraham, cùm egrederetur.* Quomodò si centum triginta quinque? T. 7. E. à n. 4. Cur solùm numerantur quinque supra septuaginta? T. 8. D. 4. à n. 12.

Cap. 18. v. 3. *Et dixit: Domine.* Quare singulariter *Domine* dicit, si tres invenit? T. 6. D. 1. n. 5.

Cap. 21. v. 9. *Cùm vidisset ludentem cum Isaac.* Quisnam hujusmodi ludus? T. 3. D. 6. n. 9.

V. 16. *Levavit vocem suam, & flevit.* Cur cœlum ejus non audit vocem, & filium audit silentem? T. 3. D. 6. n. 7.

V. 17. *Exaudivit Dominus vocem pueri.* Quamnam si nullam emisit vocem? Ibid. à n. 6.

Cap. 22. v. 2. *Tolle filium tuum.* An pro filio filium, vel amorem proprium? T. 1. D. 1. à n. 11.

Ibid. *Super unum montium.* Cur non signat? n. 15.

V. 3. *Igitur Abraham ac nocte consurgens.* Quorsùm ly *Igitur*? à n. 16. Cur additur *De nocte*? n. 18.

Ibid. *Abiit ad locum, quem præceperat ei Deus.* Quomodò, si demonstrandus? n. 16.

V. 5. *Expectate hic.* Cur secum non ducit? n. 15.

V. 16. *Quia fecisti hanc rem?* Quamnam? à n. 18.

Cap. 23. 6. *Princeps Dei.* Ad quid *Dei*? T. 9. E. 39.

Cap. 24. v. 30. *Cùm vidisset inaures & armillas in manibus sororis.* Quo intuitu aurium ornatum Rebecca transtulit in manuum cultum? T. 2. D. 4. n. 14. & 15.

Cap. 25. v. 8. *In senectute bona.* Quæ & quid? T. 8. E. à n. 60.

Cap. 28. v. 12. *Vidit in somnis scalam stantem super terram.* Cur in somnis? T. 5. D. 1. n. 10. Cur super terram? T. 12. D. 5. n. 18.

Ibid. *Angelos quoque ascendentes, & descendentes.* Qua conditione si homines? T. 12. D. 5. n. 18. An qui descendebant, Angeli? Ibid.

V. 13. *Et Dominum innixum scalæ.* Quare si exponitur jam in mundo Verbi incarnatio; videtur non in terra, sed in cœlo? T. 14. D. 3. n. 12.

V. 16. *Vere Dominus est in loco isto.* Ad quid verè? n. 13. Qua gratiâ modò videt in terra, quem vidit dudùm in gloria? Ibid.

Ibid. *Et ego nesciebam.* Quomodò scit, quod ignorabat? Ibid.

Index locor. Sacr. Script.

V. 17. *Domus Dei, & porta cœli.* Cur locus hic dicitur cœli porta? T. 14. D. 3. n. 3.

Cap. 31. v. 34. *Abscondit idola subter stramento cameli.* Quo intuitu patris idola ita tractat? T. 10. D. 3. n. 14.

Cap. 32. v. 24. *Ecce vir luctabatur cum eo.* Quid ly *Ecce*? T. 1. D. 6. n. 15. Quomodò vir dicitur, si Angelus? Ibid. An pugna in somnis? T. 8. D. 5. à n. 3.

Ibid. *Usque mane.* Cur tanto tempore? T. 8. D. 5. n. 3.

V. 25. *Cùm videret, quòd eum superare non posset, tetigit nervum femoris ejus.* Cur tetigit, & non percussit? T. 9. D. 6. n. 9. Quare superare non potens non aliam tetigit partem corporis, præter nervum femoris? T. 1. D. 6. n. 16.

Ibid. *Statim emarcuit.* Quare ut celeriùs ambularet, femur Angelus percussit? T. 1. D. 1. n. 9. Quo intuitu quem Angelus diligit, ita percutit? T. 8. v. 3. n. 14.

V. 26. *Dimitte me.* Cur pacem petit, cùm vincere possit? T. 9. D. 6. n. 9.

Ibid. *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Cur petitur gratia interveniente luctâ? Ibid. à n. 8.

V. 31. *Ipse claudicabat pede.* Cur dicitur *Ipse*? T. 5. D. 3. n. 2. Quid pede claudicare? Latè T. 1. E. Quandiù duravit? n. 15. Cur claudicat post victoriam? 14. Quo pacto velociùs ambulavit pede claudo. T. 14. D. 2. n. 3. Quare ex pede claudo mirabilis pedum rectitudo? Ibid. n. 2. & T. 1. D. 1. n. 9. Quare quia debilis latere, dicitur claudicare pede? T. 5. D. 3. n. 2. Quomodò si de inimico triumphat, vulnere claudicat? T. 8. D. 5. à n. 4. Cur si claudicat, additur, pede? T. 1. D. 2. n. 1. D. 3. n. 2. D. 4. n. 2. D. 5. n. 1. & D. 6. n. 5.

Cap. 35. v. 1. *Ascende Bethel.* Cur non alibi, sed ibi Jacobus liberatur à pedis claudicatione? T. 14. D. 3. n. 3.

V. 4. *Dederunt ei omnes Deos & inaures, quæ erant in auribus eorum.* Quorum? Dantium, vel idolorum? T. 1. D. 2. n. 14. Cur Jacobus sepelivit, & Jobus suscepit? Ibid. An plures vel una tantùm imago in inauribus? n. 16.

Ibid. *Infodit ea subter terebinthum.* Cur non alibi? n. 17.

Cap. 37. v. 5. *Accidit ut visum somnium referret.* Cur dicitur somnium visum, si uti somnium non videtur? T. 2. D. 6. n. 4. Quomodò verum imperium dicitur somnium? n. 5.

V. 8. *Hæc causa somniorum invidiæ fomitem ministravit.* Quare invident somnianti, & non possidenti? T. 12. D. 6. n. 2.

Cap. 43. v. 34. *Major pars venit Benjamin.* Qua lege, T. 14. D. 6. n. 6.

Cap. 44. v. 5. *In quo augurari solet.* An augur Josephus? T. 3. E. à n. 14.

Cap. 45. v. 8. *Fecit me quasi patrem Pharaonis.* An in haccine modificatione gloria tota Josephi? T. 13. D. 1. n. 5.

V. 12. *En oculi vestri vident.* Quid? Latè T. 2. E. à n. 8. Cur fratres signantur per oculos videntes? T. 12. D. 5. n. 2. Quare si oculis visio connaturalis, oculorum denotatur visio? T. 2. D. 5. n. 1. D. 3. n. 2. D. 4. n. 6. D. 6. n. 3. & T. 12. D. 6. n. 2.

Ibid. *Quod os meum loquatur ad vos.* Quomodò quæ audiunt, ab illis videri possunt? T. 3. D. 4. n. 2. & D. 5. n. 2. Quid sit, ore loqui? Latè T. 3. E. à n. 12. D. 1. n. 4. Ad quid addit, *Ore*? D. 6. n. 1. & T. 13. D. 5. n. 2. & ibid. D. 6. n. 2. Cur vox non ad alios, qui vocem etiam audiebant? T. 3. D. 2. n. 3. D. 3. n. 2. Quomodò posset illis loquendo, non loqui? D. 3. n. 2.

V. 13. *Nuncia te patri meo universam gloriam meam.* Quæ gloria nuncianda? T. 13. D. 1. n. 15. Quomodò gloriam astruit Josephus, videntibus fratribus? T. 2. D. 6. n. 3.

V. 20. *Nec dimittatis quicquam, de supellectile vestra, quia omnes opes Ægypti vestræ sunt.* Cur si Ægyptiorum pretiosiora propria reliqua non dimittenda? T. 8. D. 6. n. 8.

EXODI.

Cap. 1. v. 10. *Sapienter opprimamus.* In quo calliditas tyrannidis pro acerbitate afflictionis T. 13. D. 6. n. 12.

V. 11. *Ædificaverunt urbes.* Cur junguntur ædificatio & afflictio? Ibid. n. 13.

V. 13. *Affligebant illudentes eis.* An acrior pœna ex ludibrio, quam labore tyrannico? n. 12.

V. 14. *Ad amaritudinem perducebant vitam.* Cur in afflictione non signatur vitæ afflictio, sed amaritudo? n. 13.

Cap. 3. v. 2. *Apparuit Dominus.* Quomodò si Angelus? T. 4. E. n. 11. D. 3. n. 2. Quid est apparere? T. 4. E. n. 12.

Ibid. *In flamma ignis.* Quid est flamma? T. 4. E. n. 13. & 39. Cur in flamma? Ibid. Cur in flamma & non in igne? T. 4. D. 2. n. 2. Cur splendor ex igne, cætera præter rubum devorante? T. 4. D. 1. n. 3. Cur Angelus signatur flamma? D. 3. n. 2. Quorsùm si dicitur ignis, additur flamma? D. 4. n. 2. T. 5. D. 1. n. 4. Cur in flamma ignis decor dignitatis? T. 4. D. 6. n. 3.

Ibid. *De medio rubi.* Cur ignis in rubo non ut ignis, sed ut flamma? T. 4. E. à n. 29. An verus ignis? à n. 14. An in rubo, vel secus rubum? Ibid. n. 27. & 31. Quomodò rubum non cumburebat? à n. 21. Quomodò potuit esse naturaliter in rubo? n. 21. Præternaturaliter? n. 32. Supernaturaliter? n. 34.

V. 3. *Vadam & videbo visionem hac magnam.* Quomodò si visio opponitur fidei? T. 4. D. 5. n. 2. Cur non dicit, videbo miraculi singularitatem, sed miraculi visionem? n. 3. Unde visio magna? T. 4. D. 5. n. 2. 8. 13. & 14. T. 5. D. 1. à n. 3.

V. 5. *Solve calceamentum de pedibus tuis.* Ad quid *pedibus*, si dixerat *calceamentum*? Latè T. 5. E. & D. 4. n. 2. Cur calceamenta detrahenda? T. 5. D. 1. n. 5. D. 2. n. 8. D. 3. n. 8. & 9. D. 5. n. 19. D. 6. n. 3.

Ibid. *Locus in quo stas, terra sancta est.* Unde sanctitas locorum? T. 5. E. n. 16.

V. 6. *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob.* Quo diffinitur qui est à se, in ordine ad creaturas? T. 6. E. n. 2. Unde credidit Moyses adesse Deum? T. 5. D. 1. à n. 3.

Ibid. *Abscondit Moyses faciem.* Cur si intendit videre visionem? T. 2. D. 5. n. 13. T. 13. D. 2. n. 16.

V. 7. *Propter duritiam eorum, qui præsunt operibus.* Cur non propter duritiam operum, sed præsidum? T. 7. D. 2. à n. 5. D. 3. n. 3.

V. 8. *Descendi, ut liberem eum.* Quare de cœlo necessarium auxilium? T. 7. D. 2. n. 6.

V. 10. *Veni, & mittam te ad Pharaonem.* Cur renuit dignitatem? T. 7. D. 1. n. 3.

V. 14. *Ego sum, qui sum.* Quid hoc? Latè T. 6. E. Cur inter rubi spinas exprimit naturæ immutabilitatem? D. 3. n. 2. Quare Hebr. *Ero qui ero*? D. 1. n. 15. Quidam non est quod est, quantunvis sit? D. 6. n. 4. Quare dum sedet in flammanti incombusto rubo, dicit: *Ego sum, qui sum*? D. 2. n. 4.

Cur

Cur tantùm dicit *Ego*, cùm sit aliæ personæ in Trinitate? D. 1. n. 2.

V. 15. *Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Jacob.* Quomodò Deus, Deus, Deus, si unus est Deus? T. 6. D. 1. n. 15.

V. 16. *Visitans visitavi vos.* Quid? Latè T. 7. E. Quorsùm additur visitationi visitatio? T. 7. D. 1. n. 2. D. 2. n. 8. D. 3. n. 2. D. 4. n. 2. D. 6. à n. 2.

Ibid. *Et vidi omnia.* Cur dicit vidisse, quem nihil potest latere? T. 2. D. 3. n. 2. Cur prius, exponit motum in afflictionis juvamen, quàm oculorum visionem? D. 4. n. 8.

Cap. 4. v. 13. *Mitte quem missurus es.* Quem mitti cupit, si ut illum mittat, de cœlo Angelus descendit? T. 7. D. 1. n. 3.

Cap. 5. v. 7. *Nequaquàm ultrà dabitis paleas populo.* Cur pridem non denegat, sed post laborantium clamores? T. 13. D. 6. n. 13.

V. 21. *Videat Dominus, & judicet.* Quare querimonia de Moyse, & Aarone, & non de rege? T. 7. D. 3. n. 3.

Ibid. *Præbuistis ei gladium, ut occideret nos.* Quomodò regi nunciantes populum esse afflictum, præbuerunt gladium? T. 13. D. 6. n. 14.

Cap. 6. v. 3. *Nomen meum Adonai non indicavi eis.* Cur dicitur Adonai, pro Jehova? T. 6. E. n. 18. Quomodò ineffabile nomen Dei, quod pronunciatur? Ibid. n. 17. & 20.

Cap. 7. v. 3. *Signa & ostenta.* Cur miracula vocantur signa? T. 4. D. 5. à n. 10.

Cap. 9. v. 24. *Grando & ignis mixtæ pariter.* Quo pacto frigus in igne, & calor in grandine? T. 4. D. 5. à n. 9.

Cap. 12. v. 2. *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Quo sensu? Latè T. 8. E. à n. 28. Cur dicitur iste? Ibid. n. 43. & 60. Cur primus, si principium mensium? D. 1. à n. 2. D. 5. n. 2. Quare hujusmodi tempus temporis principium? D. 3. n. 3. D. 4. n. 1.

V. 5. *Justa quem ritum tolletis & hœdum.* An hœdus in Phase possit immolari pro agno? T. 8. E. n. 21.

V. 8. *Carnes assas igni.* Ad quid *igni*, si *assas*? T. 4. E. n. 47. Cur non dicitur, Assas igne, sed igni? Ibid. n. 46. & 48.

V. 11. *Calceamenta habebitis in pedibus.* An hujusmodi ritus in posterum comesturis agnum? T. 5. E. n. 19.

V. 12. *In cunctis diis Ægypti faciam judicia.* An simulachra Ægypti in exitu Israël corruerint? T. 7. D. 5. n. 15.

V. 18. *Quartadecimà die mensis ad vesperam.* Quomodò *Levit.* 23. 6. *Quintadecimà*? T. 8. E. n. 13. & 16.

V. 40. *Habitatio filiorum Israel in Ægypto fuit quadringentorum triginta annorum.* Quo computo si tantùm ducentorum quindecim? T. 7. E. à n. 2.

Cap. 13. v. 4. *Hodie egredimini mense novarum frugum.* An menses Hebræorum ante captivitatem Babylonicam habuerint propria nomina? T. 8. E. n. 38.

V. 18. *Armati ascenderunt filii Israel de terra Ægypti.* Quo pacto si omninò inermes? T. 8. D. 3. n. 4.

V. 21. *Ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* Cur antequàm egrederentur de Ægypti terra, non apparuit columna? T. 7. D. 5. n. 15.

V. 22. *Nunquàm defuit columna, &c.* An à natura hujusmodi meteoron? T. 4. E. à n. 15.

Cap. 15. v. 1. *Gloriose enim magnificatus est.* Cur facta non solùm gloriosa, sed & magnifica? T. 7. D. 6. à n. 21.

V. 2. *Iste Deus meus.* Quid viderunt, dum dixerunt, *Iste*? Ibid.

V. 3. *Dominus quasi vir pugnator.* Unde cogitarunt Deum pugnatorem & equitem? n. 22.

V. 18. *Dominus regnavit in æternum & ultra.* Quid ultrà æternum? T. 6. E. n. 16.

V. 26. *Ego Dominus sanator tuus.* Cur liberans Israelem de Ægyptiorum tyrannide vocatur medicus? T. 7. D. 2. n. 7.

Cap. 16. v. 15. *Quod cùm vidissent dixerunt: Munhu.* An clausis oculis comedebant Man? T. 2. D. 5. n. 11. Quomodò videbant, clausis oculis? Ibid.

V. 21. *Cùm incaluisset Sol, liquefiebat.* Qua conditione resistens colori ignis, evaporabatur calore Solis? T. 5. D. 1. à n. 6.

Cap. 21. v. 2. *Si emeris servum Hebræum.* Quo pacto Hebræus Hebræo poterat mancipari? T. 9. E. n. 9.

V. 3. *Cum quali veste intravit, cum tali exeat.* Quid hìc intelligendum per vestem? Ibid.

V. 4. *Sin autem dominus dederit illi uxorem.* Quid si servus duxit? n. 20.

Ibid. *Mulier & liberi ejus erunt domini sui.* De qua fœmina lex, de Hebræa, vel alienigena? Ibid.

V. 6. *Perforabit aurem ejus subulâ.* Cur, & ad quid? à n. 21. An etiam fœminæ servæ? Ibid.

V. 7. *Si quis vendiderit filiam suam in famulam.* Quid intelligendum famulæ voce? Ibid. à v. 25.

Ibid. *Non egredietur, sicut ancillæ exire consueverunt.* Quid ly ancillæ: si illa ancilla? Ibid. à n. 27.

V. 8. *Dimittet eam.* Quomodò si nupta? Ibid. Quando dimittenda, si reliquæ anno sabbatico? Ibid.

Ibid. *Populo alieno vendendi non habebit potestatem.* Cur Hebræorum populus dicitur alienus ab Hebræa serva? n. 26.

V. 10. *Providebit puellæ nuptias, & vestimentum, & pretium pudicitiæ non negabit?* Quid per hæccine intelligendum? n. 28.

V. 11. *Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia.* Quid sit gratis? Latè ibid. à v. 29. Quare si sine pecunia, dicitur gratis? T. 9. D. 4. n. 16. Quando gratis & cum pretio? D. 1. n. 6. D. 2. n. 10. D. 6. n. 13. Quomodò egressio cum pretio, quia gratis: D. 3. n. 9. D. 5. n. 6.

Cap. 22. v. 24. *Percutiam vos gladio.* Quid sit gladio percutere? Latè T. 10. E. Ad quid gladio, si significatur percussio? D. 1. n. 2. D. 3. n. 2. D. 4. n. 2. D. 5. n. 3. D. 6. n. 5.

Cap. 23. v. 7. *Insontem & justum non occides.* An discrimen inter justum & insontem? Latè T. 11. E. Ad quid siccine exprimitur D. 1. n. 4. D. 2. n. 1. D. 3. n. 2. D. 4. n. 3. D. 5. n. 2. D. 6. n. 1.

V. 16. *In exitu anni.* Quomodò September, si Martius? T. 8. E. n. 45.

V. 20. *Custodiat in via.* Qua vigilantia? T. 4. D. 3. n. 4. Quo modo, & qua cura? à n. 6.

V. 21. *Non dimittet, cùm peccaveris.* An in hoc summa Angeli Custodis exprimatur dilectio? Ibid. n. 4.

Cap. 24. v. 10. *Viderunt Deum Israel.* Quomodò viderunt? T. 4. E. n. 9.

Cap. 25. v. 10. *Arcam de lignis setim.* An aliam fabricaverint post captivitatem Babylonicam? T. 12. E. n. 38.

V. 12. *Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos.* An circuli in pedibus arcæ, vel sub cornice? Ibid. n. 3. An in arce latitudine, vel longitudine? Ibid. à num. 5. Qua arte utrobique? n. 4.

Index locor. Sacr. Script.

V. 15. *Vectes, qui semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis.* Quid? Latè T. 12. E. Quomodò extrahi possunt, & in circulis esse? D. 1. n. 1. 2. & 9. D. 2. n. 2. D. 3. n. 2. D. 4. n. 1. D. 5. n. 2. D. 6. n. 3. Quare arcæ vectes immobiles, & aliorum portandorum mobiles? Ibid. E. à n. 37.

V. 18. *Duos quoque Cherubim aureos, & productiles faciei.* Cur productiles & ex auro? T. 13. D. 3. n. 1.

V. 20. *Respiciantque se mutuò.* Ad quid mutuò, si signatur utriusque respectus? T. 13. E. latè. D. 1. n. 4. D. 2. n. 2. D. 3. n. 1. D. 4. n. 1. D. 5. n. 1. D. 6. n. 2.

V. 26. *Pones in quatuor angulis ejusdem mensæ per singulos pedes.*

V. 27. *Subter coronam erunt.* Quomodò subter coronam, & in pedibus mensæ? T. 12. E. n. 4.

V. 33. *Hoc erit opus sex calamorum.* Cur hastilia seu rami candelabri calami vocantur? T. 10. D. 1. n. 14.

Cap. 28. v. 37. *Ligabisque eam vitiâ hyacinthina.* Cur hujusce coloris? T. 2. D. 4. n. 13.

V. 42. *Facies & fœminalia linea.* Utrùm inter Hebræos usus fœminalium? T. 5. E. à n. 23.

Cap. 32. v. 25. *Videns populum, quod esset nudatus.* Cur non nudus? T. 5. E. n. 5.

Cap. 34. v. 6. *Misericors & clemens, patiens, & multæ miserationis.* Quid? Latè T. 14. E. Quomodò in Deo misericordia, clementia, & cætera? Ibid. & D. 1. n. 1. D. 2. n. 14. D. 3. n. 3. D. 4. n. 2. D. 5. n. 1. D. 6. n. 1. Quid singula? D. 6. à n. 2. An Deus ut Deus, & quia Deus, sit misericors? E. n. 22. An quia potens? Ibid. & n. 25.

V. 7. *Qui custodis misericordiam in millia::. qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem.* Cur pœna usque in generationem quartam, & misericordia in millia? T. 14. E. n. 18. Quomodò misericors dicitur, & ejus summa clementia qui usque in quartam generationem plectit peccata? Ibid. à n. 17.

V. 24. *Cùm descenderet Moyses, ignorabat, quòd cornuta esse facies.* Quare dum descendit? T. 1. D. 6. n. 9. Cur non fulsit, quando descendit cum primis tabulis? T. 12. D. 4. à n. 6.

V. 30. *Timuerunt propè accedere.* Quare fugiunt, quem mirabilem agnoscunt? T. 12. D. 4. n. 7.

V. 31. *Vocati ab eo, reversi sunt, &c.* Cur vocat fugientes? n. 9.

Cap. 37. v. 9. *Tegentes propitiatorum, seque mutuò & illud respicientes.* Quomodò in se dirigere quibant respectum, respicientes in propitiatorium? T. 13. E. n. 4.

LEVITICI.

Cap. 6. v. 12. *Ignis autem in altari semper ardebit.* Cur dicitur proprietas ardoris, si designatur ignis? T. 8. D. 2. n. 8. Cur semper? Ibid. Quare de igne sacro tanta solicitudo? n. 9.

Cap. 8. v. 36. *Locutus est Dominus per manum Moysi.* Cur per manum & non per linguam? T. 3. D. 4. n. 10. Cur si manus Moysis loquentis, non dicitur, quòd locutus sit Moyses? Ibid.

Cap. 10. v. 2. *Ignis devoravit eos.* Quomodò si cadavera reliquit intacta? T. 4. E. n. 44.

Cap. 11. v. 16. *Accipitrem juxta genus suum.* Cur à sacris arcetur? T. 3. D. 5. à n. 7.

Cap. 12. v. 2. *Mulier si susceperit semine.* An hujus legis tenore Virgo-Mater immunis à lege? T. 11. D. 1. n. 5.

V. 7. *Sic mundabitur.* Quare non dicitur à Luca de Virgine purificata? T. 4. D. 2. n. 14.

Cap. 23. v. 8. *Sacrificium in igne.* Quid sit hujusmodi sacrificium? T. 4. E. n. 48.

V. 15. *Numerabis altero die Sabbati, in quo obstuliste manipulum primitiarum.* Quomodò numerandi sunt dies ad Pentecosten? T. 8. E. n. 11. 27.

V. 27. *Decimo die mensis hujus.* Quomodò v. 32. *Die nono?* Ibid. n. 15.

Ibid. *Dies expiationum erit celeberrimus.* Cur quotannis dies expiationum, & jubileus de quinquagesimo in quinquagesimum? T. 14. D. 6. n. 3.

V. 28. *Dies propitiationis, ut propitietur.* Cur jungantur dies propitiationis & puritatis? D. 5. n. 12. 2. Quando Deus non propitius, etiam dum venit propitiationis tempus? D. 6. n. 19.

Cap. 25. v. 10. *Sanctificabis annum quinquagesimum.* A quo die principium anni Sabbatici, & jubilei? T. 8. E. n. 47.

V. 41. *Egredietur cum liberis suis.* Cur anno quinquagesimo, & non anno septimo? T. 9. E. à n. 11.

V. 42. *Non veneant conditione servorum.* Quæ formula venditionis inhibetur? Ibid.

NUMER.

Cap. 6. v. 26. *Sic benedicetis filiis Israel.*

V. 24. *Benedicat tibi Dominus, & custodiat te.*

V. 25. *Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui.* Misericordia si quid tribus personis commune, quare tribuitur secundæ tantùm Trinitatis personæ? T. 6. D. 1. à n. 18. Cur ostensio faciei, & miseratio exponuntur simul? n. 19.

V. 26. *Convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* An in hujusmodi formula benedictionis præsignarentur personæ Sanctiss. Trinitatis? Ibid.

Cap. 8. v. 16. *Dono donati sunt mihi.* Quid? Latè T. 9. E. à n. 39. Quomodo donum in dono? D. 2. n. 10.

Ibid. *Pro primogenitis, quæ aperiunt vulvam.* Quomodò *Quæ*, si dixerat de primogenitis. T. 9. E. à n. 33.

Cap. 9. v. 22. *Manebant filii Israel in eodem loco, & non proficiscebantur.* Quid hujusmodi geminatio? Latè T. 12. E. à n. 25. Quomodò profectio, & mansio in eodem loco? D. 1. n. 8.

Cap. 11. v. 4. *Quis dabit nobis ad vescendum carnes?*

V. 5. *Recordamur piscium.* Quo pacto urget recordatio piscium in effum carnium? T. 1. D. 5. n. 11.

Ibid. *In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones.* Cur non appetunt delitiosam carnem, & appetentes carnem olera veniunt in mentem? n. 12.

V. 22. *Omnes pisces maris in unum congregabuntur.* Quando congregati, & vivi extra elementum? T. 3. D. 3. n. 7.

Cap. 14. v. 17. *Sicut juraste dicens: Dominus patiens, &c.* Quomodò Dominus dixit, si dixit Moyses? T. 14. E. n. 2.

Cap. 15. v. 38. *Faciant sibi fimbrias.* An fimbrias Hebræi ornaverint spinis? T. 5. E. n. 3.

Cap. 17. n. 8. *Invenit germinasse virgam Aaron.* Quanta in hoccine miraculo miracula? T. 4. D. 5. n. 15.

V. 10. *Servetur ibi in signum.* Cujusnam miraculi prognosticon? Ibid.

Cap. 18. v. 16. *Redemptio erit siclis argenti quinque, pondere Sanctuarii.* An primogeniti Levitarum redimerentur? T. 11. D. 1. n. 13. Cur dicitur *argenti, & pondere Sanctuarii?* n. 7.

Cap. 20. v. 8. *Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron, & loquimini ad petram.* Cur ut loquatur, tollenda virga? T. 10. D. 3. n. 8. Ad quid virga sumitur, si eloquium tantùm intenditur? n. 9. & 12. Cur, illis rebellibus, loquendum ad petram & non ad illos, n. 10.

Ibid. *Coram eis.* Quare in illorum præsentia? n. 10. Quo intuitu, si ad illos dirigitur sermo, Moyses loquitur saxo? n. 11.

Ibid. *Et illa dabit aquas.* Quare? ibid.

V. 10. *Ante petram dixit eis: Audite rebelles.* Cur ad illos verba dirigit, & non ad petram? Ibid.

V. 11. *Percutiens virgâ bis silicem.* Cur petra percutitur, si percutienti tantùm dicitur, quòd ad illam loquatur? Ibid. n. 8. & 11.

Cap. 21. v. 5. *Anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo.* Quare cœlestem fastidiunt panem, quem priùs habuerunt in admirationem? T. 2. D. 5. n. 12. Cur dicunt: *Jam*? Ibid.

Cap. 22. v. 28. *Aperiut Dominus os asinæ, & locuta est.* Ad quid apertio oris? T. 3. E. n. 5.

Cap. 24. v. 17. *Videbo eum, sed non modò: intuebor illum, sed non prope.* Cur non modó, si videbit? T. 14. D. 4. n. 4.

Ibid. *Orietur stella.* Quid quòd appareat, vel non appareat, ut spectatum videat, vel non videat? Ibid.

Cap. 35. v. 30. *Ad unius testimonium nullus condemnabitur.* T. 11. E. à n. 2.

DEUTERONOMII.

Cap. 4. v. 3. *Oculi vestri viderunt.* Ad quid videre oculis? T. 2. E. n. 16.

Cap. 9. v. 7. *Memento, & ne obliviscaris.* Quid? Latè T. 7. E. à n. 10. & 23. An scopus memoriæ sit non oblivisci? T. 8. D. 1. n. 5. Cur de non oblivione solicitudo, & non de dono? Ibid.

Ibid. *Quomodò ad iracundiam provocaveris Dominum.* Quo pacto si beneficia accepit, in iracundiam provocavit? T. 8. D. 1. n. 4.

Cap. 10. v. 4. *Scripsit verba decem.* Cur legum mandata dicuntur verba? T. 3. D. 4. n. 11.

Cap. 15. v. 17. *Ancillæ similiter.* Ad quid perforandæ fœminæ aures? T. 9. E. n. 21.

V. 18. *Merces mercenarii.* Quid sit merces? T. 9. E. à n. 42.

Cap. 16. v. 2. *Immolabisque Phase Domino de ovibus, & de bobus.* Quomodò si juris tantùm agnus, vel hœdus? T. 8. E. n. 21.

V. 19. *Munera mutant verba justorum.* Cur non consilia, aut judicia, sed verba? T. 11. E. n. 10.

Cap. 22. v. 12. *Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallii.* Quænam palii forma? T. 5. E. n. 3.

Cap. 32. v. 2. *Fluat ut ros eloquium.* Cur eloquium adinstar roris? T. 10. D. 3. n. 6.

V. 39. *Videte, quòd ego sim solus.* Quomodò si tres personæ, solus est? T. 6. D. 1. n. 2.

Cap. 33. v. 16. *Qui apparuit in rubo.* Quo pacto si in flamma rubi? T. 4. E. n. 31.

Cap. 34. v. 10. *Non surrexit ultra propheta sicut Moyses in omnibus signis, atque portentis.* Quodnam portentum insignius inter portenta Moysis? T. 3. D. 2. à n. 12.

JOSUE.

Cap. 3. v. 6. *Præcedite populum.* Cur jubet sacerdotes præcedere si cuncti Israelitarum priùs Jordanem transituri? T. 12. D. 4. n. 14.

Cap. 5. v. 15. *Solve calceamentum tuum de pedibus tuis.* Quorsùm de pedibus? T. 5. E. à n. 9. Ad quid calceorum depositio? n. 16.

Cap. 7. v. 21. *Vidi pallium coccineum, regulamque auream, &c.* Cur simul purpura & regula aurea? T. 2. D. 1. à n. 3. Quare regula vocatur lingua? Ibid. Cur lingua dicatur regula & gladius? Ibid.

Ibid. *Quinquaginta siclorum.* Unde scivit pondus regulæ? n. 5. Ad quid describitur pondus? Ibid.

Ibid. *Et concupiscens abstuli & abscondi.* Cur sepelivit linguam auream? à n. 5.

JUDICUM.

Cap. 7. v. 16. *Dedit lagenas vacuas, & lampades in medio lagenarum.* Cur si plenæ splendore dicuntur vacuæ? T. 13. D. 4. n. 12.

V. 20. *Gladius Domini.* Cur si militibus nullus gladius? Ibid.

1. REGUM.

Cap. 1. v. 11. *Si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus.* Quid istæ gemmationes? Latè T. 7. E. à 7. usque ad n. 14.

Cap. 2. v. 7. *Dominus pauperem facit, & ditat.* Quomodò si pauperem, divitem facit? T. 9. D. 4. n. 12.

Cap. 5. v. 1. *Philisthiim tulerunt arcam Dei.* Cur per seipsos, & non per captos Hebræos? T. 7. D. 5. n. 8.

V. 3. *Dagon jacebat pronus in terra.* Quis dejecit à throno? T. 1. D. 4. n. 11. Quomodò cecidit? T. 4. D. 6. n. 11. Qua arte nitebatur, ne caderet? n. 12.

V. 4. *Invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terra.* Cur non solùm jacentem, sed etiam pronum super faciem? T. 7. D. 5. n. 5.

Ibid. *Caput & duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant.* Quare ex defectu manus arguitur capitis defectus? T. 1. D. 4. n. 10. Cur non describuntur pedes? Ibid. n. 11. & T. 4. D. 6. n. 11.

V. 5. *Dagon solus truncus remanserat.* Cur dicitur solus? T. 4. D. 6. n. 16. Cur non restituerunt in thronum sicut post primum lapsum? n. 18. An in throno sine capite? à n. 10.

Ibid. *In loco suo.* Si locus proprius ara, cur modò terra? n. 12. Unde patuit truncum esse, & fuisse? Ibid.

Cap. 12. v. 9. *Magistri militiæ.* Quare pro ducatu, utitur magisterio? T. 10. D. 1. n. 5.

Cap. 15. v. 29. *Pœnitudine non flectetur.* Cur incontrapositionem divinæ essentiæ invariabilis, emblema hominis pœnitentis? T. 6. D. 3. à n. 3.

Cap. 16. v. 10. *Adduxit Isai septem filios suos.* Quomodò, si Davidem non adduxerat? T. 1. D. 5. n. 13. Cur trium tantùm præter David Scriptura exprimit nomina? T. 1. D. 4. n. 13.

Ibid. *Non elegit Dominus ex istis.* Quare? Ibid.

V. 11. *Nunquid jam completi sunt filii? Qui respondit: Adhuc reliquus est parvulus.* Cur pater filium non exposuit, antequam Samuel inquiriret? T. 1. D. 5. n. 15. Quid signat ly *Reliquus*? n. 13.

Ibid. *Et pascit oves.* Cur digniorem filium ejecit extra domum? Ibid.

V. 12. *Misit, & adduxit eum.* Quare quia adductus feliciter electus? T. 1. D. 5. n. 16. Cur non adduxit, quousque Samuel indicavit? Ibid. An pater ultrò hunc eligendum vocavit? Ibid.

Ibid. *Surge & unge eum: ipse est enim.* Cur dicitur: *Ipse est*, & non, *Hic est*? T. 1. D. 4. n. 13. Cur pater non gratulatur Prophetæ de hujus filii facta in regem unctione? D. 5. n. 15.

Cap. 17. v. 54. *Arma posuit in tabernaculo.* Cur secum non tulit? T. 10. D. 2. n. 7.

2. REGUM.

Cap. 6. v. 7. *Dominus percussit eum super temeritate.* Unde temeritas præoccupantis ruinam? T. 5. D. 3. n. 2.

Cap. 8. v. 5. *Faciebat judicium, & justitiam.* Quid justitia, & judicium? T. 11. E. à n. 9.

Cap. 12. v. 16. *Jejunavit David jejunio.* Quomodò jejunium sine jejunio? T. 14. D. 6. n. 13.

Cap. 18. v. 29. *Estne pax puero Absalom?* Cur de pace quæritur, ubi de vita disquiritur? T. 12. D. 3. n. 1.

3. REGUM.

Cap. 1. v. 1. *Habebat ætatis plurimos dies.* Quorsùm *Ætatis*? T. 8. Latè à n. 50.

V. 19. *Salomonem servum tuum non vocavit.* Cur Bethsabee non signat à rebellibus commotum regnum,

sed

sed filium non vocatum? T.4. D.5. n.4.

Cap.6. v. 2. *Domus habebat triginta cubitos in altitudine.* Quomodò si 2. *Paralip.* 3.4. dicitur: *Centum viginti?* T.12. E. à n.41.

V.4. *Fecit feneſtras obliquas.* Cur non rectas? T.5. D.1. n. 12.

V.20. *Oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, latitudinis, & altitudinis.* Quomodò si ibid.v.2. dicitur: Triginta cubitos in altitudine? T. 12. E. à n.39

V. 31. *Poſtes angulorum quinque.*

V. 33. *Poſtes quadr angulatos.* Quare ſtruxit quatuor portas in Sanctum, & quinque in Sancta Sanctorum? T.14. D. 6. n. 18.

Cap.8. v.8. *Cùm eminerent vectes, & apparerent ſummitates eorum, non apparebant ultrà.* Quo pacto non apparebant, cùm apparerent? T.12. E. à n.7. & n.36.

V.24. *Ore locutus es.* Quid ſignat, ore loqui? T.3.E. à n. 5.

Cap.10. v.7. *Vidi oculis meis.* Ad quid *Oculis?* T.2. E. à n. 16.

Cap.12.v.10. *Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei.* Unde filii ſtultiſsimi cogitatio de Salomone ab ejus prudentia victo. T.6. D.6. a n.7.

Cap. 14. v. 6. *Audivit ſonitum pedum ejus.* Quid per ſonum pedum? T. 1. E. n. 33.

Cap. 17. v. 19. *Da mihi filium tuum.* Cur illa etſi in viam non dedit, & ipſe tulit? T.12. D.1. n.10.

Ibid. *Portavit in cœnaculum, ubi ipſe manebat.* Si ibi manebat, quomodò portavit ubi? n. 14. Cur tunc dicitur *ipſe*? Ibid.

V.23. *Et tradidit matri ſuæ.* Cur dum periit Propheta non dedit, & poſteà traditum tradidit? n. 11.

Cap.19. v.13. *Operuit vultum ſuum pallio.* Quare obvolvitur pallio, dum objicitur viſio? T.2. D.5. n. 13. T. 13. D. 3. n. 12.

Cap.20. v. 37. *Percuſsit eum & vulneravit.* Quid vulnus additum percuſsioni? T. 10. E. à n. 10. An poſsit eſſe percuſsio, & non vulneratio? D.6. n.5. T.14. D. 1. n.1.

Cap.22. v.8. *Odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum.* Quare odium gignitur, unde reverentia oritur? T.7. D.3. n.12. & 14.

Ibid. *Ne loquaris ita.* Cur non arguitur, dum nequam operatur, ſed dum male loquitur? n.14.

V. 15. *Vade proſperè.* Quomodò veritatem dixit, dum contrarium prænunciavit, & evenit? n.12. Cur veritatem primò clarè non dixit? n. 13.

V.17. *Quaſi oves non habentes paſtorem.* Cur non ſignat ut paſtorem, dominantem regem? Ibid.

V. 27. *Mittite virum iſtum in carcerem.* Quare ſi veritatem audire cupit, dicentem in carcerem deſtinavit? Ibid.

4. *REGUM.*

Cap.1.v.9. *Homo Dei.* Quorsùm additum *Dei*? T.9.E.39.

Cap.5.v.14. *Mundatus eſt.* Cur dicitur lepra, & non plaga peccatum ablutum pœnitentia? T. 6. D. 3. n.8.

Cap.13. v.14. *Eliſeus ægrotabat infirmitate, qua mortuus eſt.* An effectus ægritudinis, quin ſit ab effectu infirmitatis? T.9.D.3.n.15. An ſine infirmitate mors? Ibid.

Cap.17.v.31. *Comburebant filios ſuos igni.* Quodnam artificium in hujuſmodi combuſtione? T.4. E. n. 49.

Cap.23. v.22. *Neque factum eſt Phaſe tale.* Quo ſenſu, ſi tunc temporis apud Aſſyrios exulabant? T. 8. E. n. 19.

1. *PARALIP.*

Cap.25.v.1. *Dedicato ſibi officio ſervientes.* Cur dicitur *Dedicato*, & ſervire officio? T.11. D.3. n.5.

Cap.29. v.2. *Aurum ad vaſa aurea, &c.* Quo intuitu exprimitur materia neceſſaria? T.1. D.5. n.7.

V. 5. *Opera fiebant per manus artificum.* Cur non eiſdem artificibus quæ aurea, & quæ argentea, & quæ lignea? n. 10.

2. *PARALIPOM.*

Cap. 3. v. 4. *Altitudo centum viginti cubitorum.* Quomodò ſi tantùm triginta? T. 12. E. à n. 41.

V. 13. *Facies eorum verſæ ad exteriorem domum.* Cur non in propitiatorium facies, ſicut Cherubim Moyſis? T.12. D.2. n. 6.

Cap.7. v. 1. *Majeſtas Domini implevit domum.* Quid hìc intelligendum majeſtatem? T. 4. E. n.39.

Cap.28.v.15. *Jericho, civitatem palmarum.* Cur ſi Jericho Luna, dicitur palmarum civitas? T.10. D.4. n.6.

1. *ESDRÆ.*

Cap.4. v.7. *Epiſtola ſcripta erat Syriacè, & legabatur ſermone Syro.* Quomodò aliter legi quibat? T.3. D.2. n. 4.

4. *ESDRÆ.*

Cap.6. v.40. *De theſauris ſuis lumen luminoſum.* Quomodò de theſauris, & Paulus dicit: *De tenebris?* T.6. D. 5. n. 5. Ad quid ſignat luminis ſplendorem, ſi dicit lumen? n.6. Cur luci & ventis eadem deſignatur origo? n. 7.

Cap.10. v.9. *Terra debeat lugere caſum tantorum ſuper eam germinantium.* Quomodò germinantium, ſi occiſorum? T.9. D.5. a n.12.

V. 25. *Facies ejus fulgebat.* Quomodò gloriosè lucet, ſi præ triſtitia mœret? n.14.

TOBIÆ.

Cap.5. v.5. *Invenit juvenem, quaſi paratum ad ambulandum.* Cur Angelus deſcribitur in habitu peregrino? T. 8. D.3. n.3.

Cap.12.v.21. *Ab aſpectu eorum ablatus eſt.* Cur tunc evanuit? Ibid. n.13.

JUDITH.

Cap. 1. v. 6. *Circa Euphratem & Tigrin.* Ut quid horum fluminum notitia, ut celebrior ſit victoria? T. 5. D.4. n.4.

Cap.3. v. 10. *Cùm coronis & lampadibus.* Quos olim pro majeſtate præcedebat ignis? T.4. E. n. 6.

Cap.5.v.9. *Per quadringentos annos ſic multiplicati.* Quanto tempore Iſrael habitavit in Ægypto? T. 7. E. n.2.

Cap.10. v.3. *Impoſuit mitram ſuper caput ſuum.* Quomodò mitra fœminarum ornamentum? T.1. E. à n.23.

Cap. 16. v. 11. *Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus.* Quid ſint ſandalia, & quomodò Holofernes raptus ab illis? n. 28.

V. 28. *Manſit in domo viri ſui annos centum quinque.* Quomodò ſi ſolùm vixit totidem annos? T. 7. E. n.5.

V. 23. *In anathema oblivionis.* Quid ſit? n.11. & 19.

ESTHER.

Cap.3.v.8. *Eſt populus Regis ſcita contemnens.* Unde audacia accuſandi juſtos, cùm ipſe eſſet criminis objecti reus? T.7. D.3. n.7.

Cap. 4. v. 2. *Non erat licitum, indutum ſacco aulam Regis intrare.* Cur ab aula exulent etiam pœnitentiæ ſigna? n.12.

V. 11. *Quomodò ad regem intrare potero, quæ non ſum vocata.* Quare renuit niſi vocata ingredi? T.1.D.3. n.6. Unde timor, ſi periculi vitæ non erat horror? n. 7.

Cap.5. v.13. *Cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto.* Quid deſiderat, cùm omnia habeat? T. 8. D.6. n. 3.

Cap. 10. v. 6. *Fons qui crevit in fluvium, in lucem, Solemque conversus est.* Quando ex aqua lux & Sol? T. 9. D. 5. n. 3.

Cap. 14. v. 11. *Sceptrum his qui non sunt.* Quo modo & sensu homines existentes possunt non esse? T. 6. E. à n. 21.

Cap. 15. v. 10. *Cùm ardentibus oculis furorem pectoris indicasset.* Quomodò furiosus, qui videbatur ut Angelus? T. 1. D. 3. n. 9.

Ibid. *Regina corruit.* Quare si à morte absolvitur? n. 7.

V. 16. *Vidi te Domine quasi Angelum.* Cur magis timet, dum regem quasi Angelum conspicit? n. 8.

Cap. 16. v. 2. *Datam sibi gloriam non ferentes.* Quinam non ferunt gloriam dignitatis sibi collatam? T. 1. D. 3. n. 3.

V. 6. *Aures principum simplices.* Cur summæ ruinæ in principe simplices aures? n. 5.

Ibid. *Et ex sua natura alios existimantes.* Cur error, alios existimare sine errore? n. 3.

V. 15. *A pessimo mortalium.* Cur ita denigratur Amanus? T. 7. D. 3. n. 8.

V. 17. *Unde eas literas, quas sub nomine nostro ipse dixerat, sciatis esse irritas.* Si decreta Persarum irrevocabilia, qua lege Assuerus irritat data decreta? T. 1. D. 3. n. 14.

JOB.

Cap. 3. v. 1. *Aperuit os suum::. & locutus est.* Ut quid præmittitur apertio oris? T. 3. E. n. 5. T. 13. D. 5. n. 12.

V. 21. *Quasi effodientes thesaurum.*

V. 22. *Gaudentque vehementer, cùm invenerint sepulchrum.* Quando studiosi inveniunt scientiarum sepulchrum, cogitantes inventum ire thesaurum? T. 6. D. 6. n. 9.

Cap. 7. v. 15. *Elegit suspendium anima mea.* Quodnam animæ suspendium? T. 1. D. 1. n. 20.

V. 16. *Nihil enim sunt dies mei.* Unde dies nihilo cum peccato? T. 6. D. 4. n. 4.

Cap. 10. v. 5. *Nunquid sicut dies hominis dies tui?* In quo hi dies distinguntur à diebus? n. 5.

V. 22. *Ubi nullus ordo.* Quomodò, si ordo justitiæ & ordinatæ à Deo? T. 4. D. 4. n. 14.

Cap. 12. v. 7. *Interroga jumenta & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi.* An animalia habeant proprium idioma? T. 3. D. 3. n. 8. Quomodò volatilia docebunt? n. 3.

Cap. 13. v. 27. *Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas.* Quo pacto pedum observari possunt motus, quandiu pedes in compendibus? T. 12. D. 2. n. 2.

Cap. 14. v. 1. *Homo brevi vivens tempore.* Quare tribuitur tempori, quod debetur vitæ? T. 8. D. 4. à n. 6.

Cap. 16. v. 21. *Ad Deum stillat oculus meus.* Cur non in terram? T. 3. D. 6. n. 14.

Cap. 21. v. 32. *Ipse ad sepulchra ducetur.* Quoties homo moritur, ut in sepulcris locetur? T. 5. D. 4. n. 13, Quota sepulchra? n. 14. Cur *Ducetur*, & non *Ducitur*? Ibid. Quo pacto in sepulchro ipse, si non est ipse in sepulchro? n. 15.

Cap. 24. v. 19. *Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium.* Quomodò ex nivibus ardor? T. 4. E. n. 45. Qua proprietate ab ignibus frigoris rigor? D. 4. à n. 15. Cur dicitur, *Transeat*, & non *persistat*? n. 16. An duplex gehenna ex calore & frigore? Ibid. n. 15. & 17.

Cap. 28. v. 25. *Fecit ventis pondus.* Qua arte homines etiam ponderant ventos? T. 6. D. 6. à n. 10. Unde ventis pondus? T. 7. D. 4. n. 12.

Cap. 29. v. 18. *In nidulo meo moriar.* Quomodò vitalitatis flamma, ubi extinguitur vita? T. 4. D. 1. n. 4.

Ibid. *Et sicut palma multiplicabo dies.* Quo pacto sicut palma, si in nidulo? Ibid.

Cap. 33. v. 9. *Mundus sum ego, & absque delicto, &c.* Ad quid *absque delicto*, si omnimodo mundus? T. 11. E. à n. 3.

V. 14. *Semel loquitur Deus.* Cur si à Patre etiam Spiritus Sanctus; semel, & non bis locutus? T. 6. D. 1. n. 7.

Cap. 38. v. 7. *Cùm me laudarent simul astra matutina.* Cur Angeli signantur per hujusmodi astra? T. 8. D. 3. à n. 11.

Cap. 40. v. 14. *Ipse principium.* Quo sensu elephas primum animal creatum à Deo? T. 8. E. n. 50.

Cap. 42. v. 11. *Dederunt unusquisque ovem unam & inaurem unam.* Quare Jobus suscipit, & Jacobus respuit? T. 1. D. 2. n. 14.

PSALMORUM.

Psalm. 4. v. 3. *Filii hominum usquequò gravi corde?* Cur qui quærunt vanitatem non levi, sed corde gravi? T. 2. D. 6. n. 12.

V. 4. *Scitote.* Cur ad verum studium, non gravi corde discendum? T. 6. D. 5. n. 3.

V. 9. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* Quorsus apponitur in sepulchro requies, si somnus signatur pacis? T. 9. D. 3. n. 11.

V. 10. *Singulariter in spe.* Unde spes resurrectionis in sepulchro singularis? Ibid. n. 12.

Psalm. 5. v. 5. *Non Deus volens iniquitatem.* Cur non dicit: *Deus non volens*, sed *Non Deus volens*? T. E. n. 14.

Psalm. 6. v. 7. *Laboravi in gemitu meo.* Si gemitu cordis levatur compressio, unde ex levamine afflictio? T. 13. D. 6. à n. 3.

Ibid. *Lavabo per singulas noctes lectum meum.* Cur in nocte, & non interdiù plorat? n. 7.

Ibid. *Lachrymis meis stratum meum rigabo.* Cur stratum, & non cœlum? T. 3. D. 6. n. 14.

Psalm. 7. v. 9. *Propter hanc in altum regredere.* Quid ly *Propter hanc*? T. 9. D. 3. n. 1. Cur non *Egredere*, sed *Regredere*? Ibid.

Psalm. 10. v. 2. *Ut sagittent in obscuro rectos corde.* Cur non in luce, vel palam? T. 10. D. 1. n. 13.

V. 4. *Oculi ejus in pauperem respiciunt.* Cur Hebr. legit *In totum orbem*? T. 9. D. 4. n. 13.

V. 6. *Pluet super peccatores laqueos ignis.* Quinam ignis laquei? T. 4. D. 4. n. 9.

Psalm. 11. v. 5. *Linguam nostram magnificabimus.* Quid est, magnificare linguam? T. 3. E. n. 10.

Psalm. 13. v. 1. *Abominabiles facti sunt in studiis suis.* Quæ studia abominabilia? T. 6. D. 5. n. 2.

Psalm. 15. v. 10. *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Si moritur, unde caro à corruptione eximitur? T. 9. D. 3. n. 4.

Psalm. 17. v. 6. *Dolores inferni circundederunt me.* Quomodò inferni tormentum in purgatorio animarum? T. 4. D. 4. n. 18.

V. 7. *Clamor meus in conspectu ejus.* Quo pacto in oculis, quem percipit auris? T. 2. D. 3. n. 3.

V. 25. *In conspectu oculorum ejus.* Quorsùm *in conspectu*? T. 2. E. n. 7. & D. 2. n. 3.

Psalm. 21. v. 8. *Locuti sunt labiis.* Ad quid *Labiis*? T. 3. E. n. 9.

V. 17. *Circundederunt me canes multi.* Cur homines dicuntur canes? T. 13. D. 5. n. 2.

V. 21. *Erue à framea, & de manu canis unicam meam.* Quid telum cum morsu canum? n. 3. & 4. Cur non dicit à morsu, sed canis manu. n. 5.

V. 22. *Salva me ex ore leonis.* Cur timet leonis ora.

qui

Index locor. Sacr. Script.

qui rex inter animalia? T.13. D.5. à n.6.

Pſalm.23.v.7. *Attollite portas principes veſtras.* Cur dicit, *Veſtras*, & non *Noſtras*? T.9. D.2. n.13.

Pſalm. 31. v.3. *Quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea, dum clamarem tota die.* Quomodò tota die & clamat, & tacet? T.3.D.4.n.7.D.5.n.12. Quo pacto oſſa tabeſcunt ſilentio? T.3.D.5. n.9. Quid oſsium tabes? n.10. & 11.

Pſalm.32. v.7. *Ponens in theſauris abyſſos.* Quiſnam contra ponit in abyſsis theſauros? T.6. D.5. n.5.

V.16. *Non ſalvatur rex per multam virtutem.* Quomodò ſi cæteri virtute ſalvantur? T.1. D.4. n.3.

V. 17. *Fallax equus ad ſalutem.* Cur mundus ſimilis equo fallaci? T.14. D.2. à 12.

Pſalm.34. v.16. *Diſsipati ſunt nec compuncti.* Quare non compuncti, ſi puncti diſsipatione? T. 14. D. 5. n.8.

V. 26. *Induantur confuſione & reverentiâ.* Quando reverentiæ demonſtratio eſt reveriti confuſio? T. 9. D.6. n.1.

Pſalm. 36. v.7. *Noli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua: in homine faciente injuſtitias.* Quare injuſtitias ſequatur proſperitas? T.11. D.4. n.13.

Pſalm.37.v.3. *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.* Quomodò vulnera non erunt vulnera? T. 6. D. 3. n.10.

V. 14. *Ego tanquam ſurdus non audiebam.* Quo pacto ſi audiebat, ſurdus? T. 2. D. 2. a n. 6. Quare dum compeſcere auctoritate poteſt, ut mutus tacet? n.7.

V.15. *Et factus ſum ſicut homo non audiens, &c.* Cur ſi eſt homo, ſicut homo? T.2. D.2. n.7.

Ibid. *Et non habens in ore ſuo redargutiones.* Cur non loquitur potens redarguere, qui carpebant, delinquentes? n.10.

V.18. *In flagella paratus ſum.* Si paratus ad omnia, de quo querela? T.10. D.6. à 8.

Ibid. *Et dolor meus in conſpectu meo ſemper.* Quare levior dolor paſſus, quàm conſpectus? n.9. Cur dicit *Dolor meus*, quaſi proprium, ſi uti in altero, tantùm habet ad conſpectum? n.10.

Pſalm. 38. v. 5. *Locutus ſum in lingua mea.* Quid eſt loqui linguâ? T. 3. E. Latè. Quid linguâ propria? D.2. n.16.

V. 6. *Menſurabiles poſuiſti dies meos.* Cur non annos? T.8. D.4. n.8. Cur non menſuratos, ſed menſurabiles? n.7.

V.11. *Amove à me plagas tuas.* Si in illo non ſunt plagæ, quomodò ab illo amovendæ? T.10. D.6.n.13.

V. 13. *Auribus percipe lachrymas meas.* Cur non oculis, ſed auribus? dum patent oculis? T. 3. D.6. à n.2.

Pſalm.44. v.2. *Eructavit cor meum verbum bonum.* Quomodo à corde verbum? T. 2. D.2. n.7. Unde bonum, & non, verum? Ibid.

Ibid. *Lingua mea calamus ſcribæ.* Cur calamo confertur ſcribæ verbum cum bonitate? Ibid.

Pſalm.45. v.6. *Deus in medio ejus non commovebitur.* Qua lege quieta, ſi terra undique mota? T.14.D.3.n.6. Quare nunquàm commovebitur? Ibid.

V. 7. *Dedit vocem ſuam, mota eſt terra.* Quæ vox terræ, & quare mota per vocem? Ibid. n.8.

V.10. *Arcum conteret, & confringet arma.* Quando hæc prodigia poſita ſuper terram? n.9.

Pſalm.48. v.3. *Simul in unum dives & pauper.* Quo miraculo? T.9. D.4. n.4.

Pſalm. 58. v. 8. *Ecce loquentur in ore ſuo.* Ad quid *Ore*? T.3. E. n.9.

Pſalm. 59. v. 10. *In Idumæam extendam calceamentum meum.* Cur calceamentum? T.5.E. n.14. Ad quid? n.21.

Pſalm.61. v. 10. *Mendaces filii hominum in ſtateris.* Quænam ſteteræ, in queis mendaces? T.1. D.2. n.3.

V.12. *Semel locutus eſt Deus.* Cur Hebr. *Dii*? T.6.D.1. n.4.

Ibid. *Duo hæc audivi.* Quid ly *Duo*, & *hæc*? n. 9. Si unum locutum, quomodò non unum auditum? n.6. Quare *Unum*, & *hæc*? Ibid. Si Trinitas exponitur quo jure tres non audiuntur? n. 7. 8. & 9. Quomodò myſterii Trinitatis expreſsio, quæ videtur implicatio? n.10. & 11.

Pſalm.66. v.7. *Benedicat nos Deus, Deus noſter.*

V.8. *Benedicat nos Deus.* Cur Deus filius dicitur Deus noſter? T.6. D.1. à n.13.

Pſalm.67. v.5. *Aſcendit ſuper occaſum.* Cur occaſus dicitur Solis ortus? T.9. D.2. n.9.

V.31. *Increpa feras arundinis.* Quænam hæc feræ? T.1. D.5.n.3.T.10.D.1.n.13. Cur calami dicuntur ſagittæ & econtrà? Ibid. n. 14. Quæ feritas in arundine? T.14. D.5. n.5. Quando homines arundines & feræ? n.7.

V. 34. *Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.* Quomodò vox in voce? T. 3. D. 2. à n. 6. T. 9. D. 2. n.9. Cur non dicitur *Dedit*, ſed *Dabit*? T. 3. D. 2. à n. 7. In quo virtus vocis? n. 8. Quiſnam vox vocis? T.7. D.6. n.15. An vox vocis voce inſignior? n.16.

V. 35. *Super Iſrael magnificentia ejus.* Cur non ſolùm magnus, ſed & magnificus? T.7. D.6. à n.16.

Ibid. *Virtus ejus in nubibus.* Cur in nubibus virtus magnifica? n.17.

V. 36. *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.* Per quæ miracula? T.3. D.2. à n.6. T.7. D.6. n.23.

Pſalm.72.v.7. *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt in affectum cordis.* Cur affectus cordis adeps iniquitatis. T.11. D.5. n.3.

V.24. *Cum gloria ſuſcepiſti me.*

V. 25. *Quid enim mihi eſt in cœlo?* Cur nihil in cœlo cum gloria? T.13.E. n.18. Cur cœleſtia quaſi nulla? D.3. n.14.

V. 26. *Defecit cor meum: Deus cordis mei.* Quomodò cor habet, dum corde deficit? T.13. E. n.25.

Pſalm.73. v.16. *Tu fabricatus es Auroram & Solem.* Ubi ſimul viſa? T.14. D.3.n.7. Cur ſimul deſcribuntur fabricata? D.4. n.9.

Pſalm.75. v.6. *Turbati ſunt omnes inſipientes corde.* Cur è ſomno turbati? T.2. D.6. à n.8. Cur dicuntur inſipientes? n. 9. & 11. Quare corde & non mente? n.12.

Ibid. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt, &c.* Quomodò nihil invenerunt habentes omnia? T.2. D.6. à n.8. Quomodò vigilantes dormierunt? n.9.

V.9. *Terra tremuit, & quievit.* Cur tremuit, & pòſt à tremore ceſſavit? T.14. D.3. n.8.

Pſalm. 77. v. 72. *In intellectibus manuum ſuarum.* Unde manibus intellectus? T.2. D.4. n.9.

Pſalm. 78. v. 3. *Sanguinem tanquàm aquam.* Cur adinſtar aquæ ſanguis effuſus? T.9. D.5. n.2.

Pſalm. 79. v.14. *Singularis ferus de paſtus eſt eam.* Cur non inimicus communis, ſed ſingularis? T.11.D.4. n.13.

Pſalm.89. v.5. *Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.* Quo pacto nihil, ſi tot anni? T.8.D.4. à n.2. Quæ ſunt ea, quæ pro nihilo habentur? n.3.

Pſalm. 91. v. 13. *Juſtus ut palma florevit.* Quomodò ſicut

cut palma, dum sicut lilium germinabit? T.4.D.1. n.8.

Psalm. 93. v. 4. *Effabuntur & loquentur iniquitatem : loquentur* ? Quo pacto sine voce voces, & muti loquentes? T. 13. D. 5. n. 12. Quomodò loquentur, & non loquentur? Ibid.

V. 11. *Scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Unde origo vanitatum, in vanitate cogitationum? T.1. D.5. à n.6.

Psalm. 94. v. 10. *Semper hi errant corde.* Quid sit, corde errare? T.14. D.5.n.8. Quomodò amantes in mortis itinere vagantur corde? T.6. D.2. à n.8.

Ibid. *Ipsi verò non cognoverunt vias meas.* Quomodò errarunt corde, sine cognitionis mente? T.14. D. 5. n.9.

V. 11. *Si introibunt in requiem meam.* Cur si tot gratiis Israël dignatus, ita illum pertæsus Dominus? a n.8.

Psalm. 97. v. 1. *Salvavit sibi.* Quid est *Sibi*? T.14. D.1. n.3.

Psalm. 101. v. 19. *Scribantur in generatione altera.* Quænam generatio, cui hæc scripta? T.7. D.5. n.12.

Ibid. *Et populus, qui creabitur laudabit Dominum.* Cur non pupulus ille, sed qui creandus? n.13.

V. 28. *Tu autem idem ipse es.* Cur autem Deus ipse idem dicitur? T.6. D.3. n.2.

Psalm. 104. v. 32. *Pluvias eorum grandinem, ignem comburentem.* Ad quid *comburentem*, si dixerat ignem? T. 4. E. n. 40. D. 4. n. 11. Quomodò grando, si comburebat, ut ignis? Ibid. à n.42. & D.4. à n.11. Cur non dicit frigidam grandinem, sicut urentem ignem? n.12.

Psalm.105.v.14. *Concupierunt concupiscentiam.* Quare non res, sed concupiscentia concupita? T.1. D.5. n.11.

Psalm.106. v. 33. *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim.* Quomodò sitis in aqua? T.3.D.6.

V. 34. *Terram fructiferam in salsuginem.* Quomodó fructifera salsugine plena? n.13.

Ibid. *A malitia inhabitantium in ea.* Quid cum hominum malitia terræ inopia, aut abundantia? Ibid.

V.35. *Posuit desertum in stagna aquarum, &c.* Quid in lachrymis stagna aquarum & fontes? à n.14.

Psalm.113.v.16. *Cœlum cœli Domino.* Quando terra? T.9. D.2. n.1.

Psalm.114.v.5. *Misericors Dominus & justus, & Deus noster miseretur.* An miseretur ut misericors, vel ut justus? T.14. D.1. n.5.

Psalm.118.v.10. *In toto corde.* Ad quid *Toto*? T.13.D.3. à n.10.

V. 37. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Quomodò videtur vanitas, si vanitas non videtur? T.2. D. 6. n. 14. Si vanitas idolum, quodnam in visione periculum? T.8. D.5. à n.8.

V. 121. *Feci judicium & justitiam* ? Quid T. 11. E. à n.9.

Psalm. 122. v. 2. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ.* Cur oculi obsequentium diriguntur in manum, dum obsequentes servire debent ad oculum? T. 2. D.4. n.11. Quare non lachrymæ, sed oculi in manibus dominæ? n.12.

Psalm.134. v.8. *Qui producit ventos de thesauris suis.* Cur eadem incunabula ventis & luci? T.6. D. 5. à n.7.

V. 16. *Oculos habent, & non videbunt.* Cur non dicitur : *Et non vident*? T.12. D.6. n.7. Quare non vident quæ coram oculis? Ibid.

Psalm. 136. v. 2. *In salicibus in medio ejus.* Quomodò si salices in deserto solitudinis, erant in medio civitatis? T.12. D.2. n.5.

Psalm. 138. v. 4. *Non est sermo in lingua.* Si hæc formatur sententia, quo pacto non sermo in lingua? T.3. D.4. n.8.

V.16. *Dies formabuntur, & nemo in eis.* Qua lege dies nullus in cunctis diebus? T.8. D.4. n. 5.

Psalm.139.v.12. *Vir linguosus non dirigetur in terra.* Quis vir linguosus? T.2. D.1. n. 11. Cur dirigi nequit? Ibid.

Psalm.140.v.10. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium, &c.* Cur ori ostium optat, & non obstaculum? n.2.

V.10. *Cadent in ratiaculo ejus peccatores.* Cur non ille, si cadunt reliqui? T.12. D.2. n.3.

Ibid. *Singulariter sum ego.* Quid singularis incessus, ut detur transitus? Ibid.

Psalm. 143. v. 9. *Deus canticum novum cantabo tibi.* Cur novum, victo gigante? T.10. D.2. n.7.

Psalm. 144. v. 18. *Propè est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate.* Quis, si invocat, verè non invocat? T.12. D.2. n.8.

Psalm.148. v.8. *Ignis grando, &c.* Quomodò sicut grando, nix, & glacies, virtus adurentis ignis? T.8.D.4. à n.6.

PROVERBIOR.

Cap.3. v.2. *Annos vitæ.* Ad quid vitæ? T. 8. E. à n. 50. & 55. D.4. n.13.

Cap. 6. v. 13. *Digito loquitur.* Quomodò homines loquuntur digitis? T.3. D.4. n.10.

Cap.9. v.3. *Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia, &c.* Cur vocatur arx & mœnia templi structura? T.7. D.6. n.23.

Cap. 13. v.7. *Est quasi dives, cùm nihil habeat.* Quomodò? T.9. D.4. n.11.

Ibid. *Est quasi pauper, cùm in multis divitiis sit.* Qua conditione in multis divitiis pauper? à n.5. Ad quid ly *Quasi*? Ibid.

Cap. 16. v. 10. *Divinatio in labiis regis.* Quorum & quænam divinatio ex verbis principis? T.10.D.3.n.15.

Cap. 18. v. 21. *Mors & vita in manibus linguæ.* Quando ab eodem principio linguæ dictis contraria ? T. 4. D.4. n.11.

Cap. 20. v. 1. *Aurem audientem.* Quæ auris surda in ipso auditu ? T.2. D.2. n.11.

Ibid. *Et oculum videntem.* Quid oculus videns ? T. 2. E. à n.17. Quis non habet, estò videat? T.12.D.5. n. 2. An aliquid præter aurem & oculum, audiens & videns? T.2. D.4. n.15.

Cap. 23. v.16. *Oculi tui vias meas custodiant.* Cur oculi pro pedibus? T.14. D.2. n.4.

V. 29. *Cui væ* ? Quare infelicitas cui videtur videre quæ non videt, & videt quod sibi videtur? T. 12. D.5, n.8.

Cap. 26. v.6. *Claudus pedibus.* Quorsùm *Pedibus* ? T. 1. E. à n.10.

V. 19. *Ludens feci.* Quis per jocum in amicum mittit telum? T.2. D.1. n.11.

Cap.30. v. 2. *Stultissimus sum virorum.* Quomodò quem cognovit sapientissimum mundus, vocatur à se insensatus? T.6. D.6. à n.5.

V. 8. *Mendicitatem & divitias ne dederis.* Quando divitiæ in mendicitate? T.9. D.4. n.12.

ECCLESIASTES.

Cap.1. v.17. *Dedi cor meum, ut scirem prudentiam atque doctrinam, erroresque & stultitiam.* Quomodò in stultitia potest esse sapientia? T.2. D.2. n.4.

V.18. *Qui addit scientiam, addit & laborem.* Quo pacto si labor ex ignorantia? T.1.D.1. n.20.

Cap. 6. v. 7. *Omnis labor hominis in ore ejus.* Cur labor,

Index locor. Sacr. Script.

& omnis labor? T. 10. D. 3. n. 1.

Cap. 10. v. 1. *Pretiosior est sapientia & gloria, parva & ad tempus stultitia.* Quidni si stultitia non pretiosa? T. 2. D. 2. n. 12. Quæ dicatur stultitia parva? n. 13. Quæ stultitia ad tempus? n. 14.

V. 3. *In via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit omnes stultos æstimat.* Unde hujusmodi cognitio? T. 6. D. 6. n. 6.

CANTICORUM.

Cap. 1. v. 11. *Murenulas vermiculatas argento.* Quæ sint, & unde ad fœminarum ornatum? T. 1. E. à n. 22. Cur si inaures adinstar murenarum, dicuntur murenæ, & non inaures? D. 3. n. 13. Cur vermiculatæ? n. 14. & T. 9. D. 3. n. 20. Quomodò factæ ad ornatum Sponsæ? Ibid. n. 18. & 21.

Cap. 2. v. 5. *Fulcite me floribus.* Hebr. *Ignibus.* Quorsùm florum blandimen, & ignis cruciamen? T. 4. D. 1. à n. 5.

V. 7. *Ne suscitetis, quoadusque ipsa velit.* Quare usque ad placitum permittit somnum dilectæ? T. 13. D. 2. n. 4.

V. 13. *Surge amica mea.* Si amicam vocat, & amica non jacet, qua causa dicit quòd surgat? ibid. à n. 3.

Ibid. *Speciosa mea.* Cur *mea*, & non mihi? Ibid.

V. 14. *Ostende mihi faciem tuam.* Quorsùm ostendet, si cuncta ille videt? Ibid. Cur illa vel vocata amica propter speciem, renuit ostendere faciem? Ibid.

Cap. 3. v. 6. *Sicut virgula fumi.* Cur fumus dicitur virga, & virgula? T. 4. D. 6. n. 15.

V. 10. *Ascensum purpureum.* Cur in ferculo non fecit sedem, sed ascensionem? T. 8. D. 6. n. 11.

Ibid. *Propter filias Jerusalem.* Quippini propter se? T. 14. D. 6. n. 4.

Cap. 4. v. 3. *Sicut fragmen mali punici genæ tuæ.* Quo ingenio pro *Fagmen*, Hebr. legit, *Florem*? T. 9. D. 5. à n. 4.

V. 4. *Sicut turris Davit collum tuum.* Quomodò intelligenda hæcceine similitudo? T. 1. E. à n. 21.

V. 9. *Vulnerasti cor meum in uno oculorum.* Qua arte cordis vulnus levis oculorum aspectus? T. 4. D. 3. n. 11. T. 13. D. 2. n. 5. Cur non à duobus? T. 12. D. 6. n. 11. Cur in lamina ærea præsignantur cordis vulnera? T. 6. D. 2. n. 14.

V. 14. *Nardus & crocus.* Cur simul? T. 10. D. 5. n. 4.

V. 16. *Surge Aquilo, veni Auster, &c.* Cur ut fluant aromata, adventus Austri, & Aquilonis necessaria fuga? T. 8. D. 1. n. 3.

Cap. 5. v. 2. *Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror.* Unde si pulsus vulneris, vox dilectionis? T. 9. D. 3. n. 16. Cur dicit, *Mihi*, si aperit? T. 13. D. 2. n. 4.

V. 6. *Declinaverat, atquè transierat.* Quomodò potest declinare, & non transire? T. 14. D. 1. n. 12.

V. 7. *Percusserunt me, & vulneraverunt.* Quid vulnus addit percussioni? T. 10. E. à n. 10. Qua lege percussio sine vulnere? D. 6. n. 5.

Ibid. *Tulerunt pallium meum.* Cur dum pallium tollitur, Sponsus non invenitur? T. 2. D. 5. n. 13.

V. 8. *Amore langueo.* Unde languor amoris, ni amoris sit languor? T. 9. D. 1. n. 3.

V. 14. *Venter ejus eburneus, &c.* Quid voce ventris intelligendum? T. 1. E. n. 36.

Cap. 6. v. 4. *Averte oculos tuos à me.* Quare ejus fastidit oculos, quos intueri cupit? T. 2. D. 5. n. 8.

V. 9. *Quæ est ista quæ progreditur?* Cur ortus Virginis confertur articulo resurrectionis? T. 14. D. 4. à n. 12.

Ibid. *Quasi Aurora.* Cur ita plaùditur oriens? à n. 1.

Cap. 7. v. 1. *Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?* Ut quid designans Sponsæ pulchritudinem, commendat castrorum aciem? T. 10. D. 4. a n. 12.

Ibid. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis!* Cu non pulchri gressus, nec calceamenta; sed gressu[r] cum calceamentis? T. 1. E. n. 41. Quare cujus pul[s]chra facies, describuntur pulchri gressus? T. 14. D. 3. n. 1.

Ibid. *Junctura feminum tuorum.* Quid intelligendum ad literam per feminum junctura? T. 1. E. à n. 38.

V. 2. *Umbilicus tuus:.. venter tuus.* Quid intelligendum in ornatu Sponsæ nomine ventris & umbilici? Ibid. à n. 36.

Ibid. *Sicut acervus tritici vallatus liliis.* Quare fructui simul & floribus similis? T. 10. D. 4. n. 2.

V. 3. *Duo ubera tua.* Quid per ubera ad literam intelligendum? T. 1. E. à n. 35.

V. 12. *Videamus, si flores fructus parturiunt.* Cur in horto non flores inquirit, sed fructus florum? T. 3. D. 4. n. 2.

V. 13. *Omnia poma: nova & vetera.* Quomodò si eadem vetera & nova? n. 13.

Cap. 8. v. 6. *Ut signaculum super cor, super brachium.* Cur primum non sufficit? T. 12. D. 2. n. 6.

Ibid. *Dura sicut infernus æmulatio.* Cur æmulatio confertur inferno? T. 12. D. 6. n. 14.

Ibid. *Lampades ignis, atque flammarum.* Quid novi, si flamma ex igne? T. 4. E. n. 40.

SAPIENTIÆ.

Cap. 1. v. 2. *Invenitur ab his, qui non tentant illum.* Cur ubi deficiunt à vero judicio, judicium dicitur Dei tentatio? T. 10. D. 5. n. 7.

V. 3. *Perversæ cogitationes separant à Deo.* Quænam judicis dicantur perversæ cogitationes? Ibid.

V. 4. *In malevolam animam non introibit sapientia.* Quare cum cognitione perversa, malevola judicis anima? n. 7. Unde constet malevolam esse? n. 8.

V. 5. *Spiritus enim Sanctus disciplinæ effugiet fictum.* Quid est fictum disciplinæ? Ibid.

Ibid. *Aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.* Quomodò sine intellectu cogitatio? n. 7.

Ibid. *Et corripietur à superveniente iniquitate.* Cur non *corrigetur*, sed *corripietur*? Ibid. n. 9. Quare correptio non à veniente, sed à superveniente iniquitate? n. 10.

Cap. 4. v. 13. *Consummatus in brevi explevit tempora multa.* Qua gratia plenitudo temporum consummationis in brevitate temporis? T. 14. D. 6. n. 15.

Cap. 6. v. 11. *Qui custodierint justa justè, justificabuntur.* Cur pro rectà justitia exponuntur simul actio, modus, & materia? T. 11. E. n. 13. D. 4. n. 5.

Cap. 11. v. 14. *Cùm audirent per sua tormenta benè secum agi.* Quando tormentum maximum beneficium? T. 14. D. 1. n. 6.

Ibid. *Admirantes in finem exitus.* Quomodò tormenta in admirationem, dum gignunt acerbitatem? n. 7.

V. 16. *Mutos serpentes.* Quinam serpentes loquaces? T. 13. D. 5. n. 10.

Cap. 16. v. 17. *In aqua, aqua omnia extinguit, plus ignis valebat.* Quomodò? T. 4. E. à n. 35. D. 5. n. 12. An plus in hujusmodi elemento? Ibid. Quid plus in isto miraculo? Ibid.

V. 18. *Mansuetabatur ignis.* Quo pacto si vel in aqua supra virtutem ardebat? T. 4. D. 5. n. 11.

V. 22. *Nix & glacies sustinebant vim ignis.* Quomo-

modò simul ? T.4. D.4. n.13.

V. 27. *Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio Solis, &c.* Quantum hoccine miraculum? T.5. D.1. à n.6.

V. 28. *Quoniam oportet prævenire Solem.* Cur oportebat? n.9. & 10.

Cap. 19. v.19. *Ignis in aqua valebat.* Quo miraculo? T.4. E. n.35.

ECCLESIASTICI.

Cap.2.v.22. *In manus Domini, & non in manus hominum.* Quorsùm geminatio, si Deus non est homo? T. 6. E. n.22.

Cap.5.v.6. *Ne dicas: Miseratio Domini magna est.* Cur mala hujusmodi cogitatio? T.14. D.6. n.19.

Cap.21. v.22. *Compedes in compedibus.* Quò ergo ? T.1. E. à n.10.

V. 29. *In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientium os illorum.* Quorsùm hujusmodi oppositio cordis & oris? T.2. D.1. à n.7.

Cap.22.v.1. *In lapide luteo lapidatus est piger.* Quid luteus lapis? 10. E. 15.

Cap.24.v.18. *Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ Jericho.* Quando Maria exaltata ut palma & rosa ? T.10. D.4. à n.3. Cur in Cades & Jericho? n.5.

V.23. *Ego quasi vitis fructificavi.* Quare non dicitur unde vitis, & dicitur unde botrus? T.4. D.5. n.16. Cur non dicitur vitis, sed quasi vitis? Ibid.

Ibid. *Flores mei fructus.* Quomodò simul? T.10. D.4. n.2.

Cap.27. v.25. *Annuens oculo.* Qui? T.1. E. n.26.

Cap.28. v.28. *Ori tuo facito ostia.* Cur ostia facienda, & non clausura? T.2. D.1. n.2.

Cap.36. v.5. *Non est Deus præter te.*

V. 6. *Innova signa, & immuta mirabilia.* Quomodò immutanda miracula, quippe in tribus personis natura una ? T.6. D.1. à n.14. Quodnam miraculum per incarnationem innovandum? n. 15. Quid sit innovatio, & immutatio in miraculis? n. 16. Quomodò incarnatione immutatum, seu commutatum Trinitatis mysterium? Ibid.

Cap.38. v.21. *Memento novissimorum noli oblivisci.* Quomodò oblivio & recordatio? T.7. D.4. n.3.

Cap. 41. v. 25. *A salutantibus de silentio.* Qua arte oculi silentiosè salutant? T.1. E. n.26.

Cap. 43. v. 7. *A Luna signum diei festi.* Quo ritu & ordine? T.8. E. à n.31.

V. 8. *Crescens mirabiliter in consummatione.* Cur non dicitur, in defectu? T.11. D.1. n.2.

Cap. 47. v. 27. *Reliquit post se gentis stultitiam.* Cur instructus patris Salomonis sapientiâ, non solùm dicatur stultus, sed stultitia? T.6. D.6. à n.5.

ISAIÆ.

Cap.1.v.2. *Audite cœli, & auribus percipe terra.* Quomodò sentient insensibilia ? T.3. D.3. n.7

Cap.3.v.16. *Pro eo. quòd elevatæ sunt filiæ Sion.* Qua arte elevantur? T.1. E. à n.20.

Ibid. *Et ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum.* Quid sit colli extensio, & oculorum nutus? n.26.

Ibid. *Ibant & plaudebant.* Quid in fœminis plausus pedum? Ibid. à n.16. usque ad 35.

Ibid. *Ambulabant pedibus suis.* In quo discrimen ambulationis & incessus? Ibid. à n. 16. Quid sit, ambulare pedibus? Ibid. à n.27. & 40.

Ibid. *Et composito gradu incedebant.* Quid etiam gradus compositus? Ibid. à n.16.

V. 18. *Ornamentum calceamentorum.* Cur hujusmodi ornatus dicitur gloria fœminarum? Ibid. à n.28.

V. 24. *Pro crispante crine calvitium.* Quinam dicantur crines crispi. Ibid. n.23.

Cap.5. v.24. *Lingua ignis.* Quid in igne dicatur lingua? T.4. E. n.39.

Cap.6. v.2. *Seraphim stabant super illud.* Si stant in throno, quorsùm volatus? T.4. D.3. n.10. Unde Propheta cognovit Seraphim? n.14. Quomodò cognovit, si velata illorum facies? Ibid.

Ibid. *Sex alæ uni, &c.* Cur si sex, senis non volant? Ibid. n.10.

Ibid. *Duabus velabant faciem ejus, duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.* Cur non volant alis pedum, vel capitis ? Ibid. Cur volant velata facie? T.13. D.3. n.11. Cur si faciem velant in illam volant? n.12. Quare faciem velant & pedes, quandiù ministrant? T. 4. D. 3. n. 11. Quomodo prophetam videbant, si faciem velebant? n. 12. Qua arte videbant, & non videbant? Ibid. Quare nec vident, nec sinunt videri? n.13.

V.3. *Sanctus sanctus sanctus dominus.* Cur unus Dominus & ter sanctus? T.6. D.1. n.13.

V. 6. *Volavit ad me unus ad Seraphim.* Unde Seraphim cognovit? T. 9. D.1. à n.5. Cur si pollutum vidit, ad indignum volavit? T.4. D.3. à n.12.

V. 8. *Quem mittam? Et quis ibit nobis ?* Quare pluralitas signatur & singularitas? T.6. D.1. n.5.

Cap. 7. v. 3. *Ad extremum aquæductus piscinæ superioris.* Cur ibi, & non alibi signum victoriæ? T.14. D.4. n.16.

V. 14. *Ecce virgo concipiet.* Quomodò in libertatem civitatis partus Virginis ? T. 7. D. 1. n. 8. T. 14. D.4. n.15.

Cap.11. v.1. *Flos de radice ejus ascendet.* Ad quid *ejus*? T. 11. D.2. n.11.

V. 3. *Non secundum visionem oculorum.* Quæ dicatur oculorum visio, & ad quid oculorum? T. 2. E. n. 15. & 19.

V. 9. *Non nocebunt, & non occident in universo monte sancto meo.* An ibi serpentes sine veneno ? T. 10. D.1. n.17. D.2. n.3.

V. 10. *Radix jesse, qui stat in signum.* Cujus? T. 10. D.1. n. 17. An concordantia *Radix* & *Qui*? T.9. E. à n.34.

Cap. 18. v. 2. *In vasis papyri in mare. Ita Angeli veloces ad gentem convulsam.* Cur Angeli mittuntur ad hujusmodi gentem propter vasa papyracea? T. 14. D.6. n.18.

Cap.15. v.10. *Sicut natans ad natandum.* Quò nisi ad natandum? T.5. E. n.10.

Cap.26.v.9. *Cùm feceris judicia tua in terra, justitiam discent.* Cur cùm judicium fecerit? T.11.D.6. à n.11.

V.10. *Misereamur impio, & non discet justitiam.* Qua ratione impium impellit in culpam, quod vocat resipiscentiam. Ibid. à n.7.

Cap.27. v.1. *Visitavit Dominus in gladio.* Quomodò gladio, si visitat verbo? T.10. D.3. n.14.

Ibid. *Duro, grandi, & forti super Leviathan serpentem.* Cur ita in hanc bestiam? T.7. D.3. n.14.

Cap. 30. v. 19. *Plorans nequaquàm plorabis.* Quomodò plorans non plorabit? T.14. D.1. n.10.

Ibid. *Miserans miserebitur.* Quid? latè T.14. E. Quomodò in unica duplex miseratio? D.1. n.8.

Ibid. *Ad vocem clamoris tui.* Si fletus exponitur dolor, unde clamor? Ibid. n.11.

Cap. 31. v. 3. *Ægyptus homo, & non Deus.* Ad quid *non Deus*? T.6. E. n.22. D.1. n.5.

Cap.35. n.6. *Aperta erit lingua mutorum.* An huic pro-

phetiæ reſpondeat, *Pauperes evangelizare?* T.1.D.6. n.8.

Cap. 38. v. 17. *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.* Quomodò ex pace amaritudo tanta? T. 13. D. 3. à n.4.

Cap.40. v.15. *Quaſi momentum ſtateræ.* Quare judicium vocatur ſtateræ momentum? T.1. D.2. n.2.

Cap.41. v.3. *Tranſibit in pace.* An neceſſarium, ut tranſitus ſit in pace, quod à nullo cognoſcatur tranſire? T.4. D.2. n.1.

Ibid. *Semita in pedibus ejus non apparebit.* Cur etiam, quòd veſtigium currentis evaneſcat? T. 14. D. 2. n. 1. T.7. D.4. n.4. Quodnam periculum ſi veſtigium appareat? n.5.

V.24. *Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum.* Si opus, quomodò ex nihilo? T.6. E. n.7. & 21.

Cap. 42. v. 11. *Sublevetur deſertum & civitates ejus.* Qua fabrica in deſerto, ut deſerto, civitates? T.12.D.2. n.1.

V. 18. *Cæci intuemini ad videndum.* Ad quid ergo? Et ſi cæci quomodò? T.2.E. n.16.

Crp. 45. v. 15. *Verè tu es Deus abſconditus.* Quo pacto ſi illum vidit? T. 6. E. n.15. Quouſque latuit? T. 7. D.1. n.10. An tunc magis patuit? T.2. D.5. n.13.

Cap. 47. v. 14. *Ignis combuſſit eos.* Ad quid ignis? T. 4. D.4. n.12.

Cap. 48. v. 11. *Propter me propter me.* Cur ſeſe reſpicit, & non homines, dum hominibus favet? T.6. D.2. n.7.

V. 15. *Ego ego.* Quomodò ipſe idem & aliud? T. 6. D.1. n.15. Cur idem ipſe? T.6. D.2. n.7.

Cap.50. v. 4. *Dedit mihi linguam eruditam.* Quamnam? T. 3. E. n. 15. Quomodò linguam eruditionis, ſi pollutus labiis? D.3. n.7.

V.11. *Vos accendentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis.* Quomodò uſtio ex ignis ſplendore, & non ex igne? T.8. D.6. n.6.

Ibid. *In doloribus dormietis.* Quare dolent & requieſcunt? n.7.

Cap.56.v.8. *Adhuc congregabo ad eum congregatos ejus.* Si congregatio ſupponitur, unde congregationis congregatio? T.12. D.3. n.6.

V. 10. *Canes muti non valentes latrare.* Cur non valentes, & nequaquàm nolentes? T.13. D.5. n.8. Cur ſi latrant detractores dicuntur muti canes? n.9.

Cap.59. v. 10. *Impegimus in miridie, quaſi in tenebris.* Quomodò in tenebris majoris præſentiâ lucis? T.6. D.4. à n.3.

Cap.61. v.2. *Annum placabilem Domino, & diem ultionis.* Quomodò ultionis, ſi pacis? T.14. D.6. n.19.

V. 7. *Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt.* Cur duplicia & in terra propria? n. 12. Quid eſt, *Propter hoc?* Ibid.

Cap.64.v.3. *Cùm feceris mirabilia, non ſuſtinebimus.* Quænam mirabilia? T.7. D.5. n.7. Quibus ad illa non eſt patientia? Ibid.

Ibid. *Deſcendiſti, & à facie tua montes defluxerunt.* Quinam montes, dum deſcendit conditione carnis? T. 7. D.5. n.5.

Cap.65. v.11. *Ponitis Fortunæ menſam.* Quæ menſa Fortunæ dicata? T. 8. E. n. 24. An Hebræi adoraverint Fortunam? T. 7. D. 1. n. 6. Cur Fortuna dicitur dæmon? n.7.

V.17. *Cœlos novos, & terram novam.* Quando viſa? T. 7. D.6. n.16.

V. 20. *Non erit ubi ampliùs infans dierum.* Quid hujuſmodi phraſis? T.8. E. n.63.

Ibid. *Et ſenex, qui non impleat dies ſuos.* Quiſnam expletis, non implet? T.8. D.4. n.5.

Ibid. *Puer centum annorum.* Quis? n.4.

Ibid. *Et peccator centum annorum.* Cur peccator dicitur puer? Ibid.

JEREMIÆ.

Cap.1. v.5. *Santificavi te.* Quid ſit hìc ſanctificare? T.5. E. n.16.

Cap.2. v.35. *Abſque peccato & innocens ego.* Cur innocentiæ addit innocentiam? T.11. E. Latè. D.2.n.1.

Cap.6. v.23. *Crudelis eſt, & non miſerebitur.* Quare non miſeratio additur crudelitati? T.14. E. à n.39. Qui in diritate miſericors? D.1. n.5.

Cap. 7. v. 4. *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini.* Quomodò mendacium, ſi verum templum? T.12. D.2. à n.7.

Cap.8.v.9. *Sapientia nulla eſt in eis.* Quare nulla, ubi florebat ſapientia? T.7. D.5. n.11.

V. 13. *Congregans congregabo.* Quid? T.12. E. à n.30. Quis colligendo dupergit? D.3. n.6.

V.15. *Expectavimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ & ecce formido.* Quomodò nec pax bona, nec in curatione medela? T.7.D.2. n.15. Cua innocens timet curationem operantium iniquitatem? D. 3. à n.11.

Cap.9.v.1. *Quis dabit capiti meo aquam?* Quare ſi lachrymas habet, lachrymas optat, ut ploret? T.13.D.6. n.8.

V.21. *Aſcendit mors per feneſtras.* Quæ feneſtræ in mortem? T.5. D.1. n.12.

Cap. 10. v. 14. *Stultus factus eſt à ſcientia.* Quomodò à ſcientia ſtultitia? T.6. D.6. n.1.

Cap. 14. v. 19. *Expectavimus pacem, & non eſt bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio.* Quomodò turbatio ex pacis beneficio? T.7. D.2. n. 15. D. 3. à n.10.

Cap 15. v.4. *Propter Manaſſen.* Cur illius peccatum dicitur peccatum Judæorum, punitorum propter illum? T.14. E. n.15.

Cap. 17. v. 16. *Diem hominis non deſideravi.* Quodnam tempus dicatur hominis dies? T.8. D.4. n.5.

Cap.20. v. 9. *Defeci, ferre non ſuſtinens.* Quo pacto defeciſſe dicit, ſi defecit? T.6. D.2. n.12.

Cap. 28. v. 3. *Adhuc duo anni dierum.* Quid ſignet dies ſuper annos? T.8. E. à n.58.

Cap.30.v.13. *Inſanabilis fractura tua: peſſima plaga.* Quomodò plaga ex medicina, & in beneficio curationis, curatio inutilis? T.7. D.2. n.15.

Cap. 31. v.18. *Caſtigaſti me, & eruditus ſum.* Cur recepta doctrina ex iniquitatis pœna? T.11. D.6. n.8.

Cap. 33.v. 6. *Ecce ego.* Cur ipſe medetur, & non alius? T.7. D.2. n.6.

Ibid. *Obducam eis cicatricem.* Quare ſi curare potens ſine cicatrice? Ibid. Cur ſanitas adducta, quia cicatrix obducta? n.17.

Ibid. *Et ſanitatem & curabo.* Cur ex beneficio curationis etiam ſanitatis? n.18.

Ibid. *Revelabo deprecationem pacis, & veritatis.* Quare paci jungitur veritas? Ibid. n.19.

Cap. 39. v. 9. *Magiſter militum.* Cur magiſter dicitur & non dux? T.10. D.1. n.5.

Cap.50. v. 20. *In diebus illis, & in tempore illo quæretur iniquitas Iſrael, & non erit.* Quando? T. 6. D. 3. n. 15. Non erit Iſrael, vel iniquitas? n. 12. & 14.

Ibid. *Et peccatum Judà, & non invenietur.* Quomodò inquiſitum & factum, non inveniendum? Ibid. à n.11.

Cap.51.v.9. *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata.* Si ſanata non eſt, qua arte curata fuit? T.7.D.2. à n.11.

V. 18. *Vana sunt opera, & risu digna.* Quare excitant opera risum, ambientia plausum? T. 6. D. 5. n. 3.

THRENORUM.

Cap. 1. v. 2. *Plorans ploravit in nocte.* Quidùm in die? T. 13. D. 6. n. 7.

V. 12. *O vos omnes, qui transitis per viam, &c.* Cur acerbitas dolorum à præsentia transeuntium? T. 2. D. 3. n. 10. Cur exprimens doloris vehementiam, dicit videntes transire per viam? n. 11.

Ibid. *Videte, si est dolor, sicut dolor meus.* Cur si vident, invitat in visionem? n. 12. An dolor major dolore urgente? T. 2. D. 3. à n. 9.

V. 13. *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudivit me.* Quænam doctrina ex igne incluso intra ossa? T. 13. D. 6. n. 9.

Cap. 2. v. 21. *Percussisti, nec misertus es.* Quando misereturr, & percutit? T. 10. E. n. 13. T. 14. D. 1. tot.

Cap. 3. v. 20. *Memoria memor eri.* Ad quid additur memoria? T. 7. E. n. 20. An memoria sine recordatione? D 4. n. 3.

Cap. 5. v. 1. *Intuere & respice.* Quid? T. 7. E. n. 7. & 23.

EZECHIELIS.

Cap. 1. v. 5. *In medio similitudo quatuor animalium.* Cur vocantur animalia, si natura Cherubica? T. 11. D. 5. à n. 6.

V. 6. *Quatuor facies uni.* An verè facies? n. 15.

Ibid. *Et quatuor pennæ uni.* Cur uni tot pennæ? n. 9.

V. 8. *Manus hominis sub pennis eorum.* Cur in Cherubinis manus hominis? T. 3. D. 4. n. 6. Quare sub pennis T. 11. D. 5. n. 9.

Ibid. *Et facies & pennas per quatuor partes habebant.* Cur pennis respondebant facies? Ibid. n. 10. & 12. Cur si in capite facies, non describitur caput? n. 11.

V. 10. *Similitudo vultus eorum facies hominis, & facies leonis, &c.* Quomodò si facies una, ita diversa? n. 15.

V. 16. *Quasi sit rota in medio rotæ.* Ad quid in rota rota alia? T. 4. D. 3. n. 8.

V. 18. *Totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum.* Quare oculi in currus orbibus, & non in animalibus? T. 4. D. 3. à n. 8.

Cap. 2. v. 1. *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini.* Cur non gloria, sed similitudo? T. 5. D. 2. n. 9.

V. 10. *Scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.* Quo pacto dulces, si scriptæ infelicitates? T. 2. D. 1. n. 11.

Cap. 3. v. 1. *Comede volumen istud.* Quomodò devorandæ lamentationes? T. 13. D. 9. n. 9.

V. 3. *Venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto: & factum est in ore meo sicut mel dulce.* Quo pacto ubi dolores sedent in visceribus, acrimonia subtrahenda doloribus? T. 3. D. 8. n. 9. Quomodò quando amarum & acre, potest esse, uti mel, dulce? T. 2. D. 2. n. 10. & T. 13. D. 6. n. 9.

Cap. 10. v. 9. *Rota una juxta Cherub.* Cur juxtà, & non suprà? T. 11. D. 5. n. 8. Cur unicuique rota? n. 14.

V. 12. *Colla manus, &c.* Cur non describit capita? T. 11. D. 5. n. 11. Quæ vocentur in rotis colla & manus? n. 14.

V. 14. *Facies una facies Cherub.* Quomodò si non visa facies Cherubica? n. 15. Quid facies Cherub, cùm non haberent quinque facies? T. 13. E. n. 13

Cap. 11. v. 11. *Cor lapideum de carne eorum.* Qua conditione carneum & lapideum? T. 10. D. 6. n. 6.

Cap. 16. v. 33. *Dona donabas.* Quid? T. 9. E. à. n. 39.

V. 40. *Lapidabant te lapidibus.* Quorsùm lapidibus? T. 10. E. à n. 16. D. 3. n. 5.

Cap. 18. v. 6. *Oculos suos non levaverit ad idola.* Si interdicitur adoratio, ad quid inhibetur visio? T. 8. D. 5. à n. 8.

V. 20. *Filius non portabit iniquitatem patris.* Quo jure si puniuntur peccata usque ad tertiam & quartam generationem? T. 14. E. à n. 10.

Cap. 24. v. 23. *Coronas habebitis in capitibus vestris.* Ad quid coronæ in luctu? T. E. à n. 2. Qua formà & materia coronæ Hebræor. laicorum? Ibid. à n. 4. & n. 8.

V. 27. *Loqueris & non silebis.* Quorsùm non silentium in loquela? T. 3. E. n. 7.

Cap. 40. v. 16. *Et fenestras obliquas.* Cur non rectas? T. 5. D. 1. n. 11.

Cap. 47. v. 12. *Fructus ejus in cibum, & folia ejus ad medicinam.* Quare ex medicina pendet, quòd ligni fructus sit cibus? T. 13. D. 4. à n. 11.

DANIELIS.

Cap. 3. v. 21. *Vincti cum braccis suis, & tiaris.* An braccæ in usu apud Hebræos? T. 5. E. à n. 21. Quæ & ex quo illorum tiara? Ibid. n. 4.

V. 22. *Viros illos, qui miserant::. interfecit flamma ignis.* Quare ignis pepercit projectis, & non projectoribus ministris? T. 5. D. 2. n. 5.

V. 50. *Non tetigit eos omninò ignis.* An majus miraculum ex illæsione, & tactu? T. 4. D. 5. n. 9.

V. 91. *Rex obstupuit.* Unde admiratio? T. 5. D. 2. n. 6.

V. 92. *Species quarti similis filio Dei.* Unde qui à primis ungulis aluit feritatem, filii Dei habuit speciem? T. 5. D. 2. n. 6. Cur dicit speciem? Ibid.

Cap. 5. v. 27. *Inventus est minus habens.* Quantum pondus, ubi invenitur minus? T. 1. D. 2. n. 3.

Cap. 7. v. 9. *Thronus ejus flammæ ignis: rotæ ejus.* Quorsùm rotæ in throno? T. 4. D. 6. n. 5.

Cap. 9. v. 27. *Erit in templo abominatio desolationis.* Quænam in templo dicitur abominatio? T. 12. D. 2. n. 9. Cur in publicitate templi, dicitur in solitudine? n. 7.

Cap. 10. v. 5. *Levavi oculos meos & vidi.* Vidit, quia levavit oculos, vel econtrà? T. 7. D. 1. n. 15.

Ibid. *Et ecce vir unus.* Ad quid unus? Ibid.

Ibid. *Vestitus lineis.* Quisnam hic? n. 14. Cur vestitus & lineis? n. 15.

V. 9. *Jacebam consternatus super faciem meam.* Cur si ejusdem naturæ & visus & videns, ille procedit rectè, & jacet iste curvè? T. 7. D. 1. n. 15.

V. 10. *Et ecce manus tetigit me.* Cur invenit statim manum erigentem? n. 14.

Ibid. *Et erexit me super genua mea.* Cur remanet super genua dum jubetur stare super pedes in gradu? n. 13.

OSEE.

Cap. 1. v. 6. *Oblivione obliviscar.* Quid? T. 7. E. à n. 20. Quid sit oblivio oblivionis? D. 4. n. 3.

Cap. 2. v. 6. *Sepiam viam tuam spinis.* Cur seminanda spinis in obstaculum, dum formatur iter in processum? T. 12. D. 1. n. 5. Quare dicitur via tua? n. 6.

Ibid. *Et semitas non inveniet.* Quo studio & spinis seminatur, & via in viam non invenitur? n. 7.

Cap. 4. v. 1. *Non est scientia Dei in terra.*

V. 3. *Propter hoc pisces maris congregabuntur.* Quid piscium congregatio, ut Deitatis in homine sit cognitio? T. 3. D. 3. n. 4.

Cap. 9. v. 3. *Reversus est Ephraim in Ægyptum.* Quando, & quomodò? T. 8. D. 1. n. 11.

Cap. 11. v. 4. *In funiculis Adam traham eos.* Qua arte revocandi funiculis, cum quibus in contraria tracti? T. 7. D. 1. n. 5. Qui sint hi funiculi? Ibid.

Ibid. *In vinculis charitatis.* Quo ingenio vincula charitatis ex funiculis perditionis? Ibid.

V. 9. *Non faciam furorem iræ meæ::. quoniam Deus ego & non homo.* Cur dum pietati Deus consulit, Deum,

&

& non hominem se dicit? T. 6. D.2. à n. 5. Quid indicet hujusmodi insigne? T. 6. E. n.22. & D.1. n.15.

Cap.12. v. 3. *Directus est cum Angelo.* Bono, vel malo? T.1. D.6. n.14.

V. 4. *Flevit, & rogavit eum.* Cur flet & rogat, dum adversarius minimè prævalebat? Ibid. n. 15. T. 9. D.6. à n.5.

Cap.14. v.6. *Germinabit sicut lilium.* Alii: sicut Phœnix. Quo vinculo? T.4. D.1. à n.8.

JOEL.

Cap. 2. v. 23. *Præstabilis super militia.* Quid sit in Deo hujusmodi præstantia? T.14. E.n.27.

V. 31. *Dies Domini magnus & horribilis.* Quomodò plenus horrore, si magnus insigni singulari pietate? T.14. D.5. n.11.

AMOS.

Cap.9. v.6. *Ædificat in cœlo ascensionem suam.* Quo pacto ascensionem, si ibi Deus collocat sedem? T. 8. D.6. à n.9.

Ibid. *Et fasciculum super terram.* Quid est fasciculus? Ibid.

ABDIÆ.

V.20. *Transmigratio Jerusalem, quæ in Bosphoro est.* Quomodò in Bosphoro, seu Hispania Jerusalem inventa? T.7. D.6. n.5. & 9.

JONÆ.

Cap. 1. v.3. *Ut fugeret à facie Domini.* Quomodò à facie Domini fugere quibat? T.5. D.6. n.4.

V. 5. *Miserunt vasa, quæ erant in navi in mare.* Cur pretiosa projiciunt? n. 5. Quare si securior navis; dum plus habet ponderis, in securitatem alleviatur navis? Ibid.

Ibid. *Dormiebat sopore gravi.* Quare altiùs dormit, dum naufragium incumbit? Ibid.

MICHÆÆ.

Cap.2. v.12. *Congregatione congregabo totum te.* Ad quid *Congregatione* & *Totum*, & *Te*? T.12. E. à n.30.

Cap.3. v.5. *Mordent dentibus suis.* Quid sit dentibus mordere? T.3. E. à n.21.

Ibid. *Sanctificant super eum prælium.* Quid prælium à Vatibus sanctificari? n.24.

Cap. 5. v.1. *Nunc vastaberis filia latronis.* Cur nunc, & pòst inexpugnabilis? T.14. D.3. n.11.

V.2. *Egressus ejus ab initio, à diebus æternitatis.* Quare si æternitas, signatur initium? T.6. E. n.16.

V.3. *Propter hoc dabit eos, usque ad tempus in quo parturiens pariet.* Quid ly *Parturiens*? T.14. D.3.n.10. Quid & ad quid suppositum *Propter hoc*? n.11.

Cap. 7. v.19. *Projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* Quid projectio in mare cum remissione peccatorum? T.7. E. à n.15. usque ad 19.

NAHUM.

Cap. 1. v. 3. *Mundans non faciet innocentem.* Quare & quomodò innocentem ut innocentem non cognoscet? T.14. E. à n.23.

HABACUC.

Cap. 1. v. 3. *Quare ostendisti mihi iniquitatem?* Cur non tam queritur de iniquitate, quàm de ostensione? T.7. D.3. n.14.

Cap. 3. v. 5. *Egredietur diabolus ante pedes ejus.* Cur diabolus fugit, Christo in cruce pendente? T.9. D.4. n.9.

SOPHONIÆ.

Cap.1. v. 2. *Congregans congregabo.* Quid hoc? T.12. E. à n.30. Quomodò aliter? D.3. n.7.

Cap. 3. v. 9. *Tunc reddam populis labium electum.* Quodnam idioma, aut lingua electa? T.3. D.2. n.9.

ZACHARIÆ.

Cap.5. v.2. *Video volumen volans.* Cur Hebr. *Falcem volantem*? T.6. D.6. n.4.

Cap. 12. v. 6. *Habitabitur Jerusalem rursùs in loco suo in Jerusalem.* Ubi ergo? T.12.E. à n.19. Quando impleta prophetia? n. 20. Ubi translata, ut iterùm in loco suo ædificaretur? T.7. D.6. n.9.

MALACHIÆ.

Cap.4. v.2. *Orietur Sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus.* Quænam infirmitas, cui in pennis ferenda sanitas? T.14. D.3. n.5.

1. *MACHAB.*

Cap.1.v.1. *Post annos dierum.* Ad quid *Dierum*? T.8.E.58.

Cap.9.v.10. *Moriamur in virtute propter fratres nostros.* An major virtus? T.12. D.4. n.11.

2. *MACHABÆOR.*

Cap.1. v.2. *Pacem bonam.* Quamnam? T.12. D.3. n.4.

V. 20. *Non invenerunt ignem, sed aquam.* Quomodò aqua in ignem & econtrà? T.4. D.4. n.13.

Cap. 3. v. 24. *Spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis evidentiam.* Cur non dicitur potestatis magnæ ostensio, sed ostensionis magnitudo? T.7. D.6. n.9.

V. 25. *Apparuit quidam equus terribilem habens sessorem.* Cur descendit eques de cœlo pro populo? Ibid.

Ibid. *Videbatur arma habere aurea.* Cur nulla gladii fit mentio? T.10. D.2. n.12.

V. 27. *Insella gestatoria posita.* An usus lecticarum apud Hebræos? T.1. E. n.43.

V. 29. *Per divinam virtutem jacebat mutus.* Unde linguæ impedimentum? T.10. D.2. n.10.

V.30. *Templum gaudio & lætitia impletum.* Quare prælium commutatum in chorum? n.12.

Cap.4. v. 40. *Ætate autem & dementia provecto.* Quibus idem ætas, & in iniquitate dementia? T.8. D.4.n.5.

Cap.5.v.4. *Rogabant, in bonum monstra converti.* An irregularia meteora à natura? T.4. E. à n.17.

NOVUM TESTAMENTUM.

Matthæi.

Cap. 1. v. 1. *Liber generationis Jesu-Christi.* Quisnam hic liber? T.14. D.4. n.5.

Ibid. *Filii David, filii Abraham.* Cur non dicit divinitatem, dum describit Deum hominem? Ibid.

V. 16. *De qua natus est Jesus.* Cur non dicitur de quibus nata, sed quis natus ex illa? n.7. & 9.

V. 18. *Christi autem generatio sic erat.* Ad quid sponsi genitricis mentio, si ex illo non generatio? T. 13. D.1. n.13.

Ibid. *Cùm esset desponsata mater ejus Maria Joseph.* Cur encomia Josephi ex desponsatione? n.2. & 9. Quare nihil de Joseph dicitur, antequàm Virgo desponsaretur? n. 7. Cur si intenditur desponsationis explicatio, priùs dicitur Virgo mater Jesu, quàm sponsa Joseph? Ibid.

Ibid. *Inventa est, in utero habens de Spiritu Sancto.* Si plena de Spiritu Sancto, quid quòd desponsata Josepho? n.13.

V. 19. *Voluit occultè dimittere eam.* Cur si summè diligebat, dimittere cogitabat? T.13. D.1. n.12.

V.20. *Noli timere.* Quidùm *Crede*? n.10. & 12.

V.25. *Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum.* Cur Joseph priùs perfectionem Virginis non cognovit? n. 8. Quomodò facie illam non cognosce-

bat, si duxerat? n. 10. & 12. Qua veritate absolutè dicitur, quòd illam non cognosceret, donec peperit? n. 18.

Cap. 2. v. 2. *Vidimus stellam ejus.* Cur *Ejus*, si cæteræ etiam illius? T. 7. D. 6. n. 3. An hujusmodi meteoron à natura? T. 4. E. a n. 16. Cur in haccine stella præsignata Angelorum custodia? T. 4. D. 3. à n. 5.

V. 12. *Reversi sunt in regionem suam.* Cur redeunt in propria, præsentiâ Dei, & Virginis derelicta? T. 11. D. 3. à n. 8.

V. 20. *Vade in terram Israel.* Quippini *Revertere*? T. 2. D. 2. n. 5.

Cap. 4. v. 1. *Ut tentaretur à diabolo.* Ad quid diaboli expressio, si tentatio? T. 6. D. 4. n. 6.

V. 3. *Accedens tentator dixit: Dic ut lapides isti panes fiant.* Cur exponit miraculum in alimentum? n. 7.

V. 5. *Tunc assumpsit eum diabolus:. super pinnaculum templi.* Quare dicitur tentatio, assumi in templi fastigium, & minimè restitui, unde assumptus, in locum? n. 8. Cur dicitur *Tunc*? T. 8. D. 2. n. 5.

V. 8. *Ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Quomodò gloriam mundi, si mundus non habet gloriam? T. 6. D. 4. n. 9. & 10. Quando mundus despicitur, & non gloria? n. 11.

V. 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Cur ex servitio astruitur adoratio? T. 6. D. 4. n. 12.

Cap. 5. v. 2. *Aperiens os suum.* Cur in eloquium præscribitur supponendum? T. 3. E. n. 5.

V. 4. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Quamnam terram? T. 12. D. 5. n. 16. Cur terra pro gloria promittitur? Ibid. Quidùm dicitur: *Habebunt*, sed *Possidebunt*? Ibid. Quo jure possessio, si in terra habitare, est continua tribulatio? n. 17.

V. 22. *Reus erit gehennæ ignis.* An duplex infernus frigoris & caloris? T. 4. D. 4. n. 15. & 17.

Cap. 7. v. 14. *Pauci sunt, qui inveniunt eam.* Cur non dicit: *Pauci intrant*, aut *Requirunt*, sed qui inveniunt? T. 8. D. 2. n. 2.

Cap. 10. v. 11. *Ibi manete, donec exeatis.* Quomodò aliter? T. 12. E. à n. 27. D. 2. à n. 3.

Cap. 11. v. 5. *Pauperes evangelizantur.* An inter miracula insignius? T. 1. D. 6. n. 7. Quid ly *Pauperes*? n. 8.

V. 7. *Arundinem vento agitatam?* Quare rectitudo Præcursoris longè à facilitate arundinis? T. 1. D. 5. à n. 2.

V. 11. *Non surrexit inter natos mulierum major Joanne.* Quare dum in lucem prodit, asseritur, quod surrexerit? T. 14. D. 4. à n. 10.

Cap. 12. v. 40. *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.* Quo computo numerandum? T. 8. E. n. 16.

Cap. 13. v. 4. *Videntes videbitis & non videbitis.* Quomodò T. 2. E. n. 5. Quomodò visa non visa? D. 3. n. 7. T. 12. D. 6. à n. 10.

V. 42. *Ibi stridor dentium.* An ex calore? T. 4. E. n. 42. D. 4. n. 4.

V. 44. *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito.* Quis absconditus thesaurus? T. 7. D. 5. à n. 10.

Ibid. *Quem qui invenit.* Qua industria? n. 11.

V. 45. *Homini negotiatori.* Cur tot rebus simile regnum Dei? T. 11. D. 3. n. 13.

Cap. 14. v. 29. *Ambulabat super aquam.*

V. 30. *Videns ventum validum, timuit.* Quisnam ventus videtur? T. 7. D. 4. n. 13. Quare modò mergitur? n. 12. Cur non timet mare inflatum, & timet ventum? n. 13.

Cap. 15. v. 9. *Docentes doctrinas, & mandata hominum.* Quænam istiuscemodi doctrinæ? T. 14. D. 6. n. 20.

Cap. 16. v. 16. *Tu es Christus filius Dei vivi.* An magis luceat majestas Deitatis, dum signatur quasi unus ex Prophetis? T. 5. D. 3. n. 14.

V. 19. *Claves regni cœlorum: & quodcunque ligaveris, &c.* Quare ut liget & solvat, si clavis ut aperiat & claudat? T. 14. D. 6. n. 22.

V. 24. *Abneget semetipsum.* Quare necessaria abnegatio sui, etiam suppositâ mundi renunciatione? T. 7. D. 4. n. 6.

Cap. 17. v. 2. *Et transfiguratus est ante eos.* An major gloria in theatro, quàm corpore videri glorioso? T. 9. D. 1. n. 3.

Ibid. *Resplenduit.* Cur de hujusmodi splendore Christus dolet? n. 4. Cur ex consortio ignis & nivis specimen diræ passionis? T. 4. D. 4. à n. 6.

V. 5. *Hic est.* Quare in transfiguratione plaudiur uti Salvator? Ibid.

Ibid. *Ipsum audite.* Quidùm *Videte*? n. 2.

V. 8. *Neminem viderunt, nisi solum Jesum.* An majus miraculum tunc Christum videre solum? n. 11.

Cap. 18. v. 10. *Angeli eorum.* Cur si nobiscum tam boni, quàm mali, boni tantùm dicuntur nostri? T. 12. D. 3. n. 8. T. 4. D. 3. n. 3.

Cap. 20. v. 6. *Quid hìc statis totâ die otiosi?* Cur hos tantùm increpat? T. 14. D. 6. n. 23. & vocat otiosos? T. 8. D. 2. n. 4.

V. 7. *Quia nemo nos conduxit.* An excusatio, vel accusatio? Ibid.

V. 12. *Hi novissimi una horâ fecerunt.* Quare eadem præmia laborantibus una hora? T. 14. D. 6. n. 23.

Ibid. *Et pares illos nobis fecisti.* Si juxta labores merces, quare non major, ubi plus laboris? Ibid. n. 16. & 18.

Ibid. *Portavimus pondus diei.* Quomodò rediguntur intra unius diei spatium, tot labores sæculorum? n. 14.

V. 22. *Nescitis.* Cur dicitur nescientia, petere latera? T. 5. D. 3. n. 3.

Cap. 22. v. 9. *Quoscunque inveneritis, vocate.* An quem nudum pòst in nuptiis invenit, per servos vocaverit? T. 8. D. 1. n. 12.

V. 12. *Amice.* Cur exprimit amicitiam, suscipiens injuriam? n. 10.

Ibid. *Quomodò huc intrasti?* Quare crimina non reprehendit, sed duntaxàt quòd intraverit? n. 12. Cur non inquirit, quare intraverit, sed quomodò? Ibid.

Ibid. *Non habens vestem nuptialem.* Cur si habebat, non habere judicat? n. 10. Cur non habebat? n. 11.

Ibid. *At ille obmutuit.* Quare objectis non respondet? n. 12.

V. 13. *Mittite eum in tenebras exteriores.* Si vocatur recipitur, cur pòst vocationem expellitur? Ibid.

V. 18. *Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis?* Cur hujusmodi quæstio dicitur ex nequitia tentatio? T. 14. D. 6. n. 20.

V. 21. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Cur unico dubio erga censum duplex signatur responsum? Ibid.

Cap. 23. v. 35. *A sanguine Abel.* Cur ab hoc omnis sanguis martyrum? T. 9. D. 5. à n. 6.

Cap. 24. v. 20. *Orate, ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato.* Quare? T. 8. D. 5. n. 1.

Cap. 26. v. 17. *Prima autem die azymorum.* An Christus Pascha eodem die, quo Judæi, celebraverit? T. 8. E. à n. 8.

V. 26. *Hoc est corpus meum.* Quid ly *Hoc*? T. 9. E. n. 37.

V. 39. *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste.* Cur *Iste*? T. 1. D. 1. n. 5. Cur dicit: *Si possibile*? n. 6.

Qua-

Quare Matth. scribit conditionatè, quod Marcus absolute? n.7. Quomodò refugit crucem, qui illam elegit, ut salvaret hominem? T.12. D.4. n.13.

Ibid. *Verùntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Quare non sicut volebat filius? à n.6.

V. 40. *Dicit Petro*: *Sic*? Cur dormientibus cæteris increpatio dirigitur Petro? T.8.D.2.n.3. Quid signat *Sic*? Ibid.

V. 53. *Exhibebit mihi plusquàm duodecim legiones Angelorum.* Quare de Angelorum choro fit mentio, dum erat opus multiplici gladio? T.10. D.2.n.8.

Cap.27. v. 9. *Dictum est per Jeremiam.* Quomodò si per Zachariam? T.14. E. n.5. & 7.

V.54. *Vere filius Dei erat iste.* Unde in Ethnico tam sublimis cogitatio? T.12.D.4.n.10. Cur verè? T.6. E. n.11.

Cap.28. v.19. *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Cur si nomina trium, in nomine, & nequaquàm in nominibus? T.6. D.1. n.3.

MARCI.

Cap. 1. v. 2. *Sicut scriptum est in Isaia.* Quomodò si in Malachia? T.14. E. n.5. & 7.

V. 7. *Cujus nondum dignus procumbens solvere corrigam calceamenti ejus.* Quinam solutionis calceorum mos apud Hebræos? T.5. E. n.19.

Cap.3. v.33. *Quæ est mater mea, & fratres mei?* Cur affectit ignorantiam, cujus non respuebat personam? T.11. D.4. n.1.

Cap.4. v.12. *Videntes videant, & non videant.* Quomodò contradictoria? T.2. E. n.15.

V. 39. *Tace, obmutesce.* Cur mari non dixit: *Quiesce*, sed *Tace*? T.2. D.1. n.13.

Cap.6. v.10. *Illic manete, donec exeatis inde.* Ut quid exprimitur, quo necessariò supponitur? T.2. E. à n. 27. Quorsum exitus meditandus, si in mansione non est exitus? D.2. à n.3.

Cap.8.v.28. *Unum quasi de Prophetis.* An in ly *Quasi* explicetur excellentia personæ Christi? T. 5. D. 3. n.14.

Cap.9.v.23. *Credo Domine: adjuva incredulitatem meam.* Quomodò credit? T.2. E. n.11.

V.46. *Si oculus tuus scandalizat te, ejice eum.* Cur non utrumque? T.5. D.1. n.2.

Ibid. *In gehennam ignis.* Cur non in ignem gehennæ? T.4. D.4. n.7.

Cap.10. v.29. *Qui reliquerit agros propter me.*

V. 30. *Qui non accipiet centies cum persecutionibus.* Cur in mundi renunciatione, ne persecutio sit, dicit: *Propter me*? T.7. D.4. n.5. Quando despectus temporalium est fomes persecutionum? n.6.

V. 41. *Audientes cœperunt indignari.* An fastidium ex æmulatione, vel ex virtute? T.5. D.3. n.3.

Cap.11. v.24. *Accipietis, & evenient vobis.* Quid? T.8.E. n.52. Quibus non evenit, estò accipiant? T.9.E.

Cap.12.v.26. *Super rubum.* Quomodò si in flamma rubi? T.4. E.n.27. & 31.

V.30. *Diliges ex toto corde, & ex tota mente.* Quare officium cordis operatio mentis? T.6. D.6.n.5.

Cap.13. v.18. *Orate, ut ne hyeme non fiant.* Quid ad tormentum, quòd persecutio in hyeme, vel in æstate? T.8. D.4. à n.9.

Cap.14. v.8. *Prævenit ungere corpus meum in sepulturam.* Ad quid si corpus non visurum corruptionem? T.4. D.1. n.11.

V.12. *Primo die Azymorum, quando Pascha immolabant.* Quomodò si cœnam celebravit ante diem festum Paschæ? T.8. E. à n.11.

V. 36. *Omnia tibi possibilia sunt.* Quomodò apud Matth. *Si possibile*? T.1. D.1. n.7.

Ibid. *Sed non quod ego volo, sed quod tu.* Cur non dicit, *Sicut tu*? à n.4.

V. 65. *Velare faciem, & colaphis cædere.* Cur dum percuti, permisit faciem velari? T.2. D.2. n.4.

Cap.16. v.1. *Emerunt aromata.* Ad quid si resurrecturus? T.1. D.1. n.10.

V. 6. *Nazarænum crucifixum.* Cur si quærunt crucifixum, etiam vocat Angulus Nazaræum? T.9.D.5. n.11.

V.17. *Linguis loquentur novis.* Si lingua nova non est, in quo novitas linguarum? T.3. D.2. à n.10. D.3. à n.7.

LUCÆ.

Cap1. v. 20. *Eris tacens, & non poteris loqui.* Quomodò aliter? T.2. D.2. n.9.

V.38. *Fiat mihi.* Cur non additur: *Et factum est*? T.4. D.2. n.12. Cur *Fiat* addit *Mihi*? Ibid.

Ibid. *Et discessit ab illa Angelus.* Cur reliquit quam matrem Dei cognoscit? T.11. D.3. n.11.

V.64. *Apertum est os ejus, & loquebatur.* Quorsùm os apertum? T.3. E. n.5.

V. 65. *Factus est timor.* Quomodò formidò, si ex nativitate admiratio? T.13. D.1. n.12.

V.68. *Visitavit, & fecit redemptionem.* Cur ex redemptione cognoscitur visitatio? T.7. D.3. n.1.

Cap. 2.v. 7. *Quia non erat eis locus in diversorio.* Cur non natus, ubi conceptus? T.14. D.3. n.5.

V. 21. *Postquàm consummati sunt dies.* Quomodò impletum mandatum, post consummationem dierum? T.4. D.3. n.9. Quare nil dicitur de circuncisione, sed de tempore? n.13.

Ibid. *Vocatum est nomen ejus Jesus.* Quo intuitu qui Salvator circunciditur? T.5. D.2. n.7.

V.22. *Postquàm impleti sunt dies purgationis.* Si tempore opportuno munus factum, quomodò tempus impletum? T.4. D.2. n.7. & 11. Cur dicitur: *Purgationis ejus*? n.13.

Ibid. *Secundum legem.* Quare non dicitur purificatione Virginis factum, quod exprimit legis decretum? n.14. Cur dicitur: *Secundum legem*? Ibid.

Ibid. *Ut sisterent eum Domino.* Quo pacto redemptus Redemptor? T.11. D.1. per tot.

V.23. *Sicut scriptum est in lege Domini.* Quomodò Domini, si dictum: *Secundum legem Moysi*? Ibid. n.11.

V.35. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Qua arte ex filio vulnerato matris percussio? T.10. D.6. à n.11. Quomodò suam, & aliam? n.6. Quare percussione filii dolores Virginis animæ dicuntur dolores? n.12. & 13. Quid indicat ly *Ipsius* T.12. E. n.23.

Cap. 3. v. 2. *Factum est verbum Domini super Joannem.* Quid est verbum factum? T.3. D.4. n.5. Cur prædicationem exprimit Lucas, & Matthæus austeritatem vitæ? Ibid.

V. 3. *Prædicans Baptismum pœnitentiæ.* Cur non pœnitentiam in puritatem baptismi, sed baptismum in signum pœnitentiæ? T. 6. D.3. n.7. Quare virtus pœnitentiæ præsignatur baptismate? n.8. & 15.

Ibid. *In remissionem peccatorum.* An remissio criminum, vel peccantium? n.5. Quare simul pœnitudo & peccati condonatio? n.7.

Cap.4. v.5. *In momento temporis.* Cur ita ostentatio vanitatis? T.6. D.4. n.9.

V.21. *Hodie impleta est hæc scriptura.* Quare *Hodie*? T. 14. D.6. n.2.

V.22. *Mirabantur in verbis gratiæ.* Cur verba gratia plena in admirationem ducebant audientium corda? T.7. D.2. n.2.

Et Quæstionum literalium.

Cap. 6. v. 1. *Factum est in Sabbato Secundo-primo.* Quodnam illud sabbatum? T. 8. E. à n. 25. & 41.

V. 17. *Descendens cum illis, stetit in loco campestri.* Quare post electionem descenderunt in vallem? T. 11. D. 3. n. 7.

V. 18. *Ut audierent eum, & sanarentur.* Quid cum medicina in levamen ægritudinis sermo prædicationis? n. 6.

Cap. 7. v. 12. *Ecce defunctus efferebatur.* Quid indicat *Ecce*? T. 5. D. 4. n. 15. Quomodò mortuus, si respondit vocanti? n. 17.

V. 15. *Adolescens.* Unde si patet cadaver? n. 16. & 18.

Ibid. *Tibi dico, surge.* Cur *Tibi*? Ibid.

Ibid. *Et resedit, qui erat mortuus.* Quidùm *erat*, & non *fuerat*? n. 17. Cur *Resedit*, & non *Surrexit*? n. 18.

V. 48. *Remittuntur tibi peccata.* Cur peccata Magdalenæ dicuntur lepra? T. 6. D. 3. n. 8.

Cap. 8. v. 10. *Ut videntes non videant.* Quare? T. 2. D. 3. n. 7. Quid. ibid. E. n. 15.

V. 18. *Videte quomodò audiatis.* Quo pacto cautio, si necessaria auditio? T. 1. D. 2. n. 11.

Cap. 9. v. 4. *Ibi manete, & inde ne exeatis.* Ubi & quà exituri, si manent ibi? T. 12. E. à n. 27. D. 2. à n. 3.

V. 31. *Visi in majestate.* Quare? T. 7. D. 2. n. 2.

Ibid. *Dicebant excessum ejus.* Quemnam excessum? T. 9. D. 1. n. 10. An excessum transfigurationis? à n. 9. An mortis crucis? T. 4. D. 4. n. 7.

Ibid. *Quem completurus erat in Jerusalem.* Quomodò in Thabore gloriosè incepit excessum? T. 4. D. 4. n. 7. T. 9. D. 1. n. 8. An completum in Thabore? n. 11. An major dilectio hic, quàm in cruce? Ibid.

Cap. 10. v. 39. *Etiam sedens secus pedes Domini, audiebat.* Ad quid *etiam*, sola Magdalenà sedente? T. 11. D. 4. à n. 9. Quomodò Martha audiebat, si aberat? Ibid.

Cap. 11. v. 14. *Erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Quo pacto in dæmone, quod in homine? T. 3. D. 5. n. 7.

Ibid. *Et admiratæ sunt turbæ.* Quare admiratio ex locutione hominis, si erat obmutatio dæmonis? Ibid.

V. 35. *Vide, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.* Quando erit tenebrosa lux? T. 6. D. 4. n. 2. & 5. D. 5. n. 6.

V. 46. *Oneratis oneribus.* Quid? T. 9. E. Quid nisi in onera pondus? D. 6. à n. 12.

Cap. 12. v. 36. *Vos similes hominibus.* Quomodò si homines, hominibus similes? T. 5. D. 3. à n. 10.

V. 49. *Ignem veni mittere in terram.* Quando, & quemnam ignem? T. 3. D. 3. n. 12.

Cap. 13. v. 11. *Erat inclinata.* Quare generis humani typus hæc fœmina? T. 7. D. 1. n. 16.

V. 13. *Imposuit illi manus, & confestim erecta est.* Cur ad erectionem super illam manus imposuit? Ibid. Quare *confestim*? Ibid.

Cap. 15. v. 15. *Ut pasceret porcos.* Cur non in aliud ministerium? T. 11. D. 6. n. 3.

V. 20. *Venit ad patrem: cùm adhuc longe esset.* Quomodò postquàm venit ad patrem erat longè? T. 13. D. 4. n. 7.

Ibid. *Vidit illum pater.* An fleverit gaudio vel tristitia? T. 11. D. 6. n. 4.

Ibid. *Accurrens cecidit super collum ejus.* Cur brachiis patris vinctus specie amplexus? n. 5.

V. 21. *Pater peccavi.* Cur pater nec verbum dixit? n. 6.

V. 23. *Manducemus & epulemur.* Cur priusquàm induat filium, non invitat ad prandium? T. 13. D. 4. n. 8.

V. 24. *Mortuus erat, & revixit.* Quomodò mortuus in vita? T. 6. D. 3. n. 4.

Cap. 16. v. 20. *Lazarus qui jacebat ad januam.* Ad dives offensi despectu meminit, quia ad januam jacuit? T. 11. D. 6. n. 10.

V. 22. *Sepultus est in inferno.* Unde licèt non constaret, ibi esse clareret? n. 9.

V. 23. *Elevans oculos vidit.* Cur nihil profuit oculorum in cœlum elevatio? n. 12. Quare vidit, quod illum offendit? T. 12. D. 6. n. 13.

V. 24. *Pater Abraham mitte Lazarum.* Cur ille precibus non acquievit? T. 1. D. 6. à n. 9. Quare non deprecatur, ut ille veniat, sed quòd Lazarum mittat? T. 10. D. 5. n. 12. An refrigerium divitis propositum, vel Lazari tormentum? Ibid.

Ibid. *Quia crucior in hac flamma.* Cur dicit *Hac*? T. 12. D. 6. à n. 13.

V. 28. *Ut testetur illis, ne ipsi veniant in hunc locum.* Cur Abraham renuit credere Lazaro prædicationem? T. 1. D. 6. à n. 7.

V. 29. *Habent Moysen, & Prophetas.* Cur non permittit Lazarum prædicare, florente Moyse? à n. 9.

Cap. 18. v. 11. *Non sum sicut cæteri.* An pejor cunctis, quia se cognoscebat dissimilem cæteris? T. 5. D. 3. n. 12.

V. 14. *Descendit hic justificatus ab illo.* Quomodò justificatio ex non justificatione? Ibid.

V. 35. *Cæcus quidam sedebat secus viam mendicans.* Quem signet ille cæcus? T. 7. D. 5. n. 16.

V. 43. *Et sequebatur illum.* Quid quòd hic, & non alii cæci? Ibid.

Cap. 19. v. 8. *Si quid defraudavi.* Cur conditionatè loquitur? T. 14. D. 6. n. 21.

V. 9. *Hodie salus domui huic.* Cur dicit domui, & non domino domus? Ibid. Quare hodie? Ibid.

Cap. 20. v. 37. *Secus rubum.* Quomodò si apparuit in ipso rubo? T. 4. E. n. 27. & 31.

Cap. 22. v. 36. *Qui non habet, vendat tunicam & emat gladium.* Cur nunc? T. 10. D. 2. n. 8.

V. 44. *Factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Cur quasi guttæ, & in terram decurrentes? T. 9. D. 5. n. 10.

V. 49. *Si percutimus in gladio?* Quo ergo? T. 10. D. 2. n. 8. Ad quid evaginatos habentes enses, interrogant de occasione percussionis? T. 10. D. 5. n. 13. Cur non socios, sed Christum? Ibid.

V. 50. *Amputavit auriculam ejus dexteram.* Quo lege vulneratum pectus Christi vulnere Malchi? T. 1. D. 2. à n. 5. Quo vulnere vulnerata patientia, quæ in tota passione non est vulnerata? à n. 6.

V. 51. *Sinite usque hac.* Cur satis dum jussit gladium emere in hunc articulum? T. 10. D. 2. n. 8. Cur displicuit Christo audacis militis castigatio? T. 10. D. 5. n. 14.

Ibid. *Cùm tetigisset auriculam ejus, sanavit eum.* Cur notatur hoccine miraculum? T. 1. D. 2. n. 10. Quare statim sanavit? Ibid.

V. 57. *Non novi illum.* Quomodò si dixerat: *Tu es Christus filius Dei vivi?* T. 1. D. 6. n. 1.

V. 61. *Conversus Dominus respexit Petrum.* Quid ly *Conversus*? T. 2. D. 3. n. 3. Cur dicitur vidisse, quem non latebat? Ibid. Si respexit, cur non dicitur quando? Idid.

V. 62. *Egressus foras flevit amarè.* Cur foras egressus? T. 3. D. 6. n. 16. An ibi etiam? Ibid. Cur amarè egrediens? n. 17.

Cap. 23. v. 42. *Cùm veneris in regnum tuum.* Unde novit regem vocare, quem vidit in cruce? T. 12. D. 4. n. 10.

Index locor. Sacr. Script.

Cap. 24. v. 1. *Venerunt ad monumentum, portantes quæ paraverant aromata.* Ad quid aromata, si caro jacebat incorrupta? T.4. D.1. n.10.

V. 15. *Ipse Jesus ibat cum illis.* Cur habitu peregrino? T.8. D.3. n.13.

V. 16. *Oculi illorum tenebantur ne eum agnoscerent.* Si non cognoscunt, quomodò tenebantur, ne cognoscerent? T.2. D.5. à n.9.

V. 18. *Tu solus peregrinus.* Quomodò inter tantos ille solus? T.4. D.1. n.13.

V. 30. *Accepit panem.* An hujusmodi mensa mensa Eucharistiæ? T.2. D.5. n.8.

V. 31. *Cognoverunt eum, & ipse evanuit ab oculis.* Cur disparuit cognitus? Ibid. à n.9. T. . D.3. n.13.

V.36. *Stetit in medio.* Cur tunc audiunt pacem? T.5. D.3. n.3.

Ibid. *Ego sum.* Cur non dixit, *Ego sum*, dum apparuit Simoni? n.4. Cur ipse, si non alius? Ibid.

V. 37. *Existimabant se spiritum videre.* Cur larvam arbitrati sunt principis gloriam? T.5. D.3. n.6.

V. 41. *Adhuc illis non credentibus.* Cur non credebant? T.2. E. n.11.

JOANNIS.

Cap. 1. v. 5. *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Quomodò lucebat, si in tenebris erat; ut quomodò in tenebris, si lucebat? T. 6. E. n.14.

V. 6. *Fuit homo.* Cur homo dicitur, qui Angelus signatur? T.1. D.3. n.10.

V. 8. *Non erat ille lux.* Quomodò si lucerna ardens & lucens? T.6. E. n.11.

V.9. *Erat lux vera.* Cur vera, si reliquæ non fictitiæ? Ibid.

V.11. *Sui eum non receperunt.* Qui dicuntur *Sui*? T.13. D.4. n.5.

V. 12. *Quotquot autem receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Quo jure in homine potestas fieri filium Dei? Ibid.

V.14. *Verbum caro factum est.* Quæ mira in hisce verbis? T.7. D.1. n.4.

Ibid. *Et vidimus gloriam ejus.* An in circunciſione? T.5. D.2. n.10.

Cap. 2. v.11. *Post hoc, &c.* Cur post miraculum nuptiarum sumpsit in templo flagellum? T. 5. D.5. n.3. An flagellum majus miraculum? n.7.

V.14. *Invenit in templo vendentes.* Cur si in Jerusalem tanta vitia, haud fulminavit flagra, nisi in sacrilegia? à n. 4. Cur non ejecit ementes? n.5. Cur illos bis ejecit & flagellis ververavit? n.6.

V.15. *Cùm feciſſet quasi flagellum de funiculis.* Cur ipse fecit? T.5. D.5. n.8. Quare quasi flagellum? à n.9. Unde habuit funes? n. 8. An sibi, cùm negotiatoribus fecerit? n. 10. Cur nemo queritur vel flagellatus? Ibid. Cur sumpsit flagellum, & non virgam, aut gladium? n.12.

V. 16. *Auferte ista hinc.* Cur si cuncta ejecit, columbas sine læsione auferri jussit? n. 4. Quare cætera expulit? n. 13. Cur vendentes columbas alloquitur, & reliquos vendentes flagellis persequitur? Ibid.

V. 17. *Zelus domus tuæ comedit me.* Cur zelus, & non indignatio? Ibid. n.11. & 18.

V.24. *Ipse Jesus non credebat semetipsum eis.* Quare non credebat credentibus? T. 3. E. n.9. T. 5. D. 5. à n.14. T.13. E.17.

Ibid. *Eò quòd ipse nosset omnes.* Quare nescit, quos cognoscit? T.5. D.5. n.16.

Cap. 3. v. 29. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Quorsùm *Sponsus*, si in relatione est terminus necessarius? T.13. D.1. n.5. Cur non dicit: *Quæ habet sponsum, sponsa est?* n.6.

Cap. 5. v. 2. *Quinque porticus habens.* Quare quinque? T.14. D.6. à n.9.

V.35. *Erat lucerna ardens & lucens.* Cur non additur, *Sine* tenebris? T.6. E. n.12.

Cap. 6. v. 9. *Quinque panes & duos pisces.* Quare si Andræas cognovit ex his patrandum miraculum, non agnovit in miraculo summum? T.2. D.5. à n.4.

V.52. *Quomodò potest hic nobis carnem suam dare?* Cur non illis? T.2. D.5. n.2. An ex dubitatione clareat magnitudo miraculi? Ibid.

V. 56. *In me manet, & ego in eo.* Quomodò? T. 13. E. Latè à n.16. & D.5. n.4.

V. 57. *Ipse vivet propter me.* Quomodò vitâ alterius? T.13. E. n.25. Unde cognoscitur? T. 2. T.5. n.7.

V. 58. *Hic est panis, qui de cœlo descendit.* Unde patet? T.8. D.3. à n.7.

Cap. 7. v. 46. *Nunquàm sic locutus est homo.* Quare non dicunt: *Nunquàm sic locutus est Deus?* T.3. D.1. n.7. Cur dicitur homo? Ibid. Quid tunc locutus? T.3. D.3. n.14.

Cap. 8. v. 3. *Mulierem in adulterio deprehensam.* Cur statim non absolvit? T. 2. D.4. n.4. Cur in illam vel plorantem sententiam scripsit? Ibid. Quare absolvit, quàm primò scribendo damnavit? n.5.

V. 6. *Scribebat in terra.* Quid & qua arte? T.3. D.2. n. 14. An adulteræ delictum, vel accusantium? Ibid.

V.16. *Solus non sum, &c.* Quomodò si dicitur: *Videte, quod ego sim solus?* T.6. D.1. n.2.

Cap. 9. v. 1. *Præteriens Jesus vidit hominem cæcum.* Cur obviam habuit cæcus medicinam? T.2. D.3. n.4. Cur videntibus Apostolis, solum de Christo asseritur visio? n.6.

V. 2. *Quis peccavit? hic, aut parentes ejus?* Quodnam discrimen inter crimen à cæcitate, & cæcitatem à crimine? T.2. D.3. n.5.

V. 6. *Expuit in terram.* Quo intuitu? T. 12. D. 5. n. 26. Cur hujusmodi miraculum coram discipulis? n.27.

Ibid. *Fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos ejus.* Cur ex sputo colyrium? T.12. D.5. à n.26.

V.11. *Ille homo qui dicitur Jesus.* Quomodò sciebat, si necdum viderat? T.13. D.2. n.6.

V. 18. *Non crediderunt.* Quare assertionem cæci respuunt Pharisæi? T.12. D.6. n.7.

V. 35. *Cùm invenisset eum.* Cur non dicitur de cæco, sed de Christo? T.13. D.2. n.7.

V. 36. *Quis est Domine?* Quare nunc interrogat, de quo cognoverat? Ibid.

V.37. *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est.* Quare non asserit, præsentem videre, sed vidisse? T.5. D.1. à n.11. & T.13. D.2. n.7.

Ibid. *Et procidens adoravit eum.* Cur adoravit, illicò ut cognovit? T.13. D.2. n.7.

Ibid. *Ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* Quo pacto videntes excæcavit? T. 12. D. 6. n. 4. Quomodò videntes cæci? T.2. D.5. à n.10.

Cap. 10. v. 18. *Ego pono eam à meipso.* Cur dicit, *A meipso?* T.12. D.4. n.10.

Ibid. *Potestatem habeo ponendi eam.* Quomodò charitas lucet summè in hujusmodi libertate? Ibid.

Cap. 11. v. 9. *Nonne duodecim sunt horæ diei.* Quando nec hora in toto die? T.8. D.4. n.11.

V. 44. *Ligatus pedes & manus institis.* Quomodò pro-

progressus? T.12. D.1. n.13.

Cap.12.v.19. *Ecce mundus totus post eum abiit.* Quid tunc fecit, ut mundum traheret? T.3.D.1.n.8.D.3.n.10. & 12. T.7. D.6. n.7. & 14.

V. 20. *Erant quidam Gentiles, &c.* An Hispani? T. 7. D.6. n.5.

V.23. *Venit hora, ut clarificetur filius hominis.* Cur audientibus his gentilibus? n.6. T.14. D.6. n.4.

V.24. *Nisi granum frumenti cadens in terram, &c.* Cur fructus ubertatem designat post mortem? T.7.D.6. n.8. T.9. D.5.n.8.

V. 27. *Et quid dicam?* Quorsùm hujusmodi emphasis? T.7. D.6. n.10.

Ibid. *Pater, salvifica me ex hac hora.* Cur Christi gloria ex hora illa? Ibid.

V.28. *Clarificavi, & iterùm clarificabo.* Unde & quando nata claritas? n. 11. Per quem clarificandus iterùm? Ibid & n.14.

V. 29. *Tonitrum esse factum.* Quomodò per tonitrum clarificatus est Christus? n. 12. Quando si modò per tonitruus vocem, clarificandus per fulmen? Ibid.

V. 30. *Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.* Si pro gloria concionantis, qua ratione facta propter audientes? T.7. D.6. n.12.

V.31. *Nunc judicium est mundi.* Cur illo tunc? n.13.

Ibid. *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foràs.* Quomodò tunc idololatria à mundo expulsa? Ibid. Cur si diabolus in victoriam venit, victus fugit? T. 9. D. 4. n. 10. Quomodò nunc foras ejectus, si necdum victus? Ibid.

V.37. *Cùm tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum.* Quare verba Christi dicuntur miracula? T.3. D.1. n.6.

Cap. 13. v. 1. *Ante diem festum Paschæ.* Quomodò si in ipso Paschate? T. 8. E. latè à n. 8. Cur *ante* dicitur? T.6. D.2. n.3.

Ibid. *Cùm dilexisset suos, qui erant in hoc mundo.* Cur vocat suos? Ibid. à n.10.

V.6. *Tu mihi?* Quid hujusmodi emphasis? T.6. E.n.8.

V. 27. *Et post buccellam tunc introivit in eum satanas.* Qua de causa non communicavit, si buccellam suscepit? T.13. D.4. n.5.

V. 34. *Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem.* Ad quid geminat ly *Invicem*? T.13. E. n.37.

Cap.14. v.8. *Ostende nobis patrem.* Quando & quomodò ostendit? T.14. D.4. n.8.

V. 27. *Pacem reliquo vobis: pacem meam do vobis.* Cur priùs relinquit, quàm dat? T.12. D.3. n.9. Quare dicit *Meam*? à n.10.

Ibid. *Non quomodò mundus dat, ego do vobis.* Cur exprimitur modus pacis in cognitionem veritatis & deceptionis? n.11.

V. 30. *Venit princeps hujus mundi, & in me non habet quicquam.* Quomodò qui in peccato concepti possumus hujusmodi beatitudinem adipisci? T.5. D.4. n.11. T.9. D.4. n.10.

Cap. 15. v. 4. *Manete in me, & ego in vobis.* Quomodò quis in Deo, quin Deus in illo? T.13. E. n.17.

V. 6. *In ignem mittent, & ardet.* Ad quid *Ardet*? T.4. E.n.42. Cur dicit, *Ardet*, & non *Ardebit*? Ibid. & n. 45. An ardere à frigore, vel ab igne? T.4.D.4.n.12.

V.13. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* An major charitas? T.12. D.4. n.11.

V.16. *Elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis.* Quare remittit in mundum, quem jam fugerunt? T.12. D.5. n.20. Ad quid eundum? An in miraculum? Ibid.

Ibid. *Et fructus vester maneat.* Quisnam fructus ex reversione in mundum jam calcatum? Ibid. à n.21.

V. 19. *Quia verò de mundo non estis.* Qua ratione si de mundo elegit, non erant de mundo? T. 12. D.5. n. 21. Quomodò si elegit, ne essent in mundo; mittit in mundum? à n.22.

Cap. 16. v. 28. *Exivi à patre, & veni in mundum: iterùm relinquo mundum, & vado ad patrem.* Quando primùm reliquit, ut dicat iterùm? T.5. D.4. à n.5. Quomodò quando in illum venit, reliquit? 6. Cur non dicit: *Reliqui Patrem, & veni in mundum*, sicut dicit: *Relinquo mundum & vado ad Patrem*? n.7. Quomodò mundum non deseruit, dum reliquit? n. 8. & 9. Quo pacto discesserit, antequàm decederet? n.10.

Cap. 17. v. 4. *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.* Quomodò consummatum perficiet, vel jam facta iterùm faciet? T.4. D.2. n.10.

V. 11. *Jam non sum in mundo.* Quomodò, si necdum mortuus? T.14. D.2. n.18.

V.22. *Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus.* Quo sensu *Sicut*? T.13. D.4. n.3.

V.24. *Ut ubi sum ego, & illi sint mecum.* Ad quid addit, *Mecum*? T.13. E. n.18. D.4. n.6. T.12.D.3.n.8. Quid est esse in illo, cùm ipse in illis? T.13. E. n.20.

Cap. 18. v. 10. *Abscidit auriculam ejus dexteram.* Quid quòd esset dextra, vel sinistra? T.1. D.2. n.9.

V. 28. *Ipsi non introjerunt, ut manducarent Pascha.* Quomodò si jam peracta agni paschalis cœna? T.8. E. n.10. & 18.

V. 37. *Ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Quomodò, si ignem venit mittere? T.3. D.3. n.12.

V. 40. *Non hunc, sed Barabbam.* Cur homines pessimum eligunt? T.1. D.6. n.2.

Cap. 19. v. 7. *Secundum legem nostram.* Cur non dicunt absolutè secundum legem? T.11. D.4. n.4.

V.14. *Erat autem Parasceve Paschæ.* Cur non dicit ad Pascha? T.8. E. n. 25. Quid sit Paschæ parasceve? n.26.

V. 15. *Tolle, tolle, crucifige eum.* Cur nec videre volunt? T.1. D.6. n.2.

V.25. *Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, &c.* Quid significat ly *mater stabat*? T.10. D.6. per tot.

V.28. *Sciens Jesus, quia omnia consummata, ut consummaretur scriptura, &c.* Quænam adimplenda, si consummata omnia? T.13. D.3. à n.6.

V.33. *Ut viderunt eum jam mortuum.*

V.34. *Unus militum lanceâ latus ejus aperuit.* Cur jam facta redemptione permisit vulnus à latere? T. 14. D.6. n.10.

Ibid. *Continuò exivit sanguis & aqua.* Cur continuò? T. 14. D. 5. n. 4. Quare illuminatus vel infensus? Ibid.

V. 39. *Misturam myrrhæ & aloes.* Quorsùm si Christi corpus corruptioni non obnoxium? T. 4 D. 1. n.10.

V.41. *Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus.* Cur Christus in horto sepultus? T.9. D.5. n.12.

V.42. *Ibi ergo propter parasceven Judæorum.* Cur additur Judæorum? T.8. E. n.10.25. & 26.

Cap. 20. v.19. *Stetit in medio.* Cur in medio stetit, dum gloriosus apparuit? T.5. D.3. n.2.

V. 20. *Cùm hæc dixisset, ostendit ei manus & latus.*

Index locor. Sacr. Script.

Si manifestatur gloria, quorsùm vulnera? 4. D.5. n.7.

V.24. *Thomas non erat cum eis, quando venit Jesus.* An quia non erat cum illis, non credidit eis? Ibid. n.4.

V.25. *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, &c.* Cur si fides ex non visis, videre optat, ut visa credat? n.6.

Ibid. *Et mittam manum meam in latus ejus.* Cur in fidem, quia aliis apparuit Christus, manum optat mittere in latus? n.5. Quare postquàm tangere manus cupit, etiam latus tangere petit? Ibid. n. 17. & 18.

V. 28. *Dominus meus & Deus meus.* Unde cognitio deitatis ex tactu vulneris? T.14. D.4. n.5.

Cap.21. v.18. *Cùm esses junior cingebas te, & ambulabas ubi volebas.* Cur non poterat facere quod viridi ætate faciebat licitè? T.11. D.4. n.7.

Ibid. *Cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget.* Cur non ipse? n.8. Cur in funiculis signatur auctoritas dignitatis? n.7.

V. 22. *Sic eum volo manere donec veniam, tu me sequere.* Cur Petro injungit sequi; atque Joanni, sic stare? Ibid.

ACTORUM APOSTOL.

Cap.1. v.11. *Quid statis aspicientes in cœlum?* Cur arguitur respicere in cœlum post assumptum Dominum? T.11. D.3. à n.7.

V.23. *Statuerunt duos.* Cur duos? T.1. D.4. n.5.

Ibid. *Joseph, qui cognominatus est justus, & Mathiam,* Cur si juxta voluntatem Dei suffragium, sors non cecidit super justum? à n.6.

V. 24. *Tu qui corda nosti omnium, &c.* Cur ostenditur cordium eligendorum cognitio, ut sit spectabilis electio? n.9.

V.26. *Dederunt sortes eis.* Cur Christus non elegit, sed sociis socium eligendum indulsit? n.4.

Ibid. *Et cecidit sors super Mathiam.* Quibus signis? à n.5.

Cap. 2. v. 1. *Cùm complerentur dies Pentecostes.* Quid sit Pentecoste, & quando? T.8. E. n.11. 27. & 28. An Pentecoste Christiana tunc inciderit cum Pentecostes Judæorum? Ibid.

Ibid. *Erant omnes pariter in eodem loco.* Ad quid *Pariter*? T.12. E. à n.24. D.3. n.7.

V.2. *Factus est repentè de cœlo sonus.* Unde cognitus sonus cœlestis, descendentibus linguis? T. 2. D.1. n.10.

V.3. *Dispertitæ linguæ tanquàm ignis, seditque supra singulos eorum.* Cur linguæ in capite, & non in ore? Ibid. Ad quid ignitæ, si linguæ? T. 3. D. 1. n.4. Cur non tanquàm aqua, sed tanquàm ignis? T. 3. D.3. n.11.

V.4. *Cœperunt loqui variis linguis.* An unica lingua ad varios? T.3. E. à n.18.

V.5. *Erat in Jerusalem ex omni natione.* Quare Spiritu in linguis descendente? T.3. D.1. n.10.

V. 6. *Audiebat unusquisque linguâ suâ illos loquentes.* Quomodò si loquebantur variis linguis? Ibid. à n.18.

V.7. *Stupebant omnes & mirabantur.* An ex unius locutione, vel ex diversarum varietate? T. 3. D. 1. n.9.

V.20. *Dies Domini magnus & manifestus.* Quinam dies magnus & occultus? T.14. D. 5. n. 11. Cur dies judicii extremi dicitur de die mortis Christi? ibid.

V. 24. *Juxta quod impossibile erat, teneri illum ab eo.* Quid sit illud, *Juxta quod.* T. 9. D. 3. n.5. Quare impossibile, Christum non resurgere? Ibid.

V.28. *Notas mihi feciśti vias vitæ.* Quomodò mors vita in vitam? n.6.

Ibid. *Replebis me jucunditate.* Cur dicit replere? Ibid.

V.29. *Sepulchrum ejus est apud nos.* Cur si etiam Christi, Christi non vocatur sepulchrum? n.7.

Cap.5. v. 17. & 18. *Repleti sunt zelo, & posuerunt eos in custodia.* Cur dicitur religionis zelus, punire miracula custodiâ publicâ? T.10. D.5. n.5.

Cap.6. v. 15. *Viderunt faciem ejus tanquàm faciem Angeli.* Cur ex vultus mutatione laurea præfulsit Stephani? T.12. D.4. n.5.

Cap. 7. v. 4. *Postquàm mortuus est pater ejus.* Quomodò sic Abraham exivit, si exivit septuaginta quinque annorum, & pater super vixit sexaginta annos? T.7. E. à n.4.

V. 6. *Male tractabunt eos annis quadringentis.* Quomodò si in Ægypto demorati duntaxàt ducentis quindecim annis? Ibid. n.2.

V. 30. *Apparuit Angelus in igne flammæ.* Quomodò si Dominus, dicitur Angelus? T. 4. D. 3. n.2. Quomodò in igne flammæ, si in flamma ignis? T. 4. E. n.30.

V. 31. *Moyses videns admiratus est visum.* Unde mirabile? T.4. D.4. n.1. D.5. n.1.

V. 34. *Videns vidi afflictionem.* Cur geminatur visio? T. 2. D. 3. n. 3. Quid est, visa videre? T. 2. E. n. 16. D. 3. n. 3. T.7. D.2. n.7. Cur visitatio dicitur visio? Ibid. n.8.

V. 43. *Sidus Dei vestri Rempham.* Quid hoc fidus, & idolum? T. 4. E. n. 10. Cur hoccine fidus vocatur obscuritas? T.6. E. n.5.

Cap.9. v.8. *Apertis oculis nihil videbat.* Quomodò non videtur à Paulo, quod videtur oculos aperiendo? T.12. D.5. à n.10. T.13. D.2. à n.8.

V. 9. *Et erat tribus diebus non videns.* Quare quia vidit, non vidit? Ibid. n.13.

V. 18. *Visum recepit.* Cur si ut cæcutiret, vidit, visum iterùm accipit, ut videret? T.12. D.5. à n.12.19. & 28.

Ibid. *Et surgens baptizatus est.* Unde gratia, ut Christum videret ante baptisma? T.13. D.2. n.13.

Cap. 12. v. 8. *Calcea te caligas tuas.* An apud Hebræos usus tibialium? T.5. E. n.17.

Cap.14. v.7. *Claudus ex utero matris suæ, qui numquàm ambulaverat.* Quid secunda periodus? T.1. E. à n.14.

V.10. *Dii similes facti hominibus.* Cur non dicunt Diis homines similes? T.5. D.3. n.13. T.12. D.4. n.8.

T. 14. *Mortales sumus similes vobis homines.* Cur dum plauduntur homines insignes, se dicunt cæteris similes homines? T.5. D.3. n.13.

Cap.17. v.23. *Ignoto Deo.* Quis iste? T.6. E. n.6.

Cap.20. v.22. *Alligatus ego spiritu.* Quomodò? T.12. D.1. n.13.

Cap.28. v.10. *Multis honoribus nos honoraverunt.* Quid est honore honorare? T.9. E. à n.39.

EX EPISTOL. AD ROM.

Cap.1. v.22. *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* An major stultitia ab ignorantia, quàm à præsumpta sapientia? T.6. D.6. n.1.

Cap.3. v.23. *Omnes peccaverunt, & egent glorià Dei.* Cur dicitur glorià, & non gratia? T.9. D.6. à 14.

Cap.4. v.18. *Contra spem in spem credidit.* Si contra, quo pacto spes? T.1. D.1. n.19.

Cap.6. v.4. *Consepulti sumus cum illo in mortem.* Cur non in vitam, si ille & in vitam gloriosam? T.5. D.4. n.20. T.9. D.3. à n.9.

Ibid. *Ut quomodò Christus surrexit à mortuis, ita & nos in novitate vitæ.* Quænam novitas vitæ in vivente?

T.5.D.4.n.19.Quodnam discrimen inter vitam novam, & novitatem vitæ? T.9. D.3. n.10.

Cap.9. v.15. *Misereor cujus misereor, &c.* Quomodò & quare? T.14. E. n.16. & 21.

Cap.11.v.36. *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Quomodò Deus in cunctis, & cuncta in Deo? T.6. E. à n.7.

Cap.12. v.2. *Nolite conformari huic sæculo.* Quænam forma hujus conformitatis? T.12. D.3. n.5.

Ibid. *Sed reformamini in novitate sensus vestri.* Ad quid sensus novitas? n.4.

V. 5. *Ita multi unum corpus sumus.* Cur character unitatis ex signo unionis? T.13. D.4. n.2.

Cap. 15. v. 5. *Deus patientiæ.* Quid patientia in Deo? T.14. E. n.29.

EX 1. AD CORINTH.

Cap. 1. v. 10. *Idipsum dicatis omnes.* Quomodò possunt dicere idem & aliud? T.12. D.3. n.3.

Cap.8. v.1. *Scientia inflat.* An plus inflet scientiæ larva, quàm vera scientia? T.6. D.5. n.12.

Cap.10. v.12. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Quisnam cadit & stat? T.7. D.4. n.14.

Cap.11.v.31. *Si nosmetipsos dijudicaremus, non antique judicaremur.* Qua lege judicio à judicio liberamur? T.5. D.4. n.12.

Cap.12. v.10. *Alii genera linguarum.* Quomodò in unico idiomate cuncta genera? T.3. D.2. n.15.

Ibid. *Alii interpretatio sermonum.* An interpretatio sermonum inter genera linguarum? Ibid.

Cap. 13. v. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum.* Quid lingua Angelorum? T.3. E. n.15.D.3. à n.6. Cur non dicitur *Vel*, sed *Et*? n.5.

Cap. 14. v. 2. *Qui loquitur linguâ.* Quid sit linguâ loqui? T.3. E. n.15.

V. 5. *Qui loquitur linguis.* Quodnam discrimen inter loqui linguâ, & linguis? T.3. D.1. n.5.

V. 20. *Nolite pueri effici sensibus.* Cur pueri sensus reprobantur ad fidem? T.5. D.1. n.1.

Cap. 15. v.20. *Primitiæ dormientium.* Quomodò si priùs aliorum resurrectio? T.4. D.1. n.14.

EX 2. AD CORINTH.

Cap.4.v.6. *De tenebris lumen.* Quomodò de tenebris, si eduxit de suis thesauris? T.6. D.5. n.5.

V.18. *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur.* Quare non oculis objecta, sed invisibilia? T.2. D.5. n.13.

Cap.8. v.2. *Altissima paupertas.* Cur vocatur altissima? T.9. D.4. n.16.

V. 8. *Charitatis ingenium.* Unde ingenium amoris ex divitiis voluntatiæ paupertatis? à n.2.

V.9. *Scitis gratiam Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset dives.* Quænam gratia in voluntaria inopia? n.15.

Ibid. *Ut illius inopiâ vos divites.* Quo ingenio? Ibid.

Cap.10.v.5. *In captivitatem redigentes omnem intellectum.* Quomodò Christo obsequium intellectus captivitas? T.5. D.1. à n.7.

EX EPIST. AD GALAT.

Cap. 1. v. 4. *Qui dedit semetipsum, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam.* Cur dicitur nequam? T.14.D.2. n.15. Cur dicitur præsens, quandiù vivimus? n. 18. Quomodò erepti, si in illo sumus? n. 17. Cur non educti, sed erepti? n.16.

Cop.3.v.17. *Post quadringentos & triginta annos facta est lex.* Quo computo? T.7. E. à n.2.

Cap.4. v.1. *Nihil differt à servo.* Quo jure servus & non servus? T.11. D.1. n.13.

V.4. *Factum sub lege.* Quomodò legi subjectum, quem vocat filium? n. 10. Ad quid qui suprà, sub lege? T.5. D.2. à n.3.

V.5. *Adoptionem filiorum reciperemus.* Quo ingenio facti liberi, qui erant servi? n.4.

Cap.6.v.14. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* In quo mutua Pauli, & Christi crucifixio? T.2. D.7. n.12.

EX EPIST. AD EPHES.

Cap. 1. v.17. *Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ.* Cur spiritus discretionis in mundi cognitionem necessarius? T.12. D.5. n.7.

Ibid. *Et revelationis in agnitionem ejus.* Cur ut mundi sit cognitio, necessaria revelatio? Ibid.

V. 18. *Illuminatos oculos cordis vestri.* Cur oculos cordis & non mentis? n.9. Quare non videatur mundus, ni videntium illuminatus oculus? n.8.

Cap.2. v.4. *Propter nimiam charitatem, &c.* Cur in mysterio Incarnationis nimium studium charitatis? T.9. D.1. n.7.

V.5. *Cùm essemus mortui peccatis.* Unde charitas, si ita prævaleb.t iniquitas? n.8.

Ibid. *Convivificavit nos.* Cur hæccine vita dicitur gloria? T.9. D.2. n.4.

V.6. *Et conresuscitavit, & consedere fecit in cœlestibus.* Si homo adhuc in mundo, quomodò in cœlo? à n. 3. Cur non dicit, glorificari, sed consedere? n.4.

Ibid. *In Christo Jesu.* Quomodò in Christo sedemus in cœlo? n.3.

V.7. *Ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ.* Cur supervenientibus sæculis & non modò? n.4. In quo gratia, divitiæ gratiæ, & abundantes divitiæ? n.5.

Cap.4. v.2. *Supportantes invicem in charitate.* Quomodò impatientia etiam de vitiis sit ex defectu charitatis? T.5. D.6. n.10.

V. 8. *Dedit dona hominibus.* Quomodò dando accepit? T.9. D.2. à n.7. *Quænam dona dedit?* D.3. n.17.

Cap.6. v.12.*Tenebrarum harum.* Quomodò mundus fulgore illustratus lucis est in tenebris? T.5.D.5.n.3. Unde hæ tenebræ? n.5.

V. 16. *Tela nequissima ignea.* Cur ignea diaboli tela? T.6. D.3.n.11.

EX EPIST. AD PHILIP.

Cap.2.v.6. *Cùm in forma Dei esset, &c.* Qua lege servus, si adhuc ut homo Altissimi filius? T. 11. D. 2. à n.12.

V.7.*Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Quomodò forma servi & forma Dei? Ibid. Quare si homo sub hominis forma, similitudo signatur, & non natura? n.13.

Ibid. *In similitudinem hominum factus.* Quomodò si verus homo? à n.6. usque ad 15.

V.15. *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Quo pacto in hoc mundo luminaria? T. 2. D. 2. n.5.

Cap. 4. v. 7. *Pax Dei quæ exuperat omnem sensum.* Quisnam omnis sensus ad pacem? T.12. D.3. n.12.

Ibid. *Custodiat corda vestra.* Cur si ad pacem unum cor, plura in pluribus exponit corda? n.13.

Ibid. *Et intelligentias vestras.* Cur intelligentias, & non intelligentiam? Ibid. Cur corda simul & intelligentias? n.14.

EX EPIST. AD COLOSS.

Cap.2. v.11. *Circuncisi estis::. circuncisione Christi.* Quomodò? T.5. D.2. n.3.

Cap.4. v.6. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* Cur sale conditus, sed non salsus? T.2. D.1. n.14. Quare sale & non pipere? Ibid.

Index locor. Sacr. Script.

EX 1. AD THESSALON.

Cap. 5. v. 17. *Sine intermissione orate.* Quomodò monet conjugatos studere orationis virtuti, & sine intermissione? T.11. D.4. n.11.

EX EPIST. AD TITUM.

Cap.2. v. 5. *Domus curam habentes, ut non blasphemetur verbum Dei.* Cur blasphemiam virorum vocat Paulus in fœminis domus negligentiam? T. 11. D.4. n.10.

Cap.3. v.5. *Per lavacrum regenerationis, & renovationis.* Quodnam hoccine lavacrum? T.6. D.3. n.16.

EX EPIST. AD HEBR.

Cap.1. v. 7. *Ministros suos flammam ignis.* Ad quid *ignis*? T.4. E. à n. 40. Cur Angeli conferuntur flammis? D.3. n.2.

Cap.5. v.7. *Cum clamore valido & lachrymis.* Qua Christus in cruce clamat & plorat? T.14. D.1. à n.9.

Cap.7. v.3. *Sine patre, sine matre, &c.* Quomodò? T.7. E. n.14.

Cap.8. v.1. *Talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis.* Quidùm magnitudinis sedis? T.9. D.2. n.12.

V.2. *Quod fixit Dominus & non homo.* Cur Deus dicitur *non homo*? T.6. E.n.22. Cur ex artifice Deo hominis signatur exclusio? T.14. D.3. n.7. Cur dicitur, *Fixit*, & non *Fecit*? Ibid.

Cap.9. v. 7. *Semel solus Pontifex non sine sanguine.* Cur si solus & semel in passionem ingressus, ad ingressum Sancti-Sanctorum non est solus? T. 9. D.2. n.11. Cur dicitur semel? Ibid.

V. 12. *Per proprium sanguinem, &c.* Quid ad redemptionem æternam sanguis proprius, vel alienus? Ibid.

Cap. 11. v.27. *Fide invisibilem tanquàm videns sustinuit.* Quomodò fides, & visio? T.4. D.5. n.2.T.5.D.1. n.3. Quomodò vidit invisibile? Ibid.

V.38. *In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis: & in cavernis terræ.* Quo pacto error in speluncis, & cavernis terræ quasi in solitudine? T. 12. D.2. n.1.

Cap.12. v.13. *Gressus rectos facite pedibus vestris.* Ad quid *Pedibus*? T.1.E. à n.9. Quando retrò, patet gressuum rectitudo? T.12. D.2. n.1.

V.29. *Deus noster ignis consumens est.* Cur Deitatis similitudo ignis? T.4. E. n.41. & 44.

EX EPIST. JACOBI.

Cap.5. v.17. *Elias homo erat similis nobis passibilis.* Ad quid *Similis nobis*, si homo? T.1. D.3. n.10. Cur similis, si virtute dissimilis nobis? T.5. D.3. n.13.

EX 2. PETRI.

Cap.1. v.9. *Cæcus est & manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum peccatorum.* Quare mentis obcæcatio, purgationis jam factæ peccatorum oblivio? T.8. D.1. n.6.

V.10. *Per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Quomodò vocatio nulla, vocatione susceptа? n.7.

Cap. 2. v. 14. *Oculos plenos adulterii.* Quinam hi oculi, conciliatores lasciviæ? T.1. E. n.26.

EX 1. JOAN.

Cap.1. v.1. *Quod vidimus oculis, &c.* Ad quid *oculis*, & *nostris*, si dicit, *Vidimus*? T.2. E. n.16.

V. 5. *Deus lux est & tenebræ in eo non sunt ullæ.* Quid lux sine tenebris? T.6. E. à n.11. D.4. n.2.

Cap. 2. v. 16. *Concupiscentia oculorum, &c.* Quid concupiscere possunt oculi præter videre? T.2.D.6.n.14.

Cap.3. v. 7. *Qui facit justitiam justus est.* Quomodò non justus, etsi faciat? T.11. E. à n.17.

Cap.4.v.2. *Qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est.* Cur non dicit, in Deo est? T.13.E.n.15.

V.13. *In eo manemus, & ipse in nobis.* Quomodò? n.16.

V.16. *Deus charitas est.* Cur dicitur charitas, & non sapientia? T.13. E. n.13.

Ibid. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Quomodò ejusmodi mutua mansio? Ibid. n.16.

EX EPIST. JUDÆ.

V. 11. *Væ illis, quia in via Cain abierunt.* Quinam hi? T.14. E. n.15.

APOCALYPSIS.

Cap. 1. v. 5. *Primogenitus mortuorum.* Quomodò si aliorum priùs recolitur resurrectio? T.4. D.1. n.14.

V.12. *Conversus sum, ut viderem vocem.* Quæ & cujus vox plus videtur, quàm auditur? T.2. D.1. n.10. D.3. n.3.

V.16. *Habebat in dextera sua stellas septem, & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat.* Cur gladius in ore, & in manibus stellæ? T.10.D.1. à n.7. Quare gladius duplici acie? T.11. E. n.18.

V. 20. *Septem stellæ Angeli.* Cur Angeli conferuntur stellis? T.8. D.3. n.10.

Cap.3.v.17. *Nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus.* Quomodò ita & nudus, quem honestabat habitus? T.8. D.1. n.10.

V.20. *Cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Quid hoc? T.13. E. à n. 28. Quando non invicem, & una non simul. D.4. à n.4.

Cap.4. v.1. *Ecce ostium apertum in cœlo.* Quomodò si jam redemptione apertum? T.14. D.6. n.7.

V.2. *Ecce sedes posita, &c.* Cur dum sedes Christo designatur, ostium in cœlo aperitur? T. 9. D.2. n.3.

V. 3. *Similis erat aspectui lapidis jaspidis.* Cur hujus speciei sedenti in throno? T.9. D.5. n.5.

Ibid. *Iris erat in circuitu sedis.* Cur non in sede? T.12. D.1. n.1.

V.6. *In medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia.* An Cherubim, vel Seraphim? T. 13. D.2. n.14. Quomodò in sedis medio, & in circuitu? T.12.D. 2. n.11. Quare vocantur animalia? n.12.

Ibid. *Plena oculis ante & retrò.* Cur hic oculi in Cherubinis, & apud Ezechielem in rotis? T.4.D.3.n.9.

V.8. *Et intus plena sunt oculis.* Oculi introrsùm ad quid? T.13. D.2. n.14.

Cap. 5. v. 1. *Vidi in dextera sedentis librum.* Quomodò si nemo respicere quibat? T.14. D.4. à n.6.

V.13. *Et quæ sunt in mari, & quæ in eo.* Quid hæccine phrasis? T.12. E. à n. 19. Quare dicitur, ibi esse, quæ non erant alibi? D.2. n.10.

Cap.6.v.2. *Habebat arcum.* Ubi sagittæ? T.10.D.4.n.10.

Ibid. *Et data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret.* Quare corona ante triumphum? T. 7. D. 4. n.9. Si jam vicit, ad quid exit? T.10. D.4. n.9. Quid est vicisse in victoriam? T.7. D.4. à n.9.

Cap.7. v.9. *Post hæc vidi turbam magnam.* Quomodò in cœlo turba magna, si pridem loca deserta? T. 9. D.2. n.3.

Cap.10.v.1. *Pedes ejus tanquàm columnæ ignis.* Cur splendor ignis in pedibus? T. 4. D.2. n.4. Ad quid pedes, si habet alas? n.9.

V.2. *Et habebat in manu sua libellum apertum.* Quare? n.11.

Ibid. *Et posuit pedem suum dextrum super mare.* Cur unum tantùm? T.14. D.2. n.1. Cur columna super aquam fluxam? n.8.

Ibid. *Sinistrum autem super terram.* Cur non utrumque super utrumque elementum? n.7. & 8. Qui sint pes dexter, & sinister? n.18.

V.8. *Accipe librum apertum.* Cur non involutum? T.2. D.2. n.11.

V.10. *Erat in ore meo, tanquàm mel, dulce; & cùm devorassem, amaricatus est venter meus.* Qua arte amaritudo pectoris erit in dulcedinem oris? T.2. D.2. à n.10.

Cap.11. v.12. *Audierunt vocem magnam de cœlo.* In quo magnitudo vocis? T.3. D.2. n.8.

V.15. *Factæ sunt voces magnæ in cœlo.* Cur ex unica voce tot voces? Ibid.

Cap.12. v.1. *Signum magnum.* Cur dicitur vexillum? T.10. D.1. n.3. Cujus signum? Ibid.

Ibid. *In capite ejus corona stellarum duodecim.* Quænam prima corona? T.7. D.4.

V.6. *Mulier fugit in solitudinem.* Quomodò tunc pugnavit? T.8. D.5. à n.10.

V.7. *Factum est prælium magnum in cœlo.* Cur prælium Angelorum, cum propter prælium mulier fugerit in solitudinem? n.11.

V.10. *Nunc facta est salus, & virtus.* Quare tunc? n.12. Cur unitur cum virtute salus? Ibid.

Cap.15. v.1. *Vidi aliud signum in cœlo.* Cur singulare miraculum dicitur signum? T.7. D.4. n.11.

V.2. *Eos qui vicerunt stantes super mare.* Quomodò sine pondere pondus? Ibid.

Cap.17. v.7. *Sacramentum mulieris & bestiæ.* Quid indicat fœmina super bestiam? T.4. D.6. n.6.

V.8. *Bestia, quam vidisti, fuit, & non est.* Cur princeps designetur in bestia? n.7. Cur dicitur, *vidisti*, si videbat? n.8. Quomodò disparuit, quam videt? Ibid.

Ibid. *Et ascensura est de abyssо, & in interitum ibit.* Quomodò si imperium ex homine in mundo, dicitur ascensurum ex inferno? n.7 Quo pacto in interitum, si bestia ascensura in thronum? Ibid. n.9.

Cap.21. v.1. *Vidi cœlum novum & terram novam.* Per quem detecta? T.7. D.6. n.16. Quando? T.9.D.2. n.1. T.14. D.4. n.8.

V.2. *Vidi sanctam civitatem novam descendentem.* Quomodò si alibi ut videret, sustollitur in montem magnum & altum? T.14. D.6. n.12.

V.18. *Aurum mundum simile vitro mundo.* Cur aurum simul cum vitro? T.13. D.1. n.1.

Cap.22. v.1. *Ostendit mihi fluvium aquæ vitæ.*

V.2. *Ex utraque parte fluminis lignum vitæ.* Quare lignum vitæ juxta flumen aquæ? T.13. D.4. n.11.

SILVA EVANGELICA PRO CONCIONIBUS.

Ad periphrasim Evangeliorum scrutator Scripturæ Indicem legat. E. post T. Literæ expositionem indigitat. T. significat Tautologiam, D. Didascaliam, N. numerum marginalem. Ubi marginalis non additur, designat argumentum per totam Didascaliam.

Dominica I. Adventus.

I. *Erunt signa in Sole & Luna &c.* Signa ne rigoris vel pietatis? Ita pius, ita severus; ut resplendeat vel puniendo benignitas. T.14. D.1. & incandescat, quoniam irritata pietas. T.14. D.5. Vid. *Amor.*

II. *Erunt signa &c.* Clementiæ, vel iracundiæ? Utriusque sanè. T.14.E. n.24. Etenim quibus removentur crimina, non vocanda flagella; sed gratia: nec acerbior pœna, pœna. T.5.D.5. à n.12. T.14.E. à n.17. Vid. *Clementia Deus.* II. III.

III. *Erunt signa &c.* Per signorum immutationem vocat, & urget, antequàm veniat, homines in pœnitudinem: igitur amor despectus grave vulnus. T.14. D.5. Incandescens semel victus. Ibid. In odium, si provocatus. n.14. Vid. *Peccator.*

IV. *Erunt signa &c.* Ultrix clementia, ubi cordis pervicacia. T.2.D.4.n.4. T.3.D.5.n.3.T.14.D.5.n.4.8.& magna miseratio, quæ exercetur à justitia. T.1.D.1.n.9. T.14.D.1. à n.5.D.2. à n.2. Vid. *Justitia, Misericordia.*

V. *Erunt signa.* Quorsùm hæc? Specimen futurorum, ut cogitata, sint irrita, quæ futura; horribilia suavia; pungentia, nulla. T.5.D.4. à n.4.11. & 12. T.11.D.6. n.13. Vid. *Mors.*

VI. *In terris pressura.* Quid ex severitate tribunalis, si pressura tanta ante sententiam judicis? Judicium cogitandum ante judicium: & tunc judicium apparebit rectum. Ibid.

VII. *Arescentibus hominibus præ timore & expectione.* Quid ex quo? Expectant causam, atque sententiam timentes; timent an contrà expectantes? T. 10. E.n. 5. T.11. D.6. n.2.15. Vid. *Judex, Justitia.*

VIII. *Arescentibus hominibus præ timore & expectatione.* Mors prævenit judicium, ex quo vita vera, & vera mors: & homo nec arescet, nec timebit, nec expectabit; modò moriatur, priusquàm moriatur, specie, corde, atque vitalitate. T.4.n.1.D.11.D.6.n.3. T.5.D.4.T.9.D.2.n.2. Vid. *Mors.*

IX. *Videbunt filium hominis.* Mitem? Imò judicem, severum cum majestate venientem. Qui in justitia fuit misericors, erit profectò ex misericordia dirus. T. 10. D.5. n.3. T.14. E. n.16. D.1. n.9. D.5.

X. *Cum potestate magna, & majestate.* Potestas, magnitudo & majestas. Potestate contra potestatem, magnitudine in magnitudinem, majestate adversus peccatorum majestatem. Potestate mirificà, quia extremis malis supplicia extrema. T.7.D.2.n.16.T.10.D.3.n.12. Magnitudine, quia in majora lapsi fiducia veniæ. T. 1. D.6. Majestate, ut constet criminum gravitas, quippe exacerbatur pietas. T.10. D.5. n.3.

XI. *Cum potestate, &c.* Cuncta ex cruce. *Parebit signum filii hominis.* Hoc doloris signum: & dolor præmittitur ad judicandum? Invitè accedit ad supplicia. T. 4. D.4.n.9. & vulneratur ab illata aliena plaga. T.5.D.5. n.9. T.10. D.6. n.13.

XII. *Levate capita vestra,* tanquàm in miracula visa: quippequàm miraculum sumi à pietate flagellum. T. 4. D.4. n.9.T.5.D.5.n.9.11.T.14.D.1.quod non sumeret, ni flagellandi præberent & urgerent in supplicium. T.5. D.5. n.9. T.14. D.5.

XIII. *Appropinquat redemptio vestra*: igitur patebit accusantium calumnia, & justorum innocentia.T.1.D.2. T.11.E. n.13. D.6.

XIV. *Appropinquat justorum redemptio,* & nocentium simul condemnatio: igitur ira maxima vel judicis suavis, si irritatione commovetur bilis: & etiam corrumpitur gratia benevola amoris. T.14.D.5.

Dominica II. Adventus.

I. *Joannes in vinculis.* In vinculis Baptista? Summæ uti-

utique miseria; dum sufficit in pœnam innocentium accusatio, & judex hæret impiè semel concepto. T.1.D.2. D.3. Vid. *Judex, Judicium, Justitia, & Præses.* II. IX.

II. *Joannes in vinculis.* Joannes & ab Herode, justum sciente? Affectio cæca & vitium fovet, & virtutem interimit. T.1. D.5. D.6. Vid. *Affectio.*

III. *Joannes in vinculis.* Quid Herodes? In vinculis erat, nec videbat uti vincula; eò duriora, quo magis grata. T.4.D.4.n.13.T.6.D.3.n.13.T.7.D.1.n.1.T.8.D.4. n.10. T.9. E. n.17. T.12. D.1. n.6. Vid. *Voluptas.*

IV. *Joannes in vinculis*, & ab Herode rectitudinem Joannis cognoscente, sed ducto in voluptates turpi affectione. Veritas rectitudinem pingit: factio picturam in judicium non discernit: & apparet culpa etiam in innocentia; quippe proferens ex affectione judicium, pro judicio profert rationis morbum, affectionis prolubium, & vacuum cerebrum. T.11. D.5. Vid. *Electio.*

V. *Joannes in vinculis.* Judex utique furiosus, ubi calumniæ datur locus, & innocentiæ negatur accessus. T.1. D. 3. n. 5. & punitur justus, tanquàm esset criminosus. T.7. D.3. Vid. *Præses* IX.

VI. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Præsentia comprobatur auxilio, astruitur animo, firmatur protectione, stabilitur juvamine. T.2. D.3. T.7. D.3. T.8. D.3. à n.8. Vid. *Gratiæ: Charitas & Clementia.*

VII. *An alium expectamus?* Affectat ignorare? Ambigit & signat? Malum est, dum abest præsens: igitur præsentia ex favore erga innocentes & vexatione in tyrannos peccatores. T.7. D.2. D.3.

VIII. *Quid existis in desertum videre?* Joannis simul signantur loca, desertum & vincula; quoniam est mansio sine mansione in clausura, ac sine exitu exitus extra claustra. Exitus sine exitu, dum boni egrediuntur è claustro, quasi manerent: mansio sine mansione, ubi manent non boni quasi exirent. T.12. D.2. à n.4.

IX. *Quid existis in desertum videre?* Idem Joannes in interiora deserti, ac in tetro obstruso carcere; ut notescat summus in virtutum perfectione: etenim clausi corporis custodia non est clausura; & extra custodiam clausura est animæ necessaria. T.12.D.1.D.2.D.5.n.18.

X. *Arundinem vento agitatam?* Nullo modo. Non movetur affectionis vento in judicio. T. 1. D. 5. n. 2. D. 6. n. 3. neque est apud illum personarum acceptio. T.11. D.6.

XI. *Hominem mollibus vestitum?* Honestabat Joannem habitus religiosus, & vita; quoniam nil facit vitæ religiosæ tantùm habitus; nec species virtutis quit esse virtus, exterioritate vitilà, & putida animà. T.8.D.1. n.10.

XII. *Qui mollibus vestiuntur in dominibus regum sunt:* igitur pœnitentia nunquàm videtur in aula. T. 7. D. 3. n. 13. sed mendacium, ibid. n. 12. detractio duntaxàt, delatio, invidia. T.2. D.2.10. T.1.D.2.n.11. D.3. à 11.

Dominica III. Adventus.

I. *Miserunt Judæi, &c.* Ut quid ad Joannem hujusmodi de suprema dignitate missio; si ipse signaverat, cujus esset jure etiam à cœlo? Ut Christum deprimerent, & indignum elevarent. Affectio caret judicio, consilio, cerebro. T.1.D.5. à n.4.D.6.n.2.T.11.D.5. Vid. *affectio, & Electio.*

II. *Miserunt Judæi &c.* Addicunt Salvatorem, & Præcursorem invitant ad dignitatem? Ad electionem in fastigium dignitatis, æquè nocet facilitas ac difficultas amoris. T.1. D.6. Vid. *Dignitas.*

III. *Miserunt &c.* Multum Joanni arrogant, multum Servatori derogant. Dum judicium faciunt, judicio amittunt judicium; proditque abundantia iniquitatis ex affectu pravo cordis; quoniam utilitatis intuitu, superbiæ fastu, voluntatis lubito, affectionis decreto, ita pictura penicillus variat, dum affectione vel fastidio colorat; ut magnus, nullus; indignus, aptus; homo, & non homo nil aliud sint, præter id, quod factio vult. T. 11. D.5.

IV. *Miserunt ad Joannem.* Licèt lucerna ardens & lucens, non erat ille lux. Alius ille quem signaverat erat lux vera: ergo ad Joannem miserunt specie dolosa; ut dignitas esset electo dedecus, & in munere videretur extra munus. T.1. D.4. à n.11. D.6. à n.8. T.4.D.6. Vid. *Indignus.*

V. *Miserunt ad Joannem.* Major dignitas electo; & optatur in ruinam eligentium, electi, atque dignitatis. *Eligentium*, quippe illis propudium, erga indignos suffragium. T.1.D.4. à n.9.D.5. à n.5.D.6.n.9. *Electi*, quia in dignitate pessimus, qui judicabatur bonus, claudus sanè qui rectus, non à ratione, sed à fortuna fictus. T.1.D.4. *Dignitatis*, quoniam muneri onus, estò fumus. Ibid.n.11. T.4. D.3. n.7. D.6. à n.3.

VI. *Miserunt ad Joannem.* Faciunt dignioris, imò digni fastidio. Obnubilatur ratio, ubi finis electionis est electio. T.1. D.5. n.1. quia cogitat juxta speciem, & aspicit juxta cogitationem. T.4. D.5. n.5. T.11. D.5. n.16.

VII. *Tu quis es?* Cur non quid? Ad dignitatem meritorum cognitio, non affectio. T.1.D.4.n.13.D.5.n.7. 10.D.6.n.2.6. nec ad munera munera, sed merita. Ibid. Vid. *Affectio, Dignitas, Indignus.*

VIII. *Non sum ego.* Dum dignitas ambit, sese & intra se continet: etenim judicium proprium non judicium, sed præsumptio. T.11. D.4. & amor sui arbiter sine judicio. D.5.

IX. *Non sum ego.* Sui cognitio valuit, qua ambitionem compescuit: siquidem oblivio, vel affectatio destruit optimum specie virtutis. T.6. D.4. propellit in ruinam cæcitatis, ac postèà judicit furorem obcæcationis. Ibid. T.1.D.1. à n.11. D.2. n.5. & 14.D.6. n.4.T.11.D.4. à n.10.

X. *Non sum ego.* Eminet Baptista, quia apud se non eminet; attollitur, quia jacet, & sublimiorem jacere cognoscit. T.1. D.1. n.10. T.5. D.3.

XI. *Propheta es tu? Respondit: Non.* Plusquàm Propheta es. At nec admittit superiorem dignitatem, nec Prophetæ nomen propter subditorum indolem: igitur ita duræ cervicis, ut nec bonis commoveantur, nec flagelis. T.5. D.5. n.14. T.7. D.2. n.1. Vid. *Correctio.*

XII. *Ego vox.* Nil amplius? Quomodò si dicit, *Ego?* Venit ut vox verbi, ut testimonium perhiberet de lumine; & se vocat tantùm vocem; quoniam esse proprium arbitratur ministerium, & conditionem officium. T.1. D.4. n.7. T.11. D.3. D.4.

XIII. *Ego vox.* Nihil aliud, quippe aliud nihil. Nihil est, qui aliquid sibi esse videtur in dignitate, & sine dignitate non esse. T.4.D.6.n.11.T.6.D.5.D.6.

XIV. *Dirigite viam Domini.* In directione itineris stat summa perfectionis; non est via iter propriæ voluntatis, nec deficere ab officio velamine devotionis. T.1. D.1. à n.11. D.2. n.14. T.4. D.5. n.5. T.6.D.4.T.11. D.4. à n.3. Vid. *Hypocrisis, Philautia, & Voluntas propria.*

Dominica IV. Adventus.

I. *Procurante Pontio Pilato Judæam.* Dignitas non in munus regiminis, neque in splendorem dignitatis, sed solummodò in lucrum procuratoris; etenim qui sibi servit, non præses, non rector, sed procurator. T.1. D.4. n.5. T.8. D.6. à n.9.

II. *Procurante, &c.* Non in ambita & jam amplexa dignitate sedebat: ampliorem ex illo & per illam peribat, siquidem ambitiosus habita, quia habita despicit, & habenda concupiscit; sed nunquam quiescit. T. 8. D.6. Vid. *Ambitio.*

III. *Sub principibus Sacerdotum Anna & Caipha.* Hi principes judicandi? Nullo modo, quippe pessimi, volatici, indigni, atque incapitati. T.5. D.6. n.3. T.11. D.4. n.6. D.5.

IV *Sub principibus*: verùm illorum merita sub omnibus estò vilibus. Non qui in supremo culmine sunt supremi. T.6.D.6. n.8. nec digni, qui in dignitate. T.1. D.4. n.11. T.4. D.3. n.7. D.6. n.8.

V. *Sub principibus Sacerdotum*: aptiùs, militum, uti pleni scelerum. Majestas muneris indignis non est majestas, neque dignitas dignitas. T. 4. D. 6. etenim illi dignitatum onera, atque principum spectra. T.6. D.4. n.8. T.6. D.6. n.8. T.11. D.5. n.13.

VI. *Sub principibus, &c.* Fortuna immeritos auget honoribus; affectio pertinax loca culminibus. T.1.D.4 n.10. 12. D.6. n.4. & 15. T.4. D.3. n.7. T.11. D.5. n.1.

VII. *Sub principibus, factum est verbum Domini super Joannem.* Dignitas sub pedibus illorum in turpedinem: econtrà Joannis munus super Joannem. Huic ex munere gloria, principibus ignominia. Ab his quæsita majestas throni, sed Joannes quæsitus à majestate. T.1.D.3. n.3. D.4. n.11. T.4. D.6. à n.2.

VIII. *Sub, super.* En discrimen malorum & bonorum præsidum. Improbi quærunt dignitatem in commodum T.1. D.4. n.5.T.8. D.6. à n.9. Boni commodum dignitatis in servitium. T. 1. D. 4. n. 6. T.5. D.3. n.9. T.11. D.3.

IX. *Factum est verbum.* Minimè ineptum, sed factum: igitur parùm prodest, bene incipere, & ulteriùs nihil agere. T.8.D.1. fiducia status sperata salute. D.2. Vid. *Monachus* III. IV.

X. *Super Joannem in deserto, & venit &c.* Quare desertum, quo secum angelicè vivebat, prompte reliquit? Erat vox verbi, ruri tantùm vivebat sibi, & qui in publico munere, non sibi vivere debet; sed orationem deserere, atque muneri servire. T. 11. D. 3. D.4. Vid. *Dignitas, Electio.*

XI. *In omnem regionem Jordanis.* Quo intuitu non venit ad Principes, si sub principibus habentibus Sacerdotum regimen, factum est verbum Domini super Joannem? Obliquè Princepes intuentur prædicationem, & ob illam prædicantem. T.2. D.1. n.3. T.7. D.3. n.12. Vid. *Concio, Prædicatio, Veritas.*

XII. *Prædicans.* Verè: prædicabat moribus etiam, in cordium conversionem, igitur verbum non solùm dictum, verùm factum super Joannem. Vera prædicatio facta, non dicta; quoniam eficax prorsùm, si verba facta. T.3. D.4. n.2. T.10. D.1. n.6.

XIII. *Baptismum pœnitentiæ.* Pœnitentia baptismo? Per quàm aptè. Pœnitens verus vulnus non habet sceleris, neque cicatricem vulneris. D.6. D. 4. Vid. *Lachrymæ.*

XIV. *In remissionem peccatorum.* Pœnitentia quæ non in remissionem peccatorum, & lavacrum criminum; non est effectus pœnitudinis, sed hypocrisis. T.6. D.4. Vid. *Hypocrisis, Virtus.*

XV. *In remissionem peccatorum.* Peccatorum. Hominum, vel criminum? Æquivoca vox est, sed admirabilis vox: igitur miraculo pœnitentiæ, ita variatur humanæ constitutio naturæ; ut peccatis per pœnitentiam remissis, jam non ipsi, qui fuerunt peccatores. T.6. D.3. Vid. *Pœnitentia.*

XVI. *Rectas facite semitas ejus.* Taxantur studia sub sanctitatis larva, dum prava videntur recta, & quæ obligationis, aspera; in quibus fatuitas, vanitas scurrilitas, & nulla sanctitas. T.11. D.4. à n. 10. Vid. *Fœmina.*

In Septuagesima.

PRO BULLA CRUCIATA
Vide in fine Silvæ.

I. *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias.* Cuilibet datur ministerium ad utilitatem, & gratia aptatur juxta ministerii conditionem. Non quia paterfamilias excluditur à regno cœlorum; modò patrisfamilias adimpleverit officium: etenim erit cuilibet salvatio, si ligatur ministerio, & non pessundat officium in officio. T.1. D.4. n.6. T.11. D.3. D.4. à n.10. Vid. *Officium.*

II. *Qui exiit.* Ipse? Servos non habet? Ille facit, ut cultura vineæ bene fiat: quandoquidem servi, magis sui quam vineæ procuratores: regimen in manu servorum frequenter inutile. T.1 D.3. n.3. patri facile, quod ministris impossibile. T.1. D.2. n.15. T.2. D.5. n.4. T.7. D.2. n.16. & frequenter abutuntur potestate. T.1. D.5. n.3. T.4. D.3. n.10.

III. *Qui exiit.* Ille per se, non per alios. Præsentia præsidis laboribus, ac laborantibus utilis. T. 7. D. 2. atque solatium laboris. T. 2. D. 3. n. 4. siquidem qui non debet esse, apparet similis cæteris. T.5. D.3. Vid. *Princeps.*

IV. *Exiit primo mane.* Hoc opus, hic labor volenti in munere respondere spectationi: igitur sibi non parcit, qui sibi non vivit. T. 1. D. 3. n.3. T.11. D.3. vigilans, dum servus dormit. T. 2. D. 1. n. 13. T. 8. D.2. n.3. Vid. *Præses* I. & III.

V. *Misit eos in vineam.* Opus non dicitur, quia vocatione supponitur: equidem non vocantur in quietem, sed in laborem. T. 7. D. 4. n. 15. T. 8. D.1. 7. 12. ut per laborem nanciscantur quietem. T. 5. D. 4. à n.12. T.8. D.1. à n. 3. D.2. n.1.

VI *Ite & vos in vineam meam.* Non opus injungitur, & à vocatis perficitur, quin injungatur: igitur in præmium non sufficit vocatio sine exercitio. T. 8. D.1. n.1. neque status sine statu. D.2. Vid. *Monachus.*

VII. *Ite & vos.* Cur sese in opus non invitant, sed vocationem expectant? Non apti qui vocationem eligunt, sed qui eliguntur. T.8.D.1.n.7. quoniam in vocatione vocationem non inveniunt. T.5. D.6. n.5. T.8. D. 2. n.2.

VIII. *Quod justum fuerit dabo vobis.* Nihil habebunt si nihil faciunt. T.8. D. 2. igitur otiositatis in munere nullum præmium. T. 11. D.4. n. 1. sed oblivionis vocationis grave damnum. T.8. D.1. à n.6.

IX. *Circa undecimam horam exiit.* Cunctis horis egreditur, ut respondeat cunctis, in exactione pro munere dignitatis: equidem ut floreat vinea, cuncta audienda, cuncta videnda, & visitanda cuncta. T.7. D.2. D.3.

X. *Quid hic statis tota die otiosi?* Ut operarentur, expectabant vocationem, & titulo vocationis fovebant otiositatem. T.8. D.2. Vid. *Vocatio.*

XI. *Quid hic statis &c.* Novissimè vocantur, sed præ cunctis quia vocati, laboraverunt. Serò qui veniunt, serò boni fiunt, & per miraculum. T.8. D.2. n.9. D.4. à n.14.

XII. *Redde mercedem incipiens à novissimis usque ad primos.* Cuncti introjerunt, & cuncti introeuntes laborarunt, atque præmium pepererunt. Quomodò ergo dicitur illi alii vocato & ingresso: *Amice, quo-*

modò huc intrasti? Quia non habuit vocationem. Habuit, & non habuit: habuit, ut intraret, & illicò ut intravit, amisit. Habuit, ut intraret, non ut proficeret: & merito damnatur, quia ingressus tantùm, ut ingrederetur: malum habens exitum, quia solummodò habuit vocationem in introitum. T.8. D.1. à n.10.

XIII. *Redde mercedem, &c.* Quanvis novissimi, benemeriti: igitur magis apti non quærentes ingressum in vineam, sed quæsiti non eligentes ministerium, sed electi. T.8.D.1. à n.7. Vid. *Monachus.*

XIV. *Erunt novissimi primi & primi novissimi, &c.* Qui in mundo abjecti, in cœlum assumpti: qui in mundo pleni pœnis, in cœlo summè felices. T.4.D.4. n.13.T.5. D.4. à n.15. D.6. n.6.T.6. D.3. n.13.T.7. D. 1. n. 1. D. 6. n. 1. T. 8. D.3. n.14. T.9. E. n.17. T.13. D.6. n.13. Vid. *Mortificatio.*

In Sexagesima.

I. *Exiit qui seminat, seminare semen suum.* Jam agricola, qui fuerat paterfamilias. In cœlo mansiones multæ sunt: erit proculdubiò salvus, qui in munere non otiosus, ac respondenti exercitio in cœlum datur ingressus. T. 1. D. 4. n. 6. T. 11. D. 3. D. 4. Vid. *Officium.*

II. *Exiit qui seminat, seminare, &c.* Aliud factum, aliud propositum; ut ex adimpletione propositi judicetur factum factum: equidem nihil fit facto, dum prætervolat intentio, ut fiat quod fit; cogitetur, quod cogitatur; intendatur quod intenditur. T. 12. D. 2. à n. 6. Vid. *Chorus, Templum.*

III. *Exiit qui seminat, seminare semen.* Intenditur geminatione muneris exerciti fructus, ut in exercitio minimè teratur tempus, dum opus sementis creditur seminatori, & scienti seminare: igitur tunc lucida munera juxta exercitia collata. T. 1. D.4. n.9. D.6. à n.7. Non munera propter munera. T.8. D.6. n.8. Vid. *Munus, Officium.*

IV. *Qui seminat, seminare.* Ut non sit otium in negotio, & officium sine officio: siquidem non servit officio, cujus verba verba, & labia labia. T.3. D.4. T.10. D.1. n.6. Vid. *Prædicatio.*

V. *Exiit qui seminat, seminare.* Dum facit, quod jubet, exit. Aliud proferre vocibus, & aliud dicere operibus est sapientia stulta, sine literis litera, error in via veritatis, & labyrintus erroris. T. 3. D. 4. T. 6. D. 6. Vid. *Præses* III. *Scientia.*

VI. *Qui seminat.* Semen est verbum Dei: & fructum referet cor; modò in seminante verba videantur, atque voces operentur. Ibid.

VII *Exiit qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat.* Sine exemplo opus seminationis, sed non seminis: siquidem procul exemplo, sine capite multa capita, & sine consilio floridissima consilia. T. 3. D. 4. T.11. D.3. n.6.

VIII. *Exiit, &c. Qui seminat*, officium: *seminare*, propositum: *dum seminat*, exercitum. Officium sine proposito, vanum; propositum sine exercitio, ridiculum; exercitium sine continuatione extra officium & propositum. T.8. D.1. D.2. Vid. *Monachus.*

IX. *Qui seminat, dum seminat.* Quorsùm officium prædicatoris sine mica seminis? Optima prædicatio, qua seminat seminans, ut melior fiat, & meliores faciat. T.3. D.4. à n.3. & pessimus exitus, si prædicat prædicandus, n.8. T.13. D.5. n.8.

X. *Ut videntes non videant, & audientes non intelligant.* Ita quamplurimi prædicatorum. Abyssus confusionum in embolio literarum: sibi orbis miraculum & audientibus spectrum. T.6. D.5. D.6. Vid. *Scientia.*

XI. *Audiunt, deinde venit diabolus, &c.* Ut perfectio sit vitæ, semper incipiendum, & vel in fine debet esse perfectionis principium, sine cogitatione termini, sed servitii. T.8. D.1. D.2.

XII. *Hi radices non habent, &c.* Arbitrantur vocari in quietem non in laborem, in commodum & nequaquàm in virtutem, non in prælium, sed in pugnarum levamen. T.5.D.6. à n.5. T.8.D.1. à n.10.D.4. à n.3.

XIII. *A solicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ suffocantur.* Inimici clarent virtutis, blandè vitam suffocantes. Amaritudo sub specie voluptatis. T.6. D. 3. n. 13. T. 8. D. 4. n. 10. Vincula & retia à divitiis. T.9. D.4. à n.6. & mala solicitudinis titulo necessitas. T.12. D.2. n.4. Vid. *Divitiæ, Voluptas.*

In Quinquagesima.

I. *Assumpsit Jesus.* Qui paterfamilias, & agricola prioribus Dominicis expositus, modò indicatur illuminans cæcum. In officiis profectò faciet miracula, qui studiosè intenderit in officia. T. 11. D. 3. Vid. *Officium.*

II. *Tradetur gentibus & illudetur, & flagellabitur, &c.* Iterùm hoc in tempore peccatores crucifigunt Dominum. Magis offenditur, dum magis propitiatur. T. 14. D. 5. n.12. & quæ in homines gratiæ, retorquentur ut sagittæ. Ibid. Vid. *Gratiæ.*

III. *Tradetur &c.* Festa abominabilia: igitur quod hominibus festum, Christi ludibrium, traditi ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. T. 5. D.5. Vid. *Templum.*

IV. *Cæcus quidam.* Cæcus exponitur, quia his diebus homines planè cæci: sed apparet Sol justitiæ. Accedite ad eum & illuminamini. *Utrumque ergo oculum* (Bernard. serm. 5. de *Assumpt. Virgin.*) *quem interiorem, & exteriorem vocare possumus, tria ad videndum impediunt: tenebræ, humor concretus, & pulvis injectus.* Ex pulvere injecto concernitur humor, ex humore tenebræ. Ut homo videat, cæcutiat: ut audiat, surdescat. T.12. D.5. T.13. D.2. n.9. T.14. D.2. à n.4.

V. *Clamavit.* Cæcus, sed videns, quia se cognoscebat cæcum, & minimè cæcitati addidit obcæcationem. T.2. D.3. n.4. T.3. D.5. n.1.

VI. *Increpabant eum ut taceret.* Quænam turba impediebat medicamen? Et caro & mundus & dæmon. T. 5. D. 6. n. 18. T. 12. D. 5. n. 21. T.13. D.2. n.9. T.14. D.2. n.12.

VII. *Jussit illum adduci ad se.* Quippe videtur impossibile, quòd oculos non aperiat, qui Dominum pro illo tanta passum seriò cogitat. T. 3. D. 6. n.16. T.14. D.1. à n.8.

VIII. *Quid tibi vis faciam?* Non tantum in Christo pietas, sed abundantia pietatis. Dolet de dolore hominis. T. 5. D. 5. n. 10. Præsentiam confirmat beneficiis. T. 13. D. 4. n. 8. & ad votum voluntatis. T. 2. D. 4. à n.7. Vid. *Deus* II. *Gratiæ.*

IX. *Domine, ut videam.* Sese confitetur cæcum. Valet, & peccatum evanescit. Per se patet crimen: & solummodò latet per confessionem. T. 3. D. 5. à n. 11. Vid. *Occasio, Confessio.*

X. *Domine, ut videam.* Peccatum simulatum grave venenum; verùm gravius ignorare, quantum malum. T.3. D.5. à n.10. Vid. *Peccatum.*

XI. *Confestim vidit, & sequebatur.* Quia secutus, verè vidit, errorem proculcavit, cæcitatem excusit. T.7. D.5. à n.16. T.13. D.2. à n.6. Vid. *Christus* VI.

XII. Vid. *Feria IV. Domin. IV. Quadragesimæ.*

Silva Evangelica.

In festo 40. Horarum.

I. *Ecce.* Dum mundus insanit, Dominus de cœlo prospicit. Omnia idola contrita in exitu Israel de Ægypto. T. 7. D. 5. à n. 15. ita cadere debent idola cordium, dum intendunt immolare verum agnum. T. 13. D. 4.

II. *Ecce ascendimus Jerosolymam*, dum cogitamus mundi amentiam, & sacramenti Eucharistici lætitiam. Hoc in tempore oculi adinstar Sponsæ debent dormire, sed intra pectus cor ardenter vigilare. *Sopor iste est mentis excessus, alienatio à carnis illecebris, à mundi spectaculis, quo sopita anima amore vigil.* Ex Hugon. in *Cant.* 5. 2. T. 2. D. 5. T. 5. D. 1. T. 14. D. 2.

III. *Ecce ascendimus.* Boni fontes in Bœotia, alius recordationis, alius oblivionis. Ita enim ascendimus, si ita bibimus, obliviscentes vanitatem mundi, & recolentes mysteria Eucharistiæ. Vid. *Eucharistia*, *Mundus.*

IV. *Ecce ascendimus*, aliter descendimus. Cæsari ante pugnam Pharsalicam, immolanti primam hostiam, dixit aruspex: *Hoc triduo pugnandum.* Plutharc. in *Cæsar.* Hoc triduo in procinctu sunt inimici animæ. Principis cœlestis præsentia superanda cuncta. *Dominus exercituum faciet convivium.* Isai. 25. 6. Dominus exercituum signatur, dum convivium promittitur; quia hoc triduo congruit præliari pro animarum salute. Vid. *Eucharistia.* T. 4. D. 4. n. 13. T. 8. D. 4. n. 5.

V. *Ecce.* Hoc est tempus. *Mensis iste vobis principium temporis, primus erit in mensibus anni.* Via per triduum in desertum, ad immolandum agnum. Ecce Agnus, & Dei Agnus: & tempus hoc verè tempus; quoniam dum à mundo teritur, hic optimè collocatur. T. 8. D. 4.

VI. *Ecce.* Quid? Insigniora miracula, cunctorum mirabilium memoria, universa beneficia, omnimoda gratia. T. 7. D. 3. n. 7.

VII. Vid. in *Quinquages.* VI.

VIII. Cur dum in Eucharistia apparet Christus, exponitur cæcus, & illuminatus? Vid. *Domin. infra oct. Corpor. Christ.* VI.

IX. *Ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.* Inter strepitus mundi haud intelliguntur miracula cœli. T. 8. D. 2. n. 6. T. 12. D. 1. n. 6. verùm si lux de cœlo, nihil mundi videtur in mundo. T. 13. D. 2. n. 9.

X. *Nihil horum intellexerunt*, &c. Ecce dulcedinis multitudo abscondita meditanter à Deo. Facit animæ insipidam, falsam mundi dulcedinem; & dulcem facit acriorem ex mundo immissam amaritudinem. Ex D. Thom. *Opuscul.* 58. cap. 19. Ibid. Vid. *Eucharistia.*

XI. Vide alia in *Fest. Corporis Christi.*

Feria IV. Cinerum.

I. Non est hodie, *Cùm jejunatis*, sicut heri & nudiustertiùs. Ludebant, edebant, gaudebant homines, quasi forent fragili vità immortales; sed apparet, quòd sint pulvis, ut discant vivere, ut vivant; & æquè tristari, ut gaudeant: igitur si priùs hilaritas in cordolium, hujusmodi mœstitudo erit in gaudium. T. 4. D. 1. n. 11. T. 8. E. n. 56. T. 9. D. 2. n. 2.

II. *Memento, quia pulvis es. Quia* signat affirmationem pro *Quòd*, & etiam causalitatem pro *Cur*, vel *Quare.* Memento, causà qua qui flores sic, pulvis es. Quia peccasti: amisisti vitam, amisisti gloriam, admisisti mortem, & reductionem in pulverem. T. 8. E. n. 55. D. 4.

III. *Memento, quia pulvis es.* Recipe alexipharmacum recordationis mortis, ne sis pulvis: etenim mortis consideratio vitæ glorioſæ in hoc mundo, perfectio; atque mortalitatis depositio. T. 5. D. 4. Vid. *Mors, Vita.*

IV. *Memento, quia pulvis es*, ut erigaris ex nihilo pulveris: siquidem victoria ex morte, è morte in vita; qua humo vivit, quasi in sepulchro jaceret, neque sensibus sentiret, sibi mortuus, atque mundo crucifixus. T. 5. D. 4. D. 6. n. 6.

V. *Memento, quia pulvis es.* Quo vita amittitur, vitalitas reparatur. Morte evanescit vita, fitque immortalis, beneficio tantùm cogitationis: etenim estò videatur dura, mori ante mortem, non mors, sed vita vocanda. T. 5. D. 4. T. 9. D. 2. n. 2.

VI. *Memento.* Cujus? Præteriti, vel futuri? Præsentis, quod solùm nostrum; ut non ullum cognoscatur tempus, præter benè collocatum. T. 8. D. 4.

VII. *Nolite fieri sicut hypocritæ.* Hypocrisis *subtile malum, secretum virûs, venenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis*, &c. ex Chrysologo. T. 6. D. 4. n. 1.

VIII. *Nolite fieri.* Bernard. *Nolite fingi*: quoniam hypocritarum apparens virtutis fulgor est horror, iter error, securitas pavor. Ibid.

IX. *Nolite fieri.* Si estis homines, nolite fieri, neque fingi dæmones: quippe hypocrita dæmon larvatus, trojanus equus, cujus ascensus lapsus, splendore allucinatus, atque fulgoribus cæcus. Ibid.

X. *Memento. Nolite fieri.* Multa mala, si protrahitis oblivionem, quousque pulvis per interitum fiatis; quoniam magnum momentum & discrimen, inter hominem euntem in mortem, atque inter mortem venientem. T. 5. D. 4.

XI. *Nolite fieri.* Nolite falli: quippe qui fiunt immortales, apparent pulvis & cinis. Vita, mortalis, & levis. T. 8. D. 4. à n. 7. honor futilis. T. 1. D. 4. n. 3. T. 2. D. 3. D. 6. n. 3. T. 5. D. 3. n. 9. T. 8. D. 1. n. 3. scientia phantastica. T. 11. D. 5. n. 13. fortuna sine fortuna. T. 9. D. 4. à n. 6. T. 11. D. 5. n. 1. T. 12. D. 6. n. 13. Vid. *Favor, Fortuna.*

Feria VI. post Cineres.

I. *Audistis, quia dictum est.* Status rationis & ratio status descendunt in certamen pro honore cœli, & mundi honore. Ab statu profertur: *Dictum est.* A ratione: *Dico vobis.* Hæc vincit, & semper vincet: igitur ultionis auctoritas, ignominia, & injuriæ indulgentia, maxima gloria. T. 9. D. 6. Vid. *Ultio, Vindicta, Injuria, Inimicus.*

II. Quid faciendum, si improbitas nullo flectitur obsequio? *Diligite inimicos vestros.* Vincendum cum bono malum. Accedat charitas, simul status severitas; ut charitate redeat malus in frugem, ac severitate perculsus non rumpat legem. Ibid. n. 4. & T. 10. D. 3. n. 9.

III. *Diligite inimicos vestros.* Quod videtur asperrimum, invenitur summum commodum: quippequàm medicamen injuriarum, vel cessio, vel beneficium. Ibid. Vid. *Gratiæ.*

IV. Honor pungitur per dedecus. Ergo diligendus inimicus. *Diligite inimicos vestros*, ut constet honor. Honor punctus non pungitur, sed deauratur; vindictà denigratur, & deploditur. Ibid. Vid. *Honor.*

V. Honor stat, sed prostratus: in erectionem igitur inimicus diligendus. Si urget vindicta, via pater honori commoda: inimicum intimè percutit gratia, & citiùs suffocat beneficentia. Ibid.

VI. Honor despicitur ; minimè si injuria non cogitatur. Est suspicionis entitas, phantasiæ speciositas, falso fictoque vulnere honoris, verà tamen infatuatione mentis. Ibid.

VII. *Diligite inimicos.*, ut honor non convertatur in onus: igitur dilectio ab illis mutatur in toxica, & dona in vulnera. Ibid.

VIII. Quis magis ab homine præ Christo offensus? Semper hujus criminibus inimicus: & nihilominùs ducitur in gratiam vel impulsus in vindictam, & ultra vitam etiam extendit gratiam. T. 6. D. 2. Vid. *Christus.* I.

IX. Quanvis honor contrà clamet, dilectionem ipse exit: *Dico vobis.* Quid amplius quæritis pro medicamine futilis auctoritatis? Amplior charitatis perfectio, ubi nulla redamatio; & amoris demonstratio, ubi nimia ingratitudo. Ibid. Vid. *Amor.* IV. T. 7. D. 1. n. 8. T. 14. D. 3. n. 12.

X. *Ut sitis filii Patris vestri.* Filiatio comprobetur exhibitione gratiæ, igitur per gratiam consortes sumus divinæ naturæ: illustre quidem gratiam compensare gratia, illustrius, si gratia datur pro injuria: quandoquidem gloria Dei conferre inimico gratiam, & favore in amicitiam. T. 14. D. 4. n. 15.

XI. *Ut sitis filii Patris vestri.* Quotidie, imò continuò offenditur ab hominibus, & pluit favoribus: siquidem gloriam obtinet, quoniam lacessitus cedit, in reconciliationem hostem ambit, & potestatem in ultionem supprimit. T. 6. D. 9.

XII. *Ut sitis filii Patris vestri.* Qui quidem vel judex diligit, & offensus offensores fovet. Ultio pro vulnere legis, etiam est opus amoris. T. 11. D. 6. n. 11. Non punit delinquentem sed crimen, nec mittit supplicium in supplicium, sed tantùm in correctionem. T. 5. D. 5. n. 11. T. 9. D. 6. n. 4. T. 10. D. 5. Vid. *Correctio, Præses.* IV.

Dominica I. Quadragesimæ.

I. *Ductus est Jesus.* Nonne est ratio Patris? Quo pacto ductura ducitur? Ad obedientiam ratio clauda velocissima: sublimior, si ductrix, ducta. T. 1. D. 1. Vid. *Obedientia.*

II. *Ut tentaretur à Diabolo.* Exemplum victoriæ habemus, ne inimico cedamus. Pericula gulæ, vanitatis, & ambitionis sunt illecebræ dæmonis; quæ vincuntur mortificatione. T. 4. D. 1. n. 5. T. 5. D. 6. n. 6. T. 13. D. 6. n. 13. Abjectione. T. 6. E. n. 8. T. 9. E. à n. 14. Despectione. T. 2. D. 6. T. 14. n. 2.

III. *Ut tentaretur.* Quæ videtur tentatio, patet animæ perfectio: equidem hoccine tempore in perfectionem congruit, jejunium amare, delitias non amplecti, corpus castigare. Ex *S. Benedict.* T. 4. D. 5. n. 3. T. 6. D. 3. n. 17. T. 7. D. 6. n. 2. T. 13. D. 6. n. 13.

IV. *Accessit tentator*: Etsi victus, non recessit. T. 8. D. 5. n. 3. igitur ita blandimine vafer; ut qui victor ni cautus, à victo astutè vincatur, & ab hoste prostrato supplantetur. T. 7. D. 4. à n. 4.

V. *Die ut lapides isti panes fiant.* Acrior vis tentationis sub velamine, atque formâ charitatis. T. 6. D. 4. à n. 6.

VI. *Assumpsit eum diabolus.* Processio in civitatem habitantis in deserto, profectò est assumptio à diabolo; ut extrà charitas quæ fervida, refrigeret, & observantia periret. T. 8. D. 2. à n. 5.

VII. *Assumpsit eum diabolus.* An deserto in civitatem! à solitudine in sæculi conversationem! Præcipitium minatur. *Conversatio sæcularis plena periculorum, plena cruciaminum, extremo servitio mancipata,* jacet inter præcipitia. Chrysost. Ibid. equidem extractio distractionem fovet, atque laxatio relaxationem gignit. T. 12. D. 1. n. 2. Vid. *Curiositas, Otium.*

VIII. *Assumpsit eum diabolus super pinnaculum templi.* Patet quando in dignitatis fastigium, electi assumptio est à diabolo: propter fastum. T. 10. D. 3. n. 7. propter præcipitium. T. 4. D. 3. n. 7. D. 6. n. 1. propter nocumentum. T. 4. D. 4. n. 8. T. 9. D. 6. n. 12. propter infatuationem. T. 4. D. 6. n. 15. propter tyrannidem. T. 7. D. 3. n. 9. T. 10. D. 5. n. 6. propter furorem. T. 4. D. 6. n. 13. T. 7. D. 3. n. 4. & propter indignitatem. T. 1. D. 6. Vid. *Electio, Dignitas, Præses, Indignus.*

IX. *Assumpsit eum diabolus super pinnaculum*, ut videret & videretur. Visa provocant in videnda, audita in nova: cuncta vellicant curiositatem, perturbant quietem, excitant cogitationem, qua huc, atque illuc rumores otiosi appetunt, mentem à proposito distrahunt, devotionem evacuant, fervorem vocationis refrigerant, cordis affectum exhauriunt, atque tempus in vanitate consumunt, ita ut quæ tanquàm muta animalia norunt, in his corrumpantur. T. 12. D. 1. à n. 4. Vid. *Monachus.*

X. *Ostendit omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Gloriam ostendit, quam mundus non habet: quia mundi gloria, quia vana, quia nulla. T. 6. D. 4. à n. 9. T. 12. D. 5. n. 4.

XI. *Gloriam eorum.* Quamnam? Gloria orbis non videtur nisi à cæcis T. 2. D. 6. & quæ in maxima ostentatione, non videtur à vidente. T. 12. D. 5.

XII. *Gloriam eorum.* O curas hominum! O quantum est in rebus inane! Fallax omninò gloria, & vel species fugax. Mundus qui floridus, totus laqueus, viscus, fluxus, fletus. Ibid. & T. 5. D. 6. à n. 18. T. 6. D. 4. n. 10. T. 14. D. 2. Vid. *Mundus.*

XIII. *Gloriam eorum.* Cuncta phantastica, insomnia, mentis & cordis ludibria. T. 2. D. 6. T. 6. D. 1. n. 18. D. 4. n. 10.

XIV. *Gloriam eorum.* Quæ gloria, si nulla? Cordis est vitium & nequaquàm oculorum: non veritas florum, sed ficta lux tenebrarum. T. 2. D. 6. n. 14. T. 12. D. 5. n. 1. T. 14. D. 2.

Feria IV. Domin. I. Quadrag.

I. *Magister volumus.* Audacia est, Magister debet ducere, non dirigi: & nulla directio, ubi alienà voluntate. T. 1. D. 2. n. 16. quoniam sine directione. D. 1. à n. 3.

II. *Volumus.* In obedientibus nec velle proprium, quod est proprium obedientium: siquidem obedientiæ gloria, sensus carentia, privatio voluntatis, atque cæcitas rationis. T. 1. D. 1. Vid. *Obedientia.*

III. *Volumus.* Si juxta voluntatem, evanescit obedientia; quoniam virtuti non placitum juxta placita; igitur deficit actus, si deficit modus, & aliud vellet, si vellet aliter. Ibid.

IV. *Volumus.* Insipientia est. Videntur sanctiora, quæ amori proprio videntur; sed fallit, & fallitur larva virtutis, atque veritate hyprocrisis. T. 6. D. 4. T. 11. D. 3. D. 4. n. 4.

V. *Volumus.* Errant volentes, & errant corde. Singularitas occultus hostis, cujus sub potestate importabilis tyrannis: quippe in volitis, uti placitis, & frangitur animus, & affligitur corpus, & amittitur fructus. Ibid. & T. 11. D. 4.

VI. *Volumus.* Non est singularis virtutis, qui singularis. ibid. n. 12. sed qui singularis, quasi unus è cæteris. T. 5. D. 3. Vid. *Philautia.*

VII. *Volumus.* Optativè. Si vellet practicè, nequaquàm voluntas haberet velle, sed duntaxat vellet dirigi: dicuntque nolentes, *Volumus*; quia non intenditur virtus, sed virtutis desiderium, & hoc fictum. T. 11. D. 3. n. 3. D. 4. n. 13. Vid. *Amor sui.*

VIII. *Volumus.* Non volitio, sed embolium, pro exteriore solummodò veneratione virtutum: equidem propria voluntas arbiter sine judicio, & affectus sine affectu? T. 11. D. 4. D. 5. Vid. *Voluntas.*

IX. *Volumus.* Pessima in perfectionem regula, quippe obliqua, voluntas propria; estò deaurata a philautia, destruens virtutem per virtutis speciem: T. 1. D. 2. n. 14. T. 11. D. 4. n. 4. & pervertens judicium per judicii falsitatem. T. 4. D. 5. n. 5.

X. *Volumus.* Propria voluntas jugulat, ni juguletur. T. 1. D. 1. n. 13. retrocedit, qui ita graditur. T. 11. D. 4. n. 13. & ornatus hac velle, nudus videtur. T. 11. D. 4. n. 15. & T. 1. D. 2. n. 14.

XI. *Volumus.* Lepra est, & perniciosior, quò magis occulitur: eò anima infirmior, quò videtur esse sanior. Ex Bernard. T. 11. D. 4. n. 3.

XII. *Generatio mala & adultera.* Objurgatio rigida, sed juxta merita; quandoquidem non conversi benignitate, nec rigore. T. 5. D. 5. n. 14. T. 7. D. 2. n. 1.

XIII. *Generatio mala.* Remedia danda justa conditionem infirmi, in remedium morbi. T. 2. D. 2. n. 1. quia perversi in mentem non redeunt, nisi tundantur. T. 10. D. 3. à n. 8. & in pharmacum nocet, quod non nocet. T. 7. D. 2. à n. 12. Vid. *Correctio.*

XIV. *Signum quærit, & signum non dabitur ei.* Non dabitur, quippe non quærunt in conversionem, sed in auctoritatem. T. 1. D. 6. à n. 6. in fastum, & non in fructum. T. 5. D. 3. n. 4. D. 5. à n. 10.

XV. *Signum non dabitur.* Negatio gratiæ etiam est opus amoris. T. 11. D. 6. n. 11. igitur repellit petitionem, ne videat ingratitudinem, & invehatur in crimen. T. 12. D. 4. n. 13. T. 14. D. 5. n. 13. Vid. *Christus.* VIII.

Feria VI. Domin. I. Quadrag.

I. *Jacebat multitudo magna languentium, &c.* In visitationem nosocomi infirmi orbis, descendit medicus omniscius cœlestis: quippe medicus, ni mala expellat, salutem tribuat, gratiam conferat, vitia reprimat, excessus arceat, quæque visitat, non visitat. T. 7. D. 2. D. 3. Vid. *Præses.* VI.

II. *Angelus autem Domini descendebat.* Angelus Israël audivit, vidit, descendit, & afflictum liberavit. Magni consilii Angelus hominem languidum sine clamore ac prece afflictum vidit, cognovit, manum in erectionem porrexit, atque ab infirmitate & diuturna liberavit. T. 4. D. 3. n. 12. T. 11. D. 3. n. 7.

III. *Angelus descendebat.* Imò magis elevabatur in thronum, illum relinquens propter subsidium languentium, & levamen infirmorum. T. 7. D. 2. n. 2. T. 11. D. 3. n. 6. D. 4. n. 5.

IV. *Descendebat.* Ibi erat, & ibi non erat, nisi dum apparebat: & tunc adesse dicitur, dum ægrotus levatur, & fovetur: etenim abest, qui præsens, modò ad clamorem tanquàm surdus, ad auxilium quasi cæcus, in scientia quasi ignarus, in potentia quasi infirmus. T. 2. D. 3. T. 7. D. 2. D. 3.

V. *Angelus descendebat.* Non erit qui præses Angelus, neque medicus; si in curationem vulnerum non audit, quæ audit: nec quæ videt, videt: nec cognoscit, quæ cognoscit. Ibid.

VI. *Descendebat secundùm tempus.* Gratia, quæ opportuna, grata. T. 2. D. 4. n. 5. & semper obvia gratia, ubi dispositæ corda. T. 14. D. 5. n. 13.

VII. *Triginta & octo annos habent in infirmitate.* Tanto tempore languit? Vivit peccator veneno, fomite toxico; igitur alitur humorum cupiditatum pravitate, & valet cruciaminum vomicarum consuetudine. T. 7. D. 2. n. 11.

VIII. *Triginta & octo annos in infirmitate.* Cruciatus illi sunt in deliciis. T. 4. D. 4. n. 13. Voluptas, vitâ doloris. T. 8. D. 4. n. 5.

IX. *Triginta & octo annos in infirmitate.* Ita, & à clementia? Ita. Pœnis corporis sanantur vulnera mentis. T. 11. E. n. 1. D. 6. n. 8. T. 14. D. 1. n. 2. & 7. secatio, genus pietatis. T. 7. D. 6. n. 2. T. 11. D. 6. n. 10. T. 14. D. 1. n. 6. & correptio, opus amoris? T. 5. D. 5. n. 12. T. 11. D. 6. n. 11.

X. *Cùm cognovisset, quia jam multum tempus haberet.* Haud tristetur, qui ita probatur: pœna equidem est magna misericordia. T. 14. E. n. 16. medicina: n. 11. T. 5. D. 6. n. 6. & etiam maxima gratia. T. 13. D. 6. n. 13. T. 14. D. 1. n. 1. & 7.

XI. *Vis sanus fieri?* Dolor peccatorum dolore tollitur. T. 6. D. 3. n. 11. & evanescit peccatum, si dolore cogitatur. T. 3. D. 6. n. 17.

XII. *Vis sanus fieri?* Inquirit, ut ægrotum sese qui languet, cognoscat: igitur in cognitione latet medicina. T. 2. D. 3. n. 5. & vulnera lethalia, si non nota. T. 3. n. 8.

XIII. *Vis sanus fieri?* Efficacius venenum criminum est ignorare venenum; etenim renuit salutem, qui ignorat infirmitatem. Ibid. n. 10.

XIV. *Vis sanus fieri?* Voluntas (cujus nihil aliud votum ingeritur) ita inquiritur? Ita peccator impos mentis, ut nec doleat de vehementia doloris. Nec piget, nec pudet, nec pœnitet. Ibid.

XV. *Vis sanus fieri?* Non inquirit archiater cœlestis, ut blandimine, ægrotum interficiendo fallat. T. 2. D. 1. n. 4. sed ut vulnera agnoscat, & in salutem restituat. T. 7. D. 2. D. 3.

XVI. *Ecce sanus factus es: jam noli peccare.* Ex peccato defectus valetudinis corporis. T. 8. E. à n. 56. D. 4. & ægritudo ex deliciis. T. 8. D. 4. n. 10. T. 9. E. n. 17.

XVII. *Ecce sanus factus es: jam noli peccare.* Feritas est, peccare fiducia misericordiæ, & spe veniæ. T. 14. D. 1. n. 11. D. 5. à n. 6. D. 6. à n. 19.

XVIII. *Ne deterius tibi aliquid contingat:* igitur pessimus, si medicamine fiunt ampliora vulnera. T. 7. D. 2. n. 10. ac ex medicina à te fabricatur plaga. T. 14. D. 1. n. 7.

Dominica II. Quadragesimæ.

I. *Assumpsit Jesus.* Vid. in *Fest. Transfigurationis, & Christus.* VII.

II. *Assumpsit Jesus.* Exponitur speculum principis perfectissimi & glorioši. Illum commendat majestas, gravitas & beneficentia. Majestas parit reverentiam, gravitas metum, beneficentia amorem. T. 3. D. 4. n. 6. T. 4. D. 3. à n. 10. T. 5. D. 3. n. 2. T. 7. D. 2. n. 2. T. 10. D. 3. à n. 6. T. 11. D. 4. n. 7.

III. *Assumpsit Petrum, &c.* Modus gratiarum juxta Stoicum est, Quid, Quibus, Quando, Quare & ubi. Quid, *Transfiguratus est*: Quibus, *Petrum, Jacobum & Joannem.* Quando, *Post dies sex.* Ubi, *In montem excelsum seorsùm.* Quare, *Ipsum audite.* T. 9. D. 1.

IV. *In montem excelsum.* Labor juvat. T. 1. D. 6. n. 12. arduum decorat. T. 4. D. 5. n. 3. pœna glorificat. T. 13. D. 6. n. 3. dolor denique beat. T. 9. D. 5.

V. *Seorsùm.* Gloria ejus ab intus, ne sit dedecus: igitur si latet nitet; si nitet, latet, imò evanescit. T. 1. D. 1. n. 15. T. 5. D. 3. n. 1. & 11. T. 7. D. 4. n. 1. T. 13. D. 5. n. 8. T. 14. D. 2. à n. 1.

VI. *Seorsùm.* Locum requirit secretum, ut habeat splendida virtus locum: igitur vera, quæ oculos

los fugit ; videri despicit ; & ut splendeat, non fulget. Ibid.

VII. Non solùm *In montem*, sed etiam *seorsùm* ducit, ut minimè mundus virtutem videre possit. Iridis adinstar est virtutis conditio, cujus sine ostentatione major ostensio. Altiùs colores impressi rutilant in iride, si videntur à longè; igitur si prope color, nullus in tot coloribus fulgor. Ibid. & T.12.D.1. a n.1.T.13.D.5.n.8.

VIII. *Transfiguratus est.* Et ingeritur sermo de cruce, pro hominis reparatione? Ut blandimen Salvatoris, & eximiæ charitatis : siquidem illi pœna, tunc ibi nulla habere : gloria tamen è mortis conversatione. T.4. D.1. n.5. D.5. n.3.

IX. *Respondens Petrus.* Nesciebat quid diceret, verùm dixit, quod nesciebat. Verba præsidis veniant priùs ad limam, quàm ad linguam. T.2. D.1. & linguæ imperium teneat, qui tenet imperium. T.10. D.3.

X. *Ipsum audite.* Judicem universorum propter veritatem & mansuetudinem & justitiam, ut erudiantur qui judicant terram. Vide *Deus.* II. III. Munera justitiæ, honestè vivere, alterum non lædere, jus suum unicuique tribuere. Non jus, si judex admittit parem, & excludit digniorem. T.4.D.5. n.5. Si justus premitur, & iniquus absolvitur. T.11. D.6. n.2. Si unus auditur, & alter repellitur. T.1.D.3. Si ibi flectitur, & hic inclinatur. T.4. D.6. n.2. T.5. D.3. à n.4. Si indignus elevatur, & dignus dejicitur. T.1. D.5. n.13.T.4.D.5.n.5.D.6.

XI. *Neminem viderunt nisi solum Jesum.* Dignum sanè admirationis, quòd qui super omnes, esset cæteris æqualis. T. 5. D.3. exutus illâ majestate propter homines. T.9. D.1.

XII. *Solum Jesum.* Ubi qui visi in majestate? Fugerunt, quia loquebantur de cruce? In mundo permulti amici dignitatis, & non habentis, auratâ perfidiâ specie fidelitatis. T.1.D.6.n.4. T.4.D.6. n.16. T.6.D.2. n.10. T.13.E. n.35.

Feria IV. Domin. II. Quadrag.

I. *Ascendimus Jerosolymam, &c. Tunc accessit mater filiorum Zebedæi.* Christus latagit de salute hominis, & ambitiosi de sede majestatis : igitur modò ab illis obtineatur gratia, haud cogitant vel in collatore vulnera. T.4. D.5. n.5. Vid. *Ambitio.*

II. *Dic ut sedeant, &c.* Implicat mater interminis ambitionis ; quoniam sedes ambitio non est sedes, estò summæ majestatis : quando quidem minimè sedem quærit in fastigium, sed in ascensum. T.8. D.6.

III. *Ut sedeant.* Nescit, quid petit, si sessionem cupit. Sedes est votum, cæterùm haud ambitio videt terminum: equidem finem non invenit; majora cupiens, si in majora pervenit. Ibid.

IV. *Ut sedeant*, si possibile, sedere: igitur ictus ambitionis aspide, semper sitit. Ex saturitate oritur aviditas, ex satietate voracitas, ex potu sitis, ex medicamine tumor, ex pharmaco languor, ex munere munus, atque ex ambitu ambitus. Ibid.

V. *Ut sedeant.* Sederent, si sederent: ambiunt, ne sedeant : siquidem minimè sunt in dignitatem apti, quærentes, sed quæsiti: non ambientes thronum, sed à throno ambiti. T.1. D.5. a n.13. T.8. D.1. à n.7.

VI. *Ut sedeant.* Hujusmodi vomica, quo compescitur, augetur, refrigerio uritur. Ambitio non ascendit in dignitatem, ut solùm honorem consequatur, sed ut sequatur: non ascendit in alta, sed ad ultrà. T.8. D.6.

VII. *Hi.* Quinam hi? *Filii mei*, dixit mater. Alii quid? Affectio digniorem ad dignitatem non invenit ; & alios, quantunvis digniores, nihili pendit. T.1. D.5. à n.13. D.6. n.2. T.4. D.5. n.5. T.11. D.5. n.15.

VIII. *Unus ad dexteram tuam & unus ad sinistram.* Jam oppositi in lateribus, qui quærunt latera. Uniuntur in discordiam, amici in inimicitiam, fratres in pugnam. T.1.D.6.n.13 & 15.T.4.D.5. n.4.T.5.D.3. n.3.T.12. D.3. n.4.

IX. *Sedeant unus, &c. in regno tuo.* Haud conferetur siccine filiis cacumen. In regno principes electi à Deo, non destinantur in sedem, sed in laborem: in bonum publicum, nequaquàm in propriam utilitatem. T.1. D.3. n.3. T.5. D.6. n.12. T.11. D.3. D.4. à n.1.

X. *Nescitis quid petatis* ; & petitis, quia nescitis. In regimen ut sit prudentiæ majestas, non tam prodest intentionis probitas ; quam discretionis dexteritas. T.1. D.4. D.6. Vide *Præses.* I. *Princeps, Regimen.*

XI. *Nescitis quid petatis*, quærentes munus in commodum, non in munus : portantes splendorem, & non splendoris onus. T.8. D.6.

XII. Auctoritatem quæritis ; & *nescitis quid petatis.* Haud decus honoris, obtinere dignitatem in quietem, & sedem in dignitatem : cùm dedecus sit rationis, ambitus in ambitionem, & cupiditas cordis in ampliorem grandiorem cupiditatem. Ibid. à n.10.

XIII. *Potestis bibere calicem? Possumus.* Optimè : tunc digni, modò nequaquàm, quia indigni, quos expellet thronus. T.1.D.4. à n.11. denigravit munus. T.4.D.6. n.3.T.6.D.6. n.8. & mittet in præceps fastus. T.4.D.3. n.7. D.6. n.15. T.13. E. n.18.

XIV. *Non est meum dare vobis.* Gratia videtur vobis, quod est justitia: & licèt sit gratia, vobis est gratia inutilis. T.2. D.4. n.4. Gratia citra rationem non est gratia: n.9. nec est gratia, gratia nocua. T. 1. D. 4. n.5. T.5. D.3. n.3.

XV. *Decem indignati sunt de duobus fratribus.* Quæ aliquibus gratia, cæteris vulnera, meritorum negligentia, & unitatis discordia. T.4.D.5.n.5. T.5.D.3. à n.3. Vide *Præses.* XI.

XVI. *Indignati sunt.* Vel in sanctis commovet bilem, odorari in fratribus ambitionem : quæ quidem est doli officina, vitiorum origo, virtutum erugo, hypocrisis genitrix, livoris altrix, discordiarum comes, fomes audaciæ, radix impudentiæ, atque semen arrogantiæ. T.8. D.6. n.5.

Feria VI. Domin. II. Quadrag.

I. *Plantavit vineam.* Vinea anima est, ut accipiat denarium beatitudinis in fine consummationis: verùm perit, quoniam ruina ex status oblivione, atque cæcitas ex lumine. T.8. D.1. à n.5. D.2. Vide *Fer.6. Domin.3. Quadrag.* III.

II. Monasteria sunt vinea à Deo electa, à mundo separata, muris protecta, in qua cuncta in auxilium & proventum animarum necessaria : attamen non referunt fructum propter conversationem sæcularium, & affectum in mundum, quem reliquerunt. T. 5. D. 6. T. 8. D.2.

III. *Spem circundedit ei.* Optima instructio, ut in vinea sit perfectio, quando quidem tam sepes necessaria corpori, quàm clausura vagæ menti. T.12. D.1. D.2.

IV. *Locavit eam agricolis, & peregrè profectus est.* Exponitur absens, qui ubique præsens. Præsens, ut arctiùs diligatur. T.5.D.5. n.2. Absens, ut desideretur. T. 14. D.1. n.12. Præsens, ut laborem in labore tollat. T. 2. D.3. n.4. T.7. D.2. n.1.3. & 17. Absens, ut cogitatus suspiria pascat. Ibid.

V. *Peregrè profectus.* Ne præpropera videretur exactio. Videt vineam malè creditam, & silet, & obmutescit. Congruit aliquando, omnia scire, & scire non cognosci: videre, & oculos claudere : audire, & audi-

tio-

tione ſurdeſcere. T.2. D.2. Vide *Prudentia.*

VI. *Peregre*, quaſi eſſet longè. Mavult crimina ſine correptione præterire, quàm ſine correctione caſtigare. Ibid. n.10. T.10. D.5. n.13.

VII. *Cùm tempus fructuum appropinquaſſet.* Quantus igitur fructus & ultra tempus? Ex tanto labore & ſumptu quantùs? Omninò nullus: igitur agricolæ in vinea extra vineam, in obſervantia extra obſervantiam, in labore extra laborem, atque cum lege extra legem. T. 5. D. 6. n.12. T.8.D.1.D.2.T.12.D.1.D.2. Vide *Monachus.*

VIII. *Alios occiderunt, alios, &c.* Ex diſſimulatione genita audacia, & languor ex medicina? T.7. D.2. n.8. D.3. T.11. D.6. n.10.

IX. *Iterùm miſit alios, & fecerunt illis ſimiliter.* Mores peccatorum addere pro remedio ſceleribus ſcelera, criminibus crimina, peccata pro pœnitentia. T.8. D.4. n.3. T.10.D.2.n.8.T.11. E. à n.1.T.14.D.5. à n.12.

X. *Fecerunt ſimiliter.* Si ſemper indulgeret, ſimiliter facerent. Adorientur flagitium, modò abſcondatur flagellum: igitur nequaquàm averſantur crimen, aut amplectuntur legem; niſi propter pœnæ, aut cruciaminis formidinem. T.5.D.5. à n.12. T.9.D.6.n.4.T.10.D.3. à n.8.

XI. *Verebuntur filium meum.* Nullo modo. Illis voluptas, præſentia Dei iterare peccata, peſſundatà etiam judicis præſentiâ. T.5. D.5. n.6. & 16.T.7. D.2. n.11. T.10. D.5. n.3. T.11. E. n.2. D.6. n.7.

XII. *Malos malè perdet.* Si priùs indulſit, non indulgebit? Improbi nullo obſequio flectuntur. T.1. D.3. n.3.T.5.D.5.n.13.T.9.D.6. n.4. niſi tundantur. T.10. D.3. à n. 8. igitur pejores ſpe veniæ, fiduciâ miſericordiæ. T.11. D.6. T.14. D.5. à n.6. D.6. n.19.

XIII. *Malos male perdet.* Nihil gratius juſtitiæ, quàm ſupplicium noxæ. T. 11. D. 6. n.10. ne peccata majora veniâ clementiæ. Ibid.T.7.D.2.n.16.T.10.D.3. n.12.

XIV. *Malos malè perdet.* Faciat juſtitia, in quæ non valuit miſericordia: igitur pietas in malos crudeliſsima, prævalentibus vitiis, quia ſine pœna. T.7.D.2. n.12. T.11. E. n.2. D.6.

XV. *Malos malè perdet*: igitur unde alii boni, illi peſsimi. Poteſtas, ſive munus in his iniquitatis fit fomes, fons dedecoris, illex tyrannidis. T.7. D.3.

XVI. *Vineam ſuam locabit aliis agricolis.* Reprobatur ſynagoga, cui vinea tradita: ſiquidem habens legem, non habuit fidem; & cognoſcens veritatem, peſſundedit religionem. T.5. D.5. à n.14. T.12. E. n.37. D.4. n.3. D.6. n.11.

Dominica III. Quadrageſimæ.

I. *Dæmonium & illud erat mutum.* Dæmon mutus non erat, ſed homo cum dæmone, vel dæmon in homine. Peſsima mala occulta, verùm pejor ignorantia. T.3. D.5. à. n.9.

II. *Erat mutum.* Nec revocatur homo in pœnitudinem, dæmonis patiens tyrannidem: quandoquidem ſumma; laborare poſſe dicere; pati, & tacere; reſpiratione expirare; & vitâ mori. T. 13. D. 6. à n. 3. Vid. *Præſes.* IX. *Subditi.*

III. *Erat mutum.* Status prorsùm miſeranda conditio! Homo patitur, nec dæmon indulget flere: fletus indicaret pati: ſed tyrannus, uti mutus, nec permiſit, exprimere cordis dolorem; neque fletum in indicem, neque eloquium in levamen. Ibid.

IV. *Mutum*, & latet dæmonium. Alii dæmones muti, alii loquaces. Ita inter homines. Utrumque vitium, & in utroque dæmonium. In eloquio nocet & omnimoda captivitas, & omnimoda libertas. T. 9. E. n. 19. T. 13. D. 6. n. 1.

V. *Dæmonium.* Quomodò homo? Homo dæmonium ſub poteſtate dæmonis: vivit ſine vita admiſſo crimine. T. 8. D. 4. à n. 4. Conſuetudine dæmonium non cognoſcit, neque dolorem in dolore ſentit. T. 3. D. 5. n.8. T.5. D.4. n.18. T.7. D.2.n.11.T.14.D.5. n.8.

VI. *Dæmonium*, eſtò appareret homo: equidem homo dæmon, ubi virtuti detrahit ſpecie virtutis, & larvà reformationis. T.13. D.5. n.1. Vid. *Murmuratio.*

VII. Dæmoniacus homo detractor, furioſus, tempeſtuoſus, & inſanus. T.1. D.6. n.4. T.2. D.1. T.10. D.3. T.13. D.5. Vid. *Delator.*

VIII. *Cùm ejeciſſet dæmonium, locutus eſt mutus.* Quod hic ſub dæmonis poteſtate, contigit aliquando ratione ſtatus ſub turbulento principe. Debet vel afflictus mutus eſſe. Virtus, tacere afflictione; grave non poſſe tacere: igitur periculum, ni ſub ſilentio ſepeliatur injuria, & major ubi auditur injuriæ quærimonia. T.13. D.6.

IX. *Locutus eſt mutus*, quippe jam ſine dæmone inventus: etenim detractores judicium ſine judicio, nota ſine nota, cenſura ſine cenſura. T.13. D.5.

X. *Locutus.* Quia loquitur, peccatum confitetur: & tunc loquitur: dum loquitur confitendo peccatum, expulſum patet dæmoninm: igitur peccati remiſsio, illius confeſsio, atque in confeſsione vera locutio. T.3. D.5.

XI. *Locutus*, qui fuerat mutus; & eſſet etiam loquens, & mutus confitens: quia nulla ex confeſsione confeſsio; modò muti dæmonis non removeatur occaſio. Ibid. Vid. *Confeſsio.*

XII. *Locutus*, remotà occaſione, & expulſo dæmone: etenim cum occaſione confeſsi peccati, confitens obmutescit; dolore non dolet, pœnitudine non pœnitet. Ibid. Vid. *Occaſio*, & T.5.D.2.n.5.T.8.D.5.n.1.

XIII. *Locutus*, quia expellendo occaſionem minimè fovet, & remotione dæmonis verè removet. T. 3. D.5. T.8. D.5. Vid. *Occaſio. Luxuria.*

XIV. *Locutus.* Et *mutus* etiam operatione dæmonis. Detractor elinguis & polylinguis. Irrationales non loquuntur, quanvis illorum exaudiantur voces. Detractores haud aliter. Sunt leones. T.13.D.5.n.6. Sunt canes. n.2. Sunt ſerpentes. n.10. Vid. *Detractor.*

XV. *Locutus mutus.* Tacet detractor, dum loquitur, quoniam loquitur detrahens, & vociferatur tacens. Verba vulnera. T.2.D.1.D.2. Voces tela. T. 13. D. 5. n.3. labia tempeſtas procelloſa. T.10.D.3. n.6. Cuncta corrodit eloquio. T.13.D.5.n.5. putefacit verbo, n.6. ſale infatuationis, atque dulcedine amaritudinis. T.2. D.2. n.10. Vid. *Verbum, Lingua.*

Feria IV. Domin. III. Quadrag.

I. *Tunc acceſſerunt, &c.* Quare tunc? Viſis tot miris, acceſſerunt, ut detraherent miraculis: ſemper livor in lucida ejaculatur tela, & obcæcatur quaſi caligine, alienà glorià. T.12. D.6.

II. *Quare diſcipuli tui, &c.* Nihil omittendum ob maledicam linguam: carpitur ab invidia prudentia. T.4. D.5.n.4. & tunc virtus ſplendida, quoniam carpitur. T.2. D.1. n.11. T.10. D.5. à n.6.

III. *Quare diſcipuli tui, &c.* Quæ videtur obſervantia, latet virulenta malitia, duritas pectorum pro candore morum. T.12. D.1. n.1. ſuperbia inflatior, & apparens zelus, furor. T.5. D.6.n.9. T.10. D.5.n.5. & 12. Vid. *Zelus.*

IV. *Quare diſcipuli tui, &c.* Detractio apud Magiſtrum cœleſtem prætextu religionis atque ſplendido velamento virtutis, ulcere puncti pectoris, & acerbitate cordis. T.5. D.6. à n.9. T.10.D.5. n.5.T.11.D.3.n.3. & 13.T.13.D.5. n.1. T.14. D.1. n.8.

V. *Qua-*

V. *Quare discipuli tui?* Pondus accusationis in statera judicii non est pondus; nec justus accusatus, quia accusatus est injustus. T. 1. D. 2. Vid. *Princeps.*

VI. *Quare & vos?* Ita? Qui tanta tolerat, sic facie ad faciem objurgat? Dissimulandum plane. T. 2. D. 1. T. 5. D. 6. n. 10. T. 9. D. 6. n. 5. non semper dissimulandum. T. 2. D. 2. n. 14. T. 10. D. 3. n. 10.

VII. *Quare & vos?* Prius accusat improbus, in quibus accusandus tenore legis. T. 7. D. 3. n. 7. & audacius detrahit cæteris, qui moribus pravis. T. 13. D. 5. n. 2.

VIII. *Quare & vos?* Fallam calumniam verâ responsione confutat. Tela in jaculatores mirè retorsit. T. 5. D. 6. à n. 9. intimè pupugit. T. 13. D. 5. n. 2. audaciam compescuit, stultitiam corripuit; sed hi nunquàm, nusquàm erubescunt, ni suspendantur. T. 1. D. 3.

IX. *Quare & vos?* Nec necessitas, neque innocentia, neque levitas, quia aliena, nunquam prætermittenda? Semper & per apices notanda? Ubi de ablutione manuum lex? *Quare & vos?* Quanti momenti in delationibus hujusmodi. *Quare?* Ni essent otiosæ aures, deficerent delatores: igitur necessarium totum Christi propositum, ne prævaleat in discipulos malignitatis intentum. Ibid. Vid. *Delator.*

X. *Quare & vos?* Nihil in corde horum præter criminationem innocentium: putidum, non pudor, in ore: tabescunt rabie, & perfidiores fide. Ibid. T. 1. D. 2. n. 11. D. 3. T. 13. D. 5. à n. 5.

XI. *Quare & vos?* Nec verbum dicunt audaces, etiam acrimonia increpationis. Dum ratio corrigit, correptio, etsi dura, placet. T. 2. D. 1. n. 10. quanvis mordeat, mulcet. T. 4. D. 6. n. 13. T. 10. D. 5 n. 9. quanvis urat, allicit. T. 10. D. 3. n. 8. Vid. *Correctio, Præses.* IV.

XII. *Hypocritæ.* Jurè vocati. Propria, atque voluntaria exercitia plaudebant, mandata Dei præteribant; destruentes virtutem virtutis specie, atque mandata Dei mandatorum velamine. T. 6. D. 4. T. 11. D. 3. D. 4.

XIII. *Pnpulus hic labiis me honorat, &c.* Non est esse in templo, in templo esse, si corda longè vana curiositate, vaga cogitatione, atque laude sine mente. T. 4. D. 3. n. 11. T. 12. D. 2. T. 13. D. 4. à n. 7.

XIV. *Docentes doctrinas hominum.* Quicquid placet, licet: optimum tantùm, quod lubet; ubi virtus sine virtute, munus sine occupatione, sanctitatis officium sine sanctitate, splendor luminis sine lumine, lucidæ tenebræ, atque plausa perfectio sine perfectionis apice. T. 11. D. 3. D. 4.

XV. *Plantatio eradicabitur.* Mores parvi haud exeunt sine radice. Quanta ruina ex dissimulatione criminum, ex futilitate medicaminum! T. 7. D. 3. ex desperatione languentium. T. 10. D. 5. n. 13.

Feria VI. Domin. III. Quadrag.

I. *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Fatigatus quærit, quam amiserat, quærendo à malo avocat, & in penitentiam revocat. T. 3. D. 5. n. 3.

II. *Sedebat sic* fatigatus, ut fœminam converteret, & fatigatur, quousque conversione sedeat. Dum peccator compungitur, sedet, de compunctione gaudet. T. 14. D. 1. n. 10. Si non luget, luget; ac de dolore illato gaudet & dolet. n. 5. & 9. T. 5. D. 5. n. 9.

III. *Qui fatigatus, sedebat.* Expectabat fructum ex fatigatione, dum studebat in culturam animæ; ut disperderet vitiorum vepres, & plantaret in corde virtutum flores. T. 8. D. 1. D. 2.

IV. *Fatigatus.* Fatigatio prædicatoris, est glorificatio Patris cœlectis: igitur gloria Dei; quòd *ignaros doceat, dubios dirigat, errantes reducat.* Ex Bern. serm. 36. in *Cant.* T. 6. D. 2. n. 1. T. 3. D. 6. n. 16. T. 8. D. 3. n. 9. T. 9. D. 6. n. 14.

V. *Venit mulier.* Jesus estò fatigatus expectat. *Non invocantibus spiritum bonum, spiritum vitæ & adoptionis spiritum elargitur.* Idem. *serm.* 39. *inter parv.* T. 3. D. 5. n. 3. T. 6. D. 3. n. 1. T. 14. E. n. 29. D. 1. n. 1. D. 4. n. 2. D. 5. n. 4. Vid. *Clementia, Misericordia, Deus* II.

VI. *Venit mulier.* Fatigatione Jesu fœmina peccatrix sedet: igitur infirmam firmavit, errantem reduxit, projectam quæsivit, atque claudicantem solidavit. Ibid. T. 5. D. 2. n. 10.

VII. *Quomodò tu cùm Judæus sis, &c.* Vel secularis fœmina præcognoscit periculum Deo dicatorum, ex conversatione sæcularium, servatâ sæculo fide sub habitus venerandi cultu religiositate: siquidem ruina vel ex transitu, ac levi oculorum aspectu. T. 5. D. 6. n. 12. T. 8. D. 1. D. 2. T. 12. D. 5.

VIII. *Domine da mihi hanc aquam.* Haud recedit à dono, modò in corde dispositio. T. 14. D. 5. n. 13. ut gratiam nanciscens habeat vitam in vitam, & gloriæ gloriam. T. 11. D. 2. n. 7. T. 13. E. n. 8. D. 4. n. 10.

IX. *Quinque viros habuisti.* Prudentissima reprehensio, quam deauravit occasio. T. 10. D. 4. Non succenset delinquenti, sed crimini. T. 5. D. 5. n 11. consulit peccatricis honori. Ibid. & dum urit, allicit suavitate. T. 2. D. 1. n. 10. T. 4. D. 6. n. 13. T. 10. D. 5. n. 9. Vid. *Correctio, Præses.* VII. VIII.

X. *Veri adoratores adorabunt.* Adorant, qui adorant verè. Vera adoratio haud vertitur in eloquio, sed in cogitatione, mente, attentione, devotione. T. 4. D. 3. n. 11. T. 11. D. 2.

XI. *Ego sum, qui loquor tecum.* O flamma amoris! O incendium inextinguibile charitatis! Quærit peccatores, quasi sua interesset, & non nostra quia nostra cogitat sua. T. 2. D. 4. n. 10. T. 6. D. 2. D. 3. à n. 4. T. 9. D. 1. à n. 4. T. 12. D. 4. n. 10.

XII. *Mirabantur, quia cum muliere loquebatur.* Cautio notatur, pro his qui habemus thesaurum in vasis fictibus: equidem vel eloquio accipitur vulnus, percutitur pectus, atque consauciatur animus. T. 8. D. 5. à n. 9.

XIII. *Cum muliere loquebatur.* Visa nocet, vel obvia lædit, curiosè transadigit. Ibid. Vid. *Fœmina.*

XIV. *Reliquit hydriam.* Cogitans verè sanitatem, occasionis criminis oblivionem: igitur pejor infirmitas cum sanitate ad speciem, & exterius tantummodò medicamen. T. 7. D. 2.

XV. *Reliquit hydriam.* Et peccati causam: cautè, siquidem qui occasionem non fugit, miserè perit. T. 5. D. 2. n. 5. vel excludendo admittit, vel relinquendo retinet. T. 8. D. 5. n. 1.

XVI. *Reliquit &c.* Occasio cautè fugienda, quippe in lubrico posita, & aliquando fugiens recluditur, emergendo summergitur, evadendo naufragatur. Ibid. & T. 14. D. 2. n. 1.

Dominica IV. Quadragesimæ.

I. *Sequebatur multitudo, &c.* Fiunt miracula sequentibus Deum, si propter Deum sequuntur, & sequuntur ut sanentur. T. 6. D. 2. n. 14. T. 5. D. 5. n. 2. T. 13. D. 4. à n. 8. T. 14. D. 1. n. 12.

II. *Sequebatur multitudo, videntes signa.* Quænam signa? Ab Evangelista tantùm proponuntur verba. Quodlibet verbum plura miracula. T. 3. D. 1. n. 6. quælibet vox audientibus medicina. T. 3. D. 4. n. 1. T. 6. D. 2. à n. 14.

III. *Videntes signa.* Modus describitur gratiarum in exem-

exemplum principum: igitur subvenit afflictis, & sine dispendio majestatis. Gratia fit per tempus, cum tempore, & opportunè. Si non per tempus, non gratiæ: cum tempore, eximiæ; opportunæ, pretiosæ. T.2. D.4. n.2. Vid. *Gratiæ*, *Princeps*.

IV. *Videntes signa.* Ideſt, verba. Verba amoris, demonstrationes pectoris. T.2.D.3.n.1. T.11.D.6.n.5. ac gloria charitatis, commodum hominis. T.9.D.1.n.5.

V. *Unde ememus panes? Totus oculus est, totus manus, totus pes.* Ex Bonav. oculus, quia omnia videt; manus, quia in egentes extendit; pes denique, quia succurrit ubique. T.1.D.6.n.12.T.2.D.3.T.7.D.3.n.1.

VI. *Cùm vidisset, &c.* Ut remedium famelicis exhiberet. Est visio cæca, & cæcitas oculata: equidem si miserabiles cæci luminibus clausis; miserabiliores sanè, qui apertis oculis. T.2.D.3.n.8.

VII. *Cùm vidisset, &c. Fecit homines discumbere, & distribuit discumbentibus.* Optima prorsùm distributio pro qualitate meritorum, & collocatione sedium: igitur non prius est, in sede collocare sessuros, postque videre; sed videre, & posteà collocare. T.1.D.4.n.8.T.12.D.3. n.12.

VIII. *Cùm vidisset*, ut loca signaret: quoniam Præses, dum in sedem, ac electionem prospicit, debet respicere benemeritum, quem eligat; & nequaquàm eligere, quem aspiciat. Ibid. T.1.D.5.n.13.T.4.D.6.

IX. *Cùm vidisset, &c.* Vestis gloriæ principis sunt manus, oculi, aures. T.4.D.3.n.3. Ideo vestis gloria, ne sit surdus. T.1.D.3.n.2. Cæcus. T.2.D.3.Mancus.D.4. à n.9.T.8.D.3.n.13. Vid. *Favor*.

X. *Cùm cognovisset, quia venturi essent.* Non erant ibi? Ibi, sed studio longè: ideo præsentes venturi: & quia in electionem, propriam sequebantur utilitatem, & quia in electionem solummodò intendebant electionem; ut eligeret voluntas, & electi evanesceret auctoritas. T.1. D.5. Vid. *Affectio*, *Dignitas*, *Electio*.

XI. *Ut facerent eum regem.* Dignitates benemeritum quærunt & ambiunt. Dignus sanè regimine, quæsitus à dignitate; & electus pretiositate dotium sine electione. T.1.D.5.à n.13.T.4.D.6.n.3.

XII. *Fugit iterùm.* Quandò primùm? Ubi in mundo est homo, quasi non esset in illo. Ubi in illo vivit corpus, & longissimè ab illo moratur animus. Ubi objicitur mundus, & non respondet affectus. T.5.D.4.à n.9. Vid. *Mundus*.

XIII. *Ipse solus.* Vid. *Dominic.2.n.*XII.

XIV. *Ipse solus.* O rerum caducarum vicissitudo! O dependentiæ, atque commodi conditio! Ita variatur affectio? Subiit in montem Jesus, & sequebatur eum multitudo magna. Modò fugit, & fugit solus? Utique: modò fugit, tunc ascendit. Ascendentem sæpe multitudo sequitur; & deseritur estò mirabilis, à quo nihil speratur. T.1.D.6.n.4.T.4.D.6.n.16.T.6.D.2.n.10.T. 13.E.n.35.

Feria IV. Domin. IV. Quadrag.

I. *Præteriens Jesus vidit &c.* Summum malum, mala videre & transire. T.2. D.3. Expellere nequire, vel nolle expellere. T.7.D.2.

II. *Præteriens vidit.* Qui non videt vel in transitu, non est præses muneri addictus. T.1. D.3. à n.5. T.2. D.3.

III. *Cæcum à nativitate.* Cæcus est genus humanum. Quis hominem respiceret, ni Jesus Christus videret? Vidit & illuminavit. Lamentabiles tenebræ ex infelicitate, ex errore, maximè ex crimine. T 6. E. à n.13.

IV. *Quis peccavit? Neque hic peccavit.* Imò ne peccaret, cæcus est natus. Quod videtur pœna, est misericordia summa. T.14.E.à n.11. & 16. & in effugium casus, casus directus. D.1.

V. *Neque hic peccavit.* Et Medicus citò occurrit. Ubi non à malitia, medicina obvia. T.2.D.3.n.4. multocula clementia, n.5. T.14.D.5.n.2. & pervia porta. Ibid.

VI. *Lutum fecit.* Oculorum lumini pulvis nocet, & in cæci lumen lutum uti collyrium medicus facit? Consilio cœlesti, ut clareat cognitio mundi: equidem in ejus luto magis immergitur, qui emergere tentat; & quem excæcat, obcæcat, ut nec resipiscentia resipiscat. T.14. D.2. Vid. *Mundus* II.

VII. *Lutum* in oculorum lumen cæci *fecit*; ut Apostolos magis, quam cæcum illuminaret: equidem si lutum ex pulvere & sputo; claret quæ mundi entitas & ostentatio: igitur nil aliud estò gloriosus, quàm pulvis deauratus, sed expuendus. T.12.D.5.à n.21. Vid. *Mundus*. IV.

VIII. *Expuit in terram, & fecit lutum.* Contra fascinationem est saliva, & sputus mundus in se retorquet venena: etenim despectu corruit, fastiditus evanescit: & dum spectatur mundus, apparet insanus. Ibid. T.5. D.4. n.9. T.6. D.4. n.9. T. 14. D.2. Vid. *Monachus*. IV.

IX. *Expuit in terram, & fecit lutum.* Alexipharmacum exponitur in sputo, si videtur; verùm lutum adhibetur, ne in fascinum ab incauto videatur: igitur meliùs occurrere malo, quàm studere remedio. T.7.D.3.n.6. Mundum non cognoscere, quàm despicere. T.8. D.4. n.1. & innocens inculpata vita, quàm pœnitentia. T.5. D.6.n.22.T.12.D.5.n.26.

X. *Fecit lutum*, ut cæcus videns mundum cæcutiret, & tunc perspicuè videret; quippe mundus in tenebris aspicitur, ac in luce non videtur. T.2.D.6.T.12. D.5.T. 14. D.2.

XI. *Fecit lutum*, ut videns mundum esset cæcus; & mundus non esset mundus. Ibid. & T.5.D.4.n.9.

XII. *Fecit lutum*, ut in luto experiretur deaurationis falsitatem, & veritatis speciem; stellionis miram magnitudinem, malignum hostem, & benignum; risu vafrum, decipientem, fascinantem. T.1.D.6.T.12.D.5.

XIII. *Vade lava. Lavi & video.* Cæcus gressu dirigit & in optata sine errore pervenit. Nihil mirum, si obedientia ducit, cujus cæcitas oculata, ignorantia docta, mens cæca, atque voluntas captiva. T.1.D.1.

XIV. *Ego veni in hunc mundum, ut qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.* Pharisæus splendore offenditur, cæcus etiam luto illuminatur. Morbus cæcitatis facilis & difficilis curationis. Facilis, dum causa criminis cæcitas mentis: difficilis, dum causa cæcitatis mentis ex crimine voluntatis. T.2.D.3.n.5. Vid. *Peccatum*.

XV. *Ego veni &c.* In cæco, errante naturâ: in Pharisæis cæcitas voluntaria. Ille orbus lumine: hi cæci corde. Qui cæcus, si oculos aperit, cæcitatem agnoscit; qui corde cæcus, dum plus oculos aperit, magis cæcutit. Ibid.

XVI. *Ego veni &c.* Non tantùm cæci mentis, sed voluntatis. Qui mente cæcus, cæcitatem agnoscit, & lucis satagit: qui voluntariè cæcus lucem caliginem cernit, tenebras in lucem ponit. Ibid. & T.14.D.1.n.11.

XVII. *Ego veni &c.* Cæcus mente, quia non videt, cadit: qui autem corde, quia cadit, cæcutit. Hoc malignitas cordis: illud fragilitas carnis: dum fragilis lumen invenit, malignus in majorem cæcitatem se devolvit, quo Deus percellitur, & summè irascitur: igitur si parcit cæcis, non indulget obcæcatis. Ibid. & T.2.D.3. n.5. T.14.D.5.n.9.

XVIII. *Ego veni, &c.* Qui mente cæcus, quia cæcus delinquit: qui corde, quoniam deliquit, est cæcus. Discrimen & nota punitionis, & pietatis: quandoquidem pietas obvia, si crimen ex cæcitate, & justitia irata, orta cæcitate ex crimine. Ibid. & T. 6. D. 3. n. 6. T. 10. D. 5. n. 3. T. 14. D. 5. n. 8.

XIX. Vide alia in *Quinquages.*

Feria VI. Domin. IV. Quadrag.

I. *Erat languens, &c.* Ne moreretur; atque mortuus, quoniam languit: igitur mors animæ sæpe ex consideratione levitatis languoris, atque ex negligentia medicaminis. T. 6. D. 3. n. 9. T. 8. D. 1. D. 2.

II. *Languens.* Aliquando languor ex defectu languoris, & infirmitas molestior ex carentia infirmitatis. T. 14. E. à n. 11. D. 1.

III. *Languens.* Infirmatur quandoque corpus, ne anima infirmetur; plectitur, ut convertatur. T. 2. D. 3. n. 5. Medicina despicitur. Ibid. & tunc sine languore cruciatur. T. 4. D. 4. n. 13. T. 12. D. 1. n. 5.

IV. *Lazarus mortuus est.* Nocentior infirmitas, cujus sanitas apparet in ægritudinem, & medicamen languoris solummodò medicamen ad speciem. T. 7. D. 2.

V. • *Miserunt sorores, &c.* Haud discesserunt è domo, fratre infirmo: igitur infirmo adesse, ministrare, subvenire; est intendere in elevationem mentis, & verè studere perfectioni virtutis. T. 11. D. 3. n. 3. D. 4. n. 10.

VI. *Miserunt sorores.* Prudenter sese gerunt, quin ipsæ quærerent Christum: aliàs deficerent à virtute specie virtutis, prætextu devotionis, atque velo sanctitatis. Ibid.

VII. *Miserunt*, sed Lazarus mortuus est. Nonnunquàm peccator in deterius it. T. 14. D. 5. n. 8. Crimine languet, consuetudine languorem non sentit. T. 3. D. 5. n. 8. T. 5. D. 4. n. 18. T. 7. D. 2. n. 11.

VIII. *Lazarus mortuus est.* Quid ita languentem sequeretur nisi mors? Primùm titillatio suggestionis ex blandimini criminis: inde consensus voluntatis: deinde factum non hominis: postremò surgit consuetudo sceleris. Ex August. *Homil.* 45. in *Matth.* Ibid.

IX. *Lazarus mortuus est.* Moritur homo, peccato languet: etenim vita ficta, verè mortua, cùm vita non à tempore, sed à lege, à probitate, à virtute. T. 8. E. à n. 55. D. 2. D. 4. à n. 4.

X. *Ut vidit eam plorantem, &c.* Per lachrymas crimen ignoscitur. T. 3. D. 6. n. 2. clementia obtinetur, n. 1. & 3. Anima vivificatur. T. 14. D. 5. n. 2.

XI. *Ut vidit eam plorantem, & Judæos.* Juxta differentiam flentium, diversitas lachrymarum. Ascendunt in cœlestem sphæram, descendunt in maxillam. Sunt mutæ & loquaces, pretiosæ & viles, floridæ & steriles. T. 2. D. 4. n. 4. T. 3. D. 6.

XII. *Lazare veni.* Et obedientia respondit. Aliquando homo respondet, quasi Deus vocaret: venit & abit, quoniam vocatio non facta, sed à commodo ficta. T. 8. D. 1. à n. 3. D. 2. n. 8. D. 4. n. 3.

XIII. *Lazare veni.* Turba obstupuit, cum vivum videret. Necessarium profectò miraculum; ut qui bonus languit, & quia languit, obiit, revocetur in vitæ perfectionem, & pristinam sanitatem. T. 8. D. 2.

XIV. *Lazare veni foras.* Quò nisi foràs eundum? Signatur cautio in occasionis criminis capta fuga. In hac vertitur victoria; sed cavendus in recessu major accessus, atque in fugiente relapsus. T. 8. D. 5. Vid. *Fer. 6. Domin. 3. Quadrag.* à XIV.

XV. *Statim prodiit ligatus pedes & manus institis.* Obedienti impedimenta, sine obice via: liber graditur, qui ligatus ita progreditur; ut nec propriam habeat operationem, nec audeat proferre pedem. T. 1. D. 1.

Dominica V. Quadrages.

I. *Si veritatem dico vobis, quare, &c.* Quia veritatem dicit, nemo credit. Plectitur, si aspicitur, & ne pungat, non videtur. T. 1. D. 6. n. 13. T. 2. D. 1. n. 3. T. 7. D. 3. à n. 12.

II. *Si veritatem, &c.* Veritas parit odium, ac in dicente necessarium malum. Si dicit, etiam obscurè, non creditur: si clarè dicit, opprimitur. T. 7. D. 3. à n. 13.

III. *Quare non creditis?* Licèt audiant, obsurdescunt, monita abdicunt, in malis gloriantur, atque perdita perdunt. T. 8. D. 4. n. 3. T. 12. D. 1. n. 6. Vid. *Peccator.*

IV. *Quare non creditis?* Veritas medicina est. Mens curatur, & tamen ad sanitatem non reducitur; quia in prava actione confusa, verba correctionis audit, & flagella corruptionis percipit; & tamen ad recta salutis itinera redire contemnit. Ex Greg. Magn. T. 7. D. 2. 11.

V. *Quare non creditis?* Magna patientia, ubi fit verbo, quod potest ictu; sed major, si cedit jure, qui potest cædere. T. 10. D. 3. à n. 11. D. 5. n. 13.

VI. *Vos non auditis.* Totam legem proterit Pharisæorum pervicax cervix, & tantùm exprobrat duritiam auris? Increpat, sed ne præcipitet; objurgat, sed ne dehonoret; ac mulcet rabiem, ut cognoscant crimen. T. 2. D. 1. n. 10. D. 2. à n. 6. T. 5. D. 5. n. 11.

VII. *Ex Deo non estis.* Acriùs loquitur: medicamen non quod placeat, sed quo sanetur infirmus; & honor etiam vulnerandus, si in sanitatem necessarium vulnus. T. 2. D. 2. n. 1. T. 7. D. 2. n. 16. igitur grave zelo, pectus omninò occludi vel prudentiæ correctionis. T. 2. D. 2. à n. 7. & gravius, deglutire apertas iniquitates. n. 11. Vid. *Prudentia, Regimen.*

VIII. *Samaritanus es tu.* Ita objicitur, sed nec verbum respondetur. Aliqua, ut curentur vulnera, non curanda, & aliquando etiam voranda venena. Ibid. n. 9. & 10. Vid. *Correctio, Dissimulatio.*

IX. *Dæmonium habes.* Offensum provocant, prædicantem lacerant, & medicum devorant. T. 5. D. 5. n. 14. T. 7. D. 3. n. 13. T. 14. D. 5. n. 14.

X. *Dæmonium habes.* Ecce effectus projectorum scilicèt pro correctione convitium, & dicterium. Quia auctoritate præstant, injuriis vulnerant; maris procellosi turbines, jactantes fluctibus tempestates, atque vacuitates mentis. T. 2. D. 1. n. 6. & 10. T. 10. D. 3. Vid. *Lingua, Præses* VII. VIII.

XI. *Nonne bene dicamus nos, &c.* Non judicium rectum, sed malitiosum; eò deterius, quò dijudicatur rectum. Judicium proprium, non judicium, sed cerebrum vacuum. T. 11. D. 4. D. 5.

XII. *Nonne bene dicimus?* Non. Stultissimus, qui sibi videtur doctus, scientiæ phantasticæ resolutione infatuatus. T. 6. D. 5. D. 6.

XIII. *Mortem non gustabit.* In vestra voluntate est, quòd vita sit vita, aut mors. Quod sit brevis aut longa mortalis vita. Longa observatione juris, peccatis brevis, brevior duratione criminis. T. 8. E. à n. 54. D. 4.

XIV. *Tulerunt ergo lapides.* Qui manu apprehensi, jam habuerant in ore: igitur verba prolata durissima saxa, atque lapidem procella. T. 2. D. 1. n. 10. T. 10. D. 3.

Feria IV. Domin. V. Quadrag.

I. *Facta sunt Encænia.* Malignis sacra profana, nec in templo est reverentia: cùm nihil abominabilius Domino, quàm occasio iniquitatis in templo; atque studiosa improbitas sub venerationis titulo. T. 5. D. 5. T. 12. E. n. 1. D. 2. à n. 6.

II. *En-*

II. *Encænia.* Renovatio templi materialis, pro documento renovationis cordis. Etiam hoc die festum Scenopegiæ. Primùm tunc victima aspersa est aquâ: deinde in ignem aqua conversa: postremò hic ignis ignem lapidum extinxit. Haud aliter, qui renovationem spiritus facit. Victima cordis roretur lachrymis. T. 5. D. 5. n. 1. T. 3. D. 6. n. 17. Ex lachrymis excitetur amoris ignis, n. 14. qui, uti incendium divinum, extinguat quicquid profanum. T. 2. D. 6. T. 4. E. n. 4. & 44. D. 1. n. 3. T. 14. D. 2. n. 10.

III. *Circundederunt eum.* Et circumvenerunt, ut caderet facili verborum blandimine. Malignitas titulo virtutis, despectus specie majestatis, ludibrium sub habitu religionis, dedecus velamine honoris, odium larvâ obsequii, atque insidiæ sub cordis demonstratione. T. 1. D. 6. n. 4. T. 5. D. 5. à n. 4. D. 6. n. 10. T. 6. D. 2. n. 10. T. 13. E. n. 35. D. 5. n. 1.

IV. *Quousque animam nostram tollis?* Quærunt in innocente iniquitatem. T. 7. D. 3. à n. 4. in lubrica occasione saltem criminationis speciem. T. 13. D. 6. & provocant ut labatur in crimen. T. 10. D. 5. n. 6. cogitantes astutè supplantationem, n. 11. & T. 1. D. 6. à n. 15.

V. *Si tu es Christus, dic nobis palàm.* Sanctitatis color, cordis error, malignitatis furor. T. 1. D. 3. n. 4. T. 5. D. 5. T. 10. D. 5. n. 5.

VI. *Loquor vobis, & non creditis.* Nolunt audire in respiscentiam, sed in criminalem causam: non in criminum confusionem, sed in vindictam. T. 7. D. 3. T. 13. D. 5. n. 3. D. 6.

VII. *Loquor vobis & non creditis.* O quàm vel offensus suavis! Etiam cognitâ malitia, objurgatione non vulnerat. T. 5. D. 5. n. 12. in mentes deliros revocat. T. 3. D. 5. n. 3. ut ratio placeat. T. 2. D. 1. n. 10. & crimen displiceat. T. 6. D. 3. n. 13.

VIII. *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas.* Quia cognoscit, & thronum pro illis deserit, prompti obediunt; siquidem dum cognoscuntur in distributione gratiarum, corda subditorum thronus præsidum. T. 7. D. 2. n. 2. T. 5. D. 3. à n. 2. T. 11. D. 3. 4. D. 4. n. 5.

IX. *Multa bona opera ostendi vobis: propter quod eorum opus me lapidatis?* Opera bona excitant gratitudinem, haud benefactoris mortem: sed pectora curva, & improba corda beneficum gratiis vulnerant, amorem fauciant, charitatem cruentant. T. 6. D. 2. à n. 4. T. 9. D. 1. n. 8. T. 13. D. 3. n. 12. T. 14. D. 5. n. 13.

X. *Ego & pater unum sumus.* Vid. in Fest. *SS. Trinitatis.*

XI. *Sustulerunt ergo lapides.* Quorum animas tollebat, intendunt tollere animam: dæmones apparent in decipula blandiminis, & primorum verborum intentiones: etenim lenocinantur in ruinam. T. 1. D. 6. n. 15. T. 4. D. 6. n. 7. & blandiuntur in tragædiam. T. 11. D. 5. n. 16. T. 13. D. 6.

XII. *Nonne scriptum in lege vestra: Ego dixi: Dii estis?* Necesse interdùm in Præside eludere malignitates, & declinare amaritudines, ne fiant majores. T. 2. D. 2. Vid. *Prudentia, Correctio.*

XIII. *Ego dixi: Dii estis*: respondet objectioni, *Homo cùm sis, facis teipsum Deum.* Non rapinam arbitratus est. Non Deus fit, sed est. Deus fit homo gratiæ beneficio: etenim habet per gratiam, quod filius Dei per naturam. T. 13. D. 4. n. 10. & in vita mortali vitam gloriosam. T. 13. E. n. 18. & 24.

Feria VI. Domin. V. Quadrag.

I. *Collegerunt Concilium.* Videntur hi Senatores simul, sed non pariter; quippe in concordia discordes, in societate sine pace, in pace sine unione. T. 12. D. 3.

II. *Concilium.* Ad fatua & putida: igitur illis esse videtur sine auctoramine, ni desipiant in munere, corde, capite, voce. T. 10. D. 3. n. 5. D. 5. à n. 4.

III. *Concilium*, sed malignantium: etenim in miracula maledici, in operationes maligni, in operantem malevoli. T. 10. D. 5. à n. 7.

IV. *Concilium*, sine consilio, decreta sine intellectu, lex sine jure, jus sine lege. Ibid.

V. *Quid facimus?* Mittunt post situlam lorum, quin cognoscant fluxis verbis argui regentum fatuitatem, & potestatis furorem. T. 2. D. 1. n. 12. T. 10. E. n. 1. D. 3. n. 9.

VI. *Quid facimus?* Fatentur insignem velint, nolint. Claret livoris miseria: fatetur ecce negata, videt sibi invisa, auget glorioſa, gaudet mœstitudine, & mœret felicitate. T. 1. D. 6. n. 12. T. 4. D. 5. n. 4. T. 12. D. 6.

VII. *Multa signa facit. Vos nescitis quicquam.* Confirmat sanè Senatorum invidentiam, qua percitus nec videt, quod videt; nec audit, quæ audit; sed nescit, quod perspicuè cognoscit. Ibid. & T. 12. D. 5. n. 8.

VIII. *Vos nescitis quicquam*: quandoquidem non tantùm ignorantia, sed amentia; quærere peccatum innocentis in supplicium, & fingere propter supplicium peccatum. T. 10. D. 5. à n. 9.

IX. *Vos nescitis quicquam.* Ubi in consilio vindicta & arrogantia; sapientia, intellectus infatuatio: non scientia, sed præsumptio. T. 6. D. 6.

X. *Vos nescitis quicquam.* Ignoratis, quod expedit, quia abdicitis quod oportet. Consilium sine rectitudine intentionis, stultissima doctrina, aurata amentia speciosa ignorantia, lux tenebrosa. T. 6. D. 5. 6.

XI. *Vos nescitis quicquam.* In Senatus non consilium, sed loquacitas; si loquitur duntaxat dignitatis auctoritas. T. 2. D. 1. T. 10. D. 3. n. 13. ac desipientia, quicquid suggerit malignitas. T. 4. D. 6. n. 13.

XII. *Expedit, ut unus moriatur pro populo, & non tota gens pereat.* Mors Christi humani generis vita, & mori pro interficientibus, gloria. T. 2. D. 4. n. 10. T. 9. D. 1. n. 4. Vid. *Christus.* VIII.

Pro Transfixione Virginis.

I. *Stabat juxta crucem ejus.* Crux Virginis, quia stabat, quia stabat juxta, & quia mater, juxta stabat. T. 10. D. 6.

II. *In filio, cum filio, & pro filio* compungitur mater (ex Daniele Agricola. Ibid.) ratione triplicis circunstantiæ, premebatur vita triplici morte. Vid. *Maria.* X.

III. *Stabat, &c.* Crux illius, juxta crucem stare: dira pati, & non ostendere: cuncta videre, & non pati. Ibid.

IV. *Mater.* Virgini in cunctis singularis plaga; quoniam non vulnerata, estò percussa. Ibid. T. 5. E. n. 6.

V. *Juxta crucem.* Videbat filium pati: patiebatur, quia videbat, quia sine vulnere erat, & illa pati nequibat. Ibid. T. 13. D. 3. à n. 4.

VI. *Mulier, ecce filius tuus.* Jam habuit consolatorem: equidem dolor, dolorem videre, & sine dolore pertransire; cognoscere, & cognitione ignorare. T. 2. D. 3. à n. 9. T. 14. D. 1. n. 9.

Dominica Palmarum.

I. *Solvite & adducite mihi.* Adam & Eva è paradiso ejecti, in castellum relegati, quos vita revocat, si mors expulerat. Adventu Christi, in naturam hominis homo revertitur. T. 3. D. 1. n. 2. T. 7. D. 1. n. 3. Redimitur. T. 5. D. 2. n. 4. Liberatur. T. 7. D. 1. n. 5. T. 9. D. 1. n. 6. Vid. *Incarnatio.*

II. *Dominus his opus habet*, ut de mundo, de morte,

de dæmone triumphet. *Talis actus, talis vita, talis gratia.* Ex Ambros. lib. 9. in *Lucam.* Ibid. Vide. *Christus.*

III. *Ecce Rex tuus venit tibi.* In indulgentiam peccatorum venit. T. 14. D. 5. n. 4. in pœnitentiam tempus indulget. Ibid. Venit, ut Synagogam à cæcitate revocet. T. 3. D. 5. n. 3. & venit etiam, ut visitet. T. 7. D. 2. à n. 4.

IV. *Venit tibi.* Ut medicus, ne vulnera fiant ampliora. T. 7. D. 2. à n. 10. & valeat in sanitatem opportuna medicina. T. 11. D. 3. n. 7.

V. *Venit tibi.* Cogitans cogitationes pacis, & non perditionis. *Nec petentibus quidem, imò impœnitentibus.* T. 14. D. 1. n. 11. *Non invocantibus, sed provocantibus.* T. 14. D. 5. n. 14. *non interpellantibus, sed repellentibus.* Ex Bernard. Serm. 39. *Inter parv.* T. 10. D. 2. n. 8.

VI. *Ecce venit. Labor non fatigat amorem, tormentum amorem non superat, in quiete non quiescit.* Ex Idiot. de *Amor. div.* cap. 13. n. 1. Ibid. Vid. *Amor.* à n. II. & *Christus.* II.

VII. *Venit. Evangelizare pauperibus, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum.* Ex Luca 4. à 18. *Hodie impleta est hæc scriptura.* v. 21. T. 14. D. 6.

VIII. *Hosanna filio David, &c.* Gloria Synagogæ in ignominiam passionis, plausus in scandalum crucis, gratulatio in damnationem mortis. T. 9. E. n. 17. Vid. *Invidia.*

Pro lachrymis Petri.

I. *Conversus Dominus respexit Petrum.* Respexit, haud objurgavit. Objurgavit, cùm respexit. Dissimulatio cognita, correptio dira; crimine evanescente increpatoris prudentia. T. 2. D. 2. à n. 6.

II. *Respexit.* Ab amore reprehenditur facinus; ac in resipiscentiam docilis, sufficit solùm superioris respectus. T. 4. D. 6. n. 13. T. 10. D. 5. n. 9. Vid. *Correctio.*

III. *Respexit Dominus Petrum.* Ut resipisceret, ut offensum agnosceret, ut ruinam fleret. T. 3. D. 6. T. 6. D. 3. n. 8.

IV. *Respexit*, ut condonaret, quia misericors, quia clemens, quoniam patiens, quoniam potens. T. 14. E. à n. 16.

V. *Respexit.* Amor Christi ducitur in flammam, vel impulsus in vindictam, sopito pectoris igne quoad speciem; sed in flammam vehementiorem. T. 6. D. 2. à n. 5.

VI. *Respexit.* Et offensus! Et ab amico! Fervet cordis accensa dilectio. Injuriis magis exæstuat. T. 6. D. 3. n. 1. & pectus in tela nudat; ut peccator in pectore ostium inveniat. T. 6. D. 2. n. 10. T. 14. D. 6. n. 10.

VIII. *Egressus foràs, flevit amarè.* Verè fletus, quoniam amarus: verè planctus, quia flevit foràs egressus. T. 3. D. 5. n. 6. D. 6. à n. 15.

VIII. *Egressus foràs, flevit amarè.* Imò dulciter, dum ita flevit. Flevit, à Christo respectus ibi: pòst etiam flevit. Ideò lachymæ pretiosæ, quas non solùm elicuit præsentia offensi, sed consideratio injuriæ. Ibid.

Pro Latronis conversione.

I. *Nos quidem digna factis recipimus.* Salus, peccati cognitio T. 13. D. 4. n. 7. T. 2. D. 3. n. 5. Medicina, pœnitudo. T. 14. D. 1. n. 7. Confirmatio valetudinis, ploratio. T. 3. D. 6. n. 8. T. 6. D. 3. n. 8.

II. *Digna factis.* Votum sanitatis, pudor criminis, confessio sceleris, dolor iniquitatis. T. 3. D. 5.

III. *Nos quidem, &c.* Compescitur severitas justitiæ à clamore pœnitentiæ. T. 6. D. 3. n. 4. T. 14. D. 1. n. 11. & dolor pœnæ criminis a dolore. T. 6. D. 3. n. 11.

IV. *Hic autem quid fecit?* Per passas à Christo pœnas, peccati agnoscitur gravitas. T. 14. D. 1. n. 8. quæ quidem vulnera medicina vulnerum, atque sagittæ in conversionem cordium. T. 6. D. 2. n. 9. D. 3. n. 9.

V. *Domine.* Priusquàm esset in cruce, non dixit, *Domine.* Modò clamat. Vulneribus corporis, animæ sanabatur vulnus, & casus à Deo directus in effugium casus. T. 3. D. 5. n. 3. T. 11. D. 6. n. 8. T. 14. D. 1. à n. 3.

VI. *Memento mei.* Habetur pro gloria in peccatores clementia. T. 14. D. 1. n. 1. & quod adsit gratia, priusquàm egentis memoria. T. 2. D. 4. à n. 9. T. 4. D. 3. n. 13. T. 8. D. 3. à n. 13.

VII. *Hodie mecum eris in paradiso.* Hodie? Ita citò! Fecit offensæ & offensi cogitatio. Illæsus fulget, qui cogitatur saucius; mundus, qui leprosus; rationis compos, qui insanus. T. 6. D. 4.

Feria V. in Cœna Domini.

I. *Sciens Jesus, &c.* Cognitio falsitatis cordis, mutatio temporis, absentia corporis, refrigerant flammam pectoris præ amore æstuantis. 1. *Sciebat, quisnam esset,* II. *Hora ejus:* III. *Ut transeat ex hoc mundo.* Cuncta transcendit & vicit, quipe ultra finem dilexit, ingratos amans. T. 6. D. 2. à n. 4. T. 9. D. 1. n. 8. T. 13. D. 3. n. 12. T. 14. D. 4. n. 5. D. 5. n. 10. Tempus superans. T. 4. D. 3. n. 7. T. 6. D. 2. Absentiam fatigans. T. 2. D. 5. n. 7. T. 13. E. n. 28. D. 4. n. 1.

II. *Cùm dilexisset suos, qui erant in hoc mundo.* Quis patitur, & pro quibus! Sui sunt? Et etiam non sui? Patitur, ut sui sint. Quia sui, vulnera altiora, & à vulneribus, & ab amicitia: at ille amanter etsi vulneratus vocat suos; quoniam amor summus vel ingratissimos non cognoscit alienos. Ibid. T. 6. D. 2. T. 12. D. 3. n. 8.

III. *Cœna facta.* In ultima cœna signantur amoris insigniora signa. Vicit tempus, vicit mortem, & gratias vicit, quo triumpho dilectioni coronam contexuit. T. 6. D. 2. Tempus, cùm dicitur: *Hora ejus.* Mortem, *Ut transeat ex hoc mundo.* Gratias, *Omnia dedit.* Ibid. & T. 8. D. 3. n. 9. T. 14. D. 4. n. 13.

IV. *Sciens*, Quando & Quomodò. Quando vitam in demonstrationem amoris pro dilectis, ne perirent, exhiberet; & quomodò amor usque ad mortem, ultra mortem viveret. Ibid. T. 6. D. 2. n. 3. T. 10. D. 6. n. 8. T. 12. D. 4. à n. 10. T. 14. D. 1. n. 8.

V. *Ut transeat ex hoc mundo.* Non ut moriatur? Dissimulat amor obsequia. T. 13. D. 3. à n. 9. Imò dissimulat vulnera. T. 6. D. 2. n. 4.

VI. *Ut transeat* in mortem per passionem in amoris fidem. T. 11. D. 6. n. 5. igitur illi gloria pro dilectis pati, ac vità mori. T. 5. D. 2. T. 9. D. 1. n. 3. T. 10. D. 6. n. 8. T. 13. D. 2. n. 5.

VII. *Ut transeat ex hoc mundo*, per crucem diram, & passionem acerbam. *Nec tam facilè me refeciisti, quàm feciisti* (ait Idiota de *Amor. div.* cap. 10. num. 1.) *semel dicendo, feciisti; sed reficiendo, & dixisti multa, & feciisti mira, & pertulisti dura, nec tantùm dura, sed & indigna.* Ibid.

VIII. *In finem dilexit suos.* Quanvis vulneretur, non immutatur, neque offensus offenditur. T. 6. D. 1. à n. 4. etenim de præmio amoris nil cogitat, sed amare tantùm amat. T. 13. E. n. 35. D. 3. à n. 9.

IX. *In finem dilexit.* Usquequò? Finis in ejus amore, nullum habere. Finis patet ex passione, ex non passione, ac ex passione fine. T. 9. D. 3. à n. 6.

X. *Cœpit lavare pedes discipulorum.* Quis cognoscet sensum Domini? *Quò tua processit humilitas? Quò tua flagravit charitas? Quò processit pietas?* Ex August. *Medit.* cap. 7. n. 1. T. 2. D. 4. à n. 10. T. 5. D. 2.

à n.8. T.9. D.3. n.4. T.14. D.1. n.12. D.6. n.10.

XI. *Cœpit lavare pedes*, ut in dilectis nec ineſſet carnis pulvis. Cœpit lavare. *Quomodò? Imò quàm fine modo! Dilexiſti prior tantus & tantùm & gratis tantillum & talem ingratum.* Ex Idiot. ubi n.VII.n.2.Ibid.

XII. *Vos mundi eſtis, ſed non omnes.* Congruit, omnia ſcire, ſed non omnia proſequi: vivere, & marmora eſſe: cognoſcere, & ignorare; ſed occaſione aperire. T.2.D.2.n.4.

XIII. *Sciebat enim, quiſnam eſſet.* Quàm grave flammæ amoris, deglutire apertas iniquitates! T.2.D.2.n.11. ſed Judas, eſtò monitus, ſurdeſcit. T.8. D.4.n.3.proditione gaudet. T.2. D.3. n.5. T.11. E.n.2.nec punctus conſcientia dolet. T.10.D.2.n.8.

XIV. *Exemplum enim dedi vobis.* Ergo evaneſcat faſtus cineris, atque pulveris. In exemplum, libertatis ſummitas ſunt vincula ſervitutis, & leges ex lege amoris. T.5.D.2. à n.8.T.11.D.1. à n.6.

XV. Vid. alia T.11.D.6.n.5.& *Amor.* III. IV. *Charitas, Chriſtus.* II. VIII.

In Paſſione Domini.

Vide Evangeliſtas in Indice *Scriptur.* & *Chriſtus.* VIII.

In Reſurrectione Domini.

I. *Jam ſurrexit.* Crucem ſecuta gloria, mortem vita, ſepulchrum carnis renovatio, & corpus ſaucium florida reſurrectio. T.4. D.1.

II. *Surrexit*, & ducit captivam captivitatem, infernum, dæmonem, mortem. Ibid. & T.9.E.n.14.D.3. à n.4.

III. *Non eſt hic.* Conceditur uti Phœnici, origo per finem, immortalitas per mortem. T.4.D.1.

IV. *Non eſt hic.* Glorificavit Deus filium ſuum Jeſum, concluſis ita vulneribus in integritatem carnis, atque divicto fomite corruptionis; ut de cruce, de morte, de funere, fine natali glorioſus uti Phœnix apparuerit. Ibid.n.3.

V. Vide alia ibid. n.12. & 13.

Dominica in Albis.

I. *Erant diſcipuli congregati.* Congregati, quoniam pariter & ſimul. Aſtruit unionem animus, non corpus; quoniam concordia non à ſocietate, ſed à corde. T.12. D.3.à n.7. Vid. *Pax.*

II. *Stetit Jeſus in medio.* Stat princeps, ubi in medio eſt. T.4. D.3.n.3. T.5.D.3.à n.4.etenim inclinatio voluntatis eſt declinatio rationis. T.1. D.5.n.3. depreſſio celſitudinis. T.5. D.3. n.2. atque perturbatio pacis. Ibid. & T.11.D.4.n.1.

III. *Stetit in medio.* Viſit, quos fugere aſpexit. Amor ejus haud extinguitur, etſi vitâ extinguatur; quippe ſine redamatione extollitur, & punctus minimè pungitur. T.6.D.2. Vid. *Amor.* & *Chriſtus.*

IV. *Oſtendit eis manus & latus.* Ut viderent liberalitatem & amorem: etenim non clauſum oſtium, quanvis pectus punctum; nec à ſuis oblitus oblivilcitur gratiarum. Ibid. & T.3. D.6. n.16. T.14. D.6. n.10. Vid. *Gratiæ.*

V. *Oſtendit eis manus & latus.* Manuum & lateris oſtendit vulnera: capitis verò nec veſtigia. Apparet princeps glorioſus, verùm capite non punctus: igitur in throno nullo injuria privata. T.10.D.3.n.9. nec memoria. T.12.D.3. à n.12.

VI. Alia in Feſt. *S.Thomæ Apoſt.*

In Aſcenſione Domini.

I. *Aſſumptus eſt in cœlum.* Jam terra nova & cœlum novum, quoniam terra ſuper cœlum. T.9. D.2.

II. *Aſſumptus eſt in cœlum.* Aſcenſione capitis, aſcenſio totius gumani generis: etenim aperta porta in paradiſum, patulum cœlum, & pervium oſtium. Ibid.

III. *Aſſnmptus eſt in cœlum.* Chriſti aſcenſio noſtræ aſcenſionis origo: ex beatitudine beatitudo, ex glorificatione glorificatio. Ibid.

IV. *Sedet à dextris Dei.* Oſtendit abundantes divitias gratiæ ſuæ, quippe conſedere nos fecit in cœleſtibus. Non ſolùm oſtendit gratias, ſed gratiarum divitias, & divitias abundantes pro gloria hominis. Ibid.n.5.

V. Alia vid. in verb. *Chriſtus.* X.

In Feſto Pentecoſtes.

I. *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Summitas gratiarum Spiritus-Sancti, adventus & manſio; quippe per illum duplex in homine adoptio. Adventus per gratiam, manſio per gloriam. T. 13. E. n.19. & 24. Vid. *Spiritus-Sanctus.*

II. *Veniemus.* Deſcendit Spiritus-Sanctus in converſione hominum, in oſtenſionem mirabilium, in unionem cordium. T.3.D.1.

III. *Ille vos docebit omnia*, & variis linguis, cum novitate linguarum. T.3. D.1. à n.3. D.2. à n.4. In voce ſine voce loquentis, & in non voce loquentis vocis. Ibid.

IV. *Ille vos docebit omnia.* Variis linguis, & una linguâ; varietate idiomatis, unitate ſermonis, diſtinctione unitatis; unitate diſtinctionis. Ibid. & T.3.E.à n.18.

V. *Sic Deus dilexit, &c.* Filius advenit, & Spiritus-Sanctus etiam venit. Mittitur in mundum, poſtquam Chriſtus aſcendit in cœlum; ut igne cœleſti formaret hominem in hominem, & reſtitueret ablatam ſimilitudinem. T.3.D.1.n.3.T.7.D.1.n.3.T.11.D.2.n.7.

VI. *Ut vitam habeant & abundantiùs habeant. Vitam*, per gratiam; *Abundantiùs*, per gloriam. T.13.E.n.10.18. & 24.D.4.n.8.

VII. Alia in Feſt. *S. Antonii Paduani* & *Franciſci Xavier.*

In Feſto SS. Trinitatis.

I. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti.* Quælibet perſona Trinitatis eſt Deus, & tres Deus, & unus Deus, unus & trinus, ſolus & non ſolus. T.6.D.1.

II. *In nomine, &c. In Deo divinitas, unitas, & trinitas, Divinitas majeſtatis, unitas eſſentiæ, Trinitas perſonarum.* Ex D.Thom. ibid.

III. *In nomine, &c.* In perſonis proprietas, in eſſentia unitas, in majeſtate trium perſonarnm æqualitas. Ibid.

IV. *In nomine, &c.* Singula ſunt in ſingulis, & etiam omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum omnia. Ex Auguſt. ibid.

V. *In nomine, &c. Erat lux vera. Pater, Filius & Paraclitus. Erat, erat, & erat; ſed unum erat. Lux, lux, & lux; ſed lux una, Deus unus.* Ex Gregor. Nazianz. ibid.

VI. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti.* Nomen quilibet habet. Cur non in nominibus, ſed in nomine? Ut exprimatur myſterii ſummitas, in quo non trina Deitas, ſed trium in eſſentia unitas, ſimplicitas & pluralitas; cùm quælibet perſona ſit aliquis trinitatis, ſed non aliquid. Ibid. Vide *Trinitas.*

In Feſto Corporis Chriſti.

I. *Caro mea verè eſt cibus.* Cibus, fructus, medicina. *Ezech.* 47. 12. Micant effectus, modus, & cauſa Cauſa in fructu, modus in cibo, effectus in medicina.

Mo-

Modus in collatione & effusione gratiæ: effectus in expulsine noxæ; fructus in perfectionis virtute: igitur si saucium, fastidiosum, & indispositum pectus; nulla medicina, neque fructus, neque cibus. T.13.D.4.n.11.

II. *Caro mea, &c. Pretium animarum, miraculum Angelorum, solium summæ majestatis, atque thronus potestatis.* Ex Guarr. ibid. n.3.

III. *Caro mea verè cibus. Visibile invisibiliter sumitur alienâ specie occultatum.* Ex D.Thom. Excedit donum cogitationem hominis. Magna cogitat homo in Eucharistia, & adhuc beneficia cogitatione majora. Cogitabat, Christum sibi tradi, verùm non cogitabat alienâ specie. Cogitabat singulare miraculum: sed mentem fugiebat, visibile invisibiliter sumendum. Cogitabat corpus traditum cœlicum, cæterùm non cogitabat speciebus occultandum. T.2.D.5.n.5. Vid. *Fides*, & *Eucharistia*. III.

IV. *Caro mea, &c.* Non est alius præstantior cibus, quippe cœlestis, in quo gratia, & gratiarum magnitudo; & etiam excellentia in ipso gratiarum modo. Adest hic, de cœlo descendens Christus, quem non videt oculus: sed amplior claret conferentis gratia; ubi agnoscitur præsens gratiæ præsentiâ. T.8.D.3.n.9.

V. *Caro mea, &c.* Est cibus & manducantibus dignè. *Qui communicant sacramentaliter & spiritaliter, manducant & manducantur. Qui sacramentaliter tantùm; manducant, sed non manducantur. Qui spiritaliter, non manducant, sed manducantur.* Ex Albert. Magn. T.13. E. n.34.

VI. *Hic est panis, qui de cœlo, &c.* Cœlestis, igitur intelligitur sine intelligentia, & videtur sine oculorum notitia. T.2.D.5. Vid. *Eucharistia*. III.

VII. *De cœlo descendit.* Ordo mysteriorum sine ordine rerum. Quod non capis, capis: quod non vides, vides. T.2.D.5.T.5.1.

VIII. *Qui de cœlo descendit*: & quo ad rem, & quo ad modum. Ibid. n.5.

IX. *De cœlo.* Evanescere debet sensatio & intelligentia; ut homo intelligendo intellecta percipiat, atque visa sine visione discernat. T.2.D.5.n.13.

X. *De cœlo descendit.* Sicut olim in lapide inventum insigne, naturaliter sculptum, Musarum scilicèt chorus, & in medio residens complectens omnia Phœbus; Ravennæ sub Pontificatu Pauli Pap.III. inventus est lapis, quo insculptum hostia & Sacerdos, sacris indutus, cum lemmate: *V.A.G.O.T.* idest, Visus, Auditus, Gustus, Odoratus, Tactus. Ex *Nieremberg.* sensus à facultatibus redduntur immunes, qui de accidentibus judicant, sibi notis. T.2.D.5.n.3.T.5.D.1.n.12.

XI. *De cœlo descendit*: quasi scutum in subsidium animarum, custodiam hominum, lumen errantium. T.8. D.3.n.7. Vid. *Eucharistia* I.

XII. *Descendit*, custodit, & non sine luce tegit. Ibid. Vid. *Angelus* II.

XIII. *In me manet & ego in illo.* Gratia sacramenti comprobatur redamatione. T.6.D.2.n.14. Mutua mansione. T.13.E.à n.28.D.4.n.4. charitatis igne. Ibid.n.12. animarum unitate à n.3.

XIV. *In me manet, &c.* Desponsatur anima, cujus cum Christo una voluntas, una anima, una vita. Ibid. Vid. *Eucharistia*. II. T.2. D.5. n.7. T. 13. E. n. 26. & 34.

XV. *Ipse vivet propter me.* Vivere sine vita, amoris ingenium mirabili modo. Ibid. n.25. & summa dilectio, ubi nulla distinctio. T.13.D.4.n.2.

XVI. *Non sicut manducaverunt.* Non manducat, qui tantùm manducat. T.13. D.4.n.6. Nec qui manducat indignè. n.9. mancipium diaboli. n.6. T. 13. E. à n.28. & 33.

XVII. *Non sicut manducaverunt.* Corpus ibi, sed cor longè. T.2. D.5.n.7. T.12. D.1.n.8. T.13. E.n.28. D.4. n.1. nec ablutum sacramento pœnitentiæ. n.11.

XVIII. *Qui manducat hunc panem, vivet.* Si non vivit, non manducat. Non manducat, nec suscipiendo suscipit; qui accedendo recedit. T.13.D.4.n.4. & 7. Qui suscipit sine dispositione. n.5.T.14. D.5. n.13. imò pectore fœdato crimine. T.13. D.4. à n.5. Vid. *Eucharistia*. II.

XIX. Vide alia. T.13.E.n. 14.D.4.n.4.

Domin. infraoct. Corp. Christi.

I. *Fecit cœnam magnam.* Unde magna? Quia Corpus Christi datur in haccine cœna? Lucet miraculi magnitudo, ubi videtur accidens sine subjecto: mirabilius, quòd corpus Christi sine vino & pane, adsit sub speciebus panis & vini. T.5.D.1.à n.4.

II. *Cœnam magnam.* Unde magna? Per virtutes; igitur amor jam non quærit unionem, sed unitatem: non tendentiam in amata, sed reciprocam mansionem. T.13.D.4.

III. *Cœnam magnam.* Unde magna? Quia ibi aurea poma. T.5.D.1.n.3. Omnimoda gratia. T.8. D.3.n.7. Dulcedo interna. T.2.D.5.n.12. Vide *Cœna*.

IV. *Cœnam magnam.* Unde magna? Exhibetur hic omnimoda medicina. Si homo ruit, illum Christus per sacramentum erigit; inter devia vitæ ducit; si labat, retinet; errantem dirigit, prælantem protegit, ne cadat, juvat; sauciatum sanat, cæcum illuminat, clamanti assidet, atque è cunctis periculis libenter eripit. T.8. D.3.n.7.

V. *Cœnam magnam.* Unde magna? Etiam in modo. Modus magnus, quia ignoratur modus: quia deficit intellectus: quia videtur clausis, & evanescit apertis. T.2. D.5.T.5.D.1.T.7.D.3.n.9.

VI. *Pauperes, cæcos, debiles, claudos.* An quia ita in fidem hominum sensus? Sanè: tunc perfecti, cùm pauperes, cæci, debiles, claudi. Ibid.

FESTA JANUARII.

In Circumcisione Domini.

I. *Diei, ut circumcideretur puer.* In clausula theatrum amoris; quem indicat ætas, & tempus & vulnus. Vulnus in circumcisione. T.5.D.2. Tempus in octavo die: ætas in infante. T.1.D.1.T.4.D.2.T.11.D.1.

II. *Ut circumcideretur.* Dolor ex vulnere, ex non passione, ex passionis fine. T.5.D.2.T.13.D.3. à n.5.

III. *Ut circumcideretur.* Sanguine infantis, antiquus vincitur serpens, & vulnus sanatur hominis. T.5. D.2. T.6.D.2.n.9.T.9.E.n.14.

IV. *Ut circumcideretur.* Salvator? Utique. Lex quæ non obligat, adimpletur amore. T.11. D.1.n.4. & pro obligatione obedientia præcepti. T.1. D.1. n.16. Vid. *Christus* V. *Lex. Obedientia.*

V. *Ut circumcideretur*, factus sub lege, & depressa pro hominibus majestate: igitur qui super omnia, unus ex illis, & quasi unus è cæteris. T.5.D.3.

In Epiphania Domini.

I. *Ecce Magi.* In professionem fidei, invenitur articulus probationis, cognitionis, & certitudinis. Probationis, in plaga Orientis; cognitionis, Jerosolymis; certitudinis, in angustia præsepis. T.7.D.5.

II. *Ubi est, qui natus, &c.* Solicitudo patet Gentilitatis in inquisitionem Salvatoris. Quæsivit, quem Synagoga signavit: ab illa scripturas surripuit, atque thesaurum invenit. Ibid. Vid. *Gentilitas. Synagoga.*

III. *Ubi*

III. *Ubi est, qui natus?* Ubi Gentilitas cognovit, quæsivit, adoravit, & Redemptori usque nunc semper adhæsit. Ibid. & T. 13. D. 2. n. 7.

IV. *Ubi est?* Quorsùm? Ut videret. Gentilismus cæcus, mendicans atque sedens in errore detestandæ idololatriæ. Redemptorem videre cupit, misericordiam petit, & lumen vidit. Ibid. n. 16. Vid. *Christus.* VI.

V. *Intrantes, &c.* Claret Gentilitatis studium, patet obsequium, relucet officium. Studium, dum Magi veniunt. Officium, dum inquirunt. Obsequium dum ingredientes adorarunt. Ibid. n. 14.

VI. *Procidentes adoraverunt.* Qui cæci cognoverunt lumen, oderunt errorem, & amplexati sunt fidem. Ibid. & T. 12. D. 4. à n. 6.

In Fest. SS. Nominis Jesu.

I. *Vocatum est nomen, &c.* Ut dulcedine corda alliceret. T. 3. D. 3. n. 10. Hominem in mentem revocaret. T. 7. D. 1. n. 8. Gratiis foveret. T. 8. D. 3. n. 9. T. 14. D. 4. n. 13. & cæcum illuminaret. T. 3. D. 1. n. 3. T. 6. D. 1. n. 20.

II. *Nomen Jesus*, quem portat Paulus in orbem, qui infirmus, cæcus, & inops. Infirmis in medicamen, cæcis in lucem, egenis opes in opem. T. 2. D. 4. T. 9. D. 2. n. 5. T. 13. D. 2.

In Festo S. Mauri.

I. *Ecce nos reliquimus.* Sese profectò reliquit, dum sui oblitus Benedictum auscultavit. Maurus prævalet, quò Placidus jacet. Non solùm voluntatem, sed & rationem subjecit, rationem contra rationem subivit, & alium modum possibilem, impossibilem obediens cogitavit.

II. *Reliquimus omnia.* Et ab infantia. Melius, non cognoscere mala, quàm pœnitere. T. 5. D. 6. n. 12. & 22. T. 8. D. 4. n. 1. & 14. & occurrere malo, quàm studere remedio. T. 7. D. 3. n. 6. T. 12. D. 5.

III. *Omnia.* Nihili mundi voluptas, ubi sepulta vitalitas, sine sensu sensibilitas, vità cœlesti, sine ulla irrationali cupiditate. T. 5. D. 4. a n. 15.

IV. *Scuti sumus te.* In perfectionem virtutis, sine fine usque in finem vitalitatis, in laborem & tormentum, cogitans in fine perfectionis principium. T. 5. D. 4. n. 2. D. 6. n. 15. T. 8. D. 1. à n. 4. D. 2. n. 1. & 8. T. 12. D. 1.

V. *Secuti sumus.* Fugiendo vanitatem gloriæ, atque gloriam vanitatis fugæ: igitur mundus calcandus; verùm non timidè: & premendus, ne premat; verùm non tumidè. T. 7. D. 4. à n. 10. Vid. *Mundus.*

In Fest. S. Antonii Abb.

I. *Vos similes hominibus.* Quomodò cum hominibus Antonii similitudo, si Antonius homo? Stat in perfectionem summa virtutum, in non esse & videri, sicut cæteri hominum. Virtus splendidior claret, ubi formatur quasi nihil fieret: & amplior perfectionis magnitudo, si non cognoscitur in perfectione perfectio. T. 5. D. 3. à n. 11.

II. *Beati sunt servi illi*, cùm se non cogitant beatos, & calcatis mundi honoribus, & adeptis in optatam beatitudinem virtutibus. Ibid. à n. 9. T. 7. D. 4. n. 1. T. 11. D. 4. n. 12.

III. *Beati* vel in hac vita *servi illi*; quibus una mors non unica, sed gloria magna, gloria in vita, & vita nova. T. 5. D. 4. à n. 13.

IV. *Super omnia constituet eum.* Quoniam sibi timet sic, etsi super omnia est: etenim sæpe absorpta mors in victoria, & ruina in palma. T. 7. D. 4. à n. 8.

V. *Super omnia constituet*, dum ille se constituebat infra omnia, dicens quotidiè: *Antoni, Antoni, ad quid venisti?* Considerat vocationem, discutit conscientiam juxta legis examen. T. 5. D. 6. à n. 24. T. 8. D. 1. n. 12. D. 4. n. 13. & moritur ante mortem. T. 5. D. 4.

In Fest. S. Vincentii Mart.

I. *Ni granum frumenti, &c.* Granum & mortuum? *Plerique vestem lineam, stillante tinguntsanguine, te tamen ut sacrum suis domi reservent posteris.* Prudent. in *Perist. eph.* v. 1581. Granum est uti Martyrum seges; mortuum, ut sanguine germinent Martyrum flores. T. 9. D. 5. à n. 11.

II. *Multum fructum affert*; quippe exivit Vincens ut vinceret: non egreditur ut pugnet, cùm ante pugnam victoria, & ante conflictum palma. T. 7. D. 4. n. 9. T. 10. D. 4. a n. 9.

III. *Granum frumenti mortuum.* Moritur frumentum, si quiescit. Vincentius quiescit, dum moritur. Mors dulcedo, non passio mors. Vita ex morte, atque mors non posse pati. *Ergo ut reclinet mollibus rejecit aulæis caput.* Prudent. ubi supr. v. 1605. T. 13. D. 3. à n. 3.

In Festo S. Ildephonsi.

I. *Vos estis lux mundi.* Fulget armis & literis, laureà Doctoris, dexteritate Ducis. T. 10. D. 1. n. 5. T. 13. D. 4. n. 12.

II. *Lux mundi.* Verba illius fulmina & lumina: lumina catholicis, fulmina hæreticis. Vid. *Ildephonsus.*

III. *Ut videant opera vestra & glorificent Patrem, &c.* Arcus hæreticorum contrivit, arma confregit, sagittas combusit. Ibid.

IV. *Ut glorificent Patrem, qui in cœlis est.* Et etiam Matrem-Virginem, quæ per illum vivit, quanvis Olympi culmina tenet: etenim Virginis custos, & Cherub humanus. T. 10. D. 2.

V. *Ut glorificent, &c.* Et glorificentur: siquidem Ildephonsus Princeps militiæ Angelicæ, Præpositus paradisi, & quia defendit virginitatem matris, etiam honorificant Angelorum cives. T. 10. D. 1. D. 2.

In Conversione S. Pauli.

I. *Ecce nos reliquimus.* Ecce nos, qui jam nec nos; equidem Paulus qui & Saulus, alius à se, ille non ille, & alius ipse. T. 6. D. 3.

II. *Ecce.* Quid? *Nos*, tanquàm portentum dexteræ Excelsi mirabili mutatione: qui saucius, sine vulnere, qui leprosus, sine cicatrice: qui insanus, sine furore. Ibid.

III. *Secuti sumus te*, quem pridem odio habebamus. Ecce conversio & per contraria in meliora: igitur optima, quæ crimina diluit, errorem delet, lucem veritatis ingerit, & novam vitam viventibus præbet. Ibid. n. 17.

IV. *Quid ergo erit nobis?* Nova vita, nova forma in homine novo: equidem de cœlo vocatus, de cœlo illuminatus, de cœlo missus. T. 12. D. 5. à n. 12. T. 13. D. 2. n. 10.

V. *Quid ergo erit nobis?* Portare Jesu nomen. Cuncta, quæ in mundo, deserit; & mittitur in mundum, ut orbem nomine portet? Non mittitur, ut videat; sed ut expuat, calcet, rideat, complodat, atque securè despiciat. Ibid. & T. 14. D. 2.

In Festo S. Petri Nolasci.

I. *Complacuit Patri dare vobis regnum*: idest, gloriam: etenim gloria Nolasci, pati servitutis jugum propter obsequium. T. 5. D. 2. à n. 4. quippe alienum subsidium arbitratur proprium commodum. T. 9. D. 1. à n. 5.

II. *Dare regnum*: vel in præsenti vita, ut rutilet charitatis singularis gloria, servitute voluntaria, subjectione gratuita, atque libertate deposita. T. 5. D. 2. n. 4. T. 9. D. 1. à n. 5. D. 2. n. 4. T. 11. D. 1. à n. 6. Vid. *Charitas.*

III. *Vendite quæ possidetis.* Parum videtur virtuti Nolasci. Sese pro aliis vendi cupit. Libertatis ejus summitas, nulla libertas; atque in voto summa charitas. Ibid. *Amor.* III.

IV. *Date eleemosynam.* Non tantùm in redemptionem animæ, sed etiam corporis. T. 13. E. n. 26. ut liberetur è vinculis. T. 9. D. 1. D. 2. & pecunia sit signum libertatis, per studium profusionis. T. 5. D. 5. n. 4. Vid. *Paupertas.*

V. *Ibi & cor.* Ex studio patet amor, ex laboribus amoris decor. T. 5. D. 2. n. 4. T. 13. D. 3. n. 4.

FESTA FEBRUARII.

In Purificatione Virginis.

I. *Impleti sunt dies purgationis Mariæ.* Si tempore opportuno munus purificationis Virginis factum; quare dicitur completum? Si antequàm dies consummarentur lustrationis; quommodò postquàm impleti sunt dies? Adimplevit Virgo legem secundùm amorem; æmulantem propter flammas, temporis velocitatem. T. 4. D. 2.

II. *Purgationis Mariæ.* Unde nisi per amorem, nescientem umbram, quibat intelligi, purificari puram, & mundari immaculatam? Ibid. n. 4. & T. 11. D. 1.

III. *Dies purgationis Mariæ.* Exhibet Virgo promptitudinem, puritatem, & exemptionem. Promptitudo ex tempore: *Dies impleti.* Puritas ex officiorum munere: *Purgationis.* Exemptio in persona: *Mariæ.* T. 4. D. 2. à n. 5. T. 11. D. 1. Vid. *Maria.* IX.

IV. *Secundùm legem.* Quænam lex? Ex lege amoris, & ex amore legis. T. 4. D. 2. à n. 13. T. 5. D. 3. à n. 5. T. 11. D. 1. n. 5. & 14.

V. *Secundum legem Moysis.* Ita, quo jure? Nulla lex in lege, quippe mater, virgo in puerperio & purissimo. Lex Virginem non obligat in purificationis legem; & addicitur purgationis legi, quoniam voluit obligari. Libera exiistit, & lex liberam comprehendit, quia per libertatis captivitatem, ostendit amoris legem. T. 11. D. 1. n. 5.

VI. *Secundum legem Moysis.* Altior næ lex in pectore Virginis: igitur non solùm adimplevit præceptum, sed etiam modum; subjiciens Virginis exemptionem, & intellectum in legis captivitatem. T. 11. D. 1.

VII. *Secundum legem.* Virgoque subjicitur? Alia lex pro lege sancitur. *Non obligatione, sed usu: non jures sed facto.* Ex Anselm. T. 11. D. 1. n. 10. & 12.

In Festo S. Scholasticæ.

I. *Sponso & Sponsæ*: igitur inter Christum & Scholasticam una voluntas, una anima, distinctio nulla. T. 13. E. à n. 21. D. 1. à n. 4. D. 3. à n. 2. D. 4. n. 2.

II. *Sponso & Sponsæ.* Vid. in Fest. Corp. Christ. XIII. & XIV.

III. *Sponso & Sponsæ.* Signatur in Sponsam Scholastica propter singularia obsequia: Sponsum cognovit, antequàm oculos aperiret; vidit, antequàm videret, atque cognovit vel in utero matris, voce gratiæ, & gratiâ vocis. T. 13. D. 2. à n. 8.

IV. *Surge amica mea, speciosa mea*, dum esset in utero matris, dicit Scholasticæ Sponsus: igitur vel ibi non solùm amica, sed speciosa. Ibid. n. 3.

In Festo S. Mathiæ.

I. *Revelasti parvulis.* Idest Mathiæ, vel quia Zachæus fuit, ut placet aliquibus: vel quia *Mathias* significat parvum. Exponitur electio in munus Apostolici culminis. Nisi efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis, igitur ejus electio triplici firmata calculo: à Deo scilicèt, à cœlo, & à Collegio Apostolico. T. 1. D. 4. n. 4.

II. *Revelasti parvulis.* Non solùm ut cognoscant, sed ut cognoscantur: igitur ut clareret cunctis, quàm munere dignus; de cœlo descendit luminis radius, & columbæ mirabilis super illum fit descensus. Ibid.

III. *Revelasti*, quàm dignè accesserit in dignitatem: siquidem inter dignos dignior, inter bonos melior; quem elegerunt ante electionem merita, & in electione sine electione suffragia. Ibid. T. 1. D. 5. n. 10. Vid. *Electio.* L. *Dignitas.*

IV. Vide alia ex Abdia Babylon. T. 1. D. 4. n. 6.

FESTA MARTII.

In Festo Angelorum Custodum.

I. *Angeli eorum*, flamma ignis: & aptè, in speculum, custodiæ. De cœlo descendunt, ut alumnos illuminent, purificent, tendantque sursùm, ac secum ducant in cœlum. T. 4. D. 3. n. 2.

II. *Angeli eorum semper* sunt illis aures, oculi & manus. Oculi in aspectum molestiarum: aures in exaditionem precum, manus in auxilium afflictorum. Ibid. & T. 2. D. 3. T. 8. D. 3. T. 4. D. 3. n. 2.

III. *Angeli eorum.* Nostri sunt; quantunvis obliti homines, quàm nostri sint. *Custodiet in via; introducet in locum quem paravi: non di mittet, cùm peccaveris.* Exod. 23. Ibid. & T. 8. D. 3.

IV. *Angeli eorum.* Semper nostri, estò inducant alumnum in tristitiam & molestiam: igitur recedunt, ne dimittatur; urgent, ut convertatur; percutiunt in salutem; & sauciant in sanitatem. T. 3. D. 5. n. 5. T. 5. D. 5. à n. 11. D. 6. n. 6. T. 11. D. 6. n. 8. T. 14. D. 1. à n. 3.

V. *Angeli eorum.* Gratia illorum plena & summa; quippe sine gratiæ gloria, nec protecti verecundia. T. 8. D. 3.

VI. *Angeli eorum.* Eminent in patrocinio & gratia & modo: etenim ut exprimant gratiam & dilectionis summam, ex præsentia gratiarum astruunt præsentiam. Ibid. Vid. *Angelus.* II.

VII. *Angeli eorum.* Semper protegunt. T. 8. D. 3. n. 15. Saluti invigilant. n. 14. & pro alumnis propugnant. D. 5. n. 10.

In Fest. S. Vicentii Abb. & Mart.

I. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.* Non solus mansit Vincentius in pugnam, & palmam, & gloriam; quippe cecidit in terram, ex cujus sanguine Martyrum leges, & laureati purpura flores. T. 9. D. 5. à n. 15.

II. *Qui voluerit animam suam, &c.* Dum perdit, invenit & gloriosè: igitur sanguis in semen conversus, quo vel post mortem tyrannus victus, atque fœcundus Monachorum hortus. Ibid.

III. *Perdet eam*, sed gaudio; quippe Vincentius ridet tormento, cantat cruciatu, resonat ictu. Ibid. & T. 13. D. 2. à n. 6.

Silva Evangelica.

In Feſt. S. Gregorii Magni.

I. *Hic magnus vocabitur*: ob ſapientiam inſignem ob ſanctitatem mirabilem, ob ſingulare regimen, ob humilitatem exemplarem. T.1. D.4. n. 10. T.5. D.3. à n. 9. T. 6. D.6. n.2.5. & 14. T.10. D.3. n.7.D.5. n.1. T.12. D.3 n.9. T.14. E.n.1.

II. *Hic magnus*, quoniam in Pontificem è cœlo ſignatus & à Deo electus. T.1. D. 4. n. 4. T. 12. D.5. à n.12. Vid. *Dignitas, Electio.*

III. *Hic magnus vocabitur.* Quia dignus dignitatem renuit. T.7. D.1. n.3. quia dignitas eum quæſivit. T. 1. D.5. à n.13. quia major dignitate, atque ſuperior munere. T.1. D.4. n.13. D.5. n.7. D.6. n.2. Vid. *Virtus.*

In Feſto S. Joſephi.

I. *Cùm eſſet deſponſata, &c.* Joſephi exponuntur merita inſignia, atque præmia ſingularia. Præmia ex gloria, quia pater putabatur infantis: merita ex gratia, quoniam Sponſus Virginis. T.13. D.1.

II. *Joſeph autem vir ejus.* Claret excellentia dignitatis, igitur Sponſus Virginis; & pluſquam homo, ut referebat imago. Ibid.

III. *Vir ejus.* Relucet in ſpeculo Sponſæ Virginis, & in matre Verbi titulo paternitatis. Ibid. n.2.

IV. *Hæc autem eo cogitante*, ſed inſignis etiam cogitatione; qua fidei magnitudo, viſa non credere, atque non viſa intelligere. T.5. D.1. à n.3. quæ viſa non viſa, quæ in ſomnis credita, clarà fide contra viſa. T.4.D.5. n.6. T.13. D.5. n.2. Vid. *Fides, Joſephus.*

V. *Cùm eſſet juſtus. Ex lege, ex fide, ex moribus.* Ex Simone de Caſia. T.13. n.1.

VI. *Fili David. Fide, ſanctitate, devotione.* Ex Bern. Ibid.

VII. Infantiam non ſenſit, virga in electionem floruit, & columba de cœlo deſcendit. n.9. Vid. Ibid. alia.

In Feſto S. P. N. Benedicti.

I. *Ecce nos reliquimus omnia.* Omnia? Sanè. Reliquit mundum floridum, & deſpexit etiam hujus deſpectus deſpectum. T.7. D.4.

II. *Reliquimus omnia.* Ecce Benedicti renunciationis emblema. *Receſſit ſcienter neſcius, & ſapienter indoctus.* Sciebat quicquid neceſſarium in deſpectum vanitatis: ſed neſciebat memoriam renunciationis. Sapiens & indoctus apparuit, dum ita deſpexit: ſapiens, quia reliquit: indoctus, quia non cognovit. Ibid. n.3. & T.6. D.5. n.11.

III. *Omnia*, & etiam ſe cum omnibus. Sceptrum averſari ut ſpectrum, cognitio eſt: verùm ſic eſſe, quaſi non cognoviſſet! Calcare mundum ut immundum virtus eſt: at hujuſmodi magnitudinem virtutis deſpicere quaſi ſcenam vanitatis! Obliviſci honorum, ac dignitatem, elucet ſumma virtutum: verùm, quia propria perfectionis cognitio, cognoſci, quaſi non eſſet perfectio! Jure cunctarum virtutum magnitudo. T.5. D.3. n.9. & 11. Vid. *Renunciatio.*

IV. *Ecce nos reliquimus*, & vitam. Habuit Angelicàm: igitur in mundo habitavit, quaſi non eſſet; quippe ut eſſet hìc non erat, ſed ut tranſiret. T.7.D.4.n.2.

V. *Reliquiſtis omnia*, non ſolùm quæ mundi, ſed & mundum ſine morte, quod ſingulare. Habitatio in mundo non pendet ab exercitio, ſed ab affectu: igitur juxta amorem vel odium vel in mundo, aut extra mundum. T.5.D.4.n 6.T.12.D.5.n.17.

VI. *Omnia.* Non eſt in mundo, qui non eſt de hoc mundo. Non eſt de hoc mundo, cujus à mundo aliena cogitatio, &c. ibid.n.7.T.13.D.2.à n.11.

VII. *Omnia*: & cum novitate. Non novum, mundum relinquere derelictum à mundo. Non novum non eſſe in mundo extra mundum, cæterùm novum, hominem mundum deſerere, quin poſsit à mundo exire. Ibid. n.9.

VIII. *Omnia*, & ei pro omnibus à Domino redduntur cuncta? Omnis mundus ei objectus, & ante oculos adductus. Quorsùm ergo in illum remittitur, ſi à Benedicto deſeritur? Ut mundo inſultet, calcet, rideat, illudat, & expuat. T.12. D.5. à n.12.

IX. *Vitam æternam poſſidebit*, & in tempore hoc, ut appareret Angelus, etſi homo. Eſt in mundo Angelus, quin ſit in mundo. Eſt profectò nullibi, tanquàm in loco: & Benedictus eſt ſicut Angelus in mundo quoniam per operationem cognoſcitur eſſe in loco. Ibid. n. 18.

In Feſto Annunciationis Virginis.

I. *Miſſus eſt Angelus ad Mariam.* Ad quid miſſus? Ut reparetur homo è culmine gratiæ lapſus: igitur Verbo Dei deſcendente de cœlo, & finita captivitas, & confirmata libertas. T.5. D.2. n.4. T.7.D.1.n.5. T.9. D.1. n.6.

II. *Ecce concipies.* Quem ergo? Filium Dei. Uti Verbi diliciæ, fecit Virgo in uterum Verbum de cœlo deſcendere. T.4. D.2. n.9. T.7. D.1. n.11. T.14 D.4. n.2. Vid. *Maria* I.

III. *Ecce concipies in utero*, ut Verbum Dei fiat caro. Periit primus homo: & ubi eſſet, ni veniſſet ſecundus homo? Quia ille homo, iſte homo, igitur ſi ille perierat per liberam voluntatem; iſte venit homo per gratiam liberatricem. Ex Auguſt Serm. 8 de *Verb. Apoſt.* T.3. D.1. n.2. T.7. D.1. n.5. & 8. T.14. D.3. n.3.

IV. *Ecce concipies in utero*, gratiâ plena, atque majeſtate digna: igitur cœlum animatum. T.10. D.1.n.1. Dei templum, paradiſus deliciarum. D.2. n.2.

V. *Ecce concipies.* Summa intellectus admratio, Deus homo; atque magna cogitatio. Verbum caro. T.5. D.1. n.11. D.3. n.14.

VI. *Concipies in utero.* Inuſitatum opus, incognitum arcanum, inviſum factum, inauditum oraculum. Ex Ildeph. de *Virginit. Deip.* Cuncta nova. T.5. D.2. n.4. D.3. n.14. T.6. D.1. n.14. T.4. E. n. 10. D.5.n.1.

VII. *Concipies in utero*, & cum concepti gaudi. T.6. D.1. n. 18. Amoris deſiderio, & redemptionis propoſito. T.3.D.1. n.1.& 9. T.5.D.2. n.4. Vid. *Chriſtus.* I.II.

VIII. *Filius Altiſſimi vocabitur*, etſi à te in utero concipietur: etenim generatione novâ, ipſe non alius etſi in altera natura: viſo miraculo novo, quippe hoccine myſterium incarnationis oppoſitum myſterio Trinitatis. T.6.D.1.à n.15. Vid. *Incarnatio.*

IX. *Ecce ancilla Domini.* Quæ mater Dei? Excellentia ex excellentia oblitâ, & memorata: eminentia ex majeſtate cognita, atque à cognitione prætermiſſa. T.1. D.1. n.10. T.5. D.3. à n.9.

X. *Ecce ancilla.* Dum Verbum vidit ita humilem matrem; omnem majeſtatem exuit, & diem lætiſsimum habuit. T.6. D.1. n.18.

FESTA APRILIS.

In Feſto S. Franciſci de Paula.

I. *Puſillus.* Et ideo inſignis & magnus. Humilitas depreſsit, & exinanitione eminuit. T.1. D.1.n.10. T.5. D.3. à n.9. Charitas uſit, & uſtione floruit. T.4. D.1. n.3. T.13.D.4.n.12. Vid. *Charitas, Humilitas.*

II. *Dare vobis regnum*: & Franciſco hìc etiam, igitur vita cœleſtis, ſine carne in conditione carnis, & pluſquàm homo in coſtitutione hominis. T.5. D.4.

III. *Puſillus* Franciſcus, ſed magnus: non quærebat in regno regnum, ſed regem; amorem propter amorem. T.13.D.3. à n.13. T.14. D.3. n.13.

In Feſto S. Marci Evang.

I. *Deſignavit Dominus* Marcum in Ægypti Apoſtolum; ut ejus ſanguine è terra arida orirentur fidei flores, & Martyrum copioſiſsima ſeges. T.9.D.5. Vid. *Martyres.*

II. *Deſignavit Dominus*, ut rutilaret adinſtar purpuræ, punici mali, & hyacinthi. Ibid.

FESTA MAII.

In Feſto S. Crucis.

I. *Exaltari oportet*, &c. Exaltatio Chriſti ex cruce. T.9. D.4. n.9. Gloria ex paſsione. T.12. D.4. n.13. & vita ex mortalitate. T.4. D.1. n.3.

In Feſto S. Michaelis.

I. *Angeli eorum.* Cuſtos Eccleſiæ, qui fuerat Synagogæ, apparet, ut pro nobis pugnet, nobis victoriam reportet, & Eccleſia de hoſtibus nonnunquàm triumphet. T.7.D.6.n.7. & à n. 17.T.8.D.5. n.10.

II. Qui apparuit in rubo Michael fuit, & Eccleſia habet benedictionem ejus, qui apparuit in rubo. Audivit, vidit, cognovit, & in ſubſidium clamantium de cœlo deſcendit. T.4. D.3.n.12. T.7. D.2. n.6. T.11. D.3. n.7. Vid. *Angelus.* I.

III. *Semper vident faciem.* Eſt in throno, & in miniſterio. T.4.D.3. n.13. Auxilio prompto, n. 6. & T.8. D.3.n.10. & opportuno, n. 2. atque ſpeciali modo, n.12.

FESTA JUNII.

In Feſto S. Antonii Paduani.

I. *Lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Antonius habuit in labiis: igitur malleus hæreticis, lumen catholicis. T.10. D.1. T.13. D.4. n.12.

II. *Sol & Sal.* Sal, ut compeſcat hæreticorum andaciam: Sol, ut illuminet univerſam Eccleſiam. T.3. D.3. n.15.

III. Lingua ejus nova, incorrupta, mirifica, cœlica, ignita, Angelica, & glorioſa. T.3. D.3.

IV. Mundum in admirationem movit; traxit, convertit. Ibid. & D.1. & 2.

V. Vita ejus miracula, & ſingularia; cum ratione irrationalium, atque ſenſu inſenſibilium. Ibid. Vid. *Antonius Paduanus.*

In Feſt. S. Joannis Baptiſtæ.

Multi in nativitate ejus gaudebunt. Quatuor lucent cauſæ, cur nativitas Joannis gaudium ſit orbis. T.14. D.4. à n.10.

In Feſto S. Petri.

I. *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi.* Inſignis revelatio, & mirabilis cognitio. T.4. D.4. à n.5.

II. *Beatus es*: igitur cognitione ſingulari, delusà oculorum ſenſatione, contra viſa fidem aſtruit, & nondum viſa mirificè intelligit. T.4.D.5. à n.2. & 6. T.5.D.1. n.3. Vid. *Fides.*

Pro Commemor. S. Pauli.

I. Vid. in ejus *Converſione.*

II. *Ecce ego mitto vos.* Quomodò in mundum Dominus Paulum mittit, ſi pro Domino Paulus mundum & fugit & refugit? Mundus illi coram Sole tenebroſus objicitur; & ab ipſo vidente non videtur. T.12. D.5. n.3. & 12.

III. *Ecce mitto vos.* Ut in mundo, Pauli cœleſtis ſit converſatio, & viſam gloriam oſtendat aptè videntis caligo. T.13. D.2. à n.9.

IV. *In medio luporum*, ut conſtet vivere Paulum; qui moritur quieſcens, & floridè vivit moriens. T.3. D.3.

FESTA JULII.

In Viſitatione Virginis.

I. *Exurgens Maria.* Promptè ſubvenit. T.9. D.3. n.19. neceſsitatem prævenit. T.2. D.4.n.11.ultra ſpem favet, n.16.

II. *Ut audivit*, &c. Ad Verbi incarnati præſentiam Joannes erigitur, redimitur, atque à jugo liberatur. T.5. D.2. n.4. T.7.D.1. à n.4.T.9. D.1. n.6.

III. *Ut audivit*, &c. Comprobatur viſitatio viſitationis effectu. Viſitatione viſitans audit, videt, catenas criminis frangit, & gratiam confert. T.7. D. 2.D.3.

Pro Triumpho Crucis.

Vide in *Inventione.*

Pro Virgine de Mont. Carmelo.

Vide *Patrocinium*, & *Maria.* I.

In Feſto S. Mariæ Magdalenæ.

I. *Ecce mulier.* Ecce, novum aliquod indicat. Quæ peccatrix, jam non illa. Unde? Ploravit, dilexit, victima cordis irrorata lachrymis, exarſit flammà vehementioris ignis; quo Chriſtum attraxit, profanum ignem combuſit, & ſe uti Phœnicem renovavit. T.3.D.6.n.17. T.4.E. n. 4. & 44. D.1. n.3. T.5. D. 5. n. 1. T. 6. D.2. n. 14. Vid. *Fer.* 4. *Domin.* 5. *Quadrageſ.* II. T. 6. D.3. n.12.

II. *Ecce mulier.* Non eſt illa, in qua per lachrymas nec ſui umbra, nec criminum macula. T.6. T.3.

III. *Lachrymis cœpit. Ecce mulier.* Ecce lavacrum regenerationis & renovationis. Regenerationis per baptiſmum, renovationis per pœnitentiæ ſacramentum. Per baptiſma, de eſſe ad non eſſe, ſanctificante gratiâ. Per pœnitentiam de non eſſe peccati ad gratiæ eſſe, contrito corde, effuſis lachrymis in ſignum veri doloris. Ibid. n.16. Vid. *Lachrymæ, Pœnitentia.*

IV. *Lachrymis cœpit*, queis ſpiritum ex toto renovavit: igitur pœnitens, illa ſine ſe, illa non ſui, illa non ſibi, mirifica metamorphoſi pœnitentiæ. Ibid. n. 12. & T.13. D.3. n.10.

V. *Lachrymis cœpit*, & rigare Salvatoris pedes, & clamare pro indulgentia criminis: igitur lachrymis obtenta clementia, audita lingua, & mutus clamor vinditæ à clamore pœnitentiæ. T.3. D. 6. T.6. D.3. T.14. D.1. n.11.

VI. *Lachrymis cœpit.* O lachryma, quantum potes! Magdalenæ florida, aurea, ſitibunda. T.3. D.6.

VII. *Remittuntur ei peccata multa.* A pudore, à lachrymà, à pœnitentia. T.2.D.3.n.5.T.3. D.5.n.10.D. 6. n.17. T.6.D.3.n.8.T.8.D.4.n.6.

VIII. *Quoniam dilexit multum.* Quæ in oculis lachrymæ, flammæ in pectore, vulnus in corde. T.3.D.5.n.13.

T.3.D.6. n.15. T.6. D.3. n.12. Vid. *Magdalena.*

In Festo S.Jacobi Majoris.

I. *Dic, ut sedeant.* Primatum tenuit propter prædicationem insignem, & totius orbis ad fidem conversionem. T.7. D.6.

II. *Dic, ut sedeant.* Sedit, & sedit cum majestate, in majestate Compostellanæ sedis, cujus adventus gloriosus, Hispaniæ sidus, mirabilis de cœlo descensus. Ibid. Vid. *Jacobus Major. Hispania.*

III. *Possumus.* Illustris fuit & effusione sanguinis, & munere prædicationis, n. 23.

In Festo S. Annæ.

Excellentiæ Matris Mariæ constant ex filia Virgine-Matre, quæ rutilat orbis prodigium ex Anna radice. T. 14. D.4.à n.5.

In Festo S. Ignatii de Loyola.

I. *Designavit Dominus.* Ignatium in mundi portentum, ut animam possideret in patientia, & traheret simul peccatorum corda: igitur ut lucraretur; cæcus, mutus, surdus, & insensibilis factus. T.2. D.2.T.4.D.1.n.5.

II. *Ante faciem suam*, ut spectaculum esset & Angelis & hominibus: etenim nec vulneribus vulneratur, nec injuriis offenditur, nec opprobriis percutitur. T.6. D.2. T.6. D.3. n.1. T.9. D.1.n.8. T.13. D.3. à n.5.

III. *Ecce ego mitto vos.* In orbem mittitur, à quo recessit, & fugit? Recessit homo, mittitur Angelus: recessit infirmus, remittitur medicus. T.12.D.5.à n.12.& 18.

IV. *Ecce ego mitto vos*, quin separetur à quo missus; quippe in subsidium languentium, & levamen infirmorum. T.7.D.2.n.2.T.11. D.3.n.6. D.4.n.5.

V. *Ecce ego mitto vos.* Missio indicat, cui Dominus credat messem, in orbis admirationem: igitur mirabile omninò propter gloriam Dei gloriam relinquere. T. 11. D.3. n.8. T.12. D.4. à n.13. & thronum Dei ob ministerium deserere. T.4.D.3.n.13. T.9.D.1.

VI. *Nolite transire de domo in domum.* E domo Dei transit Ignatius in sæculi domum. Exit & non exit, est extra domum, & domi; est in sæculo, quasi esset in domo. T.12. D.1.D.2.

FESTA AUGUSTI.

In Festo S.Dominici Guzman.

I. *Vos estis lux mundi.* In lucem mundi oritur Dominicus: igitur vitâ sepultus, in carne mortuus, insensibilis sensus, in carne extra carnem, in conditione hominis extra hominem. T.5. D.4.

II. *Vos estis lux mundi*: ad videndum mundum, & non videndum. T.2. D.6. T.12. D.5. T. 14. D.2.

In Transfiguratione Domini.

I. *Transfiguratus est.* Miraculum ex non miraculo, miraculum ex excessu, miraculum ex theatro. T.9. D.1. n.8.

II. *Transfiguratus est.* Magnum sanè sacramentum. Sacramentum, quia gloriam occuluit; & magnum, quia renunciavit. Ibid. n.2. & 8.

III. *Ante eos.* In signum amoris, & claritatis. Amoris sui, claritatis nostræ. Gloria nostra; quia, quæ incognita, in ejus corpore visa. Gloria ejus, quia in ejus nobis manifestata gloria. Ibid.

IV. Vid. *Domin. 2. Quadrag.* III.

In Festo S. Laurentii.

I. *Multum fructum affert*, si cadit granum: sed Laurentius non cadit; quippe cadens surgit sursùm: Vulneribus floret, tormentis fulget, resurgit pœnis, coronatur pugnis. T. 7. D. 4. n. 9. T. 9. D. 5. Vide *Martyres.*

II. Arbor immortalis est, de qua Nazianz. apud Causs. lib.10. Symb.7. *Morte vivit, sectione germinat, decerpta succrescit.* Ibid. & T.13. D.2.n.3.

III. Phœnix moritur inter ignes: imò vivit, imò floret. T. 4. D. 1. Provocat mortem. T. 5. D. 4. n.3. Despicit ignem. T.4. D.1. n.5. T.4. E. n.4. 46. T.8. D.2. n.3. Vid. *Ignis.*

In Assumptione Virginis.

I. *Muli r Martha nomine, & huic erat soror nomine Maria.* Per hanc cœlum, per illam signatur terra. Queritur terra, quia relinquitur sola. Huic debebatur corpus, dum in cœlum avolabat spiritus: Fit cœli advocatus, qui fuerat judex interpellatus: decernitque, corpus terræ non deberi; quia voluit morte ex hoc mundo Virgo exire, & quia si mortua, extincta tantùm amore. T.9. D.3.

II. *Optimam partem, &c.* Bona vita corporis, melior animæ, optima, quæ animæ & corporis: ideo mors Virginis mors vitalis. Ibid. n.2.

III. *Optimam partem, &c.* Invenit vias vitæ, & vitæ glorioſæ, novo honore, novâ vitâ, atque vitæ novitate. Ibid. n.6. & seqq.

IV. *Optimam partem*, dum elegit mortem, non ex languore, sed ex charitate: non ex febre, sed ex igne. Ibid. à n.13. Vid. *Maria.* XI.

V. Alia ibid. n.21.

In Festo S.Bernardi.

I. *Vos estis lux mundi.* Ita vita Bernardi: verùm etiam lux in morte? Sanè. Prohibet Abbas fieri per illum miracula; & dum obedit vel mortuus, ampliùs ejus rutilavit gloria: siquidem majus miraculum, nullum miraculum facere, & gloriam cum gloria abscondere. T.9. D.1. à n.8. posse ostentare virtutes, & jacere in feretro quasi unus è cæteris. T.5. D.3. à n.11.

II. *Sal & lux*: Sal, ut compesceret schismaticos; lux ut illuminaret in discordia catholicos. T. 3. D. 3. n.15. T.10. D.1. T.11. D.1.n.1.

III. *Sal & lux.* Utrumque, nihil in ordine ad se. Lux extinguitur, ut luceat: Sal consumitur, ut insipidum sapiat. T. 1. D. 3. n. 3. D.4. à n.5. T. 11. D.3. n.7. & 14. D.4.n.1.

In Festo S. Augustini.

I. *Vos estis lux mundi.* Vitâ, an scientiâ? Augustinus utroque. Vitâ cœlestis, scientiâ mirabilis. T. 5. D.3. à n.11. T.6. D.6. à n.1.

II. In perfectione perfectionem non cognoscit, & scientiam in scientia non intelligit. Ibid.

III. *Ut luceat omnibus* & amore, & charitate, cordium nexu, & toto corde. T.2. D.5. n.7. T. 7. D. 3. n.10. T.13. D.3. à n.9.

IV. *Ut luceat omnibus* charitatis flamma, dum extinguitur vita: etenim mors non ægritudo cordis, sed magnitudo: non cordis languor, sed fervor: non ignis exæstuans intemperie pectoris; sed meditatio cordis, qua exarsit ignis. T.9. D.3. à n.13.

V. *Ut luceat omnibus* summitate amoris: igitur quærit, ut inveniat; ut amet, amat; demonstrans cordis fidem, & amplectens amorem propter amorem. T.13. E.n.18. D.3. à n.11. D.4. n.12.

VI. Pro ejusdem Conversione, vid. *Convers. Paul.*

VII. *Non tua sed te Domine.* Vid. latè T. 13. D.3. à n.13.

Silva Evangelica.

FESTA SEPTEMBRIS.

In Nativitate Virginis.

I. *De qua natus est Jesus.* Mater Solis, domina mundi, principium felicitatis. T.14.D.4.

II. *De qua natus est Jesus.* Insignis amor Patris filium mittens in orbem: vehementior, dum decrevit habere matrem. Ibid.

III. Nascitur cœli flos, & mundi decus, atque germen paradisi. Ibid.

IV. *De qua natus est Jesus.* Quorsùm Nativitas Salvatoris? Noteſcit ortu Virginis Matris. Jam Salvator in orbe videtur, ac in speculo matris objicitur. Ibid.

V. *De qua natus est Jesus*, & per illam nobis natus. Regina cœlorum in terra, naturæ humanæ felicitas magna, & gratiarum copia. Ibid.n.8.& 14. Vid. *Maria*.III.

VI. *De qua natus, &c.* Novum fecit Dominus super terram nascente Virgine, igitur miraculum apparuit naturæ & gratiæ. Ibid. n.12.

VII. Vide alia. T.2.D.4.n.6.

In Festo Nominis Virginis.

I. *Nomen Virginis Maria.* Nativitas Virginis signum victoriæ. T.7.D.1. n.8. Insigne triumphi, stabilimentum palmæ T.10. D.4.à n.3. T.14.D.4.n.15.

II. *Nomen Virginis Maria.* Vitale nobis, hostile inimicis: nobis suave, hostibus terribile.Ibid.& T.10.D.1.

III. *Nomen Virginis Maria.* Tantæ excellentiæ est tuum sanctissimum nomen, quòd ad invocationem ejus, cœlum rideat, terra lætetur, Angeli congaudeant, dæmones contremiscant, atque inimici corruant. Ex Idiota. T.10.D.4.n.2.

IV. *Nomen Virginis Maria.* Quassabatur (quousque nata) humana natura internis, externisque crebris bellis; & nascitur mundo stabilimentum pacis. T.14. D.4. à n.13.

V. Alia in *Festo Rosarii*, & *Virginis Patrocinio.*

In Festo Exaltationis S.Crucis.

Vid. in *Inventione.*

In Festo S. Matthæi.

I. *Vidit hominem sedentem in telonio, &c.* In homine sedente in telonio, claret pondus peccati. In Christo ita illum vidente viscera misericordiæ. In surgente & sequente effectus gratiæ. T. 2. D. 3. D. 4. T. 7. D. 5. n.16.

II. *Surgens secutus est eum, Repentè mutatus in Apostolum.* Ait Hyeronym. hìc Mira obedientia, quæ cæcè sequitur, ignorans assequitur, & nescia beatitudinem consequitur. T.1. D.1.

III. *Surgens secutus est eum.* Qui sedebat, surgit; qui jacebat, sequitur; qui ad telonium, Apostolus abit post Christum. T.7. D.5. à n.16.

FESTA OCTOBRIS.

In Festo Rosarii Deiparæ.

I. *Beatus venter, &c.* Laudes sunt corona Virginis, qna flores mutantur in phalanges, atque preces in secures. T.10. D.4.

II. Rosarium est triumphale decus, & triumphale pignus: equidem ante victoriam victoria, & multoties sine pugna. Ibid.

III. Clarent in rosa cuncta Virginis mysteria ex gaudio, ex dolore, & beatitudine. Ibid. n.7.

IV. Vid. alia ibid. n.14. & *Maira.* III.& XII. & Fer.4. *Domin.*3.*Quadrag.* n.XIII. modum recitandi Rosarium, & T.11.D.3.n.12.

In Festo S. Francisci.

I. *Revelasti ea parvulis.* Igitur ingenium Francisci ignotum etiam sibi. Perfectus in virtute se perfectum esse non cognoscit, & cùm esset super cuncta, esse super cuncta nescit. T.1.D.1.n.10.

II. *Revelasti parvulis.* Quis cogitaret in paupertate divitias? Summa ejus ex ingenio paupertatis, qua superat orbis opes. T.9.D.4.

III. *Revelasti parvulis.* Dives, quoniam divitias nullo modo cogitavit; & orbem habet, quippe totum despexit. Ibid.

IV. *Discite à me.* Quid? Simul in unum dives & pauper Dominus: simul in unum dives & pauper Franciscus. Ibid.

V. *Discite à me.* Quid? Humilitatem, amorem, paupertatem. Ibid. & T.5.D.3.T.12.D.5.

VI. *Discite à me*: alienis facultatibus victitare, nudum mori, alieno habitu sepeliri. T. 9. D. 4. à n. 9. Vid. *Franciscus.*

In Festo S. Teresiæ.

I. *Sponsæ.* Hæc prima, quoniam afferentur Regi plures Virgines post eam. *Filia jam tota es mea*: dicit illi Christus. Non solùm *Filia* & *Mea*, sed etiam *Tota.Filia*, per similitudinem charitatis: *mea*, communicatione passionis: *tota*, quia patitur, quia non patitur. T. 13. D.3. n.9.

II. *Sponsæ.* Singularis Sponsa est: quia singularis cogitatio, & singularis dilectio. *Cogitatio*, quia sine dolore dolet: *dilectio*, quippe non sui, sed Sponsi vel in suis. Ibid.

III. Gloria illius ex passione, gaudium ex cruce, vita ex vitali morte. T.4. D.1. n.3. T.9.D.4.n.9. T.12. D.4. n.13.

IV. Illi gloria, pro dilecto pati, ac vità mori. T.4. D.1.n.5.T.5.D.2.T.9.D. 1.n.3. T.10.D.6.n.8.T.13. D.3.

V. Non cogitat præmium, sed solùm servire propter servitium, Sponsum propter Sponsum. Ibid. à n. 11. & T.13. E.n.18. T.14. D.3. n.13.

VI. *Sponso & Sponsæ.* Duo Cherubim aurei, productiles, se mutuò respicientes, signant Teresiam & Christum. *Aurei*, charitate; *productiles*, passione; *mutuò*, reciproca fide. T.13. D.3. n.2. D.4.n.1.

In Festo SS. Simonis & Judæ.

I. *Si mundus vos odit, hæc mando, ut diligatis.* Ne ali moriantur, muriuntur: patiuntur, ne alii patiantur; & ut alii convertantur, vitam amittunt. T. 1. D. 4. n.6. T.5. D.2. n.4. T.12. D.4.

II. *Ut diligatis.* Eorum charitas major, dum videtur minor, atque ex umbra charitatis major splendor. T.12. D.4. à n.14.

III. In cunctis igitur pares, æquales, similes. Ibid.

IV. Per illos figura in veritatem, prophetia in manifestationem, lex in Evangelium versa. Ibid. n.3. Vid *Judas, Simon.*

FESTA NOVEMBRIS.

In Patrocinio Virginis.

I. *Beatus venter &c.* Rependit Virgo ab hominibus laudes prolatas, effundens ob obsequia, gratiarum abundan-

dantes divitias. Cum illa & sunt horæ,& grætiæ, gratia aurea & fulva, pulchra & pulcherrima. T.2.D.4.

II. Est thesaurus gratiarum, antidotus vulnerum, medicina cordium, solamen languentium.Ibid.& T.10. D.4.n.14.

III. Habet multocula etiam manus oculatas, quæ antevertunt oculos, & fugiunt favore sensus. T.2.D.4.à n.7.T.8.D.3.n.12.

IV. Gratiæ illius erga nos maxima gloria. T.9. D.3.à n.20. & quia prævenit necessitatem; & quia sublevat, antequàm audiat clamorem; & quia ad manum auxilium;& quia favet ultra votum. T.2. D.4.T.8.D.3. n.12.

V. *Angeli per Virginem habent lætitiam, justi gratiam, peccatores veniam.* Ex Bernard. T.2.D.4.n.6.

VI. Trinocula dicitur, quæ multocula, ut exprimatur gratiarum, atque patrocinii sphæra: in terram, in mare, in cœlum. Ibid. Vid. *Maria.* I.

VII. Summa erga hominem solicitudo, usque sedeat quietè in cœlo. Adjuvat, fovet, advocat, revocat, subvenit, intercedit. T.9.D.3.n.21.

VIII. *Clavis regni cœlestis, & subsidium hominis.* Ex Ephrem. T.2.D.4. & T.10.D.4.n.14.

IX. *Inundatio gaudii, vis amoris, torrens voluptatis.* Ex Ruperto. T.2.D.4 n.1.

X. Vide plura Ibid.n.1.& *Maria.*XIII.

In Festo Omnium Sanctorum.

I. *Beati &c. Fructus ex flore cupiebant, & solabantur præsentia futuris, videntes succedere jam æterna mortalibus, perpetua caducis,cœlestia terrenis,divina humanis,& omnibus Christum.* Ex Chrysost. *Homil.* 106. T.5.D.2.n.4. & 10.D.4.à.n.15.D.6.n.6.T.9.D.3.n.6. T.13. D.6. n.3. T.14.E.n.11.D.1.n.6.

II. *Vera vanis,cœlestia caducis,spiritualia corporalibus, summa imis.* Ex Idiota de *Amor. Divin.* cap.13. Ibid.

III. *Beati eritis,* etsi miseri videamini.Contemplatio cœlestium levamen laborum. Cum quibus victuri, quomodo victuri, quid acturi? Ibid. & T.4.D.4. n.2. T.8. E. à n.55. D.4.

Pro Commemoratione Defunctorum.

I. *Qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ.* Vita gloria est, sed nihil coinquinatum intrat in gloriam: quare sordes abluuntur igne, & frigiditas actionum incalescit ardore. T.4.E.n.43.D.4.

II. Ignis urit & torquet spiritus, miris, sed veris modis: siquidem mirum tormentum, quo animæ rigent, & ardent; quia contraria cruciamina, quia uniuntur insociabilia. Ibid.

III. *O vos omnes, qui transitis, attendite*: igitur in levamen dignum consideratione, quòd hic flamma urens ex igne; in purgatorio, gelu ex igne urentis flammæ. In inferno gehenna ignis per ustionem; in purgatorio ignis gehennæ per miram frigiditatem.Ibid.à n.17.

IV Dolor urget vi cruciaminis, sed major, quoniam sine attentione *transitis*: igitur si passio compassionem movet; transeunt viventes sine reflexione mentis, sine compassione cordis, sine motione pectoris. T.2. D.3.T.14.D.1.n.9.D.6.n.23.

In Festo S. Martini.

I. *Ut qui ingrediuntur, lumen videant.* Lumen, quo vel perfectiores tendant in admirationem: etenim duntaxat admiratione quit dici, hominem ascendere in gloriam; & uti Angelum relicta gloriâ posse descendere in terram.T.12.D.5.à n.18.

II. *Qui ingrediuntur, lumen videant.* In egressu animæ à corpore Martinus lumen gloriæ videt, sed non ingreditur, imò recedit: igitur in demonstrationem charitatis; & ignis æstuantis pectoris, ut alii possideant vitam æternam, relinquit gloriam: ne patiantur exilium, relinquit patriam. T.9. D.1.T.12.D.4. à n.14.

III. Excessus amoris est, relinquere propter gregem cœli thronum, majestatem propter officium, & propter plausum Dei,Dei & Cœlicolarum plausum.Ibid.& T.4. D.3.n.13.T.9.D.1.n.6.T.11.D.3.n.8.D.4.T.13.D.3. & E.n.18.

In Festo SS.Ordinis Benedictini.

Vid. *Monachi,* & *Benedictus.*

In Festo S.Gertrudis Magnæ.

I. *Sponso & sponsæ.* Una amantium vita. T.14. E.à n.22. qua neuter uterque,nec duo,duo dilectionis insigne. T.13.D.4.n.2.

II. Adoravit Sponsum, ut vidit: videndo cognovit, cognoscendo traxit. T.13.D.2.n.8.

III. *Sponso & sponsæ.* Amor dignatione Sponsi fecit pares,similes,æquales.Ibid.n.2.Vid.*Gertrudis.*

IV. Obsequiis obsequia rependit, & quæ attracta Sponsum traxit, superans ætatem, cœlesti lumine præveniente mentem, & illà inveniente sine lumine lumen. Ibid.

V. Quod primùm vidit, amavit; & Sponsum primùm vidit: in corde fovit, ut semper videret; & nihil aliud præter Sponsum aspiceret. Ibid. & T.12.D.5. n.12.

VI. *Sibi & mortua*, sepulta in vita, verùm vita in Christo abscondita; qua Gertrudis in pectore Christi, Christus in Gertrudis corde. T.5. D.4. T.13. D.2. D.4.

VII. *Omnium famula & magistra*: famula, ut serviret: magistra,ut doceret: mirabili humilitate. qua se nesciebat; & cœlesti doctrinà, qua illuminabat. T.1.D.1. n.10.T.5.D.3.à n.9.T.6.D.6.n.2.T.10.D.1.n.14.

VIII. Nuptiæ morte celebrantur ab Sponsis, & mors etiam in Gertrude singularis: igitur mortua quo vixit, præsentia Sponsi, amoris igne, & cordis conflagratione. T.9.D.3.à n.13.T.13.D.2.n.15.D.3.n.2.

In Desponsatione Virginis.

I. *Cùm esset desponsata, &c.* Cherubini Arcæ hujus desponsationis umbra. Respiciebant se mutuò, versis vultibus in propitiatorium. T.13.D.1.n.4.

II. Prodigia visa in desponsatione. Ibid.n.2.& 9.

FESTA DECEMBRIS.

In Festo S.Francisci Xavier.

I. *Ite in universum mundum*, ut mundus cognoscat cœlum: igitur igni illius charitatis non solùm mundus, sed universus, & mundus novus. T.7.D.6.T.12.D.4.

II. *In mundum universum.* In spectaculum mundi, castitate, prædicatione, atque exterminio idololatriæ. T.3.D.2.n.1.T.8.D.5.n.3.T.12.D.4.

III. *Linguis loquentur novis*: igitur ejus lingua electa, singularis, inaudita. T.3.D.2.

IV. *Linguis novis.* Scientiam habet vocis Franciscus, uti organum Spiritus Sancti. Illius lingua una & meltiplex, vocum singularitate, differentiâ vocis sine vocis differentia. T.3.E.à n.15.D.1.à n.5.D.3.

V. *Linguis novis.* Xaverii gravida lingua, in labio electo, in vocum artificio, in quantitate & qualitate vocum. Ibid.

VI. *Lin-*

VI. *Linguis novis*: siquidem etiam novitate locutus, obedientiâ post mortem, amore sine morte, zelo animarum, ac denique repulsâ consolationum. Ibid. n. 16. & T. 9. D. 1. T. 13. D. 3. Vide *Xavier*.

In Conceptione Virginis.

I. Conceptio exponitur illius (*de qua natus est Jesus*) uti singularis & nova. Singularis, quippe à primo instanti animationis purissima: nova, quoniam ex natura virulenta. T. 7. D. 1. n. 11. T. 11. D. 2. T. 14. D. 3. n. 2.

II. Conceptionis perfectio, atque gratiæ magnitudo: igitur ex corrupta radice humani generis, caro resplenduit sine macula radicis; ac ex spinis apparuerunt flores. T. 11. D. 2. n. 11.

III. Virgo in conceptione portentum sæculorum, stupor naturæ, prodigium universi. Ibid.

IV. Ejus singularis excellentia, quia non naturæ in natura, quia à primo instanti perfecta, quia plena gratiâ, quia sola pura. Ibid. Vid. *Maria*. I. II.

In Expectatione Virginis.

I. *Paries filium*. Speciosa nutura Virgine puerperâ, virginitate illibatâ, maternitate inaudita. T. 7. D. 1. n. 11. T. 10. D. 1. n. 7. D. 2. n. 6.

II. Singularitas celebratur simul matris & virginis: partum expectat Maria in potentum orbis: igitur virginitatem duplicavit, Joseph novit, & honorem matris singulariter ostendit. T. 10. D. 2. n. 6. T. 13. D. 1. n. 7. Vide *Maria*. VII. VIII.

In Festo S. Thomæ Apost.

I. *Mitte manum*, &c. Per manum signatur fides. T. 13. D. 5. n. 5. & Thomæ fides magna, visis non credere, & non visa intelligere. T. 5. D. 1. n. 3. Imò contra visa fidem ostendere. T. 4. D. 5. n. 6.

II. *Mitte manum*, &c. Floruit in vulnere Salvatoris, factus thronus Deitatis. Ibid.

III. *Mitte manum*, &c. Ut ingrediente, rutilet prodigium semel visum in scripta lege, & semel in lege gratiæ. Ibid. n. 14.

IV. *Mitte manum*, &c. Ut ex tactu oriantur singularia miracula: etenim Thomas illæsus in fornace ardenti, reliquiæ intactæ ab igne, lampas lucet sine fomite. Ibid. à n. 5.

V. Vide alia verb. *Thomas Apostol*.

In pervigilio Nativitatis Christi.

I. *Noscitur ex Maria Virgine*, &c. *Obsequio nascitur, devotione nutritur, amore tenetur*. Ex Bernard. libell. de *Conscient*. T. 14. D. 3. n. 5.

II. *Fit elinguis lingua, memoria immemor, insensibilis sensus* (Ex P. Damian. in *Nativ. Christ.*) *omnia complicantur*. T. 7. D. 1. T. 14. D. 3.

In Nativitate Domini.

I. *Verbum caro factum est*. Quid homo, quod Verbum jam visum caro? Innovatur natura, & prima deletur noxa. *Innovatur natura*, quoniam quæ curva erigenda. T. 7. D. 1. quæ prostrata, salvanda. Ibid. quæ instabilis, firma. T. 14. D. 2.

II. *Prima deletur noxa*; quia erectio humani generis ab aspectu Redemptoris, gratia à partu Virginis, libertas à præsentia Auroræ & Solis. Ibid. Vid. *Christus*. IV. *Maria*. VIII.

III. *Vir unus vestitus lineis*. Cur nascente Domino, dicitur *Vir* & *unus*, *vestibus*, & *lineis* vestitus? T. 7. D. 1. n. 15.

In Festo S. Stephani.

A sanguine Abel. Quid cum certamine Stephani, Abelis sanguis? Fuit Martyrum primus, & Martyrum semen, quoniam primus Martyr. T. 9. D. 5.

In Festo S. Joannis Evang.

Sic eum volo manere. Exprimatur Christi favor, sed amori Joannis dolor: igitur impatiens calicem vult morte bibere, nec permittitur gustare. T. 10. D. 6. Vult mori, & indicitur quiescere. Ibid. & T. 13. D. 2. n. 5. Intendit gladio succumbere, & infirmatur amore. T. 9. D. 3. à n. 13. T. 13. D. 2. n. 15.

In Festo SS. Innocentium.

Vide *Martyres*.

Pro Velo Sanctimonialis.

Vide *Monachus*.

Pro Capitulo Generali.

I. *Mansionem apud eum faciemus*. Ad electionem in multorum concilio, trium divinarum personarum affertur mansio? Jure: *Pater eligit, Filius diligit, Spiritus-Sanctus conjungit*. Ex Cyprian. de *Baptism*. Vid. *Dignitas, Affectio, Ambitio, Electio, Officium, Merita, Præses*.

II. *Paraclitus autem Spiritus-Sanctus ille vos docebit*. Quomodo eligendus dignus, & indignus poterendus. Vid. *Affectio*, & *Indignus*.

III. *Ille docebit*, ne fiat electio utilitatis intuitu, arrogantiæ fastu, voluntatis lubito, affectionis decreto. Ibid.

IV. *Pacem relinquo vobis*: *Pax* (ut ait Paulus) *quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras. Omnem sensum*, idest, memoriam sub carcere oblivionis injuriæ. *Cor*, ne fit duplex affectibus. *Intelligentiam*, ne incumbat particularibus. Ibid. & T. 12. D. 3.

V. *Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat*. Et dicit, *Pacem*, & *Pacem meam*, & *dare pacem*, & *relinquere pacem*, & pacis modum; ut electores prorsùm despiciant mundum. Ibid. à n. 9. Vid. *Pax*.

VI. *Nunc dixi vobis, priusquàm fiat*. Quid ergo? Spiritus Sanctus, qui conjungendo amat, & amando congregat; *arguet mundum de peccato, de justitia, & de judicio*. De peccato, fit ergo: verùm de justitia & de judicio? Facere num justitiam & judicium est peccatum? Bernardum audite. *Arguet de peccato, quod dissimulat; de justitia, quam non ordinat; de judicio, quod usurpat*. Serm. 21. *Inter parv*.

In publicatione Bullæ Cruciatæ.

I. *Exiit mane*, &c. Horis & Gratiis ornatur corona Dei. T. 6. D. 2. à n. 2. Providè: sed Hispanis exit manè; quoniam nobis gratiarum primordia, atque super gratias abundantissima gratia. T. 14. D. 6.

II. *In vasis papyri* navigatio in gloriam. Quatuor navis vela, & quatuor papyri folia, in queis quatuor privilegia: pro contritis, pro cæcis, pro clausis, pro captivis. Ibid.

III. Quatuor effundit gratias, quia Hispanis Deus non sulùm misericors, sed clemens, patiens, & multæ miserationis. Ibid.

IV. *Hodie impleta est hæc scriptura*. Quid in illa. Remissio, condonatio, illuminatio, & libertas. Ibid.

V. *Ferculum fecit Rex Salomon*, &c. Ferculum, seu thronum regium: sedes Romana, media charitate in nos elargitur merita longioris, in brevitate temporis, & magnam mercedem exiguitate laboris. Ibid. à n. 14.

INDEX GENERALIS RERUM ET VERBORUM.

Prior numerus paginam, posterior marginalem signat.

A

ABNER.

Nugæ Rabbinorum de illius nece. Fol. 181. n. 9.

ABSENTIA.

Distantia in amantibus non pendet ab absentia. 522. 28. Declinat Deus, ut anima absentem ploret; verùm plorantem non transit. 573. 12.

ACCIPITER.

Corda non edit. 200. 7. Claudus altero pede. 8.

ACCUSATIO.

Pondus accusationis in statera judicii non est pondus. 33. 2. Qualis intuitus maligni in proborum accusatione? 38. 3. Vid. *Delator.* Justus nemo, si sufficit accusatio. 32. 1.

ADAMUS.

Conditus in gratia. 444. 5. In Christo caro Adami sine carnis conditione. 8. Quomodò in carnis consonantia erat carnis differentia? 9.

ADOPTIO.

Olim per emptionem. 346. 2. In filios Dei. Vid. *Gratia.*

ADORATIO.

Nudis olim pedibus. 185. à n. 17. Ritus apud Persas. 20.

ADULTERIUM.

Ejus pœna. 400. 15. Quare ita plectebatur. Ibid.

ÆGYPTUS.

Cur sacerdotes Ægypti dicebantur sonipedes? 18. 31. Idola contrita in exitu Israel. 291. 15. Quodnam maximum miraculum in bello ultimo Pharaonis? 299. 21. Quinam Dii Ægyptiorum? 251. 14.

ÆMULATIO.

Ferè inter ambitiosos. 168. 4. Vid. *Invidia.*

ÆTAS.

Pro anno, pro sæculo. 316. 51. Pro cursu triginta annorum. Ibid. Pro toto tempore vitæ. 52. Ætates hominum. 51. Ætas pro vita & econtrà. 52. Pro complexione corporis in expressionem animi. 53. Vid. *Tempus & Vita.*

AFFECTIO, AFFECTUS.

Cur comparatur Medusæ? 53. 4. Coloribus? 455. 3. Proteo? 4. Non est homo, ubi corpus, sed ubi affectus. 483. 8. Affectio in affectibus quàm varia! 456. 5. Ubi rationis rectitudo, nulla cordis inclinatio. 47. 2. Affectio flatus est arundinis cordis. Ibid. Caret judicio, & somnium est vigilantium. 4. & 5. Cæca. 455. 2. Exprimens judicium, indicat morbum. 4. Videt oculis clausis. 5. Cogitat juxta speciem, & aspicit juxta cogitationem. 16. Statera ejus sine libramine. 32. 2. Est ad dignitates & præmia pondus. 168. 5. Ab illa diversa meritorum forma. 456. 6. Dignum deprimit, & indignum extollit. 458. 14. Putridum ejus cerebrum in judicium. 4. Doctes affectione fiunt magni, & nihili. 48. 5. Larvatur specie judicii. 6. Sæpe digni non fit electio, quia indignus sedet in animo. 12. Cunctorum propter illum obliviscitur, cujus affectu trahitur. 15. Non quiescit. 16. Electione non eligit, sed delirat. 52. 2. Haud lacerarent affectus concupiscentiæ, si cogitarentur lacerare. 482. 6.

AFFLICTIO.

Patienti intolerabile, ejus dolores videri, & sine compassione prætermitti. 82. 10. Nulla æstimabilior visitatio, quàm afflictionis permissio. 294. 2. Quantum afflictionis momentum. 550. 13. Vide *Dolor, Pœna, Charitas, Favor, Gratiæ, Miseratio, Prudentia.*

AGNUS: Vid. *PASCHA.*

AMBITIO, AMBITIOSUS.

Cur instar ignis? 342. 1. Alia symbola. Ibid. Insaturabilis. Ibid. Ambitiosus dotibus vacuus nunquàm invenit terminum. 2. & 3. Majora cupit, qui in majora pervenit. 2. Desiderat aliquid, ubi nihil. 4. Quo compescitur, augetur: & alios exaltat, quos deprimere tentat. Ibid. Uritur in refrigerio. 6. Ex medicina formatur vomica. 7. Conditio, soliloquia & questus. 5. Servitus & labor. Ibid. Nec in requie requiescit. 7. Nihili, quòd ardeat, modò fulgeat. 6. Quæritur munus in commodum, non in munus. 9. & 10. Sedes desideratur, ut desideretur. Ibid. Quærit ambitiosus fastigium, ut cupiat, ut semper ascendat, & ascendendo cadat. 11. Artes ambitionis. 43. 1.-344. 7. Primatum quærit. 52. 16. Ejus malignitas in æmulos. 55. à n. 13-168. 4. Nunquàm quiescit. 343. 7-488. 1. Cuncta destruit. 490. 11. Quomodò discors in concordia? 3. Ut pacis sit ordo, exulet ambitio, 11. Quem primum despicit, exaltatum ambit. 52. 16. Non cessat, quousquè prostratum, quem aversatur, videat. 50. 15. Nec quiescit, quousque æmulus detrudatur extra mundum in infernum. 13. Vid. *Invidia* Religionem posthabet. 409. 10. Non habet caput, facie multiplici. 457. 12. Ambitiosi fucus. 587. 5. Modò obtineatur gratia, haud reputat vel in largitore vulnera. 168. 5.

AMICITIA, AMICUS.

Ficta, perfidia est. 53. 4-524. 35. Multi amici dignitatis, sed non habentis. 175. 16. Amicus falsus grave vulnus. 241. 10-524. 35.

AMOR.

I. *Reciprocus.* 515. 12. 20. & 33. In mutua dilectione perfecta est charitas. 14. Amor dolescit amore. 20. Una est amantibus vita. 21. Uterque vivit in dilecto. 22. Vivere sine vita, amantium nota. 23. Distantia pendet ab animo, non à loco. 28. Comprobatur cordium nexu, non oculorum obtutu. 90. 7. Fide, non curiositate. 8. In amore duo non est amoris insigne: 540. 1. Quomodò neuter & uterque? 1. & 2. Non est distinctio, ubi summa dilectio. Ibid. Ni totum, non datur amore cor. 536. 10. Non diligit perfectè, ni diligat quantum potest. Ibid. Non est amor, si cor longè. 541. 4. Redamatione pertunditur pectus, estò saxeum, vel æreum. 242. 14. Amantis ira quomodò gratia? 575. 12. Ægrè fert amor, quòd dilecti proculcetur honor. 211. 8. Horribilis despectus amor. 598. 11.

II. Judicium amoris nullum. 48. 5. Nunquàm amor sine voce. 241. 12. Rapit cor in amata. 578. 17. Unde fugit dilectio, evanescit cognitio. 52. 1. Statera illius

sine

fine liberamine. 2. Cur tempus ſocius amoris? 83. 2. Gloria amoris attingere terminum, & tranſire. 242. 13. Cur amor & tempus cum pennis? 156. 6. Amor velocior tempore. 9. Conſummatum habet, quod conſummaturus tempore. 10. Quomodò opus amoris opportunè, & ante tempus? Ibid. Cur incunabula amoris in mari? 241. 10. Verba amoris demonſtrationes pectoris. 460. 5. Cur amor cum telis mortis? 240. 8. 12. Prius illi alienum ſubſidium, quàm proprium commodum. 368. 5. Cur dicitur morbus ſacer? 534. 11. Fabula Amoris, & Pſyches. 90. 6. Quid ſit totus amor? 539. 9. Diſſimulat obſequia. 11. Illi dedecus de præmio cogitatio. Ibid.

III. Mortem ultra verus amor. 239. 2. Amori mors nequaquàm terminus. 3. Pati illi obſequium. 199. 10. 537. 5. Quomodò, & quando? 426. 9. Cur affligitur ſine afflictione? Ibid. Quo pacto probatur doloribus? 367. 3. Gloria illius pro ſervis voluntaria ſervitus. 198. 8. Et pati legis jugum propter legis obſequium. 9. Cur cum jugo fingitur? 440. 6. Libertatis ejus ſummitas, nulla libertas. Ibid. Illi jugum obſequium. 7. Quommodò libertas in ſervitute? 8. Lex quæ non obligat jure, adimpletur amore. 4. Pondus amoris amplius quàm legis. 7. Alia lex illi de non lege. 10. & 11. Abdicit privilegia. 13.

IV. *Erga ingratos.* Fulget ampliore luce ſine redamatione. 239. 4. Quanvis vulneretur, non immutatur. n. 5. Quò magis offenſus, eò offendentibus magis gratus. 7. Amplior demonſtratio, ubi ampliſsima ingratitudo. 369. 8. Vide *Gratiæ*, & *ingratitudo*. Obſequium ſolicitat propter obſequium. 539. 12. Quænam vox tenor amoris? 540. 1. Amor non eſt, ni tantùm propter amorem. 539. 12. Dirior iratus amor. 586. 1. & 11. Amarus, ſi recrudeſcit. 211. 7.

V. *Amor Chriſti.* Vid. *Chriſtus.* II. Cum tempore. Vid. *Maria.* IX. *Amor Profanus.* Vid. *Venus.*

AMOR SUI.

Amor ita, judicium pervertit, ac digniorem ad dignitatem non invenit. 168. 5. Vide *Philautia*, *Voluntas propria*, & *Singularitas.* Amor proprius cur lepræ ſimilis? 451. 3. Effectus. 4. Magis cæcuti, quò in lucem ducitur. Ibid. Amor proprius facit hyprocritam. 36. 14. Deſtruit amor proprius virtutem per virtutis ſpeciem. 451. 4.

ANGELUS.

I. In illis perfectio agnoſcitur Conditoris. 159. 2. Frequens viſio illorum in aſſumptitio corpore. 132. 9. Quomodò ſunt in loco? 12. 501. 18. Bonus Angelus antequàm confirmaretur in gratia, nihil habuit reprehenſibile vel Deo judice. 561. 23. Cur ſimiles flammæ ignis? 146. 40. 159. 2. Stellis? 333. 10. Meteora notabilia non à natura, ſed ab illis. 135. à n. 16. Quomodò Angelorum prælium? 402. 3. Viſio Angelica homini magna gratia. 294. 3. Quomodò ſint in gloriæ throno, & in miniſterio? 162. 13. Prompta illorum gratia. 14.

II. *Cuſtos.* Cur illius cuſtodia ſignatur flamma? 159. 2. In quibus relucet? 3. Auxilio ejus, iteneris ſuperantur anfractus. 4. Cuſtodit hominem, vel peccantem, & intendit ducere in beatitudinem. Ibid. Similis quare & diſſimilis Argo? Ibid. Semper vigilat. 5. Ejus auxilium promptum, ubi periculum, luminibus apertis, & cuſtoditi clauſis. 6. & 9. Comitatur ſocium, quouſquè intromittat in cœlum. 8. Favet, & indignitatem dignati non videt. 12. Studet ſolùm favori. Ibid. Unde illius gratia plena? 13. Etiam favet indigno. 14. Sunt Angeli in noſtra cuſtodia non ſolùm ſcuta, ſed cœleſtia. 331. à n. 1. Quantum donum illorum contubernium! 2. Deſcendunt de cœlo, ut illuc perducant homines, & in via à periculis liberent. 3. & 4. Quanti illorum gratiæ, vel in modo! 10. Vigilant, etiam hominibus dormientibus. 11. Nobis inviſibiles, illorum gratiæ præſentes. Ibid. Intendunt in gratiis gratiam, & non gratiarum gloriam. 12. Unde gratia illorum ſumma? 13. Sæpe non parcunt corpori, conſulendo ſaluti. 14. Semper Cuſtos protegit. 15. & pro homine propugnat. 341. 10.

ANIMA.

Pro honore & gloria. 544. 4.

ANIMALIA.

An voces habeant ſibi perceptibiles. 115. 8. Quodnam majus, intelligi, an intelligere? Ibid.

ANNUS: Vid. *MENSIS.*

Solaris, Lunaris, & Tropicus. 309. 29. Quatuor anni tempora etiam apud Priſcos. Ibid. & 322. 62. Colores factionum in ludis Circenſibus pro quatuor anni temporibus. 309. 30. Varietas annorum apud Priſcos. 309. 30. Olim decem menſium apud Rom. uſque ad Numam. 311. 35. Principium etiam à Martio. Ibid. Quot dies habuit primus annus mundi. 313. 41. Anni Hebræorum ex duodecim menſibus Lunaribus. 32. Quomodò fiebat intercalatio? 310. 33. Initium anni ſacri apud Hebr. à Luna Martii, & vulgaris à Luna Septemb. 314. 44. A quo menſe principium anni Sabbatici; & Jubilei? Ibid. In Bibliis ſemper habenda ratio anni ſacri, ſive in ſacris, ſive in civilibus, aut politicis. 315. 46. Quomodò intelligendi ſunt anni Iſraelitarum in Ægypto? 260. 2. Pleræque nationum annum incipiebant à Septembri. 314. 45. Omen Malabarium pro auſpicatione anni. 533. 5. Anni vitæ quid? 318. 55. Quid ſit plenitudo annorum, & dierum? 317. 52. 319. 55.

S. ANTONIUS ÆGYPTIUS.

Ex victoria cavebat à ruina. 287. 8.

S. ANTONIUS PADUAN.

Ejus lingua mirabilis, & prædicatio mirifica. 113. 1. Cur lingua incorrupta manet? 15. Verba ignita & cœlica. 11. Cur lingua nova? 7. Glorioſa? 14. Angelica? 6. Cœleſtis? 4. Ignita? 12. & 13. Quomodò in ejus lingua multæ linguæ? 1. Intelligebant eam animalia. 2. Quæ? Ibid. Omnia illi obediunt. 3. Ex piſcium auditu rebellium converſio. 4. Quomodò traxit ad ſe mundum? 11. & 13. Etiam animalia & inſenſibilia. à n. 5. Eloquio inflammabat corda. 12. Herculi ſimilis. 13. Orpheo. 1. Mundum in ſui admirationem movit. 13. Plauditur ut Sol, & Sal. 15.

ARBOR.

Ab igne quæ illæſæ? 131. 7. Silva ſine igne ardens. 16.

ARCA.

Sacra portabatur humeris ſacerdotum. 464. 2. Vectes in medio ejus extrorsùm. 4. An Arca parieti oraculi admota? 9. An vectes ejus aliquando moti? Ibid. An ſine velo è Sancto poterant vectes videri? 11. Differentia vectium. 477. 33. Quid ſignabat vectium immobilitas? 37. An Arca in ſpelunca Moyſis? 38. An aliam fecerint Hebræi è Babylone revertentes? Ibid.

ASBESTOS.

Lapis, vel linum, cujuſnam proprietatis, 139. 22.

ASTACUS.

Piſcis, quid ſignet, & cujuſnam conditionis? 483. 12.

ATTICINUS.

Quænam ejus in circumveniendo calliditas & perfidia? 282. 5.

AVARITIA.

Cuncta vel ſacra poterit. 211. 5. Non corrigunt flagella, quos indurat avaritia. 6. Cæca omninò. 214. 17. Vid. *Paupertas.*

Rerum & verborum.

AUGURIUM.

Quid Rabbini de scypho Josephi nugentur? 102.14.

AULA.

Mendaciorum habitaculum. 284. 12. Ab illa exulant veritas, & resipiscentia. Ibid. Imò plectuntur. 13.

AURIS.

An ignominiosa aurium perforatio? 354. 21. Cur decor servis? 22. Nobile Græcis, vile Romanis. 23. Apud illos fœminæ utraque aure perforatà, pueri tantùm dextrà. Ibid. In India nobilitatis insigne. 24. Usus apud varias nationes perforationis auris. 22. Cur materia aurium cartilaginosa? 42. 13. Cur bilanx formari debet ex auribus? 32. 2. Vid. *Judex, Judicium & Justitia.*

AURORA.

Cum face picta. 155. 2. Partus ejus fabula. 3. Cur mater dicta luminum, & ventorum? 254. 9.

ARROGANTIA: Vid. *SUPERBIA.*

Ex victoria tentationis. 289. 13.

AURUM.

Quodnam aurum nigrum? 86. 12. Aurum in fictilibus unde? 385. 5.

AZYMA.

Quando incipiebant? 304. 13. Panes Azymi nequibant comedi ab immundis. 306. 22. Vid. *Pascha.*

B

BALSAMUM.

Ad ortum Solis, ut fluat, scissura facienda. 196. 2. Quo modo collectio fiat? 586. 2. Cur vitro ac lapide fluit? 196. 2.

BASILISCUS.

Cur mundi symbolum? 499. 13-502. 21. Ejus saliva homini nocua. Ibid. An noceat visu? 24. Cur moriatur primò visus, quàm videat? Ibid. Cur non nocet oppositio speculo? 25.

BELLUM.

Jus belli cur apud Feciales inter Romanos? 106. 24. Quid sit, sanctificare bellum? Ibid.

S. BENEDICTUS.

Mensa illius ab igne illæsa. 143. 35. Prodigium fuit mundi. 502. 20. Strenuè despexit temporalia omnia. 285. 1. Floridior in illo mundi despectus, quàm mundus floridus. 1. Relicta ab illo memoria oblivionis. 3. Nec leve in illo vestigium vanitatis. 4. Quomodò mundum egregiè vicit, & victoriâ vicit? Ibid. Nullam quæsivit gloriam ex gloria calcata. 5. Nulla illi de vanitate memoria. Ibid. Sui oblitus. 6. Semper victor. 7. Victoriæ etiam cogitationem despexit. 14. Quomodò in illo scientia mundi & ignorantia? 3. Bis mundum visit. 14? Unde vita ejus Angelica? 2-501. 19. Nulla illi vanitas ex despectu vanitatis. 250. 11. Quomodò citiùs in perfectionem pervenit, quia ambulando claudicavit? 576. 9. Cur mundus despectus ante illum adductus? 499. 12. & seqq. Erat in mundo duntaxàt corpore. 21. Quo ingenio despectu cognovit mundum? 25. Quomodò si mundus visus nocet, sine læsione vidit? 26. Quo pacto aspexit, ut tutò aspiceret? Ibid. Aspexit, uti aspectu indignum. 27. An in hoc despectus glorioſior. 28. Cur dicitur *Vir Dei* à Gregorio? 361. 39.

BENEFICIUM.

Generosum, sine acceptione personarum. 85. 7. Exprobratio quàm molesta! 365. 46. Vid. *Gratiæ.* Gratitudo comes beneficii. 274. 13. Vid. *Gratitudo*, & *Ingratitudo.*

BONA.

Abusu bona nostra nocent nobis. 579. 1.

BOS.

Peperit agnum. 136. 17. Symbolum agriculturæ 347. 4.

BRACILE.

Quid sit? 188. 24.

BULLA.

Signum nobilitatis, libertatis, & triumphi. 591. 1. *Cruciata.* Quanta gratia & felicitas ejus concessio? Ibid. à n. 1. Bulla indulgentiarum. 3. Lacticiniorum. 13. Compositionis. 17. Quibus hæc conditionibus proficua? 19. Bulla pro defunctis. 22. Quæ & quanta bona ex Bulla Cruciata? 2. Privilegia & magnifica. Ibid. & n. 16. Duplex per illam in cœlum conceditur ostium. 4. Unde meritum longioris, in brevitate temporis? 14. Et magna merces exiguitati laboris? 15. Cur Bulla dicitur navigium papyri? 18. Aperitur per illam janua in gloriam. 22.

C

CADAVERA.

Aromatibus condita, ut manerent incorrupta. 153. 10.

CÆCITAS.

Discrimina cæcitatis mentis & corporis. 80. 5. Visio cæca, & cæcitas oculata, quæ, & quando? 8. Vid. *Peccatum.*

CÆSARIES: Vid. *COMA.*

CALCEUS.

Pro tegmine pedis. 181. 10. Pro chirotheca. 21. Varia genera, à n. 11. Vid. *Fœmina*, & *Sandalia.* Quid sint pedules? 27. Olim viri nudipedales. 11. & 12. Calceus insigne Romanorum. 22. Et libertatis. 13. Nobilitatis, dignitatis & opulentiæ. 22. Dominii & potestatis. 14. Juris, mortis, & curiositatis. 15. Detractio calcei, reverentiæ, & obedientiæ signum. 22. Usus calcamentorum ad essum agni semel tantùm in Ægypto. 19. Hebræi deponebant accumbentes mensæ. Ibid. Illorum nudipedalia. 17. Celebriora vespere expiationis. Ibid. Inter Christicolas etiam olim. 18. Nudipedalia Ethnicorum. 19. Unico tantum pede. 20.

CALIGA.

Habitus Græcorum & Rom. 190. 27. Forma & materia illarum. 28. Luna in caligis Rom. Ibid. Etiam aliæ imagines. Ibid. Milites caligati. Ibid.

CALIGULA.

Ab illo impudentia æstimata ut gloria maxima. 73. 12. Crudelitas. 399. 13.

CALUMNIA.

Ejus virus quantum, & qua arte. 37. 17. Vid. *Dolor.*

CAPILLI.

Quorsùm Monachorum tonsura? 188. 9. Vid. *Coma*, & *Fœmina.*

CARISTIUS.

Conceptum semel ignem non amittit. 139. 23.

CASTITAS.

Deum è cœlo trahit. 531. 1.

CAUSA.

Pro *Litigio.* Vid. *Judicium.* Cur causa exponitur sæpe cum effectu? 146. 40. Causa prima quo ad effectus sub nulla lege. 142. 33. Vid. *Scriptura.*

CERAUNIA.

Gemmæ ceraunia proprietas. 425. 4.

CHAMÆLEON.

Cur mundi symbolum? 187. 8.

CHARITAS.

In quo perfecta? 516. 14. Per illam nostra in Deo mansio. 17. Quid est diligere invicem, & ad invicem di-

diligendum? 37. Charitas qua Deum amamus non est Spiritus Sanctus. 16. Claret Deus in medio cordis ex igne charitatis. 543. 12. Amoris Dei & proximi concordia. 525. 36. Cor charitatis oculatum in proximi auxilium. 79. 1. Non est charitatis visio, sola oculorum sensatio. 2. Videt, quod sublevat. 3. Aliter cæcutit. 6. & 8. Charitas insignis, pro fratribus animam ponere. 494. 11. An major? Ibid. Unde charitas, degentium in hoc mundo, divinitas? 18. 8. Quid fides sine charitate? 516. 15.

CHERUBIM.

Pro re, vel colore vario & pulchro. 511. 3. Quænam Cherubum Exechielis forma? 456. 6. 13. Arcæ? 510. 2. Specie & vultu maris & fœminæ figurà, non sexu. 5. Magnitudo & pretiositas Cherubinorum templi Salomonis. 467. 7.

CHORUS.

Removenda in illo curiositatis occasio. 161. 11. Quid quòd corpus in choro, si extrà vaga cogitatio? 486. 6. & 10. Ni menti vox concordet, quasi in choro nullus esset. 7. Non est esse in illo, in illo esse. 8. Magis clament corda, quàm labia. Ibid. Ibi non manet, qui exteriora circumspicit. 11. Quomodò corpus, ubi oculi? 12. Vid. *Officium.*

CHRISTUS.

I. Philanthropus etiam offensus. 128. 16. Deus & homo, verus justitiæ Sol. 238. 20. Patris cognoscitur perfectio, ubi Christi videtur. 584. 5. Quomodò? 8. Etiam in speculo Salvatoris relucent perfectiones matris. 6. Quomodò in Christo libertas & obedientia præcepti? 27. 2. Cur ejus verba miracula? 108. 6. Alliciebat & trahebat corda. 115. 10. Homo ante adventum Christi amens. 272. 8. Trahitur vel levi cogitatione. 242. 14. Quare dicitur gratiarum Nilus? 585. 13. Misit pro remedio in mundum Spiritum-Sanctum. 108. 3. Cur dicitur Adam secundus? 270. 1. Præsentia ejus cognoscitur ex gratiarum præsentia. 332. 5.

II. *Amor Christi.* Vid. *Amor.* II. III. IV. Summus erga humanum genus. 238. 1. Ultra mortem. 2. In ultima cœna clarior. 3. Ejus defecit vita, sed non gratia. Ibid. Non extinguitur, etsi extinguatur. 4. Fulget sine redamatione. 4. Mors illi non terminus. 3. Ducitur in gratiam, vel impulsus in vindictam. 5. Non compungitur vel punctus. 4. & 7. Compescitur ignis pectoris in vehementiorem flammam. 6. Fervet Christi amor, dum hominis furor. 242. 1. Pectus nudat, ubi homo tela vibrat. 241. 10. Gloria ejus in quo? 13. In morte quomodò rutilat? 9. & 11. Illi facile, quicquid cogitatur impossibile. 89. 4. Patitur ut propria peccatorum flagella. 212. 10. Dolet de hominum doloribus. Ibid. Illius gratiæ in illum à cordibus fiunt sagittæ. 590. 13. Christi amantis generositas. 332. 9. Et erga ingratos. 392. 14. Quiescit, dum compungitur peccator. 573. 10. Dolet de illato dolore. 8-212. 9. Plorat si homo non plorat. 572. 9. Pervia ejus porta fragilitati, non malitiæ. 587. 2. & 3.

III. *Conceptio Christi.* Vid. *Incarnatio.* Assumpsit ex Adamo naturam humanam, sed non culpam. 445. 8. 14. Erat homo, cui nulla cæterorum imperfectio. 13. In illo servitutis forma, sed non causa. Ibid.

IV. *Nativitas Christi* cur signata in loto? 273. 9. Homo nato Christo liberatur à diabolo. 270. 2. Erigitur in præsepio natura, quæ corruit in paradiso. 3. Quomodò? 14. Libertas publica nativitate Christi, & partu Virginis. 4. Quot mira tunc visa? Ibid. Corruit dæmon. 7. Quantæ nobis gratiæ? 13. Quanta miracula? 15. Erectio humani generis ab aspectu Redemptoris. 16. Quomodò erigitur? 579. 1. Terra humana jam immota. 5. Quievit. 8. Pax tunc in orbe terrarum. 9. Homini ortus est Sol. 10. Præsepe domus cur Dei, & porta cœli. 3. Ibi visa Aurora & Sol. 7. Cur die quo natus, corruerunt templa Fortunæ & Pacis? 272. 6. Cur non natus, ubi conceptus? 580. 5. Negligentibus quasi non natus. 12. Quomodò nascitur, ubi noscitur? 13. Mittit ignem in terram cordium. Ibid.

V. *Circumcisio Christi* theatrum amoris. 196. 3. & magni. 1. Sanguine recenti infantis vincitur antiquus serpens. Ibid. Guttæ sunt balsama vulneribus nostris. 2. Cur recens natus recipit vulnus? Ibid. Liberatur homo, dum serviens puer legi, circunciditur. 3. & 7. Vulnere patet amor pectoris. 4. Quantus? 6. & 8. Quare hæc pœna amoris gloria? 10. Patitur, ne homo patiatur. 4. Illi labor, si pro homine exulat dolor. 10. Singularis, apparuit quasi unus è cæteris. 203. 14. Vid. *Obedientia.*

VI. *Epiphania.* Mirus cometes, nascente Christo, in lucem Gentium. 290. 2. Magi primitiæ Gentilitatis. 2. Quomodò Gentes nascens Christus visitavit? 1. Conditio stellæ Magorum, & umbra illuminationis. Ibid. Unde mirabilis? 3. Mysteria fidei ostendit. 4. Felicitas Gentium ex vocatione Magorum. Ibid. Cecidit idololatria Deitatis præsentiâ. 5. Quæ obsequia tunc à Gentilitate exhibita? 6. Illuminata est, & Synagoga eodem lumine obcæcata. 7. Quanta solicitudo Gentilitatis in inquisitionem Salvatoris. 8. Qua industria invenit thesaurum, quem solicitè quæsivit? 10. Surripuit à Synagoga Scripturas in notitiam hujus gazæ. 11. Quomodò Synagoga cæcutivit, & cæcitate Gentes illuminavit? 12. Synagoga quærere Christum illas docuit, sed dignata non quæsivit. 13. Ut Christum Gentilitas cognovit, adoravit, & illi in perpetuum adhæsit. 16. Symbolum in cæco Jerichuntino. Ibid. Ejus obsequia & officia. 14. Stella Magis, sicut Israelitis columna ignis. 15.

VII. *Transfiguratio.* Christi amoris excessus, dum apparet glorioſus. 366. 1. Cur in hoc mysterio mysteria magna? Ibid. & n. 2. Cur tunc Christus plauditur Salvator? Ibid. In transfiguratione visa animæ gloria. 1. Cur illi hæc gloria pœna? 3. Excessus amoris in quo? à n. 4. Renunciat, ut homo gloriam habeat. 8. Gloriam repressit, ut gauderet gloriâ. Ibid. An amplior dimittere, quàm habere? 10. An major amor in suspensione gloriæ, quàm in ostentatione? 11. An amplior in transfiguratione, quàm in cruce? 10. Ex hac corporis gloria corporum gloria. 371. 4.

VIII. *Passio & Mors.* Per passas à Christo pœnas, peccatorum constat gravitas. 572. 8. Unde in passione charitas Christi eximia? 415. 11. Amore mortuus, & pro interficientibus. 494. 10. Illi gloria pro hominibus pati. 368. 4. Assumpsit carnem passibilem, ut redimeret hominem. 6. Ex edit cogitationem humanam, pati pœnam, quasi non haberet gloriam. 7. An ex hujusmodi tormento gloriæ plenitudo? 375. 6. Amor ejus quomodò constet ex non passione? 199. 10. 537. 5. Ultimum tormentum, ulteriùs non posse pati. 6. Affictio ex affictionum fine. 7. Dolor ex consummatione doloris. 8. Quomodò ex brevitate tormentorum majus tormentum? Ibid. Cur vulnus lateris ostium amoris? 593. 10. Dolet magis de oblivione passionis, quàm de passione. 573. 9. Triumphus Christi quare in cruce? 382. 9. Quomodò vixit ex morte, & resurrexit ex vulnere? 495. 13. Vulnera ejus clamant. 572. 9. Quomodò vulnera medicamina nostrorum? 241. 9. In morte cur ostendit summam charitatem? 494. 11. Renuit mortem, ne videret inferentium crimen. 13. Vicit diabolum & egit triumphum. 352. 14. Quare mors Christi sagitta cordi? 241. 9. Sanguinis effu-

effusio peccatori confusio. 589. 11. Magis Christus offenditur, dum magis propitiatur. 12. Christo gloriosa vita ex morte electa. 375. 4. Et gloria plena. 5. Ex ejus sanguine Martyrum purpuræ. 386. 8. Cur Christi sepulchrum, ut sepulchrum non signatur? 375. 7. Cur symbolum vitæ Monasticæ? 209. 20.

IX. *Resurrectio.* Quanta miracula in ejus resurrectione? 154. 13. Illa triumphus Christi de morte. 151. 4. De diabolo etiam & inferno. 2. Cur verno tempore surrexit? 4. Symbola. 2. & 3. In flamma, palma, Phœnice, & lilio, à n. 4. Illi flamma incorruptionis ex igne mortalitatis. 3. Nostræ carnis triumphus ex triumpho Christi. 4. Spem fovet. n. 6. 9. & 14. Nostra gloria ex gloria illius. 6. Unde Christus resurrectione floret? 8. Cur ejus cadaver conditur aromate? a n. 10. Cur dicitur singularis, surgens à mortuis? 13. Cur peregrinus? Ibid. Quare primogenitus ex mortuis? 14. Dedit resurgens claritatem matri. 425. 4.

X. *Ascensio.* Illà plena gloria conditionis humanæ. 370. 1. Tunc terra nova & cœlum novum, quò translata. Ibid. Aperta via in paradisum Christi ascensu. 2. Quomodò ibi homo, quia Christus sedet in cœlo? 3. & 6. Ejus ascensio nostræ ascensionis origo. 9. In ejus gloria etiam nostra. 8. & 9. In gloriam est ingressus, sed non solus. 11. Ex sessione hominis, Christo magnitudo sedis. 12. Jam cœlũ nostrum, ex quo ille ascendit in cœlum. 13. In beatitudinis domo nostra latet beatitudo. 10. Cur vestigia ascendentis impressa in duritie lapidis? 13.

CIRCULUS.

Cur symbolum Dei? 223. 5.

CLAUDICATIO.

Quid sit? 5. 9. Claudicatio pro religionis specie. 15. Signum cur imperii? 2. Vid. *Pes.*

CLAUSURA.

Quàm necessaria Monachis! Vid. *Monachus*, & *Curiositas.*

CLEMENTIA.

Dei. Vid. *Deus.* II. *Christi.* Vid. *Christus.* II. Clementia pro facilitate & suavitate. 563. 27. Quid propriè sit? Ibid. Permittere malum est affabile odium. 459. 1. Tutò grassatur iniquitas, ubi præcogitatur omnimodò pietas. 6. Incandescit semel victa. 585. 1. Cur instar balsami? 2. Vid. *Misericordia.*

COELUM.

Amor in cœlum. Vid. *Mundus.* IV. Equites de cœlo descendentes. 299. 16. Vid. *Meteora.*

COENA.

Variæ cœnæ. 522. 29. Quid cœna recta? Ibid. Quotis mensis constabat? 30. Quid cœna dubia? 31. Quid cœna pura? 307. 23-523. 31. Ritus potationum in cœna pura. 307. 24. Quid est cœnare cœnam? 522. 28. Cœna non dicitur à tempore. 29. Quid sit cœnare simul? 33.

COGNITIO.

Inscriptionis in templo Delphico de Dei cognitione & hominis. 225. 8. Cognitio sui difficilis, sed quanti sit! 352. 15.

COLUMBA.

Cur atri coloris olim in magna purificatione? 439. 1.

COMA.

Pro galero. 14. 23. Pro corona. 179. 5. Quis primus pinxit comatas fœminas? 15. 25. Cura comæ quanta in illis! 21. Artificia varia, imagines reptilium, draconum, &c. in capillatura illarum, à n. 21. Quid dicatur mitra in capillatura fœminarum? à n. 23. Quæ viris tiara, fœminis mitra. 178. 4. Coma opprobrium viris, maximè Hispanis. 14. 25. Injecto capillorum sectorum in sepulturam pro fato functis. 180. 7. Viri glabri barbâ & cincinnati, ludibrium sexus. 14. 24. Capillatura signum libertatis. 179. 5. Vid. *Fœmina.*

COMETA.

Cometæ horribiles. 136. à n. 17. Plerunque fatales. 20. Quid tunc faciendum? Ibid. Cometæ felices. 290. 2-583. 3. Vid. *Meteora.*

CONCIONATOR.

Unde ejus consilia sine consilio? 117. 1. Sine exemplo similis mimo. Ibid. Quando illi multa capita sine capite? 4. Quomodò errantes illuminat? 1. Illustris concio ex concionantis exemplo. 5. Haud mirabilis admiratione vocum. 6. Nihil loquitur, tantùm loquendo. 7. Gratia concionatoris in sententiis. 8. Quo pacto loquetur digitis? 10. Quando ejus verba præcepta sunt? 11. Cur adinstar Mercurii, & non Echus? 9. Labor prædicantis quantus: 284. 13. Malè prædicat, qui prædicandus. 119. 8. Vid. *Prædicatio*, & *Exemplum.*

CONCORDIA.

Vid. *Pax.* Quo emblemate apud Priscos? 221. 27. Quæ concordia fucata? 489. 5.

CONFESSIO. CONFESSARIUS.

Perpera, qua cuncta non proferuntur crimina. 120. 2. Peccatum non expellit, qui expulsione fovet. 3. Ubi peccandi proxima occasio, nulla confessio. 2. Pessima, ubi in recidivam criminis occasio. 3. Non pœnitet, si non fugit. 4. Cum occasione confessione mutescit. 5. 7. & 12. Nulla in pœnitentia pœnitentia. 6. Quis in confessione habet dolorem, & non pœnitudinem? 7. Quomodò erunt occulta, quæ confessione manifestata? 8. Perit confitens ab occultatione peccati, magis quàm à vulnere. 9. Occultatio in manifestatione vulnerum, altius vulnus. 11. Amplius periculum, ubi in remedium vulneris quæritur sacrilegium. 13. Malum infirmari medicamine. 12. Tunc fit peccatorum remissio & confessio, dum removetur occasio. 5. & 12. Verspellis satanæ industria pro imitatione confessionis peccatorum. 266. 16. Modus Ethnicorum pro purgatione criminum. 18. Indi scripta peccata in mare projiciebant. 16. Modus Hebræorum. 18. Vid. *Peccatum.*

CONGREGATIO.

Pro nece in Bibl. 476. 31. Pro concordia. 36. Vid. *Pax.* Nil prodest esse simul, ni pariter. 489. 7. Astruit animus non corpus. Ibid. Non est à societate, sed à corde. 8.

CONSCIENTIA.

Illius punctio tormentum grave. 395. 5.

COR.

Pro idiomate. 102. 14. Est, ubi diligit. 578. 17. Quomodò Dei templum? 209. 1.

CORONA.

Vid. *Coma.* Quænam Jovis corona? 239. 2. Cur in illa effigies temporis, victoriæ, gratiarum, & horarum? Ibid.

CORPUS.

Signatur per vestem. 354. 19.

CORRECTIO, & CORREPTIO.

Præses non puniat delinquentem, sed crimen. 212. 11. 390. 4. Intendat etiam in honorem. 212. 11. In crimium remedium, non tantùm in supplicium. 13. In correptione non vulneret. 12. Plus doleat de dolore illato pectus, quam delinquens flagellatus. 9. Doleat pro correctione criminum sumere in manu flagrum. 10. Qui modus ex zelo bono in correctionem? 212. 10. In quo dexteritas? 414. 12. Avolat citò culpa, ubi ab amore decernitur pœna. 174. 13.-422. 9. Malos corripere, opus amo-

amoris. 462. 11. Quibus exulat culpa, non vocanda flagella, sed medicina. 212. 12. Tunc non est pœna. 10. Ubi ratio corripit, vel ultio patienti placet. 72. 10. Remedia non juxta complexionem medici, sed juxta conditionem infirmi. 75. 2. Dissimulatio aliquando pro correctione acrior correptio. 6. Prudentiâ evanescunt crimina. 7. Non intendatur in correctione crimen, sed correctio. 9. Ne præcipitet Præses subditos iratos, vel perculsos. Ibid. Habet auctoritatem in imperium, non in opprobrium. 74. 14. Qui totam auctoritatem ambit, totam amittit. 75. 1. Aliqua, ut curentur, non curanda. 10. Indulgeat, quasi nesciat, non ut crimina foveat. 13. Non semper dissimulandum. 14. Sed cognoscat delinquentes fratres. 175. 14. Quanta aliquando in correptione malitia? Ibid. Unde virga potestatis mirabilis & terribilis? 13. Quando sanguinea? 15. Perversi in mentem non redeunt, nisi tundantur. 413. 8. Qui nequeunt eloquio, cedant supplicio. 12. Magna prudentia, ubi potitur verbo, quod potest ictu: major, dum cedit jure, qui potest cædere. 11. & 12. Proximus Deo, qui scit ratione punire. 419. 1. 5. & 14. Intentum in pœna debet esse culpæ repulsa, aliter Præses furiosus. 2. Discrimen rationis & iræ in correptione. Ibid. Plectatur crimen propter emendationem, ut pœna sit medicina. 3. Unde vulnus alienum correctoris vulnus? 4. Zeli fervor aliquando furor. 5. Non se explicet infirmum, intendens sanare ægrotum. 4. Quanta in correptione zelo fucantur? 6. Putrida viscera quæ? 7. Quando summa malitia? 8. Ubi pœna pro lubito, nulla correctio. 9. Amens, quærens peccatum in supplicium; & amentior, qui fingit, propter supplicium, peccatum. 9. & 10. Quando proceditur ex abrupto? 14. Aliquando nocuum pharmacum, quia non nocuum. 279. 12. Non medicamen, quod tantùm in sanitatis speciem. 13. & 14. Extremis malis extrema remedia. 16. Etiam honor vulnerandus, si in sanitatem necessarium vulnus. 280. 16. Vid. *Honor.* Melius, occurrere morbo, quàm studere remedio. 282. 6. Vid. *Dissimulatio.*

COTHURNUS. Vid. *SANDALIA.*

CREATURA.

Quomodò quæ creata, non esse dicuntur? 224. 7. Vid. *Deus.*

CRIMEN.

Nullum sine patrono. 463. 14. Indulgentiæ confidentia gliscunt crimina. 6. Vid. *Peccatum.*

CRUDELITAS.

Quid sit? 568. 39. Hujus discrimen ab inhumanitate & sævitia. 39. Crudelitas Caligulæ. 399. 13. Mezentii. 548. 6.

CURIOSITAS.

Cur confertur spinis? 481. 5. Religiosis nocua. 184. 15-218. 12. Otiositas gignit curiositatem, & hæc observantiæ relaxationem. 481. Religiosi curiosi non stabiles, etsi confringantur pedes. 7. Oculis vagi sunt, ubi sunt oculi. 487. 12.

CYCNUS.

Cur symbolum purificationis? 155. 1.

D

DAGON.

Statua Veneris sine pedibus. 46. 11. 174. 11.

DELATOR.

Virulentus in cunctis. 35. 11. Sæpe quæ aures dantur delatoribus, obturantur innocentibus. 12. Confundantur. 17. Intuitus illorum criminatio innocentium. 38. 3. Datur accessus innocentiæ, si occluditur malignitati. 5. Ni essent curiosæ aures, deficerent delatores. 11. Totum cœli necessarium propositum, ut frustretur malignitatis intentum. 4. Cur dicantur vermes aurium? 14. Virus Præsidum? 13. Qualis pœna æquè respondet? 14. Cur uti canes? 544. 2. & 9. Telis utuntur pro verbis. 3. Perfidiores sunt fide. 5. Nil sine putredine in horum ore. 6. Quando rabiem demonstrant? 9. Cur dicuntur serpentes loquaces, si canes muti? 9. & 10. Vel unicum verbum patet toxicum. 11. Loquitur in illis dæmon. 12. & 13. Quanta habenda prudentia in delationibus? 85. 9. Vid. *Præses*, & *Judex.* II. *Prudentia*, *Princeps.*

DELOS.

Insula, vaga olim super aquas. 580. 4. Firma fingitur Apollinis ortu. Ibid.

DENS.

Pro ore. 105. 22. Mordere dente, pro detrahere. 25. Mordere dentibus pro vesci. 21.

DETRACTIO.

Vid. *Delator*, & *Murmuratio.* Detractio specie virtutis. 217. 10-543. 1.

DEVOTIO: Vid. *VIRTUS.*

DEUS.

I. In Bibliis sæpe vox patrii casus *Dei* pro superlativo. 361. 39-437. 24. Quomodò est in loco, qui immensus? 134. 12. Totus oculus est, totus manus. 85. 10. 231. 25. 281. 1. Quare qui à se, diffinitur in ordine ad nos? 222. 1. Quid sit in illo esse à se? à n. 7. Est necessitate sua. 8. Solus est. 7. Cur dicitur lux sine tenebris? 227. 15. Cur dicitur, quòd non sit homo, si est Deus? 22. Ineffabilis, & ignotus. 5. Lux ejus nobis caligo. 15. Difficilis dictu. 223. 4. Silentio potius dicendus. Ibid. Quò clarior, obscurior, cujus signum in circulo. Ibid. Quid ethnici de Dei cognitione dixerunt? 14. Quo sensu Deus mens & anima universi? 25. Cur à Gentilibus dictus *Ipse*? & *Pan*? 27. Quo modo cuncta in illo, & ille in cunctis? 9. Quo pacto ineffabile nomen Dei? 17. Sæpe appellatur *Adonai* pro *Jehova.* 18. Cur *Jehova* nomen Dei? Ibid. Quid intelligendum per nomen Dei? Ibid. Nomen Dei non est *Tetragrammaton*, sed ex tetragrammato. Ibid. Attributa Dei sunt ipsa essentia divina. 515. 13. Cur amor tantùm prædicatur de Deo? Ibid. Quid est in Deo esse, & esse ex Deo. 15. Deus cur omnia noti non fecit humanis oculis. 88. 1. Quo sensu in Deo memoria, & oblivio? 264. 12. Corda plena Deo, si vacua peccato. 543. 12. Mira de Deo cognitio, antequàm fiat oculorum apertio. 533. 6. Et cognoscere corde, priùs quàm facie. 7. Inimicis gratia est Deitatis gloria. 121. 4. Quid sit *Homo Dei*, & *Servus Dei.* 361. 39.

II. *Clementia Dei* quanta! 242. 1. Unde dicitur magna? 583. 2. Indulget in pœnitentiam. 587. 4. Etiam pœna est magna misericordia. 557. 16. Cur misericordia super omnia attributa? 18. Quomodò proprium misereri, & parcere? Ibid. Quid in Deo misericordia? 25. Quid clementia? 26. Misericordia in Deo metaphoricè tantùm. 20. Pro favore aut gratia. Ibid. Quia Deus est misericors, quia potens, & quia fidelis. 22. An clemens, quia patiens? 28. Quo sensu dicitur patiens? Ibid. In illo abundantia pietatis. 29. Quo pacto pietas in Deo, si non habet superiorem? 32. Quanta clementia Deitatis in vocatione peccatoris! 12. 13. Summum miraculum sumi à pietate flagellum. 211. 7. Quàm invitè ad supplicia accedit. 164. 9. Vulneratur pietas, dum urgetur in plagas. 211. 9. Vel dum punit, clemens. 11. Sed ultrix est clementia, ubi cordis pervicacia. 589. 8. Habetur pro gloria in peccatores clementia. 570. 1. Quanta & ex quibus? Ibid. Miserationum magnitudo, dum per justitiam exercetur miseratio. 5. Dum magis hominibus propitiatur, magis offenditur. 12.

III. *Justitia Dei.* Ira igni cur similis? 146. 41. Quomo-

modò, qui clementissimus, in innocentibus punit aliena peccata? 554. à n. 8. Mittit in innocentes pœnalitates, ut convertantur peccatores. 17. Rutilat in illo clementia, quia pollet justitia. 562. 24. Ulciscitur, quod titulo religionis, mali patratur. 210 à n. 4. Cogitanda tam Dei misericordia, quàm justitia. 571. 4. Præbent peccatores instrumentum in supplicium. 211. 8. Quibus removentur crimina, non vocanda flagella, sed gratia. 12. Miserum est invenire flagellum, unde sperandum auxilium. 18. Compescitur clamor justitiæ à clamore pœnitentiæ. 573. 11. Non percutit, ut percutiat, sed ut parcat. 2. Vel dum exercet justitiam, ostendit clementiam. 7.

IV. *Amor Dei.* Intelligit vocem lachrymarum. 126. 6. Amor Dei amor amorum. 516. 16. Est lumen illuminans, & ignis accendens; noster amor lumen illuminatum, & ignis accensus. Ibid. Vel ingratis favet. 272. 8-582. 12. Vid. *Christus.* II. Deus est, ubi cognoscitur allectrice dilectione. 582. 13. Amor verus, Deum diligere propter Deum. Ibid. Insignis Dei relinquere gloriam ad majorem gloriam Dei. 449. 8.

V. *Præsentia Dei.* Cuncta rectè fiunt, si Deus præsens cogitatur. 210. 2. Iniquitatum summa, in Dei præsentia iterare peccata. 6. Inficiatur fidem, coram Deo prosternere religionem. 16. Non tam intendit in clamantium labia, quàm in corda. 486. 8. Declinat Deus, ut anima absentem ploret, verùm plorantem non transit. 573. 12. Vid. *Gratia.* Est Deus, ubi diligitur. 582. 13.

DIES.

Quæ naturalis & civilis? 301. 2. Artificialis & ecclesiastica? 3. Partes diei horæ dictæ. Ibid. Mane & vespere in die artificiali quid? 4. Discrimen diei naturalis & legalis. 7. Quo computo dies in Scriptura distinguendi? 15. Dies artificialis est inter duplicem dimidiam noctem. 17. Quoties in Scriptura notatur dies, de die Lunæ intelligendus. 310. 32. Quid sit plenitudo dierum? 318. 55. Quid signent dies additi annis? 58.

DIGNITAS: DIGNUS.

Nobilis servitus. 201. 8. Alienis humeris rutilat, proprios gravat. 505. 3. Quantum onus dignitas? 43. 3. Pericula. 271. 3. Eligatur, qui serviturus, non qui serviendus. 44. 5. Dignus dignitate qui renuit. 270. 3. Qui officio fungitur, serviat officio. 446. 1. Totum debet esse propositum bonum publicum. Ibid. In officio non vivit, qui sibi vivit. 45. 7. Optimi est, esse tantùm dignitatis. 450. 1. Prima obligatio, respondere officio. 5. Aliàs munus otiosum. 6. Cur dignitates conferuntur fumo? 171. 3. Juxta inclinationes & exercitia conferenda sunt munera. 45. 9-54. 7. Digni quærantur in dignitates. 51. 13. Invenientur, si quærantur. Ibid. Qui à dignitate quæritur, dignus regimine. 16. Dignitates dignum quærunt, & ambiunt. 93. 4. Optimus, qui æquales in dignitate. 172. 2. Ipse, & non alius. 200. 4. Dignitatis majestas est cum subditis æqualitas. 9. In dignitate vel sapientes desipiunt. 46. 13. Non qui in supremo culmine sunt supremi. 258. 8. Volatilia animalia, dignitatum spectra. 458. 13. Assumptio per diabolum est electi præcipitium. 249. 8. Indignus ejaculatur è throno. 46. 11. Vacuus mente. 172. 2. Dignum dignitas decorata decorat, indignum denigrat. 3. Cur ab indigno possidente, non habetur? 8. Quare subsistere nequit sine dignitate? 11. Extra munera, illius patescunt demerita. 10. Quo benemerito fastigium, indigno præruptum. 17. 1. Deliquium, vel examinatio audientis sui electionem, exprimit indignitatem. 38. 3. Prognosticon exterminii. Ibid. Maximè si dignitas & regimen in manu servi. Ibid. Vid. *Electio, Indignus, Merita, Favor, Regimen.*

DISCORDIA: Vid. *PAX.*

DISSIMULATIO.

Ut aliqua curentur vulnera, non curanda. 77. 10. Prudentiæ munus tacere, ut possit loqui. 9. Aliquando vel venena voranda. 10. Summus labor, deglutire apertas iniquitates. 11. Est sapientia, quæ videtur stultitia. 12. Nulla in nullo circumspectio, si in cunctis dissimulatio. 13. Aliquando, dissimulatio non dissimulanda. 14. Toleranda dissimulatione, quæ mala in sociis. 117. 10. Vid. *Correctio, Præses.* X. *Prudentia, Querimonia,* & *Subditus.*

DIVITIÆ.

Indicia criminum. 381. 6. Despicere, est liberari. Ibid. Sunt retia & catenæ. Ibid. Quare? 7. Ex negatione bonorum, quomodò cumulus divitiarum? 384. 15. Evanescunt malè partæ. 597. 21. Vide *Paupertas.*

DOCTOR: Vid. *SCIENTIA.*

DOLOR.

Summa calamitas, in dolore dolores non posse exprimere. 179. 6. Vid. *Querimonia.* Solamen est illorum audiri clamores. 87. 14. Deturbare capillos olim indicia doloris. 180. 8. Vid. *Afflictio,* & *Mortificatio.*

DONUM.

Discrimen doni & muneris. 361. 39. Donum pro honore, & econtrà. 41. Pro usu rei & proprietate. 44. Pro proprio, & perpetuo. 45. Pro onore. 41. Cur dodum dicitur catena, vel corona? 42. Quid sint donaria? 39. & 44. Quæ verè donatio? Ibid. Quæ æterna verè dona. 45.

DUPLEX: Vid. *SCRIPTURA.*

E

EBRIETAS.

Apud Ethnicos mos coæquandi poculis annos. 307. 24. Quota pocula in conviviis festivis apud Hebræos? Ibid. Quota in mensa Fortunæ? Ibid.

ELECTIO: ELECTOR: ELECTUS.

I. Prodigia de aliquibus ad dignitates assumptis. 68. 25. Despiciantur in electionem & distributionem munerum, vota magnatum. 53. 6. 13. Optima electio, qua dignus suprà, indignus infrà. 175. 12. 16. Perpera, admitti parem, & excludi meliorem. 168. 5. Ubi multæ intelligentiæ, electiones iniquæ. 491. 13. Electionis rectæ signa. 44. 4. Qui bonus, aliquando non eligitur in munus, ut sit bonus. 5. Qui bonus tantùm sibi, non est dignitati bonus. 6. Etiam bonus timendus. 1. Non habenda ratio de viri bonitate, sed de bono cive. Ibid. Summa gloria, quòd fiat electione, quod nequit naturæ virtute. 531. 16. Electio indigni in figulina fortunæ. 45. 10. Eligendus ante electionem cognoscatur. 13-50. 10. Dignè eligitur, qui post electionem non alius. 47. 13. Voluntas eligens non eligit. 47. 1. Amor proprius meliorem non invenit eligendum. 168. 5. Obnubilatur ratio, ubi finis electionis est electio. 47. 1. Ubi rationis rectitudo, nulla cordis inclinatio. 2. Semper inclinatio voluntatis, est declinatio rationis. 3. Vide *Affectio.* Fiat electio juxta pretiositatem dotium, non affectionem vocalium. 7. Nulla de meritis cognitio, ubi non est affectio. 52. 1. Malè affectus in merita electione delirat, & sine ratione indicat. 1. Nec læsa phantasia eligere audet, quod inhabile præsentit. 51. 10. Extra affectionem, eligunt juxta mentem. 44. 4.

II. Electorum dedecus, patere assumptum non habere talentum. 45. 9. Exitus acta probant. Ibid. Intolerabile, expectare electum tanquàm oraculum, & spectare ridiculum. 12. Tædium electorum unde? 43. 1. Appa-

ret

ret sæpe claudus, qui videbatur rectus. 2. Favor eligentis meritum indigni. 48. 5. Perperum, collocare lignum, ubi aurum. 8. & 9. Turpe, truncus pro coronide. Ibid. Nunquàm digni fit electio, si indignus sedet in animo. 12. Sæpe dignus throno habetur pro derelicto. 13. Suffragium indigno est ab homine damnato. 54. 9. Dum eligitur, elevatur, ut cadat. 172. 5. Oppositio illius electioni, conformis Dei voluntati. 489. 4. In electione prospicienda justitia, & proterenda gratia. 45. 8. Vid. *Merita, Dignitas*, & *Præses*. Quænam ars sæcularis in electionem? 488. 4. Pacis obex. 10. Optimum suffragium ultra affectum & fastidium. 12. & 14. Aliter phantasia. 50. 11.

ELECTRUM.

Pilus circundans electrum igne non amburitur. 139. 24. Incarnationis typus. 198. 9.

ELEEMOSYNA.

Magna gratia ex eleemosynis collata eleemosyna. 384. 15. Pecunia profusa prodest. 210. 4. Pietas in pauperes. 55. 12.

ELIAS.

An igne nutritus? 130. 4.

EROTES.

Quid sit? 377. 14.

ERROR.

Cur error signatur per risum? 252. 4. Cognitio erroris medicina errantis. 542. 7.

ET. Vid. *SCRIPTURA.*

EUCHARISTIA.

I. Quare dicatur Arca Noe? 195. 15. Rubus Moysis? 192. 3. Scala Jacob? 10. Cur in calice Herculis signata? 13. Cur dicitur liber scriptus intùs & foris? Ibid. Symbolum in Amore & Psyche. 90. 6. In Manna. 11. In pyramide, cujus basis quinque sensus. 3. Cur dicitur gladius? 543. 12. Unde cumulus insignis gratiarum? 332. 7. Dulcedo ejus interna. 91. 12. Cur hujusmodi sacramentum in cibo & potu? 523. 32. In Eucharistia, aurea poma qua arte obtinenda? 195. 13.

II. *Virtus Eucharistiæ.* Quomodò fideles sacramento sunt unum corpus? 540. 2. Summum in Eucharistia, duo esse, & non esse duo. 3. Susceptio Eucharistiæ ex cordis mansione. 4. Quomodò simul accessus & recessus? Ibid. & n. 7. Quo pacto potest non cœnare, qui cœnat? 524. 34. 541 4. Non est susceptio, ubi nulla dispositio. Ibid. n. 5. Longè à sacramento Eucharistiæ mancipium diaboli. 6. Non suscipit Christum, qui suscipit tantùm. Ibid. Quanta audacia perfidi, sumentis indignè! 9. Claret, communicari ex charitatis igne. 12. Non prodest cibus Eucharistiæ sine medicina pœnitentiæ. 11. Habet homo in Eucharistia per gratiam, quod Filius Dei per naturam. 10. Quomodò anima desponsatur Christo? 90. 7. Virtutes hujus sacramenti. 541. 3. Præsentia Christi quo cognoscitur? 332. 9. Vitâ Christi vivunt dignè comedentes. 521. 26.

III. *Fides Eucharistiæ.* Vid. *Fides.* Quo magis languet, eò ratio viget. 191. 6. In illam oculus cordis, non carnis. 2. Sensuum hìc perfectio imperfectio est. 1. Tunc videt oculus, dum cæcutit. 2. 89. 3. A sensu ducta tenebrescit ratio. 191. 8. An modus magnus, quia ignoratur modus? 2. In hoc, maxima sacramenti gloria. 1. & 3. Modus insignis. 5. Est supra id quod videri, & excogitari potest. 2. Intelligitur sine intelligentia, & videtur longè oculorum notitiâ. 3. Licèt mirabilia homines cogitent, mirabiliora latent. 4. Cæcè videntur, & curiositate non cognoscuntur. 7. Quandò clarè videtur? 9. Cur evanescit cognitio, qua cognoscitur? 10. Triumphus Euchatistiæ de oculis carnis & mentis. 88. 1. 3. & 13. Comprobatur fide, non curiositate. 8. Intelligentia, ubi ratio sopita. Ibid. Mirabile, accidens sine subjecto. 192. 4. Mirabilius, corpus Christi sine vino & pane sub speciebus panis & vini. Ibid. Superat humanam intelligentiam. 6. & 7. Quomodò videtur oculis clausis? 11.

EUPHRATES.

Sepelitur ante finem: cujus symbolum? 204. 4.

EXEMPLUM.

Dormiente superiore semper procellæ in regiminis mari. 74. 13. Sine exemplo concionator similis mimo. Vid. *Concionator.* Similis sit subditis, qui vult similes. 203. 14. Vid. *Præses*, III.

F

FACTIO: FACTIOSUS.

Vid. *Affectio, Electio, & Dignitas.* Homo factiosus non homo, sed diabolus. 56. 15. Qui sint factiosi? 488. 3.

FACTURA.

Grave, continuò cadentem erigere. 176. 18.

FAMA.

Non minus periculi ex magna, quàm ex nulla. 504. 1.

FASCINATIO.

Quid sit? 503. 23. Quo pacto mutua inter hominem & mundum? Ibid. Remedium. Ibid. Vide *Mundus, Monachus. Saliva.*

FAVOR.

Proterendus sæcularium ad fastigia regularium officiorum. 53. 6. Apex horum, favere indignis. 11. Nil per illos innovetur. 13. *Favor in proximos*, vid. *Gratiæ, Charitas*, & *Miseratio.* Necessitas non videtur, ubi favor surripitur. 81. 8. Exhibenda gratia, antequàm videatur miseria. 86. 10. Aliter decolor gratia. 12.

FELICITAS.

Vid. *Fortuna.* Nec felix, nec infelix diuturnus. 508. 13. Sæculi laboriosa. 214. 1. Vid. *Mundus.*

FEMORALIA.

An inter Hebræos? 187. à n. 23. Gentiles prisci haud usi femoralibus. 24. Discrimen femoralium, & fœminalium. Ibid. Usi Persæ, & aliæ nationes 26.

FEMUR.

Pro sexu. 3. 5. Quid propriè nervus femoris? 6.

FERONIA.

Quæ Dea? 350. 11. Quid fiebat in ejus templo? 11. & 12. Qualis ibi ignis? 134. 14.

FIDES.

Bona collocata in fide. 90. 6. Quomodò si fides cæca, fide videtur. 10-167. 3. Cur signata per manum? 544. 5. In avicula inclusa. 191. 1. Nulla prævalet ratio naturalis, ubi decernit fides. 192. 2. 15. Quare hujusmodi illuminatio è cœlo? 14. Ni claudatur sensuum porta, fidei clauditur fenestra. 16. Tenebrescit intellectionis oculus, si in fidem ducitur sensibus. 8. Magna fides, credere contra visa, 88. 1-168. 6 192. 2. Magnitudo, visis non credere, & non visa intelligere. 192. 3. Fidei revelationes videmus oculis clausis. 11. Sine fide naufragium inevitabile. 14. Ubi vigil ratio, non est visio. 10. 90. 6. Quid fides sine charitate? 516. 15. Fides sine amore, indigna fide. 17. Quæ fides mortua? 213. 17. Vid. *Eucharistia.*

FILIUS.

Propter crimina parentum aliquando mors filiorum. 483. 10. Quo jure. 557. à n. 17. Piures moriuntur specie pietatis in parentes. 483. 11. Vid. *Pater*, & *Mater.*

FLAMMA.

Quid sit? 134. 13. Pro igne, splendore, ira, amore, velocitate. 38. & 40. Cur dicitur lingua, & unda? 39. Vid. *Ignis.*

Rerum & verborum.

FLUMINA: Vid. *OBLIVIO.*

FOEMINA.

I. *Parturiens* in Scriptura pro fœmina. 581.10. Magni inter illas ſtatura procera. 11. 20. Quid illarum turrita capita? 21. Cura crinium quanta, & artificium criſpandi. Ibid. Impudentia. 339.5. Cultus veſtium. Ibid. Illarum aviditas pro ornamento pedum. 16. 28. Quid circulus aureus in illarum pedibus? 27. Effigies variæ in fronte tibialium. 28. Unde olim plauſus pedum fœminarum. 31. Vid. *Sandalia.* Crotalia in cothurnis. Ibid. Unde impudens inceſſus? 32. Fractio in ſignum teneritudinis. 16. Cavillus in illas. 105. 21. Quid propriè in fœminis plauſus pedum. 20. 34. Quid ſint perones, & ſoleæ illarum? 182. 12. Vid. *Sandalia.* Ornatus olim proprius illarum, tunica & palla. 20. 34. Quid tunica Laconica? 30. Quæ Cipaſis? 32. Quid Cimbaricum? 30. Quid Baſſaris? 33. Quid mitra? à n. 23. Quid in illarum veſte junctura feminum? 39. & 40. Syrmatis quantum ſtudium! 33. Quid ſignet plauſus veſtium illarum? Ibid. Mollities fœminarum, viris propudium. 17. Quæ Sponſa humipes? 43.

II. Studeant propriis officiis. 453.11. Munus ſit cura domus. 10. Illarum vanitas titulo devotionis, fatuitas, & ſcurrilitas pro ambitione glorioſæ, & ſanctitatis apparentia. Ibid. Specie fœminarum occurrit diabolus. 340.6. Nullus illis pudor. 6. Pede claudicant. Ibid. Illarum conſortium virulentum. 7. Cur fœmina dicitur idolum? 8. Viſa nocet, obvia lædit. 9.

FOEMINALIA: Vid. *FEMORALIA.*

FONTES.

Fons mirabilis in India. 385. 5. Fontes riſus & fletus ſimul. 252. 4. Vid. *Oblivio.*

FORTUNA.

Cunctorum & cunctis pagina. 455.1. Auget indignos honoribus. Ibid. Templum Fortunæ & Pacis. 272. 6. Quænam Fortuna redux. 58.5. Quæ Fortunæ menſa? 308. 24. Quare cum Nemeſi, & fræno? 73. 12. Eſt inconſtans. 508. 13. Solùm in motu fixa. 53.6. Cur dicitur dæmon? 272.7. Quare infelicitas à Fortuna? Ibid. Quicquid levat, levat ut cadat. 171. 1. Eſt lubrica. 5. Cur in fœmina deſcribitur. 6. Homines in fortuna adorant incommoda. 272. 7. Cuncta, fortunæ miſsilia. 352. 15.

FRAGILITAS: Vid. *CLEMENTIA.*

S. FRANCISCUS.

Simul in unum dives & pauper. 379.1.12.& 14. Cor ejus in cœlum. 3. Summa ejus amoris ex ingenio paupertatis. Ibid. Cur illi tanti paupertas? Ibid. Inſignior, quia inter divitias. 5. Longè ab illo divitiarum cogitatio. 7. Unde paupertas ſingularis? 7. & 11. Quare dæmoni terror? 8. Vicit, antequàm vinceret. 10. Quo ingenio paupertate prædives? 11. Orbem totum habet, quia deſpexit. 12. & 13. Locuplex divitiis mendicitatis: 16. Elargitur elargita, ac paupertate ducitur in aſtra. Ibid. Vid. *Paupertas.*

FRATER: Vid. *SCRIPTURA.*

FULMEN.

Effectus fulminum miri. 148.44-224.1.

FURIOSUS.

Non videt, quæ videt. 61.11.

G

GELU.

Ignis gelu ardens. 143. 35. Gelu ex igne. 42. Cur ex illo & nive uſtio? 43.

GEMINATIO.

Quomodò exponenda in Bibliis? 60. 10. Aliquando in illa ſignatur modus actionis. 17. Pro adverbio. 16-146.41-262. 8. & 21-432-11-477.32. Pro expreſsione conatus. 262.8-568.37. Pro firmitate ſententiæ. 316.48. Pro ſuperlativo. 364.43-436.24. Cur in Scriptura? 567. 34. Quid geminatio ignis & flammæ? 146. 40. Effectus & cauſæ? Ibid. Veſtitus & partis veſtitæ? 181.10. Lucis & tenebrarum? 226.12.13. Oblivionis & memoriæ? 263.10-268.20. Verbi & nominis? 400.17.18. Nominis verbi & adverbii? 432.11. Affirmationis & negationis? 469.15-567. à n. 35.

GENTILITAS.

Surripuit à Synagoga quæque habebat munera. 210. 3. Vid. *Chriſtus.* VI. *Hebræi.* I.

GENU.

Pro ſexu. 3. 5. Genuum religio. 7. 14.

S. GERTRUDIS.

Chriſtus & illa ſignata in Cherubinis Arcæ. 531.1. Efficacitas utriuſque dilectionis. 2. Sponſum traxit in cor. Ibid. Antequàm accederet ſacro fonti, fixit oculos in imaginem crucifixi. 3. Quomodò ſpecioſa vel ſine gratia? 4. Tantùm Chriſto aperuit oculos. Ibid. Cognovit Sponſum primo oculorum jactu. 5. Imò antequàm oculos aperiret. 8. Unde cognitio mirabilis? 6. Adoravit, ut vidit, videndo cognovit, cognoſcendo traxit. 8. Superavit ætatem cœleſti lumine mentem prævenientem. 12. Cur illicò ut oculos aperuit, iterùm clauſit? 13. Cur introrsùm reſpexit? 14. Languor Gertrudis ab amore. 15. Sponſus ab illa in pectore quæritur, ubi habitat, ut propriùs aſpiciat. 16. Ad ſe quomodò Gertrudis traxit? Ibid. Vid. *Ignis.*

GLADIUS.

Per illum ſignata ſumma poteſtas. 398.12. Pro gravi pœna. 15. Quid ſit, damnari gladio? 13.

GLORIA.

Vid. *Mundus.* In indigno non gloria. 517.18. Vid. *Dignitas, Electio,* & *Indignus.* Gloria in pœna. 168.3. Gloria ſine gratia non eſt gloria. 517.18.

GRATIA.

Dei. Sine illa nec gloria eſt gloria. 517.18. Formæ rationalis eſt gloria. 444.7. Duplex adoptio in homine grato Deo. 520.24. Præſentia Dei comprobatur gratia. 542.8. Habet homo per gratiam, quod filius Dei per naturam. 10. Gratiarum cœleſtium tempora, quando diſponuntur corda. 590.13.

GRATIÆ.

Gratiarum & Horarum thronus. 239.2. Cur in ſolio Jovis? 83. 2. Optima dum moritur vita, ſuperſtite gratiâ. 239.3. Gratiæ benevolentiæ allectrices. 118.6. Quæ gratia aurea, atra, vel fulva? 86. 12. Quæ gratia ſummè plena? 162.13. Modus gratiarum. 83.3. Cur pictæ cum tempore? 2. An ab illo pendeant. 3. Opportunæ veræ. 5. Inſignis dum manus antevertit oculos. 7. & 8. Cur ad gratias oculata manus? 9. Summitas in promptitudine. 162. 14. Et in eo quòd collator fugiat, & gratia appareat. 332.8. Quænam gloria gratiarum? 12. An deſpicere gloriam ex gratia? Ibid. An quia viſibile munus, & inviſibilis manus? 13. Per gratiarum manus prævenienda neceſsitas. 85.9. Si aliquæ negantur, urbanò negentur. 74. 14. Gratia inutilis non gratia. 84.4. Nec facta continuò. 5. Nec citra rationem. 9. Quæ nocua? 200. 3. Concipitur ita ex rupta gratia, 586. 1. Ingratitudo vertit gratias in ſagittas. 589. 10. Gloria gratiæ ingratis favere. 186. 15. Vid. *Ingratitudo*, & *Inimicus.* Languet principis excellentia, ubi penes miniſtros reſidet gratia. 161. 10. Vid. *Clementia, Miſeratio,* & *Maria.*

GRATIS.

Acceptiones hujus adverbii. 358.32.

GRATITUDO: Vid. *GRATIÆ.*

GRESSUS.

Pro affectibus. 5.9.

H

HÆRETICI.

Cuncta intendunt ratione naturali astruere. 144.37. Illorum scripta venena, calami sagittæ, & tela ignea. 405.13. Vel flatu nocent. 407.4. Convicti nec audent loqui. 10. Hæretici Discalceati qui? 185.18.

HARPOCRATES.

Ejus imago. 203.4.

HEBRÆI.

I. Superstitiones gentium secuti. 131.4. Materia & & forma habitus pretiosa, & elegans. 177. 3. Forma pallii. Ibid. Quid dicebatur Poderis? Ibid. An inter illos feminalium, & tibialium usus? 25. & 27. Cur spinis fimbrias pallii ornabant? 178.3. Ritus purgationis peccatorum. 367.18.

II. Usus in luctu. 179.6. An radere cæsariem & barbam? 7. Quid apud illos Sabbatum magnum? 312.37. Cœna pura? 23. Eorum jejunia austera. Ibid. Columna illorum non ignis, sed splendor. 134.14. Non potuit à natura fieri. 16. Prodigia illis concessa in umbra ad Evangelicam lucem. 37. Vestigia illorum videntur in saxis littoris maris rubri. 299. 22. Quinam anni libertatis? 346. 3. Vid. *Annus.* Eorum repudium quo signatum? 478.37. Cur Tantalo similes? 292. 11. Quicquid Synagoga boni habuit, Gentilitas surripuit. 210.3. Vid. *Christus.* VI. Quæ Hebræis ingrata projiciebantur in mare, ut nunquam apparerent. 266.15. & 18. Quandiù fuerunt in Ægypto? 260.2.

III. Præceptorum divisio. 346.1. Hebræi Hebræorum servi nequibant esse, nisi spontè. 348. 5. Vel ratione criminis. 6. Quolibet tempore quibant redimi. 8. In servitute non minuebantur capite. Ibid. Non sub servitute erant, sed sub servitio. 13. An aliquæ feriæ servis Hebræis? 17. Lex de servo Hebræo. 18. Cur fœmina Hebræa in perpetuum, redimebatur anno quinquagesimo servitute viri? 20. Cur servo, & servæ voluntariis perforabatur auris? 21. Lex de serva. 25. Quid apud illos nomine servæ? Ibid. Illius pudicitia erat redemptio, si pellebatur è domo. 27. Serva corrupta redimi nequibat. 31. Quibat Synagoga interficere, sed non crucifigere eum. 303.8.

IV. *Templum.* Eodem in loco reædificatum. 472. 20. Ab inferioribus ad superiora per gradus erat ascensus. 479. 42. Vasa sacra nisi in ministerio tecta. 465.2. Vid. *Arca & Cherubim.* Quænam erant in atrio, in Sancto, & Sancto-Sanctorum? 6. Quanta hujus stationis pretiositas? Ibid. Veli ante oraculum 7. Differentia spatii oraculi in templo, & in tabernaculo. 12. Diversa positio vectium arcæ. 13. Ubi collocatum tabernaculum post templum extructum? 479. 40. Vox discessus intra Sancta-Sanctorum ante templi secundi excidium. 492.3. Patuit ignominiæ quod fuerat venerationi. Ibid. Proprietates ignis sacri. 131.4. Devoravit profanum. 148.44.

HECTOR.

Quo signo forma antiqua ejus restituta cadaveri? 151.3.

HELENA.

An illa rapta, & cujus symbolum? 250.14.

HERCULANUS.

Morbus quisnam? 377.14.

HERCULES.

Descensus & ascensus illius ab inferis. 151. 2. Ejus calix qua conditione in navem conversus? 195.13. Vicit Hesperidum draconem. 406.1. Fabula de ejus conceptione. 530.14.

HESPERIDES.

Quænam in horto Hesperidum? 406-1. An ibi musica? 410.13.

HISPANIA: HISPANUS.

Industria Hispani captivi pro divitiarum acquisitione. 292. 9. Qua imagine apud Sinas signatur adventus Hispanorum? 322. 61. Quinque Lunæ apparuerunt in Hisp. paulò ante Christi nativitatem. 592. 7. Obsequia Hisp. pro fide. 4. Fides catholica hic semper stabilis: Unde fidei primogeniti. Ibid. Est gloria Ecclesiæ. 295-7. Unum Deum Hisp. semper coluit. 5. Misit nobiles, ut Redemptorem natum adorarent. Ibid. An Reges Magi ex Hispania? Ibid. An Gentiles cupientes videre Jesum Hispani? Ibid. Cur dicta terra Dei? 7. Per illam fidei credidit orbis, & novus. Ibid. Detexit orbem, ut extenderet fidem. 8. & 14. Ex Sion lex in orbem notum, ex Hisp. in novum mundum. 9. Cur Salvatori gloria prædicatio fidei in Hispania? 6. & 10. Per illam Christo geminatus honor. 11. Per Hisp. mundus mutatur in melius, & vincitur diabolus. 14. Ex fide ingressuris ex Hispania non sufficit una porta. 592. 6. Quomodò illis cœlum aperitur? 7. In illorum terra habitat gloria, & cœlum ad illos descendit. 12. Habent præ cæteris in ingressum aliam porticum. 8. Ab Ecclesia mensurantur lege amoris, qui sine lege. 15. Cur vulnus lateris Christi datum Hispanis? 10. & 11. Jacobo gloria Hispania. 294. 1. Unde noster? 4. Illius adventus gloriosus. 297. 11. Felix illius prædicatione. 13. Vox Jacobi continuatur ab Hisp. 15. Magnis prodigiis. 16. Detecta terra nova. Ibid. Cur Jacobus electus in patronum? 17. & 19. Hisp. nobilissima Martyribus. 386. 8. Quanta felicitas ex concessione Bullæ Cruciatæ? 591. Quotannis obtinet Hisp. quod alii semel in vita. 3.

HOMO.

Ætates hominum. 317. 51. Humana forma & sexus tribuuntur aliquando rebus repugnantibus. 13. 10. Homo quomodò non ens? 230. 22. Semper mutatur. 10. Cur dicitur non Deus? 22. Non habuit in statu innocentiæ aliquid judicabile vel à Deo Judice. 561.23. Salivæ hominis efficacia. 503. 23. & 27. Quando homines volatici? 456. 7. Novum, in homine homo multiplici facie. 10. Unde homo non homo? 12.

HOMICIDIUM.

Pœna olim criminis hujus. 400. 15.

HONOR.

Pro dono. 362. 41. Pro vita. 544. 4. Mutat mores. 199. 1. Vid. *Dignitas.* Qui castigat delinquentem, servet honorem. 212. 11. Pro plaga haud ingerantur honori vulnera. 12. Vid. *Correctio.* Aliquando jugulatur honor subditorum, ut enervetur accusatio in crimina præsidum. 282. 5. 8. Quinam honor honori & oneri? 392. 13. Suspicionsus de honore sibi nocet. 1. Studium vani honoris infatuatio mentis. Ibid. Vindicta honorem dedecorat. 391. 11. Etiam honor vulnerandus, si in sanitatem necessarium vulnus. 280. 16.

HUMILITAS.

In quo apex? 29. 10. Eminet, si non eminet; aliter ruit. 202. 11. 12. Ubi major perfectio, humilitas profundior. 13. Vid. *Virtus.* Quò excellentia major, fine excellentia? 9. Cur humilis non potest cadere? 249. 8. Exercitia humilitatis quomodò tentationes? Ibid.

HYACINTHUS.

Flos scriptus. 87. 13-384. 1.

Rerum & verborum.

HYPOCRISIS.

Tinea virtutis. 247. 1. Quanta illius mala! Ibid. Denigrat fulgor. 2. Alios illuminat, & in tenebris ambulat. Ibid. Species eſt virtutis. 3. Splendore hypocrita allucinatur, nec pes in virtutem movetur. 4. Videri vult, quod non eſt. 5. Dæmon larvatus, cui obex virtus, equo ſimilis Trojano, cujus interiora plena dolo. 6. Aviditas illius ficta miraculorum patratio. 7. Iridi ſimilis. 8. An dæmon imago hypocritæ, vel econtrà? 9. Quod aliis virtus, illi lapſus. Ibid. Fingit Dei ſervitutem in propriam adorationem. 12. In illo larvata religio. 13. Signa hypocritarum, & ſtudia futilia. Ibid. Cur Phyſalo, dæmoni, Helenæ, Idolo zeli, & Diis Ægypti ſimiles? à n. 12.

I

JACOB.

Lucta Jacob. Vid. *Claudicatio.*

S. JACOBUS MAJOR.

Gloria Hiſpaniæ. 294. 1. Cur plauditur Apoſtolus proprius Dei? 3. Et Hiſpanorum? Ibid. Hiſpaniæ ſidus? 4. Unde primatum tenuit? Ibid. Ampliorem fructum prædicationis reportavit. 8. Quare ejus adventus glorioſus? 11. Qua de cauſa tonitrui filius? 12. Unde inſignis prædicatio? Ibid. Per illum victus diabolus, & converſus mundus. 13. Vox eſt vocis. 15. Pro Hiſpanis apparet in terris. 17. & 19. Primus irruit in Barbaros. 20. Cur electus in patronum? 17. Unde mirabilis? 23. Deus in Jacobo apparet magnus. Ibid. Ejus templum Hiſpanis præſidium. Ibid.

JASPIS.

Gemmæ forma. 385. 2.

IDOLUM.

Quo ſenſu dicitur Nihil? 299. 21. Quo ruit? 493. 6.

JERUSALEM.

Vid. *Hebræi.* IV. Quanta ſævitia in ejus vaſtitate. 568. 39. Nec in circuitu ejus ſerpentes virulenti. 406. 17-407. 3.

IGNIS.

Species ignis. 134. 13. Phantaſticus ubi? 14. Ignis Promethei quid ſignet? 107. 1. 3. Ignis fatui & communis differentia. 389. 2. Ingis fatuus ſæpe viſus. 135. 15. In quibus feliciter? Ibid. Ignis Græcus cujuſnam proprietatis. 143. 3. Ignis ab aqua. 165. 13. Ignis in pectore ſtatuæ. 536. 2. Ignis pro ira. 146. 41. Quid eſt ardere in igne? 30. Quid urere? à n. 43. Quodnam diſcrimen inter uri igne, vel igni? 46. Divinitatis ſymbolum. 129. 1. Quare olim numen? Ibid. Signum adventus Deitatis vel numinis. 378. 16-544. 12. Index majeſtatis regiæ. 131. 6. Ignis cuſtodia ab Ethnicis tradita Veſtalibus. 330. 7. Extingui Romanis malum omen. 129. 2. Arbitrabantur Priſci per ignem homines in Deo mutari. 3. Ab illo divinationes. 5. Quis primus adoravit? 2. Symbolum lætitiæ, unde ignes feſtivi. 6. Præcedebat olim ſummam in Republica habentes poteſtatem. Ibid. Quæ igni non cedunt? 24. Sine cinere qui ignis? Ibid. In quibus ignis latens? 25. Aqua accenſus. 24. Sine læſione. 28. Ardor ignis ex gelu. 43. Ignis ſacer Hebræorum. Vid. *Hebræi.* IV. Splendor ignis in vultu athletæ ſignum victoriæ. 492. 5. In lucernis Antiquorum. Vid. *Lucerna.*

S. ILDEPHONSUS.

Quomodò cœlum portat? 402. 1. Armis & literis fulget. 2. Comprimit hæreticos. 4. & 7. Doctor & dux. 5. & 9. In illo quomodò laurea Doctoris, & dexteritas ducis? 10. Dotes ejus & munera. 7. Verba ejus fulmina, hæreticis jacula, catholicis lumina. 11. & 12. Quomodò illudebat ſagittis hæreticorum? 15. Reptilia in confiniis Toleti ſine veneno, ex ejus victoriæ ſigno. 16. & 17. Cuſtos paradiſi Virginis. 407. 2. Expulit ab Hiſpania hæreticos. 3. Cherub humanus. 4. Mutat in chorum armorum ſtrepitum. 7. & 12. Coram illo hæretici nec valent hiſcere. 11. Patent per illum Virginis prærogativæ, & honoris ſingularis reſtituitur vita. 13.

ILLE.

In Scriptura ſæpe vox emphatica. 229. 20.

IMAGO.

Dilectorum in inauribus. 339. 19. Imagines Deorum intactæ ab igne. 169. 8. Imago Jovis. 35. 12. 83. 2-84. 6-227. 5-239. 2. Cum Pan. 404. 11. Cum Termino. 370. 2. Cum Diana. 169. 8. Cum Gratiis & Horis. 239. 2. Cum Victoria. 415. 1. Minervæ. 223. 4. Cum dementia. 256. 3. Phœbi. 196. 1. Martis. 299. 18. Pan. 232. 27-204. 11. Amoris. 440. 6. Amoris obliviosi. 265. 15. Amoris & Mortis. 240. 8. Pandoræ. 88. 16. Mercurii cum Gratiis. 110. 2-119. 9. Apollinis. 507. 12. Herculis. 115. 9. Auroræ. 155. 2. Echus. 119. 9. Dianæ. 169. 8. Caſtoris & Pollucis. 299. 18. Bacchi. 371. 6. Gratiarum, Parcarum, & Horarum. 83. 2-239. 2. Temporis. 83. 2. Concordiæ. 521. 27. Juſtitiæ. 33. 4-37. 17-394. 2. Clementiæ, 558. 8. Fortunæ. 58. 5. 73. 12. Cum Pace. 272. 6. Cum invidia. 504. 1-505. 4. Cum Nemeſi. 73. 12. Cerberi. 443. 4. Jalyſi. 443. 2. Salmacidis. 540. 1. Moloch. 149. 49. Iſidis. 232. 27. Agriculturæ. 347. 4. Principis & Judicum. 84. Julii Cæſaris. 402. 2.

IMPERIUM: Vid. *REGIMEN.*

INAURIS.

Quid ſit? 36. 14. Cujuſnam formæ. 12. 22-42. 13. Cur in Principibus inaurium ornatus? 87. 13. Vid. *Auris.*

INCARNATIO.

Erigitur homo Verbo Patris in natura hominis. 271. 3. Ni fieret homo, non liberaretur homo. 4. 368. 6. Fiut hominis captivi redemptio. 197. 4. Quantus in homines Verbi amor! Ibid. Tunc forma humana reſtituta homini. 107. 2. Niſi deſcendiſſet, homo periret. 6. Surrexit homo, quo corruit. 271. 5. Claudicavit, quouſque Verbum in carne venit. 579. 3. Semma inteſlectus admiratio Deus homo. 203. 14. Magna cogitatio, Verbum caro. 194. 11. Figura in rubo Moyſis. 133. 10-167. 1. In electro. 198. 9. Miraculum fuit inter miracula novum. 236. 14. Quare? 15. Secunda perſona Trinitatis non alia, etſi in altera natura. 15. Quomodò myſterium Incarnationis oppoſitum myſterio Trinitatis? 16. Nihil ſine filio Dei eſſet homo. 17. Omnem majeſtatem tunc exit, & diem lætum habuit. 18. Deſcendit, ut homo aſcenderet. 19. Homo ante adventum ejus amens. 272. 8. Reliquit cœlum propter hominem affligtum. 368. 6. Unde præſtantia charitatis? 7.

INCESSUS.

Quid ſit incedere? 9. 19.

INCLINATIO: Vid. *AFFECTIO.*

INDIGNUS.

Cur ſimilis hiſtrioni? 455. 1. Vulpi cicuratæ. 38. 3. Non capit thronus, quem ambiebat angelus. Ibid. Dignitas expellit. 46. 11. Locus, nullum habere. 12. Indignus idem, ac mutus. 54. 8. Sine literis literaria credita amentia eſt. Ibid. Semper indigno favor à peſsimis. 9. A diabolis. 15. Illum in munus aſſumere, eſt delirare. 4. Aſſumitur in præceps. 160. 7-172. 1. Exitus lamentabilis. 3. Cur illius culmina fumant? Ibid Cur illi importabile onus? 4. Cur illi ruina, quæ gloria

173. 9. 392. 12. Infatuatur poteſtate. 175. 15. Semper ſolus quare? 16. Propudium, ejus conſulere elevationi. 18. Quid cadentem continuò erigere? Ibid. Verba inflata unde? 412. 7. Unde audacia? 7. Minimè prætermittenda. 13. Fortuna dignatur. 455. 1. Quàm indignè elatus! 8. Expellatur. 9. Nocent illi alæ, & magis plures. Ibid. Lignum deauratum. 12. Et ſine capite. 11. Quis indignus in dignitate? 8. Vid. *Dignitas*, & *Electio*, II.

INFERNUS.

Ignis inferni urit animas, & dæmones. 148. 45. Cur dicitur gehenna? 50. Pœna inferni quàm gravis! 165. 14. An dupiex infernus frigoris & caloris? 15. Modus ignis verus, ſed mirabilis. 17. An ſit ſicut ignis inferni infernus ignis? Ibid. *Purgatorium.*

INGRATITUDO.

Symbolum in nubibus. 589. 10. Quæ à Deo hominibus gratiæ, retorquentur ſagittæ. 13. Vid. *Gratiæ. Amor.* IV. *Chriſtus.* II.

INHUMANITAS: Vid. *CRUDELITAS.*

INIMICUS.

Illum magis quàm jacula percutit beneficentia. 391. 10. In venena ab illo mutatur gratia. 11. Illi beneficia onera. 12. Gloria Dei inimico collata gratia. 121. 4. Et fovere in amicitiam. 392. 15. Vid. *Injuria*, *Ultio*, & *Gratiæ.*

INJURIA.

Non vindicanda in dignitate. 77. 8. Non eſt, quæ non cogitatur injuria. 549. 11. Cur confertur igni fatuo? 2. Oblivio, commodum. 3. Gloriam obtinet, qui vel laceſsitus cedit. 7. Qua arte beneficium convertitur in injuriam? 10. Non eſt obſequium injuriæ finis. 596. 19.

INNOCENTIA.

Differentia juſti & innocentis. 431. 5. Poteſt damnari ſine culpa, ſed non ſine cauſa. 6. Quo jure à Deo punitur? 554. 9. & 17. Quomodò pœna innocenti poteſt eſſe medicina? 11. Qua arte miſericordia & magna? 16. Angelus bonus antequàm firmaretur in gratia nil habuit judicabile vel à Deo judice. 23. Innocentia eſt iniquitatis victima. 210. 4. Etiam clamor innocentiæ à perfidis plectitur capite. 39. 4.

INSANIA.

Quæ mentis & cordis? 65. 12. Inſanus voluntarius amentior. Ibid. Vid. *Mundus.*

INSPIRATIO.

Doleat anima de inſpiratione neglecta. 573. 12.

INSULÆ.

Fluctuantes. 580. 4.

INTELLECTUS.

Pravus, non eſt intellectus. 421. 7. Vid. *Scientia.*

INVENTIO.

Res inventæ appellatæ nomine inventorum. 556. 14. Peccatum etiam imitantium. 15.

INVIDIA.

Peſtis. 509. 15. Cæca. 493. 6. Similis talpæ. 509. 15. Scyllæ & Charibdi. 509. 15. Remoræ. 168. 4. Satius, eſſe invidioſum, quàm invidum. 509. 15. Cur invidia oppoſita miſeriæ, ſi ſocia? Ibid. Carpitur prudentia ab invidia. 568. 4. Gaudet aliena mœſtitudine, & mœret felicitate. 55. 12. Impoſsibile judicatur poſſe videre. 505. 2. 13. Illi inviſibilis aliena gloria. 3. Cur dicitur obliqua? 2. & 8. Quare, etiam viſis inviſis, arbitratur falli? 4. & 5. Prius propriam fatebitur inſaniam, quàm alienam gloriam. 5. & 6. Auget gloriam. à n. 7. In lucida mittit tela. 12. Magis torquetur alienâ gloriâ, quàm propriâ pœnâ. 13. Tormentum eſt inferni. 14. Mavult mori, quàm lucem videre. 15. Quicquid pulchrum, ſequitur Momus. 504. 1.

JOANNES BAPTISTA.

Cur mundi miraculum? 785. 10. Quare ejus nativitas ſingularis? 11.

S. JOSEPH SPONSUS VIRG.

Præmia ejus inſignia & merita ſingularia. 526. 1. Magnum, quòd ſit homo. Ibid. Unde illi Seraphica caſtitas? Ibid. Gratia & gloria? 2. Sponſus eſt Virginis cum titulo inſigni paternitatis. 3. Unde cognitio illius perfectionum? à n. 5. Zelotypia illius ex amore & veneratione Sponſæ. 10. Ab illo viſa Virgo facie radianti. Ibid. Timor illius ex admiratione perfectionum Sponſæ. 12. Unde pater filii Dei? 13. & 14. Hinc illi gloria. 15. & 16. Sponſum matris Deus elegit, quem formavit, ut eligeret. 17. Ex partu Sponſæ quomodò gloria Joſephi? 18. Encomia. 526. 1. Prærogativæ. n. 9.

IRA.

Qui irà percitus viſa non videt. 61. 11. Cur igni confertur? 146. 41. Cur, qui brevis naribus, facilè iraſcitur? 564. 29. Amantium iræ reintegratio amoris. 573. 12. Dirior iratus amor. 586. 1.

S. JUDAS: Vid. *SIMON.*

JUDEX: *JUDICIUM.*

I. *Judicium Dei* cogitandum ante judicium. 204. 4. Ex hoc cum palma judicanda cauſa. 11. Et abolita crimina. 12. Faciet judicium rectum, qui Dei cogitaverit judicium. 462. 13. Exempla compellantium Judices ad tribunal Dei. 438. 26.

II. Index improbus, qui digerit aure, quod debet jure. 37. 1. Doloſa judicis ſtatera, ſi utraque auris delatori tradita. 33. 3. Quando in illo miſeratio & indignatio? 4. Quando vulnera juſtitia? 5. Ad hujuſmodi ſpectaculum non eſt patientia. 6. Singulæ aures dividantur inter partes adverſas. 8. Minus nocet ſurdus, quàm ita affectus. 8. Miraculum, quòd audiat rectè. 10. Unde ſiniſtræ informationes? 9. Non audit ſi utramque partem non audit. 11. Duplex auricula propria judicis. 13. Malum, ſi aurem non habet, niſi cui velit. 15. Dæmon, eſt tenaciter hærens ſemel concepto. à n. 8. Cur ut audiat benè, debet imitari aures? 42. 13. Circumſpectio in judice neceſſaria. 432. 10. Quænam judicis perverſæ cogitationes? 421. 7. Nullum pondus criminum, ſi pondus aurum. 71. 5. Imago judicum & Præſidis apud Thebanos. 84. 7. Sit judex cæcus in judicandis cauſis. 35. 13. Qui præſumit in judice clementiam, facilè amplectitur culpam. 462. 10. Judex debet quieſcere punito crimine. 15. Judicis judicium erit rectum, ſi ſe cogitat morti proximum. 13.

III. Judicium pro ſententia judicis, mandato, conſuetudine, & ſupplicio. 433. 14. Pro juſtitia damnatione, & abſolutione. 21. Quid indicium & juſtitia ſimul? 18. Judicium & juſtitia pro odio mali & amore boni. 20. Pro præmio & pœna. 16. Quomodò audiendum in judicium? 32. 1. Et judicanda cauſa pauperis? 394. 2. Alexandri mos in tribunali. 35. 13. Qui vel criminoſus non auditur, non eſt reus. 6. Non amicitia judicanda, ſed cauſa. 36. 16. Citò judicans, citò pœnitet. 37. 1. Quando judicium ſine judicio? à n. 2-32. à n. 2. Judicium juxta allegata & probata. 431. 8. Cur congruit haberi mobiles cogitationes & immobiles aures? 12. Quid neceſſarium in judicium rectum? 433. 13. Quando judicium ſine juſtitia & econtrà. 19. Miſericordia judicis quando crudelis? 459. 1. Foventur iniquitates modò impunes. 8. Vid. *Juſtitia*, & *Præſes.* Ubi res geruntur jure, inutiles lachrymæ. 84. 4.

JUMENTUM.

Illius cognoſcitur animus per aurium motus. 14. 12.

Rerum & verborum.

JUPITER.

Cur pingebatur cum penna in vertice? 223. 4. Cur quatuor auribus & nullis? 35. 12. Quare dictus Liberator? 366. 1. Fabula filii Jovis in cœlum aſcendentis? 371. 6. Vid. *Imago.*

JUSTIFICATIO.

Juſtificare, vel ſanctificare pro declaratione juſtitiæ, vel juſtificationis. 438, 28.

JUSTITIA.

I. Imago illius. 33. 4. 37. 17. Vid. *Judicium.* III. Quomodò facienda inter pauperem & potentem? 394. 2. Modus juſtitiæ. 430. 3. Nihil gratius juſtitiæ, quàm ſupplicium noxæ. 1. Quomodò juſtum non rectum, & econtrà? à n. 8. Pondus accuſationis in ſtatera juſtitiæ non eſt pondus. 33. 2. Deviat à pondere, quod à jure. 3. Quando vulneratur juſtitia? 5-429. 1. Pœna talionis quàm juſta! 394. 2. Vulnera juſtitiæ ſenſibiliora, quoniam à judice facta. 34. 7. Quare juſtitiæ judicium ut ſpeculum? 41. 10. Virga illius affectione curvatur. 53. 3. Non eſt æqua, ſi non æqualis. Ibid. Quænam munera juſtitiæ? 459. 2. Prævalent mala, quia ſine pœna. 429. 2. Non eſt juſtitia juſtum opprimere, & injuſtum abſolvere. Ibid. Ignorat juſtitiam, qui ſemper invenit miſericordiam. 7. Ex divino tribunali cognoſcitur malum ex omiſsione juſtitiæ. 14. Juſtitia quieſcit, dum crimina cum criminoſis relegat. 15. Dei providentia oſtenditur à juſtitia. 438. 27.

II. Juſtitia pro cauſa innocentis. 431. 7. Pro præmio, ratione, juſtificatione, & judicio. à n. 14. Pro damnatione & abſolutione. 15. Pro lege. 17.

JUSTUS.

Vid. *Innocentia.* Quomodò juſti filii & non filii Dei, lux & non lux? 226. 11. Cur non ſignentur ſine tenebris, etſi lumina magna? 12. Juſtus nemo, ſi acculari ſufficit. 32. 1.

L

LABOR.

Juvat. 55. 12. Vid. *Pœna, Mortificatio.*

LACHRYMÆ.

Fictæ quæ? 220. 22. Quæ ſteriles, & quæ floridæ? 125. 4. Unde pretium illarum? 10. Unde aumæ lachrymæ ſitibundæ? 12. Purificatio per illas. 127. 11. 244. 8. A quibus obtinetur clementia. 587. 2. Clamor illarum. 124. 1. & 5. Ad earum vocem ignoſcitur crimen. 2. Vocem hanc intelligit Deus. 3. An omnes mutæ, vel loquaces? Ibid. Exaudiuntur, dum audiuntur. 4. Cur clarior vox voce linguarum? 5. & 7. Cur dicuntur vocales? 9. Quis clamando plorat, & quis plorando clamat? 10. Poteſtas lachrymarum quanta? 11. Fatuitas eſt lachrymari, & lachrymis nihil emere. 13. Unde illarum pretium ſine pretio? 14. An pretioſiores dum currunt, vel dum ſtagnantur? 15. Unde illarum aſcenſus & deſcenſus? 14. Ubi res geruntur jure, inutiles lachrymæ. 84. 4. Continua lachryma, ſi cogitaretur culpa. 128. 15. Crebra cognitio peccati educat planctum à corde. 17. Ultimum malum, mala nec poſſe flere. 547. n. 3. Amplius flere ſine fletu. 8.

LAPIDATIO.

Cur pœna adulterii? 400. 15. Quid luto lapidari? Ibid.

LAQUEARIA.

Quæ in ædificiis? 466. 6. Templi Jeroſolymitani. Ibid.

LASCIVIA: Vid. *LUXURIA.*

LEX: Vid. *MARIA.* IX.

Magna præcepti obſervantia, ubi præcepti conſequens eſt obedientia. 31. 16. V id. *Obedientia.* Quomodò intelligendum: *Finis legis non cadit ſub lege?* 432. 10. Non eſt vita, vivere ſine lege. 334. 1. Cum lege vera vita. 5. Lex quæ non obligat jure, adimpletur amore. 440. 4. Ut populus portet jugum legum, qui præſunt, ſupponant humerum. 488. 2.

LIBERALITAS.

Eximia per quid ſignata? 84. 7. Vid. *Gratiæ.*

LIBERTAS.

Feſtum Libertatis. 271. 4. Vid. *Servus.*

LILIUM.

Cur ſymbolum Chriſti reſurgentis? 152. 9.

LINGUA.

I. Quid ſit linguâ loqui, & loqui linguis. 102. 15. 16. Lingua pro ſermone, & idiomate peregrino. Ibid. Lingua pro cujus eſt lingua. 15. Diſcrimen prophetiæ, & doni linguarum. 17. An loquentes linguis unico vel multiplici idiomate loquerentur ad diverſos. 18. Doni linguarum conceſsi Apoſtolis excellentia. 19. Donum linguarum index unitatis cordium. 107. 1. Quanti ſit? 4. Majus loqui linguâ, quam linguis. 5. Cur cujuſmodi donum dicitur univerſa miracula? 6. Unde vox linguarum mirabilis, eadem & nova? 7. Eſt maximum ſignorum. 8. Cur illi addicta orbis converſio? 10. Quomodò tractus? 11. Vid. *Anton. Paduan.* & *Franciſcus Xavierius.* Quomodò in una lingua multæ linguæ. 113. 1.

II. Quænam dicantur linguæ Deorum? 118. 6. Mithridatis linguarum mira comprehenſio. 101. 12. Cur linguæ Mercurio dicatæ? 110 2. Lingua imago mentis. 411. 1. Cur ex perfectione linguæ cognoſcitur perfectio cerebri? Ibid. Moribundi vario idiomate. 101. 13.

III. *Lingua maledica.* Vide *Murmuratio, Delator.* Qui lingua vulnerat, ſanus delirat. 73. 11. Linguoſus furioſus & fatuus. 12. Si labium maledicum, ſinciput non ſanum. 11. Cur confertur mari? 13. Senſibiliora vulnera à lingua. 14. Quomodò verbum audienti vulnus? 411. 2. Qua arte gladius? 3. Inſipientes lapides formant, dum verba jactant. 5. & 6. Vid. *Verba.*

IV. Moderamen linguæ in præſide: Vid. *Præſes.* VII.

LINUM.

Amiantum, Cyprium, Carpaſium, & Creticum conceptum ignem ſervant. 139. 23.

LITERÆ. Vid. *SCIENTIA.*

LOCUS.

Quomodò dicatur Deum, & Angelos eſſe in loco? 134. 12. Unde locorum derivetur ſanctitas, & quo ſenſu locis conveniat? 184. 16. Reverentia locis terræ Sanctæ etiam habetur ab infidelibus. 18. Diſtantia in amantibus non pendet à locis. 522. 28.

LOQUACITAS. LOQUI.

Vid. *Lingua.* III. *Verba. Curioſitas. Murmuratio.* & *Os.*

LOTUS.

Signum adventus Dei Solis. 273. 9. In illa cur Jupiter? Ibid. Dum Sol occulitur, in aquis mergitur. 9. Cur ſymbolum oblivionis? Ibid. Naturæ humanæ? 10. Lætitiæ Deorum? 12. Loto guſtatà perit memoria. 16.

LUCERNA.

Quo pacto ignis perpetuus in Priſcorum lucernis? 138. à n. 22. Quomodò pedibus & non oculis neceſſaria lucerna ambulantibus in mundo? 575. 4. Vid. *Lux.*

LUCTUS.

Hebræorum, vid. *Hebræi.* II. Pro ſigno luctus avulſio & ſectio capillorum. 179. 7. Faciem etiam & caput obnubere. 8.

LUDUS.

Colores diverſi in ludis Rom. ad quid? 309. 29.

LUNA.

An plena condita? 312. 38. Si à plenilunio incœpit, quo computo ille menſis numerandus? Ibid.

LUX.

Pro veritate. 226. 13. Pro juſtificante gratia. 15. Pro gaudio, & gloria. Ibid. Pro vita. 58. 3. Amplior fulgor lucis umbris oppoſitis. 439. 1.

LUXURIA.

Geſtus & ſigna. 15. 26. In illa pro voluptatibus dolor. 245. 13. Nocet vel incauta cogitatio. 338. 2. Fuga ſit etiam cautè. 1. Palma ex fuga. 11. Haud laceraret, ſi laceratus agnoſceret. 482. 6. Vid. *Fœmina. Occaſio. Venus. Voluptas*, & *Vita.* Cur luxurioſus confertur porcis? 460. 3.

M

S. MAGDALENA.

Ejus lachrymæ unde? 124. 13. Ejus pœnitentiæ in quo miraculum? 245. 12. Phœnix inter ignes amoris. Ibid.

MAGISTER: Vid. *SCIENTIA.*

MAGNATES: Vid. *NOBILES.*

MAGNES.

Acus magnetica immobilis inter duplicem cynoſuram. 30. 14.

MAGNESIA.

Conceptum ignem ſervat. 139. 23.

MALUM PUNICUM.

Symbolum Martyrum quare? 385. 4.

MANIA.

Variæ & ſingulares maniæ. 94. 7.

MANNA.

Clauſis oculis eſſum. 91. 11.

MANSIO.

Pro pernoctatione, & cubatione. 476. 29. Pro permanentia. 518. 19. Pro intima unione. 20.

MANUS.

Cur fidei ſymbolum? 544. 5.

MARE.

Quæ nec recoli Priſci deſiderabant, in mare projiciebant. 266. à n. 15. Varii ritus. Ibid. Unde Adagium: *Piluli in mare?* 18.

MARIA: Vid. *INCARNATIO.*

I. Ejus elogia. 83. 1. Trinocula. 6. Dei imago. 10. 443. 3-585. 9. Theſaurus miſerationum Dei. 83. 1. Mater hominum. Ibid. Animatum cœlum. 401. 1. Paradiſus deliciarum. 407. 2. Dei templum. 410. 11. Liber bellorum Domini. 415. 1. Clavis regni cœleſtis, & ſubſidium hominis. 419. 14. Cuſtos Imperii. 415. 1. Lotus Myſtica. 274. 11. Aurora. 583. à n. 1. Stella rutilans. 446. 15. Sol Mariâ non vidit meliorem. 1. Per illam terra humana florida. 273. 9. Cur dicitur domus aurea? 86. 12. Filii ſpeculum. 157. 9-528. 6. In illa tota Deitatis majeſtas. 583. 2. Quomodò liber generationis Chriſti? 6. Et ortus Solis? 7. Flos novus? 8. Filius cognoſcitur per matrem & econtrà. 4. & 6. Quomodò? 9. Quanta Virginis perfectio! 7. Ei non obſequium, devotionem legi præponere. 450. 12. Virgine cogitatâ, in anima nulla vulnera. 379. 18. Laus Virginis *Virgo-Mater.* 415. 2. Habet ſpecialem gloriam, ex converſione peccatorum ad gratiam. 379. 20.

II. *Conceptio.* Unde miraculum? 579. 2. Puriſsima à primo inſtanti. 273. 11. Concepta pura ex natura virulenta. 443. 1. Quomodò à primo inſtanti perfectio? 3. Hæc ſingularis excellentia. 4. Pura & ſola. 5. Non ita excellens, ni ex Adamo fuiſſet. Ibid. & n. 10. Habuit naturæ formam, & ignoravit naturam. Ibid. Pura apparuit, ut ſubſtitit. 11. Mirabilior conceptio, quia ab Adamo. 15. Unde caro ſimilis cæteris, & omninò diſſimilis? Ibid.

III. *Nativitas* Virginis felicitas hominis. 582. 1. Encomia naſcentis. Ibid. Deus ſe exhibuit miſericordem, dum decrevit filio matrem. 2. Videtur jam in natura noſtra naſcente Maria. 3. Filius Dei non videretur in mundo, ni naſceretur Virgo. 4. Felicitas magna, Regina cœlorum in terra. 8. Cur plauditur miraculum naturæ & gratiæ? 12. Quare ſæcula de illius nativitate certabant. 13. Naſcente Mariâ gratiarum abundantia, 14. Quaſſabatur bellis natura, quouſque nata. 16. Nativitas Virginis ſtabilimentum pacis. 15.

IV. *Nomen.* Maria nomen vitale. 415. 2. Quantæ excellentiæ! 2. Cur confertur palmæ, & roſæ? à n. 3. Ejus præſentia ſufficit pro victoria. 8. Virgo nobis ſpecioſa & ſuavis Turcis terribilis. 13. Lunam Turcicam calcavit, & faſtum ſuſtulit. 5.

V. *Deſponſatio.* Duo Cherubim Arcæ fœderis quomodò ſignum deſponſationis Virginis cum Joſepho? 527. 4. Prodigia hujus deſponſationis, à n. 2.

VI. *Anunciatio.* Vid. *Incarnatio filii Dei.* Fecit Virgo Verbum deſcendere in terras. 274. 11. Deliciæ Verbo Dei. 12.

VII. *Expectatio partus.* Specioſa humana natura Virgine puerperâ. 274. 11. Quid feſtum Expectationis. 408. 6.

VIII. *Partus.* Quomodò per illum innovata natura? 579. 1. Et jam firma. 7. Homo potitur requie. 10. Si hujuſmodi partu omnia commota, & jam pacifica cuncta. 11. Puriſsimus fuit. 403. 7. Vel in partu Maria Virgo. 408. 2. Quid tunc honoris ſingularis? 13. Cognoſcitur per maternitatis gratiam. 528. 7. Vid. *Chriſtus.* IV. & *Joſeph.* Laus Virgini Virgo-Mater. 415. 2.

IX. *Purificatio.* Symbolum in cygno. 155. 1. In rubo Moyſis, in flamma ignis, in Aurora. 2. In Luna. 439. 2. Purior inter legis umbras. 155. 2-440. 3. Veritas partus in Virgine, quod mendacium in Aurora. 155. 3. Quare purificatur, ſi virgo? 4. Excellentiæ ex purificatione. 5. Contentio tunc temporis & amoris. 7. Implevit priùs ſecundum amorem, quod poſteà ſecundum legem. 8. Quomodò amor velocior tempore? 10. Quomodò adimplevit legem opportunè & ante tempus? à n. 10. Unde ex lege amoris, & amore legis? 13. Cur in purificatione non dicitur Virginis purificatio? 14. Cur ſi ut una è cæteris, apparet ſingularis? 203. 14. Tunc rutilavit virginitas. 439. 1. Quæ non lex, lex à Virgine facta. 5. & 9. Quomodò legi addicta, & exempta? Ibid. Plus illi pondus amoris quàm legis. 8. Pro exemptione legis, alia lex in corde Virginis. 10. & 12. Non ſat placitum illi niſi ſummum. 14. Cur in Purificatione filii ſpeculum? 157. 9. Non legem fecit legem propter amorem. 442. 14. Purificatione calcatur à Virgine ſuperbia ſæculi. 156. 6. Cur ejus tunc obedientia confertur ſpeculo? 12. Vid. *Obedientia*: & *Chriſtus.* V.

X. *Dolores.* Juxta crucem ejus martyrium inſigne. 424. 1. Mira tunc conſtantia. Ibid. Quomodò crucem ſine cruce patiebatur? 2. Quomodò per illam cognoſcebatur, quanta filius pateretur? 3. Vulnerabatur filii vulneribus. 5. Speculum erat paſsionis. 2. Vulnera cordis ſine veſtigio vulneris. 5. Quomodò percuſſa & non vulnerata? Ibid. Crux illius juxta crucem ſtare. 6. Dira pati, & non oſtendere. Ibid. Ars dolorem ejus. 7. An dolores juxta ingenium dilectionis? Ibid. Torquebatur patiente innocentiâ. 8. Patiebatur, & compatiebatur. 9. Dolor, cuncta tormenta videre & nulla pati. 8. & 9. Non mori pro filio moriente, magis grave. 10. Unde cordi plaga ſingularis? 11. Propria illius filii vulnera. 13.

Quo-

Quomodò dolor in ācrius cruciamen immutavit ordinem? Ibid. Pœna in illa exercuit, quicquid cogitari potuit. 14.

XI. *Assumptio.* Quomodò locatio corporis in cœlis, præmium mortis Virginis? 374. 1. Tunc filii plena gloria. Ibid. Mors illius cur vitalis? 2. Queritur terra de sublata Maria. Ibid. Quomodò illà absente, non relinquitur sola? 3. Necessarium, corpus Virginis elevari in cœlum. 4. Quia mori voluit, glorioso corpore claruit. 8. & 9. Invenit vias vitæ, & vitæ glorioſæ. Ibid. Novo honore, & novitate vitæ. 10. Quomodò dormivit, & non requiebit? 11. Singularis glorificatio unde? 12. Ejus corona quàm fulgida! Ibid. Conditio ejus mortis. 13. Cur ejus ægritudo morbus divinus? Ibid. A vehementia amoris. 14. An quia mortua charitate surrexit gloriosè? 15. Cur illius corporis nullæ reliquiæ? Ibid. Filio in morte pulsanti respondit amore. 16. Gloria claret cœli. 1. Plena numine. 16. Reliquiæ ejus virtutes animæ. 17. Collocatur in cœlis pro salute hominis. 22.

XII. *Rosarium Virginis*, triumphale decus, & triumphale pignus. 415. 1. Utitur in Turcas Virgo rosis, quasi gladiis. 2. Conteritur Ottomana Luna Mariæ corollà. 6. Victoriæ Rosarium signum, cujus flores in Agarenos secures. 4. Cur in illo signatur corona Virginis? 7. Hæc ante victoriam victoria. 9. & 10. Sagittæ in inimicos & jacula. 10. & 11. Flores mutantur in phalanges. 12. Rosarii virtutes. 14. Cuncta mysteria Virginis in Rosario expressa. 7.

XIII. *Patrocinium Virginis.* Gratia favoris ejus cur dicitur pulchra, & pulcherrima? 87. 15. Prompta afflictionibus remedia. 379. 19. Celeriter audit, & subvenit. 20. Gratia illi gloria. Ibid. Quanta in homines solicitudo? 21. Quomodò thesaurus gratiarum, & medicina cordium? 83. 1. Quare gratiæ & horæ cum Maria? 2. Sine mensura temporis juxta mensuram amoris. 6. Præcedunt sensationes oculorum. 7. Aliter non essent Mariæ. 8. & 10. Per favorem prævenit necessitatem, & habet manus plenas oculis. Ibid. Antevertit pietas lachrymas nostras. 11. Ejus gratia cur dicatur aurea & fulva? 12. Clamorem sublevat antequàm audiat. 14. Semper auxilium ad manum. 15. Illam habet audientem & videntem. Ibid. Favet ultra spem. 16. Quid favoris Angeli, justi, & peccatores per Virginem nacti? 6. Virgini gaudium ex levamine afflictionum. 379. 21.

MARTYRES.

Cur similes jaspidi? 385. 2. Malo Punico. 4. Purpuræ. 6. Materia patientiæ est triumphi. 1. Cur adinstar Hyacinthi? Ibid. Pugna illis victoria. 288. 9. Vulnera flores, gloria, refulgentia uti astra. 384. 1. 2. Glorioſa corpora vulnerum habebunt vestigia, quibus non deformitas, sed venustas. 3. Dum trucidantur, refloreſcunt. 4. Summa fortitudo in fragilitate corporis. 5. Quomodò corpora carnea, uti aurum solidissima? Ibid. Sanguine Martyrum ferax Ecclesia Catholica? 9. Plura illi germina è sanguinis gutta. 10. Unde tanta leges? 11. Idem mori, ac florere. 12. Occisa corpora seminis grana. 13. In sanguine Martyrum vox aliorum. 16. Cur Ecclesia Catholica & morte illorum mœret & gaudet? 14. Locus est floribus, qui patuit vulneribus. 152. 8.

MARTIUS: Vid. *MENSIS.* II.

MATER.

Sæpe filios suffocant matres amore, & ipsi moriuntur pietatis specie. 483. 11. Vid. *Pater.*

S. MATHIAS.

Ejus excellentiæ & dotes. 44. 4. 6.

MEMORIA.

Pro favore. 263. 10. Pro diligentia. Ibid. Pro cognitione in gratiam & favorem. 12. Memoria & non oblivio pro favoris promptitudine. 13. Memoria pro re memorata. 14. Pro veritate. 269. 22. Quæ olim ingrata memoriæ in mare projiciebantur. 266. 15. Mos Hebræorum, & Græcorum. Ibid. Indorum. 16. Cujusnam fortiùs sepelienda memoria, iniquitatis vel virtutis? 285. 1. Cur animabus procella ex hujusmodi memoria? Vid. *Mundus. Victoria. Virtus.*

MENSA.

Fortunæ quæ? 308. 24. Quæ mensa prima & secunda apud Priscos? 523. 30.

MENSIS.

I. Nomina Mensium apud Hebræos non Hebræa. 323. 64. Acceptiones mensium. 309. 28. Nunquàm fuerunt trium dierum. 30. Hebræorum Lunares. 310. 31. Duodecim menses anni Hebræi numerantur in Scriptura. 34. Interdùm nomine, interdùm ordine numerali. Ibid. An ante captivitatem Babylonicam habuerint nomina propria? Ibid. Mensis pro Luna mensis. 314. 43.

II. *Mensis Martius.* An illo mundi principium? 311. 36. Cur dicitur primus mensium? Ibid. Romani olim incipiebant à Martio. 311. 15. Quæ insignia in Martio facta & facienda? 42. Anni sacri initium à Luna Martii inter Hebræos? 44. In illo Phase celebrandum & non in Julio. 33. Quo computo Martius & etiam September dicantur principium anni? 45.

MERITA.

Sunt extra jactum eligentium. 50. 10. Sæpe dignus throno habetur pro derelicto. 13. Reprobantur plerumque ab affectione. 52. 2. Qui magnus vel jacens magnus est. 9. Non qui in supremo culmine, sunt supremi. 258. 8. Pro lubito affectionis sunt dotes & merita candidatorum. 459. 15. Cur dotes perditorum sæpe prædicantur insignes? 460. 2. Meritum luteum quando videtur aureum? 49. 6. Vide *Affectio, Dignitas.*

METEORA.

Ubi & ex quo? 135. 16. Notabilia non à natura, sed ab Angelorum ministerio. Ibid. Mira meteora. 17. Clypeus ardens clangor tubarum, & arma volantia. 18. Horribilia quædam. 19. Sæpe fatalia. 20.

MICHAEL.

Apparuit eques in suffocationem Pharaonis. 299. 21.

MILES.

Militum insolentia. 70. 3.

MINISTRI.

Illorum debet esse dexteritas, superiorem placare, & pœnam peccatorum non omittere. 551. 1. Principibus facile, quicquid ministris judicatur impossibile. 89. 4. Languet Principis excellentia, ubi penes ministros residet gratia. 151. 10. Fit subditorum oppressio, nimius in illos Superioris favor. Ibid. Plerunque maligni. 48. 3. Unde insolentia, & potestatis abusio? 161. 10. Suspiciosi in Superioris munere. 280. 16. Frequenter susurrones. 36. 16.

MISERATIO.

Differentia misericordiæ & miserationis. 565. 30. Vide *Misericordia, Clementia, Deus.* II. Miseratio pro lamento, beneficentia, & gratiæ continuatione. 565. 31. Non videt, qui claudit lumina pectoris. 79. 1. Non videt miseriam, qui videt tantùm. 2. Et videndo transit. 7. & 12. Intolerabile, in homine humanitatem non esse. 11. Spe miserationis audacia fœta. 460. 2. Indulto gravi peccato, suspiciosa pœnitudo. 5. Munus miserationis est pœna criminis. 6. Artes iniquorum in effugium. 7. Quando & quomodò prætermittenda pœna. 11. 10.

Index Generalis

MISERICORDIA.

Dei: Vid. *Deus*. II. Cur major natu inter Cœlicolas ficta? 558.18. Ara ejus, & ubi? Ibid. Imago apud Thebanos. Ibid. Misericordia apud Stoicos vitium. 19. Misericordia pro gratia. 31. Misericordia est, plectere peccata, ne fiant majora. 459.1. Pejor statuitur, cui delictum indulgetur. 4. Clementiæ genus quando in vulnus? 10. Alitur publicum malum. 12. Quantâ mala ex fatua facili misericordia. 12. Feritas est peccare fiducia misericordiæ. 588. 6. Quanta! 7. Misericordiam instigat in vindictam furor, ubi meditatus error. 8.

MITRA.

Pro coma. 13.23. Hujusmodi ornatus olim meretricius. 25.

MODUS.

Justitiæ. 430.3. Forma actionum. 9. Sedes prudentiæ. 10. Laus haud in facto, sed in modo. 26.1. Quare prudentiæ perfectio? 76.6. In gratis modus quanti momenti! 83. 3. In Præside ac Rectore! 77.10. Vid. *Obedientia.*

MOLA: Vid. *SERVUS.*

MOLOCH.

Figura & ornatus hujus idoli. 149. 49. Ars & ritus sacrificii. Ibid. Cur Saturnus dictus Moloch? 50. Quare stella in ejus fronte? Ibid.

MONACHUS.

I. Cur instar Heliotropii? 327.1. Loti? 499.14. Coralli, & iridis? 480.1. Arcæ sacræ vectium? 2.

Quomodò sepulchrum Christi symbolum vitæ Monasticæ? 209.20. Ut tranſeat in mundo Monachus, ejus ignoretur transitus. 142. 1. Ita volat. 9. Aliter circumscriptum se cogitet. 11. Ab amore vel odio pendet esse vel non esse in mundo. 17. Non existit ibi, qui tantùm corpore. 18. Relinquit, qui cœlum respicit. 499. 14. Quomodò potest fallere mundum fallacem? 15. Vivere in mundo & extra? 17. Quando vocandus Angelus? 18. Quando mundum demonstrabit insanum? 21. Mundo nocebit quomodò innocuus à mundo? 22. Qua arte fascinet mundum? 23. Venenum quomodò in mundum retorquebit? 24. Mortuus sit mundo. 502. 22. Et tunc vivet Deo. 208. 17. Non est virtus in religionem duntaxàt introitus. 328.2. Unde Monachi labor glorioſus? 1. In extrema mala labuntur conversatione sæcularium. 6. Virtus in religionem ingredientium ætate adultâ ferè miraculosa. 337. 14. Melior est in Monachis innocens vita, quàm pœnitentia. 220.22. Quomodò in clauſtro, & in sæculo? 482.8. Quanta mala Monachis titulo necessitatis! 485. 4. Diversitas morum Monachorum, & sæcularium. 201. 10. Quorsùm Monachorum tonsura? 288. 9. Notitia rerum sæcularium, religionis exitium. 218.12. Non confugiendum ad Monasteria in quietem, sed in laborem. 15. Dissimulanda sunt mala in sociis. 10. Sæpe animi amaritudo induitur zelo. 9. & 10. Ventus vanitatis nocet navigantibus in cœlum. 15. Aperitur cœli porta, si mundo clauditur janua. 17. & 23. Quænam Sirenes in navigatione vocationis? 19. Navis nihil mundi portet. 18. & 24. Nocet mundi aspectu vel in transitu visus. 21. Quando Monachus stupor mundi? 502. 20. Cur magis à Monachis, quàm à sæcularibus mundus agnoscitur? 25. Quomodò vita Monachi singularis? 109. 20.

II. *Renunciatio sæculi*: Vid. *Mundus*: *Paupertas*: & *Renunciatio.*

III. *Negligentia.* Quando duritia pectorum pro candore morum? 480.1. Non est Monachi incipere, & ulteriùs nihil agere. 323. 1. Non est finis vocationis finis virtutis, si in principio finis. 3. Extrema calamitatis ex frigore vocationis. Ibid. Non fertur placidè in ampliora non ascendere. 4. Tota ruina animæ ex status oblivione. 5. Quomodò his cætetas ex lumine? 6. Perperàm sub habitu Religionis iniquitas sæcularis. Ibid. Vocatio nulla, si nulla vocationis opera. 7. & 12. Vocati in religionem, si eligunt, non eliguntur. 7. Dolet videri in clauſtro, quod fastiditur in sæculo. 8. Piget, quærere Monachum, & invenire duntaxàt habitum. 10. Quantà injuria Religioni! 9. & 11. Ex intuitu ingressus cognoscitur Monachus. 12. Nil magis nocet, quàm confidentia de statu. 327. 1. Cur in religione religiosi religionem non inveniunt? 2. Electio comprobanda est exercitio. 3. Desides, ni vocentur, immemores obligationum. 4. Malum, quòd otiosi, & in termino vitæ. Ibid. Observantia languet levi sæculi notitia. 6. Singulare miraculum ex frigido servidum videre Monachum. 9. Inveniunt amaritudines, quas cogitant in sæculo voluptates. 482.5. Sensus in amorem sæculi ex insensatione. 6. Unde costet Monachi vocatio irrita? 215. 5. Obex perfectioni mens vaga, solicitudo & curiositas. 184.15.

IV. *Perfectio.* In Monachis quotidianæ sint lachrymæ. 127.11. Mortis cogitatio, Monachi perfectio. 209. 19. Gloria mori vitâ. 207. 13. Virtus magna dum vita sepelitur florida. 16. Erit status perfectio, si perseverat fervens prima vocatio. 324.2. In Dei servitium Monachus non cogitet terminum, sed virtutis studium. 328. 1. Vocationis finis non ardet, si non semper. 8. Sæculi derelicti semita nec cogitanda. 482.7. Vel sæculi memoria nocet. 215. 3. Nulla est procella, ubi gloriæ cynosura. 219. 14. Nulli mundi contagium, si aversatur odium. 500.16. Et illius possessio, ubi nulla cogitatio. 17. Quomodò in mundo non erit mundus? 103.6. Quomodò amor mundi vincendus? 499. 11. Vid. *Mors. Virtus. Vocatio.*

V. *Clausura.* Vita Monachi in clauſtro felicissima, & suavissima pœna. 214. 1. Versùs cœlum sit exitus, quandiu vivat Monachus. 221. 23. Si singuli in cellulis, perpes fructus pacis. 216. 7. Cella erit cœlum, si singuli in ministerium injunctum. 8. Clausura, animæ quam necessaria! 480.1. Distractio à Monasterio est extractio. 2. Cur gyrovâgi similes echinis maris? 6. Non stabiles, estò fragantur pedes. 7. Extrà, minores se fiunt. 8. Quomodò vagatio in cellæ recessu? 484. 1. Clausi corporis custodia non est clausura. 2. 3. Quomodò in sæculo, & extra sæculum, in monasterio, & extra? 5. Stultitia est aliò duci corpus, aliò pectus. 6. Nihili est, esse in sæculo si intra clauſtra cogitatio. 483.9. Non exit, qui exit, quasi non exiret. 14. Non sunt inclusi, qui egressionis avidi. 13. Perperam egreditur è limine clauſtri, qui non egreditur ipse. 14. Clausura pendet ab anima. 485.1. Est exitus sine exitu, & sine mansione mansio. 4. Manet intra septa cellæ, qui ab illa non abest corde. 5. Unde securitas in navi Religionis vel obortis procellis, 218. 14. Nec parentes videndi, si proposito adversarii? imò nec videri posse. 20.

MONASTERIUM.

Ab illo vix expellitur, quod semel per jocum introducitur. 126. 6. Portus est navigantium. 215. 2. Unde vel hìc periculum? Ibid. Quomodò vita in Clauſtro contentio. 219.17. Nihil sæculi intra clauſtra, & nihil è clauſtris egrediatur foras. 218.11. 13. Nocua curiositas. 12. Paulatim irrumpit hujusmodi relaxatio. 13.

MORBUS.

Quisnam morbus sacer, & conditio morbi? 534. 11.

MORS.

Signata per tenebras. 58. 3. Mira prodigia mortem aliquorum portendentia. 68. 25. Divinationes morientium, & variæ linguæ. 101. 13. Tempus mortis incertum.

tum. 319. 56. Memoriâ mortis non blandiuntur voluptates. 153. 11. Mors considerandа pro actionum prudentia. 172.3. Quàm proficua! 370. 2. Major formido ex mortis specie, quàm ex morte. 203.1. Quænam mors mortis, & mori ante mortem? Ibid. Quænam vita ex hujusmodi morte? 209.8. Quid in morte cogitata cogitandum? 203.1.4. Cur mors cogitanda? 2. Quomodò hæccine cogitatio mortalitatis depositio? Ibid. Quodnam discrimen in mortem euntis, & mortis venientis? 3. Quænam gloria mortis? Ibid. Unde homines ignorant esse mortales? 4. Victoria ex morte è morte in vita. Ibid. Major dulcedo ex haccine amaritudine. 10. Utilis vita sepulta. Ibid. Quo pacto una mors non unica? 13. Quomodò mors afferet vitalitatem? 14. Felix qui vivit, quasi in sepulchro jaceret. 15. Nobilior à virtute loculus, ubi sepelitur vivus. 16. Quænam novitas vitæ in hujusmodi morte? 18. Quid signent tela Cupidinis in manu mortis? 240.8: Vid. *Mortificatio.*

MORTIFICATIO.

Vid. *Pœna, Dolor, Afflictio, Tormentum.* Quomodò in vita sepulti sensus? 207. à n.15. Patebit despicabilis mundi voluptas, ubi sepelitur in vita vitalitas. 17. Vita cœlestis, sepultis mortificatione cupiditatibus carnis. 19. Hujusmodi persecutio elevat animam. 216. 6. Quomodò mortificatio minor, quando major? 455.14. Per vulnera corporis sanantur vulnera mentis. 461. 8- 571. 3. Casus à Deo dirigitur in effugium casus. 6.

MOYSES.

An prunas ardentes voraverit? 130.4.

MUNDANI: Vid. *SÆCULARES.*

MUNDUS.

I. An conditus vere? 311. 36. Quomodò intelligendum? 37. Quo ordine quoad tempora, & ordinem dierum constitutus sit mundus? à n.40. Multa condidit Deus in mundo extra ordinem, quem modò habent. 41. Principium anni Hebræorum respondet principio mundi. Ibid.

II. Mundus cur similis igni? 499.13. Basiliscо? 21. Aquæ? 576.8. Equo fallaci? 12. Rubo Moysis? 285. 2. Chamæleonti. 287. 8. Cur in lubrico positus? 574. 1. Qui emergere conatur, magis in illum immergitur. Ibid. Debet addesse cautio vel in calcatione. 2. Quare ut sit rectitudo, necessaria pedum claudicatio? Ibid. Quare calcandum unico pede? 3. Mundus totus laqueus. Ibid. Soliditas fluxa. 7. Et fluxu fluxior. 8. Amor mundi & cœli poli oppositi. 10. Nulli mundus servat fidem. 13. Cur dicitur malignus? 15. Ita obstinatum obcæcat, ut resipiscentia non resipiscat. 16. An mundus hominem fascinet? 503. 23. Si homo veneno mundi non insanit, insanit mundus. 21. An homo fascinet mundum, & quomodo? 24. Aspiciendus, tanquàm aspectu indignus. 27. Mundus nocet, quando placet. 26. Quomodo habitatio in mundo pendeat ab effectu? 205.5. Adhuc in mundo jacente latet periculum animæ. 221.22.

III. *Gloria mundi* caduca. 91. 1. Gaudia illius fletus. Ibid. Videri non possunt, quæ in illo videntur, quia phantastica somnia, & gaudia mentis ludibria. 2. Gloria momentanea. 3. Ludus somniantis. 5. Videtur oculis clausis 6. & 11. Cuncta fortunæ missilia. 352. 15. Qui sani, dilectione fiunt insani. 94.7.12. Infatuati. 8. & 11. Insipientes mundi bona arbitrantur constantia. 9. Nulla videntur. 10. Horum amatores insipientes corde. 12. Quæ judicatur gloria invenitur ignominia. 10. Cur homines sequuntur mundum scientes esse vanum? 12. Quomodò ab illis videtur, si non videtur ab illis? 14. Cur mundi visio pendet ab animo? 496.1. Dum mundus videtur, cordis est vitium, & nequaquàm oculorum. Ibid. Cur est in tenebris, qui larvam videt mundanæ felicitatis. 4. Unde gloria constet phantastica? 5. Ubi judicatur gloria, judicantis claret stultitia. à n. 6. Ni videantur cum reflexione, cuncta videntur obliquè. 8. Qualis jocus mundi in dilectorum ludibrium? Ibid. Dilectio vel odium facit visibilem, vel invisibilem mundum? 9. Qua arte mundus evanescat? 10. Si cognitioni claritas, oculis ingeritur cæcitas. 11. Aspicitur, si despicitur. 14. Quomodò habetur gloria mundi, dum non habetur? 16. An in mundo, cujus in cœlestibus conversatio. 205. 7. Utile mori mundo. 10. Non est mundi memoria, ubi vita sepulta. 11. Despicabilis mundus unde? 17. Quàm fallax! 219. 18. Nocet aspectus vel intransitu visus. 21. Ejus majestas vanitas. 237.18-249. 10. Est ludibrium oculorum. Ibid. Quomodo homo despectum amplectitur. Ibid. Quomodò mundus aridus & floridus? 285. 1. Erit in mundo transitus innocuus, si cogitatur ut transitus. 2. Vincitur omninò mundus, si nullum signum despectus. 4. Propudium est vinci à victo. 8.

IV. *Despectus.* Cur lux debet esse in tenebris mundum calcantium? 575.4. Vel calcatus evomit virus. 6. Si claudicat amor mundi, supervolat amor cœli. 11. Existentia, vel non existentia mundi pendet à corde. 17. Non est in mundo, qui non est mundi. 18. Relinquit mundum, qui respicit cœlum. 499. 14. Quomodò vel fallax fallitur? 15. Summa perfectio, non esse in mundo mente, sed tantùm corpore. 502. 21. Qui mundum despicit non videt mundum, sed insanum. Ibid. Si homo mundum despicit, mundus corruit. 23. Et evanescit. 206. 9. Venenum ex fascinatione mundi retorquetur in ipsum per fastidium. 503. 24. Quomodò mundi despectus necessarius, ut videatur mundus. 26. Insigne, mundum ab homine deseri, quin possit à mundo exire. 206.8. Stat gloria cœli in despectu gloriæ mundi. 249. 9. Quænam mundi perfecta renunciatio? 11. Melius, mundum non cognoscere, quàm despicere. 334. 1.

MUNERA.

Dentur juxta exercitia. 45.9-54. à n.7. Munera obtinentur muneribus, & per munera merita. 344. 8. Vid. *Dignitas, Electio, Indignus.*

MURMURATIO.

Detrahere mortuis signum malignitatis. 587.4. Verborum erit splendor, si loqui labor. 411. 1. Detrahentium dulcedo, aliorum amaritudo. 78. 10. Quando obtrectatio specie reformationis. 543.1. Descriptio detrahentium. Ibid. Cur dicuntur canes? 2. Leones? 6. Similes oculo & denti Gorgonum. 53. 4. Solamen afflictorum à detractoribus. 544.1. Sæpe audaciores, qui moribus pravis. 2. & 12. Loquentes fauciant. 3. Cessant à latratu in morsum. 4. Officio omnia corrodunt. 5. Quicquid dens tangit, in ore putrescit. 6. An perculsi rabie? 545.9. Cur serpentes? 10. Venenum habent pro verbis. 11. Eorum labia dæmonis sedes. 12. Vid. *Lingua, Detractor, Præses.* VII. & *Verbum, Delator.*

MYSTERIUM.

Quæ mysteria magna apud Ethnicos? 366. 1.

N

NIX.

Ubi ardes? Vid. *Ignis,* & *Purgatorium.*

NOBILES.

Artes phantasiæ & arrogantiæ nobilium. 54. 10. Sæpe prava petunt & ennixim. Ibid. Fallax decus, illorum splendor domus. Ibid. Vid. *Electio,* & *Dignitas.*

NOX.

Illuminata quando? 135. 15. Partes noctis olim vigiliæ dictæ? 301.3. Nox pro morte. 58.3.

NUDIPEDALIA: Vid. *CALCEUS.*

Index Generalis

O

OBEDIENTIA.

Obedientiæ perfectæ quanta promptitudo! 157.10. Per pronaptam, dicitur factum, quod faciendum. 15. Frustratur actus, si deficit modus. 26.1.4. Insigne obedientiæ in quo? 3. Ni omnis obedientia, nulla. 1. Sit modus obediendi juxta modum imperantis, licèt ratio cogitet alium modum. 5. Exactè obeditur, dum ignoratur in posibilitate posibilis alius modus. 6. Aptius, si posibilem impossibilem cogitet. Ibid. Judicium contra judicium. 7. Aliud vellet, si vellet aliter. 8. Ratio clauda velocissima. 9. Elevatur, si ductrix ducta. 10. Caret proprio sensu, alieno voto. 11. In opposita subimis. 12. Major in obediendo, jussis contrariis. 20. Unde causa triumphi? Ibid. Rationis subjectio, pretiosa cordis oblatio. 14. Qui obedientiæ studet, illam, non se respicit. 15. Magna legis observantia, quam sequitur obedientia; & nobilius sacrificium, sacrificare intellectum. 17. Et sustinere rationis captivitatem. 18. Maximè contra intellecta & infallibilia. 19. Quàm illustre hujusmodi animæ suspendium! 20. Intolerabile, rationem subjicere insipientiæ. 176.17. Nemo ultrò veneratur, quem cognoscit inferiorem. Ibid. Per superiorem subditis loquitur Deus. 441.11. Mortificatio per obedientiam acceptior, quanvis sit minor. 455.14. Facilior labor & pœna jucundior. 15.

OBLIVIO.

Pro despectu. 263.10. Pro ignorantia. 11. Pro re oblivisscenda. 14. Quid sit anathema oblivionis? 11. Templum Amoris oblivioni. 15. Aqua Lethes pro oblivione. Ibid. Pro mutatione malorum & bonorum. 19. Quid sit oblivione oblivisci, & memoria? 20. & 22. Mira lupi cervalis oblivio. Ibid. Cur flumen oblivionis cum flumine mœstitudinis? 327.12. Vid. *Memoria.*

OCCASIO.

Peccati fugienda. 197.5. Maximè ex deliciis. 338.2. Qui illius satagit, statim perit. 197.5. Qui in tentatione fugiendo properat? 338.1. Fugæ occasio à tentationis principio. Ibid. & n.2. Lædit occasio obvia, quid quæsita? 5. Cur similis fumo? 7. Difficile periculum fugere in periculi occasione. 8. Facilius excluditur, quàm expellitur. Ibid. Lethalis ictus levis oculorum jactus. 9. Ubi homo occasionem fugit, Angelus pro illo contendit. 10. Nocet in virtute confidentia. 11. Corona in fuga. 13.

OCULUS.

Pro vita. 57.3. Pro illo cujus est oculus. 64.18. Pro favore, vel molestia. 5-262.8. Pro complacentia ex inimicorum pœna. 59.6. Pro re visa. 7. Pro tota facie, & pulchritudine. Ibid. Pro intellectu. 17. Oculi indices animi. 15.26. Cur oculus vocatur porta cornea? 63.13. Quod oculo probatur, non fallibile. 15. Cur qui oblique respicit, visa auget? 506.8. Cur ita visa à videntibus non videntur? 9. Quid signet manus oculata? 85.9. Quid sit suffusio oculorum? 95.13. Unde idem diversè à diversis videtur? Ibid. Non in oculis oculorum visio, sed in animo. 80.3-496.2-542.8. Quorsùm oculus in summitate virgæ regentis? 71.7. Cur in corde? 79.1. Discrimen cæcitatis mentis & corporis. 5. Ne mundus noceat, qui videt spuat. 504.26. Oculis inest cæcitas, ubi intellectui cognitionis claritas. 11. Vid, *Cæcitas, Eucharistia, Mundus.*

OFFICIUM.

Vid. *Dignitas, Electio, Indignus*, & *Præses.* Quilibet proprium adimplens ministerium, habebit regnum cœlorum. 450.13. Erit salvatio ligato officio. 14. Quando in officio nullam officium? 451.1. Occupatio non æstimatur à facto, sed ab officio. 2. Officium pastoris in quo? 5. Unusquisque in proprium munus. 6. Etiam est coram Domino, qui consulit officio credito. 9. Orant, qui se obligationibus ligant. 11. Volat in cœlum, qui suum adimplet officium. 12.

OLIVETUM.

Templum in monte Oliveti cur sine tegmine? 370.2.

ORATIO: Vid. *CHORUS.*

OS.

Oris acceptiones variæ. 97. à n. 2. Vid. *Scriptura.* Exempla morientium loquentium peregrinis linguis. 101.13. Vid. *Lingua*, & *Loqui.* Cur homini unum os, & binæ aures? 411.1.

OSSA.

Vehi humeris fato functorum honor. 477.33.

OTIA.

Piscis, cujusnam conditionis? 37.1.

OTIUM.

Jocus insignis de Monacho otioso. 329.5. Quando laxatio per otium est relaxatio? 481.2. Loquacitatis mater otiositas, & etiam curiositatis. 3. Vid. *Curiositas. Murmuratio. Detractio.*

P

PALMA.

Cur dicitur Phœnix? 151.4. Igne floribus plenior. 7. In illa locus est flori, qui patuit vulneri. 8. Emortua renascitur. 1.

PALLADIUM.

Quomodò invisibile? 492.4. Sublato, capitus Troja. 2.

PAPYRUS.

Qua arte navigia ex papyro? 595.17.

PARADISUS.

Ambiebatur igneo muro. 407.4. An Cherub paradisi modò cum gladio? 5. Quomodò petitur à Japonibus? 267.17. Alaodini paradisus. 230.23.

PARASCEVE.

Quid? 303.10-308.26. Feria sexta cujuslibet hebdomadis dicebatur Parasceve. Ibid.

PASCHA.

Pro agno & azymis. 305.18. Pro sacrificiis paschalibus. 19. & 21. Pro cœna pura. 23. Pro victimis pacificis, & votivis. 20. Celebrandum in Luna Martii, non Julii. 310.33. Non licebat immolari vitulum loco agni, vel hœdi. 306.21. Agnus tantùm debebat esse, vel hœdus non utrumque. Ibid. Agnus assus & essus sine sale. 149.47. Non offerebatur in holocaustum. 48. Pascha non habebat primam vesperam nec erat festum. 302.5. Vespera Paschæ idem ac prima azymorum. 6. An Pascha aliquando translatum? 304.12. Christus simul & Judæi vetus Pascha celebrarunt. 11. Christus cœnam celebravit azymis. 14.

PATER.

Percutitur patris affectus, ubi percutitur innocens filius. 426.8. Petitur, quia non percutitur. Ibid. Et quia non patitur. 9. Non mori magis grave. 10. Nimius affectus in filios nocuus. 483.10. Est verè pater, qui filii judex. 461.9.

PATIENTIA.

Gaudet duris. 327.1. Vid. *Martyr. Virtus.*

PATRIA.

Mortui pro patria. 494.11.

S. PAULUS.

Quo pacto illi mundus tenebrosus? 497.3. Cur illumi-

minatur, ut videat, quod non videtur. 499. 12. Vid. *Mundus*. II.

PAVO.

Ejus pulchritudo commendabilis. 512. 6.

PAUPER: PAUPERTAS.

Unde pietas in pauperes? 55. 12. Saluti imminet periculum, ubi aliquid portatur à religioso superfluum. 216. 5. Anima plena, dum bonis sæculi vacua, & contrà. 4. Paupertas voluntaria jucunda. 380. 1. Felicitas summa. 2. Cur Aquilæ confertur? 1. Cur dicitur mater amoris? Ibid. Non magni paupertas ex necessitate, sed ex electione. 4. Formidat diabolus pauperem voluntarium. 10. Vincitur vel ante victoriam. Ibid. Ingenio paupertatis inops abundat divitiis, & orbem possidet. 13. In quo gratia inopiæ voluntariæ? 15. Illà sursùm corda. 2. Est in cœlum via. 16. Vide *Franciscus*, & *Renunciatio*.

PAX.

Discrimen pacis veræ & falsæ. 490. 11. Veræ pacis signum unitas cordium. 2. Non pax pacis species. 279. 14. Quomodò in pace discordia? 15- 488. 3. Quæ vera? 1- 280. 19. Unde pugna major oritur, quùm pax intenditur? 284. 10. Non in unione societas, si cordium abest conformitas. 490. 8. Pax vita hominis. 488. 1. Cuncta bona. 9. Intuitus peculiaris pacis obex. 10. Cur pax mundi falsa? 11. Ut sit pacis ordo, unusquisque in loco suo. Ibid. Conditiones veræ pacis. 14. An ex officina pacis fomentum persecutionis? 284. 10. Quæ felix inter subditum & Superiorem? 390. 5. An vanitas conciliet inimicitias? 8. Conciliatur pax inferioris humili subjectione, & superioris generositate. 10. Dirimitur discordia interveniente gratia. 8. Pax nulla, ubi vindictæ memoria. 491. 12. Ubi multæ intelligentiæ & duplex cor, aufugit pax. 13. Vid. *Concordia*, *Congregatio*.

PECCATOR.

Unde si Deus clementissimus, perditio peccatorum? 560. 21. Dies illorum quomodò abbreviantur? 319. 57. Mores. 429. 1. Quanta contentio rationis, & appetitus sensibilis? 120. 1. Perditorum projectorum de impietatibus gloriatio. 429. 1. Quanta cæcitas! 409. 8. Fiducia quàm vana! 278. 11. Surdescunt criminibus. 335. 3. Malum si cæcitas rationis ex obcæcatione voluntatis. 589. 9. Tanta audacia, ut non tantùm peccent, sed & offensum provocent. 14. Malum peccare spe veniæ. 596. 19. Clementia Deitatis quanta in vocatione peccatoris! 121. 3. Invenit peccator in refrigerio cruciatum. 165. 13. Non vivit. 335- 5. Plectitur, ut convertatur. 572. 7. Plaga est medicina. 6. & 7. Horror ex despectu clementis benignitatis. 11. Sanguinis Christi effusio, peccatoris in judicio confusio. Ibid. Dum magis propitiatur, magis offenditur. 12. Vide *Deus*, *Christus*, *Clementia*, *Peccatum*. Præbent peccatores instrumentum in supplicium. 211. 8. Projecti peccatores ad omnia scelera. 430. 2.

PECCATUM.

Inultum: vide *Misericordia*, *Justitia*, *Judex*. Prævalent peccata, quia sine pœna. 429. 2. Quando peccata parentum propria filiorum? 556. 13. Ubi non à malitia medicina obvia. 80. 4. Cognitio peccati, medicina peccati. 5. Multum distant crimen à cæcitate, atque cæcitas à crimine. Ibid. Mala occulta pejora. 123. 8. Ubi placet ægritudo, caret remedio. 81. 5. Peccatum simulatum præsens venenum. 123. 9. Præsentius, ignorare quantum malum. 10. Signum amentiæ voluntariæ. Ibid. Sufficit quòd peccatum, ne sit occultum à n. 11. Medicabilia fragilitatis vulnera. 81. 5. Feritas est peccare fiducia misericordiæ. 588. 6. Quanta! 7. Ubi in peccando malitia, quæ extrema sunt deteriora. 8. Vita in crimine non est vita. 335. 4. 6. Quomodò ex peccato vita brevior? 7. Vita vitæ peccato mori. 208. 18. Quænam novitas vitæ in hujusmodi morte? Ibid. Cur peccata conferuntur vulneri, & alia lepræ? 244. 9. Dolor peccatorum dolore tollitur. 11. Voluptas doloris origo. 13. Infirmatur homo medicamine, peccatorum consuetudine. 278. 11. Confitetur peccata, qui occasione remota. 124. 12. Vid. *Confessio*, *Occasio*. Crebrà cogitatione peccati, lachrymæ oriuntur ex corde. 128. 17. Peccati patet gravitas, ubi exacerbatur pietas. 420. 3. Per passas à Christo pœnas, patet iniquitas. 572. 8. Via iniquitatis velamine Religionis. 20. Peccatum etiam veniale vitandum. 244. 9.

PECUNIA.

Profusa prodest. 210. 4. Vid. *Avaritia*.

PERFECTIO: Vid. *MONACHUS*. IV.

PHILAUTIA.

Vid. *Voluntas propria*, *Amor sui*, *Singularitas*, & *Obedientia*. Pervertit judicium. 168. 5. Dolus ejus. 451. 3. Destruit virtutem ob virtutis speciem. 4. Non est singularis virtutis, qui singularis. 454. 12. Vid. *Hypocrisis*, & *Scientia*.

PHOENIX.

Igne reflorat. 151. à n. 4. Oloribus sepelitur, ut surgat. 10. Ejus pulchritudo eximia. 12. Cur dictus Sol in terris, & famosus singularitate? Ibid. Insignis ortu, vita, morte, & resurrectione. Ibid.

PHYSALUS.

Quisnam piscis, & cujus symbolum? 250. 13.

PENTECOSTE.

Quid olim & quando celebranda? 303. 10- 308. 27.

PERCUSSIO.

Pro displicentia. 395. 4. Pro conscientia. 6. Pro tactu & separatione. 6. Pro deformitate, & tædio. 7. Pro adversitate, & amore. 9. Pro morte. 10.

PERFECTIO: Vid. *VIRTUS*. II.
Et *MONACHUS*. IV.

PES.

Ejus partes & ossa? 2. 2. Pro femore, inguine, & sexu. 4. Pro latere. 6. Pro unico pede. 7. Pro gressu, aut incessu. 11. Pro illo cujus est pes. 12. Pro mente, & affectu. 13. Quid est ambulare pedibus? 23. à n. 40. Quæ fœmina dicatur humipes? 43. Vide *Fœmina*, *Sandalia*. Qui sint pedules? 190. 27. Nudipedalia? 185. à n. 17. Vid. *Calceus*.

S. PETRUS APOST.

Ejus humilitas. 225. 8. Lachrymæ pretiosæ. 128. 16.

PIETAS: Vid. *MISERICORDIA*.

PLUVIA.

Prodigiosæ pluviæ. 137. 19.

POENA.

Quando medicina? 555. 11. Quomodò etiam interveniente innocentia? Ibid. Quomodò in peccatore? 12. Quando vel in innocente misericordia magna? 16. Cur pœnæ in innocentibus viventibus cum peccatoribus? 17. Videre pœnam sine medicamine, est gravior pœna. 82. 9. Si à Deo pœna, est gratia. 570. 1. Pœnis corporis sanantur vulnera mentis. 461. 8. Artes peccatorum in effugium pœnarum. 7. Quando & quomodò prætermittenda pœna? 10. Vid. *Miseratio*. Vehementia amoris probatur pœnis. 199. 10. 367. 3.

POENITENTIA: POENITUDO.

Compescitur clamor justitiæ à clamore pœnitentiæ. 245. 14- 573. 11. Deus indulget in pœnitentiam. 587. 4. Gratiarum tempora quando per illam disponuntur corda. 13. Miracula pœnitentiæ. 246. 17. In quo majus? 3. Pœnitens non cognoscitur, quousque à peccati occasione egreditur. 122. à n. 6. Unde pœnitentia

fletus amarus? 128.17. Illa evaneſcunt peccata. 242.1. Negat crimina commiſſa. Ibid. Per illam homo alter & ipſe. 2. & 16. Qua metamorphoſi? 15. Quomodò ejuſdem & pulchrioris naturæ? 2. Unde novus homo novâ vitâ & novâ formâ?4. Imò deſitione? 5. Nunquàm peccata & pœnitentiæ præſentia. 6. Nulla etiam vulnera. 10. & 11. Quæ pœnitentia ficta?6. Spongia doloris terguntur maculæ mentis. 7. Suſpiriis anima vulnerat corda, quantunvis ſaxea. 242. 14. Naufrago pœnitentia tabula. 244. 8. Nec relinquit vulnerum cicatricem in criminum cognitionem. 12. Cur pœnitentia dolentis baptiſma? 15.

POTESTAS.

Poteſt fieri,quòd licitè poteſt. 393.1-423.13. Vid. *Regimen*. Per gladium cur ſignata ſumma poteſtas? 388. 12. Machiabeliſmus de poteſtate. 393. 1.

PRÆDICATIO: Vid. *CONCIO.*

Inanis florida prædicatio ſine fructu. 117. 2. Ejus verba optima, ſi viſa. Ibid. Debet concionator prædicare, ut melior fiat, & meliores faciat. 3. Quænam illius illiteratiſsimæ literæ, & cogitationes ſine intellectu? 4. Prædicet operibus, qui exponitur imitandus. 5. & 6. Sine exemplo non eſt concio. 7. & 10. Loquitur mutè. 8. Tantùm gratia vocum indicium vanitatum. 9. Piget, audire ſalutem, & invenire mortem. 11. Eloquentior fiat magis factis, quàm verbis. 403. 6. Prædicatio non vera, ubi fugiunt medicamina. 448. 11.

PRÆSENTIA.

Comprobatur animo, non corpore. 483.8-542. 6. Vid. *Oculus, Præſes.* III. *Deus.* V. *Amor.* I.

PRÆSES, PRÆSUL.

I. Quàm commendabilis Præſidis humilitas, & ſimul charitas! 448. 6. Non ſibi eſt, ſed omnibus.43. 3-447. 1. Vivat officio. n. 2. & 5. Quæ aliquando videtur ſpecies contemplationis eſt fomes otioſitatis. 3. Seſe quærere, & non ſubditos, non virtus, ſed diaboli dolus. 7. Contempletur cœleſtem beatitudinem, verùm non deſerat gregem. 10. Aliter hyprocrita. 11. Simplex verbum præſidis accipitur ut oraculum. 414. 15. Occaſio ruinæ, illudere laborantibus. 550. 12. Præſes præſit. 36. 15. Sæpe in dignitate peſsimus, qui judicabatur bonus. 43. 1. Quare qui ante electionem rectus, pòſt ſæpe procedit claudus? 2. Non eligendus, niſi qui ſerviturus dignitati, non econtrà. 5. Qui bonus tantùm ſibi non eſt bonus. 6. Qui optimi ſubditi, unde in regimine ſtolidi? 9. Dignitas debet eſſe in commodum ſubditorum. 45. 6. In Præſide neceſſaria majeſtas, gravitas, & beneficentia. 275. 2. Comitas illi, & ſubditis congruit. Ibid. Ornatus in auditu clamoris ſubditorum. 87. 14. Audacia ſubdditorum compeſcitur, dum illuditur. 76. 5. Quis ſuperior arte, & non virtute? 199. 1.

II. *Affectio*, in præſide quàm nocua! 52. 1. Perperus ſi aurem non habet, niſi idolo, quod adorat. 36. 15. Periculum accedere ad præſidem, qui unam tantùm habet aurem. 39. 6. Non eſt homo, qui pertinaciter hæret ſemel concepto. 8. Quomodò peſsimus præſes, ſi conditione Angelus? 10. Qui facilis fide plerunque obſtinati cordis. 11. Benè aut malè affectus, eſt ſubditrum lues. 53. 5. Nocet facilitas, & difficultas amoris. 1. Malè affectus haud quieſcit, quouſque faſtiditum projiciat extra mundum in infernum. 13. Non tam ſtudet vulnerare, quàm vulnerati dedecori. 16. Latera ſæpe maligna. 48. 3. Quilibet affectus non affectus, ſed lapſus. 199. 2.

III. *Exemplum.* Dormiente ſuperiore oriuntur in regimine procellæ. 74. 13. 276. 3. Malè cohærent virutis elogia, & prava vita. 545. 8. Oculi præſidis ſolatium laboris. 80. 4. Præſentia ſubditis utilis & gratioſa. 275. 1. Quare? 280. 16. Quàm neceſſaria! 276. 3. Similis ſit ſubditis, qui vult ſimiles. 203. 14.

IV. *Correctio.* Prudentiæ correctionis cedent ſubditorum corda, licèt ſaxea. 414. 12. Fulminat præſes ſuavis, ſi irritatione commovetur bilis. 588. 5. Plus doleat de dolore præſidis pectus, quam ſubditus flagellatus. 212. 9. Etiam cum poteſtate nullus ictus, ni juſſerit Deus. 423. 13. Poteſtatem aliquando reprimere eſt augere. 390. 6. Qui modus in correctionem peccati? 551. 1. Quando in reprehenſione mirabilis? 77. 10. Cognoſcat vel delinquentes eſſe fratres. 175. 14. Subſiſtit reverentia in amore, non ſeveritate. 12. Manſuetudo illuſtrat. 542. 7. Melius occurrere malo, quàm ſtudere remedio. 282. 6. Vid. *Correctio.*

V. *Indignus.* Unde infatuatio indigni præſidis? 172. 3. Malus quo cognoſcitur? 490. 9. Frigiditate, ſeu incomitate languent corda ſubditorum. 74. 14. Quando poteſtate furioſus? 174. 13. Vel clamor innocentiæ plectitur capite. 39. 4. Præſes indignus, qui dignitate dignoſcitur. 47. 13. Unde apparet ſine capite? 11. Extra dignitatem apparet, quis & quantus in dignitate ſederit. 12. Vid. *Indignus.*

VI. *Viſitatio.* Cur Præſes viſitans adinſtar medici? 276. 4. Quænam ejus munera in actu viſitationis? 277. 6- 281. 1. Unde conſtet, ſe gerere viſitatorem? 277. 7. Viſitatio nulla, ubi ratio affectu cæca. 8. Cuncta audienda, videnda, & viſitanda. Ibid. Quanta ruina ex diſsimulatione criminum, vel ex futilitate medicaminum! 9. Unde vulnera medicamine ampliora? 278. 10. Nocujor infirmitas, quæ apparet ſanitas. 12. & 17. Simulatur valetudo, & tunc ægritudo major. 14. Quomodò ex pace diſcordia,& languor ex medicina? 15. Tunc vulnus altius. 18. Caſſa omninò viſitatio, ubi gravati non liberantur à jugo. 281. 1. Sit redemptio, & non afflictio. Ibid. Suſpicetur criminoſi accuſationem magnum crimen. 2. Tyrannus machinatur injuriam, ſi oppreſsi de injuria clamant. 3. Ni omninò liberentur, magis opprimuntur. Ibid. & 11. Quare tunc jugulatur ſubditorum honor? 5. Accuſat priùs improbus, in quibus accuſandus. 7. Summum malum, mala videre, & expellere nequire,vel nolle. 14. Opus eſt armis in offucias tyranni præſidis. Ibid.

VII. *Lingua.* Nihil turpius, quàm præſes maledicus. 545. 6. Sæpe quia fortunatus procax. 71. 6- 73. 12. Unde audacia? 414. 7. Linguæ imperium teneat. 411. 1. Quando ejus verba vulnera? 70. 2. Lubrica lingua ſine rationis regula. 5. Quia poteſtatem habet, ne dicat, quod in buccam venerit. 6. In imprudenti idem verba aperire, ac procellas jaculari. 13. Non tumeſcat vento, nec loquatur corde turbido. Ibid. Cur ſimilis mari? Ibid. Signat morbum. 412. 5. Pluviam ſaxorum. 6. Indignæ voces mentis vacuitates. Dedecus dicere, quæ non diceret ni præſes. 8. Semper loquacitas, ſi tantùm loquitur dignitatis auctoritas. 13. Unde verborum pervicacia? 71. 7. Munus & officium ſint linguæ frænum. 12. Habeat authoritatem ad imperium, non in opprobrium. 14. Linguoſus ſalibus percutit. 11. Vid. *Sales.*

VIII. *Circumſpectio in verbis.* Ubi lingua ſine regimine, præſes ſine auctoritate. 69. 1. Notatur vel lapſus linguæ. 2. Quàm nocua ab illo incogitata verba vel in caſum, vel in jocum. 415. 15. Mentis perfectio vel imperfectio ex verborum ſono. 72. 10. Ni verba juxta judicium, non habet cerebrum. 411. 3. Verba ſint verba non ſaxa. 6. Quando gladius? 14. Verborum phroneſis, conſideratio dignitatis. 8. Etiam ictus, non loquatur ut ictus ſed ut præſes. 9. Sint verbæ cir-

circumspecta juxta regulam prudentiæ, non linguæ. 71. 7. Priùs meditanda, quàm proferanda. 8. Ne sint juxta regulam pravam tyrannidis, sed mentis. 6. Hieroglyphica. 7. Quam cauta debeat esse præsidis lingua? 6. Cur oculus debet esse in lingua? 7. Linguæ sonus cœlestis, si sedet in throno rationis. 10.

IX. *Tyrannis.* Scena tyranni præsidis. 283. 9. Artes maligni. 421. 6. Quodnam extremum malæ intentionis? 11. Quo magis Deum tentat? 7. Unde tyrannis? 547. 1. Nec indulget mala fieri, nec dolorem exprimi, nec subditos respirare. 3. & 4. Qua arte geminat afflictiones? 5. Invitat tyrannum in cruciamen scire subditos sentire dolorem. 7. Unde perversæ cogitationes? 421. 7. Vel subditorum querela judicatur injuria. 549. 10. & 14. Malignitas odii dominantis, ars & calliditas. 11. & 12. Ex patientia subditorum excandescit ira, qua gravet onera. 13. Ejus malitia. 14. Reflexio. 282. 4. Industria pro subditorum dedecore. 7. Cur similis Atticinio? 5. Dæmon est specie hominis. 173. 7. Non cessat, quousque aversum consternat, & inhabilem reddat. 55. 15. 16. Solus Deus potest reprimere odium illius. 270. 2.

X. *Prudentia.* Quando verba proferre, quando nulla? 75. 2. Quando lingua sepulta nocua? 3. Unde cœlestis locutio? 10. Non deturpat honorem, quod Superior subdito cedat in pacem. 390. à n. 5. Indecora vox: *Non putabam.* 43. 2. Nescit regere, qui nescit dissimulare. 74. 1. Congruit, omnia scire, & scire non cognosci. 2. Videre & oculos claudere. 3. & vultum opportunitati accommodare. 4. Vid. *Princeps.*

XI. *Justitia.* Quo obtineatur erga subditos præsidis æquitas? 37. 18- 201. 9. Dedecus, ubi calumniæ datur locus, & innocentiæ negatur accessus. 39. 5. Furiosus, vel dæmon? qui semel apprehensa retinet. 9. A rectitudine deviat, qui se inclinat. 199. 2. Quando similis accipitri? 7. & 8. Stat, ubi in medio est. 199. 2. Turpe, ubi ad judicium non accedunt, nisi ab ipso vocati. 39. 6. Pessima decreta revocanda. 14. Affectione opprimitur majestas. 200. 2. Et oritur inter subditos discordia. 3. Æqualis sit, ni alius à se. 4. Videtur in mundo illusio imaginationis æqualitas præsidis. 6. Juxta leges exerceat potestatem. 593. 1- 452. 7.

XII. *Gratiæ.* Quæ aliquibus gratia cæteris vulnera. 200. 5. Cognoscat oves, ut cognoscatur pastor. 451. 5. Præsidis gratia quomodò ministrorum insolentia? 161. 10. Sit primus in gratiam. 270. 2. Corda subditorum sint thronus præsidum. 199. 2- 447. 4. Exaltat thronum deserere in subditorum subsidium. 448. 6. Dimittat spiritus elationem propter subditum laguentem. 7.

PRECES.

Cur olim pingebantur claudæ? 8. 14.

PRINCEPS.

Vid. *Præses* latè. Principis munera quænam? 159. 3. Optimi principis, esse tantùm dignitatis. 450. 1. Acceptiones hujus vocis *Princeps* in Scriptura. 315. à n. 47. Princeps surdus vitâ mortuus. 37. 2. Ruina, ubi mutata causa, irrevocabilis profertur sententia. 7. Malum signum in Principe aures jumentorum. 41. 12. Non est bonus, qui non bonus ad oves. 3. Tunc magis micat dissimulantis ratio, dum non judicatur homo. 76. 7. Ostendat risum, quod pungit stomachum. 11. Non indulgeat, ut crimina foveat, sed ut corripiat. 13. Prudentiæ diligentia appareat stultitia. 12. Principis celsitas cum cæteris humilis æqualitas. 199. 1. 9. Unde non cognitio superioritatis in superioritate Principis? Ibid. Ligari officio, est vera animæ in cœlum elevatio. 452. 5. Vid. *Regimen.*

PRODIGIUM.

Majora prodigia in Catholica Ecclesia, quàm in Synagoga. 144. 37. Vid. *Meteora.*

PROMISSA.

Verba irrita non verba. 99. 8. Cur amantium vana? Ibid.

PRUDENTIA: Vid. *REGIMEN.*

Vid. *Præses*, & *Princeps.* Imago prudentiæ. 76. 4. Prudentiæ perfectio in modo. 6. Tempori cedendum. 1. Congruit omnia scire, sed non omnia prosequi. 2. Vivere & statuas esse, cognoscere & ignorantiam affectare. 3. Sed occasione aperire. 4. Prudentiæ excellentia non audire audita. 5. Ridendus est visus. Ibid. Floret judicium illæsum, dum judicatur amissum. 7. Summa prudentiæ in quo? 10. In delationibus quanta? 11. 11. 85. 9. Vid. *Delator.* Argumenta prudentiæ pro tolerandâ afflictione. 550. 11. Vid. *Subditi.*

PURGATORIUM.

Ibi pœna gravissima. 162. 1. Cur symbolum in rubo Moysis? Ibid. Animæ patiuntur in flamma, ut collocentur in gloria. 2. Unde illis acrius tormentum? Ibid. Rigent & ardent. 3. Pœna gehennæ speculum Purgatorii. 4. Ibi quomodò frigus ex ardore, & ardor ex nive? Ibid. Ita cur summum tormentum? 5. Et acerbissima pœna? 6. & 7. Quomodò animæ exuruntur, & frigescunt? 8. Graviora, quia contraria cruciamina. 10. & 11. Quo pacto ibi ignis & glacies? 12. Uniuntur quæ insociabilia. 13. Cur purgatorium temporalis infernus? à n. 14. An modus ignis in purgatorio sit major mortificatio? 17. Quare cruciamina inferni in tormentis purgatorii? 18. Querimonia animarum de oblivione viventium. 598. 23.

PURIFICATIO.

Magna quo ritu apud Ethnicos fiebat? 439. 1.

PURPURA.

Quæ dicebatur felix, & infelix? 386. 6. Unde pretium purpurarum? Ibid. Cur Martyres signati per purpuram? Ibid.

Q

QUERIMONIA: Vid. *SUBDITI.*

R

REGIMEN.

Quanta in regimen prudentia! 74. 1. Unde tyrannis in regimine? 547. 1. Vid. *Præses* IX. & *Subditi.* Modus potestatis quanti! 353. 16. Ordo in quo? 412. 7- 419. 1. Unde regimen insigne? 490. 9. 551. 1. Nullum, ubi qui regit, regitur. 36. 15. Unde recti regiminis pondus? 18. Regimen quod in aliis rutilat, proprios humeros gravat. 505. 3. Inter homines odiosa tota dominatio & tota servitus. 353. 16. Et in loquendo omnimoda servitus & omnimoda libertas. 547. 1. Nullus in regimine potest, quod tantum potest. 393. 1. Oblivioni dentur injuriæ privatæ. 413. 9. Non rectum regimen in munera admitti parem, & excludi digniorem. 168. 5. Mors consideranda pro regiminis prudentia. 172. 3. Armis & literis firmandum imperium. 402. 2. Quare imperium signatur per bestiam? 173. 7. Cur bestiæ regentes plauduntur docti? 8. Ascendunt, ut cadant. 9. Regimen perperum, si virgæ ad manum. 13. Cur dextrum brachium signatur regimini in rebus agendis? 45. 10.

RELIGIO.

Vid. *Chorus*, *Monachus.* Solicitudo religionis vel apud Ethnicos. 464. 1. Vid. *Templum.* Multi malunt filios

mori, quàm in religionem ingredi. 483. 10. Sed moriuntur dulcedine, qui vivebant in Religionis acerbitate. 12.

RENUNCIATIO.

Bona temporalia aptiùs deponuntur, quàm calcantur. 215.3. Cuncta posthabenda saluti animæ. 5. Nulla in anima salutis nota, ni removeatur à terra. 6. Oblivionis recordatio, obliviscentium aliquando imperfectio. 286. 3. Vel leve vestigium pedis manet fomes vanitatis. 4. Surgit in animam pugna ex vanitatis memoria. 5. Sui renunciatio, major gloria. Ibid. Sui oblivio, perfectionis recordatio. 6. Pugna ex victoria est ignominia. 7. Non vincitur mundus, si ex calcato fastu fastus. 9. Est ventus, sed non triumphus. 13. Vid. *Monachus. Mundus.* IV. *Paupertas.*

RESTITUTIO.

Haud dubitandum de restitutione scito domino. 596. 20. Et restituendum ex integro. 21.

REX: Vid. *PRINCEPS.*

ROMA, ROMANI.

Vaticinium de Imperio Rom. 67. 23. Natalis urbis quo ritu. 130. 3. Sine calceis non egrediebantur è domo? 182. 12. Calceamenta insignia apud illos. 22. Usus etiam caligarum. 27. Quorsùm Luna in caligis Romanorum? 28. Superstitio Religionis quò Roma condita. 184. 16. Lex iniqua Romanorum de patria potestate. 348. 7.

RUBUS.

Horeb, quantum miraculum? 141. 29- 144. 37. In illo signata futura insignia portenta. 167. 1. Prodigium ardentis & intemeritatis. 132.8- 155.2. Ignis rubi non phantasticus. 134. 14. Quomodò ignis potuit esse in rubo? à n. 21. Cur omnes montis lapides post flammam in rubo apparent rosis effigiati? 170. 13. An aridus rubus floruerit? 14. Ita rubus cujus symbolum? 151.3- 159.2- 163.4- 167.1- 285.2- 336.9.

RUMUSCULUS.

Cur audiens confertur mari? 74.13. Vid. *Murmuratio. Præses.* II. *Delator.* Ni essent aures, deficerent delatores. 41.11.

S

SACEON.

Quodnam festum apud Babylonicos. 353.17.

SÆCULARES.

Vid. *Mundus.* Quæ in sæculo voluptates sunt cordi vepres. 481.5. Via sæculi religioso non via. 6. Felicitas sæculi laboriosa. 214. 1. Afflictionibus, quibus sæculares opprimuntur, religiosi sublevantur. 216. 6. Sæculares Monachorum insidiatores. 218.11. Post sæculi naufragium, descendunt in infernum. 14. Notitia Sæcularium religionis exitium. 11. Sæculares felicitate apparenti suffocantur. 14. Vid. *Monachus* V.

SÆVITIA: Vid. *CRUDELITAS.*

Quo pacto sævitia vel oppressis vitâ concessâ? 569. 40.

SAGITTA.

Arundo pro sagitta. 405. 13. Cur radii Solis dicuntur sagittæ? 11. Cur calami sapientium? 14.

SALES.

Linguosus propter verbali gratiam corrumpit intimorum amicitiam. 73. 11. Sanus delirat, & jocosè sauciat. Ibid. Sales in prelatis non lepores. 74. 14.

SALIVA.

Hominis sputum cui venenum? 504. 27. An serpentibus? à n. 21. Cur amuletum fascinationis? 23. Cur mundus spuendus? 26.

SANDALIA.

Quid Sandalia & cothurnus? 16. 27. Insignia auctoritatis & nobilitatis. Ibid. Ornatus fœminarum in periscelidibus. 28. Signa amatoria in soleis. Ibid. Calcei aurei, & etiam in viris. 29. Quare in cothurnis color purpureus. 32. Sandaligerulæ servæ & etiam servi. 186. 19. In accubitu convivæ deponebant sandalia. Ibid.

SANGUIS.

Terra sanguine feracior. 385.9. Vid. *Christus.* VIII. *Martyres.*

SAPIENTIA: Vid. *SCIENTIA.*

SCIENTIA.

I. *Falsa*, nocet. 251. à n. 1- 255. à n. 1. Stultissimus, qui sibi videtur doctus. 251. 1. Quid est sapientia mori? Ibid. & n. 3. Delirat. Ibid. Unde dirior furor. 1. Descriptio hujus amentiæ. 2. Patitur cerebrum vanitate literarum. 4. An flendi, vel ridendi? Ibid. Abyssus sunt confusionum in specie literarum. 5. Lux tenebrosa. 6. Repleti vento. 7. Cur vento confertur fastus ex literis? 8. Cur Auroræ? 9. Unde constet vanitas? 10. Phantasiâ ludit & illuditur. 11. Describitur scientiæ ostentatio. Ibid. Flatu accenditur, & flatu extinguitur. 12. Cur cometæ similis? à n. 13. Quàm stolida studia! 2. Literæ vacuæ. 4. & 14. Infatuantur scioli. 255.1. Sæpe arrogantia ex unica litera. 2. Colitur stultitia pro Minerva. 3. Nulla fastosi scientia, quia credit scire omnia. 4. Censet alios insipientes. 6. Nota patet barditatis. 7. Sapientia non à cathedra. 8. Est discipulis spectrum, dum se arbitratur orbis miraculum. 9. Cogitationes stultissimæ. 10. Pondus ab imaginatione in statera phantasiæ. 11. Cur ponderatur ventis scientia bambalionis? 12. Ineptiæ. Ibid. A mentæ ægrota nil aliud nisi stultitia. 13.

II. *Vera.* Cui literæ permanentes? 255. 1. Doctus mirabilis, si humilis. 2. A sapiente scientia propria cognoscitur ignorantia. 3. Essent multi docti, ni judicarentur esse. 13. Non docti, qui libris onerati. 4. Ubi Dei non est dilectio, literarum infatuatio. 5. Vera scientia, qua sapit anima. Ibid. Qualis scientiæ gladius? 402. 2. 5. Quomodò gladius & lux? 8. Unde verba lucida? 14. Est veræ notitia scientiæ cum mortis cogitatione. 255. 2. Conditio characterum in cynere Olympi. Ibid.

SCRIPTURA SACRA.

Regulæ in intelligentiam, quibus non semper subaudiendum, quod docetur, sed aliquando. In Scriptura comparatio sine nota comparationis. 146.41- 458.14- 475.26.520.23. Antecedens pro consequenti. 556.28- 399. 14. Consequens pro antecedenti. 356.28. Eadem à diversis dicta modò huic, modò illi tributa. 451. 2. Auctor interdùm dicitur operis, qui aliquomodò influit, vel permittit. 398.12. 552. 3. Humana forma & sexus rebus repugnantibus. 514. 10. Aliquid dicitur fieri à quo potest, licèt non faciat. 562. 25. Testimonia novi testamenti solent constare ex duobus veteris. 552.4. Et unus auctorum tantùm citatur. 5. Sæpe non tam verba quàm sensus. 6. Servatur nomen anterioris status. 208. 16. Tribuitur loco famosiori, quod propè fit. 142. 31. Actio conjungitur cum potentia. 64.17.269. 23. Actus secundus pro primo. 64.17- 477.35- 562.25. Finis pro materia actionis. 363. 42. Aliquid fieri dicitur, quùm demonstratur. 438. 29. Signatur res & instrumentum simul. 5.9- 6.11.60.8- 177.2.- 398.11. Res interdùm, usus, materia & suppositum. 177. 2. Suppositum exprimitur necessarium. 475. 28. A statu sumitur existentia rei. 471. 19. Dicitur non esse, quod nos fugit. 265. 14. Pars vestita exprimitur pro veste. 20. 35. Parvus numerus vel imperfectus omittitur. 260. 2. Particula cum remotiore in sensum conjungenda. 261.3- 321.60- 349. 9. Relativum pro antecedenti. 472. 21. Antece-

dens

dens omittitur, & interdum pro relativo iteratur. 18. Antecedens pro relativo, & pronomine. 472.22. Relativum de antecedenti remoto. 475. 27.

A, vel *Ab* pro *Pro*. 365. 47. *Rursus* pro *Denuò*. 472. 20. *In* pro *Juxta*, vel *Inter*. 139.21.31- 305.16. Pro *Ad* vel *Inter*. 305.16. *Et* pro *Ideſt*. 9.16- 36.14. Pro *Ut*. 147. 42. Pro relativo. Ibid. Pro *Vel*, *ideo*, *& Propterea*. 316. 49- 474.26. Pro *Sed*, *Verùm*, *Imò*, *Attamen*. 474.25- 477. 34. Pro *Sic*, vel *Ita*. 520. 23. Pro particula expoſitiva. 316. 49. 430.4. Vultus pro facie. 514.11. *Ibi* pro *Sic*. 469.12. *Nec* pro *Ideſt*. 15. Pro relativo. 16. Pro *Sed*. 25. & 34. *Ipſum*, & *Illud* pro *Etiam*. 473. 23. *Mutuò* pro omnimoda ſimilitudine. 511. 5. Pro *Invicem Pariter*, *Æque*, *Simul*. 7. *Idem* pro ſimili. 5. Vox *Dei* pro ſuperlativo. 437.24. Etiam *Duplex*. 364.43. *Pariter*, pro *Similiter*, *Unà*, *Concorditer*. 474.24. *Frater* & *Soror* pro omnimoda ſimilitudine. 514. 10. *Dies* interdùm nihil addit. 318.54. *Super* pro *Juxta*, vel *Ad*. 465.24. Idem *Subter*. Ibid. Nomen abſtractum pro concreto, & econtrà. 437. 25. Nomen junctum verbo quid ſignificet? 400. 17.18. Nomen pro relativo. 470. 16. Subſtantivum & adjectivum pro adverbio. 5.10- 400. 16. Etiam quodlibet horum. 568.38. Singulare pro plurali & econtrà. 187.21- 472.21. Nominativus abſolutè poſitus quid indicet? 470. 17. Nomina comparativa, & ſuperlativa diverſa in Græco, ac Latino. 471. 18. Genus neutrum pro maſculino. 358.33.38. Maſculinum & fœmininum pro neutro. 34. Genus expreſſum concordat cum ſubintellecto. 472.21. Cum genere linguæ originalis. 359. 34. Cum remotiori ſubſtantivo. 38. Cum ſequenti, & non cum antecedente. Ibid. Pronomen adjectivum pro adverbio. 473. 22. Verbum geminatum pro adverbio. 60.9.75.3- 316.50- 363.43- 400.16- 568. 38. Tempus præſens pro futuro. 148.45. Præteritum perfectum pro pluſquam perfecto: imperativum & præteritum pro futuro. 10. 18. 19. 41- 262.7. Futurum pro præterito. 10.18. Participium præteriti pro potentiali, & participium præſentis pro præterito. Ibid. Participium pro adverbio. 262. 7. Quoties verba conjunguntur cum nominibus, idem ſignificantibus, quid indicent? 400. 17. 18. Adverbia pro nominibus. 437. 25. Vox activa pro neutra. 468. 12. Servatur caſus verbi originalis, & in eadem ſententia diverſi caſus ejuſdem verbi. 360.37. Verbum *Converto* aliquando pro *Iterùm*. Adverbia pro nominibus. 436.25. Figuræ rethoricæ in Scriptura: *Enallage*. 10.18. *Exergaſia*. 9. 16- 318.54- 316.50- 470.15. 174.25. *Hypallage*. 181.10- 320.58. *Paragoge*. 6.12. *Synecdoche*. 305. 17. *Hyperbaton*. 320.59. *Tmeſis* impropriè. Ibid. *Anaſtrophe*. 261.3- 321. 59- 349.9. *Hypocaliſmus*. 3.4- 357.28. *Sillepſis*. 360.36. *Hendiadys*. 320.58- 362.40- 439.12.22. *Epexegeſis*. 399. 14. *Aſyntheton*. 316.48- 357.30- 430.4. *Metonymia*. 434. 15- 435.19. *Hyſterologia* & *Prolepſis*. 468.10.14. *Apoſiopeſis*, *Eclipſis* & *Antiptoſis*. 470.18. *Epitaſis*. 567.35. *Emphaſis*. Ibid.

SELLA.

Geſtatoria fœminarum deliciæ. 24. 43. Diſcrimen lecticæ & ſellæ. Ibid.

SENECTUS.

Quæ bona ſenectus? 319. 55. Non eſt ſenectus ubi ſunt vires. 53.

SENSUS.

Unde horum fallacia? 62. 12. Senſus communis judicium de ſenſibilibus. 14. Senſuum defectus in Euchariſtia neceſſarius. 88. à n.1. Vid. *Fides*, *Euchariſtia*.

SERPENS.

Saliva hominis virus ſerpentibus. 502. 21. Quare? Ibid. Qui homines ſint terrori ſerpentibus. 500.15. Reformidant hominem nudum. Ibid. In circuitu Jeruſalem non virulenti. 409. 17- 407.3. Nec, Cretæ. Ibid. Unde ſerpentes loquaces? 545.10. An habeant pro voce venenum. 11.

SERVITUS. SERVUS.

Leges de humanitate in ſervos. 349.9. Saturnalia in obſequium ſervorum. 353. 17. Servus eligebatur in regem, exitu oppoſito inaugurationi. Ibid. Formula venditionis apud Romanos. 350. 11. Servi raſi liberi. Ibid. Quo ſigno manumiſsio? 12. Servus in curru triumphantis. 14. Servorum perforatæ aures. 22. Sine calceamentis. 23. 41. Et apud Orientales raſo capite. 24.42- 183. 13- 350.11. Veſtes curtæ. Ibid. Servi nomen unde? 347. 4. Species ſervorum. 10. Quo regimine habendi? 16. Fides eximia ſervi in herum. 197.4. Magna amoris demonſtratio, liberum pro ſervis mancipari ſervio. 8. Emblema ſervitutis duræ. 347.4. Quodnam diſcrimen ſervitutis Dei & hominis? 361. 39.

SILENTIUM.

Silentio exprimitur Deus magis, quàm ſermone. 223.4. Silere pro quieſcere & diſsimulare. 267.18. Silentium otioſis grave. 481.3.

S. SIMON.

Et Judas Arcæ Evangelicæ vectes. 491. 1. Per illos deſtructa idololatria. 2. & 4. Illorum adventu finditur idolorum fanum. 3. & 4. In vultu illorum quare mirabilis ſplendor? à n.6. Illorum præſentia evanuerunt idola, & admiſſa lex Evangelica. 10. Ne alii moriantur, moriuntur. 11. Unde illorum ampliſsima charitas? à n. 10. Vitam amittunt, ut inimici in amicos convertantur. 12. Renuunt martyrii triumphum, ne mors eſſet mors Perſarum. 13. Illorum charitas major, dum videtur minor. 14. Quare? Ibid.

SINA.

Mons illuſtris crebris miraculis. 184.16.

SINGULARITAS.

Infelix via. 454. 13. Regreditur qui ita graditur. Ibid. Cur dicitur blandiſsimus hoſtis? Ibid. Singularitate ornatus, meritis nudus. 15. Vid. *Philautia*. *Voluntas propria*. *Virtus*. *Amor ſui*.

SOL.

Templum Solis ab apibus conſtructum. 464.1. Imago chryſtallo incluſa apud Perſas. Ibid. Sol triplici facie. 238. 20. Tres aliquando Soles. Ibid. Cauſa. Ibid. Cur radii Solis vocantur ſagittæ? 404.11. Qua arte homo in tenebris & in conſpectu Solis? 497.4.

SOMNUS.

Cur illi tributæ portæ corneæ, & eburnea? 63. 13. Species ſomni ex exercitiis vigiliæ. 21. Miræ operationes in quibuſdam dormientibus. 22. Cauſa. Ibid. Ænigma ſomni. 96.14.

SPECULUM.

Pythagoræ quale? 424.3.

SPHINX.

Qua formà? 510.2. Cur olim in limine templorum? Ibid.

SPIRITUS SANCTUS.

Splendor ignis in ejus adventu non verè ignis. 134. 13. Donum linguarum index unitatis cordium. 107. 1. Victoria S. Spiritus. 3. & 4. Quantum miraculum! 5. Cur vox linguarum mirabilis? 7. Cur maximum ſignorum? 8. Quomodò hoc ſigno orbis converſio? 10. An inde traxerit hominum corda? 11. In quo miraculum ſpectabilius, dum deſcendit Spiritus Sanctus? 9. Vid. *Lingua*. I. Amor, quo Deum amamus, non eſt Spiritus Sanctus. 516. 16. Perſona Spiritus Sancti datur cum gratia. 24. Quomodò duplex in nobis adoptio? 320.24.

SPONSA: Vid. *FOEMINA*.

STEPHANUS.

Cur in vultu Angelico vilus? 493.5.

SUBDITUS.

I. In protervos exleges ſubditos neceſſarius eſt homo de cœlo lapſus. 275.1. Quomodò tete geret tyranno præſide? 547.1. Etiam voces querulæ ſuffocandæ. 9. Ni recludantur, amplius vulnerabuntur. 7. Suffocanda vel ſuſpiria, & facies læta, quanvis torqueantur viſcera. 9. Ubi nullum afflictionibus remedium, fiant inferenti lenocinium. 10. Quare querimonia judicatur injuria, & punitur judicata? 14. Coram tyranno etiam offendit locutio. 547. 1. 2. Ultimum malum, nec poſſe fiere. 3. 4. Declinandæ amaritudines, ne fiant majores. 5. Quomodò declinandum? à n. 7. Tormentum, quippe ſine auxilio lachrymarum. 8. Expirant reſpiratione. 6. Summa prudentiæ, ferre mala feſtivè. 9. Amaritudo compeſcatur ſilentio. 10. Eludatur malignitas. 12. Vid. *Præſes.* IX. Subditorum calamitas à tyranno vocatur otioſitas. 281. 2. Miſerum, ſi luit ſubditus, quod delinquit perlatus. 284.13.

II. Subditi moventur amore, non poteſtate. 161. 10. Corda ſubditorum ſint thronus præſidum. 199. 2. Averſantur indignum præſidem. 173.8. Intolerabile rationem inſipientiæ ſubjicere. 176. 17. Quare. Ibid. Non eſt pax inter illos, ubi Superioris inclinat affectus. 200. 3. Quando gratia diſcordia & ira? Ibid. Quomodò ſubditi delinquentes corrigendi? Vid. *Correctio.* Nil boni poteſt expectari ab his qui verberibus ſolummodò boni. 213.14. Avolat culpa, ſi ab amore infligitur pœna. 422. 9. Fugiat timor, ut ſit amor. 200.5.

SUPERBIA.

Specie zeli: Vid. *Zelus.* Qui non tumidus, non timidus. 288. 10. Vanitas & ſuperbia ponderantur ventis. 258.10-289. 12. Vid. *Scientia.* I.

SUPERIOR.

Vid. *Præſes, Princeps, Subditi.* Per ſuperiorem ſubditis loquitur Deus. 441. 11. Qui ſuperiores arte, & non virtute? 199.1. Non intendunt corda habere, ſeu ſubditos devorare. 201.7. Unde inæquales? 8.

SUSURRO.

Cur ſimilis idolis Laban? 414. 14. Vulnus intellectus quare à ſuſurrone? 282.6. Vid. *Delator.* Vermes ſunt aurium. 42.14.

SYNAGOGA.

Vid. *Hebræi.* Unde ejus repudium? 478.37.

T

TAUTOLOGIA: Vid. *GEMINALIO.*

TEMPLUM.

Judæorum: Vid. *Hebræi.* IV. Reverentia in templo quanta! 185. 18. Pectus pollutum arguit templum aureum. 464. 1. Commovet in ultionem ſtomachum in templo pro cultu reſpicere ſacrilegium. 210.4. Abominabile Domino, occaſio peccati in templo. 5. Major iniquitas titulo virtutis. 4. Et deſpectus majeſtatis ſpecie honoris. 5. Summa malitia in Dei templo iterare peccata. 6. Ubi hujuſmodi audacia, irritatur clementia. 7. Urgetur in pœnas. 9. Sacra peſſundantes infideli deteriores. 16. Imò deſpectus inficiatur fidem. 15. & 16. Miſerum quærere flagella, ubi inveniuntur auxilia. 18. Templa Chriſtianis præſidia. 300. 23. Extenſio manuum ad ſacra, regentis & regni ruina. 409. 10. Irritat Dei iram. Ibid. In templo abominabile idolum concupiſcentiæ. 487. 9. Præſentia in templo non à corpore, ſed mente. 10. Corda quomodò Dei templa? 209. 11. Unde templa viva & mortua? Ibid. In templo ſumma ſit circumſpectio. 214.19. Quid cogitatio vaga in templo? 487.12. Plectit Deus, ſi ejus præſentiam Religioſus non veretur. 210.2. Vid. *Chorus.*

TEMPUS.

Diſcrimen temporis, ævi & æternitatis. 227. 16. Cur tempus alatum? 156.6. Unde orbis calcatus à tempore? Ibid. Tempus unde breviatur peccatis? 319. 57-336. à n. 8. Quomodò tempus tempori ſubtrahitur? 11. Futile tempus ſub occaſione peccati. 12. Vanum, niſi collocatum benè. 334.1. Vide *Amor.* II. *Peccatum.*

TENEBRÆ.

Pro errore. 226. 13. Pro peccato. 14. Pro infelicitate. 15.

TENTATIO.

In tentatione non ſalus, accipere vulnus. 339. 4. Tentatio Veneris facilius excluditur, quàm expellitur. 340.8. Superabitur in fuga. Vid. *Occaſio.* Dæmon conatur inſtantiâ, quod ſubtrahitur induſtriæ. 339.3.

TEREBINTHUS.

Cujuſnam proprietatis? 36.17. Cur dicitur *Roſalaurus?* Ibid.

S. THERESIA.

Ejus gloria gloria Sponſi. 536. 1. Quomodò æmula ejuſdem amoris? 7. Quæ aliis paſsio, illi dulcedo. 2. Cur in morte ei voluptas? 3. Quid ſit illius votum: *Aut pati, aut mori?* Ibid. Illi acerbum quod non amarum. 4. Dolet, quia non dolet, & vulneratur ex non vulnere. 5. Quo pacto tota Jeſu? à n. 9. Non cogitat præmium. 11. Sed obſequium propter obſequium. 12. Dilexit Sponſum propter Sponſum. 13. Cur illius amori nihil omnia, ſi cœleſtia? 14. Semper tendit in ulteriora. 12. Inſtar phœnicis moritur. 14. Quia mortua amore, vivit in funere. n. 2. & 14. Vid. *Ignis.*

THESEUS.

Cur Athenienſium patronus? 298.18. Ejus arma vel poſt mortem in tutamen prompta. Ibid.

S. THOMAS APOST.

Cur ſimilis rubo Horeb? 167.1. Unde fides Thomæ ſingularis? Ibid. Contra viſa ex viſis. 6. Cur non vult credere, niſi viderit? 7. Reliquiæ intactæ, ab igne. à n. 8. In fornace Thomas illæſus. Ibid. Cur plauditur thronus Deitatis? 8. Prodigium in ejus Eccleſia, dum tonat. 2. Lampas inextinguibilis in ſepulchro. 10. Ab aqua fovetur. 11. Lucet ſine fomite. 12. Manent ejus veſtigia ſaxis impreſſa. 13. Palmes aridus quotannis in ſepulchro floret. 14. Cur ſimilis virgæ Aaronicæ? 15. Quanta miracula! Ibid. Multus fidei fructus per Thomam. 17. Floruit in vulnere Salvatoris. 18.

TIARA: Vid. *COMA.*

TIBIALIA: Vid. *HEBRÆI.* I.

TIGRIS.

Fluvius ſepelitur, antequàm moriatur. 204.4.

TIMOR.

Pro admiratione. 529. 12. Nullius ſceleris pudor, ſi abſit timor. 461.6.

TORMENTUM.

Vid. *Dolor. Mortificatio.* In Chriſti Sponſis mortificatio, nullam habere, & gaudium ex mortificatione. 152. 5. Gloria quomodò in pœna? 168.3.

TRIBUNAL.

Exempla compellantium judices ad Dei tribunal. 438.16.

SS. TRINITAS.

Quid Trinitatis myſterium? 238.21. An indicatum in veteri teſtamento? 234.5. Umbræ variæ apud Ægyptios. 222. 3. In Sole ſymbolum. 238. 20. Myſterium manifeſtatum in nova lege. 13. Quælibet perſona Trinitatis eſt Deus, & tres Deus, & unus Deus. 233. 1.

Quo-

Quomodò Deus unus & trinus? 2. Quomodò ſolus & non ſolus? Ibid. Non eſt trina Deitas, ſed trium in eſſentia unitas. 3. Quomodò unitas, & pluralitas? 4. & 5. Patris & filii eadem natura, & diſtincta perſona. 7. Quare in locutione genitoris duo tantùm percipit auris? Ibid. Spiritus-Sanctus ab utroque procedit tanquàm ab uno principio. 8. Quid ſingulare in proceſsione Spiritus-Sancti? 6. Filius à Patre procedit per intellectum, Spiritus-Sanctus per utriuſque voluntatem. 10. Quo pacto pluralitas, & naturæ ſimplicitas? 5. Quomodò perſonæ tres & non trina eſſentia? 11. Quælibet perſona eſt aliquis Trinitatis, ſed non aliquid. Ibid. Quare ſecunda perſona dicitur Deus noſter? 13. Vid. *Incarnatio*. In incarnatione, in eadem perſona duæ naturæ: in trinitate in eadem natura tres perſonæ. 16.

TRIUMPHUS.

Mancipium in curru triumphantis. 351.14. Quo intuitu flagellum & coronam portabat? 15.

TYDÆUS.

Scutum ejus unde ſingulare? 332.6.

V

VANITAS: Vid. *SUPERVIA*, *VIRTUS*.

VATICINIUM.

Vaticinia morientium unde, & quomodò? 65. à n. 21.101.13. Patrocli & Hectoris. 67. 23. Polymneſtoris, Ajacis, Orodis, Domitii & aliorum. 24. De aliquibus aſſumptis ad Imperium. 25. An vaticinia judicanda? 26. Vates Ethnici apud Ethnicos nihili habiti. 104. 20. In vate falſo vaticinia juxta commoda. 23.

VASA.

Sacra tecta portabantur. 465.2.

UBERA.

Pro mamilla. 1.21.35. Pro zona pectorali. 37. Quid eſt expapillatum. Ibid.

VECTES: Vid. *ARCA*.

VENTER.

Quodnam ornatum in Scriptura nomine ventris. 21. 36. Quid intelligendum voce umbilici? Ibid.

VENTUS.

Unde ventis pondus? 258.10- 289.12.

VENUS: Vid. *OCCASIO*.

VERBA.

Vide *Lingua*. Verbum irrevocabile. 412.4. Quid ſit, lapides loqui? 5. Verbum eſt index horologii & motus animi. 415.15. Cur confertur lapidi jacto? 412.4. Verborum erit ſplendor, ſi loqui labor. 411.1. Unde in Superiore verborum auctoritas? Vid. *Præſes*. à n. VII. Quæ verba vulnera? 70. 2. Unde verborum claritas vel fatuitas? 72. 8. Cur verba meditata per oculum & linguam? 9.

VERITAS.

Obliquè principes intuentur, & dicentem. 70.3. Intolerabile expectare veritatem & offendere errorem. 253.4. Vulnus intellectus ex credita falſitate. 282.6. Veritas nulla in aula. 284.12. Si aſpicitur plectitur. 13.

VESTES.

Vid. *Fœmina*. Quid olim pinguis lacerna, & tunica? 20.34. Veſtis nomen à parte veſtita. à n. 35- 189.27. Fibulis olim ornabantur veſtes 42. 38. Juncturæ veſtium dicebantur commiſſuræ. Ibid. Veſtis & pars veſtita ſæpe in Scriptura ſimul. 181.10. Corpus ſignatur per veſtem. 354.19.

VICTORIA.

Cur in corona Jovis Victoriæ imago? 239.2.415.1. Quæ victrix victoria & victa? 286.4. Quomodò victor victoriâ cadet? 7. Plures victi ſpe victoriæ. 10. Vid. *Virtus*. Victoria victi ex excellentia victoris. 2.2.

VIDERE.

Quid ſit? 57.2. Pro vivere. 3. Pro agnoſcere, & conſiderare. 4. Pro conſiderare. 5. Videre oculis quid? 10. Oculo & intellectui tribuitur. 19. Quomodò fiat? Ibid. Simplex viſio, quomodò non viſio? 80. 3. Quare quæ optamus, non viſa videmus, & viſa non credimus? 61.11. Quare furioſus & iratus non videt videns? Ibid. An viſio pendeat ab animo? 15. Non videtur, quod affectu non videtur. 534.10. Senſatio oculorum cur certior aliorum ſenſuum ſenſationibus? 62.12.

S. VINCENTIUS LEVITA.

Illius ſanguis martyrum ſeges. 387. 11.

S. VINCENTIUS ABBAS.

Illius ſanguis cur fœcundus? 388.15. Unde formido tyranni ex ſanguine Vincentii? Ibid. Cur canit, ut appetatur? 16. Similis elephanti. 15. Cycno & citharæ. 16. S. Ramirus & ſocii, fructus ſanguinis Vincentii. 17.

VINDICTA: Vid. *ULTIO*.

VIR.

Effœminati. 14.24. Coma viri opprobrium. 25.

VIRGA.

Inſigne Deorum. 398.12. Magiſtratus Romani, ſed quomodò? 174. à n. 13. Perperum imperium virgæ ad manum. Ibid. Signum poteſtatis. 15. Cur infelix olim virga ſanguinea? Ibid. Indignus infatuatur virga poteſtatis. Ibid. Virga ſymbolum dignitatis & ſomni. 344.10. In virga Aaronica refloreſcente quanta miracula? 171.15.

VIRTUS.

Vanitas nocet ex vanitate, verùm altiùs ex virtute. 288.10. Vid. *Mundus*, & *Renunciatio*. Quæ virtus ficta & picta? Vid. *Hypocriſis*. Spectabilior, ſi oculos fugit. 30. 15- 480.1. Non poteſt in mundo tranſire, ſi tranſire apparet. 574.1. Debet eſſe cautio vel in mundi deſpectu. 2. Quid fugit vitia, fugat virtutis elogia. 545.8. Major perfectio virtutis, non cognoſcere perfectionem. 29.10-203. 11. Qui alios ſuperat virtute, ſciat ſubeſſe. 13. Major, qui ſingularis, quaſi unus è cæteris. 14. Cur virtutis ſepelienda memoria? 285.1. Vid. *Renunciatio*. Semper incipiendum eſt vivere, in vitæ perfectionem. 324.1. Nil intereſt, iter carpere, & ſic ſedere. 2. Quomodò ex principio perfectionis, nullum perfectionis principium? 3. Unde conſtet virtutis perfectio? 328. 1. Nullus virtuoſo ex mundo fulgor, ſi mentem præoccupat lux ſuperior. 534. 9. Sæpe fatuitas larvà perfectionis, & velamine virtutis. 447. 3. 10. Inſignis virtus Dei relinquere gloriam ad majorem gloriam Dei. 449. 8. Quænam devotio fatua? 12. Deſtruit amor proprius virtutem ob virtutis ſpeciem. 451.4. Non eſt ſingularis virtutis, qui ſingularis. 12. In quibus non virtus, ſed virtutis deſiderium, & hoc fictum? 13.

VISIO: Vid. *VIDERE*.

VISITATIO: Vid. *PRÆSES*. VI.

VITA.

Cum probitate vera. 319.55- 334.1. Sine illa ficta 319. 36. Anni nihili, ſi inutiles anni. 334.2- 337.12. Quando tempus phantaſticum? 3. Vita in peccato non vita. 4. & 5. Diuturnitas vitæ non ex tempore. 6. Unde in noſtra poteſtate brevis, aut longa? 7. Brevioris habetur duratione iniquitatis. 9. An etiam brebior delitiis? 10. A virtute vita. 14. Omen Malabarium pro felicitate, vel infelicitate vitæ. 333.5. Vid. *Monachus*. IV.

VITIS.

Celebris imago ex vite, & alia mira, cum effigie Crucifixi. 133.9. Vitis celebris Thomæ Apoſtoli. 170. 14. Vitis ſymbolum Euchariſtiæ. 16.

VITIUM: Vid. *PECCATUM.*

Prævalent vitia, quia sine pœna. 429.2. Projectorum in vitia de iniquitatibus gloriatio. Ibid.

ULTIO.

Ultionis authoritas non est felicitas. 389.2. Destruit honorem quem astruit. Ibid. & n. 12. Cur confertur igni? 2. Ratio status in vindicta est insania. 3. Vindicta in Superiorem fatua. 8. Sufficit ostensio potestatis in Superiore pro ratione vindictæ. 9.

UMBILICUS.

Vid. *Venter.* Pro corde, centro, aut medio. 21. 26. Pro anteriore extima parte pallæ. Ibid.

UNIO: Vid. *PAX.*

VOCATIO.

Vid. *Monachus.* IV. Quænam Sirenes in navigatione vocationis. 220. 19. Satius est in religionem vocatos, vitia ignorare; quàm flere. 22. Examen Monachi, ut respondeat observantiæ & vocationi. 24. Ex vocatione cogitata perfectionis summa. 327. 2. Quid si frigescit? 3. Cur dicitur cæcus, qui obliviscitur status? 6. Quando vocatio dubia? 7. & 12. Vocationis ignis non ardet, si non semper. 330.8. Amisso fervore primo, recuperatio nunquam fit sine miraculo? 10. Vera vita, quæ respondet vocationi. 337.13.

VOLUNTAS PROPRIA.

Virtutis jactura. 29. 11. Ni juguletur, jugulat. 13. Pretiositas oblationis, cessio propriæ voluntatis. Ibid. Propria voluntas, hypocritæ. 36. 14. Non est regula. 454. 12. Vid. *Singularitas, Amor sui, Philautia.*

VOLUPTAS.

Quo amplior, vitæ nocujor. 336.10-353.17. Cruciatus specie voluptatis. 165.13-245.13-270.1. In illa difficilis modus. 270.1. Non blanditur memoriâ mortis. 153. 11. Nec si dolor cogitatur. 482.6.

VOX.

Lachrymarum: Vide *Lachrymæ.* Pro dono linguarum: Vid. *Lingua.* Quantitas & qualitas mirabilis vocis. 112.13. An animalia habeant sibi peculiares voces? 115. 8. Quænam vox sine voce? 118. 6. Gratia vocum index vanitatum. 9.

USURA.

Cur dicitur morsus? 106.25.

VULNUS.

In numinibus fictum ab Ethnicis. 396. 8. Quid sit vulnus additum percussioni? 10. Quando vulnera salutaria? 570.2.

VULTUS.

Pro facie. 513.10.11. Pro affectione animi. 10. Pro similitudine. Ibid.

X

S. FRANCISCUS XAVIER.

Virtus castimoniæ ejus insignis. 339.3. Spectaculum mundi. 110. 1. Ejus lingua mirifica. Ibid. Mercurius quare Evangelicus? 2. Lingua ejus nova. 3. Unico idiomate loquebatur diversis nationibus. Ibid. Proprium arbitrabantur. 4. Lingua ejus cur gravida? 5. A quo? 8. Quomodò in illo vox vocis? 7. Quomodò simplex, & multiplex? 8. Cur dicitur lingua electa? 10. Et singularis? 9. Inaudita? 11. Ejus vocis miraculum in quo maximè? à n. 12. Cur datus in lucem gentium? Ibid. Amplissima illius gloria, nova lingua. 15. Quid singularissimum in ejus voce? 14. Quomodò in gratia linguarum erat illi interpretatio sermonum? 15. Etiam operibus nova lingua locutus. 16.

Z

ZELUS.

Imprudens zelus est fatuus. 77. 9. Summus labor præsidis deglutire apertas iniquitates. 11. Unde appereat zeli species, & non zelus? 217.9. Qui modus, ut bonus probetur zelus? 10. Quæ apparet observantia, est detestabilis superbia. Ibid. Qui videtur fervor, solet esse mentis furor. 420. 5. Malitia sub specie religionis, & verum odium velamine legum. Ibid. Et turpis invidia. 6. Artes. 11. Cur horum anima malevola? 8. Cunctæ larvæ, & fraudes velamine religionis. 423. 12. Vid. *Hypocrisis.*

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.



Salomon Gessner's Idyllen

13/34

5.894